




3 vols. $2250.-

CORPUS

INSCRIPTIONUM GRAECARUM.

VOLUMEN PRIMUM.

CORPUS
INSCRIPTIONUM GRAECARUM.

AUCTORITATE ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

EDIDIT

AUGUSTUS BOECKHIUS

ACADEMIAE SOCIUS.

VOLUMEN PRIMUM.

PARS I. TITULI ANTIQUISSIMA SCRIPTURAE FORMA INSIGNIORES.
PARS II. INSCRIPTIONES ATTICAE.
PARS III. INSCRIPTIONES MEGARICAE.
PARS IV. INSCRIPTIONES PELOPONNESIACAE.
PARS V. INSCRIPTIONES BOEOTICAE.
PARS VI. INSCRIPTIONES PHOCICAE, LOCRICAE, THESSALICAE.

BEROLINI EX OFFICINA ACADEMICA.

VENDIT G. REIMERI LIBRARIA.

MDCCCXXVIII.

FRIDERICO GUILELMO III.

REGI BORUSSIARUM AUGUSTO

LITTERARUM ET ARTIUM STATORI

MUNIFICO SAPIENTI FELICI

PRINCIPI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

OPUS HOC PUBLICO INSTITUTUM SUMPTU

PIO DEVOTOQUE ANIMO CONSECRAVIT

EDITOR.

PRAEFATIO EDITORIS.

I. *De epigraphice.*] Universum antiquarum litterarum orbem qui certarum quarundam disciplinarum ordine et compage in formam artis redacta complecti studuerunt, inter quos principem fere locum tenet vir de his litteris immortaliter meritus, Frid. Aug. Wolfius, meus olim praeceptor, eleganti de antiquitatis studiis commentatione edita; ii in doctrinarum illarum serie posuerunt etiam *epigraphicen*, quae Wolfio paenultima est in quattuor et viginti artibus philologicis, post numismaticen proxima (1). Quae sententia tantum abest ut mihi probetur, ut in exordio operis epigraphici confitear, epigraphicen nullam esse peculiarem et suis finibus circumscriptam disciplinam. Nam si philologia antiquitatis classicae, quod philosophis quibusdam in Germania placere non miror plures ob causas, rudi constaret variarum rerum congerie inconditoque digitorum magis quam mentis et cogitationis labore, commoda foret talis divisio ab externa potissimum materie petita: sin ea est antiquitatis cognitio historica et philosopha, summasque notiones indagat veteribus populis natura insitas et singulis antiqui cultus partibus velut adspectabilibus imaginibus expressas, singularum eius disciplinarum constitutio ad notionum normam dirigenda erit, quarum cognitio finem in sese repositum habeat. At materiae epigraphicae, titulis dico lapidi vel aeri vel ligno vel supellectili cuicumque inscriptis, quum nullae insint propriae ipsi et peculiares notiones, efficitur ut haec quae vulgo fertur ars nulla omnino disciplina sit a ceteris separata, neque ullum in sese finem habeat, sed aliarum serviat disciplinarum finibus. Quodsi quis haec studia paulo fuerit altius scrutatus, *rem philologicam* intelliget quattuor partibus contineri, prima *rerum publice gestarum et institutorum civilium* cognitione cum temporum et locorum notitia, altera *rerum privatarum* atque universae oeconomiae et commercii demonstratione, tertia *caerimoniarum et artium* caerimoniis inservientium divinaque symbola exprimentium doctrina, quarta *scientiae* omnis historia, tam philosophiae cum mythologia quam ceterarum disciplinarum; qua parte non sine causa etiam litteraturae et linguarum studia comprehendo, quae, dum reliqua scientiae historia notiones intellectas exponit ipsas, separatim docent, quibus formis et stilorum et vocabulorum incluserint veteres, quae conceperunt intellectu (2). Sed ubi, cui parti epigraphice accedat, quaeris, inscriptionum notitiam, ut auctorum, ad historiam litterariam refero: quae quamquam non in enumerandis libris versari, sed formas stilorum et genera scribendi, quibus usi veteres sint, historica via explicare et demonstrare debet, ideoque ea tantum uberius explicare, in quibus maior quaedam formae perfectio compareat, tamen litterata antiquitatis monumenta omnia complectatur necesse est. Ceterum ut ex scriptoribus, sic ex inscriptionibus omnium philologiae partium hauritur materia; ita ut qui vel rerum gestarum memoriam, vel antiquitates civiles et ius, vel privatas res, vel religionum, artium, doctrinarum, litteraturae, linguarum studia, denique qui ullam antiquitatis partem colat, ei inter ceteros fontes adeundae inscriptiones sint, omnibus illae antiquariis disciplinis communes. Neve epigraphicen putes artem quandam titulorum tractandorum propriam esse; omnium antiquitatis fontium tractationem duae docent *formales doctrinae*, *hermeneutice* et *critice*, ad quarum normam sunt etiam inscriptiones interpretandae et iudicandae.

(1) Mus. der Alterthumswiss. T. I. F. I. p. 79. 145. Mitto Sponium (Praef. Misc. erud. antiq.), qui de sola Archaeographia, quam finxit, dicens octo huius partes constituit, Numismatographiam, *Epigrammatographiam*, Architectonographiam, Iconographiam, Glyptographiam, Toreumatographiam, Bibliographiam, Angiographiam. Profecto nimium ista rudia sunt.

(2) Haec iam olim in oratione, quae in Friedemanni et Seebodii Miscell. critt. Vol. II. P. I. recusa est, et in commentationis de logistis et euthynis prologo significata, ne quis forte ea minus recte interpretetur, uberiore omnino egent explicatione, quam in scholis reddere soleo.

II. *De Graecarum inscriptionum collectionibus.*] Itaque quum inscriptiones edimus, non singulari alicui disciplinae materiem, sed monumentorum Graeciae litterariorum supplementum paramus universo studio philologico utile; neque operae pretium est inquirere, rebusne cognoscendis an linguae utilius tale opus sit, quum praesertim ipsa lingua iniuriâ opponatur rebus, quippe quae et ipsa pars sit rerum philologicarum (1). Id vero supplementum quum magna ex parte monumenta primitiva contineat, non per incertas multorum intermediorum testium et librariorum manus tradita, quo maior his documentis fides est, eo magis opus videtur, ut in communem haec usum proferantur: et hoc perspicientes ipsi veteres Graeci hunc lapidum volvendorum inceperunt laborem. Ex quibus, ut omittam scriptores ab Herodoto usque ad Cosmam Indopleusten et hoc recentiores, inscriptionum hinc inde mentionem facientes, princeps videtur fuisse *Philochorus Atheniensis*, vates et haruspex, Olymp. 118-129. florens, vir de antiquitate Attica imprimis meritus, qui auctore Suida edidit *ἐπιγράμματα Ἀττικά*, hoc est varii generis inscriptiones Atticas. Successit *Polemo Euegeti f. Graecanicus*, periegetes, Aristophanis Byzantii aequalis, ob indefessum circa inscriptiones studium *Στηλοκόπας* vocatus (2): huc pertinent potissimum eius scripta *περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων* (3), *περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων* (4), quattuor libri *περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως* s. *περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει* (5). *Aristodemi*, rerum Thebanarum scriptoris, memoratur primus liber *τῶν Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων* (6). His accedunt *Alcetas περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων* (7), *Menetoris τὸ περὶ ἀναθημάτων* (8), *Apellas Ponticus* (9), *Neoptolemus Parianus περὶ ἐπιγραμμάτων* (10), ex quibus postea profecerunt Anthologiarum conditores. Ex Philochori autem vel Polemonis et similibus collectionibus afferuntur aliquoties, quae in titulis adhuc superstitibus habentur, sive ex his ipsis titulis sive ex aliis eiusdem generis petita, ut *στάθμια χαλκᾶ* e recensu donariorum Alcibiade quaestore scripto (11), et *κέρας ἔκπωμα ἀργυροῦν, καὶ περισκελὲς πρόσεστιν* e donariorum recensu Athenis in arce collocato et inter *Δημιόπρατα* receptu (12), quo nomine vetus extabat collectio *bonorum publicatorum* indices ex inscriptionibus petitos continens, Athenaeo et Polluci cognita (13). Praeterea inscriptiones complexus esse debet *Heliodori* liber *περὶ τῶν ἐν Ἀθήνησι τριπόδων* (14), quorum tripodum titulis mature usi veteres sunt (15): atque etiam *didascaliae* ex inscriptionibus potissimum collectae sunt (16). Postremo *Craterus Macedo*, quem Antigoni Gonatae fratrem ex Cratero et Phila natum Niebuhrius (17) censet dignis illum laudibus persecutus, *ψηφισμάτων συναγωγὴν* (18) sive libros *περὶ ψηφισμάτων* edidit, in quibus res gestas solitus est decretis et auctoribus confirmare (19): horum decretorum et ceterorum documentorum magna certe pars ex inscriptio-

(1) Falso grammaticen cum hermeneutice et critice organo philologiae annumerari monui pridem et quantum scio primus in Commentt. Acad. Boruss. class. hist. et philol. 1822-1823. p. 261 sqq. Formam philologiae considerant hermeneutice et critice: grammatice aeque atque historia rerum civilium vel philosophiae est disciplina materialis, cuius constituendae viam monstrant illae formales doctrinae.

(2) Athen. VI. p. 234. C sqq. ubi vide Casaub. Recitantur ibi ex libro eius de parasitis inscriptionum Atticarum fragmenta, item e decreto Alcibiadis, scriba Stephano Thucydidis f. lato et in columna consignato, quae in Herculis fano in Cynosarge collocata erat, et e legum tabulis ac donariis. Etiam p. 235. B. memorabilis locus est ex inscriptione petitus: *Τοῖν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν τοῖν ἐξαιρουμένοιν τὸ μὲν τρίτον μέρος εἰς τὸν ἀγῶνα, τὰ δὲ δύο μέρη τὸ μὲν ἕτερον τῷ ἱερεῖ, τὸ δὲ τοῖς παρασίτοις*: ubi qui sit *βοῦς ἡγεμών*, colligas ex iis, quae ad n. 1688. p. 811. *a.* dixi.

(3) Athen. X. p. 436. D. p. 442. E.

(4) Athen. XIII. p. 574. C.

(5) Strab. IX. p. 396. Athen. XI. p. 472. B. (ubi verba *τὰ χρυσᾶ Θηρίκλεια ὑπόξυλα Νεοπτόλεμος ἀνέθηκεν* haud dubie nituntur inscriptione; cf. Inscr. 139. et not. ad *k*), p. 486. D. XIII. p. 587. C.

(6) Schol. Apollon. Rhod. II, 906. Cf. Valck. ad Schol. Eurip. Phoen. p. 114 sq. nos Praef. Schol. Pind. p. XIV.

(7) Athen. XIII. p. 591. C.

(8) Athen. XIII. p. 594. D.

(9) Ex coniectura Dorvillii Misc. Obss. T. VII. p. 28.

(10) Athen. X. p. 454. F. Quos hucusque nominavi, de iis pleraque iam collegerant Reinesius Syntagm. Inscr. Praef. et Iacobsius Prolegg. Anthol. p. XXXIV sqq. Euhemerum Messenium, qui auctore Lactantio Inst. div. I, 11, 33. in deorum historia componenda titulis sacris usus est, non puto in censum venire.

(11) Polluc. X, 126. Cf. Inscr. n. 150. §. 24. Oec. civ. Athen. T. I. p. 212 sq.

(12) Athen. XI. p. 476. E. de quo loco vulgo perperam intellecto uberius dixi Oec. civ. Athen. T. II. p. 320. Cf. Inscr. n. 151. vs. 37. et ad n. 160. p. 277. *b.* ubi aliud exemplum huius rei latere suspicatus sum.

(13) Vide ad n. 161.

(14) Harpocr. v. *Ὀνήτωρ*; cf. ad n. 211.

(15) Vide ad n. 211.

(16) Vide ad n. 229.

(17) Act. Acad. Boruss. a. 1820-1821. class. histor. et philolog. p. 65 sq.

(18) Harpocr. v. *ὅτι διαμαρτάνει*, Schol. Aristoph. Ran. 323. Vulgo *περὶ ψηφισμάτων* hoc opus vocatur.

(19) Plutarch. Aristid. 26. Indutiarum quae vulgo dicuntur Cimoniarum exemplum in illis exhibitum memorat idem Cimon. 13. id vero ex inscriptione fluxisse, intelliges ex not. 2. p. IX. Praef. Novem operis libros citatos reperimus ap. Steph. Byz. et Harpocr.

nibus, reliqua ex tabulario Attico videtur ab illo petita esse (1); ex Crateri autem vel similibus collectionibus, quae ex iisdem fluxerant fontibus, petierunt alii, ut opinor, qui Attica nobis decreta servarunt (2). Quae vero per barbaras aetates perdurarunt, iis colligendis saeculi decimi quinti priore parte primus operam navavit *Cyriacus Anconitanus*, vir diligens et verus maleque tanquam falsarius notatus (3): cui ad nostram usque aetatem plurimi successerunt docti, quorum catalogum repraesentabit unus ex indicibus. Per ingentem igitur librorum numerum sparsae materiae, cuius minimam partem ampliora Gruteri, Reinesii, Fabretti, aliorum opera ex Graecis Latinisque titulis mixta comprehendunt, in unum colligendae corpus superiori saeculo consilium ceperat *Scipio Maffeius*, vir et cetera doctrina insignis et inscriptionum peritissimus, qui etsi etiam Latinos titulos edere constituerat, tamen Graecos separatim primo erat volumine complexurus (4), quam hos iucundum foret seiunctos a ceteris intueri etiam postea professus, quum senio confectus universum consilium et spem omnem abiecisset (5). Nec promisso stetit *Ios. Carcanius*, universalem meditatus inscriptionum collectionem (6); nec Graecarum adornationem susceptam perfecit *Ignat. M. Raponus*, vir a Graecae linguae cognitione ei rei, ut videtur, haud prorsus impar, qui tantum unam, quantum scio, de Graeco titulo commentationem edidit male Latine scriptam (7). Itaque aucta interim supellectile quum Academiae litterarum regiae Borussicae classis historica et philologica opus Graecas inscriptiones omnes complectens adhuc videret desiderari, idque tum linguae Graecae, imprimis dialectorum cognitioni, tum publicae privataeque Graecorum vitae penitus noscendae magnam allaturum utilitatem intelligeret, quia illud neque unius viri industria commode perfici, nec pro ea, quae nunc est, rei litterariae condicione privato edi sumptu posse videbatur, ante annos plus quam duodecim constituit huic succurrere desiderio, atque inde ab eo tempore in eam rem impendit pecuniam, et universo quidem negotio aliquot ex sociis, Buttmannum, Schleiermacherum, Bekkerum praefecit, mihi vero operis adornandi provinciam demandavit; quam variis licet occupationibus districtus, grassante insuper in me invidia, quae me deterrere ab incepto molestissimo possit, hucusque non deserui.

III. *Materia quomodo collecta sit.*] In materia non solum ex maioribus inscriptionum corporibus, Gruteri, Reinesii, Sponii, Fabretti, Muratorii, Donii, Donati, aliorum, sed etiam ex diariis, museorum catalogis et descriptionibus, itinerariis, denique ex omnis generis libris conquirenda plurimum quidem ipse versatus sum; laboris tamen apographa conficiendi initio participes fuerunt *Bekkerus*, *Buttmannus*, *Nie-*

Potissimi de iis loci, quos antea nondum nominavi, sunt Steph. Byz. v. Χαλκεῖα, Χαλκητόριον, Τυρέδιζα, Καρήνη, Ἀρταῖα, Αηψήμανδος, Harpocr. v. Ἄνδρων, ναυτοδίκαι, Νύμφαιον, ἀρκτεῦσαι (ubi vulgo Cratinus), Phot. v. ναυτοδίκαι, Phot. et Suid. v. Νύμφαιον, Polluc. VIII, 126. Schol. Aristoph. Av. 1073.

(1) Coniecturae huic iam olim a me propositae Oec. civ. Athen. T. I. p. 213. hoc addo, n. 143. in tributorum Atheniensibus a sociis pensorum descriptione nominari Τυρόδιζαν, cuius libro tertio meminerat Craterus, eundemque nono dixisse de tributo Nymphaei.

(2) Huc referenda videtur magna pars decretorum oratoribus insertorum, et maxime Demostheneae de corona orationi: quae ex tabulario Attico collecta et ex collectione inde facta postea Demostheni addita esse in commentatione de archontibus pseudeponymis doceo. Nec minus ex tali collectione petita sunt decreta vitis X oratorum annexa. Sic nono libro Craterus dixerat de decreto contra Antiphontem (Harpocr. v. Ἄνδρων), quod ipsum in huius vita habemus apud personatum Plutarchum. Sed titulis, ut hoc in transcursu addam, alii quoque usi scriptores sunt, ut *Diyllus Atheniensis*, quae ex eo Plutarchus refert de Anyti decreto pro Herodoto decemque huic talentis donatis (de malign. Herod. c. 26.), videtur ex inscriptione petisse; ut *Isocrates* proxeniam et centum minarum donum ab Atheniensibus Pindaro datum (π. ἀντιδ. p. 87. ed. Orell.) ex decreto novit eiusmodi, qualia supersunt plurima lapidibus incisa. Etiam *Theopompus* meminit inscriptionis, quae foedus quod vocatur Cimonium continebat, quam tamen ille, utpote Ionicis litteris exaratam, iudicabat fictam. Vide Harpocr. v. Ἀττικοῖς γράμμασιν et Theonem loco ibi a Valesio citato. Cf. p. VIII. not. 19. ubi easdem indutias servasse Craterum dixi: sed cum Theopompo subditicias indicarat *Callisthenes* (Plutarch. Cimon. 13.). Theopompo addo *Timaeum* Siculum, de quo Polybius XII, 12, 2. Καὶ μὴν ὁ τὰς ὀπισθοδόμους στήλας καὶ τὰς ἐν ταῖς φλιαῖς τῶν νεῶν προξενίας ἐξευρηκὼς Τίμαιός ἐστιν.

(3) Permulta, quae ille collegit, adhuc supersunt in lapidibus; alia marmora interim aut oblitterata sunt aut aedificiis inserta aut in calcem conversa. Quod ne fieret, in ipsa Italia Saec. XVI. curandum fuisse docet Bembi epistola XXIX. iussu Leonis X. Pontif. Max. ad Raphaelem Sanctium Urbinatem data (Gor. Inscr. Etrur. T. III. p. 49.).

(4) V. „Prospectus universalis collectionis Latinarum veterum ac Graecarum, ethnicarum et Christianarum Inscriptionum, quem nova Veronensis Societas totius Europae doctis reique antiquariae studiosis hominibus exhibet ac proponit", a. 1732. folio volante Italice et Latine editus. Idem Gallice extat (Bibliothèque Italique T. XV. p. 84.), Latineque recusus est a. 1746. a Iul. Caes. Becellio in fine libelli Maffeiani de Graecorum siglis lapidariis p. 121 sqq. Cf. etiam Maffeium Osservaz. letter. T. I. p. 243.

(5) Mus. Veron. Praef. p. VII.

(6) Vide Martini ad Ernesti Archaeol. p. 217.

(7) Ignatii M. Raponi Romani, Acad. litt. Volsc. Velitern. Soc. de epigrammate Graeco Romae in Caelimontanis Matthaeiorum hortis extante. Ad cl. virum Richard. Chandler, Anglum. Velitr. 1788. 4.

buhrius, *Schleiermacherus*, et doctis praeterea, qui apud nos studiis operam dabant, iuvenibus usus sum, quorum plures sibi nunc iam eruditione famam paraverunt, *Ed. Gerhardo*, qui postea Romae sedem posuit, studiis suis ad archaeologiam artium potissimum translatis, *Guil. Aug. Klützio*, qui de foedere Boeotico scripsit, *Car. Odofr. Müllero*, professore nunc Gottingensi, ut in universis antiquitatis studiis egregie spectato, ita inscriptionum in paucis perito, *Lud. Bischoffio*, gymnasii Vesaliensis nunc directore, *Car. Steinharto*, scholae Portensi adiuncto, *Iul. Pflugkio*, qui elegantem libellum de Theopompi vita edidit, *Christ. Petersen*, Holsato, auctore commentationis de categoriis Stoicorum, *Car. Schmidtio*, Saxone, *Phil. Ant. Dethierio*, Agrippinensi, et duobus adolescentibus immatura morte absumptis, *Guil. Heindorfio*, Lud. Frid. f. et *Eduardo Margerie*, Rhenano. Quo certius vero de singulorum titulorum constaret editoribus, catalogum Graecarum inscriptionum, quem eximia cum diligentia confecit *Io. Franc. Seguerius* (1), multo ante primas huius operis plagulas impressas non sine summa sua molestia transcribendum in nostrum usum curavit *Car. Bened. Hasius*, vir egregius et nobis imprimis favens, Theod. Sypsomi, Graeci, usus manu parum ut videtur fida: quapropter hoc apographum, de cuius integritate dubitamus, non eam, quae exspectabatur, utilitatem praebuit. Ceterum ubi quaeque inscriptio esset edita, in lemmate annotavi; sed neque omnes auctores nominari necessarium est, nec nihil latet vel diligentissimos; multos quidem reticui de industria; paucos libros, et maximam partem post plagulas iam impressas editos, in Addendis memoravi. Praeterea haud exiguum ineditarum inscriptionum numerum vel nova editarum exempla miserunt docti: illarum partem, dum non festino, alii interim suo ediderunt iure; alias nunc primum edo. Et de potioribus quidem schedis, sive ex bibliothecarum protractae recessibus sunt, sive exempla e lapidibus recens transcripta continent, in primo dicetur indice: nunc iis agam gratias, qui de nobis bene meruerunt. Ut igitur a collegis meis incipiam, *Imm. Bekkerus* a. 1815. Parisios missus Fourmonti transcripsit schedas inscriptionum omnes, exceptis aliquot ficticiis titulis, quos postea *Everettus* Americanus et alii miserunt; simul Bekkerus chartas Villoisoni excussit: *Niebuhrius* tum Italica quaedam nobiscum communicavit et alia ex codice qui Romae est Palatino, tum *Andr. Mustoxydis* Corcyraei schedas, Atticos quosdam titulos a *Cyriaco Pittaco* Atheniensi, et Peloponnesiacos a *Miltiade* transcriptos misit: *Guil. Uhdenius* Italicos aliquot ministravit. Ex meis olim auditoribus *F. G. Rinckius*, Badensis, marmorum Venetiis asservatorum, *Ed. Gerhardus*, *Theod. Panofka*, *Franc. Volg. Ullrichius* variarum inscriptionum apographa vel miserunt vel dederunt: *Frid. Osannus*, edita Sylloge de inscriptionibus meritus, partim ex Italia, Gallia, Britannia per litteras nos apographis aliquot impertiit, partim huc redux Elginianorum lapidum quae habebam apographa cum suis tum nondum editis contulit; cuius laudi eo minus detractum volo, quod ab eius rationibus discedere multis locis coactus sum, idem tamen quae ille bene constituit cupide amplexus: sed plurimum debeo *Odofr. Müllero*, qui et Parisiis atque in Batavia ac Britannia permulta mihi ex lapidibus et libris manuscriptis, maxime ex Sherardiano et Askewiano, quos nimis diu latuisse cognoram, meo rogatu apographa confecit, et Gottingae quoque, quae Berolini non poteram nancisci, in meum usum contulit vel transcripsit,

(1) Catalogus hic servatur in bibliotheca regia Parisiensi inter libros Seguerii manuscriptos (Chambre des titres n. 37.). Septem sunt volumina, quorum indices excepto Vol. III. IV. non Seguerius, sed Parisiensis bibliothecae praefecti scripserunt. Primo volumine (fol. min.) continentur „Inscriptiones, quae in diversis Italiae urbibus reperiuntur"; his Graecae insunt paucae. Volumine altero, quaternis scripto, dicitur comprehendi „Index antiquarum inscriptionum, quae in diversis operibus reperiuntur", sed insunt potius collectanea ex variis libris, et pauca ex iis ad Graecas pertinent inscriptiones. Neutro volumine usi sumus. Voluminibus tertio et quarto (fol. magn. a. 1749.) praescriptum est: „Inscriptionum antiquarum index absolutissimus, in quo Graecarum Latinarumque inscriptionum omnium, quae in editis libris reperiri potuerunt, prima verba describuntur, operumque, in quibus referuntur, loca indicantur, Etruscarum et exoticarum indice ad calcem adiecto." At Graecae inscriptiones continentur volumine quinto (fol. min.), cui titulus: „Πασῶν τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιγραφῶν πίναξ", ordine is alphabetico contextus, ultima manu non admota. Separatim scripti insunt tres indices: τῶν Χριστιανῶν ἐπιγραφῶν πίναξ, „Inscriptiones, quae in antiquis auctoribus continentur", „Inscriptiones, quae in gemmis, in sigillis, in statuarum basibus, sub illustrium virorum capitibus etc. sculptae sunt." Ex his eas partes, quae Graecos habent indices, transcribendas curavit Hasius noster, et diu cunctatus Sypsomus perfecit rem ante aliquot annos. Volumina sextum et septimum (4. mai.) continent „Repertorium auctorum, qui inscriptiones antiquas ediderunt usque ad a. 1770." Insunt fragmenta Gallicae translationis prolegomenorum in opus hoc, et Latina prolegomena ipsa de historia operis, cuius maximam partem Seguerius confecit in itinere, quod cum Maffeio per Galliam, Germaniam, Britanniam, Italiam susceperat; additae sunt notitiae librorum inscriptiones continentium et de iisdem libris iudicia. Haec de voluminibus illis laboriosis rettulit nobis Bekkerus, simul additis variarum partium speciminibus; nunc de Seguerii opere conferri potest eius epistola ad Hagenbuchium in Io. Casp. Orellii Inscr. Lat. Collect. T. I. p. 558 sqq. Ceterum Nemausi quoque in bibliotheca publica inter Seguerii opera inedita dicitur collectio extare omnium Graecarum inscriptionum, quae usque ad a. 1770. editae sunt, itemque Latinarum et Etruscarum, notis instructarum criticis, duobus voluminibus sat amplis. Haec narrat peregrinator (Dom. de Nostiz) in diario itineris a. 1821. 1822. suscepti (Lips. 1824.).

et ut alii mihi inscriptiones mitterent curavit. Ex ceteris nostratibus *E. T. Langerus* itinerarium Io. Dornsuami mihi excutiendum concessit; *Conr. Heusingerus*, Iac. Frid. f. chartas paternas, quae ad illud itinerarium referuntur, exiguo pretio vendidit; aliquot inscriptiones nobiscum communicarunt *Creuzerus*, *Thierschius*, *Fr. Th. Welckerus*, cuius singulae epistolae novum quiddam mihi attulerunt, *Spikerus*, bibliothecae regiae Berolinensis praefectus, et *G. H. Bernsteinius*, uterque ex itinere Britannico redux, *Minutolius*, vir excellentissimus, Aegyptiaco itinere clarus, *Steinbüchelius* Vindobonensis, *Stoephasius* Posnaniae habitans, *Weberus* apud Venetos negotiator, *Spangenbergius*, Cellis Hannoveranis supremi iudicii consiliarius, *C. F. A. Beierus*, professor Lipsiensis, qui schedas *Io. Benthylii* Smyrnaei, iuvenis mihi carissimi, antequam hic Berolinum concederet, benigne misit. Nuperrime denium sero, sed non minori studio, Cassellanorum marmorum exactissima exempla misit *Völkelius*. *Pighianas* et *Spanhemianas* bibliothecae regiae chartas ipse examinavi, et in his potissimum magnum ineditarum inscriptionum numerum repperi. Inter Batavos *Guil. van Heusde* chartas Horstianas et Lennepianas, in his Gallandi et Petri Burmanni Secundi schedas inedita quaedam continentes, *Reuvensius* decretum Aexonensium miserunt. *Münterus*, episcopus Seelandiae, varia, ex *Akerbladii* potissimum supellectile, nobis donavit; *Bröndstedius*, Regis Danorum apud Pontificem Maximum legatus, Ceos titulos misit nondum tum editos, et inscriptiones Musei Strangfordiani aliasque; *Birgerus Thorlacius* titulos aliquot Siciliae. Permulta debemus *Köhlero*, archaeologo Petropolitano longe doctissimo, cuius schedae variis temporibus sed maxima ex parte his ipsis diebus missae utinam maturius ad me pervenissent; nec nobis defuit *Petrus de Köppen* Bosporanorum titulorum ipsis suis autographis communicandis. Gallorum principes litteratores sedulo et libentissime me adiuverunt, initio *E. Q. Viscontus*, qui paulo post obiit, mox *Letronnius*, *Radulphus Rochettus*, *St. Martinus*, *Boissonadus*; Aegyptiaca haud pauca antequam ederentur *Iomardus* mihi concessit; titulos aliquot, qui non sine difficultate investigari poterant, *Alex. Humboldti*, viri meo praeconio superioris, opera adiutus comparavit *Hasius*; tabulas, quae musei Parisiensis inscriptiones omnes aeri incisas continent, *Claracus* Comes illustrissimus, eiusdem musei conservator, priusquam publici fierent iuris per Hasium ad me misit: quarum partem nunc continet Bouilloni pictoris opus de antiquis illius musei monumentis, quo tamen non usus sum, quod nec mature id ad me pervenit, nec meliora continet exempla, quam quae iam habebam. In Britannia vero *E. D. Clarkius* conciliavit mihi *Rosium*; hic permultos titulos in patria, mox Parisiis et in Italia a sese inspectos mecum communicavit; per eundem *Guil. Gellius* plura misit apographa, ut per Müllerum *Leakius* (1) et *Beaufortus*; idem Rosius curavit, ut *T. S. Evansius* in nostrum usum eas conficeret schedas, quas Rosianas vocare soleo, Elginiana monumenta continentes: quarum varietatibus, nostra cum venia, usus interim Osannus est. Etiam *Guil. Hamiltonus*, Regis Britanniarum apud Regem Siciliarum legatus, rogante *Schölero*, professore Gedanensi, Neapoli confecit apographum tituli, quod optaveram. Inscriptiones Atticas duas ante paucos annos effossas misit *A. Stähele*, Helvetius Londini agens, qui eas ipse Athenis transcripsit (2). Quorum virorum eximiorum non possum quin praedicem et humanitatem et liberalitatem ab omni remotam invidia, quae pusillos invadit animos.

IV. *Quae exclusa sint.*] Quamquam vero universum Graecarum inscriptionum apparatum colligere constituimus, tamen *nummorum* titulos omisimus, quod hi una cum typis in operibus numismaticis plenissime collecti sunt nec separari apte a typis queunt nummorum potissimum decus constituentibus: ceterum praeter palaeographicam rationem nummis et nostris inscriptionibus non multa sunt communia; atque ipsa utrorumque utilitas, de qua quum olim ferventibus doctorum studiis disceptaretur, inscriptionum partes Marq. Gudius, nummorum Ez. Spanhemius secutus est (3), eatenus videtur diversa esse, ut qui imperiorum tempora et principum seriem rite deducere, imagines et hominum et deorum cogno-

(1) Leakius inter principes titulorum investigatores numerandus inscriptiones praecipuas a sese repertas sparsit in variis potissimum collectionibus, quae ab aliis editae sunt, ita tamen, ut ipse illas notis instruxerit plerumque, sicut in Walpolii collectione, quae inscribitur *Travels*. Hinc accidit semel n. 1001. ut ex schedis Leakii editum a Walpolio titulum dixerim, quem dicere debebam a Leakio in Walpoliano opere editum. Nec multum in illo titulo, ubi de notis non dissero, interest inter utramque dictionem; sed ubi accuratiore definitione opus fuit, hanc non neglexi.

(2) Neutram editam esse iuraveris: tamen altera in Corpore nostro Inscriptionum iam impressa est n. 465. Novum apographum ex lapide inter rudera ecclesiae combustae reperto petitum est: lectio non differt a nostra, nisi quod littera Y, quam supplevi, in hoc apographo comparet, et pro tribus versibus sunt quattuor, fortuito opinor. De altera dixi in Addendis ad n. 916. et ne haec quidem nova sit necne, licet diiudicare.

(3) Cf. Maffeii epistolam: Sul paragone delle Iscrizioni con le Medaglie, in F. A. Zaccariae Institt. antiq. lapid. (Venet. 1793.) p. 487 sqq.

scere atque ex his de variis variarum civitatum religionibus coniecturam facere velit, in nummis, qui mores et instituta populorum, rerum publicarum formas et administrationem, denique civiles privatasque veterum res universas indagare, et linguae ac sermonis proprietates investigare constituerit, in inscriptionibus maius sit praesidium habituris, quae praeterea nummis solent disertiores esse. Non aeque ab inscriptionibus excludi *gemmae*, *vasa*, *sigilla* possunt; ex quibus hinc inde per universum opus aliqua sparsa sunt, ex ceteris autem sub finem operis praebebimus delectum non tam de industria institutum quam sponte natum, iis potissimum omissis, quae repraesentare nisi additis imaginibus non sit operae pretium, quod imagines potiores, inscriptiones non ullius sunt momenti. Inscriptiones a *veteribus auctoribus* traditas (1) omitti par est, quod hoc opus eo consilio suscipitur, ut monumentorum litteratorum paretur supplementum: tamen utilitatis causa aliquot ex illis insigniores, ut monumentum Adulitanum, recipiemus. Contra *fragmenta* titulorum ne ea quidem abieci, ex quibus nihil quidquam extrices, propterea quod haec quoque possunt aliquando insignem praestare usum, sicut titulus n. 1711. *A.* a nobis restitutus est e fragmento Cyriaci, quod ne Muratorius quidem relatu dignum existimaverat. Sed prorsus exclusimus titulos Graecis quidem litteris, *non* tamen *Graece* compositos, in his aliquot, qui a nonnullis Graeci habentur, ut Gruterianum Bastae in Appulia tributum, ut monumentum in valle Phrygiae Doganlu repertum: quamquam de his in palaeographica commentatione mentionem faciam. Postremo Academia constituit, ne *figurarum imagines* cum inscriptionibus coniunctae in opere hoc litterario delinearentur, sed ut quantum opus est verbis describerentur: non enim commiscendi artium fines sunt, nec repetendis figuris pridem delineatis augenda librorum pretia: id quod statuit iam Maffeius, utriusque rei, et figuratae antiquitatis et inscriptionum, iudex usu longo experientissimus (2). Immo quod imagines plerumque ex titulis, non tituli ex imaginibus intelliguntur, et ex figuris non multum ad explicandas inscriptiones peti potest, ne verbis quidem multis in imaginum utimur descriptione. Quodsi errori obnoxia est descriptio verbis reddenda, corrigi error debet; necdum video a me ita in hac re erratum esse, ut error sit in tituli interpretationem propagatus (3). Nec qui archaeologos vel principes, etiam Io. Winkelmannum et E. Q. Viscontum, perverse incisas tabulas edidisse norunt, quantum in ipsis erretur delineationibus, ignorant; sculptoresque et falluntur et fallunt. Ita A. Hirtio, collegae nostro, quum vas Ingenhemianum edebat (4), licet tabulam identidem corrigeret, accidit, ut muliebris figurae bovina cornua, quae in vasculo ipse conspexi, a chalcographo mutarentur in caprina: ex qua re Hirtio mota lis est. Ita Pembrokiani anaglyphi Iovem aliter exhibet Bimardi, aliter Mülleri tabula (5): multumque distat anaglyphum Samothracium idem a Müllero et a Millingenio delineatum (6). Possem alia addere et insigniora, nisi in iis consistere vellem, quae nuperrime tractata sunt: hoc credet, opinor, aequus iudex et virium humanarum existimator modestus, in opere tam amplo et laborioso vix simul ad imagines recte delineandas et ad inscriptiones probe reddendas et explicandas ab uno posse homine satis attendi.

V. *De ordine instituto et operis partibus.*] Iam digerendae materiae quum triplex institui via queat, inscriptionibus aut pro argumentorum diversitate per *classes*, quas secuti priores sunt, aut secundum *aetatem*, aut *geographice* disponendis, etsi Maffeius, quod tum Graecarum inscriptionum nondum tanta fuit moles, mixtam ex prima et altera rationem adoptaturus erat (7), tamen tertia sola, etiam in nummis recepta, Graecis titulis tot et per universum prope veterem terrarum orbem sparsis in ordinem redigendis ita ac-

(1) Ex Herodoto, Strabone, Pausania, Athenaeo, Dione Cassio, aliis, titulos receperunt priores docti; quae res, ut mihi videtur, nullam habet utilitatem. Ac ne certae quidem fidei omnes hae inscriptiones sunt, ut statim Reinesiana prima, quae Athenis posita fertur: Θεοῖς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης καὶ Λιβύης, Θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ. Talia hodie explosa repetere dedigneris: dedignabuntur, si sapient, posteri repetere inscriptionem Petrizzopulianam (n. 43.) et suppositicias Fourmonti, in quibus mihi desudandum fuit.

(2) Prospect. p. 135. ed. Becell. „Icones, anaglypha, statuas huic operi nequaquam admiscebimus, vel saltem parcissime. Solent haec a typographis avidius arripi, atque ut librorum pretium augeatur, libentius quocunque intrudi; sed quum praesentis collectionis labor ab utilitatis scopo absit quam longissime, sataget ex adverso Societas nostra, ut volumina quam minori impendio poterit constent. Figurae inscriptionibus adnexae describentur verbis, *quum id ad titulorum intelligentiam conducet.* Ceterum figurata antiquitas diversum genus a scripta constituit: non est cur modo unum et alterum in eadem collectione permisceantur."

(3) Cf. Addenda ad n. 5.

(4) Die Brautschau, Zeichnung auf einem Griechischen Gefäſs, Berol. 1825. 4.

(5) Vide ad n. 34. p. 52. *a.* et Böttig. Amalth. T. III. p. 43.

(6) Inscr. n. 40. Müller. in Böttig. Amalth. T. III. p. 35. Milling. Ancient unedited monuments (Lond. 1822.) P. II. n. 1.

(7) Prospect. p. 127 sq.

commodata est, ut ab ea initium disponendi peti possit: Latinorum alia est ratio, qui multas ob causas, quas exponere nihil attinet, per classes digerendi sunt. Sed ut de Graecis dicam, geographicus quidem ordo, quae civitate, dialecto, institutis inter se conveniunt, praestat composita, ut saepe ne explicatione quidem opus sit, quod alterum monumentum altero iuxta collocato illustratur tacite: diremptis eiusdem loci titulis impeditur intellectus, et in diversas terrarum plagas continuo vagatur interpres. Quodsi quis Atticas, Laconicas, Boeoticas inscriptiones, aut rursum Syriacas, Palmyrenas, Aegyptiacas, aut Ponticas aut Deliacas consideraverit, quanto omnes eiusdem terrae titulos componi praestet, facile intelliget: sin per aetates vel classes dirimentur, non ordinabuntur, sed confundentur. Deinde patria tituli ut plurimum est certa, classium et aetatum ratio ambigua: unde fit, ut apud Gruterum et Muratorium idem titulus saepius redeat. Sane haud pauci tituli ubi reperti sint, non constat: sed bona pars comparatis aliis ad certos locos a me revocata est, ad alios fortasse ac quos exspectabas: ut ex Atticis exemi multos, qui Attici habiti erant, neque in Spartanis posui testamentum Epictetae, Therae vindicatum. Nec, quando non constabat ubi repertus titulus esset, sed ad quam civitatem pertineret constabat, religioni duxi in huius eum civitatis titulis referre: quae si cui inconstantia videbitur, sciat in ordinanda huiusmodi materia inconstantiam iudicio temperatam praestare perfectae sed infructuosae constantiae. Ceterum ubi maior alicuius regionis inscriptionum habetur numerus, ut Atticae, Laconicae, Boeotiae, has disposui per classes, classes vero secundum tempora, vel ubi haec nos destituunt, ex argumentorum similitudine: at non easdem in omnibus partibus classes dedimus, a quibus nusquam recederetur, sed titulorum plurimorum in singulis terris repertorum indole spectata eas in quaque instituimus classes, quae legentium commodo et eiusdem generis inscriptionibus coniungendis essent aptissimae, easque eo fere ordine dispositas, ut priores essent, quae antiquiorum et potiorum, posteriores, quae recentiorum et minus memorabilium titulorum maiorem continerent numerum. Ac ne classium multiplicaretur numerus, etiam capita aliquando constitui, quae classibus continerentur, ut in Atticis Agonistica et Gymnastica una comprehendi classe, sed hanc divisi per capita quattuor, certaminum musicorum, victoriarum gymnicarum, praefectorum agonisticorum titulos et gymnicos catalogos separans; sic quae iungenda ob materiae rationem erant, iuncta et simul distincta per suas species sunt. Ita quarta classe comprehendi archontes, prytanum catalogos, laminas iudicum: haec enim capita interiore quodam nexu reipublicae cohaerent: sed singulas classis particulas distinxi et temporum habita ratione et argumentorum, ita ut post archontes ponerem catalogos prytanum, qui veteris sunt reipublicae et iidem recentioris, deinde eos catalogos, qui abhorrent ab usitata Atticae reipublicae veteris forma (inde a n. 202.), postremo adderem laminas iudicum. Quibus in rebus me non sine consilio et cura versatum esse, intelligent attenti. Omnibus tamen hominibus non potest satisfieri; itaque facile fero, si uni et alteri nostra improbatur dispositio, praesertim in classium ratione, quam reprehendi facilius quam institui ipse iam monui in prooemio Atticorum titulorum: at qui rerum Graecarum et antiquitatum, quas vocant, campum noscere et lustrare voluerit, eius usibus accommodatum nostrum ordinem esse non diffido; idque concessit etiam Odofr. Müllerus. Nec veritus sum titulos fortuito in uno lapide scriptos, ubi id ratio postulabat, disiungere, simul tamen qui coniuncti in eodem lapide sint significans, et in qua quisque lapidis parte exaratus sit, supra an infra, ad dextram an ad sinistram: quod vero alios aliter loqui video, moneo me dextrum vocare, quod adspectanti dextrum est, et sinistrum eodem modo; ut loquimur, ubi dextrorsum et sinistrorsum scribi dicimus. Utilitatis causa autem in operis exordio, neglecto geographico ordine, *titulos antiquissima scripturae forma insigniores* collocavimus: quodsi in reliqua compage similes redibunt, aut minus memorabilis eorum scriptura visa est, aut noluimus hos ab affinibus separare aliis, aut sero eos accepimus: et ultima haec causa me excusabit simul, si quando extra ordinem interpono unum vel alterum titulum, id quod rarissime fiet. Illas igitur inscriptiones prima continet pars, secunda *Atticas*, tertia *Megaricas*, quarta *Peloponnesiacas*, quas per sectiones disposui, quinta *Boeoticas*, sexta *Phocicas*, *Locricas*, *Thessalicas*, in quibus primum consistit volumen. Tum quoniam Doridis et Aetoliae proprie dictae nullae supersunt inscriptiones, nisi quas meliori iure in Locris posui, transibo ad *Acarnaniam*, *Epirum*, *Illyricum*; addamque titulos *insularum Ionii maris*. Interpositis deinceps inscriptionibus *incertorum in Graecia locorum* sequentur *Macedonicae*, *Thracicae et terrarum in eo tractu septentrionalium*. Post has *Aegaei maris insulas cum Rhodo Cretaque et Cypro*, dein *Cariam*, *Lydiam*, *Mysiam*, *Bithyniam*, *Phrygiam*, *Galatiam*, *Paphlagoniam*, *Pontum*, *Cappadociam* perlustrabimus; sequentur *Lycia*, *Pamphylia*, *Cilicia*, *Syria Palmyram usque*, et ex interioribus locis *Persepolis* ac siqua in *Persia* Graeca inscriptio reperta est. Hinc in Africam transgressi *Aegypti*, *Aethiopiae*, *Cyrenaicae* titu-

los proponemus: unde perveniemus in *Siciliam et ceteras eius regionis insulas*, inde in *Italiam*; desinemus in *Gallia*, *Britannia* barbarisque Europae terris. Quorum autem patria indagari nequit, eos titulos ut *incertorum locorum* post ceteros recensebimus. Accedent *Christianae* inscriptiones, non ea, quam Maffeius pollicitus est, diligentia collectae, sed prout per mea studia licet: unam et alteram, quae in Christianis poni poterat, praecepi antea; neque omnino certi possunt fines constitui. Agmen claudent *subditiciae* non ita multae, postquam Fourmontianas in primae partis appendice occupavi. Singulis voluminibus *Addenda et Corrigenda* adiicientur; quae in hoc tomo auctiora reddita sunt, partim quod nova plura inscriptionum exempla accesserunt, partim quod God. Hermannus adversus Corpus Inscriptionum iniquo impetu composuit libellum, in quo quae de singulis titulis monita sunt, ea in Addendis potissimum percensui (1). Ultimum volumen *commentationem palaeographicam* continebit non nimium magnam, quae quum ex ipso debeat opere prodire, non potest nisi eo absoluto praestari, et varios *indices*, primum librorum et schedarum, quibus usus sum, alterum partium operis, tertium et praecipuum rerum verborumque, eumque per capita quaedam dispositum. Post editum opus autem Academia curabit, ut quotiens novae inscriptiones in lucem prolatae sufficientem praebuerint materiam, *Supplementa* concinnentur (2).

VI. *De textu inscriptionum repraesentando et de varia lectione.*] His expositis de inscriptionum tractandarum ratione dicturus initium facio a *primitivorum textuum repraesentatione*. Quorum qui typis reddi nequibant, aereis sunt tabulis incisi, in prima potissimum parte: nam reliqui, etiam qui prius in aereis tabulis editi sunt, typis aeque bene exprimuntur; miraque est superstitio, quae tabulis eiusmodi unice habeat fidem: saepe enim delineationibus in aere factis longe praeferenda sunt alia apographa, ut marmoris n. 165. partem pessime exhibet tabula Montefalconii (3); et omnino nostrorum apographorum plurima pars tabulis aereis est certior et accuratior. Typos elegimus eos, quibus E. D. Clarkius in Marmoribus Cantabrigiensibus primus usus est et nunc utuntur Britanni, inscriptionum ductibus propiores; eosque, prout in quoque titulo diversae formae sunt, variavimus. Litterarum positum, qualis ex lapidibus traditus est, retinuimus constanter, etiam ubi tituli litterae disparis sunt magnitudinis: et qui versus vel ductus maiore mensura exarati sint, indicatur quoque loco in varia lectione; nam variae mensurae litteris excepto uno et altero loco, ubi id sine sumptu fieri potuit, noluimus uti. *Diplomaticam* autem *fidem* in titulorum contextu maiusculis expresso unice secuti nullam in eum immisimus coniecturam (4); sed in permultis titulis apographis usi pluribus, qua ratione scriptores recensentur, eadem ex variis exemplis

(1) Idem quae de universa nostra inscriptionum tractandarum ratione dixit, iis tacite vel diserte occurri in hac Praefatione, solam tamen spectans rem, nec curans quae cupide, superbe, invidiose iacta sunt; ceterum quae de singulis titulis occupavi in Praefatione, ea ubi posita sint, in Addendis quoque loco notatum reperies. Quidquid vero ab inscriptionibus alienius, persecutus sum commentatione *de logistis et euthynis* eiusque prologo et epilogo, Mus. Rhenan. iurisprud. philol. etc. T. I. p. 39 - 107. partis philol. et hist. Ita nihil fere eorum, quae adversarius disputavit, non examinavi.

(2) Sane resurgens Graecia spem iniicit fore, ut plures mox tituli proferantur, ideoque supplementa fortasse satis ampla brevi poterunt necessaria videri: non tamen ideo differri operis editio debuit antequam Graeci rebellarent suscepti: quamquam, ut diversae sunt doctorum sententiae, dum alius moram aegre fert, alius dilationem optat. Quantum equidem intelligo, cunctando in tali re solet id effici, ut universum abiiciatur consilium; sed collectio prius edita adiuvat studia eorum, qui posthac edant titulos recens repertos. Haec nimium aperta ne monuissem quidem, nisi his ipsis diebus et ab aliis et a Constantino Asopio, Ioniae universitatis quae Corcyrae est professore, auditore olim meo, nuncius esset allatus, Cyriacum Pittacum Atheniensem, cuius supra mentionem feci, magnum numerum ineditarum inscriptionum Atticarum congessisse; qua de re distinctior narratio extat in Ephemeride Graeca, cuius exemplum ab Asopio per Rotam, mercatorem Graecum Tergestinum, ad me missum non ad me pervenit. Nec possum nunc de ea re uberius referre, quod Guilfordus Comes, Ioniae universitatis olim praefectus, cuius operam mihi sperabam utilissimam fore, diem supremum obiit, antequam litteras reciperet de hoc negotio a me ad ipsum datas. Sed talia monumenta recens inventa, quae primo volumini accedere debebant, poterunt vel in fine operis, quando in manus meas pervenerint, vel in praefatione voluminis secundi aut tertii edi.

(3) Idem dicendum de Claraci tabulis; vide Add. ad n. 165. et confer praeterea ad n. 160. n. 181. ne plura cumulem, quae facile congeri ex opere nostro possunt. Sed memineris eam Parisinorum lapidum condicionem esse, ut nemini hoc exprobrari queat, si falsas inde exsculpat lectiones. Vide modo titulum apud nos n. 666. editum ex lapide, qualis nunc est, et antiquius eiusdem apographum in Addendis propositum.

(4) N. 76. quidem Fourmontiani apographi menda aliquot statim correxi; sed hoc non fecissem, nisi iam olim in Oec. reip. Ath. factum fuisset, ex quo libro repetitum exemplum traditum typothetae est. N. 32. autem peculiari ratione mihi agendum fuisse, docent notae et Addenda. Omnino summam mihi iniuriam faciet, qui me in textibus edendis audacem fuisse dicat: nihil usquam in hac re feci audacter, sed summa cum religione secutus sum tradita; quod non intelligunt, quibus libri a me in usum vocati non sunt ad manum.

composuimus textum, in quo quidquid habetur, id transcribentium nititur auctoritate diplomatica; sic quaecunque hic vel ille legere in marmore potuit, uno repraesentantur conspectu, neque unius oculis, sed omnium utimur. Atque ita scio peritissimum quemque, si meo loco condidisset opus, facturum fuisse; nec, quum haec res multo sit molestissima, fecissem, nisi recta suasisset ratio. Nam ex diversis apographis haud raro nullum praestat ceteris, nec textus ex ullo vel mediocriter bonus prodit, propterea quod inscriptiones plurimae lectu sunt ita difficiles, ut vel oculatissimum effugiant permulta; at compositis, quae hic et ille rectius vel plenius legit, cunctis bona oritur textus recensio diplomatica; cur igitur primum mancum exhibeam exemplum? Ineptus profecto forem, si decretum pro Septimio Severo n. 353. vel ex Pocockio vel ex Fourmonto solo dedissem vitiosissimum, quum id utroque collato, simul in usum vocatis Chandleri variis lectionibus, modice praestetur emendatum: idem valet de titulis permultis. Non ego in eo laudem quaesivi, ut foedum proponerem exemplum, quod deinde aliorum exemplorum ope emacularem, sed ut ipso lectionum delectu emendandi mihi praeriperem materiam et longam praeciderem disputationem. ,,At ille delectus ex tuo pendet arbitrio''. Verum; immo in eo hinc inde summa emendationis versatur; sed deligo tantum tradita, et haec omnino deligenda sunt iudicio editoris, quoniam sine iudicio ne diplomatica quidem crisis potest peragi: quodsi quis omnia vellet apographa integra recudere, vereor ut emptoribus gratificaretur: qui tamen ea desideret, potest sibi ea ex varia lectione a nobis annotata componere. Nam ut lectori integrum sit iudicium, unde quidque petitum sit, *varia lectio* demonstrat. Haec vellem potuisset paucioribus verbis absolvi; sed ob scripturae continuitatem pluribus saepe verbis opus est: nec siglis in textu interpositis, quae variae lectionis sedem indicent, uti licet, quia his interponendis, quod in Gruteri Thesauro factum est, litterarum situs et tituli forma mutatur: neque ad latus vel sub textu in eadem pagina annotari omnibus locis varia lectio potuit, quod non suppetebat spatium, si titulum, quod praetuli ubicunque licebat, nolebam per plures distrahere paginas. Ceterum in variam lectionem contexendam plurimum contuli laboris, plus fortasse quam postulari potest: raro ubi fidelissima extant apographa, ex minus bonis non enotavi nisi potiora, quod optimo iure feci n. 160. Hoc per me licet stomachum moveat morosis, qui aliis volunt quasi baiulis uti, et commentariis absolutissimis praeferunt falsarum lectionum farraginem, ex qua futiles expiscentur coniecturas. Postremo quoniam de lacunosarum et mutilarum inscriptionum *supplementis* iudicari tuto nequit, nisi ex spatio, quod explent; ne textus bis apponendus esset, supplementa uncis separata addidi, ubi opus videbatur, adstipulante potissimum Bekkero, quum de ea re deliberaretur ab Academiae sociis. Nec quidquam hoc damni affert lectori non somniculoso: immo si textum sine supplementis habere cupiveris, omissis his eum poteris transcribere, et habebis primitivum apographum prorsus genuinum. Sic qui in titulo n. 152. versabitur, restituet sibi illud apographum, quod in Oeconomia civitatis Atheniensis Tab. XIV. sine supplementis edidi, nisi quod in hac tabula vs. 2. Θ excidit typothetae vitio: quod cuiusdam causa annotandum videtur. ,,At supplementis addendis lectoris occupatur iudicium''. Qui videat ipse, ut suum sibi constet iudicium: nobis licebit nostro consulere commodo, ut ex supplementorum congruentia eorum doceamus veritatem et persuadeamus invitis. Sed ea rubro appingi omnino praestitisset: devitandi tamen sumptus erant, nec quod Osannus et Rosius in paucis fecerunt inscriptionibus, identidem redeunte supplementorum necessitate fieri in maiori opere poterat. Uncis igitur utimur, ita quidem, *ut litterarum adhuc servatarum nulla suo moveatur loco, nec suppleatur in contextu primitivo quidquam, ubi nullus in exemplo tradito locus relictus sit. Quae* vero *in utroque versuum fine suppleta sunt,* nota plerumque, ubi quidem nulla potest ambiguitas oriri, *uno tantum unco a ceteris separari, et ubicunque post uncum* [*non infertur inversus*], *supplementa procedere usque ad finem versus;* item *ubi ante uncum*] *non positus est inversus* [, *supplementum incipere ab ipso versus initio. Ubi* autem *integri versus supplentur, uncos addidi utrinque* [- -]. Aliquoties tamen in primitivo exemplo vel in textu minusculis repetito etiam versuum, qui non integri perierunt, finibus apposui uncum, ubi errare legentes possent.

VII. *Praemonenda de inscriptionum pertractatione.*] Sed ut textus repraesentandi et variae lectionis congerendae labor est molestissimus, ita titulorum *correctio* et *illustratio* plurimum acumen postulat et doctrinam subactam, vix ut ab uno omnia praestari queant. Quapropter, etsi opus non ita potuit inter plures dividi, ut alius aliam partem elaboraret, sed omnia complecti unum necessarium fuit; tamen de quibusdam rebus et cum Hirtio et Idelero et per epistolas cum Müllero et Welckero deliberavi, alias partes, antequam typis excuderentur, in conventibus academicis recitavi et ad deliberandum proposui,

aut privatim cum Buttmanno communicavi [1]. Bilinguium titulorum eos, qui Orientis litterarum cognitionem desiderant, explicabit *F. H. G. Gesenius*, idque iam praestitit in Atticis. Plagularum correctionem madidarum mecum et cum idoneo correctore susceperunt Buttmannus et Bekkerus, qui me inter eam de hac vel illa admonuerunt re: potissimam vero emendandarum plagularum operam praestat *Frid. Sanderus*, eximiae doctrinae iuvenis, cuius aliquot recepi observationes. De ipsa quam institui titulorum tractatione praemoneo haec. Primum ut ad legendos titulos paratus accederes, ut plurimum continuo post variam lectionem addidi *notas palaeographicas* in difficilioribus quidem inscriptionibus, non eas prolixas, sed succinctas: quo simul aetas tituli, quantum ex his eam indiciis colligere licet, definitur, et iudicium lectoris palaeographicum formatur. Quam utilitatem non poterat tabula litterarum formas continens praestare, quae praeterea, quum etiam recentiores formas complecti debeat, non potuit cum ratione parti primae addi, et omnino palaeographicae commentationi reservanda est, nisi turbare ordinem rerum velis. Deinde ut commode legi inscriptiones possent, *minusculis* repetitae sunt; in qua repetitione, prout quoque loco necessarium vel supervacaneum visum, litterae suppletae aut correctae modo uncis seclusae sunt modo non separatae a reliquo contextu. Addidi etiam *accentus* notationem licet in tot propriis vel ignotis nominibus ambiguam: in qua me aliquoties falsum esse non dubito: nec fortasse omnibus locis satis mihi constiti; et in operis progressu ultro aliquid mutavi, ut primum Demosthenea ratione, quae mihi videtur prisca fuisse, dedi Ἀσκλήπιος, mox redii ad vulgare Ἀσκληπιός. Graviores titulos, primae potissimum partis, iusta instruxi *interpretatione*, sed prolixitatem in titulis explicandis pridem perosus [2] ne de his quidem tam disputavi fuse quam priorum interpretum longe plurimi. Sane, ut rite coniungantur sententiae, etiam nota subinde dicenda sunt; sed quae ex trivio petita apposuisse feror, aut a me non dicta sunt, aut tanta brevitate proposita, ut non sit intellectum esse ea reconditiora [3]. Et plures fortasse erunt, qui me reprehendant, quod in emendationibus commendandis et in interpretando nimium fui parcus, plurimasque res non ampliore disputatione confirmo, sed verbo significo. Nempe longum opus breveque aevum: neque illud tironibus scribitur, sed viris, qui quae priores docuerint, sciant. Quare etsi libros de singulis titulis scriptos, eosque sane quam prolixos, perlegi integros, omisi omnia ibi exposita, si hodie videbantur inutilia: quae si aliis videntur utilia, ut mei mihi iudicii veniam dent, iure videor postulare posse, qui quidem non nudius tertius in has involaverim litteras. Et plura quae desideres omissa a me sunt, quod absoluto opere conquiri ex indice possunt. Quodsi qua non additis argumentis propono, non ea temere iacio, sed habeo quibus ea confirmare possim, neque ea pro auctoritate pronuncio, sed peritiori nemini dubia etiam sine demonstratione esse iudico. Idem humani aliquid me hinc inde esse passum non diffiteor, modo imperfecta rerum minus vulgarium notitia deceptum, modo falsum in rerum disquisitione ipsa, modo calami magis quam cogitationis lapsu aliud ac volebam scribentem vocabulum, modo verba veteris alicuius scriptoris, dum alii argumento intentus sum, forte oblata non diligenter considerantem, denique omnibus cuiuscunque generis erroribus cum ceteris mortalibus obnoxium. Verum haud fugiet aequos iudices, quam plena errorum sit universa philologia, quam laboriosum susceperim opus, quam defatigetur editor tot minutis titulis digerendis et interpretandis, in quibus non ullus interior rerum nexus delectet mentem et subveniat iudicio, quam impedita titulorum magna ex parte valde mutilatorum tractatio sit, denique quam facile in rebus abstrusis et subtilibus labamur, ubi ne summa quidem animi variis rebus districti contentione caveris errorem. Quid quod ne is quidem, qui in singulis vel paucis inscriptionibus tractandis versetur, nihil committet vitiosi? Quo dignior venia is, qui universam comprehendere materiam constituerit, ut aliorum inserviret commodis, praesertim ubi otium cum muneribus publicis pro eo, quem occupet, loco partiatur. Nae ego ab hac quoque parte verum esse intellexi illud Callimacheum, Μέγα βιβλίον ἴσον τῷ μεγάλῳ κακῷ.

(1) Temere omnino exprobratum Academiae est, quod non plures operi huic otium dicassent; et eae potissimum partes, quarum tractationem non intellexit vir in hoc genere non exercitatus, cum pluribus doctis a me communicatae sunt, et horum tulerunt calculos. Ita n. 1. 2. 3. 5. cum Buttmanno, et n. 5. etiam cum Hirtio communicavi; de n. 8. multos cum Buttmanno sermones contuli; n. 9. Hirtii usus consilio sum; n. 10. Buttmanno, n. 11. classi historicae et philologicae proposui; de n. 12. 16. cum Buttmanno deliberavi; n. 25. pluribus proposui, n. 29. 32. Buttmanno. N. 43. antequam adversus Petrizzopulum iudicarem, deliberavi cum Buttmanno et Bekkero, qui mihi accesserunt. Universam praeterea de subditivis Fourmonti titulis commentationem, et prooemia de tabulis quaestorum Atticis ac magistratibus Spartanis, interpretationem titulorum n. 160. 1513. 1688. 1711. et alia plura cum sociis academicis communicavi.

(2) Oec. civ. Athen. T. II. p. 160.

(3) Vide Add. ad n. 1. 14.

Huc accedit, quod ut minus difficile est non errare, ubi taceas in difficillimis, ita qui, quod feci, etiam obscurissima tentanda aliqua ratione censuerit, fallatur aliquando tantum non necesse est. Et ex immensa rerum diversissimarum copia, quae inscriptionibus enucleandis adhibendae sunt, quidni lateant multae vel eum, qui paratissimus accesserit? Ut ego Graecis titulis occupatus non mihi eam, quam vellem, Latinarum inscriptionum et Graecorum nummorum comparavi cognitionem. Sed haec et talia excusabunt ii, qui in hoc genere non sunt novicii: hi enim experiendo modestiores fiunt: nec vereor, ne quam modestiam ab aliis expeto, eam ipse migrarim. Non enim mihi videor in quemquam fuisse iniuriosus aut arrogans: sed quae de quoque dixi minus honorifice, non potest is aestimare, qui commentarios reprehensos nec legerit nec viderit, nec tulerit eam quam creant nauseam. Non licuit parcere Fourmonto, non Petrizzopulo; Biagium si multum tricando nihil extricare dico (1), non durum, sed lene pronuncio iudicium; si Porsonum aliquid infeliciter coniecisse, Corsinum in titulo quodam explicando infausto successu versatum et imperfecta Graecae linguae cognitione instructum esse contendo (2), non illis detraho laudem, quam egregiis sibi inventis pararunt; nec Chandleri merita detrecto, ubi eius me nugas mittere velle pronuncio (3).

VIII. *De arte inscriptiones intelligendi et emendandi.*] Nunc quamquam titulis propria nulla hermeneutica et critica ratio adhibenda est, sed observandae eaedem, quae in ceteris scriptis interpretandis et iudicandis, leges sunt, tamen quaedam monenda videntur de via, qua ad obscuriorum inscriptionum perveniatur intellectum. Nam quum philologi negotium duabus rebus comprehendatur, sensu dictorum eruendo et iudicandis dictis, ex quibus alterum est hermeneutices, alterum critices iudicio insuper superstruentis emendationem, et quum utrumque sit quadripartitum, quod et intelligentia et crisis aut grammatica est aut historica, rursumque aut ad dicentis indolem aut ad praecepta artis et generis, cui opus quodque annumerandum, dirigitur (4): in titulis duae priores et interpretationis et iudicationis partes, quamvis ceteris non exclusis, potissimum sibi locum vindicant. Verum quum intelligi scripta nequeant nisi emendata, neque emendari possint nisi intellecta, nec crisis incipi potest nisi absoluta interpretatione, neque interpretatio nisi absoluta crisi. At haec inter se pugnant. Nimirum in hac ipsa repugnantia, quae in natura rei sita est, quum universi philologici negotii summa posita difficultas sit, tum haec mirum quantum augetur in titulorum tractatione, plerumque admodum corruptorum, lacerorum, mutilorum. Quare praeter sobrietatem et temperantiam in quavis re necessariam sagacitate, divinatione, poetica quadam ea, quae non adsint, repraesentandi facultate, denique nativo quodam et ingenito sensu veri opus est, ut e mutilis disiectisque membris, quale corpus fuerit, e vestigiis prope evanidis, quid olim fuerit scriptum, coniicias, postremo ut in ductuum superstitum interpretatione possis iam occupare, quae crisis demum suppeditat, et dum crisi emendatrice uteris, assequaris id, quod desiderat intelligentia et interpretatio. Verum hoc praestari sine audacia nequit: quae temperata iudicio iusta vocabitur. Hanc equidem non defugio; ea tamen iis, qui neque idonea rerum notitia instructi sunt neque in hoc genere exercitati, nec critica pollent facultate, potest temeritas videri: et ne iusta quidem illa audacia non est erroribus obnoxia. Sed ut iis, quas dixi, praeditus ingenii dotibus sis, neque in alio ullo argumento philologico neque in titulis versari cum fructu poteris, nisi diuturna accesserit exercitatio et materiae, in qua occupatus sis, usus. Multas nosse inscriptiones oportet, qui explicare singulas velit; multis periculis tentanda ars, corroborandae vires, priusquam accedas ad difficiliora: nec si ob palaeographicam rationem, ut in ipso opere dixi, Crissaeum titulum primo posui loco, cuiquam auctor fuerim, ut in eo explicando studii lapidarii ponat tirocinium. Multorum demum lectione animo imprimitur, quales plurimi fuerint tituli; unde de obscurioribus iudicare tutius licet: multi simul considerandi et animo complectendi sunt, ut restituatur unus. Ita decreta Attica non possunt suppleri et emendari, nisi multa huiusmodi monumenta quotidiano triveris usu et solitas inde didiceris formulas; ita tabulae quaestorum Atticorum, catalogi

(1) P. 7. *a.* Nec primus ego sic iudicavi. Loquacitatem Biagio obiicit homo et lenissimus et minus quam ego breviloquens Andr. Mustoxydes Illustr. Corcyr. T. I. p. 200.

(2) P. 47. *a.* 40. *a.*

(3) P. 207. *a.* Qui legerit eam Chandleri interpretationem, vel ex Oec. civ. Ath. T. II. maxime p. 189. norit, non poterit non *nugatoriam* dicere. *Ridiculam* post me dixit Rosius Inscr. p. 238. idemque p. 240. vix credibile esse nisi re perspecta censet, tam *absurde* errare Chandlerum potuisse. At mihi talia iudicia iustissima exprobrat adversarius.

(4) Vide quae exposui in commentatione de crisi carminum Pindaricorum, Act. Acad. Boruss. class. hist. et philol. 1822-1823. p. 261 sqq.

magistratuum et Attici et Laconici, non possunt nisi coniuncti intelligi et restitui: vel viginti aut triginta inscriptiones aliquando inter se comparandae fuerunt, donec unam ex iis possem supplere. Unde natae aliquoties ampliores disputationes sunt, quibus universa materia sub uno poneretur conspectu, ut in tabulis quaestorum Atticorum, in munerum Atticorum catalogis ad n. 190. et 202., in titulis Laconicis et Boeoticis. Haud minore experientia opus est in fide apographorum aestimanda, ut quousque in mutanda lectione progredi liceat, quae vitia transcribentibus, quae lapicidis imputanda sint, recte diiudices. Qui quam foedatae Cyriaci schedae sint, quanta Pocockii incuria fuerit, non norit, audaciorem illorum apographis adhibitam coniecturam aegre feret; peritior in eorum mendis non haerebit, ubi quidem ex aliis titulis augurari licebit, quid in illorum lateat quisquiliis. Sic quae in Pocockiano fragmento n. 90. tentavi, vera ea, satis scio, mira profecto forent, nisi et Pocockii incredibilis negligentia esset nota, et tamen vestigia remanerent solitarum in decretis formularum, quas mente tenere debet, qui ad talia accedat: singulas exemplis demonstrare et longum est et putidum, quum eae sint vulgatissimae. Sed ne de negligentibus solis dicam, fallunt etiam diligentissimum marmoris vitia, ut ductus sibi agnoscere videatur, qui non sunt in lapide: aliter longe legitur, si lapidis lectionem in museo positi secundat lumen, si is spongia irrigatur, si otiosus et securus lector est; aliter si Turcis instantibus et impedientibus raptim transcribitur titulus male collocatus, aliquando etiam inversus (1). Innumera quidem certarum emendationum exempla depellent eam, quae nonnullos invasit, superstitionem; ut in apographis, quae doctiores confecerunt, nihil putent mutandum esse. Ita n. 73. vs. 12. quod ΡΟΙ in ΗΟΙ mutavi, audax visum est; Ρ enim a docto viro lectum, *licet ab illo ut incertum notatum*, tamen non posse in Η commutari. Vix operae pretium est, fateor, adversus talia scribere defensionem: sed ut tamen uno et altero exemplo utar recens oblato, n. 73. *c.* in Addendis habetur inscriptio a viro doctissimo Bröndstedio in museo transcripta, in qua *A.* vs. 15. Ρ pro Η legitur, et *B.* vs. 9. Ρ pro Ε. Et haec certa via emendata sunt. Quid quod in viri omnino docti apographo n. 916. inter Addenda edito litterae ΥΣΙΠΠΟϹΚΟΥ ΛΩΣΗ|ΕϹΤΙ certo mutandae sunt in ΗΑΝΑϹΤΟΜΩϹΕΙ|ΗΤΙ? Taedet cumulare alia: haec, ut iustius aestiment rationem nostram, conquirenda erunt iis, qui rei novitate perculsi accusant me temeritatis, et satagunt ut viam monstrent editori, postquam ipsam confecit identidem. Nec tamen nego interesse multum, Graecae linguae peritus an imperitus, artifex delineandi gnarus an doctus indoctusve huius artis expers tradiderit inscriptionem. Nam, ut in hoc consistam, artifices, ut Gropius et Gavius, verba quidem hinc inde praebent non Graeca, sed ductus ita referunt exacte, ut in eorum apographis vix quidquam mutare liceat, nisi ductibus vel separandis vel colligandis apponendisque lineolis, quae corrosae vetustate sint; quod imprimis in titulo Crissaeo tenendum. Aliorum titulorum, ut galeae Hieronis et tabulae Eleae, lectio ita certa est, ut nihil prorsus liceat mutare, nisi si scribentis menda corrigere velis. Nec sine aliqua epigraphica experientia de litterarum forma vel genuina vel depravata, de ductuum permutatione, de scripturae ratione, sitne titulus στοιχηδὸν exaratus necne (quamquam hoc oculi exercitati facile vident), et de ceteris rebus palaeographicis iudicari potest; plurimaque exercitatione opus, ut recte aestimes, titulus integer sit necne, et quantum et in qua parte abscissum vel corrosum sit: ut titulum n. 160. qui antea erat integer habitus, docui dimidiatum superesse. Hac igitur qui careat experientia, non solum titulos non potest tractare, sed ne intelligere quidem tractationem bonam: immo isti, quae sunt rectissima, aegri videbuntur somnia esse. Tum quoniam grammatica et historica interpretatio et crisis in inscriptionibus princeps est, editor et linguae debet paulo esse peritior, et vero rerum, quae ad historiam pertinent, quarumcunque, publicarum, privatarum, sacrarum, profanarum: non solius enim linguae notitiam, sed harum quoque rerum intelligentiam scribentes exspectabant a legentibus, quibus scribebant, debetque interpres nosse ea omnia, sine quibus scripta intelligi non poterant ab iis, quibus scribebantur; quae ubi ignorabis, ne integra quidem poteris interpretari, nedum restituas mutila: rerumque imperitis multa videntur fieri posse, quae non possunt, et non posse, quae possunt, multa incerta esse vel veri dissimilia, quae certa sunt aut probabilia, multa certa vel verisimilia, quae perito ne veniunt quidem in mentem. Ceterum res nec *grammaticae* omnes neque *historicae*, quibus titulos explicatos praebeas, possunt aliunde hauriri, sed ex eo saepe solo, quem tractes, noscuntur, et vel ex corruptela *heuretica quadam ratione* debent exputari, quam mox uberius illustrabo. Quod maxime tenendum in *orthographia* titulorum ea scriptorum aetate, qua certus usus nondum confirmatus erat. Nam ut in

(1) Vide ad n. 1711. Quid quod ne optimis quidem auctoribus potest fides haberi, ubi ipsa ratio doceat contrarium? Ita nemo mihi persuadebit, titulum n. 10., longiorem dico, esse integrum, nec posse ab initio addi Τ, licet illud Knightio narraverint plures, idemque affirmet Stuartus, testis eximius, Antt. Att. T. III. p. 58.

orthographia posthac quoque magnopere variatum est et saepissime a vulgari norma recessum, quemadmodum tales scripturae quales Ὀλύνπιος, συνμαχία, ἐνγύς, et antiquitus et in recentioribus inscriptionibus habentur; ita priscis temporibus etiam plura sibi indulserunt Graeci. Quis enim sine Deliaco lapide crediderit ἀρυτός scriptum esse, quis Αἐσχρώνδας, Διωνύσοε (Αἰσχρώνδας, Διωνύσῳ) sine Tanagraeis? quis scripturam Ἀρίσστων, Ἀσσκληπιόδωρος valde frequentatam esse putaverit sine tot inscriptionum testimonio? Permulta ex his vel perfectissimo grammatico discenda sunt; temerariique est hominis et sensu historico destituti negare, posse etiam ἄπθιτος pro ἄφθιτος, atque adeo ὅθ' Ἑρμῆς pro ὅδ' Ἑρμῆς scriptum esse: ex quibus alterum haud dubie comparet n. 1. alterum n. 12. statui sine superstitione potest, quum praesertim neutrum careat analogia (1). Neque ad exactissimam normam iudicanda inscriptionum *oratio* est: multa in his ex reconditiore usu peculiaria insunt, multa a communi recedunt usu vel sunt insolentia aut barbara. Nusquam nisi in titulis habetur ταμίασιν pro ταμίαις; prorsus insolentia sunt ἠργάζετο, ἐξηργήσατο n. 162. 456. ἐγενέσθην (pro ἐγεννήθην) n. 1064. ἀγωνίσαι n. 1108. ἐφιορκεῖν n. 1688. et locis ibi allatis, et sexcenta alia: ne dicam de barbaro ἄνδραν n. 1781. ubi plura similia contuli. Cuius generis formae ignotae sane non sunt sine ratione inferendae titulis, ut n. 11. nolim ἄρχειν pro ἄρχεσθαι accipi (2): sed ubi talem formam e fide apographorum vel vestigiis ductuum et orationis conformatione patet scriptam esse nec locum nisi ea sumpta aut intelligi posse aut emendari, recipienda ea erit sine cunctatione, sive lecta sive emendatione reponenda est. Sic n. 11. τοΐ et ταΐ pro τοδί, ταδί legendum esse intelligit mens non occupata praeceptis opinionibus, quum primum ab aliquo hoc inventum fuerit: sic n. 1066. barbarum αὐξούμενον est quidem emendando a me factum, sed aeque certum, ac si diserte scriptum litteris sit insignibus et optimae sit notae. Quid quod etiam *sententiae absonae* non solum ferendae sed emendatione inferendae sunt? Nam quum inscriptiones incorruptae offerant tales, ubi ex tituli ratione, e vestigiis litterarum, denique ex universo loci tenore iudicandum est, hoc vel illud minus bene dictum vel absurdum ibi fuisse scriptum, debebit id restituere criticus, nihil reveritus hermeneutas quosdam, qui, quum interpretis munus parum profunda aestimassent cogitatione, in ceteris praeceptis nihilo rectioribus posuerunt etiam hoc, non debere scriptori quidquam perversi, absurdi, falsi imputari. Eadem via etiam *historicae* res ignotae vel ex corruptis indagari locis queunt. *Asandrum Agathonis f.* e nullo, quod incolume superest, monumento novimus; sed eum pro Hosachara Agathonis f. n. 105. restituendum esse, succurrentibus litterarum vestigiis docet variarum rerum inter sese concentus, cui in hoc crisis genere permultum tribuendum est; quam crisin haud levissimam iure mihi videor novicio vocabulo appellare *combinatoriam*, quae non geometrica via nec mere syllogistica, sed colligendis, componendis, comparandis variis notitiis deducat ad novum quiddam, non illud ita demonstratum, ut nemo possit reluctari, sed ut, qui sese in argumentum penitus immerserit, evidens esse intelligat illud ipsum, quod non est demonstrabile. Denique ut paucis complectar potissima, in titulis obscurioribus et verba et sententiae *analytica via* inveniendae sunt, ut mathematici *ignotos numeros* indagant. In quo necesse est aliquid sit *datum*, unde progrediatur investigatio: id vero datum aut scriptum diserte est aut evidenti coniectura restitutum, ut n. 9. κριθῶν ἑκτέων datum est, non diserta traditione, sed emendatione aliis locis ita firmata, ut sit certa. Quodsi ex datis non statim possunt cetera reperiri, tentandae sunt *hypotheses*, et ex his tentatis alia est post aliam reiicienda, quaecunque non suffecerit explicando titulo, donec ad aliquam perveneris, ex qua vel omnia vel plurima possint intelligi, et quae omnium vel plerarumque partium *concentum perfectum* praestet: nam veritatis documentum est concentus; falsa dissonant. Sin is praestari nequit, res imperfecta relinquenda; si concinentia quidem fingi possunt, sed ea ipsa incerta, *exempli causa* proponenda sunt haec incerta, quod certa assequi non licet. Neque vero uno conatu potest ad finem quasi decurri in difficilioribus problematis solvendis; *gradatim et appropinquando* ad verum pervenitur, alio post aliud momento ponendo, tollendo, mutando. Hac via, quae sola recta est, quantum potui ingressus sum: at postquam inveni verum vel probabile, hoc proposui paucis, non qua ratione ad id pervenissem, multis disserui. Ut tamen fieri solet, ratio mea non perspecta est, quod eam non designavi uberius; nunc coactus in duabus inscriptionibus de industria meam explicabo viam: quae si viris in critica inscriptionum versatis, iisque eius sobrietatis eiusque ingenii, quale in Letronnio maxime admiror, probabitur aliquatenus, id quod ex illius honorifico iudicio (3) sperare licet, non me paenitebit operae titulis insumptae.

(1) De illo dixi §. IX. de hoc vide Add. ad n. 12.

(2) Vide Add.

(1) Journ. des Sav. 1827. Aug. p. 481 sq.

IX. *Exempla tractandarum inscriptionum obscurissimarum a n. 1. et 9. petita.*] Tituli Crissaei n. 1. explicationem, quam mihi melius quam prioribus nescio quibus cessisse non gloriatus, sed verbis simplicibus professus sum, et aliis probavi pluribus et Schömanno, viro admodum temperanti minimeque cupido; nec qui simul vel post me in illa exerciti sunt, aut plus aut rectius assecuti videntur. Nam Rosius quidem meus (¹), qui de fide tituli non bene dubitavit, nihil inde exsculpsit, nisi vs. 1. haec: ἐγὼ μὲν ἔσομ ἄφθιτον ἀεί; Dobraeus (²), vir in restituendis titulis eximie versatus, haec proposuit: Ἐγὼ μὲν (vel μνῆμ᾽) ἔσομ᾽ ἄφθιτον· Ἀείμνηστός μ᾽ ἔθηκε .... [κρατῆρα] .... καὶ Κτασιθέα θυγάτηρ ἡθμόν, vel ἔσομ᾽ ἄφθιτον, ἀείμνηστον. ἀνέθηκε ......, accedens ille in nonnullis ad mea proxime; God. Hermannus, postquam nostra sibi visus est convellisse, excogitavit lusum, quo derideret seria. Nunc accipe traditum textum.

ƎƎƎIΛVOTI⊕ꓶΛMOꟻƎƎIYƎMOꟻƎ
VMTONMĒ⊗EKEPAITEBOIΛKAIK
OVO⊕MOꟻƎΛƧIIΛN⊗ΛƎ⊕IMΛT

Hoc apographum quum confecerit Gropius, Graece parum doctus, sed delineandi peritus, consentaneum est ductus, quatenus fieri in corrosis lapidibus potest, esse diligenter redditos, licet verba vix sint Graeca: quare nullus ductus nisi extrema urgente necessitate prorsus est mutandus; sed possunt ductus separari et aliter componi, quod quomodo illi cohaereant, sine Graecae linguae cognitione non satis iudicare potest is qui delineat, concurrentibus hinc inde in lapide praesertim arroso litterarum diversarum ductibus; addique potest unus et alter, qui obscuratus sit, apex: veluti si Ϻ mutetur in M (³). Ita feci: qui si nonnulla dixi corrupta esse, dixi corruptionem, quae sic sanari posset, exceptis duabus, quas leniter mutavi, litteris. Post haec videndum, integer titulus sit an mutilus. Mutilum esse ipsa eius forma docet. Nam! quum vs. 1. scriptura ad sinistram manum traiiciatur in vs. 2. βουστροφηδόν, et similiter vs. 2. ad dextram in vs. 3.; tamen vs. 2. in sinistram longius productus est, vs. 3. autem reductus in dextro initio versus sinistram: quod ita institutum a scribente esse non est credibile. Accedit quod vss. 1. 2. connecti non possunt nisi supplementis additis: quae erunt eo probabiliora, quo concinnior nascetur litterarum dispositio: id quod nostra praestat restitutio. Iam lectionis initio facto incidi primum in id, quod Rosius et Dobraeus praebent: ἐγω με - - -, sed statim me revocavi. Nam quarta littera M non est μ. Vs. 2. init. enim extat VMTOꟽ, in quo quum M non possit pro Ϻ haberi, propterea quod scriptura a sinistra procedens postulabat ipsam formam Ϻ et ad raram litterarum inversionem in hac potissimum littera minime provocare tuto licet, illud ipsum M pro mutilato est M habendum: quo statuto prodit νμτον non Graecum: unde continuo coniicias M in hoc titulo non esse μ, sed σ; et confirmatur hoc reliqui tituli lectione, quae praestari nequit nisi M statuas esse σ, ut in aliis antiquis titulis: atque omnino ubi ut hic ν est Ꟶ, ibi solet μ esse M, non M. Quid quod Dobraeus quoque in voce Κτασιθέα M statuit σ esse? Quod debebat etiam initio tituli facere. Itaque pro ἐγω με iam est ἐγω σε legendum, conciditque lectio ἐγω μεν: μνῆμ᾽ autem omnino legi nequit; quod deficit ν: praeterea si μεν legatur, necesse est IY mutari in M, quod durum in artificis delineandi periti apographo, quia ductus sunt contrarii. Potius hucusque habemus litteras εγοσευι. Sequitur MOꟻƎ⫞, Britannis ἔσομ᾽. Hi omittunt primum elementum; et dicas, Tupperi imprimis exemplo apud Rosium assumpto, id omnino esse omittendum, quasi erasum. ꟻ vero accipiunt pro σ (M), M pro μ (M). At alterum hoc, ut ꟻ pro M habeatur, certe non licet. Potius si primum elementum oblitteratum fuit Ǝ, quod omnino probabile est, hucusque habemus haec: εγοσευιεεπος: sin primum elementum erasum putes, pro εε habemus

(1) Inscr. p. 325. Rosii exemplum e Tupperi manuscripto desumptum videtur, nec multum discedit ab Hughesiano; vs. 1. litt. 2. (a dextra) est ꓶ, litt. 8. Ǝ; pro litt. 12. est Ϻ, quod eodem redit, quum lineola tantum omissa sit; quod etiam in reliquo titulo aliquoties accidisse sumo et hoc ipso confirmaverim exemplo; vs. 3. litt. 1. T, 9. Ꟶ est; litt. 14. pro A est Δ. Haec nihil mutant in nostra ratione, praesertim quum Δ hoc non videatur aeque certum atque insolentius istud A esse; itaque harum lectionum in sequenti expositione tantum eatenus rationem habui, ut vs. 1. litt. 2. 8. de iis dicerem.

(2) Diar. class. T. XXX. p. 415. ap. Ros. p. 415.

(3) Cf. quae dixi §. VIII. de iudicandis apographis.

solum ε. Sed brevitatis causa sumamus esse εε; non multum enim interest. Quod sequitur, diserte est ἀπϑιτον, etiam a Rosio et Dobraeo agnitum: omnes litterae apertae sunt, nec quidquam mutare licet, nisi quod Ꙟ apponendo apice, si necessarium fuerit, potest in M (hoc est σ) mutari, ut sit ἀπϑιτος, hoc est ἄφϑιτος. Nempe hinc discitur, quam rationem grammatici in litteris eiusdem organi concurrentibus retinuerunt, ut tenuem statuerent ante aspiratam, sicut in τίτϑη, Σαπφώ, Βάκχος, eandem nondum confirmata orthographia (1) etiam in diversi organi litteris non esse devitatam. Neque hoc mirum videri ulli potest, qui harum rerum habeat peritiam, contrarioque id exemplo illustrabo. Σαφφὼ pro Σαπφὼ est in nummis; Ithacensis titulus habet ΣΑΦΦΟΥ; ΜΑΧΧΙΔΑΝ pro [Β]ΑΚΧΙΔΑΝ videtur in Corcyraeo n. 1850. esse; Ἄφφιον, Ὀφφιανὸς pro Ἄπφιον, Ὀπφιανός, quae ex Latinis Ἄππιον et Ὀππιανὸς facta sunt, videmus in titulis scripta: igitur, ut in eiusdem organi litteris ante aspiratam modo tenuis est modo aspirata, ita in diversi organi litteris idem accidisse est consentaneum: sed in illis invaluit, ut tenuis usu confirmaretur, in his ut aspirata; priscis temporibus neutrum erat firmum. Ceterum tota haec res ad orthographiam pertinet, non ad pronunciationem. Succedunt litterae αιεει: in quibus aliquid ex αἰεὶ inesse, mecum intellexerunt Rosius et Dobraeus, idque confirmatur eo, quod ἄφϑιτος αἰεὶ usitata est formula; sed quod E in prisca huius tituli scriptura et ε et η et ει esse potest, tituli que sermo dubitationi est obnoxius, aut αἰὲ aut αἰεὶ aut αἰὴ legi posse dixi rectissime, et singulas has formas demonstravi: praetuli tamen αἰεὶ vulgare, ut in re incerta, et notavi etiam, E posse in voce hac ει esse, licet pro εἶ verbo non scriptum E sit: quod nemo poterit refellere. Habemus igitur ἄφϑιτον αἰεὶ εἶ, nondum mutato apice ullo. Iam huc deducta re ponendae hypotheses sunt, ut quomodo illi formulae aptari priora possint, exputetur, et tentanda est divisio litterarum εγοσευιεεϝοϛ in vocabula quaedam, exempli causa: ἐγώ σ', Εὔιε, ετος vel ϝος, omisso priori ε tanquam eraso. At quis est ille *ego*? Nemo in titulis unquam ita loquitur, ut se aliquid alii facere dicat, nec dicat quis ipse sit. Hac igitur hypothesi quum nihil efficiatur, quaeri alia debet; sed ne vagi huc illuc discurramus, videndum est, numne alter versus ad aliquid deducat. Et est ibi ἔϑηκε prorsus apertum, etiam a Dobraeo perspectum: unde intelligitur, non prima, sed tertia persona aliquid hic esse enunciatum: quod primo versui accommodari consentaneum est. Immo vs. 2. diserte extat σ' ἔϑηκε: M enim σ est, non μ, nec σ illud prioribus υστον adiungi potest, quod τους nulla est Graeca compositio. Sic patet *compellari* aliquem: ὁ δεῖνα *te posuit*: neve te offendat compellatio haec, quae possit poetica videri, vocativo usus est etiam Sigeensis tituli auctor. Iam quaerendus est vocativus, ut habeas eum, qui compelletur. Ille autem vocativus nequit quaeri nisi ante verba ἄφϑιτον αἰεὶ εἶ, quae debent interiecta inter allocutionem et dictionem σ' ἔϑηκε iudicari; ac quoniam σὲ non incipit sententiam nisi emphatice dictum, quod manifesto hinc alienum, in litteris - - υστον nomen illius quaerendum, de quo hoc σ' ἔϑηκε pronunciatum sit. Primum quaero vocativum. Inter quem et inter σ' ἔϑηκε interpositum est ἄφϑιτον αἰεὶ εἶ; sed hoc fieri non potuit, nisi interiecta inter vocativum et ἄφϑιτον vocula σύ, vel relativo ὅς, ἥ, ὅ. Iam in fine litterarum εγοσευιεεϝος non inest σύ; neque ἣ neque ὅ, diserte inest ος. Quis vero unquam dixit ὃς ἄφϑιτον εἶ? Patet omnino ἄπϑιτος scribendum esse, non mutata littera Ꙟ, sed apponendo apice oblitterato (M), et vocativum praecessisse masculini. At εγοσευιεεϝ non desinit in vocativi terminationem. Sane non: tamen statim offertur υἱέ in mediis illis litteris, id ipsum praestans quod volumus et quaerimus: inter υἱὲ vero et ὃς nihil quidquam desideratur; quid igitur faciemus illis intermediis ꟻƎ vel solo ꟻ? Nempe ὃς spiritum asperum habet, cuius antiquissima forma est 𐌇; hunc, si Ǝ dubium omittas, addendis ductui ꟻ lineolis lucrabimur. Sed si ꟻƎ retineas, res etiam facilius expeditur. Quippe forma 𐌇 diductius scripta, horizontalibus insuper lineolis in sinistram prominentibus, ut prope n. 39. vs. 1. litt. 9. (sic fere ꟻ𐌇), iisque in media parte arrosis, praebebat delineanti speciem duarum litterarum ꟻƎ: quod semel inventum nemo, nisi cupidus refellendi, non videt vs. 3. haberi. Tenemus iam haec: . . . . . υἱέ, ὃς ἄπϑιτος αἰεὶ εἶ: genitivus nominis, quo parens filii designetur, praecesserit necesse est. At quod solum superest εγοσε non continet in ipso fine terminationem genitivi; nam οσε non potest terminatio genitivi esse, potest ος. Verum ut supra in ὅς, ita nunc in υἱὲ spiritus asper apponendus superest, qui latet in Ǝ, ex quo addenda linea verticali fit 𐌇. Sic genitivo relinquuntur solae litterae ΜΟΓƎ. Cuius autem filius potest *perpetuo immortalis* esse? Nullius nisi dei filius deus. Quis deus cultus Delphis, Crissae? Apollo. Denique cuius dei vel deae nomen potest in litteris ΜΟΓƎ quaeri? Lege εγος, ηγος, εγους, ηγους, εγως, ηγως: nihil extricabis. At nihil est facilius, quam litterae Γ, quae in Rosii exemplo etiam distinctior quam in Hughesiano inest, addere api-

(1) Cf. §. VIII.

cem, ut sit T: habes iam ετος; ex quo, quum mutilum titulum esse iam demonstratum sit, addito in dextro versus initio ◀ fiet Λετός, hoc est Λητοῦς. Iam tenes in Crissaeo titulo Delphicum deum Apollinem: Λητοῦς υἱέ, ὃς ἄφθιτος αἰεὶ εἶ: iam vides accedente illo σ᾽ ἔθηκε, statuae Apollinis haec subscripta esse; quod ego *non sumo*, ut dixit aliquis, sed ex ipso titulo *heuretica et analytica via simplici*, sine ulla mutatione, additis tantum paucissimis apicibus, quos necessario addendos esse demonstravi, *eruo.* Ceterum etsi rem olim ita repperi, tamen eam tum non ita exposui, quod viam nimium longam contrahere interpretatione brevi volebam. Simul iam liquet, titulum esse soluta oratione scriptum. „At misera haec poetica prosa est". Sit licet: quae analysis demonstrat, vera sunt, sive bona sive mala (1); placuit auctori poetica dictio, neque eius aetate exculta fortasse ars soluta oratione scribendi ita erat, ut is devitaret epicam dictionem: id quod vs. 2. iterum statuendum esse docebit analysis.

Restat ut vs. 2. init. nomen eius indagetur, qui dicitur Apollinis statuam collocasse: ubi patet scriptum esse νστον σ᾽ ἔθηκε, de quo iam satis dixi. Nomen dedicantis quaesivit hic etiam Dobraeus, sed vocem Ἀείμνηστος, quam quaerit in litteris ΑΙΕΙ|ΜΜΤΟΝ, hae non continent; deinde dedit μ᾽ ἔθηκε, non reputans Μ esse σ, non μ. Nomen dedicantis inest solis litteris ΜΜΤΟΝ, ex quibus Μ omnino nihil esse, nec posse pro Μ (μ) haberi, monitum iam supra est: debebat enim ipsum Μ esse: itaque addito apice debet Μ (σ) scribi, unde fit νστον. Sed neque haec litterarum compositio Graecae linguae convenit, nec Μ est ν: debebat enim in hoc litterarum ad dextram cursu Ν esse. Igitur initio versus, ubi facile aliquid perit, addendus apex, ut ex Μ fiat Μ: sic habetur σστων, terminatio vocis legitima, cui, quum versum ab initio mutilum esse monstratum iam supra sit, ab initio addendum supplementum; et sponte offertur Ἀρί]σστων, duplici sigma, quod illustravi ad n. 25. et passim vidimus in aliis titulis: etiam n. 1756. Ἀρίσστωνος agnosco in Naupactio titulo, hoc est in monumento hominum Crissae vicinorum. Utut de hoc nomine iudicabis, certum est dedicantis nomen desisse in σστων; exempli causa tamen retineo ipsum illud, quod est maxime probabile. Sed post haec Ἀρίσστων σ᾽ ἔθηκε subiectae sunt litterae ϱαιτεβοιλκαικ. Hae in Graeca vocabula dividi nequeunt nisi aliqua admissa mutatione. Probabile autem est, tres illas ante ultimam litteras esse καί: ante quod est βοιλ non Graecum; neque in hac prisca scriptura λ exspectes esse Λ, sed Ⅼ. At Graecum est βοια; et ex Λ, non mutato ullo ductu, sed sola lineola apponenda fit Α. Quid vero fuerit βοια nisi nomen proprium aut integrum aut ab initio nondum expletum, adiungendum voci Ἀρίσστων? Quapropter opus est coniunctiva particula inter Ἀρίσστων σ᾽ ἔθηκε et βοια posita, eaque statim post ἔθηκε debebat posita esse. Iam vero eo loco est ΡΑΙ: adde minimum apicem, habebis R pro Ρ; deme ex superiore curvatura minimam lineolam, habebis K: sic prodiit Ἀρίσστων σ᾽ ἔθηκε καὶ τεβοια καὶ Κ – – Muliebre nomen est illud, quod post ἔθηκε καὶ habetur: at τεβοια non Graecum est nec τηβοια nec τειβοια: nec si Ο putes ω vel ου esse, lucreris quidquam: nec reperiri potest aliud. Nam qui Εὔβοια, Ἐρίβοια, Περίβοια, Μελίβοια vel simile coniiciet, nimium discedet a pictoris delineatione. Contra Βοία est nomen Graecum, a masculino Βοῖος, quod non infrequens (2). Sic analytica via reperta est haec lectio: Ἀρίσστων σ᾽ ἔθηκε καί τε Βοία καὶ Κ – – At hic iam grammatici excitant fluctus: „Non ferri potest καί τε, quod omnes, qui Homerum legerunt, norunt esse *et forte* vel *immo etiam* (*und etwa, ja auch*); neque ad illius particulae vim illustrandam debebas ad disiunctum καί—τε provocare (quod est *atque etiam*, καὶ valente *etiam* et τε *atque*); neque hoc ipsum, ut tu dicis, Pausanias ex antiqui sermonis imitatione usurpat, sed est eo usus ut alii Graeci, nominatim Thucydides I, 9. καὶ ναυτικῷ τε ἅμα ἐπὶ πλέον τῶν ἄλλων ἰσχύων: Thucydidem enim libenter imitatur Pausanias, notante Poppone: neque epicum καί τε locum habet in soluta oratione: neque ad Vigeri librum provocandum erat neque ad Handii libellum, qui naturam particulae τε non perspexit; postremo potest etiam μήθ᾽ ἢ κεϱάϊζε βοτὰ legi". Mitto postremum, quod omnino non in censum venit, ac ne cum litteris quidem congruit, quum Μ sit σ, non μ: non enim quid legi ex singulis litteris possit neglectis ceteris formisque ad arbitrium explicitis, quaeritur, sed quid componi cum reliquis in unum queat corpus: cetera, quae mihi obiecta sunt, removeo. Et primum Pausanias non est Thucydidis imitator, quam Villoisoni sententiam tribus verbis recte reiecit Siebelis (3), reieci ipse in commentatione de stilo Pausaniae (4):

(1) Cf. §. VIII.

(2) Athen. IX. p. 393. E. Antonin. Lib. Metam. 3. 5. 7. 11. 15. 16. 18. 19. 20. 21. Plin. H. N. Ind. lib. X. extr. et X, 3. Suid. v. Τέϱπανδϱος. Βοιὸς Heraclides est apud Pausan. III, 22, 9. Haec affero propter Huschkium Analect. litt. p. 327 sq. In tituli interpretatione ubi Athenaei locum attuli, pro p. 393. typotheta dedit p. 293.

(3) Praef. Pausan. p. XX.

(4) Prooem. Catal. Lect. Univ. Berol. hib. a. 1824-1825.

cuius enim stilus tantopere dissidet a Thucydideo, is fieri non potest ut Thucydideas captarit formulas: quodsi quid abrupti habet Pausanias, ex longe alio id fonte manat quam apud Thucydidem; ceterum hic durus est et austerus et vere Atticus, Pausanias mollis, fractus et prorsus Asianus. Quapropter recte Poppo ([1]), ubi de indice suo dicit, monet: „Idem index suppeditabit locos, in quibus Herodianus et Pausanias sua ex Thucydide hausisse *videri possunt; horum tamen numerus non ita magnus est, ut inter imitatores eius referri possint.*" Praeterea Pausaniam liquet non ex suae aetatis usu, sed ex antiquiore petisse illud καί—τε. Idem tribui Thucydidi, non erat quod dicerem: dixerat iam Handius, quem ego citavi: et nolebam afferre Atticum, quod essent, qui eum usum Atticis abiudicarent ([2]): multo minus ad illud ex primo Thucydidis libro exemplum mihi notissimum provocare tutum videbatur, ubi Bekkerus uncis inclusit voculam τε. Hoc igitur καί—τε disiunctum constat in soluta remansisse oratione; idque etiam in titulo Locrico n. 1759. agnosco, ibi quoque ex antiquae dictionis aemulatione. Sed ipsum καί τε coniunctum etsi in prosa oratione non reperitur, tamen ferendum in hoc titulo est; ducit ad id iusta analysis, neque ex scriptoribus iudicandus titulorum sermo est, sed ex ipsis aestimandus titulis ([3]): noster vero hic ut poeticum ἄφθιτος αἰεί, ita adscivit καί τε, quod fortasse huius inscriptionis aetate ne fuit quidem poeticum, sed poesi et prosae initiis commune ([4]); non tamen reticui offensionem habere poeticum καί τε, et ideo disiuncti καί—τε usum comparavi, ut, si disiunctum a prosa non esset alienum, aestimares, quam facilis esset transitus etiam ad coniunctum audendum. Neque vero quod praecipitur inter utrumque discrimen verum est: utrumque nihil est nisi *atque etiam*, nec quidquam interest nisi vocabulorum collocatio, manente eadem significatione: quodsi disiungitur καί—τε, τε adhaeret proximo post καὶ vocabulo, ita ut in καὶ Εἰλειθυιάν τε similiter positum τε sit atque apud Latinos *que* in formula *in Italiamque*; sin coniungitur καί τε, τε additur statim primae voculae, ut si Latine dicere audeas *etiamque*. Ita rectissime ex ipso Homero statuit Thierschius ([5]): sed quoniam notio haec *atque etiam* tum potissimum locum habet, ubi priora illustrantur nova sententia ex illis profluente, potest καί τε aliquando verti *atque ita* ([6]), vel cum gradatione *immo etiam*. Et cum hac particulae vi convenit hic locus. Non Aristo solus dicavit statuam, sed, quod non solet quotidie fieri, simul filiae (de quibus posthac); itaque cum emphasi quadam simplicitati priscorum hominum congrua dicitur: „Aristo posuit, *atque etiam Boea* etc. (*immo etiam Boea* et ceterae filiae participes sunt donarii)". Non diversum erit, si dixeris *atque itidem*, quod adieci. Sic nostra satis defensa sunt. Contra nunquam καί τε est *forte etiam*. Quis enim credet, quod Hermannus praecipit, τε esse *dubitantis* (nobis *etwa*, *wohl*, vel *ja* sine emphasi)? ([7]) Quod mihi, quatenus ex usu sermonis cognoscitur vis voculae, videtur Handius rectissime refutasse; ex etymo vero, de quo non constat, definiri eius vis nequit.

Vs. 3. Hermannus proposuit versus membrum: πᾶσι θεὰ θνατοῖς. Nos vidimus duas priores lineas non esse metricas: quo minus probabile est tertiam esse metricam. Nec θνατοῖς inest in litteris: N non est ν in scriptura a dextra, sed Ͷ prorsus contrarios habens ductus; pro MIO (οις) in apographo est AΊı, illi non simile, si M pro A a me iam substitutum exceperis ([8]). Dobraeus vero coniunctis vs. 2. 3. litteris proponit: Κ[τασιθέα θυγάτηρ ἤθμόν, in duabus prioribus vocibus proxime accedens ad nostra; quibus summa cum iniuria exprobratur audacia, quae prorsus nulla est. At illud ἤθμὸν conciliari cum reliquis nequit, quae iam vidimus vs. 1. 2. scripta esse: statua enim Apollinis dicatur, non crater cum

(1) Thucyd. T. I. P. I. p. 370.

(2) Reisig. coniect. ad Aristoph. T. I. p. 212 sq. Poppo Obss. Thuc. p. 135 sq. Ego tamen concedo esse Atticum, docentibus Schäfero ad Dionys. de compos. verb. p. 191. Poppone ad Xenoph. Cyrop. I, 4, 17. Prorsus alieni vero sunt loci Xenoph. Cyrop. V, 5, 33. Oecon. 20, 12.

(3) Cf. §. VIII.

(4) Theognis non videtur praetereundus, poeta quidem, sed eius aetatis, cui hic titulus tribui possit, qui καί τε habet vs. 138.

(5) Gramm. Gr. ed. III. p. 570. (ex Iliad. α, 521. ι, 159. 509.).

(6) Cum Handio (l. c. ad n. 1.) p. 18.

(7) Primum Hermannus ad Hom. Hymn. in Apoll. 390. docuit ὅστε esse *qui forte*, quod non magis verum est quam quod καί τε docetur esse *forte etiam*: sed hoc explicare non est huius loci. Mox idem de dubitandi vi in illa particula saepius dixit, ut in Animadvv. ad Elmsleii Medeam et ad Sophocl. Trach. 1015. Hanc doctrinam secutus quidem est Stallbaum. ad Plat. Phileb. §. 103. (cf. Append. ubi quae de particula καί—τε Atticis usurpata dixerat, improbat), sed fassus ingenue, voculas *etwa*, *wohl*, non ubique satis aptas esse ad Graecae particulae vim explicandam. Credo et ipse. Nempe fraudem doctis fecerunt loci, ubi particula τε vel καί τε annectit sententiam, quae potest dubitanter pronunciata videri: sed ea dubitatio in nexu sententiarum magis quam in ipsa particula sita est. Ipsi quin etiam gradationi, cui inservit καί τε, haud raro inhaeret dubitatio, quod siquid maius additur, id saepe magis dubium est, quam praegressum minus; et in talibus potissimum locis καί τε potest reddi *forte etiam*, salva sententia. Etiam apud nos non multum differunt dictiones *und sogar* et *und wohl auch*.

(8) Errorem Hermanni notavit iam Welckerus Append. ad Aeschyl. Trilog. p. 79.

colo. Deinde K|τασιθέα nolim coniunctim legas: ipse enim adspectus docet, vs. 3. in dextra aliquid intercidisse. Atque etiam θυγάτηρ singularis non est probabilis: annumerata, quam eruimus, Boea plures iam sunt mulieres. Omnino post καί τε Βοία debet aliud nomen proprium addi a littera K incipiens, quo expleatur spatium vs. 3. in dextra vacuum: sed id quoniam certa ratione indagari nequit, *exempli causa* pono K[αλλίκλεια. Sequitur τασιθεα. Suppleri possunt varia: Μνασιθέα, Τιμασιθέα, Πασιθέα, Κτασιθέα, Ἀγασιθέα. At reiiciendae Μνασιθέα et Τιμασιθέα; nam T non licet in M vel M mutare. Κτασιθέα Dobraei sane bonum est: sed rarior in nominibus propriis littera α in huiusmodi formis; ne Boeoti quidem dixerunt Κτασίας, sed Κτεισίας (Κτησίας) (1). Tutissimum est scribere Πασιθέα vel Ἀγασιθέα, T mutato in ᒣ vel ⅂: et ex his facilior est secunda mutatio, quae ne mutatio quidem dicenda est: facile enim accidit lapicidae, ut dum incidit litteram ⅂, superior linea plus quam debebat produceretur in dextram. Utut est, muliebre nomen latet in ασιθέα desinens. At hae mulieres Aristoni iunctae alienae fuerint Aristoni an necessariae? Uxorem, sorores, filias exspectamus; et huic de filiabus suspicione favet continuo additum ⊗, ex θυγάτηρ vel θύγατρες. At falleris, dicas: quum enim sequi iam debeat A⅂V (υγα), sequitur AN. Verum hoc N in hac scripturae forma omnino nullam esse litteram modo paulo ante monuimus, id quod pro sua peritia perspexit etiam Dobraeus: habes igitur notam falsae lectionis, amoliendae non mutandis ductibus, sed dissolvendis, addendis. Dissolvi autem N in IV vel ΛI potest: sic habebis aut θυια aut θιλα aut θιδα (additis ductui Λ paucis) aut θιγα (si Λ statuas γ esse). Haec omnia nullum praestant usum, excepto θυια, AIV⊗: nam lineae I uno addito apice fit Gamma; unde prodit θυγα. Iam succedit II, quos ductus mutilos esse sponte patet. Supplendi hi quoque sunt, non mutandi; et facilia supplementa sunt ᑫT (θυγατρ). Iam quae proxima sunt A⅂ falsitatis notam habent apertam: nam ⅂ omnino nulla est Graeca littera, et A certe non incorruptum: α enim septies in hoc titulo est A. Nonne igitur licebit hos corruptos ductus aptare iam voci θύγατρες, ut illi mutentur in MƎ? Neque A in M mutare est audacis: tolle superius ^, ex A remanebit M. Immo haec ne mutatio quidem est; saepe enim accidit, ut litterae M ductus exteriores, qui in altum convergunt, longius promineant in altum: unde nascebatur falsa species litterae A obiecta transcribenti Gropio: ut n. 23. interioribus litterae A ductibus nimium excurrentibus natum est Ж. ⅂ vero in Ǝ mutari etsi duriusculum videtur, tamen est iam necessarium: et docebo §. X. cum simili ductu confusum Ǝ esse in titulo n. 39. Restat finis, cuius litterae sunt εεοςφνο, Graecam non praebentes dictionem: mutandae igitur sunt, non tamen aliis inferendis ductibus eorum loco, qui scripti diserte sunt, sed dirimendo et componendo, fortasse etiam addendo. ƎƎ potest in ⊞ componi, de quo ad vs. 1. monui, O mutari in Φ vel ⊗, M distrahi in IM, *Phi* mutari in *Theta*, И distrahi in IΛ vel VI. Hinc quae nascantur lectiones, longum est proponere; combinatoria, quam vocant mathematici, ratione exputavi omnes, sufficietque dixisse, nullam ex iis lectionibus Graecas praebere voces, nisi eam, quae coniuncto ƎƎ in ⊞ et disiuncto И in VI, non addita ulla lineola nascitur OVIΦMOB, quae omnino omnium mutationum est insuper lenissima. Haec scriptura Graece legi potest, ὅς, ὡς, οὕς φιλο, φιλω, φιλου. Ex his aliquid iam aptandum est reliquo tituli tenori, aut addito in fine versus supplemento aut non addito: sed qui hunc versum ex prioribus aestimarit, ubi in sinistra non possunt multa perisse, non addet magnum supplementum; una vel altera littera potest sine audacia addi, non multae. Itaque fere scribi et legi poterit ὡς φίλον vel ὡς φίλοι: ὡς φίλω et ὡς φίλου et quae praeterea finxeris, atque omnes dictiones ab ὅς vel οὕς incipientes non possunt loci tenori accommodari. Ὡς φίλον, sc. ἔθηκέ σε: ὡς φίλοι, sc. Aristo, Boea, ceterae; et alterum hoc supplementum minimum est: una tantum additur lineola. Utrum vero praestat ex sententiae ratione? Adhuc arbitror posterius. Si φίλον scribitur ad Apollinem relatum, non solum remotius illud ὡς φίλον ab eo est vocabulo, quocum coniungendum est, sed etiam vacuum, quum nemini non debeat Apollo carus esse: illud enim prorsus hinc alienum, quod ab invocantibus dicitur ὦ φίλ᾽ Ἄπολλον (2); nempe hi affectu et commotione animi agitantur, ideoque intentius precantes addunt illud φίλε, quod est affectus omnino carissimi, ut si dicas, ὦ φίλον κάρα, ὦ φίλε πάτερ: at nostro loco ipsum ὡς docet nullum inesse eiusmodi affectum. Affectum si voluisset auctor, dixisset initio: ὦ φίλε παῖ Λητοῦς vel simile. Contra ubi scripseris ὡς φίλοι, *dilectos* sese Apollini esse praedicant dedicantes, ut Διΐ φίλοι, Ἄρηϊ φίλοι sunt Iovi, Marti dilecti; statuam autem dei qui dedicant, eos consentaneum est beneficium ab eo expertos remunerari, quo ipso beneficio sese illi dilectos esse cognorant. Simplex sane hoc ὡς φίλοι est; epicum fortasse dixeris: at epicam dictionem bis iam in hoc titulo repperimus, ἄφθιτος αἰεί, καί τε: quibus exemplis addat hoc

(1) Vide Introd. Boeot. I, 5.

(2) Aeschyl. Sept. 145.

tertium, cui libeat. Quodsi cui displicuerit sententia: non nostrum est bonis sententiis ornare titulos, sed ex iis exsculpere, quae videantur inesse sive bona sive mala. Quo deducta re intelligitur, *analytica via*, lente cauteque progrediendo, nullam prope mutationem ausum nisi ubi erroris notae apertae offerebantur, apicibus potissimum oblitteratis addendis ibi, ubi spatium suppetit, supplementis in fine versuum brevibus et simplicibus assumendis, *eruisse me sententiam tituli et verba*, non praecepta opinione devitantem, quae offensionem habere vel in sententia vel in oratione possunt, sed *quaerentem quae dicta essent.* Quod ita perfecimus, *ut concinant inter se singula: et hoc est summum veritatis documentum.* Potest fortasse alio accedente apographo mutari aliquid in hac explicatione: sed summam assecuti sumus haud dubie, neque ex hoc, quod habemus, apographo recta via aliter statui de hoc titulo potest.

Aliud meae rationis exemplum proponam in titulo n. 9. *βουστροφηδὸν* scripto. Consideremus primum externa. Quum sensus non constet integer, titulus est mutilus iudicandus, initio certe, quod hoc non est legitimum, et in superiorum versuum sinistra parte, ubi voces non coeunt: in dextra coeunt. Sed estne *στοιχηδὸν* exaratus an non? Chandleri exemplum litteras non ostendit per series dispositas; Rosius (1) in una tantum littera Θ pro O vs. 15. differt a Chandlero, nec novum confecisse apographum videtur, sed Chandlerianum cum lapide contulisse. Utcunque est, praeferenda diserta, quam secutus sum, Mülleri affirmatio adversus Chandlerum pronunciata: *Titulus litterarum ordinibus rectis scriptus.* Haec tenenda ad restitutionem sunt. Iam criticus et interpres ea quae supersunt cum cura examinare et in unum corpus et perfectum concentum componere debet: id quod feci. Tantum enim abest, ut quod dicitur, non considerarim quae supersunt, ut ne minimum quidem neglexerim apicem, dum adversarius negligit tantum non omnia. Vs. 2-5. patet ΧΡΙ⊕--ΚΤΕΟ, per se obscurum: sed comparatis Atticarum legum fragmentis docui hoc esse *κριθ[ῶν ἐ]κτέω[ν*: quod semel inventum negari sine cupiditate vel artis criticae contemptu et ignoratione nequit, concinente praesertim exactissime litterarum numero *στοιχηδὸν* dispositarum. Liquet praeterea vs. 9-11. *οἱ -- τυποι*, 12. 13. *διποι*, 14. 15. *σχοινι* -- nec praeterea primo adspectu quidquam: ne enim vs. 14. 15. legat *τρισχοινι* vel aliquid ex *τρισχοινία*, quod cavendum esse monui, retinebit peritum forma Ͳ, quae non est *ρ*, sed debet aliquid singulare continere. His spectatis in promptu est cogitare de artis opere eiusque mensura, ob illa *τυποι* et *σχοινι*: sed ex duobus fragminibus nequit universum iudicari; consideranda omnia et componenda sunt, ut propius accedas ad argumentum. Nihil est apertius, quam *κριθῶν ἐκτέων*, alienum tamen ab operis mensura, sed congruum *impensis in opus factis.* Haec sententia modeste et dubitanter a me proposita expedit tituli interpretationem ita, *ut concinant omnia.* Nunc enim summas pecuniae scriptas esse coniicias: et statim vs. 1. IC (a dextra ad sinistram currente scriptura ƆI) est *obolus cum semisse*, quod notum, vs. 11. 12. Χ.Δ sunt drachmae 1000 et 10: Ͳ autem vs. 13. superest ex Ρ, hoc est vulgari forma 𐅄, *quinquaginta drachm.* Vs. 5-7. vero restitui iam potest *λειουργοῖς*, de operariis in *λείᾳ ἐργασίᾳ* occupatis (2), quibus victus praebebatur (*κριθῶν ἐκτεῖς*). Horum operae deinceps diversum additur opus *οἱ [ἔκ]τυποι*, hoc est *opus anaglyptum*, quod levi est oppositum; et nota articulum *οἱ [ἔκ]τυποι*, quod sunt *certa illa, quae sunt in aedificio, anaglypha*; in quo articulo nemo paulo peritior haerebit. Porro conveniunt *σχοινί[α*, quibus utuntur in struendo aedificio tollendis lapidibus. Supersunt *δίποι* vs. 12. 13. Hos dixi esse *bipedes, apparatum fabrilem ex trabibus duabus rectis, quae in solo defixae supra coniunguntur.* ,,At inepti fuissent Attici", ait adversarius, ,,si non quadrupedem potius apparatum adhibuissent". Qui videtur de apparatu quodam ex asserculis et trabecula cogitasse, qui solet quadrupes esse: at hic nimium infirmus non praestat eum usum, quem bipedes nostri apparatus iuxta collocati multo validiores: et quum Hirtius, haud sordidus architecturae auctor, probarit meam sententiam, et hodie etiam bipes eiusmodi apparatus haud raro adhibeatur, non est, quod hac de re litigem cum critico. ,,At *δίποι* non est Graecum pro *δίποδες*; quod enim tu comparas *τρίπος τρίπου*, ex solo notum est poetico aenigmate Sphingis". Verum si in illo est *τρίπον* et *τέτραπον* (omitto alia quae dialectorum scriptores enumerant), constat certa quadam aetate has formas vulgo usitatas fuisse, quae non potuerunt fingi a poetis: quidni igitur huius inscriptionis aetate usitatae fuerint? *Τοὺς τρίπους* fuit fortasse etiam n. 227. *b.* in recenti titulo: ut *Οἰδίπου* et *Οἰδίποδος* dicitur, ita *πουλύπου* est apud Aristophanem, *πουλύπων* apud Amipsiam (3), *τοὺς πουλύπους* dicit Aristoteles (4), *πούλυπον* Atticum, *πώλυπον* Doricum, Ionicum, Aeolicum esse Eustathius docet (5); postremo *τρί-*

(1) Inscr. tab. III. fig. 3. ad p. 22.

(2) Accuratius hanc definii ad n. 160. p. 285. *a.* *).

(3) Athen. VII. p. 316. b. ubi cf. Schweighaeuserum.

(4) Hist. An. IV, 8, 12. licet idem etiam *οἱ πολύποδες* dicat.

(5) Ad Odyss. ε, p. 1541. 18. Rom.

πους τρίπου Atticum est teste Etymologo (1): *τὰ γὰρ κατὰ ἀποβολὴν τοῦ σ ποιοῦντα τὴν γενικὴν Ἀττικά εἰσιν· οἷον ὁ τρίπους τοῦ τρίπου, καὶ ὁ Οἰδίπους τοῦ Οἰδίπου.* Quare licebit in Attico hoc titulo formam invenire *δίποι.* Firmis igitur talis stant *bipedes* nostri apparatus, restituique titulum et singula ad concentum adegi mutationibus prope nullis, ut plurimum appositis tantum in lapide valde oblitterato apicibus: nam mutavi vs. 1. Χ in Κ, 7. Ι in 4, 8. Α in Δ, 9. ΙΙ in Η, 11. Α in Δ, 14. ͲΓ in Ρ. Haec si non licent, si Α, in numeralibus praesertim notis haud raro pro Δ lectum, non in Δ, Χ non in Κ mutare licet, nullus potest titulus restitui. Quae praeterea supplementa in sinistra apposui, ea apponere non est audacis, quod mutilum titulum esse sponte patet; atque ea insuper maxime sunt concinna. Nostris vero quae opposita sunt, non valde videntur bona. Nam quum neque omnia accurate spectaret vir celeberrimus, quae in hoc consideranda titulo sunt, nec videret eum nisi appositis supplementis non posse explicari, haud potuit quidquam eruere, nisi haec inde a vs. 8. *καὶ τῷ τύπῳ· χαὶ ..διποι τρισχοινὶ ε.μ..*, quae neque intelligi queunt nec ferri. Inconcinne utrinque crescit latitudo scripturae inde a vs. 12. et 14. quum apud nos tantum in dextram crescat inde a vs. 14.; falso vs. 9. ΙΙ, quod pro una littera esse docet ordo litterarum rectus, dissolvitur in ΙΤ (*καὶ Τῳ*); postremo inter *χαὶ* et *διποι* relinquitur lacuna unius litterae, quam neque Oedipus neque Apollo restituerit: neque ea restitui poterit, etiamsi duas illi concesseris litteras.

X. *De fragmentis.*] Quamquam tituli paucissimi integri supersunt, tamen magna pars non ita est truncata, ut restitutio certa fieri nequeat: quin etiam mutilae magnopere inscriptiones altera ex altera restitui possunt, aut aliae partes eiusdem ex aliis; quod in tabulis quaestorum Atticis videmus: rarius diversa possunt fragmenta committi, quod in lege Servilia repetundarum praestitit Klenzius, in Graecis nuper Letronnius, ac nos n. 141. et 278. et alibi praestitimus; raro ex antiquioribus apographis hodierna lapidis lectio multis et insigniter augeri potest, ut n. 354. 1711. 666. (2) frequenter paucis. At nonnullae inscriptiones mutilae eius sunt indolis, ut difficile sit de iis quidquam pronunciare, atque ut de ipso titulorum consilio et argumento dubitari queat: in quibus si tacebis, viam occludes reprehensioni; sed qui exercitatus in hoc genere sit, potest tamen aliquid ponere, unde fragmentum videatur intelligi posse, potest exempli causa formare supplementa, quae incerta videat sed non prorsus improbabilia, potest ex similitudine aliorum de trunco iudicare titulo, accedente praesertim reconditiore rerum cognitione (3). In quo, si latitudo et longitudo scripturae indagari potest, minus erroris periculum; sed haec non debet ex lapidis mensura iudicari, quod haud raro eadem inscriptio per plures lapides est continuata, ut in actis quaestorum Atticis, ut n. 160. n. 1688.: potius interiora quaerenda indicia sunt. Optime actum erit, ubi quantum spatium occuparit scriptura et quo ea lapidis loco substiterit, traditum a transcribente fuerit. Quodsi destituit nos is, qui transcripsit, ancipiti coniecturae insistas necesse est: haec tamen minus mihi defugienda videtur, quod quae in fragmentis falso constituta fuerint, non solent magni momenti ad ceteros titulos iudicandos esse. Illud minime mirum, quod tum falletur interpres, ubi ipsae quae supersunt litterae fragmenti falso pictae sunt: difficile enim pravas fragmentorum lectiones emendare, quod ex contextu, quem hic desideramus, petendae emendationes sunt. Hae sententiae pluribus illustrantur exemplis, quae ex Addendis petas, ut n. 14. 27.: hic dicam de duobus, n. 39. et n. 17. ut et discrimen rei experiamur, et quousque progredi liceat intelligamus.

Titulus n. 39. quum mihi transmittebatur, nunciatum est eum esse integrum (4): sed statim agnovi in sinistram haud pauca deficere; quod confirmat Leakii apographum nuper editum et nota ei addita (5). Nec tamen quum lapis in sinistra abruptus sit (6), quantum perierit licet iudicare: quapropter quae exempli causa supplementa addidi, non sunt nimia iudicanda. At novae iam accesserunt variae lectiones, tum ex Leakiano exemplo tum ex Rosii libro, in quo praeter exemplum ex iterata Ionicarum Antiquitatum editione petitum habemus Cockerelli apographum et Gellianum. Vs. 1. et 2. ne de Ionicarum Antiquitatum delineatione dicam, quae nimium minuta et paulo obscurior est, in ceteris variat aliquoties litterarum forma aliaeque insunt non magni momenti diversitates, ut vs. 2. pro ƎΜΛ Cockerellus praebet ⅃ΜΛ; pro Ꭹ Leakius ϡΙ, Cockerellus ꓶ; pro ultimis in sinistra ΜƎ Gellius ΠƎ, Cockerellus Μ Ȝ, ubi

(1) P. 20. 18. Idem fere sed omisso exemplo vocis *τρίπους* praecipit Choeroboscus ap. Bekk. Anecd. T. III. p. 1404.

(2) De n. 666. vide Addenda.

(3) Exempli causa vide Addenda n. 73. c.

(4) Vide p. 55. *b.*

(5) Itin. As. p. 240. ubi titulus ligneo typo expressus et eius forma aliquatenus delineata est.

(6) Cf. Ros. Inscr. p. 23. Noto ob iudicium viri sagacissimi Journ. des Sav. 1825. p. 397. Apud Rosium apographa repraesentantur tab. III. fig. 4.

vides ϟ et ꓱ confundi; prope idem accidit vs. 3. ubi, quod statim notabo, pro nostro et Cockerelli ʔ Gellius et Leakius habent ꓱ ([1]). Etiam vs. 4. paenultima littera (Ϻ) Gellio est И, Cockerello Ϻ, exiguo discrimine. Sed potissima varietas reperitur vs. 3. quo loco nostrum exemplum habet ΛΙϺΔϟΩΩΓ, quod dissolutis coniunctisque ductibus explicui *αμα Σωωι τ - -* Pro hoc enim Antiquitates Ionicae ΟΜΩΠΓΟΟΤ, Cockerellus ΛΙΠΔʔΩΤ, Gellius)ΛΙΙΙΔΕΩΤ, Leakius ›ΑΗΙΔΕΩΤ. Vides Gellium et Leakium non multum dissentire hoc loco; et Gellianum apographum ipsi Leakio acceptum refert Rosius: quare licet et hic et vs. 2. extr. exigua inter utrumque compareat diversitas, videtur tamen utrumque ex eodem manasse fonte. Contra Cockerelli exemplum est diversum, idque consentit fere cum nostro, quod Müllerus ab eodem accepit Leakio, nec dissidet ab hoc nisi vs. 3. in minutis ductibus, et vs. 2. extr. in voce *ἀνέθηκεν*, quae in Mülleriano videtur fere ad Leakianum correcta esse. Iam vero quum vs. 3. in nullo quattuor apographorum habeatur ΩΩΓ, quod dissolvi in *ωωι τ*, perit nostra correctio *Σώῳ* et cum hac simul supplementum vs. 1. exempli causa appositum. Nec tamen quod alii voluerunt *Αἰνδίῳ* vel *Βραγχίδεω* (ex Cockerelli et Leakii apographis) inferendum est; nimium enim distant a vocibus his litterae, nec ʔ potest Iota esse, quod in hoc titulo forma I utitur. Denique ita dissentiunt apographa, ut nulla queat certa emendandi via iniri; necdum tamen ulla causa est, quare metricum titulum non esse putemus, et constat saltem titulum fuisse eiusmodi, qualis est habitus, nec de eius argumento et consilio dubitare licet. Hoc unum mihi de vs. 3. nunc probabilius, legendum esse *Μνασὼ τὠπόλλωνι*, ut mulier haec una cum Hermesianacte dedicarit statuas. Nam ad ΜΜΑΣΩ prope accedunt lectiones Cockerelli certe et Gellii, ΛΙΠΔʔΩ et ΛΙΙΙΔΕΩ, nec nimium discrepat Leakianum ΑΗΙΔΕΩ.

Dixi in fragmentis posse aliquando de ipso tituli consilio et argumento dubitari. Id quum sponte pateat, non utor singulari exemplo; sed iuvat docere, quomodo singulis compositis argumentum reperiri queat: quod in n. 17. efficiam, in quo haesit God. Hermannus. In dextram multa perisse, Fourmontus punctis plurimis appositis docet; idem de sinistrae partis vs. 1-5. et forma tituli et eadem puncta monstrant: quibus neglectis qui superstites ductus continuaverit, incautissime egerit. Supersunt vero haec: vs. 1. *όων ἀνέθηκε*, 2. *ἔ*]*ντεα ἰσχύι λο*, 3. *σιοπσ τεις δλυ*, 4. *οσίοις ἐν ἀέθλο*[*ις*, 4. *τρ*]*ὶς τετράκι τε*, 6. *παριον* vel *παριὼν*: *νίκη κ*, 7. *ἄριστον ὁπλίτα*[*ν*. *Dedicatum* igitur ab *uno* homine aliquid est; *armorum*, *virium*, *certaminum*, *rei ter et quater factae*, *victoriae*, *hoplitae* mentio fit. Quis non suspicetur, dedicasse aliquid ob victoriam hoplitodromum, qui ter et quater vicerit ludos? At potest etiam miles bello clarus aliquid dedicasse. Concedo: frequentiores tamen sunt tituli a ludorum victoribus positi: atque accedunt duae lectiones, quae ad ludorum victorem hoplitodromum deducunt: nam vs. 6. probabile est *παριών*, *praeteriens et praetereundo vincens*, quod est cursoris, et vs. 3. ΓΕΙΟΓΣ vix in aliud mutaveris quam ΓΕΗΟΓΣ, ut teneas Pelopem Olympicorum ludorum heroem. Concinunt inter sese omnia ita, ut aptius nihil excogitari possit. Iam quoniam ludi sacri et sancti sunt, vs. 4. scribo *ὁσίοις ἐν ἀέθλοις*: *ὅσια* enim non solum *profana* sunt, sed etiam *sancta et veneranda*; immo haec est primitiva vocis vis, profanaque tantum eatenus dicuntur *ὅσια*, quatenus ea *salva sanctitate et religione* tractare licet. Certe *τοῖς δαμ|οσίοις ἐν ἀέθλοις* ([2]) scribi nequit: nam inter *δλυ* et *οσίοις* perierunt multa; sex fortasse vel octo versus fuisse in hoc lapide scriptos tot spectatis lacunis multo est probabilius, quam pauciores: tres vero qui efficere conatus est nec tamen effecit, errat manifesto. Supersunt duae res, de quibus dubitatum est, *παριὼν* esse *vincens praetereundo* s. *cursu praeteriens victor*, et titulum esse *Dorice scriptum*, quod sumpsi in supplemento *ὁπλίτα*[*ν*. De priore non putabam dubitaturum quemquam Graece doctum. Ut *ἀμείβεσθαι*, ita *παριέναι* et *παρελθεῖν* et *παραδραμεῖν* dicitur victor quicunque, a cursus potissimum ludis omnium antiquissimis et vulgatissimis desumpta dictione: exemplis si opus est, suppeditavit ea Meierus. Apud Xenophontem ([3]) est: *ταχὺ μὲν εἰς τὸ ἴσον ἀφίκετο τοῖς ἥλιξι, ταχὺ δὲ παρῄει*, de rei equestris peritia: ubi recte Poppo explicat *superavit*, duce veteris grammatici explicatione *ἐνίκησεν*. Non de victore quidem, sed tamen de eo qui quem praetereat cursu, una *παρέρχεσθαι* et *παριέναι* dicitur ab eodem Xenophonte ([4]): *χωρεῖ αὐτὸς καὶ παρέρχεται. ὁ δὲ Καλλίμαχος ὡς ἑώρα αὐτὸν παριόντα.* Hinc ut *φεύγειν* et *διώκειν*, ita *παρελθεῖν* in iudiciali usurpatur sermone, et est hic quoque *vincere*, ut in loco insigni Demosthenis de corona ([5]): *ὅτι τὰς αἰτίας καὶ τὰς διαβολάς, αἷς ἐκ τοῦ πρότερος λέγειν ὁ διώκων ἰσχύει, οὐκ ἔνι τῷ φεύγοντι παρελθεῖν*, hoc est *νικῆσαι* interpretibus Harpocratione, Suida, Ulpiano, qui et ipse vidit a cur-

(1) Annoto ob n. 1. Vide §. IX.

(2) Ut apud Xenoph. Cyrop. I, 2, 12. *δημόσιοι ἀγῶνες*. Sed poetae exemplum desidero.

(3) Cyrop. I, 4, 5.

(4) Anab. IV, 7, 11. 12.

(5) P. 227. 18.

sus ludis desumpta haec esse: praetereundo enim quod cursor in ludis vincit, ideo iam etiam reus dicitur praeterire, ubi vincit actorem. Accedit Aristophanes Equitibus (1):

ἀλλ᾽ ἐὰν μέντοι γε νικᾷς τῇ βοῇ, τήνελλος εἶ·
ἢν δ᾽ ἀναιδείᾳ παρέλθῃς, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς.

Doricam autem esse hanc Argivam inscriptionem ideo puto, quod ἄριστον ὁπλίτα[ν omnino probabilius est quam ἄριστον ὁπλίτα[ις, et quod Πέλοπς dicitur Aeolica esse scriptura, quam Doricis immisceri exspectes, in Peloponneso maxime, ubi mixtus cum Aeolismo Dorismus. Quapropter etiam νίκη interpretor ex Dorismo, ἐνίκα, et convenit dictio παριὼν νίκη. Vides igitur, quidquid in mea reprehenditur explicatione, reprehendi iniuria.

XI. *De titulis metricis.*] Post haec aliquid de metricis inscriptionibus addi commodum videtur, quod haud uno loco ambigitur, sitne titulus carmine an soluta oratione conceptus. Cui dubitationi locus relinquitur eo magis, quod unicuique scriptori, qui praesertim masculos praeferat numeros, imprudenti excidunt versiculi si non boni, certe qui pedum expleant mensuram: ex quo genere est illud Taciti, *Urbem Romam a principio reges habuere*; et nubem exemplorum ex diversissimis scriptis, ex ipso Novo Testamento, congesserunt homines prave curiosi (2). Quapropter quum quaererem, quibus indiciis in brevibus titulis, quos haud raro metricos esse constat, *fortuitus versus* posset a *meditato* distingui, unum et simplex repperi praeceptum. Quippe in re dubia, ubi nihil conspicitur poetici coloris, nulla vox poetica, nulla forma insolita, nihil neque in structura neque in collocatione vocabulorum insolentius, denique nihil quod in soluta oratione non exspectes, fortuitum dicimus versum: contra ubi verba ipsa vel formae vel structura et ordo vocabulorum poetica sunt, ubi in brevem, concisam, argutam dictionem contorta est sententia, omissis aliis verbis, quae exspectes addi, nisi ea excludat metri necessitas, versum iudicamus meditatum; concludere enim sententias versibus quibusdam notioribus, maxime senario iambico, hexametro heroico, anapaestico paroemiaco (3), placuit veteribus. Sic n. 893. Ναυσικρίτη Κηφισοδώρου Σηστία senarius est, etsi non ad tragicam normam exactissimus: sed hunc censeo fortuitum: non enim quidquam non prosarium est. At verba Olympio Phidiae Iovi subscripta,

Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖός μ᾽ ἐπόησε,

debent pro versu meditato haberi, quod vulgo illa quidem aetate non additur υἱός; ne με quidem extra versum additum fuisse a Phidia coniecerim. Multo magis n. 10.

Ταὐτοῦ λίθου εἰμ᾽ ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας,

dictio epigrammatice arguta, complexus verborum contortior et poeticus versum evincunt, licet haud satis bonum: quamquam et hiatum et ceteram versus formam idoneis defendi argumentis. Sic n. 1177.

Εἱρεὺς Καλλίμαχος Βρομίῳ ἱδρύσατο βωμόν,

et Βρόμιος et omissus in voce βωμὸν articulus evincit versum, una cum subscripto Διονύσου, quod separatim et insolentius adiectum est, quum non posset versui includi, nisi quid aliud omitteretur. Sed hi inscriptionum versus non postulandum est ut sint elegantissimi; sunt hi quoque, prorsus ut sermo et sententiae inscriptionum (4), ex sese, non ex absolutorum poetarum operibus aestimandi, quos quidem confecerit proximus quisque. Labentibus Graecorum litteris quot sint epigrammata heroica facta immistis heptametris et versibus elegiacis vel verbis prorsus dissoluto numero compositis, quis nescit? Immo iam Critias senarium iambicum inseruit elegis praeter regulam, et tamen facete et pulchre; iam Olymp. 101, 1. n. 85. tribus heroicis additur unus elegiacus: saepe etiam bonis poetae versiculis alius inseruit vocem numeros turbantem, quod accidit n. 954. 1064. Unde facile intelligas, non quidquid boni poetae ut plurimum caverunt in pangendis versibus, abesse a titulis: quorum qui modice peritus sit, non haerebit n. 5. in hiatu τοῖόν νυ ἐπάσατο, non n. 29. in hiatu et correptione longae τἀργεῖοι ἀνέθεν, sed ex iis, quae

(1) Vs. 276.

(2) Huius studii, quo sunt qui non sine malignitate utantur, princeps videtur auctor fuisse Hieronymus peripateticus imprimis nobilis, qui ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus elegit, plerosque senarios, sed etiam anapaesta; et ille iam fecit malitiose (Cic. Orat. 56.).

(3) De hoc vide Addenda ad n. 16.

(4) Cf. §. VIII.

supra dixi, aestimabit utrum versus sit necne, atque utrum fortuitus an meditatus: unde aestimanti n. 29. videbitur senarius esse iambicus liberius factus; unde aestimans n. 32. statuet dactylicum heroicum, quod, si aliter legetur, dictio prosae non erit conveniens (1). Ceterum qui vel solos primae partis titulos examinarit, in *donariorum* potissimum inscriptionibus videbit receptam esse metricam formam, ex ea retentam aetate, qua soluta oratione non usi Graeci erant in re sollemniore ulla. Quodsi non universa oratio commode intrabat versum, certe partem metro concludi moris fuit: id quod n. 16. in galea Hieronis factum esse et in donario ab eiusdem Hieronis familiari dedicato, atque omnino saepius, et in commentario ad illum titulum et in Addendis docui apertissime.

XII. *Quomodo iudicandum, quid genuinum vel subditicium, sincerum vel affectatum sit.*] Quum ut in libris et nummis, ita in titulis fingendis fraudulenti homines occupati sint, attentione opus est, ne fictum pro vero habeas, sed simul cautione, ne nimium suspicax damnes verissima. Simplicia sunt, quae de hac re praecipiat criticus: at iudicium ita est anceps, ut ne Scipio Maffeius quidem, quo nemo unquam in inscriptionibus versatior fuit, ingentibus liber fuerit erroribus: quo magis sese ab hac crisi abstineant, qui nulla instructi sunt exercitatione diuturno titulorum usu comparata. Sunt autem illius iudicii duo fontes, alter internus, alter externus. *Internis* argumentis suppositicium habendum monumentum, in quo vel rerum traditarum vel sermonis vel ductuum vel materiae, cui titulus inscriptus, ratio non conveniat iis hominibus, quibus illud necessario tribuendum foret, si esset genuinum, spectatis eorum moribus, condicione, patria, aetate; quod contrario modo comparatum est, potest ab internis argumentis genuinum haberi: iudicii vero de hac re integritas tota pendet ex rerum et verborum idonea cognitione, tantoque erit firmius iudicium, quanto perfectior haec cognitio. Augetur difficultas per se haud exigua, ubi voces et sententiae incertae et ambiguae possunt interpretando huc illuc torqueri. *Externa* autem indicia referuntur omnia ad *fidem traditionis*, titulum vere ex antiquitate derivatum esse persuadentis. Sin ob alterutra argumenta suspectus titulus, distinguenda varia sunt: aut enim numquam ille in lapide aut aere aut simili materia extitit, sed fictus in charta est, aut extitit vel etiamnunc extat. Quodsi eum numquam extitisse docueris, externo argumento constat eum fictum esse. At si extitit vel extat, monumentum potest antiquum esse, titulus recens additus et fictus; aut titulus verus, aliunde quippe petitus, sed monumentum fictum; aut fictum et monumentum et quod inscriptum; aut et monumentum antiquum est et titulus antiquus, sed aliunde hic illi impositus recentius. Quae omnia sunt singillatim diiudicanda. Verum ut redeam ad duo illa argumentorum genera, comparata utraque aut consentiunt aut dissentiunt. Si consentiunt et certa sunt, actum est: in consensu incertorum prout probabilia argumenta, probabile iudicium, quod aut retinendum aut caute pronunciandum erit. Quid vero si interna et externa argumenta aut non prorsus aut omnino non consentiunt? si interna adest veritas, fidei obsunt externa documenta, vel externa fide suppetente, desideratur aliquid ad internam veritatem? Raro me iudice accidet alterutrum. Si tibi tamen internae veritatis notae inesse titulo videantur, quem qui tradidit, eius suspecta fides est; quaerendum an ille fingi potuerit: si non potuit, interna sufficit veritas; sin potuit, quaeres an causa fuerit, quare fingeretur: si nulla fuit, probabilis est tituli auctoritas; si fuit, sitne illa interna veritatis nota tantum speciosa necne, erit in ambiguo relinquendum, nisi docere externis argumentis poteris fictum esse titulum quamvis speciosum. Nam si externa documenta hoc certo efficiunt, necesse est fallacia fuerint illa interna. At si tituli fides ab externis argumentis prorsus firmata est (quod tum iudicandum, ubi traditus fuerit ab iis, qui neque fallere ipsi velint neque ab aliis possint esse falsi), nec tamen is sive ob formas litterarum sive ob sermonem et res sententiasque iis, quos prae se fert, hominibus, terrae, et maxime aetati convenit; erit aut *antiquitus fictus*, aut genuinus quidem sed aliam aetatem *per affectationem* quasi mentiens, aut posteriori saeculo *instaurandae antiquioris inscriptionis causa* exaratus. Ceterum hic quoque augetur difficultas, ubi explicatio haud satis est certa. Haec fere potissima huius crisis capita iudico: sed ea quomodo aptanda inscriptionibus quibusque sint, non potest nisi in ipsarum doceri tractatione, ad quam remitto lectorem: sufficit igitur singulorum capitum succincte nominare exempla in hoc opere maximam partem pertractata: in quibus enumerandis non vereor eosdem titulos plus semel afferre, qui quidem pluribus capitibus illustrandis videantur idonei.

(1) Vide imprimis Addenda ad n. 29. 32. Aliis in titulis quare cogites de versibus, ut n. 1. 14. nulla causa idonea est. Nam quod n. 1. quaedam insunt poeticae dictiones, id tum tandem posset de metrica compositione suspicionem movere, si metrum inferri via analytica posset; quod non potest.

Ob *interna argumenta* ficticiae iudicandae sunt Fourmonti inscriptiones in Appendice partis primae editae, nec *sermone*, nec *ductibus*, nec *rebus*, quae in iis perscriptae sunt, *aetati*, *patriae*, *moribus*, *institutis* hominum congruae, quibus tribuuntur: *conspirant externa*, quod earum auctoritas solo nititur Fourmonto, homine usquequaque suspecto: quod nisi constaret, deberent eae antiquitus fictae haberi. In Petrizzopuli titulo *ob explicationis ambiguitatem aucta difficultate* internis documentis confici non multum potest: nullas tamen illi inesse internas veritatis notas docent Addenda ad n. 43. Quod vero etiam ex *materia monumenti* internum dixi argumentum desumi posse, exemplo est Latina columnae Duiliae inscriptio marmori incisa, quo C. Duilii aetate rarissime usi sunt Romani: quippe haec inscriptio Imperatorum aetate restituta est, laeso prisco titulo. *Externis argumentis* a *fide tradentis* petitis nullus titulus damnatur iustius quam n. 43. et in commentario et in Addendis; *neque obsunt interna*. De Fourmonto iam monui; contra absolvendus Cyriacus Anconitanus ([1]): internisque aeque atque externis documentis constat genuinas esse inscriptiones Nanianam n. 3. Pisaurensem n. 24. *Ficti in sola charta* sunt iidem illi Fourmonti tituli et Petrizzopulianus. *In monumento antiquo fictus* est titulus Musei Borbonici, olim Puteolanus: Τῇ Ἑλλάδι τὸ τρόπαιον ἐστάθη καταννικηθέντων τῶν Καρυατῶν: eiusdem generis multi sunt sub statuis et protomis scripti. *Veri* sunt tituli, *sed aliunde petiti* et in lapides coniecti, in Kempianis plures, n. 372. 614. 652. 1105. *b.* ita ut haec Kempiana monumenta sint quidem ipsa falsa, sed contineant veras inscriptiones. In candelabro minime veteri, *in ficto* proinde *monumento fictam inscriptionem* novimus in Mediceis cimeliis ([2]). *Aliena inscriptio* ex libro petita imposita est sepulcro Homeri, quod vocatur, *antiqua antiquo monumento*, et sic permultae ex Anthologia et aliis vetustis libris coniectae in antiqua anaglypha sunt ([3]). Non defuere *causae dubitandi et externae et internae* in Pembrokianis n. 34. 38. ([4]) non dissentientes: at *incertissimae* quum sint, nihil est incautius pronunciandum. In *suspecta tradentis fide interna nota veritatis* genuinos esse evincit eos Fourmontianorum titulorum, quos Fourmontus *fingere non potuit*, utpote nimium imperitus, sicut n. 76. 123. 157. alios sola eius fide nixos etsi *potuit fingere*, non tamen finxisse censendus est, quod *nulla causa fuit*, quare id faceret: contra in Appendicis partis primae inscriptionibus inaudita et in remotissimam antiquitatem recedentia proferendi studium causa fingenti erat. Pembrokianae n. 34. et 38. de quibus modo paulo ante dixi, *fingi* sane *potuerunt*, *potuitque causa fingendi* ea, quae haud rara est, *esse*, ut monumentis maior accederet auctoritas; nec certa traditur Pembrokianorum monumentorum fides esse: tamen quum externis argumentis titulorum horum falsitas monstrari nequeat, *ambigua* est suspicio, ut supra iam significavi. Porro titulos externa fide munitissimos, sed interna quadam, quam supra definii, falsi vel simulati specie laborantes quum in tres distinxerim classes, prima est *fictorum antiquitus*, qui seu vera seu falsa continentes posteriore aetate exarati sunt, ut prius extitisse viderentur. Tales olim fuere multi ([5]); tales habendi essent n. 43-69. nisi Petrizzopulum et Fourmontum satis teneremus convictos; tale est Delphicum quoddam apud Cyriacum ([6]) oraculum, Byzantina cusum aetate: alia, quae afferenda putes, exempla omitto de industria, utpote incerta. Alteram classem constituunt *affectati* tituli, nec priori tributi aetati ab iis, qui eos composuerunt, neque omnino falsi, sed per lusum, vel ut antiquitatis quadam quasi robigine inducta maior iis accederet auctoritas, ea forma vel scripturae vel orationis vel utriusque facti, quae tum non fuit usitata. Ex quo genere sunt columnae Herodis, saeculi post Christum secundi; sed iam Praxiteles hunc secutus morem est ([7]), insigneque exemplum accessit n. 25. circa Olymp. 102. scriptum. Huc probabiliter referas etiam n. 27. ex parte βουστροφηδὸν scriptum; de aliis modestam inieci dubitationem, ut de n. 10. ([8]) 20. 28. nec n. 23. scriptura βουστροφηδὸν currens aetatis illius usui, sed antiquitatis studio deberi videtur.

(1) Cf. §. II.

(2) Est de M. Agrippa Cos. III. quem honorat commune Macedonum. Cf. Maffei. crit. lapid. p. 79.

(3) Maffei. ib. p. 74 sqq.

(4) Vide p. 52. *a.* extr. p. 53. *a.* p. 54. *b.* extr.

(5) Vide ad Fourmontiana p. 63. Adde quod dixi supra §. II. p. IX. not. 2.

(6) P. XLI. n. 263. et ap. Murat. T. III. p. MDCCCXVI.

(7) Vide ad n. 25.

(8) Longiorem titulum dico, ταὐτοῦ λίθου etc. Hunc per affectationem etiam diu post alterum (Νάξιοι Ἀπόλλωνι) additum sibi videri scripsit nobis vir quidam praestantissimus, qui in artium studiis summa cum laude consenuit; et argumenta attulit haud contemnenda: quamquam evinci haec sententia meo iudicio non potest. Omnino de illo titulo plures adhuc dubitationes supersunt: illud tamen aegre concedam statuam Apollinis fuisse. Nam licet ἀνδριὰς etiam de simulacro dei dictum reperiatur, tamen proprium de hoc est ἄγαλμα; quo minus videtur verisimile, et Plutarchum et inscriptionis auctorem hoc monumentum eodem vocabulo ἀνδριάντα vocaturos fuisse, si Apollinem repraesentasset: praeterea si Apollinis illa fuisset statua, scriptum foret Νάξιοι Ἀπόλλωνα. Quamquam etiam de scriptura Ἀπόλλωνι, spectata varietate lectionis, dubitare licet: sed mihi tutius videtur acquiescere in fide Tourneforti.

Confidentius in n. 34. 39. simulatum esse priscum colorem pronunciavi; eandem de Sigeensi titulo n. 8. tuli sententiam, eamque una cum interpretatione mea in Addendis uberius defendi: in quo simul eius, quam supra dixi, rei exemplum habes, quantum hic quoque *augeatur difficultas, ubi de explicatione dubitetur.* Minus insigne specimen affectationis in sola dictionis simplicitate et colore antiquiore positae est n. 1759. Postremo tertia est classis titulorum falsi quadam specie interiore affectorum, sed omni fraudis suspicione liberandorum; eos dico, qui *instauratione* antiqui monumenti in priscorum successerunt locum, ut Megarici n. 1050. 1051. quibus non adnumeraverim Fourmontianos catalogos sacerdotum, magistratuum, aliorum, etsi priscos eiusmodi catalogos instauratos aliquando esse videbimus in titulis Halicarnassiis exemplo maxime memorabili. Nec poemata ex libris petita, quae quidem iam antiquitus coniecta in lapides sint, ut n. 511. 1724. vel sententiae ex scriptoribus excerptae, ut ex Bacchylide et Platone, recte sollicitabuntur, si et scripturae forma refert antiquitatem, et titulum aut idonei tradiderunt auctores aut monumentum continet nulla ex parte suspectum.

Scrib. Berolini d. x. m. Octobris a. MDCCCXXVII.

INSCRIPTIONES GRAECAE.

PARS PRIMA.

TITULI ANTIQUISSIMA SCRIPTURAE FORMA INSIGNIORES.

Ne eae inscriptiones, quibus remotae antiquitatis quasi robigo inhaerere videatur, per omnium aetatum monumenta sparsae laterent, commodum visum est potissimas ex eo genere uno conspectu coniunctas in ipso operis vestibulo poni: nisi quod unam et alteram, quae nonnisi paucarum litterarum vetustiore ductu notabilis esset, suo loco retinendam putavimus; quod in Diris Teiis et Marmore Nointeliano fecimus, in hoc etiam eam ob causam, ne ab affinibus dirimeretur titulis. Igitur hoc habes in catalogis defunctorum militaribus Atticis, ubi etiam aliud reperies sane vetustum marmor eadem de causa ibi relictum, ut plura minus tamen insignia. Rursum vero qui tituli recentiore aetate eo sunt litteraturae genere exarati, quod remotissimum imitaretur aevum, eos cum antiquis consociari recta postulabat ratio: igitur etiam illos hoc in capite posuimus, praesertim quum ne dignosci quidem in unaquaque inscriptione possit, sitne vere vetusta an speciem mentiatur antiquitatis: de qua re suis locis dicetur. In iis ipsis autem, quas vere vetustissimas dixeris, longe absum ab eorum levitate, qui ex scripturae ratione uniuscuiusque inscriptionis tempus ita designari posse putent, ut alteram altera vel vetustiorem vel recentiorem esse intelligamus: qui non cogitant, quantopere secundum locorum varietatem et eorum hominum, a quibus illi tituli confecti sunt, consuetudinem subinde arbitrariam vel temporibus antiquissimis scripturae distulerit genus. Enimvero istam iudicii perspicacitatem nonnisi ii sibi vindicatum eunt, qui recens in hoc studium involarunt; multo in illa re cautior fuit Scipio Maffeius, qui quum multos in inscriptionibus versandis annos consumpsisset, fatetur in Crit. Lapid. III, 1, 2. communem quidem et a se saepe auditam sententiam esse, Graeci monumenti scriptura inspecta intelligi probe, ante Alexandrum an postea, Roma libera an Imperatorum aetate, secundo Christi saeculo an tertio, Iustiniano imperante an sequiori aevo marmor insculptum fuerit; sibi tamen identidem haec perpendenti ac monumenta varii generis perlustranti incertissima visa esse omnia fallacibusque regulis plena. Quod iudicium prudentissimum etiam in antiquissimarum inscriptionum aetatibus indagandis vim suam retinet. Equidem perpensis omnibus, si Atticas inscriptiones certiorem normam ut plurimum sequentes exceperis, vix quidquam repperi firmum manere, ex quo perspicere certa ratione liceret, quae inscriptio inter aliquot supparis aetatis vel antiquior vel recentior esset. Nam primum si eas, quae βουστροφηδὸν scriptae sunt, putes antiquissimas esse, quis tandem spoponderit, neminem ea aetate, qua vulgaris versuum scribendorum ratio iam invaluerat, vetus scribendi genus sive retinuisse sive affectasse? Et profecto Sigeensis inscriptionis, licet βουστροφηδὸν scriptae, litterae eiusmodi sunt, ut aliae, exempli causa aeris Petiliensis inscriptio et columna Naniana, si litterarum ductus spectaveris, longe videantur antiquiores. Sed etiam illud iudicium, quod a litteris repetitur, multo magis est anceps, quam plurimi putarunt. Nam ut hoc uno exemplo defungar, litterae Sigma quae habentur formae M, 𐌔, Σ, ne alias afferam, earum M vetustissimam, Σ recentissimam merito dixeris: nihilominus Σ extat in galea Hieronis Olymp. 76, 3. dicata, et 𐌔 in marmore Nointeliano Olymp. 80. extr. inscripto. Eadem autem aut similis inconstantia quum in aliis litteris deprehendatur, nisi alia argumenta accesserint, valde ambigua aetatum definitio est. Sed haec res non nunc uberius a nobis exponetur: quae enim de variarum uniuscuiusque elementi formarum aetate vere dici possunt, reservanda sunt commentariis palaeographicis, qui in fine operis, non in principio ponendi sunt: hoc loco tantum iis occurrere constitutum erat, qui nimium sibi confidentes faciunt intelligendo, ut nihil intelligant. Quod autem tertium superest aetatis indicium ex sermonis indole, ne id quidem incorruptum est, quum tanta apud Graecos fuerit dialectorum discrepantia, ut quid in Peloponneso vel in Sicilia antiquum vel recens fuerit, ex notiorum dialectorum cognitione diiudicari nequeat. Igitur deficientibus certis argumentis sequamur probabilem ordinem, atque ut in quoque monumento plurima conveniunt remotioris aetatis documenta vel certe vestigia, ordine deinceps has recenseamus inscriptiones: ita tamen, ut neque eas, quas praemisimus, reliquis omnibus antiquiores esse statuamus, nec, posse unam et alteram, quae minus antiquis ductibus scripta est, antiquiorem esse, negemus, sed magis litterarum aetatem quam monumentorum spectemus, et nonnullas etiam extra aetatis seriem ob rerum similitudinem coniungamus. Quod quomodo intelligendum sit, in singulis videbis. In fine autem huius partis titulos antiquissimam aetatem simulantes eos ponam, quibus varias ob causas plane diffido.

1.

Titulus repertus prope ecclesiam quae dicitur *Agio Sarandi* in vicinia Crissae (Walpol. Mem. p. 339.), et a Gropio, Austriacorum Athenis proxeno delineatus: eum basi statuae inscriptum esse paulo post patebit. Primus edidit Hughes Itin. T. I. p. 369. neminem doctorum, qui in hac inscriptione occupati erant, vel minimam potuisse partem explicare narrans. Nobis spero melius cessisse.

Inscriptio haec βουστροφηδὸν scripta incipit a dextera, ut n. 27. et 43. et Fourmontianarum una et altera: quae ratio scripturae ad orientalem a dextera ad sinistram progrediendi modum, qui per priscos Graeciae populos etiam ad Etruscos propagatus est, proxime accedit. Igitur hunc titulum etiam aliis antiquae litteraturae vestigiis insignem et dictionis vetustae simplicitate conspicuum primo loco posui, quum praesertim nihil insit, quod eum recentiore aetate ad remotiorum temporum imitationem factum esse suadeat. Litterarum formae plurimae sunt vetustissimae, imprimis Sigma formâ M: Gamma quidem Γ videtur esse, sed haec forma, apud Atticos recens, multo apud alios Graecos vetustior est, quod vel ex num. 3. coniicere licet; item Iota formam I habet, quum ϟ vetustius haud dubie sit: sed etiam I admodum antiquum est. Pro forma Y, quae vs. 1. apparet, ex vs. 3. coniicio V scribendum esse. Φ utitur forma admodum antiqua, Etruscae simili. Ionicarum litterarum nulla inest; pro ου habetur O. Spiritus asperi formam antiquissimam B plus semel in hoc titulo fuisse mox docebo: sed quod vox Fομᾶ, litterâ digamma assumptâ, in eo deprehensa est (Herb. Marsh Hor. Pelasg. P. 1. p. 74.), de cuius rei veritate vel ante editum monumentum dubitabam (Oec. civ. Ath. T. II, p. 393.), error est falso legentium, vitioso apographo excusandus. Nec inest digamma nec potest inesse, quum nullum compareat vocabulum ea littera utens. Vs. 3. vides noviciam formam A, errore puta transcribentis. At litterarum formis quamvis notis in explicando monumento parum profeceris, ea, quae fertur, lectione sententiam nullam praebente, nisi et corrupta nonnulla et mutilata esse intellexeris. Sed illis lenissimam adhibebo medelam: de iis, quae plane perierunt, pauca praemoneo. Et vs. 1. quidem in dextera parte una certe littera deest, neque opinor plures: vs. 2. autem in sinistra nullum potest vocabulum constitui, nisi suppletis aliquot elementis; nec vss. 2. 3. connecti sine supplemento possunt. Quodsi vs. 2. init. tres suppleveris litteras, huius latitudo primum versum in sinistra quattuor excedet elementis; unde si scriptura apte disposita erat, probabile fit totidem fere litteris etiam in dextera hunc versum ultra primi mensuram excurrisse: ut quinque in dextera litterae perierint. Accedit quod K in fine vs. 2. vix potest pro ultima eius versus littera vel eam ob causam haberi, quod vs. 1. illud E, quod supra K collocatum est, non est primum, sed secundum elementum. Postremo tertii versus in dextera initium probabiliter sub fine secundi incipiebat, quod quadratarius eum incipiens nondum poterat accurate scire, quousque is versus excursurus esset: unde eo loco septem fere litteras intercidisse existimo; tamen vs. 2. extr. et vs. 3. init. quod perierit vocabulum, non potest quisquam certo affirmare, quodque infra assumam, tantum exempli causa proponam. Iam accipe titulum suppletum et correctum.

hoc est scriptura vulgari:

Λητοῦς υἱὲ, ὃς ἄφθιτος αἰεὶ εἶ·
᾿Αρί]στων σ᾿ ἔθηκε καί τε Βοία καὶ Κ[αλλίκ-
λεια] καὶ ᾿Αγασιθέα θύγατρες, ὡς φίλοι.

Dicam nunc de singulis. Vs. 1. Λητοῦς] Recte ita suppletum esse nemo peritior dubitabit. Λητοῦς υἱὸς est Delphicus prope Crissam Apollo, cuius statuae Crissae dicatae haec subscripta fuerunt. Est idem quod Λητοΐδα s. Λατοΐδα. Possis opinari supplendum fuisse Διὸς καὶ Λητοῦς υἱέ, ut passim, etiam in Homericis: sed nimis amplum hoc complementum iudico: et Λητοῦς υἱὸς haud raro Apollo dictus omisso Iove, ut in Homerico in Mercurium hymno passim, et ipsam allocutionem Λητοῦς υἱὲ praebet praeter alios Apollon.

Rhod. II, 213. Ceterum ne Λατοῦς exspectes, nota epicam dictionem retentam esse, ut in proximo ἄφθιτος αἰεί. Υἱέ] Erravit in transcribendo Gropius, primo loco Ǝ praebens pro spiritus nota B. Mox in ὅς ƎƎ fuit B, quod videtur paulo diductius et lineolis transversis in sinistrum exstantibus scriptum fuisse. Idem recurrit vs. 3. Ἄφθιτος] Hoc scriptum est ἄπθιτος, quae ratio a grammaticis retenta est in litteris eiusdem organi concurrentibus, ut τίτθη, Σαπφώ, Βάκχος, sed antiquitus videtur latius patuisse. Nota est dictio ἄφθιτος αἰεί, nec addo exempla. Αἰεί] AIE potest esse αἰή (v. intt. Greg. Cor. p. 348.), vel αἰέ (de quo Herodianus ap. Theognost. cod. Barocc. 50. notante Bekkero): sed quum constet ει simplici etiam E scriptum esse, praefero αἰεί; nec obest sequens EI, εἶ, quum verisimile sit in voce εἶ diphthongum prius scriptam esse quam in ceteris vocabulis, ut Attici HOYTOΣ et OYK scripserunt, dum in plurimis vocibus diphthongum adhuc simplici O reddunt. Vs. 2. Ἀρίστων σ' ἔθηκε] Ex nomine, quod assumpsi, quae prima superest littera M non potest N esse; debebat enim N exarari, non M, quod proprium est scripturae a dextera ad sinistram: nec si N hoc loco statuas, Graecum ullum inde formatur vocabulum. Igitur M est, hoc est Σ, quod in huiusmodi nominibus haud raro duplicatum reperitur: scriptum erat ΑΡΙΣΣΤΩΝ. Plura de hoc usu collegi ad num. 25. In voce ἔθηκε littera Θ aliam ac vs. 1. formam habet: utraque cernitur etiam vs. 3. quae diversitas sitne quadratario an transcribenti tribuenda, in medio relinquo. Mox PAI mutavi in KAI, quod certum est. Offendaris quidem Homerico καί τε in soluta oratione: attamen antiqui sermonis affectator Pausanias pro simplici καὶ aliquoties disiunctum certe καί τε sibi indulsit, ut VIII, 21, 2. καὶ ἐς Εἰλείθυιάν τε. Adde Hand. Partic. Gr. I. p. 18. Nec male h. l. καί τε positum, maiore vi praeditum quam καὶ nudum (cf. Viger. p. 520. ed. Herm. sec.): *atque itidem filiae Boea etc.* Βοῖος nomen est satis notum: v. Athen. IX, p. 293. E. et Antonin. Lib. Metam. hinc inde: a quo femininum Βοία. Ἀγασιθέα] Supplevi primam litteram, et T mutavi in ˥. In voce θύγατρες haereas: mihi certa est. Septem in vulgato apographo elementa sunt, ex quibus illud exsculpsi vocabulum, mutatis quinque: nec tamen temere. Nam secundum ductum N omnino corruptum esse, ipsa forma docet: si Νῦ esset, debebat scribi M. Ego uno apice apponendo mutavi in ˥V: sic prodit θυγα. Deinde I I superest ex ꟼT: habes θυγατρ. Quod sequitur elementum corruptum esse liquet: nam forma est eiusmodi, quae nihil plane significet: non enim posse Sigma esse, inde intelligis, quod Sigma in hoc titulo est M. Sed in promptu est neque audacis Ǝ substituere. Superest A, forma admodum recens: corrigo M, sublato angulo superimposito ^: sic natum θύγατρες, quod bonae Graecitatis est pro vulgari et Attico θυγατέρες. Ὡς φίλοι] ƎƎ ut vs. 1. coniungendum in notam spiritus B: vide supra. Post Φ quod est И, nihil esse vel scripturae ratio docet: si N esset, debebat M scribi. Immo ut paullo ante ˥V in N coaluit, ita hic И dirimendum in VI, hoc est ˩I sive ΛI. Vitio originem dedit Lambda reclinatum, quod et alibi observavi: v. num. 33. Sic habes φιλο. Iam in fine addidi I, φίλοι. Possis et φίλον; sed prius praestat. *Apollini dilectos* sese dicunt, qui ei statuam dedicarunt, utpote beneficium ab eo experti. Sic Διῒ φίλοι, Ἄρεϊ φίλοι. De Καλλικλείᾳ nihil addo: hoc enim nomen nonnisi exempli causa a me illatum esse, supra monui: nisi quod certum est et mulieris nomen et a littera K incipiens desiderari.

2.

Argis in fundamentis turris occidentalis Larissae arcis primus repperit Fourmontus, in cuius schedis bis haec inscriptio extat; edidit ex exemplo apud Bakerum Gell. Argol. descr. tab. VII. qui denuo vidit, item Dodwell. Itin. T. II. p. 221. Quae exemplaria quum inter se differrent, ex singulis quae optima viderentur elegi, pro fundamento ponens Fourmontianam delineationem, qualis a Bekkero nobis reddita est; quacum Dodwellus in plurimis consentit. In quibus autem locis a nostro quisque exemplo discedat, suis locis annotabimus. Ceterum nihil de coniectura intulimus in nostrum hoc exemplar.

ΙΕΜΙΝ....\ΙΙΙΟΡ.Ο
ΟΤΡΑΜΜΑ
ΠΟΤΑΜΟΝ
ΚΑΙΜ⊗ΕΝΕΛΑΜΒΟΥΝΑΜΙC
ΚΑΙΙΓΟΜΕDΟΝ
ΚΑΙϘΑΡΟΝΒΟΑΡΧΕΜΙΗΑ
ΚΑΙΑDΡΑΜΤΟΜ
ΚΑΙΒΟΡ⊗ΑΝΟΡΑΜ
ΚΑΙΚΙΕΤΟΜΒΟΜΙΝΤΟΝΟΜ
ΚΑΙΑΡΙ:ΜΤΟΜΑΧΟΜ
ΚΑΙΝ::ΙΟΜDΑΜ

Formae litterarum satis antiquae sunt. A dedi ex Fourmonto: nec multum Dodwelli forma differt A; apud Gellium ut videtur minus diligenter expressum est. Gamma vs. 8. est Ν: Delta Latinum D. Theta apud Fourmontum ⊕ est; quod supra dedimus, Gellius utroque, Dodwellus primo certe loco exhibent. Lambda videtur L et ⊦ esse, quae formae eodem redeunt, ut E et Ƒ. Pro elemento Μῦ est Ν:

eandem tamen formam Fourmontus ubivis habet, ubi M dedimus; Dodwellus modo Ⲙ modo M praebet: Gellius prope ubivis M. Sed distinguenda haec erant: M enim Sigma est, ubi Ⲙ est Mῦ, ut in hac inscriptione: illamque litterae Sigma formam pro antiquissima habeo. Πῖ habet ductum Γ vs. 5. nam quod vs. 3. ex Fourmonto dedi Π, errori eius viri tribuendum. Ῥῶ rotundum praebet Gellius omnibus locis, nec minus Fourmontus in plurimis, ut vs. 1. 2. mox vs. 6. primo loco Fourmontus acutum praebet, sed in omnibus deinceps vocabulis rotundum; Dodwellus acutum praetulit. Equidem rotundatum praeferrem cum forma D consentiens, nisi insolentior forma ob id ipsum, quod insolentior est, maiorem haberet fidem: etsi nec quadratarii nec transcribentes videntur in hoc constantes fuisse; certe illi quoque, prout casus ferebat, modo magis rotundum modo acutius illud elementum exarasse videntur vel remotioribus temporibus: neque inde potest certum aetatis indicium peti. Y vs. 4. vulgatam formam sequitur. Ionicae litterae non insunt; spiritus nota est 𐊛. Vs. 5. memorabilis est sonus Γ non duplicatus: qui usus remotae antiquitatis est. Cf. num. 11. 16. et aliquatenus n. 12. Sic et in Latina columnae Duiliae inscriptione. Ipsum monumentum quid contineat, vix quisquam dixerit; nisi quod index nominum est, nec vulgarium, sed heroicorum: tot enim insunt heroum Argivorum nomina, ut inde colligam, etiam ea, quae ignota sunt, ex heroum esse genealogia petita. Cave tamen ea putes heroicis temporibus exarata vel paulo post: si Olympiadem 40 — 60. attingere hanc inscriptionem dixeris, satis prospectum eius antiquitati fuerit: quamquam in his originum Graecae scripturae tenebris nihil licet definire. Iam ut ad singula perveniam, de vs. 1. nihil dicam, nisi apud Gellium esse solum ⲘIN, omissis reliquis: I omittunt Fourm. et Dodw. ego addidi ex Gellio. Vs. 2. pro littera P Gell. habet Ᵽ. Reliqua inde a vs. 3. ita explico:


Ποτάμων,
καὶ Σθενέλας ὁ Ὑνασίου,
καὶ Ἱππομέδων,
καὶ Θάρων ὁ Ἀρκεσίλα,
καὶ Ἄδραστος,
καὶ Βορθαγόρας,
καὶ Κλεῖτος ὁ Σίντωνος,
καὶ Ἀριστόμαχος,
καὶ [N. ι]ώνδας.

Vs. 3. ΠΟΤΑ omittit Gell. et MOИ unius litterae spatio in dexteram remotius habet. Dodw. ⱯⲘOⲘ, ut fere Fourm. ex quo solo ΠΟΤ addidi. Vs. 4 sqq. omnia nomina particula καὶ coniuncta sunt, quod antiquae est prolixitatis et simplicitatis. Vs. 4. tamen KAI omittit Gell. lacuna paulo ampliore relicta: nam prima eius versus littera super sexta sequentis versus est. In voce Σθενέλας primum et ultimum M ex Gellio duxi; Fourm. Dodw. Ⲙ. Littera И est ex Dodwello; reliqui Ⲙ praebent. Quae post eam vocem sunt, omisit Fourm. Ex Dodwello addidi 𐊛O, pro quo Gell. male 𐊛Ϙ. Uterque etiam Ὑνασίου, ut ego lego, offert: sed in secundi elementi sede Gell. Ⲛ pro И; quarto loco Dodw. Ⲙ, idemque quinto I pro Gelliano C, quod superest ex O, terminationem ου continente. Praeterea in voce Σθενέλας littera λ in omnibus tribus apographis differt: Fourm. E, Gell. Ⲛ, Dodw. Ŀ: ex quibus ultimum proxime ad eam, quam in hoc monumento inesse statuo, formam L et ⊢ accedit. Posterior vs. 6. conspici videtur. Haud dubie in illo loco, ubi tanta est lectionis diversitas, corrosus lapis est. *Stheneli* nomen inter Argivos heroes saepius redit: huius nominis alia forma est Σθενέλαος, qua denominatione heros Asianus venit Iliad. π, 586. Hinc contractum Σθενέλας. Ὑνασίου nomen non mihi aliunde cognitum. Vs. 5. alterum I Fourm. male omittit; septima littera apud Gellium est M, minus recte: sed ex eodem in fine И pro Ⲙ dedi. *Hippomedontis* nomen inter Septem adversus Thebas notum est: tamen num hic ipse significetur dubites: nec potest ex contextu quidquam de huius et reliquorum ratione statui. Vs. 6. vocula καὶ apud Gellium ita obscurata est, ut primae litterae vix vestigium supersit, pro tertia legatur Y. Ubi vero ΘAPON lego, pro primo elemento Fourm. et Dodw. habent Λ, pro ultimo ille Ⲙ, hic M: ego Gellii vestigiis insistens in primo ductu videor mihi litterae Θ reliquias agnoscere. Itaque Θάρων posui, qui Dorismo minus pingui Θήρων est. Hoc nomen celebre fecit Agrigentinorum tyrannus, qui quum originem ab Argia Adrasti filia duceret (v. nos Explicatt. ad Pind. Olymp. II.), non dissimile veri, etiam inter Argivos heroes nomen illud olim auditum esse: quamquam etiam in Boeotia reperitur (Pausan. VI, 14, 5.): sed Thersander Argiae f. Adrastidis post Thebas expugnatas eius terrae rex fuit (Pausan. IX, 5, 7.): unde commune Boeotis et Argivis nomen fieri potuit. Accedit affine Therae nomen, qui Thersandri pronepos. Ille autem in nostra inscriptione Thero patre utitur *Arcesilao*; sequitur enim ὁ Ἀρκεσίλα. Pro nota spiritus Gell. E; et vitiose omnes X pro K (nisi Ἀρχεσίλαον pro Ἀρχελάῳ esse dixeris, ut ἀρχεσίμολπος); dein M solus Gellius recte delineatum praebet: reliqui Ⲙ. Paenultima littera apud Fourm. Dodw. est K: Gell. recte ⊢, quae vetus forma litterae λ. Sequitur vs. 7. *Adrastus*, quo apud Argivos nihil illustrius. K abest ap. Gell. Pro M Fourm. bis Ⲙ, male: verum praestant Gell. Dodw. Dein vs. 8. K omittit Gell. relicta tamen ut antea in eadem voce lacuna; idem pro B male P. Mox pro Ⲛ Dodw. И, Fourm. N, quod ne pro Nῦ habeas, obest formae species nimium recens. In fine Fourm. perperam Ⲙ: reliqua ex fide apographorum dedi, ut omnibus in locis. Sic prodit καὶ Βορθαγόρας. *Orthagorae* nomen Sicyonis Argis vicinae tyrannus illustravit, quem vix dubito ab heroe Adrastide nomen derivasse: Sicyone enim Adrastum aliquando imperasse notum est vel ex Pindaro. Βορθαγόρας forma est Dorica. Aeoles ante ρ praefigere β, ut βρόδον, βράκος, nemo nescit (cf. intt. Gregor. Corinth. p. 572. Lips.): sed idem a Doribus, et maxime a Spartanis etiam in aliis vocibus fit, tum in iis, quae vulgo digamma habent,

ut βείκατι (Ϝίκατι, εἴκοσι), tum in nonnullis, in quibus digamma obtinuisse aliunde non constat. Sic pro ἀγός (ἡγεμών) dictum βαγός a Laconibus, et βαλικιώτης Cretensibus est ἡλικιώτης (Hesych.). Adde intt. Gregor. p. 551. Itaque Dores Βορθαγόραν dixerunt, qui vulgo Ὀρθαγόρας; ut quae vox communi dialecto sonat ὀρθαγορίσκος sive mavis ὀρθραγορίσκος, Laconibus fuit βορθαγορίσκος. Athen. IV, p. 140. B. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὀρθαγορίσκοι λέγονται, ὥς φησιν ὁ Πολέμων, οἱ γαλαθηνοὶ χοῖροι, ἀλλ' ὀρθραγορίσκοι etc. Hesych. βορθαγορίσκια· χοίρεια κρέα. καὶ μικροὶ χοῖροι βορθάκεοι. Λάκωνες. Ubi cf. intt. Sic digamma inseruerunt Argivi, ova, ᾠά, dicentes ὤβεα (Hesych.). Haec de illo usu sufficient: plura per me licet affundant, qui alienis et inutilibus rebus colligendis satagentes speciem eruditionis in variarum rerum congerie quaerunt, quam eruditio iudicium adhibens respuit. Vs. 9. vocis, quam elementis ΚΙΕΤΟΜ ex Gellio reddidi, secundus ductus Fourmonto est ⊦, Dodwello Ρ: in fine Fourm. ut solet Μ. Ego in secunda littera Ι retinui, quod in dexteram exiguum spatium relictum habet. Repone L vel ⊦. Iam quum Ε antiquitus etiam pro diphthongo ει sit, habes *Clitum:* sequitur ΒΟ et nomen patris. In cuius primo elemento Fourm. et Dodw. Μ praebent, ut dubites sitne *Minton* an *Sinton*: hoc praetuli, utpote quod a verbo σίνεσθαι possit derivari, unde σίντης et σίντωρ, quum prioris vocis Graecum etymon nullum videam. Pro secundo Ν Gell. Ν. In fine Fourm. Μ. Vs. 10. Gellius voculam ΚΑΙ duarum litterarum spatio in laevum exstantem offert; quam recte, nescio. Sequitur vox Ἀριστόμαχος: sed primum Α perperam omittunt Fourm. et Dodw. neque utriusque consensum curo, qui in ultimo versu itidem Gellii lectioni obesse videtur: utroque enim loco haec sua se probabilitate commendat, nec dubito Dodwellum Fourmonti usum esse apographo, qui et in eadem pagina et alibi Fourmontianas se chartas inspexisse prodat. Pro ΡΙΣ, quod statuo, Fourm. Dodw. ΔΕΜ; in fine Fourm. Μ. *Aristomachus* Adrasti frater, Talai filius est (Apollod. I, 9, 13.). Non opus afferre Aristomachum Argivorum tyrannum Arato Achaeorum duci aequalem (Pausan. II, 8, 5.). Vs. 11. ΚΑΙ habent Dodw. et Fourm. sed Gell. ΚΑ, idque ita reductum, ut sub ΑΡ sit. Deinde Fourm. et Dodw. et lacunam et Ι omittunt: post Ο Gell. habet Μ pro Μ, Gell. Ρ pro D; in fine Fourm. Μ. Equidem acquiesco in Gellianis, nisi quod Μ, quod quarto a fine loco apud omnes est, muto in Ν. Sic oritur terminatio Dorica et Aeolica ώνδας, quae aliqua ratione a principio supplenda est.

3.

Inscriptio columnae Nanianae, striatae, marmoris Parii, in canaliculis eius exarata. Monumentum ex insula Melo in Museum Nanianum illatum est. Primus edidit Hier. F. Zanetti: Due antichissime Greche iscrizioni spiegate e indirizzate a S. E. il Signor Giacopo Nani, Venet. 1755. 4. cuius explicatio longe ineptissima est. Rectiorem viam monstravit Corsinus: Spiegazione di due antichissime iscrizioni Greche, indirizzata al reverendissimo Padre Anton. Francesco Vezzosi, Rom. 1756. 4. Subsecutus a. 1757. est Clem. Grubissichius, Venetiis edita commentatione: Nova spiegazione della colonna Naniana, in qua Corsinianae interpretationis ignarus absurda prorsus commenta profert. Explicuit dein Thom. Perellius in Donati Nov. Miscell. Lucens. (ed. prima 1773. et in alt. ed. 1775. initio, et in tertia fine anni 1775.). Antea etiam interpretati erant Xav. Matthaeius Exercitt. per satur. p. 47. et Sim. Magistrius editor Danielis secundum Septuaginta ex Tetraplis Origenis (Rom. 1772.). Adde Lanzi Saggio di lingua Etrusca T. I. p. 93. Donatus Supplem. Thes. Murat. T. I, p. 70. 2. vulgaribus litteris expressam ac male et lectam et explicatam edidit, sed postea T. II, p. 480. aeri incisam litteris permagnis, in plures lineas divisam; similiterque delineatam sed minore mensura et vitiatam dedit Rich. Payne Knight: Analytical Essay on the Greek Alphabet tab. I. n. 2. Italicorum interpretum omnium sententias complexus est Clem. Biagi Mon. Gr. et Lat. Mus. Nan. Praeloq. §. II. (cf. p. XXIII.) et p. 3—36. Aeri incisa sine notis est in collect. antiqq. Mus. Nan. n. 8. Nuperrime tractavit Welcker. Epigr. Spicileg. alter. n. 21. p. 5 sq. Hoc quod dedimus exemplum ex consentientibus Italorum apographis minoribus, cum maiori Donati a Io. Bapt. Schiopalalba misso collatis, accurate sed forma paulo ampliore quam apud illos, exprimendum curavimus.



Scriptura huius monumenti a laeva ad dexteram currit, versibus a superiore columna deorsum descendentibus: nam eam partem, in qua incipit scriptura, superiorem esse docet minor ibi columellae ambitus, scapo in altitudinem leniter decrescente. Litterarum plurimarum formas vix alibi antiquiores deprehenderis, nisi quod Δ vulgare est, et Lambda non L, sed Ν vs. 1. Nam in secundo versu, ubi Ι pro λ est, transversa linea periit fracturâ, quam eo loco columna passa est in duo fragmina

discissa. Gamma, quod satis memorabile, retinet formam ˥, quam in scriptura a dextera ad laevam habuerat. Pro Υ est V; M est Sigma (notavit Villoison. Anecd. T. II. p. 166.), et Mῦ M uno insuper apice auctum: quae formae vetustissimae. Sed imprimis insignis est litterae Iota forma ᛋ, quae etiam in aere Petiliensi reperitur, et tum in nummis aliquot urbium Magnae Graeciae, tum in nummo Gortyniorum, in quo ᛋNVTꟼO˥, hoc est *Gortyni* (v. Payne Knight de alphab. p. 114.), derivata ex Oriente: neque enim dissimile Iod Hebraeorum eâ, qua nunc habetur, formâ; et quam Io. Swintonus (Inscriptt. Cit. Oxon. 1750. 4.) Samaritanam Phoeniciamque formam Z ex nummis protulit, ea inversa (Σ), si paululum mutaveris situm (ϟ), non magnopere abludit. Quae cum orientali ductu similitudo non tam inde repetenda, quod Melum olim tenuisse Phoenices dicuntur (Steph. Byz. v. Μῆλος, Fest. v. *Melos*, Plinio H. N. VI, 12, 23. collato), quam a communi litterarum ex Oriente origine. Similes formae sunt in vasculis et Magnae Graeciae et Corinthiis (vide num. 5. 7.), item in Corcyraeo fragmento (num. 20.), et in galea Olympica (num. 30.), atque in fragmento Phliasio (num. 37.). Ionicae litteraturae nullum inest vestigium; duo autem insunt maxime insignia, ΚΣ pro Ξ, pro quo apud Atticos constanter ΧΣ, et ΓΗ ac ΚΗ pro Φ et Χ, quae in nostra inscriptione ut genuinâ agnoscit etiam Rich. Payne Knight p. 10. immerito ob haec ipsa fidem huius tituli impugnante Thierschio nostro Act. philol. Monac. T. II. F. III. p. 407. Nam si externa testimonia spectes, nullius inscriptionis veritas potest certior esse, quae a. 1735. ex insula Melo allata a plurimis doctis in Museo Naniano conspecta sit, et adeo reconditas litteras ostendat, ut initio ne legi quidem potuerint. Olim autem pro aspirata tenuem addita spiritus nota ut apud Romanos scriptam esse, diserte tradunt grammatici et Graeci et Latini. Graecos attulit Villoison. Anecd. T. II. p. 161. quos emendatius apponam ex Bekkeri Anecdotis T. II. Scholiastes Dionys. Thrac. p. 780. de veteribus: *Πάλιν ἂν ἤθελον γράψαι λέξιν ἔχουσαν τὴν ἐκφώνησιν τοῦ θ, ἔγραφον ἀντὶ τοῦ θ τὸ τ, καὶ πρὸς τοῦτο ἐτίθεσαν τὸ παρ' αὐτοῖς σημεῖον τῆς δασείας, ἐνδεικνύμενοι ὅτι τοῦτο οὐκ ἔστι τ ἀλλὰ θ τῇ ἐκφωνήσει. ἀντὶ δὲ τῆς ἐκφωνήσεως τοῦ φ ἔγραφον τὸ π, προστιθέντες, ὡς προείρηται, τὸ παρ' αὐτοῖς σημεῖον τῆς δασείας. ἀντὶ δὲ τῆς τοῦ χ ἐκφωνήσεως τὸ κ ἔγραφον, τὸ σημεῖον τῆς δασείας προστιθέντες. [ἦν δὲ] τὸ παλαιὸν σύμβολον τῆς δασείας τὸ παρ' ἡμῖν νῦν* H. Alter p. 781. *Εὕρηνται δὲ οὐχ ὑφ' ἑνὸς ἅπαντα (τὰ γράμματα)· ὕστερον γὰρ ἐπενοήθησαν τὰ δασέα καὶ τὰ διπλᾶ. πρὶν γὰρ ταῦτα ἐπινοηθῆναι, τοῖς ἐναντίοις ἐχρῶντο, οἷον εἰ ἠθέλησαν χ ποιῆσαι, ἐποίουν κ καὶ ε* (voluit H hic et in sequentibus)· *εἰ δὲ θ, ἐποίουν τε· εἰ δὲ φ, πάλιν ὁμοίως π καὶ δασεῖαν, ὡς νῦν Ῥωμαῖοι.* Priscianus p. 542. lib. I. cap. de numero litterarum: *Sicut etiam apud veteres Graecos pro* Φ, Π *et* H; *unde nunc quoque in Graecis nominibus antiquam scripturam servamus, pro* Φ, P *et* H *ponentes, ut Orpheus, Phaëthon.* Idem: *Adspiratio quoque ante omnes vocales poni potest, post consonantes vero quattuor tantummodo, more antiquorum Graecorum, C, T, P, R.* Similia Marius Victorinus p. 2469. Disertiora idem p. 2459. *Graeci sequebantur sonum tantummodo litterarum θ, φ, χ, priusquam a Simonide invenirentur; exprimebant iuxta τ et iuxta π et κ adspirationis notam* H *ponendo.* Quae, etsi Simonidem male immistum videmus, in universum tamen immerito impugnavit Grubissichius. Sed ea ratio quum mature oblitterata sit, vel multis annis ante Simonidem, qua de re suo loco in commentariis palaeographicis dicetur; non mirum est nullum praeter Nanianam columellam exemplum extare: nisi forte, ne de Apotheosi Homeri dicam, in qua olim falsa lectio ΚΗΡΟΝΟΣ p. ΧΡΟΝΟΣ ferebatur, Plinii locus huc pertinet H. N. VII, 58. *Gentium consensus tacitus primus omnium conspiravit, ut Ionum litteris uterentur. Veteres Graecas fuisse easdem paene, quae nunc sunt Latinae, indicio erit Delphica tabula antiqui aeris, quae est hodie in Palatio, dono principum Minervae dicata in bibliotheca, cum inscriptione tali,* Ναυσικράτης Τισαμενοῦ Ἀθηναῖος Κόρῃ καὶ Ἀθηνᾷ (scr. Ἀθηναίᾳ) ἀνέθηκεν; nam Plinii verba si premenda sunt, haec ita scripta fuerant: ͶAVϟIKRATEϟ TIϟAMEͶO ATHEͶAIOϟ KOREI KAI ATHEͶAIAI AͶETHEKEͶ. Cf. Chishull. Ant. Asiat. p. 12. ne alios addam. ATHE (Ἀθηναίων) ex Atticis nummis idem affert Ant. Asiat. p. 8. errore hoc haud dubie; ego certe nonnisi ΑΘΕ in iis reperio. In Naniana tamen columna ille usus resedit, etsi tum Θ, Φ, Χ iam bene nota fuisse non dubium videtur: quae aliis locis citius, aliis serius in communem usum recepta esse existimo. Sed quum Θ, Φ, Χ in hoc titulo non usurparentur, pro Ξ non poterat ΧΣ scribi, ut vulgo; debebat igitur ΚΣ, quae scriptura in Dorica insula haud dubie retenta est ex veteri Aeolismo Doribus quoque usitato, de quo v. ad num. 17. ubi ΠΣ pro Ψ extare probabiliter conieci. Postremo, ut palaeographicae disputationi finem imponam, ΟΥ iam inest nostro titulo, sed in voce οὗτος, in qua id vel ante Euclidem etiam Athenis receptum fuisse diu est ex quo monui (Oec. civ. Ath. T. II. p. 201. 323.). Quae quum ita sint, summae antiquitatis specie illustris haec inscriptio habenda; nec video quo iure suspiceris, recentiore aliqua aetate ad prioris imitationem litteris esse antiquioribus consignatam: quod etsi subinde factum est, nulla tamen in hoc monumento talis coniecturae causa reperitur. Welckerus quidem noster (p. 9.), si columnae huic Hecataeum impositum fuerit, inde aliquid dubitationis de remota antiquitate oriri annotat: ipse tamen non definit, Hecataeum an infantem sustinuerit columna; mihi vero de ea re eo minus disserere opus, quod a Welckeri explicatione plane discedo. Nec vero magis quisquam Perellio assentietur, inscriptionem hanc primae Olympiadis aetatem haud paucis fortasse annis antecedere et Troiani belli tempus proxime attingere fabulanti. Vetus sane Graecorum in insula Melo habitatio, quo Lacones coloniam duxerint post quinquaginta fere a reditu Heraclidarum annos, quae ratio Mülleri est Orchom. p. 476. coll. p. 316. 318. Confer de Spartana in

Melo colonia Conon. Narrat. c. 36. Plutarch. de virt. mulier. p. 273. T. VIII. ed. Tub. Herodot. VIII, 48. Thucyd. V, 84. et 112. ubi vel septingentos illi ante Olympiadem 91. annos tribuit, Xenoph. H. Gr. II, 2, 3. Sed Dores tum inculti, opinor, nec quisquam illo saeculo columnam Parii marmoris striatam cum inscriptione posuerit. Equidem ut Argivum heroum indicem, ita columnam Nanianam, quae partim antiquiores, partim recentiores litteras offert, Solonis vel Pisistrati aetati assignaverim. Columella striata est, et Zanetto affirmante eleganter elaborata; igitur Biagius de striatarum columnarum antiquitate disserere huius inscriptionis causa instituit; sed multum tricando nihil extricat, qui quidem recentiorum auctorum partim levissimorum vestigiis insistens perperam insuper argumentetur. Sufficit annotasse, strias esse eiusmodi, ut in externum binae communem angulum desinant, nulla interposita plana superficie; quod genus in Doriis columnis, quae ceteris antiquiores sunt, receptum est. Et mature striatas columnas in usu fuisse docent antiquissima, quae supersunt, Dorici operis templa.

Sed ut perveniam ad interpretationem, declinatis iis, quae plane nugatoria sunt, in singulis verbis nonnisi potissimas interpretum sententias afferam, meamque argumentis confirmabo. Vs. 1. ΠΑΙΔΙΟΣ] Varie, quis deus sit, dubitatur. Corsinus et qui eum sequuntur, Bacchum intelligunt, causa ex vs. 2. petita, ubi eius nutritorem Silenum agnoscunt: sed quum in secundi versus interpretatione erraverit Corsinus, non opus est eius de Baccho opinionem refutare. Welckerus Dianam sive Hecaten intelligit, quae Ἐκφαντῶ dicta fuerit, quod ut Ilithyia homines φόωςδε ἐκφαίνει (Iliad. τ, 103.), collatis etiam aliis multis Dianae epithetis maxime hieraticis: putatque dedicatum Ilithyiae donarium hac inscriptione significari. Provocat autem ad inscr. n. 24. ubi in simili columna Phersis mulier Dianae ob filium ut videtur donarium offert. Sed utrumque monumentum magnopere differt; nam in Melia columna nec mulieris nec infantis mentio extat. Nec puto Welckerum ad novum vocabulum fingendum fuisse proclivem futurum, si vocem ΕΚΦΑΝΤΟΙ putasset alia ratione expediri posse: quam quum satis infra expediverim, nolo plura adversus viri amicissimi coniecturam proferre. Nempe longe simplicissimum est Apollinem intelligi, Doriensium ἀρχηγέτην (cf. nos Explicatt. ad Pind. p. 288.), cuius cultus ut in Theram et Cyrenas, ita in Melum propagatus erat, maxime Amyclis, unde Melios Lacones profectos esse Müllerus docet. Et de Apolline etiam Perellius cogitabat, cultum eius Melium ex nummo apud Harduinum demonstrans, in quo adscriptum ΜΗΛΙΩΝ. Sequitur: ΕΚΦΑΝΤΟΙΔΕΞΑΙΤΟΔΑΜΕΝΦΕΣΑΓΑΛΜΑ] Primus Corsinus explicuit Ἐκφάντῳ, ut dativus esset, vertens: *accipe ab Ecphanto.* Quod quum Corsinus dictionis poeticae parum peritus Graecum esse non evicisset, Matthaeius, Perellius, alii, nuper etiam Welckerus hanc improbarunt interpretationem; et Welckerus quidem Ἐκφαντοῖ vocativum ab ignoto Dianae nomine Ἐκφαντῶ statuit; alii de Dorico genitivo Ἐκφάντοι ἄγαλμα cogitarunt, in his ipse Villoisonus Anecd. T. II, p. 120. Sed sciunt periti talem genitivum nusquam extare: dicunt Dores Μοῖσα, λέγοισα, δίδοι, οι pro ου posito; sed in genitivo illo hoc non receptum est. Itaque etiam illa explicatio damnanda, ex qua iunctum volebant Διὸς ἐκφάντοι p. ἐκφάντου; quamquam hoc vel aliis de causis absurdum. Verum est Ἐκφάντῳ, *accipe ab Ecphanto:* Ecphantus igitur est qui hoc dicavit donarium. Ecphantus Musaei vatis pater dictus (Suid. v. Μουσαῖος indeque Eudoc. p. 303.); alius Ecphantus Pythagoreus non ignotus: Ecphantum Thasium memorat Demosth. de cor. p. 474. 26. Δέχεσθαί τινι autem esse *accipere ab aliquo* hodie vix exemplis eget. V. Porson. ad Eurip. Hecub. p. 45. ed. Lips. et ibi Schäfer. Pindar. Pyth. IV, 21. et ibi Herm. item Pyth. XII, 5. Dissen. in Explicatt. ad Pind. p. 522. P. II. Vol. II. nostr. ed. et Fragm. Thren. 4. in nostr. ed. p. 623. Usus est ex Homero derivatus, apud quem haec structura aliquoties obvia. In voce ἀμενφὲς insolens est N, quum vel N ante Φ mutari in M soleat: sed v. num. 11. 30. Postremo ἄγαλμα quid sit explicandum. Et primum quidem ἀγάλματα maxime deorum signa dici, sive columnis, qui antiquissimus mos fuit, sive iustis simulacris, etiam anaglyphis expressa, docuit Siebelis Praef. Pausan. ed. mai. p. XLI sq. Non minus tamen quodvis opus ornatius, praesertim diis dedicatum, quo illi laetarentur, ἄγαλμα vocatum est. Ita de equestri ornamento, ne diis quidem dicato ap. Hom. Iliad. δ, 144. pertinentque huc notata grammaticorum, Etym. M. Suid. Zonar. Tim. Lex. Plat. p. 5. qui ἄγαλμα dicit esse πᾶν ἀνάθημα, ubi v. Ruhnk. idemque fere Lex. Seg. p. 334. 20. et Lex. technol. ap. Tittmann. ad Zonar. p. 29. affirmat. Diserta exempla tripodum inscriptiones praebent apud Herodot. V, 60. 61.

Σκαιὸς πυγμαχέων με ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
νικήσας ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲς ἄγαλμα.

et alterum:

Λαοδάμας τρίποδ᾽ αὐτὸν ἐΰσκόπῳ Ἀπόλλωνι
μουναρχέων ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲς ἄγαλμα.

Alio in tripode ap. Pausan. X, 7, 3. Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε τῷ Ἡρακλεῖ

Νικήσας τόδ᾽ ἄγαλμ᾽ Ἀμφικτυόνων ἐν ἀέθλοις.

Adde inscriptionem in cornu Amaltheae positam ap. Pausan. VI, 19, 3. et alias. Igitur ex hac voce non liquet ullam columnae statuam impositam fuisse: potuit vel sola columna, dei in templum dicata ἄγαλμα hoc esse. Sed de hac re paulo post dicam: transeo nunc ad vs. 2. ΣΟΙΓΑΡΕΠΕΥΧΟΜΕΝΟΣ] Ne quis putet monumentum hoc *post votum, cui numen satisfecerit,* gratiarum referendarum causa dicatum esse, notet praesens ἐπευχόμενος: proprium in pluribus inscriptionibus suo loco edendis est εὐξάμενος ἀνέθηκε, i. e. *votum susceptum, postquam deus addixit, solvit* is, qui donarium offert. Igitur si modo de voto hoc epigramma loquitur, dum dicatur haec columna sive donarium, votum facit donator. Sed dubito annon de voto sit. Ἐπεύχεσθαι multo usitatius est de sup-

plicando: possumus autem deo etiam sine voto supplicare. Immo vero hoc secundo versu de consecrando et dicando monumento plane non dicitur, sed de *perficiendo*, ut paulo post monstrabo. Dum artifex perficit donarium, deo supplicat, aut universim ut felicem vitae cursum, aut ut certum quoddam, quo indiget, beneficium deus ipsi praestet. Quodsi vel sic votum fieri dixeris, certe concedes in ipso id opere faciendo suscipi. ΤΟVΤΕΤΕΛΕΣΣΕΓΡΟΦΩΝ] Corsinus legens τόν τε τέλεσσε τροφόν, vertit fere ita: *Tuum perfecit altorem;* nam ab Ecphanto statuario Baccho dicatum esse signum Sileni, qui Bacchum educasse perhibetur. Vide, ne plura, fragmentum Pindari Dithyr. 15. p. 585. nostrae edit. Sed τόν τε non est *tuum;* neque hoc legitur, sed τοῦτ', et Lanzio testante et fidelissimo apud Donatum apographo. Nec si τροφόν putaveris *alumnum* esse, ulla potest apta sententia extundi: postremo ne ΤΡΟΦΟΝ quidem legitur, sed ΓΡΟΦΟΝ, affirmante etiam Villoisono l. c. Nam diserte ˥ est in marmore, sine ulla oblitterati ductus notatione: hoc autem γ est, ut vs. 1. in voce ἄγαλμα. Et τοῦτο (τὸ ἄγαλμα) quidem commodissimum est. In primo versu τόδε dicendum erat; sed nominato iam donario, redeunte ad idem oratione, accuratus Graecitatis usus postulat τοῦτο. Corsiniana vero vocis τροφόν explicatio quum falsa esse intelligeretur, alii alia proposuerunt: ex quibus quod Sim. Magistrius proposuit τρόπηον, id et grammaticae et metricae et palaeographicae rationes damnant. Cogitarunt igitur de nomine proprio Τρόφων vel Γρόφων. Trophonis nomen aliunde quidem notum non est; habet tamen analogiam; ut ἱερὸς Ἱέρων, γλαυκὸς Γλαύκων, σιμὸς Σίμων, sic τροφὸς Τρόφων: et succurrit insuper Τροφώνιος. Igitur non opus erat ad *Tryphonem* confugere, de quo Perellius cogitabat; ut taceam O non nunc posse pro Y esse, quod V ipsum semel atque iterum usurpatum sit. At quid de illo nomine dicimus? Nempe non legitur ΤΡΟΦΟΝ, sed distincte ΓΡΟΦΟΝ: igitur nomen etiam insolentius Γρόφων admittendum erit. Ut tamen ipsum hoc admittamus, duo tum viri nominati erunt, quorum alterum artificem, alterum statueris donatorem operis. Ex quibus si Ecphantum donatorem, Grophonem artificem ponimus, artifex erit ὁ ἐπευχόμενος, quum potius is, qui supplicans votumve faciens donat, sit ὁ ἐπευχόμενος. Rursum si Ecphantum dixeris artificem, incommode deum precatur donator, ut *ab Ecphanto* accipiat donarium: neque enim ab artifice accipit deus, sed a dedicante. Praeterea in hac interpretatione, ex qua donator Gropho est, τελεῖν erit *dedicare:* quod Lanzius ex Phavorino firmare studet, cui ἐτέλεσεν est παρέσχε: notatque Welckerus τελεῖν de donis esse Homericum: quum enim et ipse Trophonem donatorem statuat et vs. 1. Ἐκφαντοῖ legat, hic quoque in voce τελεῖν Lanzii sequitur interpretationem. Concedam sane τελεῖν ita dici posse: nec tamen id in huiusmodi donariis usitatum video, neque ulla excogitari causa potest, quare poeta receptum verbum ἀνέθηκε, quod in hac re proprium est totidemque syllabas morasque habet, nunc devitaverit. Igitur et Lanzii et Welckeri sententiam relinquo, quum praesertim in huius viri explicatione etiam ad ignotam Ecphanto confugiendum sit. Neque duo posse propria nomina, alterum artificis, alterum donantis statui, satis demonstratum videtur. Superest ut dicas, alterum nomen esse voventis, alterum eius, qui pro eo votum exsolverit. Tum igitur Gropho fuerit is, qui voverit; pro eo Ecphantus, filius fortasse pro defuncto patre, votum solverit (cf. Pausan. VIII, 4, 2.). Sed hoc quoque sperno: non enim in hac sententia ἐπευχόμενος ἐτέλεσσε, sed εὐξάμενος ἀνέθηκε scriptum fuisset: quamquam ne ἀνέθηκε quidem commode dici poterat de vovente, qui non ipse posuisset monumentum: is enim qui votum exsolvit, ἀνατίθησιν. Ut in epigrammate alio (ap. Pausan. l. c.):

Σόν ποτε νικήσας, Ζεῦ Ὀλύμπιε, σεμνὸν ἀγῶνα,
τεθρίππῳ μὲν ἅπαξ, μουνοκέλητι δὲ δίς,
δῶρ' Ἱέρων τάδε σοι ἐχαρίσσατο· παῖς δ' ἀνέθηκεν
Δεινομένης πατρὸς μνῆμα Συρακοσίου.

Profligatis igitur his sententiis alia via incedamus. Ecphantum esse donatorem satis constat; quum autem duo nomina propria statui nequeant, qui donavit Ecphantus, de eodem debet ἐτέλεσσε dictum accipi, quod vel ex adiecto ἐπευχόμενος patet: qui enim dedicavit, is etiam fuit ὁ ἐπευχόμενος. Sed ἐτέλεσσεν est *perfecit:* ut in Onatae epigrammate (ap. Pausan. l. c. et V, 25. extr.):

Υἱὸς μέν γε Μίκωνος Ὀνατᾶς ἐξετέλεσσεν
Νάσῳ ἐν Αἰγίνῃ δώματα ναιετάων.

Igitur donator fuit is, qui opus fecit. Quo deducta re una vox ΓΡΟΓΗΟΝ superest: in qua non dubito *operae ipsius genus* designatum esse, ut si dicas ἐτέλεσε γράφων, γλύφων, ἐπασκῶν vel tale quid. In quo primum quaeritur, opus ipsum quale fuerit, sine qua re, qualis opera fuerit, non poterit definiri. Putant igitur columnae statuam impositam fuisse vel tripodem. Sane columna eiusmodi est, quae imponendae alicui rei inserviret: neque enim altior est quam IV pedes et septem uncias; imus circuitus est pedum II et unciarum IX, summus totidem pedum et quattuor unciarum, cum XVI canaliculis: in superiore parte haud dubie abacus fuit, cui varia imponi poterant. Quid tamen si nihil a donante impositum erat? Ipsa certe columna est etiam ἄγαλμα, et potuit artifex in templi usum solam hanc columnam dicare, quae rei cuicunque divino cultui necessariae imponendae inserviret, phialae, turibulo, vasi qualicunque. Dedicabantur enim ipsae solae columnae, immo sola columnae faciendae opera, ut in Branchidis (v. in Milesiis) inscriptio est, in qua quidam . . . ἐργασίαν ἀνέθηκε τοῦ κίονος. Igitur solam columellam diligenter elaboratam ἀμεμφὲς ἄγαλμα istud esse conieceris: quod ubi statues, poterit ultimum verbum operae genus definiens apte explicari. Constat γράφειν initio nihil fuisse nisi ξύειν, ξέειν, *radere, incidere:* de quo passim grammatici. Hesych. γράψαι· ξῦσαι, χαράξαι, ἀμύξαι. Schol. Theocr. VI, 82. γράψαι τὸ ξέσαι οἱ παλαιοὶ ἔλεγον. Adde Etym. M. p. 412. 51. p. 239. 25. aliosque grammaticos


complures. Hinc γραπτύς, h. e. ἄμυξις, κατάξυσις apud Homerum: v. Hesych. v. et intt. indeque etiam γραβδὶς vel γράβδυς esse putatur λαμπὰς κατεσχισμένη καὶ κατεξεσμένη: v. Albert. ad Hesych. l. c. Etym. M. p. 239. 28. Bekker. Anecd. T. II. p. 789. Adde Wolf. Prol. Hom. p. XLV. Quamquam autem primitiva illa vocis vis usu ad scribendi notionem restricta sit, non negaveris in una alteraque terra posse illam eatenus retentam esse, ut verbum hoc striarum in columna excavandarum et poliendarum opus designaret. Igitur si pro ea incerta voce substitueris γράφων, commodissimam habebis sententiam: *Iove gnate, ab Ecphanto accipe hocce sine reprehensione elaboratum donarium: tibi enim supplicans hoc perfecit scalpendo.* In duplici enim participio nulla est difficultas, quum utriusque diversa ratio sit: perfecit *scalpendo, dum tibi supplicat,* h. e. inter opus perficiendum ad te supplices preces dirigens. Praeterea γράφω, γλάφω, γλύφω, affinium notionum affinia vocabula sunt: potestque γράφω pro γλάφω usurpatum esse, variante in litteris ρ et λ dialectorum ratione, ut κλίβανος κρίβανος. Γλάφω vero pro excavando vulgatum notumque est. Attamen siquis malit statuam impositam fuisse, certe *picta statua* fuerit: ut vis verbi γράφειν ad pingendi pertineat operam, qua *perficitur* statua: et in hac interpretatione premenda verbi ἐτέλεσσε notio erit. Statuas vero olim pictas esse, imprimis antiquioribus temporibus, satis notum est. Postremo pro γράφων ex Dorismo Melio dictum est γρόφων. Aeoles enim et Dores α mutant in ο, non modo in derivatis compositisque vocibus, sed etiam in simplicibus, ut μαλάχη μολόχη. Vide intt. Gregor. Cor. p. 455. Ita Heracleae, quae ab eadem a qua Melii matre Sparta originem ducebat, pro καθαρὸς dictum κοθαρός (Tab. Heracl. I. 55.), et ipsum γράφω hanc esse mutationem passum, docet vox ἀνεπίγροφος p. ἀνεπίγραφος (Tab. Heracl. I, 36.). Adde glossam Hesychii: γρομφεῖς· οἱ ζωγράφοι, h. e. γραφεῖς, unde γροφεῖς, γρομφεῖς. Igitur ita lege:

Παῖ Διός, Ἐκφάντῳ δέξαι τόδ᾽ ἀμεμφὲς ἄγαλμα·
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ᾽ ἐτέλεσσε γρόφων.

Simile epigramma extat ap. Polluc. IV, 92.

4.

In tessera aerea reperta in Bruttiis prope Petiliam (Policastro) a. 1785. asservata olim Velitris in Museo Borgiano, quod nunc Neapoli est. Edidit et interpretatus est Io. Phil. Siebenkees: Expositio tabulae hospitalis ex aere antiquissimae in Museo Borgiano Velitris asservatae, Rom. 1789. 4. Heerenius Bibl. litt. et art. Gotting. P. V. quae commentatio recusa est in eiusdem Operibus T. III. p. 171 sqq. epimetro aucta, in quo variae doctorum sententiae iudicantur; Barthelemius in epistola ad Adlerum, Oeuvres diverses T. II. p. 412–417. Lanzi Saggio di lingua Etrusca T. I. p. 108. ubi tab. IV. aeri incisa est, ut apud plurimos interpretum; Clem. Biagi diss. de Graeca tessera hospitali vetustissima; Schow de chart. papyr. Velitr. p. 114 sqq. Ignarra de Phratriis p. 158–166. Aeri incisam tabellam dedit Rich. Payne Knight de Alphabeto tab. I. n. 1. Praeterea de ea dixerunt P. Fabricius in Diatribe ad illustranda aliquot bibliographiae antiquariae capita p. 238. Fea ad Winkelm. H. A. T. I, p. 258. et in Misc. critt. p. XXIV. Welckerus ad Zoeg. Abh. p. 35. Et ex hoc quidem, qui etiam litteras de hac inscriptione ad me misit, didici Eckhelium de ea ad Zoegam scripsisse a. 1786. quum singulari esset folio emissa. Edita exempla consentiunt omnia, si minutiores exceperis discrepantias: meum ex optimis expressum est.



Litteras esse vetustissimas facile intelligis. Sigma est M, ut in prioribus inscriptionibus et in nummis Magnae Graeciae, et Μῦ proinde forma ᛗ utitur. Δ rudi ductu exprimitur litterae D Romanorum et Volscorum nummorumque Zanclaeorum proximo. Iota est ꓤ, de quo ad num. 3. dixi: sed I est Gamma: quam formam Rich. Payne Knight l. c. p. 4. primitivam iudicat; qua de re suum cuique iudicium sit. Lambda est ᛚ; V notat Y litteram. Θ vulgare habes; Ξῖ est Ψ, ut apud Etruscos et in aere Eleo n. 11. item n. 13. 25. et in Orchomenii tituli numeris. V. Oec. civ. Ath. T. II. p. 377. Inest etiam Digamma. Ionicae autem litteraturae nullum reperimus vestigium: neque enim longarum vocalium nec duplicium consonarum formae comparent, si Italicam, etiam in nummis conspicuam formam + pro Ξ exceperis: sed hoc vel ante Simonidem et Epicharmum hinc inde in usu fuisse, non dubito. Spiritus asper vs. 6. omissus est, nisi ex dialecti ratione Ἀρμοξίδαμος dictum est, ut ἄραρεν, ἄρμενα. Et hoc magis probo. Scripturam plane Graecam esse animadvertit iam Eckhelius, falsique sunt, qui Etrusca admixta crediderunt. Graeca urbs fuit Petilia, cuius etiam nummi Graeci supersint: condita autem ferebatur a Thessalico heroe Philoctete (Strab. VI, p. 390. A. B. Virgil. Aen. III, 402. c. Serv. cf. de Philoctete Italiam petente

Tzetz. ad Lycophr. 911.). Interpunctionis tamen genus, singulis punctis frequenter interpositis, accedit ad Etruscum Romanumque morem, quod non mirandum in Italico monumento: Graeciae proprie dictae civitates ea aetate ternis potissimum punctis utebantur. Aetatem tituli in quintum sextumve ante Christum saeculum definit Barthelemius, caute et prudenter. Nam accurati nihil in his rebus proponi potest; si per Olympiades descripto tempore definire aetatem velis, inter Olymp. 40-60. circiter posuerim.

Lectio quum certa sit, in explicatione maxime haesitatum est: nisi quod Nic. Ignarra etiam lectionem aliter ac reliqui instituit. Qui Siebenkeesii perita interpretatione frustra derisa Θεὸν initio positam Iunonem Laciniam esse affirmat, in vicinia cultam; sed in illa formula, toties occurrente in monumentorum exordio, numquam certus aliquis deus, semper numinis notio universa intelligitur. Tum vero verba ita proponit et interpretatur: Θεὸς τύψασα ὅτις δίδωτι Σικανίᾳ τὰν Ϝοικίαν καὶ τἄλλα πάντα· δαμωρίους παραιόρας πρόξενοι μίνυον ἅρμοξι. δᾶμος ἀκάθαρτος ὧν ἅτας ἐπιχώρους: *Dea flagellatura est, quisquis domicilium Sicaniae, et quaecunque alia suppeditat. Conterraneos praevaricatores proxeni denuncient harmostis. Populus quum sit pollutus, noxas locales luet.* Nae in hoc commento, quod Martorellio dignum erat, non agnosco Mazochianum alumnum, qui etsi in historia et mythologia iudicanda aetatis potius quam ingenii vitio multa peccavit, tamen in primis fuit Italorum philologis. Sed missis his videamus singula, ut difficultates, in quibus iure haeserunt interpretes, quantum fieri potest, removeamus. ΘΕΟΣΤΥΧΑ] Θεὸς Τύχα est apprecatio boni eventus, ut apud Latinos *Quod felix faustumque sit*, pro vulgari ἀγαθῇ τύχῃ. Bis reperitur, quantum memini, Θεὸς τύχαν ἀγαθὰν, semel in Delphica apud Cyriacum et Muratorium (p. DLVI. 1.), iterum Aeolice scriptum Θιὸς τιούχαν (immo τούχαν) ἀγαθὰν in decreto Orchomeniorum Boeotorum pro Archedico; bis item brevius Θεὸς τύχαν, in Thebana pro Noba, ex correctione, et in Corcyraeo monumento ap. Montfauc. nisi in hoc Θεοῖς τύχαν verum putes: de quo dubito. Et vir doctus Raoul-Rochette Diss. archaeol. p. 72 sq. in Petiliensi quoque aere τύχα esse putat p. τύχαν, ex dialecto Italica omisso N. Sed nihil eiusmodi in tali accusativo reperiri spondeo. Itaque Τύχα retinendum est. Dicitur Θεὸς τύχαν sc. δοίη: dici tamen etiam potest: Θεὸς, τύχα sc. παρεῖεν. Immo siquis tenax esse velit, in Thebana inscriptione pro Noba poterit ipsum Θεὸς τύχα reperire: hoc enim diserte legitur: sed quum lacuna sequatur, in promptu est τύχαν scribere. Rursum aliud praescriptum est in Cretensi Hierapytniorum cum Priansiis foedere: Θεὸς ἀγαθός (ut videtur), ἀγαθᾷ τύχᾳ καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ. Item aliud habes in inscriptione Attica agonistica aetatis Antoninorum apud Murat. T. II. p. DC. 3. et alios, in qua supra scriptum ΘΕΟΙΣ ΤΥΧΗ: ubi Τύχη dativus an nominativus sit nescio. Ceterum cave putes *deum* et *fortunam* esse coniungendos in unum: *Dea Fortuna;* reliquis eiusmodi formulis collatis dirimo, *Deus, Fortuna adsint*, omisso καί. ΣΑΩΤΙΣ] Tyche est Σώτειρα (Pind. Olymp. XII. init.), hoc nomine Himerae culta, ut ad Pindarum conieci: igitur putes Σαῶτις esse attributum Fortunae, additum ut in Cretensi titulo iungitur ἀγαθᾷ τύχᾳ καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ; sic cum Barthelemio verteris *Fortuna Servatrix.* Δία Σωτῆρα nemo ignorat: is autem est Σαώτης, qui idem ac Σωτὴρ, apud Thespienses (Pausan. IX, 36. extr.); item Dionysus Σαώτης hinc inde cultus, apud Lernam et Trözenios (Pausan. II, 37, 2. 31, 8.). Σαῶτις, hinc derivatum, est pro σώτειρα. Sed vana haec de Fortuna Servatrice suspicio: desideratur enim subiectum ad verbum δίδωτι, quod quidem statim initio ponendum fuisse et recta ratio docet, et exemplis confirmari posset, si opus foret. Certe quae in fine sunt δαμιωργὸς Παραγόρας etc. non esse subiectum verbi δίδωτι, et nominum numerus monstrat et praeposita magistratuum vocabula δαμιωργὸς et πρόξενοι, quorum positus ipse significat nonnisi confirmationis causa ea addita esse cum magistratuum ipsorum propriis nominibus. Quodsi cum Barthelemio putes ipsum Θεὸς Τύχα Σαῶτις esse subiectum verbi δίδωτι, ne dicam ipsa, quae inde prodeat, sententia quam absona sit, notabo tantum τὰν articulum appositum esse, qui *suam* domum privatum aliquem dare significet. Eodem vero argumento concidit Lanzii coniectura, qui *Sontinos* Lucaniae (Plin. H. N. II, 5.) putat hospitii ius alicui dedisse. In quo sensu nemo dixerit τὰν οἰκίαν, praesertim addito καὶ τἄλλα πάντα: debebat οἰκίαν esse sine articulo. Contortum etiam etymon est Σαῶτις, Σῶτις, Σῶντις, vel Σαῶτις, Σάοντις, Σῶντις: dicendum praeterea erat ἁ πόλις τῶν Σωντίνων, vel ὁ δᾶμος: hic enim publicus veterum stilus. Igitur Σαῶτις privatum hominis nomen est. Siquis virum praeferat, poterit Doricum Φίντις p. Φιντίας conferre, ut Σαῶτις idem sit ac Σωτίας. Sed Σωτίας nomen ignotum: Σωτίωνα tantum novi. Praestat, opinor, muliebre nomen intelligere. Notum nomen Σώτας; hinc Σῶτις vel Σαῶτις femininum. ΣΙΚΑΙΝΙΑΙ] Est nomen eius, cui datur. Si vir fuit, vocatus est *Sicaenias*, si mulier, *Sicaenia.* Ego praefero, ut mulieri det mulier: sed unicuique suum esto iudicium. ΤΑΝϜΟΙΚΙΑΝΚΑΙΤΑΛΛΑ ΠΑΝΤΑ] Dixi paulo ante, τὰν οἰκίαν esse *suam*, quam possidet, *domum.* Οἰκία vocem digamma habentem fuisse satis constat. V. Oec. civ. Ath. T. II. p. 392 sq. Plane arbitraria est Barthelemii interpretatio: „ὁσπήτιον, la maison, ou l'hospice public, où l'on recevoit les étrangers, auxquels on accordoit l'hospitalité." Quod inauditum est. Sequuntur nomina demiurgi Paragorae, et proxenorum quinque, Minconis, Armoxidami, Agatharchi, Onatae, Epicuri, auctoritatis publicae causa apposita. In nominibus propriis nihil magnopere notabile est: Μίνκων est pro Μύγκων, videturque idem esse quod Μίκων, nomen notum patris Onatae Aeginetae (v. Pausan.). Onatas est Aegineta statuarius, alius philosophus Pythagoricus: sed de priore nemo cogitabit: nec video cur cogitandum

de altero sit. Epicurus me iudice Dorice vocatus est Ἐπίκωρος, nec prius O pro OY accipio: similiter statuo de voce δαμιωργός. Sic βουλὴ βωλά, et alia multa: maxime autem huc pertinet κοῦρος κῶρος, et ex vocibus ab ἔργῳ descendentibus vel in vulgata dialecto servatum est γεωργός, λεωργός: quamquam haec non plane similia sunt, quod ex γῆ et λεῖος (sequor enim etymon ab Hermanno ad Soph. Antig. 1261. propositum), longa vocali in ε transposita ad Atticum normam orta sunt. De δημιουργία magistratus notione in universum dixit Schneiderus ad Aristot. Polit. IV, 3, 4. V, 8, 3. et in Lex. Gr. Quod nomen quatenus etiam Athenis usitatum sit, non nunc exponam, nisi quod ibi non certum quendam magistratum nec sollemni quemquam appellatione significat. Hesychius Doribus proprium vult, v. δημιουργός: καὶ παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν οἱ ἄρχοντες τὰ δημόσια πράττοντες, ut reliqua omittam; similiter Eustath. ad Odyss. ρ, p. 1825. Exemplo sunt Corinthii, qui ut in colonias suas, exempli causa Potidaeam, miserunt ἐπιδημιουργούς (Thucyd. I, 56.), additos indigenis magistratus, ita videntur domi δημιουργοὺς habuisse: nam quod Schol. Thucyd. dicit, Ὄνομα ἀρχῆς ὁ ἐπιδημιουργὸς παρὰ Κορινθίοις, haud dubie falsum est. Argivis praeterea demiurgos tribuit Etym. M. cum Zonara. Non tamen iis soli Dorienses usi sunt; Peloponnesiis universis δημιουργούς, primo loco positos ut archontes, tribuit Philippi epistola ap. Dem. de cor. p. 280. Sic principes magistratus sunt apud Eleos et Arcades Mantinenses, quantum colligas ex Thucyd. V, 47. et Achaeorum, in quorum foedere recentiore aetate claro prisca potissimum instituta retenta cernuntur, decemviri sunt δημιουργοὶ s. δαμιουργοί (Polyb. XXIV, 5. Liv. XXXII, 22. XXXVIII, 30.). Idem magistratus nominatur in Aegiensi titulo ap. Cyriac. Eundem dixeris etiam Delphis obtinuisse (Lucian. Phalar. II, 2.), etsi hoc dubium. Sed certum est de Thessalis, auctore Etym. M. δημιουργοὶ ἐκαλοῦντο παρά τε Ἀργείοις καὶ Θεσσαλοῖς οἱ περὶ τὰ τέλη. Cf. Zonar. v. δημιουργοί. Iam vero Petilia Thessalicae originis est, si non a Philoctete, certe a Meliboeensibus: et hinc credo δαμιωργὸς Petiliae primus et eponymus magistratus: quamquam etiam Crotone, ex vicina Achaeorum colonia, petitum nomen esse potuit. Iam vero *proxenos* Petiliae quinque esse videmus, ut Spartae quinque sunt Ephori. De quibus quae Valckenarius aliique dixerunt, non repetimus: universam rem tractabit Ullrichius, qui de ea scribere incepit. Est autem duplex proxenorum genus accurate distinguendum, alterum universis Graecis commune, alterum proprium, quantum scimus, Spartanorum. Unaquaeque enim civitas in alienis civitatibus potioribus habuit suum curatorem (nos *consulem* dicimus) ex eius reipublicae civibus, in qua alienae civitatis commodis consuleret, delectum et constitutum, ac praerogativis auctum ab ea, cuius res curaret. Quorum mentione plenae inscriptiones, pleni auctores. Hoc instituto Graecis communi utebantur etiam Spartani. Ita ex Atheniensibus Miltiades Cimonis f. Lacedaemoniorum proxenus est (Andocid. de pace p. 91. ed. Reisk.), qui honor hereditario iure in Cimonem filium transiit; item Callias Hipponici (Xenoph. H. Gr. V, 4, 22. VI, 3, 4.), ut pater eius; sic apud Eleos Xenias (Pausan. III, 8.), Argis Alciphron (Thucyd. V, 59.), Plataeis Laco Aïmnesti (Thucyd. III, 52.). Nec desunt horum proxenorum in inscriptionibus Laconicis exempla licet rariora. Hi vero non modo magistratus sed ne cives quidem eius reipublicae fuerunt, quorum erant proxeni: in peregrinis censiti sunt, civibus tamen dignitate proximi. Rursum etiam aliae civitates suos Spartae proxenos habuerunt cives Spartanos, sed eos privatos, neque a republica Spartanorum, sed ab iis designatos, quarum erant proxeni; ut Byzantii Clearchum (Xenoph. H. Gr. I, 1, 35.). Alterum autem genus proxenorum publicum est Spartae; qui magistratus ex civibus Spartanis a regibus nominabantur (Herodot. VI, 57.). Talem vero proxenorum magistratum non dubito Petiliae fuisse, sive a vicinis Spartanorum coloniis acceptum, sive etiam in aliis praeter Spartam rebuspublicis institutus erat antiquitus.

Universa igitur inscriptio haec est: Θεός, Τύχα· Σαῶτις δίδωτι Σικαινίᾳ τὰν Ϝοικίαν καὶ τἆλλα πάντα. Δαμιωργὸς Παραγόρας· Πρόξενοι Μίνκων, Ἁρμοξίδαμος, Ἀγάθαρχος, Ὀνατᾶς, Ἐπίκωρος. *Deus, Fortuna* adsint. *Saotis dat Sicaeniae domum suam et reliqua omnia. Demiurgus Paragoras; Proxeni Mincon, Armoxidamus, Agatharchus, Onatas, Epicurus.* Quae verba etsi aperta sunt, tamen dubitatum de argumento est. Tesseram hospitalem dixerunt plurimi, nulla sane causa. Nam quid proxenis et demiurgo rei esse possit in privato hospitio condendo, nemo explicare poterit: privatum enim hospitium sine ulla publica auctoritate factum esse certum iudico. Nec, si inter mulieres agitur, de hospitio apte cogitaveris: equidem certe nihil de muliercularum hospitiis usquam legi. Ac quis tandem pro hac sententia, ξενίαν ποιεῖσθαι πρός τινα, ut in Sicula est tessera hospitali, dixerit τὴν οἰκίαν διδόναι τινὶ καὶ τἆλλα πάντα? Itaque Villoisonus in epistola ad Cardin. Borgiam, quum tesserae hospitali verba non convenire intelligeret, syngrapham venditionis hanc tabellam esse coniecit: sed recte Heerenius notat, venditionis contractum non tam perfunctorie scribi: addendum certe pretium pactum debebat; nec facile venditur universa res, in qua ipsa quoque pecunia censetur, licet universam rem locare usitatum fuerit, certe pupillorum (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 157 sq.). Postremo διδόναι non est *vendere*, sed *dare*. Quare nihil, quod verbis non insit, inferens pro certo affirmo, quod et aliis in mentem venit, rem quae agitur esse *donationem:* hoc enim est διδόναι. Et quum universa res donetur, patet donationem esse *per testamentum*. Similiter concepta est donatio sacerdotibus facta, in lamella aerea, quae et ipsa in Bruttiis reperta est, ap. Ignarr. de Phratr. p. 160. Ἀνιαρίζει Κολλύρα ταῖς προπόλοις τᾶς θεῶ τὼς τρῖς χρυσέως, τὼς ἔλαβε Μελίτα καὶ οὐκ ἀποδίδωτι: reliqua

non sunt edita. Vides hic quoque mulierem donare pecuniam, quam mutuata mulieri erat. Exemplum testamenti mulieris notum praebet monumentum de Epictetae testamento, quod in Theraeis posui. Quodsi quis dubitet, licuisse ea aetate testamentum condere, cogitet Athenis iam Solonem testandi ius concessisse: attamen in Doriensibus rebuspublicis haud paucis eatenus tantum videtur licuisse testari, quatenus heres ab intestato nullus esset. Et Saotin quoque, quum nullum ab intestato heredem haberet, Sicaeniae sua tradidisse arbitror. Iam vero tale testamentum et publice scriptum et propositum in tabula fuisse quis miretur? Nempe consentaneum est, esse id in tabularium relatum. Ni fallor,. similis testamenti verba supersunt in titulo Corcyraeo supra allato: ex quo, quum plane intelligi vix possit, affero tantum ea, quae huc pertinere videantur: Θεοῖς (Θεὸς) τύχαν· Ἀριστόδαμος ..... δίδωτι ..... Πολυτίμῳ ..... αἴ κα πάσχη (πάσχῃ), τὰν γᾶν. Ut vero ratum et testatum esset hoc testamentum, factum est apud magistratus: in quibus ea sola difficultas superest, quod cur proxeni subscripti sint, non perspicimus. Προξενῆσαι et προξενητικὸν dici de sequestris opera et mercede notum est: sed in primitivo πρόξενος non usquam sequestris notio inest, quae derivatis inhaesit ex proxeni negotio: igitur hanc vocem nego *testamenti adiutores testesque* significare posse: nec si quis de venditione cogitans *sequestres* intelligi dixerit, concedam. Qui vero privatos exterarum civitatum proxenos hoc loco appellari putet, quid hi sibi velint, perito aegre probaverit. Igitur proxeni magistratus sunt: quibus praeter publici hospitii curam facile potuit accessorium aliquod munus in testamentis donationibusque scribendis tribui. Id si aliunde non notum est (neque enim de illo proxenorum magistratu praeter Herodoti locum quidquam tenemus), discendum ex hoc titulo erit. Potest tamen causa excogitari, quare id proxenis tributum sit. Nam in Doricis civitatibus, quarum institutis Petiliensia similia fuisse credibile est, peregrinum potuisse heredem institui, nemo iudicabit: proxenis autem quum munus peregrinos excipiendi mandatum esset, potuit simul mandari, ut in testamentis scribendis adessent caverentque ne qua peregrinus heres institueretur. Sed nolo coniecturis indulgere: tamen donationem testamentariam hac nos in tabula tenere mihi quidem firmum stat, etiamsi proxenorum ratio certa via expediri non potest.

5.

Inscriptio vasculi in Magna Graecia reperti, apud Hamiltonum, T. I. tab. 23. operis Tischbeiniani. In eam commentatus est Raph. Fiorillo Dissertatione de inscriptione Graeca vasculi Graeci ex Museo Equitis de Hamilton, Gotting. 1804. 4. De characteribus vasi inscriptis Hamiltonus p. 86. promittit sese litteras Comitis Rezzonici Parmensis secundo operis volumini inserturum esse: sed id promissum tantum in Britannico textu posuit; in Gallico p. 87. omissum est: nec repperi usquam illam epistolam.

D ϟ M Γ E Γ V ι ϟ D O M T O ϟ O Ν Ν V E Π A M A T O X E E N

Obscurissima sane inscriptio, de qua quae Fiorillo scripsit, ea plane omitto, quod ille ne litterarum formas quidem intellexit. Sunt hae prioris inscriptionis ductibus simillimae: ϟ est Iota, M Sigma. Nec dubito esse versum heroicum hexametrum, in quo me Buttmanni iudicium confirmat: caesura est ante τοῖον. Litterae sunt hae: ΔΙ ΣΠΕΠΥΛ (vel Γ) ΙΡ (vel Δ) ΟΣΤΟΙΟΝΝΥΕΠΑΣΑΤΟ ΧΕΕΝ. In imagine supra posita duo viri nudi, pallium ex sinistro brachio suspensum habentes, dextera gladium exserentes, aggrediuntur hominem supplicem inter eos constitutum, qui inermis et nudus est, nisi quod ex utroqne humero pallium dependens tergum tegit. Putatur Dolon esse Eumedis f. Troianus, quem Diomedes et Ulysses exploratorem prehendunt et occidunt (Iliad. κ.), etsi hi tres omnes apud Homerum armis bene muniti sunt (vs. 254 sqq. et 332 sqq.). Stilus est satis elegans, neque antiquissimae notae, qualis in litteris cernitur. Inscriptio ipsa, ut nunc comparata est, non potest explicari: et fortasse ipse artifex ex antiquiore illam opere, cuius argumentum cultiore stilo exprimebat, vitiatam transtulit. Buttmannus coniicit δὶς πεπτοιηκώς. Nec tamen aptum illud δὶς videtur: certe si Homerum contuleris, etiam melius poterat τρὶς dici, vel etiam τετράκις (v. vs. 341-455.). Equidem in hoc titulo plane nihil me videre fateor: siquid tamen proponendum est, etsi apud Homerum solus Diomedes Dolonem interfecisse dicitur, istud δὶς, quod in hac imagine et ille et Ulysses destricto Troianum ense invadunt, ad duplex vulnus adactum retulerim. Iam si sequeretur πεπληγώς, certe sententia aliqua inesset: sed obest metrum, nisi portentosam finxeris formam πεπληϊγώς, etiam producta paenultima. Quamquam dialectorum tam mirificae sunt varietates, ut si tale quid clare scriptum appareret, deberet ferri. Si tamen hoc loco tuleris, scribendum erit ΠΕΠΛΕϟΝΟΜ. In

fine quod legitur, plane non Graecum est: conieceris OXEMA, ὄχημα. Etenim Achillis currum Doloni promiserat Hector (Iliad. κ, 319 sqq.). Sic prodiret irrisio versu concepta, sed frigidior:

Δὶς πεπληΐγὼς τοῖόν νυ ἐπάσατ' ὄχημα,

Bis percussus talem nactus est currum. Quae ut mihi ipsi non placent, sic etiam aliis non magnopere arrisura esse arbitror.

6.

Sub signo aereo Musei Naniani. Titulum primus edidit Scip. Maffeius Veron. illustr. P. III. p. 261. (a. 1732.), dein Zanettus et Corsinus (ll. cc. num. 3.). Illustravit Passerius: Osservazioni sopra l'avorio fossile e sopra alcuni monumenti Greci e Latini (Venet. 1759.) p. XXIV. Una cum signo edidit Paciaudius Monum. Pelop. T. II. p. 50. Inscriptionem, ut apud reliquos est, aeri incisam praebet Lanzi Sagg. di ling. Etrusc. T. I. tab. 1. cf. p. 103. item Collectio Antiqq. Mus. Nan. n. 29. ubi iterum extat, una cum signi imagine, n. 276.

ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΜ ΑΝΕΘΕ ΚΕ

Statua, quae quantum ex Hirtio nostro comperi, hodie in Museo Naniano non iam extat, unius palmi altitudine, ex aere fusa, stilum Graecorum priscum refert, Aegyptiacis idolis haud ita dispar; est ea nudi iuvenilis viri, brachiis corpori appressis, sinistro pede paululum ante dexterum posito: caput quasi circulo redimitum, capillis invenuste nimiumque concinne compositis et in tergo figura quadrata colligatis: in vertice foramen videtur esse; unde patet telamonem fuisse, credo lychnuchum; cui vero dedicata et ubi reperta fuerit, non constat. Quod opus quum artis antiquissimae sit, non video quid obstet, quominus qui id dicavit, Polycrates Samiorum tyrannus esse dicatur, qui ab Olymp. fere 53, 3. usque ad Olymp. 64, 1. imperium tenuit (v. Panofka Sam. p. 29 sqq.). Accedit quod nudum nomen Πολυκράτης, sine patris patriaeque appellatione, probabile reddit virum, qui dedicavit, fuisse celebrem et omnibus notum. Quodsi hoc donarium pro Polycratis opibus tenuius videatur, cogites opus hoc nihil esse nisi lychnuchum, et potuisse unâ plura eaque magnificentiora dona dedicata esse, imprimis vero lucernam, quae imposita erat, ex auro vel argento potuisse insigniter factam esse. Sitne hoc signum a Samio artifice elaboratum nec ne, dubitari potest: si tamen qui donavit, Samius Polycrates fuit, Samii id operis esse probabile est; rudisque artis vestigia, quae in illo signo haud sane magnifico agnoscuntur, non aliena sunt a Samia illa artificum secta, praesertim in donario, in quo recepta quaedam imaginum species de industria retinebatur. De Samiis artificibus v. Panofka Sam. p. 51 sqq. et de Polycrate harum rerum studioso p. 35. Inscriptionis prior vox in dextero latere plinthi est, cui statua insistit; alterius vocis tres priores syllabae in fronte basis sunt, ultima syllaba in sinistro latere, sic: Πολυκράτης | ἀνέθη | κε. De litteris non est quod dicam, nisi quod Sigma est M: quamobrem hac inscriptione utitur Villois. Anecd. T. II. p. 166. Cf. eundem p. 124.

7.

In vase fictili reperto in sepulcro rupi inciso prope Corinthum. Primus edidit D'Agincourt: Recueil de Fragmens de Sculpture antique en terre cuite, tab. XXXVI. qui id p. 93 sqq. merito valde antiquum iudicat. Inscriptiones ibi male expressas rectius ex Dodwelli schedis descripsit Raoul-Rochette Epistt. ad Aberdeen. tab. III. cf. p. 83. 127 sq. Postremo accuratam vasculi imitationem cum ipsis figuris praebuit Dodwellus Itin. T. II. p. 196. duobus exemplis, altero minori, maiori altero eam partem, quae litteras scriptas habet, exhibens: nam nomina nonnisi in operculo posita sunt.

ΑϹΑΜΒΜΝΟΝ
ΑΓΚΑ
ΔΟΡϨΜΑΧΟΜ
ΜΑΚϨΜ
ΑΝΔΡΥΤΑΜ
ΓΑϘΟΝ
ϘϨΡΟΝ
ΘΒΡΜΑΝΔΡΟΜ

Dedi litteras, quales Raoul-Rochette maiore et accuratiore quam apud Dodwellum modulo delineavit, nisi quod Θ ea forma proposui, quam Dodwellus diserte repraesentat. Memorabile est Gamma ita factum, ut in nummis Siciliae et Magnae Graeciae, Regii ac Gelae et Agrigenti (cf. Raoul-Rochette' Epist. ad Aberd. p. 83.), accedens ad Latinam formam C, quae olim etiam pro littera G fuit (Villois. Anecd. T. II. p. 167.): Δ est vulgare; Lambda tale, quale vidimus in prioribus titulis (num. 3. 4.), idemque in nummis Cauloniae et Lai cerni ex Eckhel. D. N. Prolegg. p. C. notat Raoul-Rochette. Sigma hic quoque M est; Φ et E singulares quidem nec tamen magnopere notabiles figuras habent, et E quidem eiusdem formae vides num. 20.; Iota affine est formae num. 3. tractatae, sed proxime accedit ad formam num. 20. obviam. Praeterea in sexta voce habes Koppa, quod et in titulis infra edendis et in nummis Corinthi eiusque coloniarum aliarumque civitatum, ut Crotonis, comparet: sed in hoc vasculo in secunda quartaque voce quum simul K reperiatur, me iudice quod Koppa habetur, fuerit potius Φ. Quamquam in uno Attico titulo militari, quem vide in Atticis, et Koppa et Kappa habes. Nomina figuris adscripta haec sunt: Ἀγαμέμνων, Ἀλκά, Δορίμαχος, Σάκις, Ἀνδρύτας, Πάφων, Φίλων, Θέρσανδρος: praeter figuras humanas varia insunt ornamenta, aves, quadrupedes, eaeque ferae et monstrosae, etiam sphinges. Ea vero pars, in qua nomina inscripta sunt, in sinistra ostendit Thersandrum, qui aprum ingentem ense petit: sub apro Philo cernitur; eandem feram sagitta percussurus est Papho, appropinquante Andryta, qui hasta et clypeo munitus est. Sacis et Alce, inter quas Dorimachus interpositus est, mulieres sunt. In dextera parte post omnes est Agamemnon, qui pro sceptro caduceum gerit. Ex quibus soli Agamemnon et Thersander noti sunt. Primas agere videtur Thersander Sisyphi filius (Pausan. II, 4, 3.); cuius adiutores sunt reliqui: patet enim insigne aliquod Corinthiorum heroum facinus describi, qualis Erymanthii et Calydonii apri strages fuit. Agamemnon haud dubie ideo additus est, quod apud hunc tum summum Corinthi imperium (Iliad. β, 570. Pausan. II, 4, 2.). Nam Sisyphi filio coaetaneus in fabulis Agamemnon, ut etiam Ulysses Sisyphi est filius habitus. Quamquam cum hoc non magnopere convenit Glauci Lycii eius, qui ad Troiam pugnavit, genealogia, qui quidem Sisyphi abnepos sit. Ceterum Comm. ad Pind. p. 217. Thersandrum cum Ornytione et Almo Glauci filios dicens falsus sum: debebam enim Sisyphi filios et Glauci vetustioris fratres dicere. Qui Glaucus filium habuit Bellerophonten, Corinthi sub Proeti summo imperio olim dominum (Pausan. l. c.); post Bellerophonten igitur ad patruum Thersandrum Corinthi dominium transiisse statueris, aut ad huius fratrem maiorem Ornytionem, a quo regia stirps ad Aleten usque descendebat (v. Pausan.): etsi Proetus tanto ante Agamemnonem intervallo imperavit, ut illi aequalis Bellerophontes vix posset successorem Agamemnoni coaetaneum habere. Sed in talibus non consentiunt fabulae.

8.

Marmor altum pedes VIII, digitos VII, latum ped. I, digitos VI et paulo plus, crassum ultra X digitos; quod tribus a Sigeo pro-
montorio miliaribus, quo loco olim oppidum Sigeum stetit, repperit Sherardus: in summo lapide medio foramen incisum
est digitos plus quam duos altum, tres digitos latum, in quo patet imaginem, quae imposita erat, infixam fuisse. Ingens
illud saxum Graeculis villae pauperculae, quam Turcis primum Jeni-hissari, mox Gaurkioi nominasse placuit, sedili
olim fuit ante templi fores otiantibus: ex quo inscriptiones Graecas transcripserunt Homerus Graecus, interpres, cui
id negotii Sherardus mandaverat, et Sam. Lisle ac deinceps Bern. Mould Britanni; ex his vero apographis edidit Edm.
Chishull Antt. Asiat. p. 4. et commentario instruxit usque ad p. 48. plenissimo. Sed ante hoc opus a. 1728. publicatum
Sigeensis haec inscriptio eodem edente prodierat Londini 1721. fol. et Lugd. Bat. 1727. 8. Chishulliana commentatio recusa
est ap. Murat. Thes. Inscr. T. IV. p. MMCIII sqq. cum exemplo aeri inciso. Maioribus litteris nec tamen verae magni-
tudinis semissem aequantibus edidit Hesselius Append. Praef. ad Inscr. Gud. C. XXVII. ex schedis Dukeri Hochepiedianis
vel Horstianis: sed in eo apographo ductus nimis ad regulam facti sunt, quam ut id plane fidum haberi queat. Ex
Revetti deinde delineatione dedit Chandlerus Inscr. P. I. p. 3. quem secuti sumus. Partim ex Chishullo partim ex Chandlero
plures descriptam dederunt, ut Shuckford Harm. sacr. et prof. scr. in Hist. Mundi T. I. p. 260. ed. Angl. (p. 174. intp.
Germ.), editor Grammaticae Marchicae Graecae, Benedictini in Nov. Tract. Dipl. T. I. p. 626. qui tamen solam sistunt
inferiorem, et de ea p. 629 sqq. disputant; Maffeius Crit. lapid. p. 63. et Donatus in Praef. ad illum librum, Thes. Inscr.
Noviss. T. I. p. XV. Lanzi Saggio di ling. Etr. T. I. tab. 1. cf. p. 104 sqq. D'Hancarvill. Rech. sur l'orig. l'esprit et les
progr. des arts T. II. tab. 20. Rich. Payne Knight de Alphab. tab. II. Minusculis extat ap. Lechevalier Voy. de la
Troade T. III. p. 297. cf. T. II. p. 104 sqq. Conferri potest Corsin. Not. Gr. Prolegg. p. XV sqq., item Villois. Anecd.
T. II. p. 122. et Placentin. de Sigl. Graec. p. 13. ut alios omittam. Dixit de ea etiam Bentleius in epistola Gallica
impressa in Act. Soc. Traiect. Vol. II. n. 1. Mich. Maittaire in Dissertatiuncula in Sig. Inscr. Miscellaneis Graecorum
aliquot Scriptorum carminibus inserta p. 180 sqq. et Wasse in Epistola inserta Bibliothecae litter. Londini 1724. 4. no. X.
Nostra aetate lapis ad Elginum pervenit (v. Viscont. duas Commentt. de collect. Elgin. n. 53.); nunc est in Museo
Britannico n. 199. sed valde detritus. In Angliam quomodo semotus sit, exponitur in Walpol. Mem. p. 97 sq.

ΦΑΝΟΔΙΚΟ
ΚΟΜΡΟΤΙΜΕ
ΡΑΤΕΟΣΤΟ
ΗΝΝΟΚΟΡΠ
ΣΙΟΚΡΗΤΗΡ
ΚΟΤΥΙΑΚΕΔΑ
ΡΗΤΗΡΙΟΝ:Κ
ΠΣΕ:ΜΟΜΟΗΙΑ
ΡΥΤΑΝΗΙΟΝ
ΕΚΥΣ:ΝΕΚΩΔΕ
ΕΥΣΙΝ

ΦΑΝΟΔΙΚΟ:ΕΙΜΙ:ΤΟΗ
ΟΚΟΡΠΟΤ:ΣΟΤΑΡΚΟΜΡΕ
ΝΕΣΙΟ:ΚΡΑΟ:ΚΡΑΤΕΡΑ
ΜΟΘΕΗΙΑΚ:ΝΟΤΑΤΣΙΠΑΚ
ΟΝ:ΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ:Ε
ΥΕΛΙΣ:ΑΜΕΜΜ:ΑΚΟΔ
ΕΥΣΙ:ΕΑΝΔΕΤΙΠΑΣΤ
ΟΕΜ:ΜΕΝΙΑΔΕΛΕΜΟ
ΣΙΛΕΙΕΣ:ΚΑΙΜΕΠΟ
ΙΑΚ:ΣΟΠΟΙΣΙΑΗ:ΜΕΣΙΕ
ΗΑΔΕΛΦΟΙ

In titulo hoc celeberrimo si post tot doctorum occupationes summam superesse difficultatem dixero, minus me eruditis displiciturum arbitror, quam si ipsius monumenti auctoritatem elevavero. Attamen ut hoc faciam, res ipsa me cogit: sed invitus nec temere confugi ad sententiam de hac inscriptione concipiendam, qua illius venerationi plurimum detrahitur. Et primum quidem, quum duplex hoc lapide titulus contineatur; qui factum sit, ut idem argumentum in eodem marmore bis perscriptum fuerit, porro sitne alter titulus altero vetustior, atque uter vetustior sit, quaerendum est. Quodsi Chishullum audimus, inferior inscriptio superiore plenior, primitiva est; quae quum in prytaneo Sigei iamdudum posita esset, prytanum aliquem vel alium, cui id lege licuerit, refinxisse partem inscriptionis, ut ille ait, ad Simonideas litteras ostentandas (p. 17.), quae nuper admissae fuerint. Nec contemnenda, quae pro hac sententia afferuntur, argumenta sunt ex scripturae ratione petita. Nam superior inscriptio Ionicis, inferior iis litteris perscripta est, quibus ante receptas Ionicas utebantur: illic, quae in hac sex prioribus versibus comprehenduntur, in undecim dilatata sunt: illius lineae litteraeque vagae, ductus enormes, graciles, levissimeque in extrema lapidis superficie superinductae potius quam incisae (p. 43.); inferioris litterae iuste exaratae. Quae argumenta plane invicta sunt; nisi quod dici potest, Ionicis litteris scriptum superiorem titulum eadem quidem, qua inferiorem, aetate incisum esse, sed casui magis quam consilio originem debere, ideoque inferiore inscriptione iam perfecta, levius inscriptum esse: de quo infra iterum dicam. Ceterum litterarum, quas in superiore titulo vides, formae, si Ionicas exceperis, non ita sunt recentes, sed potuerunt simul cum iis, quae inferius habentur, insculptae esse. Igitur etiam Bentleius, cuius ceteras rationes ex tempore fusas nec satis consideratas minime probo, negavit se intelligere, cur inferior titulus antiquior habendus sit: immo neminem tam inepte facere potuisse, ut immenso superiori spatio relicto primitivam inscriptionem infimo prope loco poneret; ubi sane nec legi commode, et pulveris sordiumque aggestu oblitterari poterat. Nam quod Chishullus respondet, cippum hunc novem pedes altum basi trium minimum pedum suffultum fuisse, ut ea monumenti pars legentium staturam et praetereuntium oculos aequaret; mihi quidem prorsus incredibile videtur. Quis enim tantae altitudinis basin imagini ferendae inservientem, hypobathro insuper suffulserit? Quapropter nihil fere Bentleianae rationi opponi potest, nisi lapicidae errore inferiorem inscriptionem eo quo est loco positam esse: ut superior deinceps possit addita esse, aut eodem fere tempore, aut paulo post, aut etiam multis elapsis saeculis. Cur autem superior addita est, et a quonam? A prytanum aliquo vel alio ea potestate praedito, respondet Chishullus, ad ostentandas Simonideas litteras. Quod ut concedamus (quanquam subabsurdum est, nec potuit nisi ab inepto homine fieri), tamen non intelligitur, cur ille plures voces plane immutaverit, et in ista sua repetitione ultimam inscriptionis partem prorsus omiserit. Priorem difficultatem ut removeret, hoc Chishullus commentum excogitavit: post erectum monumentum mutatam Sigei urbis ditionem esse, quippe Periandri arbitrio ereptam Mytilenaeis et ad Athenienses translatam, tenentibus id oppidum postea Pisistratidis (Herodot. V, 94 sq.): igitur ex Lesbia magis, hoc est Aeolica inferioris inscriptionis forma, transposita verba in magis Atticam esse. Sed haec vana sunt. Sane Sigeum primum Mytilenaeorum fuit usque ad aetatem Pittaci et Alcaei: quo tempore Athenienses id iis eripuerunt, et a Periandro ipsis addictum retinuerunt. Mox necesse est Mytilenaei id recuperaverint: sed iterum iis eripuit Pisistratus, deditque filio Hegesistrato; et tenuit posthac Hippias. Ita recte statuit Valckenarius ad Herod. l. c. collata Strabonis narratione XIII. p. 600. ed. Cas. At nihil haec huc faciunt, quod quae de utriusque inscriptionis dialecto Chishullus contendit, plane falsa sunt. Inferior enim non Aeolica est sed Attica, nec superior Attica sed plane Ionica. Nec, quod ille statuit, superior clarioribus verbis enunciat, quae inferior insolentibus; sed neutra est altera disertior, nisi quod in superiore verbum ἔδωκεν grammaticae rationi magis consentaneum est quam inferioris ἔδωκα. Alterum autem scrupulum Chishullus in curis secundis (p. 43.) sic eximere tentavit: superiorem titulum incisum esse, quum ex Phanodici rogatu refecta post aliquod tempus statua esset: merito igitur μνῆμα et ἐὰν δέ τι πάσχω κ. τ. λ. omissa esse, quippe quod Phanodici precibus, quae his verbis insunt, iam esset satisfactum. At hinc nihilo magis intelligitur, cur *mutatis potissimum verbis* reliqua inscriptionis pars repetita fuerit. Itaque quum Chishulli disputatio nulla ex parte satisfaciat, aliud quaerendum est. Etenim quum absonum sit inferiorem inscriptionem, quae sane potior est, ulla praeter lapicidae oscitantiam causa infra adscriptam esse, nec intelligi possit, quare quisquam praeter ipsum, qui inferiorem posuit, hanc aliis verbis et mutilam quidem repetiverit: probabile mihi hoc unum videtur, post incisam inferiorem inscriptionem additam superiorem esse, ne nimium inconcinna lapidis videretur adornatio. Tali autem casui fortuito quum inscriptionis deberetur repetitio, potuit auctor ultimam partem omittendam ducere, quod vel prioribus repetitis satisfactum consilio esset. Iam vero, ne novus hic titulus suis careret dotibus, atque ut aliquam diversitatis speciem prae se ferret, pro Attica inferioris dialecto et scriptura placuit Ionica, et in ipsis verbis variatum est: quae variatio ex nulla fere alia re explicari commode potest. Ceterum additicia huiusmodi opera quum soleant perfunctorie elaborari, nihil mirum est superiorem inscriptionem leviter incisam esse. Sed ad hoc post inscriptiones explicatas redibo: quo lectorem ablego. Quodsi

quis dicat idem etiam post Phanodicum fieri potuisse; non tantum puto iuris cuiquam in alieno monumento fuisse, ut quod liberet adderet. Neque enim a Sigeensibus hoc monumentum positum est, sed a Phanodico, ut paulo post demonstrabo. Accedit quod, cur alius praeter hunc Ionica dialecto usus sit, nemo facile docuerit. Phanodicus quidem postquam Attica dialecto in inferiore titulo usus est, in additicia elegit Ionicam, ut duplex dialectus non sine causa usurpata videretur, Ionica pro Phanodici (nam Proconnesii Iones sunt), Attica pro Sigeensium persona et omnium Graecorum, quibus ea sermonis species coeperat communis esse; sicut post Alexandrum Sigeenses tituli, qui supersunt, communem offerunt dialectum. Sed Sigeensibus nulla ratione Ionismus convenit, nec si Sigeensis aliquis superiorem inscriptionem exarandam curasset, alia credo nisi vel Aeolica vel Attica dictione esset usus, quod antiquitus Sigeenses Aeoles sunt, ab Atheniensibus posthac in dicionem redacti. Attamen ea aetate, qua Sigeensem lapidem vulgo perscriptum putant, Solonis et septem Sapientum, mihi non credibile in varianda scriptura et dialecto ita, ut dixi, lusisse monumenti auctorem: quae prima causa est, quamobrem Phanodicum illum, qui hoc monumentum posuit, multo post vixisse arbitrer, ea quidem aetate, qua Atticismus, ut paulo ante significavi, plurimis Graecorum erat communis factus, prisca vero scriptura Attica pridem exoleverat et Simonidea sive Ionica vulgo erat recepta. Sed alia accedit ratio, quam §. 1. exponam: nunc hoc solum occupo, priscam in hoc lapide scripturam meo iudicio antiquitatis affectationi, non saeculi cultui deberi; id quod, si uterque titulus eodem fere tempore et ab eodem positus est, statuendum necessario: ipsaque verborum simplicitas quaesita magis quam nativa videtur.

His praemissis accedo ad palaeographica et dialecti rationem, ad quam in superioribus provocare necessarium fuit. Est autem uterque titulus *βουστροφηδὸν* scriptus, incipiente scriptura a sinistra, quae ratio recentioris videtur *βουστροφηδὸν* esse (cf. ad num. 1.). Sed id genus scripturae non ideo nunc electum esse, quod id ea aetate esset usitatum, ipsa superior inscriptio potest documento esse: nam quo tempore Ionica litteratura usitata fuit, certe *βουστροφηδὸν* non scribebatur nisi antiquitatis affectandae causa: quod etiam de n. 39. dictum esto. Nec quod utraque pars *βουστροφηδὸν* exarata est, iis favet, qui Ionicam putant recentiorem esse: nam siquis posteriore aetate repetere titulum novo scripturae genere voluisset, quidni vulgarem versuum ducendorum ordinem elegisset? Igitur utramque partem simul exaratam iudico, utramque affectatam: quum praesertim ne probabile quidem sit, simpliciorum, hoc est vetustiorum Graecorum aetate quemquam concinnitatis causa idem argumentum bis perscripsisse diverso litteraturae genere. Chishulli quidem argumenta nihil moror, Solonis aetati hoc monumentum adiudicantis, quod huius *ἄξονες* erant *βουστροφηδὸν* scripti (Harpocr. Suid. v. *ὁ κάτωθεν νόμος*, Phot. Lex. p. 237.), vel quod ea scripturae forma in arca Cypseli cernebatur (Pausan. V, 17.). Iam vero litteras inferioris tituli quod Chishullus Aeolicum magis usum referre putat, saeculi illius ignorantiae condonandum est, quo pauciores ex omni genere inscriptiones erutae erant; sunt litterae plane Atticae, quales partim in aliis ante Euclidem titulis partim num. 9. continentur, nec formae admodum insolentes sunt. Iota est vulgare: Gamma et Lambda (Λ, Ⅰ) Atticas ante Euclidem figuras repraesentant: A (A), Δ obliquatum, Θ decussatum, vetusta sunt, item M et N. Y vulgaris formae est, Σ mediae, qualis in Atticis antiquioribus; sed hoc omnibus locis in sinistram versum est (ƨ), quum in scriptura a sinistra ad dexteram progrediente debuerit potius ad dexteram verti (Ϟ): in quo cum Bentleio quadratarii agnoscerem imperitiam, nisi idem in eadem littera aes Eleum vs. 1. et Inscr. 28. item in littera Gamma columna Naniana offerret. Xī est +, ut in Attica num. 9. Diphthongus EI his duabus litteris scribitur constanter, praeter infinitivum *μελεδαίνειν*: quod ipsum Attico mori convenit. Nam Attici simili inconstantia diphthongum modo EI, modo E scripserunt; unde ipsum E est *τὸ Εἶ* vocatum: maxime autem in terminationibus, et in iis formis, in quibus sonus magis ad E simplex accederet, retinuerunt E pro EI: in quibus vero formis sonus simplici E affinis sit, cernitur ex dialectis; quo pertinet Aeolica infinitivi terminatio *μελεδαίνεν*. Sic ΧΕΡΟΣ etiam Attici; nec post Euclidem desierunt talia. Vide Oec. civ. Ath. T. II. p. 202. 261. 293. et saepius. Distinctio in inferiore titulo fit modo binis modo ternis punctis: sed prius videtur transcribentium incuriae tribuendum: ternis autem punctis etiam Attici ante Euclidem vulgo interpunxerunt; binis vel post Euclidem. Ceterum interpunctionis ratio vaga est atque inconstans. Iam vero in superiore distinguitur binis punctis; Φ et Y formas habent etiam vetustiores quam in altera: P est modo rotundatum modo angulare; prius vel sic, ut ad cursivae scripturae modum incurvatum sit, quod festinanti et currenti scalptoris stilo tribuo. Idem dicendum de figura litterae Sigma utrinque arcuata in formam cursivi Zeta, quae species affinis videtur angulari Σ et Ξ. Pro *ου* est O; contra pro *ει* habes E in EMI, quod cave Aeolicum putes; est vulgare *εἰμί*, ut in Deliaca basi et in Attico vasculo num. 33. Etiam in *Συκεεῦσιν* E videtur vices diphthongi sustinere. Ut vero in inferiore inscriptione scriptura prorsus Attica illa prisca, in superiore Ionica est, ita et dialectum comparatam esse supra monui: poetici nihil video, nec versus sunt, de quibus somniat Chishullus p. 31. In inferiore sunt Attica haec: *τοῦ Ἑρμοκράτους*, crasis *κἀγώ*, *κρατήρ*, *Σιγειῆς*, crases *κἀπίστατον* et *ἀδελφοί*, de quibus formis suo loco dicam, quantum necesse est. Contra in superiore vides Ionica *τοὐρμοκράτεος*, *κρητὴρ*, *ὑποκρητήριον*, *πρυτανήϊον*: nec quidquam in alterutra alieni admistum, nisi in inferiore dixeris vocem

μελεδαίνειν esse Ionicam, et in superiore ex vulgari Sigeensium dialecto pro nomine loci Σίγειον insolentiorem esse formam positam. Sed de his et aliis nonnullis rebus deinceps dicetur. Transeo enim ad singula, in quibus inferioris tituli verba praemitto, superioris additicii subiicio.

§. 1. Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκοννησίου] *Phanodici sum, Hermocratis f. Proconnesii.* In superiore est: Φανοδίκου εἰμὶ τοὐρμοκράτεος τοῦ Προκοννησίου: nam **EMI** esse εἰμί, supra monitum. Exiguum discrimen est, quod Proconnesi insulae nomen illic simplex, hic duplex N habet. Duplex est magis ex more. Strab. XIII, p. 425. (ed. Par. 1587.) καλοῦνται δ' Ἑκατόννησοι συνθέτως, ὡς Πελοπόννησος, κατὰ ἔθος τι τοῦ N γράμματος πλεονάζοντος ἐν τοῖς τοιούτοις, ὡς Μυόννησος καὶ Προκόννησος λέγεται καὶ Ἁλόννησος. Usus autem ille maxime metro debetur: v. intpp. ad Greg. p. 60. ubi quae in aliquot libris reperitur scriptura Πελοπόνησός (cf. p. 78.), ei nihil tribuo. Attamen vide ne Προκόνησος, quod in inferiore titulo habes, Atticorum fuerit: certe Ἁλόνησος ante Bekkerum constanter scriptum erat apud Demosthenem, etiam in ea, quae de Haloneso, oratione si non Demosthenea certe Attica. Forma τοὐρμοκράτεος terminatione docente Ionica est: crasis in vocis initio Ionibus non inusitata, ut τὤγαλμα, τὠληθές; et manifesto Ionismum demonstrat spiritus omissio. Nam ut τὸ ἱμάτιον, τὰ ἱμάτια, vulgo sonant θοιμάτιον, θαιμάτια: ita nisi Ionicum esset, debebat scribi θοὐρμοκράτους; sed Iones ut in compositione dicunt κατάπερ, κατιστάναι, ita in crasi lenem recipiunt, ut οἱ ἄλλοι ὦλλοι, ὁ ἄριστος ὤριστος. In quibus exemplis etsi spiritus asper prioris est syllabae, tamen compositionis analogia eius, quam dixi, docet ab Ionibus etiam ob sequentem spiritum asperum in crasi tenuem non potuisse in aspiratam mutari. Verba ipsa non Phanodici sunt, sed operis ipsius, quod loquens inducitur, hoc est imaginis supra positae; quod pervulgatum. Vide epigrammata in Hipparcho sive dialogo de lucro p. 229. A. Plat. Phaedr. p. 264. D. et locis ibi ab Heindorfio allatis, Herodot. V, 58. Pausan. V, 20. VI, 8. item in basi Deliaca et saepius in titulis et epigrammatis. Igitur non nominativus Φανόδικος positus est, sed secundus casus Φανοδίκου, nempe *imago* s. *simulacrum*: in quo genitivo quum Bentleius immerito offendisset, Chishullus p. 44. sufficientia protulit exempla, Βασιλέως Μιθραδάτου et Βασιλέως Νικομήδου ex Deliacis inscriptionibus; adde indidem Βασιλέως Φιλίππου Μακεδόνος: alibi quoque Chishullo notante extat Μητροδώρου τοῦ Ἐφεσίου (v. Inscr. statuar. Romanas). Ita et nummi. Imposita igitur imago fuit, negante licet Bentleio, cuius mira commenta in fine paucis tangemus: nec tamen statua fuit, qua voce Chishullus passim utitur, sed protome sive thorax, qualis Hermarum est, cui infigendo inserviebat lapidis in summa parte foramen. Eam vero imaginem Chishullus in prytaneo Sigeensi stetisse arbitratur, idoneis adversus Bentleii dubitationem exemplis demonstrans in prytaneis signa etiam hominum posita esse, ut Sapphonis in prytaneo Syracusano (Cic. Verr. act. II. lib. IV, 57.), Autolyci pancratiastae et aliorum Athenis (Pausan. I, 18, 3.). Attamen id signum cum inscriptionibus ornando prytaneo inservisse non ex ipso hoc monumento patet, sed ea res colligitur tantum inde, quod dona, quae hac imagine remunerati Sigeenses essent, ibi collocata erant. At sive in prytaneo sive alio publico loco posita imago fuit, pro donis haud ita magnificis, aereis haud dubie, imaginis honorem publice decretum esse vetustissima praesertim aetate, nemo credet antiquitatis peritus: quod non fugit Bentleium. Athenis quidem, in civitate artibus florentissima, post Solonem Harmodiumque et Aristogitonem primo Cononi urbis restitutori statua posita est: nam quae de Pindari statua fabula circumfertur, eam satis convici in ed. Pind. Vol. II. P. II. p. 18 sq. Nec Soloni constat superstiti statuam positam esse. Plataeis ad pedes Minervae Arimnesti imago fuit, in Marathonia et Plataeensi pugna ducis (Pausan. IX, 4.); sed etiamsi concedimus a Plataeensibus eam positam esse, tamen magnus ille vir fuit, nec eius simulacrum ante Phidiae aetatem dedicatum est. Quis igitur Sigei Solonis aetate pro cratere et basi ac colo imaginem cuiquam decretam putaverit, eique ne civi quidem, sed peregrino? Vides absurdum esse Sigeo, oppido cum Athenis nullo modo comparando, tantam tribuere liberalitatem. Superest, ut Phanodicus ipse imaginem suam dedicaverit, vel ut hoc monumentum sepulcrale sit a propinquis curatum. Ac sane defunctorum monumentis ut anaglypha, ita etiam statuae et protomae impositae sunt, hae recentioribus potissimum temporibus: unde etiam busta vocatae protomae sunt. Exemplo est Titii Gemelli monumentum Massiliae, suo loco edendum: interim v. Visconti Iconogr. Gr. T. I. p. 582 sq. Sed nostri monumenti stilus non sepulcralis est. Igitur vivus Phanodicus imaginem suam Sigei posuit, permittentibus Sigeensibus, quod prytanibus ob dona oblata gratus et dilectus erat: nam sine magistratuum decreto nemini licuisse imaginem in publico loco ponere et res ipsa docet et frequens de talibus decretis in inscriptionibus mentio. Vide modo Attica. Quid quod inepta fuisset precatio, ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγειῆς, si Sigeenses Phanodici imaginem ponendam curassent? Attamen ne sic quidem antiquum hoc monumentum esse concedo. Nam qua aetate respublicae nemini nisi iis, qui de civitate ita essent meriti, ut sine illis ne civitas quidem superfuisset, imagines posuerunt ipsae, ea aetate vix cuiquam, qui modicis donis prytanes demulsisset, ut ipse sibi imaginem poneret, concessum est: nec quod Hieronicis licuit ibi, ubi vicissent, suas statuas dicare, aut quod iis domi imagines positae sunt, potest huc advocari. Immo simplici illa aetate nulla civitas immodicam hanc latura arrogantiam erat, ut, quod hodie reges faciunt, privatus imaginem suam publico donaret, vel ea publice ponenda vanam sibi gloriolam quaereret: neque tum tam inanis homi-

num ambitio fuit; diis reservabantur publicae imagines, divina simulacra religiosae privatorum mentes dedicabant. Themistoclis quidem parvam imaginem ab ipso, ut videtur, templo Dianae Aristobulae illatam scimus, quod ille templum condiderat (Plutarch. Themistocl. 22.): sed hoc donarium fuit deae dedicatum, quae ipsi optima in bellis Persicis suppeditasset consilia; nec sine offensione illi vel illius templi exstructio fuit. Denique Themistocles non est cum Phanodico comparandus: tempusque Soloneo multo est recentius. Nolo pro mea sententia afferre, quantam Phidiae et Pericli invidiam attulerit, quod eorum imagines in Minervae clypeo agnoscerentur (Plutarch. Pericl. 32.); quod Pisistrato arrogantiae crimen attulit, si Baccho imaginem suam mutuatus est (Athen. XII, p. 533. C.): haec enim a nostra re alieniora. Sed iconicae imagines sero in communem usum receptae sunt; qua de re operae pretium est legere, quae accurate disputavit Hirtius noster in Comment. Acad. Boruss. hist. et philol. a. 1814-1815. imprimis p. 6. ubi quae de foeda Hipponactis imagine a Bupalo et Anthermo elaborata ex historiae fide narrantur, nemo nobis obesse censebit. Theodorus quidem Samius ipse se ex aere fudit, auctore Plinio XXXIV, 19, 22. at ea imago non statua fuit, sed exiguum haud dubie sigillum, quale est Polycratis donarium num. 6. tractatum: talia tum privato usui facta frequenter esse non nego. Contra non valde antiquus artifex videtur Chirisophus Cretensis, qui statuam suam ex lapide factam Tegeae apposuit Apollinis signo a se elaborato (Pausan. VIII, 53, 3.). Postremo si signum Phanodici marmoreum fuit, de quo vix dubites, nova inde oritur difficultas, de qua infra dicam. Quae quum ita sint, recens iudico Sigeense hoc monumentum, quod si tam antiquum esset quam vulgo habitum est, universam artis sculptoriae historiam, qualis nunc constituta est, funditus everteret, illamque artem multo tum latius patuisse demonstraret, quam rebus accuratius perpensis statuere licet. In qua sententia etiam Theoph. Welckerum, virum in artis historia eximie peritum, litteris ad me datis me confirmasse scias. Igitur duplicem hunc titulum, ipsa repetitione suspectum, ad illa tempora relego, quae labentibus Graecorum moribus et insana irrumpente ambitione fora, stoas, curias imaginibus privatorum impleverunt, inscriptionesque has in earum refero classem, quae falsam antiquitatis speciem prae se ferunt, qualis est Delphica num. 25. ex temporis certâ notâ prorsus convicta, cum columnis Herodis, aliisque pluribus, eamque hoc, quo posui loco, nonnisi ductuum priscorum et pristinae auctoritatis causa retineo. Post haec si de Phanodico ipso quaesiveris, unus hoc nomine vir insignis est, Deliacorum scriptor (Schol. Apollon. Rhod. I, 211. 419. Diog. L. I, 31. 82. 83. Serv. ad Virg. Aen. VII. ex emendatione Vossii Hist. Gr. p. 400.), cuius aetas, patria, pater ignotus. Sed Scholiis Apollonii Rhodii, in quibus ad eum provocatur, nullum constat scriptoris nomen contineri, qui infra Augusteum et Tiberianum saeculum descendat; neque dissimile vero, ea illum aetate vixisse, qua in antiquitate, in rebus civitatum divinis et humanis, denique in philosophorum, poetarum, aliorum virorum clarorum vitis illustrandis Graeci imprimis versati sunt, inde ab Aristotele usque ad Aristarcheos: propius tamen accesserit ad Aristotelis aevum, ut Duris Samius, et credo etiam Satyrus, quibuscum commemoratur; etsi huius aetas itidem incerta est. Et Phanodicus quidem Diogene Laertio auctore nonnulla de Biante et peculiarem sententiam de tripode, qui a septem Sapientibus ad Delphicum deum delatus esse fertur, memoriae prodiderat, non in *Deliacis*, opinor, sed in alio libro vel *de tripode* vel *de septem Sapientibus:* ut eum intelligas non imperitum illius aetatis fuisse, quam Sigeensis tituli scriptura et dictionis simplicitas mentitur. Eundem hominem pium et antiquarum rerum studiosum fuisse argumenta, quae tractavit, suadent. Qualis ingenii viro convenit hoc monumentum. Itaque etsi incerta haec coniectura est, siquis hunc ipsum horum titulorum auctorem esse posse credat, equidem non reluctabor. Etenim non modo illis temporibus sed multo prius antiquitatis specie fucatos titulos dedicatorios esse, ad Inscr. 25. demonstravi.

§. 2. *Κἀγὼ κρατῆρα κἀπίστατον καὶ ἠθμὸν ἐς πρυτανεῖον ἔδωκα μνῆμα Σιγευεῦσι*] *Et ego craterem et basin et colum in Prytaneum dedi memoriae causa Sigeensibus.* In superiore: *Κρητῆρα δὲ καὶ ὑποκρητήριον καὶ ηθμὸν ἐς πρυτανήϊον ἔδωκεν Συκεεῦσιν.* In inferiore Chish. Hessel. ΚΔΟΚΑ: Revettius tandem in lapide vidit esse ΕΔΟΚΑ. In additicia vocis ΗΘΜΟΝ altera littera est Ο, ut nescias fueritne Θ an ⊗: sed prius probabilius. Etiam Θ autem satis antiquam esse formam, docet num. 4. *Ἡθμὸν* in primitiva scriptura vides aspiratum, ut Schol. Apollon. Rhod. I, 1294. *ἡθμὸς δασύνεται*: cui praecepto Bentleius opponit vocem *ἀπηθέω*, non cogitans ex Ionismo in compositis haud paucis retineri tenuem, ut *ἀπηλιώτης, ἀντήλιος, λεύκιππος.* In additicia distingui nequit, sitne *ἡθμὸς* an *ἠθμὸς* pronunciatum: prius statuit Bentleius, sed inconsiderate, qui quidem videatur putasse, si aspiranda vox esset, spiritum etiam in Ionica scriptura apponi debuisse. Mox *Σιγευεῦσι* in inferiore non dubito errori lapicidae imputare, qui quum in secunda syllaba deberet ΕΙ scribere, aberrans ad tertiam occuparit ΕΥ, dein errore animadverso etiam tertiae syllabae litteras ΕΥ recte addiderit. Nam quum paulo post recte *Σιγειεῖς* scriptum sit, intelligis illud *ευ* non posse nisi quadratarii negligentiae tribui. Cave igitur putes prius ΕΥ esse pro ΕϜ, assumpto Aeolico digamma, de quo Chishullus cogitabat: quod statui non poterit, nisi forte utramque formam de industria adhibitam a grammatico dixeris, ut ostentaret utramque. Sed in additicia vide ne scriptura *Συκεεῦσι* non casu sed consilio illata ex loci vulgari et plebeia dialecto sit. Hactenus de grammaticis formis. De structura Bentleius bene monuit, inferioris

lectionem ἔδωκα valde ridiculam esse: nam coepit opus ipsum loqui; nunc homo Phanodicus loquitur. Quae personarum confusio, in additicio titulo posthac evitata, videtur simplicitatis affectationi deberi, nec male a Chishullo defenditur Pausaniae et hodierno quoque usu, quo imago ipsius hominis nomine appellatur: ut ille in Atticis cap. 18. ἀνδριάντες ἄλλοι τε καὶ Αὐτόλυκος ὁ παγκρατιαστής, pro genitivo Αὐτολύκου, quo usu nihil apud Pausaniam frequentius. Sed nihil est quod ad Ennii provocatur epitaphium, in quo nulla personae mutatio:

Adspicite, o cives, senis Enni imagini' formam:
Hic vostrum panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumis decoret, nec funera fletu
Faxit. Cur? volito vivo' per ora virum.

Iam ut ad donariorum vocabula perveniam, etsi vox ἐπικρητηρίδιος in Atticis legebatur demiopratis, Atticisque poetis κρητήρ non insolens (Aristoph. Acharn. 935.), quod etiam Pindarus Doricae maxime dialecto addictus retinuit, tamen κρατήρ vulgaris Atticorum forma est, docentibus et scriptoribus et inscriptionibus. Igitur hanc prae se fert inferior titulus; κρητήρ Ionicum poetis et Herodoto usitatum habetur in superiore. Rursum crateris basis ibi ἐπίστατον, hic vocatur ὑποκρητήριον: utroque designatur fulcrum, cui crater imponatur, *basis craterae* in inscriptione Latina ap. Gruter. p. XLVIII. Ὑποκρητήριον vox est Ionibus usitata: igitur crateris fulcrum Herodotus I, 25. ὑποκρητηρίδιον vocat; licet etiam in Aeginetica inscriptione extet βάθρον ὑποκρατήριον: quippe ea vox Ionibus non magis propria erat quam ἐπικρητηρίδιος. Non tamen ea ita pervulgata erat, ut doctis memorabilis ne videretur; unde Plutarchus de orac. def. dicit: περιβόητος τοῦ κρατῆρος ἕδρα καὶ βάσις, ἣν Ἡρόδοτος ὑποκρητηρίδιον ὠνόμασεν (cap. 14.). Hinc eam devitant alii, ut Pausanias X, 16. vocat ὑπόθημα τοῦ κρατῆρος, et ἕδραν τῷ κρατῆρι, et de eodem vase est ap. Athen. V, p. 210. B. Ἡγήσανδρος δ' ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων, „Γλαύκου, φησί, τοῦ Χίου τὸ ἐν Δελφοῖς ὑπόστημα, οἷον ἐγγυθήκην τινὰ σιδηρᾶν, ἀνάθημα Ἀλυάττου· οὗ ὁ Ἡρόδοτος μνημονεύει, ὑποκρητηρίδιον αὐτὸ καλῶν." Et Atticis quidem, ut in huiusmodi rebus aliud alibi vocabulum frequentius auditur, videtur certe usitatius fuisse ἐπίστατον, ὑπόστατον, ἐπιστάτης, ὑποστάτης. Acta Quaestorum Olymp. 95, 3. ὑπόστατον χρυσοῦν ἄσταθμον· κρατὴρ ὑπάργυρος etc. Pollux X, 46. (coll. 79.) ex demiopratis Atticis: λουτήριον καὶ ὑπόστατον, pro quo ὑποστάτην dixit Pausan. X, 26, 2. Haec de ὑποστάτῳ et ὑποστάτῃ; sed iidem Attici eodem sensu ἐπίστατον sive ἐπιστάτην dixerint. Non provoco ad titulum de templi Poliadis exstructione vs. 43. ubi ἐπίστατον *basin columnae* interpretabatur Schneiderus, quum ibi potius ἐπιστάται *operis et templi curatores* sint: sed Aristophanes Av. vs. 436. rem conficit, licet ibi, quid sit ὁ ἐπιστάτης sive τὸ ἐπίστατον, dubitetur. Tria enim Scholiastae proponunt, *Vulcanum ex luto fictum*, qui quasi Lar familiaris sit, quod praefert cum Kustero Chishullus p. 45. et docte illustrat; *trabem vel asserem ad caminum, unde ex clavis vasa culinaria suspendantur*, quod Brunckio probabile videtur; postremo *basin sive tripodem, in quo ollae et lebetes igni apponantur*, quod Bentleius ad hanc inscriptionem verum iudicat. Rectissime. Nihil enim in illo loco hac significatione aptius: nam Upupa iubet arma suspendi εἰς τὸν ἰπνὸν εἴσω πλησίον τοῦ 'πιστάτου, hoc est in camino non *prope trabem*, ex qua suspenduntur vasa, sed *in ipsa trabe* prope tripodem ibidem suspensum, ut etiam nunc mulierculae tripodes ibi suspendunt. Nec de ea verbi potestate dubitare sinunt Scholia, licet et ceteras veras statuam. Certe femininum ἐπιστάτη diserte ibi dicitur χαλκοῦς τρίπους χυτρόποδος ἐκτελῶν χρείαν; et rursum, οἱ δὲ τρίποδα χαλκοῦν, ᾧ ἐπιτιθέασι λέβητα ὑποκαιόμενον. Postremo de ἠθμῷ crateri adiuncto, sufficit attulisse eandem, de qua supra, Aegineticam inscriptionem, in fine, et Polluc. X, 108. ἐν μέντοι τοῖς δημιοπράτοις καὶ ἠθμός τις ἐπικρητηρίδιος πέπραται, ὃς ἴσως τοῖς περὶ τὸν οἶνον μᾶλλον προσήκει. Ceterum universa haec duplex scriptura et accuratus in utraque verborum delectus non Solonis aevum sapit, sed eruditionem grammaticam saeculo Ptolemaeorum florentem, eamque, ut mihi videtur, satis ludibundam.

§. 3. Ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγειῆς] *Siquid vero patiar, curate me, o Sigeenses.* Certa est lectio Hesselii et Chandleri ΜΕΛΕΔΑΙΝΕΝ⁝ΜΕΟ, atque ita etiam Mould, nisi quod pro littera Μ lacunam habet: Homerus idem refert, nisi quod puncta (⁝) omittit et pro Μ habet Ρ. Lisle praebebat ΜΕΛΕΔΑ·ΙΝΕΝ-ΕΟ, quod et Chishullum induxit, ut ineptam de hiatu Aeolico disputationem p. 15. contexeret, et Bentleium, ut longissime a vera lectione aberraret. ΜΕΛΕΔΑΙΝΕΝ non sine causa supra dixi esse μελεδαίνειν secundum priscam scripturam Atticam: vox ipsa maxime poetica et Ionica est, unde apud Theognidem Herodotumque et Hippocratem legitur: attamen plura huiusmodi vocabula certe in prisca remanserant Attica dialecto. Iam quia μέλειν et μέλεσθαι genitivum personae regit, putes legendum μελεδαίνειν μέο pro μοῦ, ex Ionismo: sed respuit hanc formam inferioris tituli indoles. Igitur cum Chandlero lege μελεδαίνειν με, et ΟΣΙΓΕΙΕΣ iunge. Nempe ΣΙΓΕΙΕΣ non accusativus est Σιγειεῖς, sed vocativus Atticus Σιγειῆς, ut ἱππῆς, in quo Iota non admittendum esse notum est. Est autem priscae Atthidis, ad cuius normam hic titulus compositus est. Sic prodit μελεδαίνειν με, ὦ Σιγειῆς, infinitivo, ut solet, imperativam vim habente: cui explicationi siquis putet interpunctionem ante με positam obesse, cogitet aliam nostram, aliam veterum in distinguenda oratione rationem esse. Μελεδαίνειν cum accusativo haud insolens est. Theocr. X, 52. οὐ μελεδαίνει τὸν τὸ πιεῖν ἐγχεῦντα. Inde credo ὁ μελεδαινόμενος, *qui curatur*, passim apud Hippocratem, de morb. mulier. ed. Genev. (1657.) p. 616 sq. μελεδαινομένη ἐν τάχει ὑγιαίνει, item p. 696. Neque alia credo structura intelligenda est ap. Herodot. VIII, 115. τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτέων κατέλιπε, ἐπιτάσσων τῇσι πόλισι, ἵνα ἑκάστοτε γίνοιτο ἐλαύνων, μελεδαίνειν τε

καὶ τρέφειν (sc. αὐτούς). Quod superest, hic rursum imago ipsa loquitur, sed ita, quasi homo sit: ἐὰν δέ τι πάσχω, *siquid mihi acciderit*, μελεδαίνειν με, *curetis me*. Sed cura haec potest duplex esse: aut enim vult, ut siquis imaginem laedat, ne id Sigeenses inultum transmittant; aut ut, si detrimentum passa imago fuerit, eam reficiant Sigeenses, nec dilabi patiantur. Et quamquam μελεδαίνειν utrumque significat, tamen medica significatio huic verbo propria praeferenda videtur, ut imago quasi homo medica manu curanda dicatur: quod quum auctor dicere vellet, videtur medicum elegisse vocabulum. Hoc vero ut simplici vetustatis sermoni non magnopere convenit, ita simplicitatis affectationi plane congruum est.

§. 4. Καί μ' ἐπόεισεν Αἴσωπος καὶ ἀδελφοί] *Et fecit me Aesopus et fratres*. Ἐπόεισεν mirum est; non quod ποέω dictum pro ποιέω: hoc enim omnibus Graecis, etiam Atticis, usitatum est: sed quod EI est pro E. Boeoticum est ἐπόεισεν, cui nullus in hac inscriptione locus: igitur vitium quadratarii esse iudico pro ΕΠΟΙΕΣΕΝ: oscitantius enim hanc inscriptionem exaratam esse vel diversa scriptura vocis Σιγειεῦς vs. 6. et 9. docet. Nec mirum errasse aliquoties quadratarium, si, ut ego existimo, hic titulus ea aetate inscriptus est, qua prisca litteraturae ratio pridem exoleverat: turbabatur enim lapicida insolentibus formis. Ἁδελφοὶ p. οἱ ἀδελφοὶ crasis Attica est nunc satis nota, ut ἁνήρ, τἀνδρὸς, τἀνδρὶ, ἅνθρωπος: quam qui nuper plebeiam dixit, non videtur satis de dialectorum ratione cogitasse. Scio quidem de illo ἁνήρ adhuc dubitari, nec Buttmannus noster Gram. mai. p. 120. rem transactam putat: immo haud contemnenda obiecit Theoph. Schneider de dial. Sophocl. p. 47 sqq. sed tamen probabilis ille usus est. Idem in voce ΗΑΙΣΟΠΟΣ obtinere videtur, si Αἴσωπος scribendum est, non Αἴσωπος: α enim longum fit in ea crasi. Sed in nulla huiusmodi inscriptione nomini artificis articulus praefigitur: itaque pro Aesopo arbitror *Haesopum* esse sine articulo, ut multa nomina asperum modo omittunt modo assumunt. Aesopum hunc fabularum auctorem esse plurimis persuasit Chishullus, uno dubitante Bentleio, serione an ioco de illo ille cogitaverit. Et profecto subit mirari, potuisse quemquam Aesopum fabulatorem intelligere, cuius si Sigei in publico loco opus superfuisset, in tanta illius fama hominumque studiis credibile non est oblivioni traditum esse, exercuisse illum sculptoriam fratresque opificii adiutores habuisse. Nam quum, quae de illo traduntur, magnam partem fabulosa sint, hoc unum, quod certo auctore constitisset, putas ab antiquis neglectum esse? Vidit has difficultates Chishullus; fratresque amoliturus ἀδελφοὺς non consanguineos, sed *fabriles socios* interpretatur: quod nemo Graece doctus feret. Idem ad Plutarchi Convivium septem Sapientum provocans, ioci illud et dicteriorum plenum, verbis quibusdam Anacharsidis Aesopi artem oblique stringi putat; sed ipse de ea re ita dixit, ut eum huic argumento prope nihil tribuere videas. Et hoc bene fecit. Nam ibi (cap. 12.) Diocle de domo verba fieri a convivis postulante, quae omnibus hominibus communis sit, quum Aesopus Scythen Anacharsin eximendum ridens dixisset, quippe qui pro domo plaustro uteretur, Anacharsis domos docet non haec lutea et lignea tecta esse, sed eos, qui intus sunt: nempe Aesopum ita dicere, quasi cochleam putet non id, quod in testa habitet, animal esse, sed testam ipsam, nec suae ipsius meminisse vulpeculae, quae quum apud iudicem cum pardo, uter magis varius esset, certamen iniisset, non externam speciem, sed interna spectanda esse contendisset. Σὺ δὲ, ait, τὰ τεκτόνων καὶ λιθοξόων ἔργα περινοστεῖς, οἶκον ἡγούμενος οὐ τὰ ἐντὸς ἑκάστου καὶ οἰκεῖα, καὶ παῖδας καὶ γάμους καὶ φίλους καὶ θεράποντας, οἷς κἂν ἐν μυρμηκιᾷ τις ἢ νεοττιᾷ νοῦν ἔχουσι καὶ σωφρονοῦσι κοινωνῇ τῶν ὑπαρχόντων, χρηστὸν οἶκον οἰκεῖ καὶ μακάριον: in quibus illa, quae Chishullus affert, verba nihil edicunt nisi hoc: Aesopum fabrorum et lapicidarum opera, hoc est aedificia, circumire et in iis domos sibi invenire videri, quas potius familiae constituant. Aesopi nomen quum satis frequens fuerit (v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 621. ed. Harl.), quidni artificem ignotum, haud dubie Proconnesium, statuamus Aesopum vocatum esse? Ceterum plures, opificii socios, in uno signo elaborando operam posuisse, Bentleium immerito offendit. Chishullus quidem quod p. 47. attulit exemplum ex Pausan. IX, 11. petitum, melius praeteriisset; sed idem recte notat, duos unius operis artifices non semel memorare Pausaniam: nobis sufficit attulisse Bupalum et Anthermum Hipponactis imaginem fingentes, Hypatodorum et Aristogitonem num. 25. harum inscriptionum coniunctos; et in statuariorum titulis inter Romanos a me positis Aristeam et Papiam, Critonem et Nicolaum, Phidiam et Ammonium Phidiae filios: unde quam usitatum fuerit, ut plures uno in signo elaborarent, satis patet.


Aperui sententiam meam de hoc marmore, quod Chishullus, ut illi maiorem venerationem conciliaret, ex Troiae ruderibus eo tempore sublatum putat, quo Archaeanax Mytilenaeus e materia inde petita Sigeum condidisse a Strabone refertur, aliorum in hac re, ut ipse significat, narrationem sequente. Equidem Troiam dubito ex marmoribus candore admirabili insignibus, qualis ille lapis ab ipso p. 41. esse dicitur, exstructam fuisse; illud scio, nullum marmor praestantius fuisse Proconnesio. Praeter Plin. H. N. XXXVI, 6. XXXVII, 10. Vitruv. II, 8. auctor est Strabo, ubi de Proconneso insula (lib. XIII.): Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τῷ ἀπὸ Παρίου εἰς Πρίαπον ἥτε παλαιὰ Προκόννησός ἐστι καὶ ἡ νῦν Προκόννησος, πόλιν ἔχουσα καὶ μέταλλον μέγα λευκοῦ λίθου σφόδρα ἐπαινούμενον· τὰ γοῦν κάλλιστα τῶν ταύτῃ πόλεων ἔργα, ἐν δὲ τούτοις πρῶτον τὰ ἐν Κυζίκῳ ταύτης ἐστὶ τῆς λίθου. Illic mihi non dubium est Aesopum et fratres officinam habuisse, ut fere iis locis, ubi materia elegans suppetit, haud pauci habitant artifices: atque inde Sigeum nave advectum est hoc

monumentum, quum in Proconneso elaboratum esset. Simul inde concedes verisimile fieri, signum hoc fuisse marmoreum, ut basis est: quod ipsum alio etiam argumento constat. Nam si ex aere fusum esset, quorsum illae tam intentae preces: ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγειῆς? Vides materiam fuisse eiusmodi, quae laedi facile potuerit. Sed marmoris scalpendi ars Solonis aetate vix coepta erat: qua Plinio auctore (XXXVI, 4, 1.) Dipoenus et Scyllis circa Olymp. 50. primi inclaruerunt: quod si idem paulo post ex Chiorum marmorariorum aetatibus artis eius originem cum Olympiadum initio coepisse colligit, Hirtius noster (Amalth. T. I. p. 238.) recte monuit, non opus esse ob eos artifices, ut marmoris scalpendi artem ultra Olymp. 40. repetamus. Atqui si Solonis aetate Aesopus fratresque ex marmore Proconnesio tantum non primi iconicas imagines fecissent, num probabile est horum nomina in artis historia neglecta esse? Iam vero, si monumentum hoc Proconneso in insula perfectum statuis, ea quidem, quam ad §. 1. significavi, aetate: Phanodicus, qui tum Sigei potissimum vixerit, quum imaginem Sigeum delatam inviseret, inscriptionemque a quadratario Proconnesio in sua urbe hoc monumentum elaborante infimo loco positam conspiceret, videtur tum ab alia manu superiorem inscriptionem addendam curasse: aliam enim in superiore, aliam in inferiore fabricam agnosci, non magis quam Chishullus nego.

Sed Chishullum si in his titulis explicandis non usquequaque felicem fuisse dixerim, infelicior tamen fuit Bentleii perfunctoria opera iisdem impensa: cuius errores et Chishullus oppresso viri nomine in appendice castigavit et nos aliquoties notavimus. Quem virum omnium criticorum longe principem quo magis suspicio, eo magis eum doleo a vero plane aberrasse. Etenim ille ternis, quae Phanodicus dedicavit, donariis singulas putat inscriptiones impositas fuisse, superiorem uni, alteri inferiorem, tertio similem: ex quibus has duas, quae supersunt, in hunc esse lapidem transcriptas, aut ut publice expositae Phanodici liberalitatem latius propagarent, aut ne vasculis detritis et in aliam formam fusis donatoris deleretur memoria: scripturae varietatem diversae, cui singuli artifices assuevissent, scribendi rationi tribuendam esse; Aesopum autem binosque fratres singulos singula vasa elaborasse. Iam primo vasculo inscriptum fuisse: Φανοδίκου εἰμὶ et reliqua superioris inscriptionis, ad quem genitivum intelligendum esse δῶρον. Alteri autem inscriptum fuisse: Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκοννησίου κἀγώ; quod κἀγὼ ad praecedentia pertineat: *Etiam ego* (ut alterum vas) *Phanodici donum sum.* Proinde in inferiore inscriptione pro prima persona ΕΔΟΚΑ, vel ut Chishullus legebat ΚΔΟΚΑ, reponendam esse tertiam ΕΔΩΚΕ. Postremo in eadem putat *certo* legendum esse: ἐὰν δέ τι πάσχω, μελέδα, ἵν' ἐνδέω, Σιγειεῖς, hoc est: *si quid patiar, remedium* (erunt), *ubi opus habeam, Sigeenses;* quod de reficiendo vase intelligit. Quae commenta Bentleiano ingenio sanequam indigna tribus verbis refutari possunt. Nam primum ex vasculis in lapidem tam ingentem transcriptas duas has inscriptiones esse, omissa praeterea tertia, minime probabile est nec ullo potest exemplo illustrari: nec consentaneum est, singulis donariis omnia reliqua, quae dedicata sint a Phanodico, dona inscripta esse; sed unicuique separatim imponendum erat, *hoc ipsum dedicasse Phanodicum*, praeterea nihil quidquam. Inscriptionum autem forma et litteraturae genus certe non ex quadratarii arbitrio pendebat, sed quomodo quaeque inscribenda essent, mandabatur quadratariis: ut proinde ex horum consuetudine differentia scripturae explicari nequeat. Deinde εἰκὼν quidem omitti potest, non item δῶρον, quod ubi omissum fuerit, nemo facile supplebit: et ubi in inferiore titulo vocem κἀγὼ prioribus adiunxeris, exspectes deinceps κρατῆρα δέ: ac dura correctio est ἔδωκε. Postremo μελέδα s. μελέδη, quod Bentleius idem ac μελέτη esse statuebat, vocem nihili esse, scite demonstravit Chishullus p. 46. simul si ἵν' ἐνδέω legendum esset, debuisse HIN scribi, rectissime observans: debebat praeterea Σιγειεῦσι dativus esse, ut taceam quam hae ridiculae vasculi preces sint: *Ubi opus habeam, hoc est, quo loco fractum sim, ibi me reficite, Sigeenses;* quod certe multo ineptius, quam quae ex nostra interpretatione imago pronunciat. Sed Bentleium excusatum velim: magis culpanda intempestiva Christoph. Saxii industria, qui festinatas summi viri litteras, quas ille libris suis destitutus currente fuderat calamo, in publicam protraxerit lucem, quum tamen ipsum Bentleium hoc noluisse partim ex ipsa epistola pateat, partim inde possit colligi, quod a Chishullo petitus tacuit.

9.

Fragmentum tituli βουστροφηδὸν et στοιχηδὸν scripti, ab editore Chandlero (Inscr. II, 28. p. 54.) Athenis in muro repertum: idem simile sed minutum viderat Athenis parieti infixum in platea non longe a monasterio Capucinorum. Chandlerus quum id Societati, qui *Dilettanti* dicuntur, dedisset, haec Museo Britannico donavit, ubi Spat. XV, n. 81.* extat. Aliud apographum misit Müllerus, in quo nonnulla quidem elementa vel desiderantur vel mutila sunt, quae tempus edax corrupisse videtur: sed litterarum ordinem et alia nonnulla ex Mülleri exemplo restitui.



Hoc est ex nostra restitutione:

IT:]Ↄ I
ᛗE]KP
ΜO]⊕I
HE]KT
ᒧΜ]OƎ
E]OVP
Ϟ]IO↿
. . . Δ
Ǝ]IOH
K]TYΓ
.+:IO
ΔI .:Δ
IO⅂I
.ᒣI:ϟ+
A]IΜIO
. . .:Μ

Litterae sunt fere eaedem quae in Sigeensi lapide: pro ϟ tamen Müllerus Σ habet, et pro ᛗ Chandlerus M. Ypsilon est V; sed Müllerus praebet Y. Pro X vs. 14. est +, ut in Sigeensi; eo tamen loco Müllerus lacunam habet. Idem + vides vs. 11, ubi Müllerus I. Si + certum est, de quo non dubito, vs. 2. X est in K mutandum, etsi illud uterque legit. Vs. 12. Δ est vulgare: igitur vs. 6. P, pro quo Müllerus D, est Ρῶ. Item vs. 2. rotundum P apud Chandlerum est: pro quo Müllerus Ͱ, quasi reliquum ex Ͱ. Rursum angulare est vs. 14. at lineola apud Chandlerum superinducta suadet non esse P, sed aliud. Vs. 6. ου est OV; in quo verbo, incertum. Interpunctio binis punctis (:) constituitur; sed vs. 12. est ::, quod non credo verum esse. Versus videntur brevissimi fuisse, ut in alia quoque perantiqua Attica, et in Herodis Attici columnis priscam formam aemulantibus, ubi quae dixi vide: in hac nostra versus, ut arbitror, quinque litteras non excedunt: immo usque ad vs. 13. quaternis fere elementis constitui videntur, et deinceps, ut passim variat numerus, in quina accrescere. Ceterum lapidis figura cum inscriptionis formâ considerata persuadet, ad vs. 13. usque in dextera parte nihil perisse: neque enim supra quintum vs. 14. elementum in tota illa columna vestigia videntur litterarum cerni, etsi ea pars marmoris superest; et litterae integram atque accurate concinnam columnam constituunt. Contra in sinistra pauca perierint necesse est. Argumentum tituli obscurum est. Nisi magnopere fallor, fragmentum est rationum, quibus expensae in magno aliquo aedificio exstruendo factae continebantur: ex quo genere fuit templum Iovis Olympii a Pisistrato inchoatum. Enumerantur variae impensae, interpositis numeris, qui magna ex parte obscurati sunt. Vs. 2. 3. agnosco κριθ[ῶν]; praecesserat ni fallimur τιμή, ante quod erat ƆI, hoc est 1½ obol. quod superest ex summa antegressi nominis: ibi vero Ɔ addidi ex Mülleri apographo. Iam vs. 4. 5. in promptu est supplere [Hε]κτέω[ν]. Sic habes κριθῶν ἑκτέων. Lex Regis archontis ap. Athen. VI, p. 235. C. *τοὺς δὲ παρασίτους ἐκ τῆς Βουκολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἑαυτῶν ἕκαστον ἑκτέα κριθῶν.* Et: *τὸν δ' ἑκτέα παρέχειν εἰς τὰ ἀρχεῖα τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων παρασίτους ἀπὸ τῆς ἐκλογῆς τῶν κριθῶν.* Ob quem locum cave ne fragmentum hoc nostrum ex Solonis legibus superesse putes: cetera enim non conveniunt, licet Solonis *κύρβεις*, ex quibus esse haec debebant, *βουστροφηδὸν* scripti fuerint et eas continuerint numerorum notas, quas in hoc fragmento fuisse iudico. OYPIOI superest ex nomine eorum, quibus quotidianus victus datus erat: expletur lacuna voce λειουργοῖς, [ͰE]OYPΛOI[ϟ], *qui marmora poliunt*, quae est λεία ἐργασία in titulo de templo Poliadis. Victum opificibus subinde praeberi docet exemplum ap. Polyb. V, 89. Dari autem quotidiano victui choenix solet (cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 99.): itaque octonis *quotidie singuli* videntur ἑκτεῖς dati: hinc κριθῶν ἑκτέων. Vs. 4. Müllerus KI. Vs. 8. latent numeri. Vs. 9. Chandlerus IOTI: dedi Müllerianum IOII, hoc est HOI. Coniicio *οἱ ἔκτυποι*, id est *τὰ ἔκτυπα*, ut *ὁ πρότυπος* et *τὸ πρότυπον*: intellige anaglypha ectypa. Articulus in reliquis omissus hic imprimis aptus est. Vs. 10. Müllerus IYΓ. Vs. 11. 12. +.AI: superest ex numeris. + est *mille*, A fuit Δ, *decem*, pro quo Müllerus solum \ habet. Ibidem Chandlerus ::: dedit pro :: Sequitur *δίποι*, quod haud dubie est a recto *δίπους*, *δίπος*, ut *τρίπος τρίπου*. Est igitur *bipes*. Coniicio significari apparatum fabrilem compositum ex duabus trabibus rectis, quae in solo defixae supra coniunguntur alia trabe: ut binis vel pluribus huiusmodi instrumentis iuxta positis imponi possint asseres, quibus fabri insistant. Vs. 14. in TͰ, pro quibus Müllerus nihil nisi Ͱ, latet summa, quae nescio quanta fuerit: in promptu tamen est corrigere ᒣ, 50 *drachm.* nam T integri elementi spatium occupare non constat. Quod sequitur I, videtur ⁝ fuisse. Postremo apparent

σχοινί[α], *funes*. F superest ex numero, fuitque, opinor, ⊢ (drachma): Chandlerus tamen E. Cogitabam etiam de τρισχοινία, ab adiectivo τρίσχοινος: sed nunc id repudio. Nec χοίνικα libenter admiserim, licet supra ἑκτεῖς sint. Ceterum etsi haec ex parte incerta sunt, tamen nihil molitus sum, quod non lacunis explendis ad amussim conveniret; et quod in tali fragmento supplendo potissimum est, singula ex eodem genere petita congruunt.

10.

In insula Delo, in basi quadrata marmorea praegrandi, prope templum Apollinis. Primus ligneo typo edidit Tournefort Itin. T. I. epist. VII. p. 360. quem secutus sum, minutissimis quibusdam ex Stuarto correctis; dein ex Tourneforti delineatione Montfauc. Palaeogr. Gr. II. p. 121. minus accurate, itemque ex Tournefortianis Chishull. Antt. As. p. 16. coll. p. 43. Gébelin Monde primit. p. 176. Shuckford. de Harm. sacr. et prof. script. T. I.. p. 171. ed. Germ. Nov. tract. diplom. T. I. p. 633. ubi p. 626. aeri incisa inscriptio; Dawes. Misc. crit. p. 125. Lanzi Sagg. di ling. Etrusc. T. I. p. 102. coll. tab. 1. Stuart Antt. Att. T. III. p. 57 sq. ubi aeri incisa, D'Hancarville Recherch. sur les arts T. II. tab. 23. R. Payne Knight in tabulis operis de Alph. Graec. I, fig. 3. coll. p. 72. Ad interpretationem cf. praeterea Bentleium Act. Traj. T. II. p. 16. Anonymum Misc. Obss. Vol. III. p. 200. Dorvillium ibid. Vol. VII. p. 24 sqq. Diarii classici Brit. T. I. p. 95–100. Welckeri Spicil. Epigr. II, p. 11 sqq. Adde Corsin. Not. Gr. Prolegg. p. XVII. Nuperrime interpretatus est Rosius amicus noster Mus. crit. Cantabr. Fasc. VII, p. 390 sqq. In altero latere est:

ΟΑΡΥΤΟΜΦΟΕΜΙΑΝΔΡΙΑΣΚΑΙΤΟΣΦΕΛΑΣ

In altero:

ΝΑΞΙΟΙΑΠΟΛΛΩΝΙ

Posterior inscriptio edita est ap. Wheler. p. 57. Tournefort. p. 359. Le Roy Mon. Gr. T. I. p. 39. tab. XVI. (cf. p. 6.). Stuart. l. c. p. 58. Riedesel Bemerk. auf einer Reise durch die Lev. p. 60. in qua omnes Ξ habent praeter Stuartum, qui Ι: utroque composito verum Ξ reperis. Whel. ΑΠΟΛΛ, Le Roy ΑΠΟΛΛΟΝΙ; verum dederunt Tournefort. Stuart. nisi quod hic in littera Ω desinit, litterae Ν non nisi primam lineolam addens, apposito signo fracturae lapidis. Ried. ΑΠΟΛΛΙΝΙ. Prior titulus easdem fere elementorum formas monstrat quas Sigeensis inferior: Sigma tamen rotundum est, ut apud Latinos et in titulo Attico Archedemi Pheraei (cf. Villois. Anecd. T. II. p. 167.), si Tourneforti apographo et Knightiano fides est; Stuartus enim ϟ praebet: Lambda porro non L, sed ↾ est. Ου designatur simplici O; nec ει plenum scriptum est, sed pro eo E. In altera inscriptione ductus prorsus iidem sunt qui Athenis post Euclidem: quod in tanto praesertim Atheniensium cum Delo commercio consentaneum est: haec vero recentiore tempore addita non immerito censetur. Nec dubito statuam, quae imposita ei basi erat, esse eandem, quam palma aerea a Nicia celebri, quum theoriae dux esset, Apollini dedicata strage sua deiecit. Plutarch. Nic. c. 3. ὁ δὲ φοίνιξ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἀνακλασθεὶς ἐνέπεσε τῷ Ναξίων ἀνδριάντι τῷ μεγάλῳ καὶ ἀνέτρεψε. Nam ut in illa statua, ita in hac Naxii commemorantur: utraque magna dicitur, ea, cui haec inscriptio imposita, ab iis qui fragmenta viderunt: postremo ἀνδριάντα vocat et Plutarchus et titulus, non ἄγαλμα: unde colligo non dei Apollinis statuam fuisse, sed nescio cuius: non tamen credibile mihi, fuisse hominis tum viventis, sed alius. Niciae vero archetheoria quum videatur Olymp. 90, 3. assignanda (v. Oec. civ. Ath. T. II. p. 230.), nisi antiquior titulus vestutatem ementitur, positus ante illam erat: sed postquam palmae a Nicia donatae ruina statuam Naxiam afflixit, haec haud dubie restituta Naxiis curantibus est et recentiore typo inscriptum Νάξιοι Ἀπόλλωνι, si modo integer hic titulus est nec potius fragmentum hexametri heroici: certe lapidis in eo loco partem perisse, ex Stuarti delineatione colligo. Quodsi Wheleri hospiti fides habenda fuerit, colossus tribus demum ante Wheleri adventum annis ex basi deiectus est: quod etsi a Tournefortо non confirmatur, tamen fragmina statuae duo iuxta basin repperit ipse Whelerus. Iam ut ad explicationem antiquioris inscriptionis perveniam, septimum elementum M in ↾Ι dissolvendum est, ut factum video in exemplo Montfauc. sed de coniectura. Quo facto quae sententia verborum sit, inquiro. Igitur ut Harduinum et Montfauconium mittam, qui priores voces male legerunt, Chishullus initio agnoscit verba οὐ αὐτοῦ λίθου, statuitque dici: *Non eiusdem lapidis esse statuam et basin.* Et sunt inscriptiones, in quibus basis et opus impositum diversae materiae esse dicantur; nam apte dicitur: *Lucius Apollini statuam aheneam dicavit et basin marmoream.* Sed ineptum est inscribere: *Non eiusdem lapidis est basis et statua:* qua in re nihil quidquam notabile. Quod Bentleius pro sua perspicacitate intelligens legendum addito Τ docet: Τοῦ αὐτοῦ λίθου εἰμὶ ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας, *Ex eodem lapide sum statua et basis:* quo simul evitatur vitium orationis, quod in sua interpretatione Chishullus admisit duplex, ut et οὐ pro οὐκ inferret et αὐτȣ͂ p. τοῦ αὐτȣ͂; et id effectum est, ut apta esset sententia: magna enim laus in ἀνδριάντι μονολίθῳ (Marini Inscr. Alb. p. 10.). Adversus hanc autem sententiam, quae etiam Dawesio, Anonymo (in Obss. Misc. Vol. III.),

Lanzio et nuper Rob. Walpolio (Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 537.) placuit, Chishullus hoc attulit, Whelero et Sponio ac Tourneforto auctoribus basin nullo fracturae indice perfecte esse quadratam, ut continua basi statua esse non potuerit. At nec certa illa testimonia videntur, atque ut certa sint, quum in restituendo opere statuae pars basi adhaerens, quod pedes ibi laesi essent, resecta esse possit, ex ea quae nunc est lapidis forma de pristino operis statu coniectura capi nequit. Idem Chishullus etiam hoc aliquando excogitaverat, quum opus restitutum non iam μονόλιθον esset, verborum, quae olim inscripta fuissent, τοῦ αὐτοῦ primam litteram deletam esse, ut non eiusdem lapidis basis et statua esse diceretur: οὐ αὐτῦ λίθου: verum tum non T esset erasum, sed OY praepositum: οὐ τοῦ αὐτοῦ. Igitur T potius casu perisse tot saeculorum decursu videtur; nec me movent, qui Knightio narraverunt litteras plane easdem esse, quales ipse repraesentat, OAFYTO: illi enim quod viderunt, potuerunt affirmare, non quod non viderunt; illis igitur non credo T non perisse, credo Y post F non a recentiore manu, ut Dawesius putabat, insertum esse. Enimvero Bentleium esse verum assecutum, colligitur vel inde, quod nisi T addas, nihil ex hac inscriptione sani extricari potest. Nollem enim Raoul-Rochette Epist. ad Aberd. p. 51. ingeniosam dixisset istam explicationem, in Diar. class. T. I. propositam, ex qua ὁ αὐτὸ λίθο idem esse dicitur quod ὁ αὐτὸς λίθος: Sigma enim haud raro omitti, ut ἱππότης, ἱππότας, ἱππότα, ex Aeolismo; sicut in vitiosis aliquot versibus Sigma abiiciendum est, ut metro prospiceretur (quod apud Graecos nunquam non vitiosum habitum); sicut veteres Latini abiecerunt in quibusdam vocibus S finale. Nam si modo operae pretium est adversus talia disputare, multum interest inter formam ἱππότα et αὐτὸ λίθο; nec si in malis versibus Σ scriptum, ne metrum laboret, pronunciando omittendum erit, id poterit in scriptura omitti, ubi et metri et vocabuli ratio, ut pronuncietur, postulet. Arateo exemplo Diosem. 270. Κρώζῃ πολύφωνος κορώνη nemo peritus abutetur: sive enim ibi πολύφωνα cum libro scripto legendum, sive gravius latet ulcus, illud certum est vitiosum πολύφωνος non esse ab Arato, qui, quum λακέρυζα sibi optime cognitum scribere posset, cur scriberet πολύφωνος cum metri dispendio? Istiusmodi ferculis qui delectetur, poterit etiam Dorvillii et Knightii ratiunculis frui, ex quibus ille legit ὁ αὐτοῦ λίθου εἰμὶ ἀνδριάς, ut articulus ὁ ad nominativum ἀνδριάς pertineat: hic vero, quod in Prolegg. ad Hom. §. LXXXVI. retractavit, OAFYTO censebat esse pro OͰAYTOY, ὁ αὐτοῦ; ut Ἀϝίδης cessit in Ἅιδης: rursum autem αὐτοῦ dicebat esse pro ὁ αὐτοῦ per crasin, ut integra dictio esset haec: ὁ ὁ αὐτοῦ λίθου εἰμὶ ἀνδριάς, priore articulo ad ἀνδριάς pertinente. Velim scire quo pertineat alter. Attamen duae supersunt etiam post Bentleium difficultates, articuli in voce ἀνδριάς omissio et digamma in voce AFYTO. Priorem ut depellas, dixeris legendum esse ἀνδριάς, per crasin: nam spiritum fuisse littera H designandum, certa ratione dici nequit, quod nullum eius rei in hoc titulo exemplum cernitur. Sed reiicio hoc remedium; nam quum initio versus crasis τοῦ αὐτοῦ non scriptura (ταὐτοῦ) significata sit, sed legenti relicta; debebat etiam hoc loco certe OANΔΡΙΑΣ scribi, non ΑΝΔΡΙΑΣ. Unde simul eluditur ea cuiusdam astutia, qua ὁ ἀνδριάς crasi mistum in ἀνδριάς dixit, deinde Aeolice omissum spiritum esse. Immo priorem articulum omissum esse concedendum; ut tragici duo nomina componunt, prius sine articulo, alterum eodem instructum: idonea exempla Welckero notante collegit Döderlinus noster Spec. ed. Sophocl. p. 50. Nec sine ratione hoc in titulo nostro factum est: loquitur statua, quae ubi sese designat, non opus habet suo nomini addere articulum; a loquente diversa basis debet articulo instrui. Nos plane similiter dicere possumus: *Von Einem Steine bin ich Bild, und das Gestell.* Sed in voce AFYTO, si abesset Y, diceres digamma eius loco positum esse: nunc quum utrumque habeatur, Knightius (Prolegg. ad Hom.) et Rosio nunciante Porsonus quadratarium, utrum poneret ambigentem, posuisse utrumque iudicarunt. Quod quum probabile non sit, assentiente etiam Buttmanno coniicio in voce αὐτὸς aliisque ante T sonum AY paulo crassiorem fuisse, litterâ Y cum spiritu maiore proferendâ, ut hodierni fere Graeci faciunt, hoc est *affios:* igitur AFY scriptum esse: ut in voce Ἀρίστων ante T duplicatus sibilus est, ΑΡΙΣΣΤΩΝ. Vide ad inscr. 25. Nempe ut ante T mediae in tenues mutantur duriores, ita ibidem Σ et Y (*v*, *w*) duriorem accipiunt sonum. Spiritus autem vehementia litterâ digamma optime exprimitur; neque ideo AFY disyllabum fit. Idem factum in δεινός, δϝεινός, etsi dispar exemplum, quod digamma consonae additum est. Tamen in hac, de qua dicimus, voce, AYFTO melius scripturum fuisse quadratarium, notat Buttmannus, cui haud invitus accedo: sed AFYTO pro hoc ipso scribere quadratarium potuisse mihi persuasum est.

Aeolicam hanc inscriptionem esse Dawesius (Misc. crit. p. 127. App. p. 327.) pronunciavit: qui non cogitasse videtur, Iones Naxios in Delo Ionica Atticaque nulla plane ex causa Aeolicam potuisse inscriptionem ponere: nec senarios Aeolicos facere moris fuit. Neque quidquam inesse video, quod a formis Ionicae Atticaeque orationi communibus recedat: EMI enim non ἠμὶ est, sed ex Attica scriptura εἰμί (v. ad Inscr. Sig.). Digamma autem ex prisca ratione retentum est, quae quum apud recentiores Iones et Atticos exoleverit, mansit sane apud Dores et Aeoles: sed hoc loco ut id Aeolicum dicam, eo minus adducor, quod non peculiarem sonum efficit, sed tantum soni Y asperitatem auget: magis enim me offenderet FOIKOΣ vel simile. Quid quod, ne de Homero dicam, ipsis Ionibus digamma tribuit Trypho? Vide ad num. 11. Postremo senarium esse Bentleius et Dawesius rectissime perspexerunt; et ille quidem nihil plane mutandum vidit,

quum hic temere plura tentaverit. Τοῦ αὐτοῦ crasin patitur, εἰμὶ autem apostrophum: sexcenties enim in titulis vocalis apostropho abiicienda scripta extat. Sic ad vulgarem normam scriptus versus hic est:

Ταὐτοῦ λίθου εἰμ' ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας.


Si de incisionibus quaesiveris, versus est ex illo genere, de quo Porsonus dixit Praef. Hecub. p. XXIX. ed. Lips. et plane geminum est hoc exemplum:

Κλήσω γραφῇ τῇδ' ἐν σοφῇ πάγκλειτ' ἔπη.

Hiatus in voce λίθου a scenicis evitatus sequitur licentiam arsis trochaicae et iambicae a lyricis admissam, raram quidem illam nec tamen sine exemplis certis. Vide nos Metr. Pind. p. 102. et imprimis nott. critt. ad Olymp. VIII, 2. p. 383. Senarium donario inscriptum, eumque simili utentem licentia v. num. 29. Denique carmine conceptum Deliacum titulum esse, potest vel τὸ σφέλας, vocabulum fere poeticum, et liberior articuli omissio docere. Non tamen hanc de versus forma sententiam persuasi Rosio; qui quae ex litteris meis Museo critico Cantabrigiensi (p. 393.) inseruit, ea operarum vitio commistis transpositisque integris lineis ita perturbata sunt, ut intelligi nequeant.

11.

Lamina aerea, modulo formaque qua infra: Olympiae effossam reportavit a. 1813. G. Gell. Singulari charta accuratissime edidit Rich. Payne Knight: mihi, si bene memini, Creuzerus misit. Recusa est Diar. class. T. XI. p. 348 sqq. cum notis non optimis, meliore forma et commentario Knightii ipsius instructa T. XIII. p. 113. item Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 536. cum notis Rob. Walpolii. Excerpta ex commentatione Boissonadi de eadem extant in Daunou Exposé des travaux de la classe d'histoire et de litt. anc. (7. Jul. 1815.) p. 30–33. ubi p. 112. maiusculis vulgatis expressa est. Amplior eiusdem commentarius extat Diar. class. Vol. XX. p. 285–306. Alia alius explicatio mihi quidem non placens excusa ibidem est Vol. XXII. p. 352 sq. Praeterea v. Gell. Diar. class. Vol. XXIV. p. 401 sq. Adde quae ipse dixi Oec. civ. Ath. T. II. p. 390–392.



Titulus hic pretiosissimus, quo edendo Knightius optime meritus est, me iudice ceteris ex eo genere longe praeferendus, non stilo exaratus est, sed rectae lineae scalpro sive cuneo incisae sunt, rotundae formae typo incusae, eoque duplici, altero forma O, altero puncta: unde scripturae species singularis est. O est paulo minus, et antiquissimae et recenti aetati commune; ex antiquissimis vide num. 3. A et ᐅ antiquo more obliqua sunt; Gamma ᐸ, unde nata rotunda forma C num. 7. Cui illa potestate par est, quod in nostra hac inscriptione rotundae formae evitantur; quapropter etiam pro Φ habetur ◫, quod Knightius in commentario suo perperam dixit Θ esse. Lambda paululum variat, accedit tamen ad vulgarem formam, ut M et N: Sigma vs. 1. est ϟ, mox ϟ (de illo v. ad Sig.). Pro Y antiquius obtinet V, et pro X item vetustius Ψ, de quo dixi ad num. 4. Ionicarum litterarum nulla inest; contra frequens digamma in iis, quibus proprium est, vocibus. EI diphthongus plene scripta: duplices consonae simplici littera signatae omnes sunt, more antiquissimo. Interpunctio ⁝ vaga est: de ea dixi ad Sig. Vitia nulla videntur inesse; nam quod vs. 2. συνμαχία et vs. 6. Ὀλυνπίῳ scriptum reperitur, usus est antiquus (vide num. 3. et 30.), idem tamen ille in recentiorum aetatum titulis passim obvius. Vs. 9. primum Sigma omissum erat; addidit deinde sculptor; ibidem punctum singulare

fortuitum est: sed vs. 2. litterae 7. 8. primum fuerunt OI, repetitae ex priori OI: quod quum inter incidendum animadvertisset opifex, ipse correxit statim super incuso ϟ:. Ceterum ex iis, quae dixi, vides litteras partim antiquissimas partim magis novas esse, ut certe ob litterarum formam cur titulus a Knightio Olymp. 40. circiter assignetur, non intelligas: stili tamen et orationis color admodum priscus videtur. Sed in hoc quantum dialecti rationi tribuendum esset, non satis perpenderunt interpretes, qui uno hunc titulum ore Doricum dixerunt; quum autem Dorica apud Thucydidem foedera (V, 77. et 79.) formas multo minus insolentes offerant, Knightius huic insistens argumento duobus ante Olymp. 90. saeculis scriptam hanc tabulam putat. Cui quamquam non plane obsum, nolim tamen quisquam ex Dorismi comparatione monumenti aetatem constituat: quum re accuratius considerata non Dorice id, sed Aeolice compositum esse liqueat. Foedus est Eleorum et Arcadum Heraeensium: igitur ex horum sermone, qualis in hac formula dialectus sit, erit diiudicandum. Iam vero, licet Dorismus in Peloponneso invaluerit potissimum, tamen neque Elei neque Arcades Dores fuerunt nec in iis censiti sunt, sed inter mixtam illam ex antiquis Graeciae incolis maxime variis gentem Aeolicam referuntur, cuius sermo pro nationum et terrarum discrimine fuit diversissimus: igitur alius prorsus Eleorum et Arcadum affinium Aeolismus, alius Boeotorum, alius Thessalorum; quem vero grammatici Aeolismum dicunt, eius indolem ex Lesbia maxime et Asiaticorum Aeolum sermone poesi celebrato constituerunt: qua de re pluribus dicendi non hic est locus. Sed qui in Peloponneso resedit Arcadum et Eleorum Aeolismus Dorismo, qui ne ab initio quidem ab Aeolica dialecto plane abhorrebat, aliquatenus similis est, quod Dores quoque ab antiquis in Peloponneso colonis multa receperunt: attamen non Dorice, sed plane Aeolice et Arcades et Elei locuti sunt. Instar omnium est Strabo VIII. init. integer legendus; ego haec tantum apponam: Οὕτω δὲ τοῦ Αἰολικοῦ ἔθνους ἐπικρατοῦντος ἐν τοῖς ἐκτὸς Ἰσθμοῦ καὶ οἱ ἐντὸς Αἰολεῖς πρότερον ἦσαν, εἶτ᾽ ἐμίχθησαν, Ἰώνων μὲν ἐκ τῆς Ἀττικῆς τὸν Αἰγιαλὸν κατασχόντων, τῶν δ᾽ Ἡρακλειδῶν τοὺς Δωριέας καταγαγόντων, ὑφ᾽ ὧν τά τε Μέγαρα ᾠκίσθη καὶ πολλαὶ τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεων. οἱ μὲν οὖν Ἴωνες ἐξέπεσον πάλιν ταχέως ὑπὸ Ἀχαιῶν Αἰολικοῦ ἔθνους· ἐλείφθη δ᾽ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ τὰ δύο ἔθνη, τό, τε Αἰολικὸν καὶ τὸ Δωρικόν. ὅσοι μὲν οὖν ἧττον τοῖς Δωριεῦσιν ἐπεπλέκοντο, καθάπερ συνέβη τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις, τοῖς μὲν ὀρεινοῖς τελέως οὖσι καὶ οὐκ ἐμπεπτωκόσιν εἰς τὸν κλῆρον, τοῖς δ᾽ ἱεροῖς νομισθεῖσι τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς καὶ καθ᾽ αὑτοὺς εἰρήνην ἄγουσι πολὺν χρόνον, ἄλλως τε καὶ τοῦ Αἰολικοῦ γένους οὖσι καὶ δεδεγμένοις τὴν Ὀξύλῳ συγκατελθοῦσαν στρατιὰν περὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, οὗτοι Αἰολιστὶ διελέχθησαν· οἱ δ᾽ ἄλλοι μικτῇ τινι ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ᾽ ἧττον αἰολίζοντες· σχεδὸν δ᾽ ἔτι καὶ νῦν κατὰ πόλεις ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται· δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν. Igitur in hoc titulo Eleam Arcadicamque Aeolismi speciem tenemus: quem et in aliis multis rebus, de quibus singillatim monemus, et in omisso spiritu cernere licet: ille enim non scriptura tantum omissus videtur, sed etiam oratione. Sic vs. 1. ἁ articulus, et vs. 2. ἕκατον, item vs. 1. Ἠϝραοίοις: eodem pertinet ἐπιάρῳ vs. 9. et ἐνταῦτ᾽ vs. 10. Digamma non affero, quum Doribus et Aeolibus commune sit: attamen ϝράτρα vs. 1. vix fuerit Doricum. Quae quum ita sint, ex dialecti indole tempus inscriptionis accuratius definire non licet: constat tamen satis esse antiquam, quod recentioribus temporibus Graeci omnes magis magisque ei orationis formae assueverunt, quae a communi intelligentia minus recederet: neque mihi errare videor, si monumentum inter Olymp. 40–60. posuerim. Qua aetate quae rerum Elearum et Heraeensium condicio fuerit, paucis moneo. Etenim Elei civitatem quidem constituebant, non tamen una urbe comprehensam: post Persica demum, Olymp. 77, 2. ex pagis multis (ἐκ πολλῶν δήμων) contracta Eleorum urbs est (Strab. VIII, p. 233. Diodor. XI, 54.); puto tamen in iis pagis iam olim principem fuisse Elidem, quam moenibus munitam addendis proximis paganis auxisse iam Oxylus ferebatur (Pausan. V, 4, 1.). Sic Athenae a Theseo demum sublatis oppidorum singulorum prytaneis magnae factae sunt: fuit tamen iamdudum Cecropia Athenarum arx et locus potissimus. Idem dicendum de Heraeensibus, quorum urbs a Cleombroto vel Cleonymo ex novem vicis condita fertur (Strab. VIII, p. 232.): cui rei non obest, quod Heraeensium conditorem heroem Heraeeum Pausanias (VIII, 26, 1.) dicit: nam etsi haec narratio fabulosa est, patet tamen inde, Heraeensium civitatem perantiquam fuisse; nec tamen de urbe illa verba capienda sunt. Recte Pausanias non Heraeae, sed Ἡραιεῦσι, civitati, conditorem illum fabulosum assignat. Attamen inter novem Heraeensium pagos haud dubie potissimus pridem locus Heraea fuit arce instructa. Arx Heraea fuit Olymp. 101, 2. et manifesto nihil nisi arx, cum subiecto credo pago: illud satis liquet ex Diod. XV, 40. Sed paulo post condita urbs Heraea, quae ut olim (Thucyd. V, 67.), ita tum a Lacedaemoniorum partibus stetisse videtur, quemadmodum Arcadica Orchomenus (Diod. XV, 62.); et occuparant arcem Phigalenses exules, Lacedaemoniorum socii, eo quo dixi anno. Conditor urbis Straboni dicitur Cleombrotus vel Cleonymus: intellige Cleombrotum Spartanorum regem, qui Leuctrica pugna (Olymp. 102, 2.) periit; Cleonymo autem substitue Cleomenem, qui rex factus Spartae est Olymp. 102, 3. (v. Diod. XV, 60.). Ceterum multa, quae in hoc foedere constituitur, Iovi Olympio cedit: igitur ea aetate dixeris Eleos Olympiam tenuisse. Sed hoc non necessarium: potest summo illi in ea regione deo multa pendi, etiamsi Elei tum Olympiam non tenuerint, ut nec Heraeenses tenent. Non dubito tamen Eleos tum summum Olympiae imperium habuisse. Ab Olymp. 1.

usque ad Olymp. 26. Elei Olympico et templo et certamini praefuere sine controversia (Strab. VIII, p. 245.), nisi quod Olymp. 8. Phidon Argivus a Pisatis adductus ludos celebravit, ut auctor est Pausanias: sed post Olymp. 26. Pisatas eorum sacrorum curam recuperasse Strabo refert, quae tamen mox ad Eleos redierit. Contra Pausanias (VI, 22, 2.) solam Olymp. 34. a Pisatis duce rege Pantaleonte Omphalionis f. actam narrat; Olymp. 48. autem, Pisatis imperante Damophonte Pantaleontis f. Elei incursionem in horum fecerunt dicionem, precibus tamen et iurisiurandi religione victi recesserunt: mox Pyrrho Damophontis fratre imperium tenente Pisatae, et qui praeterea desciverant in Triphylia Macistii ac Scilluntii, et ex reliquis subditis Dyspontii ab Eleis subacti et deleti sunt. Quo tempore, crescente Eleorum potentia, probabile est Heraeenses sese Eleis adiunxisse, qui priore loco in foedere nominantur, ut potiores: unde circa Olymp. 50. hoc esse foedus pactum mihi probabile fit. Eius verba mea sententia sic constituenda sunt: Ἀ ϝράτρα τοῖρ Ϝαλείοις καὶ τοῖς Ἠρϝαοίοις. συνμαχία κ' ἔα ἑκατον ϝέτεα· ἄρχοι δέ κα τοΐ· αἰ δέ τι δέοι, αἴτε ϝέπος αἴτε ϝάργον, συνέαν κ' ἀλλάλοις, τά τ' ἄλλ καὶ πὰρ πολέμω· αἰ δὲ μὰ συνέαν, τάλαντον κ' ἀργύρω ἀποτίνοιαν τῷ Δὶ Ὀλυνπίῳ τῷ καδαλημένῳ λατρειόμενον. αἰ δέ τιρ τὰ γράφεα ταῒ καδαλέοιτο, αἴτε ϝέτας αἴτε τελέστα αἴτε δᾶμός ἐντ', ἐπιάρῳ κ' ἐνέχοιτο τῷ'νταῦτ' ἐγραμμένῳ. Hoc est: Ἡ ῥήτρα τοῖς Ἠλείοις καὶ τοῖς Ἡραιεῦσι. συμμαχία ἂν εἴη ἑκατὸν ἔτη· ἄρχοι δ' ἂν τόδε· εἰ δέ τι δέοι, εἴτε ἔπος εἴτε ἔργον, συνεῖεν ἂν ἀλλήλοις, τά τε ἄλλα καὶ περὶ πολέμου· εἰ δὲ μὴ συνεῖεν, τάλαντον ἂν ἀργυρίου ἀποτίνοιεν τῷ Διῒ Ὀλυμπίῳ τῷ καταδηλουμένῳ λατρευόμενον. εἰ δέ τις τὰ γράμματα τάδε καταδηλοῖτο, εἴτε ἔτης εἴτε τελεστὴς εἴτε δῆμός ἐστι, τῷ ἐφιέρῳ ἂν ἐνέχοιτο τῷ ἐνταῦθα γεγραμμένῳ. *Pactum Eleis et Heraeensibus. Societas sit centum annos: eam autem incipiat hic ipse: siquid vero opus sit vel dicto vel facto, coniuncti sint inter se et cetera et de bello: sin non coniuncti sint, talentum argenti pendant Iovi Olympio violato donandum. At siquis litteras hasce laedat, sive civis socialis sive magistratus sive pagus est, multa sacra tenetor hic scripta.*

§. 1. Ἀ ϝράτρά τοῖρ Ϝαλείοις καὶ τοῖς Ἠρϝαοίοις] Asper quum nulli voci appositus deprehendatur, nolim omissionem scribae imputare, sed Aeolismo tribuo. Aeoles enim, ψιλωταὶ dicti, dixerunt ἠμέρα, ἐσπέρα (vel ϝεσπέρα), ἄγιος etc. (cf. intt. Gregor. p. 578. 637.), et credibile parti Aeolum recte tribui, quod universim pronunciat Grammaticus Vaticanus p. 689. ed. Greg. Lips. ὡσαύτως καὶ πάντα τὰ ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενα. Hinc ἀ signavi, non ά. Ϝράτρα autem prorsus Aeolicum: sic ϝρῆξις apud Alcaeum. Trypho πάθ. λέξ. §. 11. Mus. crit. Cant. T. I. p. 34. προστίθεται δὲ καὶ τὸ δίγαμμα παρά τε Ἴωσι καὶ Δωριεῦσι καὶ Λάκωσιν, οἷον ἄναξ ϝάναξ, Ἑλένα Ϝελένα. προστιθέασι καὶ (l. δὲ) τοῖς ἀπὸ φωνηέντων ἀρχομένοις· ἅπαξ δὲ καὶ παρ' Ἀλκαίῳ τὸ ῥῆξις καὶ ϝρῆξις εἴρηται. Hinc Aeolibus βράκος, βρόδον, βρήτωρ: hinc ῥῖγος *frigus*, et alia. Cf. Priscian. I, p. 13. Gregor. et intt. p. 572. Ῥήτρα primitiva significatione est *pactum, conventio, foedus.* Συνθήκην exponit Hesych. v. ubi v. intt. Tabulae Heracleenses: καττὰς ῥήτρας καὶ καττὰν συνθήκαν. Est ille usus Odyss. ξ, 393. Xenoph. Anab. VI, 4, 28. Aelian. V. H. II, 7. X, 18. H. A. XV, 25. Sed proprie non huc pertinent Xenoph. Cyrop. I, 6. decretum ap. Demosth. de cor. p. 255. 21. Tyrtaeus ap. Plutarch. Lycurg. 6. ubi magis *legis* s. *decreti sententiaeque* notio obtinet. Attamen ipsa *legis* vis in eo vocabulo ex pacti potestate nata est, quod in legem conveniunt partes civitatis, legemque quasi paciscuntur: hinc Lycurgi leges ῥῆτραι dictae, non, ut ferunt, quod Apollinis responso debentur. Plura de vocis huius Doricae potissimum et Aeolicae notione v. apud Boissonadum. Rhetram hanc ipsam olim Olympiae positam fuisse, ipse locus docet, ubi reperta est; ipsa quoque multa Olympio Iovi competit, morisque fuit aeri inscripta foedera ibi proponere. Thuc. V, 47. in foedere Atheniensium, Argivorum, Mantinensium, Eleorum: καταθέντων δὲ καὶ Ὀλυμπίασι στήλην χαλκῆν κοινῇ Ὀλυμπίοις τοῖς νυνί. Pausan. V, 23, 3. de formula pacis Athenienses inter et Lacedaemonios: ἔστι δὲ πρὸ τοῦ Διὸς τούτου στήλη χαλκῆ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων συνθήκας ἔχουσα εἰρήνης ἐς τριάκοντα ἐτῶν ἀριθμόν. In τοῖρ P finale pro Σ est: quod Laconibus frequentatum et aliunde constat et ex decreto adversus Timotheum Milesium. Attamen idem Aeolicum esse testatur Eustathius; et de Eleorum usu auctor Strabo VIII, p. 308. ubi de Eretriensibus: Ἐποίκους δ' ἔσχον ἀπ' Ἤλιδος, ἀφ' οὗ καὶ τῷ γράμματι τῷ ρ̄ πολλῷ χρησάμενοι, οὐκ ἐπὶ τέλει μόνον τῶν ῥημάτων ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ, κεκωμῴδηνται. Plato Cratyl. p. 434. C. οἶσθα οὖν, ὅτι ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἡμεῖς μέν φαμεν σκληρότης, Ἐρετριεῖς δὲ σκληρότηρ. Ex hoc Eleorum usu emendandus Pausanias V, 15, 4. τὸν μὲν δὴ παρὰ Ἠλείοις Θέρμιον (Ἀπόλλωνα) καὶ αὐτῷ μοι παρίστατο εἰκάζειν, ὡς κατὰ Ἀτθίδα γλῶσσαν εἴη Θ έ σ μ ι ο ς, ut pro Θέρμιον corrigit Buttmannus. Hinc ap. Hesych. θέρμα, ἄδεια καὶ ἐκεχειρία, h. e. θέσμα, quod interpretes non viderunt. Nec dissimile veri, etiam Aetolorum Θέρμον s. Θέρμα ab eadem esse voce (cf. Müller. Dor. T. I, p. 252.): Aetoli enim Eleorum cognati; et Apollinis quoque in eo loco templum fuit. Ceterum non constans, ut fit in talibus, usus in nostro titulo: sed semel tantum in voce τοῖρ est ante digamma, et infra τὶρ ante T: sed ante idem est ἀλλάλοις, et τοῖς ante Ἠρϝαοίοις. Digamma fuisse in voce Ἆλις, docent nummi, in quibus ϜA et ϜAΛEIΩN (Rich. Payne Knight Alph. Gr. p. 12 sq. Eckhel. D. N. T. II. p. 266.). In alterius populi nomine, quod legebatur EYϜAOIOIΣ, cogitarunt omnes de Εὐαίοις, incolis pagi Argolici Euae (Pausan. II, 38, 6.), qui est in finibus Arcadiae: quod quum mihi non esset probabile, Euam, quam Steph. Byz. dicit πόλιν Ἀρκαδίας, ab illo pago putabam esse diversam, et hanc, quae Elidi propior fuerit, significari. Sed nunc hoc quoque repudio: Argolica et Arcadica Eua haud dubie eadem est, eaque et ignobilis et nimium ab Elide dissita. Nec pro Εὐαίοις facile potuit Εὐαοίοις dici: denique quod de Oec. civ. Athen. T. II. p. 391. de nummo inscripto EYAEIΩN AXAIΩN ex amici

relatione tradidi, non dubito falsum esse: nummus ille, de quo Münterus, non ΕΥΑΕΙΩΝ, sed ϜΑΛΕΙΩΝ ΑΧΑΙΩΝ ostendet: quae autem numismata ΕΥΑ praebent, ea huc non pertinere dudum alii docuerunt. Sed omnem de Eua quaestionem removet perita Gellii admonitio in Diar. class. T. XXIV. p. 402. ultimam primi versus litteram non Υ, sed Ρ esse: hoc vero si non tam rectum est quam in reliquis, cogites sculptorem in spatii augustia primum huius litterae ductum propius ad praecedens Ε admovisse ideoque obliquum fecisse. Attamen vs. 4. littera secunda similis est. Sic fit Ἠρϝαοίοις. De Heraea praeter ea, quae supra dixi, v. intt. Steph. Byz. v. Cellar. N. O. A. T. I. p. 990 sq. Mannert. Geogr. T. VIII. p. 554. Ea civitas haud ignobilis etiam Damarati Olympica victoria nobilitata est (v. Pausan. V, 8, 3. VI, 10, 2.) Olymp. 65. ipso huius foederis saeculo. Nomen gentile Ἡραιεύς ap. Thuc. Polyb. et aliquoties ap. Pausan. item Ἡραεύς, omisso Ι, ut Νικαεύς, notante Stephano: quae mutatio diphthongi ΑΙ in Α licet Aeolibus tribuatur (Gregor. p. 596.), tamen nolim hoc premere. Sed ut Ἡραεῖς, ita et Ἡραεῖοι commode dicebantur: pro quo Aeolicum est Ἡραοῖοι, ut ἐποίγω, μάγοιρος, ὄνοιρος (Greg. p. 605. et intt.). Accedit spiritus mutatio et digamma: Ἠρϝαοῖοι.

§. 2. Συνμαχία κ' ἔα ἔκατον ϝέτεα· ἄρχοι δέ κα τοΐ] Enclitica κ', hoc est κα Dorice et Aeolice, ut patet ex scriptoribus (Thucyd. V, 77. 79.) et inscriptionibus, toties cum optativo in hoc titulo redit, ut dubitari non possit, optativum addito κα s. ἂν usurpatum esse pro imperativo sive huius vim tenente infinitivo: συμμαχίαν εἶναι. Ἔα est p. εἴη ex hoc Aeolismi genere, ut mox συνέαν p. συνεῖεν s. συνείησαν, assumpta in hoc terminatione αν, ut mox in ἀποτίνοιαν. Nam quod ἔα pro ἦν accepit Boissonadus, usum hunc ex Hesychio confirmans, syntaxis vix tulerit. Ϝέτος etiam ap. Hom. et Pind. est, et in titulis Heracl. atque Orchom. Centum annorum indutiae ex scriptoribus notissimae. Sed obscurissima merito haec visa sunt: ΑΡΧΟΙΔΕΚΑΤΟΙ, de quibus quae Knightius p. 114. dixit, non veniunt in censum, neque ea interpretatio, ex qua κα τῷ pro κατὰ τῷ esse dicitur. Praeterea putatur legendum ἀρχῷ Δεκάτῳ, facta societas *sub archonte Decato;* et nomina propria eiusmodi a numeris ordinalibus ducta collegit Boissonadus. Sed dativus insolens est; debebantque duo archontes designari, alter Eleorum, alter Heraeensium. Rursum si nominativum statuas ἀρχοὶ (s. Aeolice ἄρχοι) δέκατοι, hoc est, *per decem archontum decennalium imperium;* ut largiar potuisse ea aetate decennales in illis civitatibus archontes esse, et quum foedus pangeretur, novum magistratum tum ipsum imperium accepisse, tamen nec nominativus aptam structuram habet, nec δέκατοι dici debebat sed δέκα; et inanis ac vacua est universa dictio, quum tempus foederis iam satis definitum sit. Sed praeter annorum numerum solet initium designari, a quo computandum tempus constitutum sit, idque ita, ut annus quidam vel dies definitus ipse dicatur ἄρχειν, vel ἄρχειν τοῦ χρόνου. Thuc. IV, 118. καὶ ὡμολόγησαν ἐν τῷ δήμῳ τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι ἐνιαυτόν· ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός. V, 19. ἄρχει δὲ τῶν σπονδῶν Ἔφορος Πλειστόλας, Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτῃ φθίνοντος, ἐν δὲ Ἀθήναις ἄρχων Ἀλκαῖος, Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος. In pactione Orchomenia §. 3. ἄρχι τῶ χρόνω ὁ ἐνίαυτος ὁ μετὰ Θύναρχον ἄρχοντα Ἐρχομενίυς. Paulo aliter in formula indutiarum in titulo Attico antiquissimo: ἄρχειν δὲ τὸν χρόνον τῶν σπονδῶν τοῦ Μεταγειτνιῶνος μηνός etc. et in locatione Aexonensium: χρόνος ἄρχει τῆς μισθώσεως τοῦ Δημητρίου καρποῦ Εὔβουλος ἄρχων. Decretum ap. Andoc. de myst. p. 47. ἄρχει χρόνος τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ἡ βουλὴ οἱ πεντακόσιοι λαχόντες τῷ κυάμῳ, ὅτε Κλεογένης πρῶτος ἐγραμμάτευε. Iam ad illam normam omissa, qua non opus, voce τȣ̃ χρόνȣ dictum videtur in nostra inscriptione, initium centum illorum annorum esse *hunc ipsum annum.* In quo si anni ipsius accuratiorem definitionem desideres; cogites, neque aliter constituendo verborum sensu accuratiorem posse temporis notationem elici, neque hanc veteres in his actis curasse. Confer modo foedus ap. Thuc. V, 79. Nempe annus designabatur in tabulis aerarii, ubi, quo anno foedus convenisset, notatum erat: ut proinde non opus esse putaverint, ut in ipso inscriberetur foedere. Quibus perpensis scripsi: ἄρχοι δέ κα τοΐ, hoc est: *initium autem sit hic ipse annus,* ϝέτος τοΐ. Confidenter pronuncio cum Bekkero nostro, quocum una hanc interpretationem repperi, τοΐ in hoc Aeolismo idem esse quod Atticis τόδε vel τοδί, ex τὸ formatum, ut ex τοῦτο τουτοΐ: quod quamquam aliunde demonstrari nequit, ex ipso tamen hoc monumento certo colligitur, propterea quod neque hic locus neque §. 4. ubi ταΐ statuo esse τάδε vel ταδί, expediri potest, nisi aut vocabula quasi fidiculis extorta pro simplici dictione huic titulo tribuere, aut illam quam dixi formam agnoscere velis. Nec vacua est haec formula, *Incipiat vero foedus ab hoc anno:* potuit enim etiam insequens annus pro primo centum illorum annorum computari: nunc illa addita hoc constitutum est, *ipsum, qui agatur, annum primum ex illis centum esse.* Ceterum τόϊ et τάϊ, non τοΐ, ταΐ, dictum esse ab Aeolibus non statuerimus.

§. 3. Αἰ δέ τι δέοι, αἴτε ϝέπος αἴτε ϝάργον, συνέαν κ' ἀλλάλοις, τά τ' ἄλλ καὶ πὰρ πολέμω· αἰ δὲ μὰ συνέαν, τάλαντον κ' ἀργύρω ἀποτίνοιαν τῷ Δὶ Ὀλυνπίῳ τῷ καδαληµένῳ λατρειόμενον] Αἰ et αἴτε ubivis obvium non solum Doricum est sed et Aeolicum, ut apud Sapphonem. De formula cf. foedus ap. Thuc. V, 79. αἰ δέ ποι στρατιᾶς δέῃ κοινῆς, vel si malis δέοι cum Boissonado. Ἔπος et ἔργον ut hic ita apud Homerum et Pindarum digamma habent, retentum etiam in Germanicis linguis, *Wort, Werk:* nam nostrum *Wort* est Graecum ἔπος, quod olim opinor ϝέρπος fuit. Romanis *verbum.* Α autem in ϝάργον vetustissimae dialecti est, hoc est Aeolicae: etiam Athenis Ἀργάδεις sunt ab ἔργῳ dicti; et in nonnullis Germaniae regionibus dicitur *Wark,* ante Ρ proclivi mutatione litterae Ε in Α, quod ex Graeci etiam verbi formatione notum. Ἄλλ p. ἄλλα apocope est prorsus insolens et diversa paululum ab iis, quas Doriensibus tribuit Trypho §. 28. Huius-

modi formae prisci erant sermonis; nullus vero Aeolico in Graecia magis priscus. Πολέμω autem scripsi, non πολέμου: illud esse Aeolum, colligas ex Gregor. de Aeol. dial. §. VIII. LI. ubi quod de accusativo plurali dixit, debet etiam ad genitivum hunc accommodari. Insolens etiam πὰρ, ubi περὶ communis usus postulat. Μὰ est reconditioris Dorismi (Theocr. III, 27.), qui fere ad Aeolismum accedit. Mox ἄργυρος Atticis argenti vis non signati nec elaborati; signatum est ἀργύριον: potest tamen in hac dialecto etiam de nummis ἄργυρος dictum esse; quamquam quid vetat quominus in ea aetate eaque regione de argenti pondere non percussi cogitemus? Ipsa multa non magna: nam ea aetate rarum, in Peloponneso praesertim, aurum et argentum; necdum urbani erant Elei et Heraeenses, sed rustici vitam agebant simplicem et a luxu alienam. Ita Lepreatis talentum argenti Iovi Olympio pendendum imperatur ab Eleis (Thucyd. V, 31.). Ἀποτίνοιαν p. ἀποτίνοιεν ad normam aoristi flexum est, ut συνέαν p. συνεῖεν: τύψειαν Aeoles dixisse notatur etiam a grammaticis (Gregor. §. XXVI.): unde facilis transitus ad ἀποτίνοιαν. Δὶ cave putes esse pro disyllabo Διΐ: monosyllabum est etiam num. 16. et aliquoties apud Pindarum. Mox in ΤΟΙΚΑΔΑΛΕ ΜΕΝΟΙ ΛΑΤΡΕΙΟΜΕΝΟΝ est difficultas. Paenitet afferre Knightianum λατρειομένων, sc. ἕνεκα, quod vertit *ad sacros usus;* quo posito reliqua explicat τοί κα δαλημένοι: neque ille genitivus aptus est, neque illo recepto verba bene ordinata sunt. Manifesto λατρειόμενον pertinet ad τάλαντον. Λατρεύειν est *venerationem et officium praestare, etiam donis et sacrificiis numini:* hinc est de multa Iovi pendenda, si altera civitas cum altera consilia vel res gerendas non communicasset. Pro ευ est ει assumptum, λατρειόμενον. Iam ubi hoc cum voce τάλαντον iunxeris, non potest τοί κα δαλημένοι legi, quod perperam interpositum ceteris foret: igitur dativus τῷ κ. τ. λ. statuendus est ad Δὶ Ολυμπίῳ, quod postea vidi etiam Boissonado placere. Iuppiter enim huius foederis fideiussor; igitur si foederis condiciones negliguntur, Iuppiter fallitur. Sed potentiale κα, etsi solet participio addi, non satis hic commodum est, nec §. 4. κα δαλέοιτο legi potest: nam ut εἴ κε cum optativo omnino rarius est (reperitur tamen apud poetas et scriptores aliquoties, etiam in inscriptionibus, ut in donatione Corcyraea); ita in hoc titulo, in quo certus quidam et constans usus, αἰ cum optativo sine κα ponitur: αἰ δέ τι δέοι, εἰ δὲ μὰ συνέαν. Igitur §. 4. καδδαλέοιτο requiritur: atque inde colligi potest etiam §. 3. scribendum esse τῷ καδδαλημένῳ. Et in participio hoc quidem etiam Walpolius voluit compositum ex κατά, licet is τοὶ καδαλημένοι retineat. Iam vero etsi καδδ. legi in utroque loco potest, quod duplices consonae in hoc titulo simplici littera omnes designatae sunt: recte tamen Walpolius καδαλημένοι simplici Δ retinet, syncopen hanc duobus confirmans exemplis. Sed utrumque exemplum falsum est; nam in Inscr. Sigeensi, cuius initium Ἐπιμηνιεύοντος Νυμφίου, vs. 4. κατὴν Σελευκίδα p. κατὰ τὴν merus error lapicidae est, quum illud decretum vulgari dialecto scriptum sit: in testamento Epictetae autem, quod in Theraeis vide, nusquam ΚΑ est p. κατά, ut Walpolius perhibet, sed κατὰ ibi semper et saepissime reperies, κα autem nonnisi pro ἄν. Certiora exempla sunt καβαίνων et κάπετον, illud Alcmanis ap. Hephaest. p. 44. hoc Pindari Olymp. VIII, 39. His confisus retinui καδαλ. Ceterum haec syncope, duplicata tamen consona, Aeolibus tribuitur a Tryphone §. 23. In eodem participio, si id pro perfecto habueris, omissa erit reduplicatio, per arsin, quam vocant grammatici. Hoc quoque prisci sermonis est, etiam Homerici: igitur et Ionicum dicunt, ut est apud Phavorinum et Gregor. p. 461. ac Gramm. Paris. p. 676. (ed. Greg. Lips.) et Doricum, ut Greg. p. 221. Trypho vero §. 21. πάθος Αἰολικὸν esse pronunciat: quamquam haec verba omisit Lascaris. Sed Buttmanno monente καδαλήμενος potius praesens est Aeolicum, ut φιλήμενος et alia: v. Sturz. ad Maittair. de dial. p. 207. Hoc igitur dedi. De passiva significatione verbi καταδηλεῖσθαι immerito dubitatum est, quod vulgo medium esset: certe perfectum δεδηλῆσθαι passivum ex Herodoto et Euripide annotavit iam Schneiderus in Lexico.

§. 4. Αἰ δέ τιρ τὰ γράφεα ταῖ καδαλέοιτο, αἴτε Fέτας αἴτε τελέστα αἴτε δᾶμός ἐντ᾽, ἐπιάρῳ κ᾽ ἐνέχοιτο τῷ᾽νταῦτ᾽ ἐγραμμένῳ] Nunc non de foederis, sed de tabulae laesione dicitur; de foedere erat §. 3. Siquis autem scriptum hoc violaverit, eadem quae in foedere laeso multa constituitur, ut in diris Teiorum: ἐν τῇπάρῃ ἔχεσθαι ὃς ἂν τὰς στήλας, ἐν ᾗσιν ἡπάρη γέγραπται, ἢ κατάξει ἢ φοινικήϊα ἐκκόψει ἢ ἀφανέα ποιήσει etc. Initium explicabat Knightius: εἰ δέ τις τὰ γραφείῃ τῃ: in quo nemo vim optativi commodam iudicabit; nec quisquam Graecorum unquam ita loqui potuit. Simplex et unice apta ratio est, ut dicatur τὰ γράμματα τάδε: igitur γράφεα dudum est ex quo statui esse γράμματα, ut τὸ γράφος dictum sit, sicut τὸ τρύφος; idem vidit Vincentius ap. Knight. Superest ταῖ, quod debet τάδε esse, ut in formula Amphictyonica apud Aeschinem, de qua paulo post. Conf. §. 2. Nam ne τᾷ legam, obest quod paulo post ἐνταῦτα dicitur: τᾷ enim debebat p. τῇδε s. ἐνταῦθα esse; et ne hoc quidem plane aptum est. Schneiderus Lex. v. καταδηλέομαι male hinc citat τὰ γραφέντα: nam in lectione nihil est incerti, ne in littera ◫ quidem, quam quum Knightius putaret Θ esse, finxit Θ in hoc vocabulo commutatum cum Φ esse, ut in θλᾶν φλᾶν, θὴρ φὴρ: sed Φ cur quadratam nunc formam induerit, supra docui. Τὶρ pro τὶς est etiam Laconum. V. Hesych. v. Designantur deinceps, qui, si laeserint tabulam, eadem qua supra multa teneantur: de quibus quae Knightius proposuit, taedet referre. Apertum est non alios designari posse, quam qui foedere obstricti sint: siquis alius tabulam violasset, puniendus erat ex legibus illis, quae de violatis actis publicis monumentisque obtinebant. Igitur nonnisi de Eleis et Heraeensibus explicari ea verba possunt, et excludendi sunt peregrini, etiam μέτοικοι, quibus nulla pars rei-

publicae. Haec ob aliorum prava commenta moneo. Primo loco est ϝέτας, cum digamma, ut apud Homerum: is est *civis*, sed privatus (ἰδιώτης), oppositus deinceps magistratui. Hesychius: ἔται· ἑταῖροι, συνήθεις, πολῖται, δημόται, φίλοι, ἐπίκουροι, ubi v. intt. Cf. paulo post v. ἔτας, ἔταισιν, ac rursum v. ἔται· οἱ πολῖται. Idem: ξυνέται· συμπολῖται, et ὦ ἔτα· πολῖτα. Sic est ap. Aeschyl. Suppl. 250. et in foedere Argivorum et Atheniensium ap. Thuc. V, 79. Huic opponitur, ut dixi, τελέστα, quod Aeolicum p. τελεστής (cf. Gregor. p. 693.), licet in ϝέτας non omissum sit Σ, inconstantiâ usus. Notum est τοὺς τὰ τέλη ἔχοντας esse magistratus universim; peculiariter autem τοὺς τὰ τέλη ἔχοντας Eleorum habes in foedere ap. Thuc. V, 47. Hi sunt τελεσταί. Superest quid sit δᾶμος. Etenim praeter privatos et magistratus dixeris universam civitatem, aut Eleam aut Heraeensem, posse tabulam revellere et confringere, ne foederis memoria supersit: hoc igitur voce δᾶμος significari. Sed tum dicendum potius πόλις erat, ut in diris Amphictyonum ap. Aesch. c. Ctesiph. p. 502. Reisk. εἴ τις τάδε παραβαίνοι ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης ἢ ἔθνος (cf. Polyb. VI, 13, 5.): praeterea quod civitas facit, per magistratus geritur; igitur πόλεως notio inest iam in voce τελέστα. Vera explicatio ex accuratiore rerum notitia petenda erat. Nam quum neque Elei neque Heraeenses ea aetate in unam essent urbem congregati, sed δήμοις s. κώμαις seiunctis continerentur, potuit sane accidere, ut unus vel alter pagus a foedere alienior fieret, quod laesum se a foederatis putaret: quod ne accideret, etiam adversus δήμους aliquid constitutum est. Δᾶμον igitur intellige *pagum:* de illis autem pagis supra dixi, ubi ipsum δήμων nomen ex Strabone attuli. Litteras ἐντ' interpunctionem secuti interpretes sequentibus adiunxerunt; sed interpunctionis vis in veteribus decretis ea potissimum est, ut certa vocabula a reliquis clarius separentur, nulla structurae habita ratione. Ita num. 33. habes, τῶν Ἀθηνέων ἆθλον: εἰμί. Sic nunc post δᾶμος interpunctum est; neque inde colligas ἐντ' ad seqq. pertinere. Nam quod statuitur ἐντεπιάρῳ p. ἐν τῷ ἐπ., quis tulerit Graece doctus? In quarta enim littera E non potest inesse ῳ per crasin admistum, neque ῳ apostropho abiectum esse. Nec opus praepositione ἐν: ἐνέχεσθαί τινι aeque usitatum est atque ἐνέχεσθαι ἔν τινι, ut dicitur ἔνοχος εἶναί τινι, non ἔν τινι. Demosth. de cor. trierarch. p. 1231. 15. τοῖς ἐσχάτοις ἐπιτιμίοις ἐνέξεται. Lysias c. Philocr. p. 832. 23. εἰ οἱ μὲν τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἀπολλύμενα τοῖς κλέπταις συνειδότες τοῖς αὐτοῖς ἐνέχοιντο. Et ubivis. Itaque ἐντ' est ἐστί, quod ut Doribus tribuitur (Greg. p. 280.), ita multo magis Aeolicum fuit. Pro ἱερὸς Aeoles ἶρος dixisse notantur (Greg. p. 589. et intt.), et recte: sed ille Aeolismus Asianus et Lesbius est. Dores dixerunt ἱαρός, quod Peloponnesiaco Aeolismo fuit ἴαρος. Hinc ἐπίαρος p. ἐφίερος, ut in Cumaeo marmore κατειρῶν p. καθιεροῦν, et κατείρωσις: in quibus ει nihil nisi ῑ. Ἐφίερος est adiectivum *de rebus numini oblatis;* hinc placenta ἐφίερος dicta ap. Polluc. VI, 76. ubi varia lectio ἐφίερις vel pravi accentus causa spernenda est. Τὸ ἐφίερον autem s. ἐπίαρον nunc est *multa deo solvenda:* aliud enim alibi pro re nata in illo adiectivo, ubi substantivi loco usurpatur, intelligendum est. Ne conferas τὰ ἐφιερεῖα; aliud est enim ἱερὸν, aliud ἱερεῖον. Αὖτις p. αὖθις, ut Ionum et Dorum, ita Aeolum est ψιλωτῶν: sic igitur nunc habes etiam ἐνταῦτ': accedit synaloephe τῷ 'νταῦτ', retenta tamen littera ι contra receptam hodie regulam, quae in Aeolismo haud dubie non obtinebat. Postremo ἐγραμμένῳ, ut ἐγνωκὼς, ἐγλυμμένος, ἐκτῆσθαι. Ipsum ἔγραπται est ap. Oppian. Cyneg. III, 472. κατὰ δ' ἔγραπται.

12.

Ex Fourmonti schedis, ubi notatur „Ἐν τῷ χωρίῳ τοῦ κουρσαλας in Attica." Ipse in Prooemio Lectionum Univers. Berol. aestivarum a. 1824. edidi nuperrime.

\ΙΗΕΣΘΗ<ΕΘΡΙΕΣΤΕΚΡΙΡΣΤΕΘ
ΣΑΝΛΡΘΘΠΕΡΜΕΣ

Corruptae huius, ut Fourmontianarum plurimae sunt, eoque minus suspectae inscriptionis litteras vides satis antiquas esse; Sigma est ϟ, ut in antiquissimis Atticis ceterisque, quae ob hanc ipsam litteram continua hac serie a me compositae sunt; pro M est M; unde etiam N haud dubie N fuit. E obliquum est, ut solet in vetustissimis; et P uno loco excepto, ubi Fourmontus quidem rotundum praebet, angulare; item A sine dextero crure. Θ, ut Fourmontus titulum dedit, et O vocalis est et Theta: quod quum verum esse non possit, aut Θ vocalem O designat, ut ex iis, quos deinceps posui, et ex Attico militari titulo nummisque aliquot Crotonis et Cauloniae (v. D'Hancarv. Recherch. T. I. tab. II. Eckhel. D. N. T. I. Prolegg. p. CI.) verisimile fit, ac tum pro Θ, ubi Theta est, debuit ⊕ vel ⊗ esse, sicut est in illo Attico; aut Theta fuit Θ, et ubi vocalis requiritur, scribendum O. Vs. 1. litt. 6. pro Θ haud dubie vocalis reponenda est. Sed titulum hunc quum initio putarem fragmentum tantum carminis esse, non ita arbitrabar memorabilem esse; mox eius ratione penitus perspecta, quantivis eum intellexi pretii esse: animadverti enim integrum esse hexametrum heroicum, miramque iam de eo rem

narrabo. Est enim versus ab Hipparcho Pisistrati f. Hermae inscriptus, quo significatur, eo, ubi Herma positus erat, loco mediam viam esse inter Thriam pagum et Athenarum urbem. Verba sunt dialogi de lucri cupidine, quem Simoni Socratico tribui p. 228. C. (Cf. Aelian. V. H. VIII, 2.) de Hipparcho Pisistratide: Ἐπειδὴ δὲ αὐτῷ οἱ περὶ τὸ ἄστυ τῶν πολιτῶν πεπαιδευμένοι ἦσαν, καὶ ἐθαύμαζον αὐτὸν ἐπὶ σοφίᾳ, ἐπιβουλεύων αὖ τοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς παιδεῦσαι, ἔστησεν αὐτοῖς Ἑρμᾶς κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τῶν δήμων ἑκάστων. κἄπειτα ὑπὸ σοφίας τῆς αὑτοῦ, ἣν ἔμαθε καὶ ἣν αὐτὸς ἐξεῦρεν, ἐκλεξάμενος ἃ ἡγεῖτο σοφώτατα εἶναι, ταῦτα αὐτὸς ἐντείνας εἰς ἐλεγεῖον, αὑτοῦ ποιήματα καὶ ἐπιδείγματα τῆς σοφίας ἐπέγραψεν· ἵνα πρῶτον μὲν τὰ ἐν Δελφοῖς γράμματα τὰ σοφὰ ταῦτα μὴ θαυμάζοιεν οἱ πολῖται αὐτοῦ, τό,τε Γνῶθι σαυτὸν, καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τὰ Ἱππάρχου ῥήματα μᾶλλον σοφὰ ἡγοῖντο, ἔπειτα παριόντες ἄνω καὶ κάτω καὶ ἀναγιγνώσκοντες, καὶ γεῦμα λαβόντες αὐτοῦ τῆς σοφίας, φοιτῷεν ἐκ τῶν ἀγρῶν καὶ τὰ λοιπὰ παιδευθησόμενοι. ἐστὸν δὲ δύο τὠπιγράμματε· ἐν μὲν τοῖς ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ Ἑρμοῦ ἑκάστου ἐπιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου ἕστηκεν, ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ δεξιά, Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, στεῖχε δίκαια φρονῶν, φησίν. ἔστι δὲ τῶν ποιημάτων καὶ ἄλλα ἐν ἄλλοις Ἑρμαῖς πολλὰ καὶ καλὰ ἐπιγεγραμμένα· ἔστι δὲ δὴ καὶ τοῦτο ἐπὶ τῇ Στειριακῇ ὁδῷ, ἐν ᾧ λέγει, Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, μὴ φίλον ἐξαπάτα. Vides Hipparchum medio viarum ex urbe in pagos singulos ducentium intervallo posuisse Hermas cum inscriptionibus binis, altera in sinistro, altera in dextero latere: in dextero autem erat pentameter; unde colligitur in sinistro fuisse hexametrum, ut integrum compleretur elegiacum distichum. Nam nisi hexameter praemissus esset, singulares fuissent pentametri: qui etsi in priscis inscriptionibus non sine exemplo sunt (Pausan. V, 27.), tamen cultissimorum poetarum sodali Hipparcho non magnopere conveniunt. Accedit, quod ipsis illis quae recitavimus verbis ἐλεγεῖον vocatur unumquodque Hipparcheorum carmen: ἐλεγεῖον autem constat distichum elegiacum dici. Versu autem sinistrae partis, de quo dialogi auctor ut de priore dicit prius, idem scriptor docet id ipsum comprehensum esse, quod supra dixi, *hoc loco mediam esse viam inter pagum et urbem;* quippe Hermen dicere, sese esse ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου: quae ipsa fere verba hoc huius inscriptionis versu heroico contineri mox patebit. Erat vero Athenis porta Thriasia celeberrima: quo magis consentaneum est, Hipparchum in via Thriam ducente posuisse Hermen. Intervalla ipsa ab ara duodecim deorum, quae pro Romano miliario aureo fuerit, computata esse, optime monuit Müllerus in eximia de situ Athenarum commentatione inserta Encyclop. univers. Sc. et Art. T. VI. p. 237. collato Herodoto II, 7. et titulo Attico Chandl. P. II. n. 25. Atqui illa ara a Pisistrato Hippiae f. (Thuc. VI, 54.) condita erat, et circiter Olymp. 65, 1. iam erat exstructa, ut colligi ex Herodoto VI, 108. potest; eo igitur fere tempore illos Hermas posuit Hipparchus, qui ab Olymp. 63, 1. cum fratribus Athenarum imperium tenuit (Corsin. F. A. T. III. p. 118.), Olymp. 66, 3. caesus. Hinc tituli aetas inter Olymp. 63, 1. et Olymp. 66. definitur, propius tamen, ut videtur, accedens ad Olymp. 63. Nam quum ara duodecim deorum conderetur, tum etiam hos Hermas factos esse, vel certe modico intervallo post, omnino est probabile.

Accipe nunc correctiones. Initio tenuia quidem sed tamen sufficientia vestigia video formulae ἐν μέσῳ, quam dialogi auctor suppeditat. ΕΣ superest intemeratum; sequitur ΘΗ, ex quibus litteris prior fuit O sive Θ: ex altera prior pars addi debet, ut sit OI. Praecedit H, quod fuit M; Fourmontus enim talia ubique confudit. Habes ΜΕΣΟΙ: in quo etsi metrum postulat, ut Sigma geminetur, hoc tamen scriptura non exprimebatur, sed legentibus relinquebatur, quum μέσος vulgo simplici scriberetur sibilo; neque opus in hac quidem voce est, ut ad vetustum morem provocemus, de quo num. 2. et 11. diximus. Praecesserat EM, ex quo nihil superest nisi \I: quod quomodo inter duas illas litteras dispertiendum sit, in ea, qua Fourmontus litterarum ductus delineare solitus est, incuria dici non potest. Sed post ἐν μέσῳ et ante vocem Θριής restat fere hoc: ⊣ΚE. In illo ⊣ dele horizontalem virgulam, et ex isto ‹, quod signum nihili est, inferiore lineola deprompta et cum I composita fac Λ, Gamma. Sic prodiit γε non incommodum huic loco. In secunda linea si quintum elementum est P, de quo non dubito; quartum necesse est vocalis sit. Nempe L superest ex E: nec me movet obliqua lineola sursum inclinata, quae in lapide, credo, deorsum ferebatur. Ita tenemus allocutionem ἄνερ: in qua siquis haeserit, videat epigramma Ithacense a me alibi restitutum, in quo eadem plane allocutio. In fine patet ΗΕΡΜΕΣ: Γ enim in H mutandum vel, quod etiam probabilius, in B. Nec tamen Herma videtur ipse loquens inductus esse, ut collegeris ex dialogo de lucro. Potuit in aliis ex hoc genere ipse loqui; in aliis aliter institutum erat, quod metrum nunc hoc nunc illud suadebat: nam quum pagorum nomina non mediocrem versiculo difficultatem obiicerent, non est credibile illas inscriptiones omnes ad unum conformatas modulum fuisse. Inter voces ἄνερ et Ἑρμῆς interpositum ΘΘ, in quo nihil quaerere licet nisi articulum vel pronomen ὅδε sine articulo passim obvium: spiritum asperum H sive B si requisiveris, cogites eum ex antiquissimis iam temporibus in articulo potissimum omitti: v. num. 16. Coniicias igitur ΟΔ: sed vide, ne in elisione ut tenuis, ita etiam media ante asperum a nonnullis in aspiratam mutata sit; quod vulgo fit in verborum declinatione: ἀμείβω, ἠμείφθην. Quod etsi demonstrare grammatici auctoritate non possum, tamen video Thierschium in Corrigendis ad Pindari editionem et interpretationem Germanicam T. II. p. 349 sqq. hoc ipsum postulare, qui velit πενταετηρίθ' ὅπως, Ἑλλάθ' εὑρήσεις et alia similiter scribi: atque unum certe exemplum etsi non Atticum est

οὐθείς, οὐθέν. Nec tamen id audeo pro regula ponere; a nonnullis id factum esse si statuas, vix poteris temeritatis accusari. Iam accipe versiculum:

ΕΝΜΕΣΟΙΛΕΘΡΙΕΣΤΕΚΑΙΑΣΤΕΟ
ΣΑΝΕΡΟΘΒΕΡΜΕΣ

Ἐν μέσσῳ γε Θριῆς τε καὶ ἄστεος, ἆνερ, ὅθ' Ἑρμῆς. In altero latere erat pentameter eiusmodi, qual auctor dialogi affert; ita ut in utroque viator compellatus fuerit.

13.

Geraniae, quae est Messeniae vel secundum alios Laconicae. Ex schedis Fourmonti.

ΒΙΑΡΟΣΙΨΑΡΟΠΝΟΣΙΗΙΑΡ
ΑΡΙΣΣΤΟΔΑΜΟΣ

Scripturae causa notabile hoc fragmentum, ob formam aspiratae Ψ (v. ad num. 4.) et duplex Sigma (v. ad num. 25.). Sententia obscura est; potest ἰαροῦσι legi, *consecrant;* sed nulla inde videtur structura elici posse, quod subiectum, quantum video, singulare est. Potius septima vs. 1. littera Ι in interpunctionem ⋮ mutanda, item littera 16. Deinde litt. 17. Η corrigenda; debet enim Β esse. In fine videtur nihil nisi ΟΣ deficere. Igitur lego: Ἱαρὸς ⋮ Χαροπῖνος ⋮ ἱαρὸς ⋮ Ἀρισστόδαμος. Charopini nomen notum, non item Charopni. Quid vero ἱαρὸς s. εἰρὸς hoc loco sit, vix certo dixeris; potest de sacrorum ministro esse (Eurip. Iph. A. 675. Ion. 1224.), potest de servo sacro (ἱεροδούλῳ). Posterius praefero. Sic hic titulus index fuerit ἱεροδούλων deo alicui dedicatorum, qui ἱεροὶ dici in titulis solent. Nomina tamen non servilia sunt; sed potuerunt illi viri olim liberi esse, et belli casu in servitutem redacti numinique donati esse.

14.

Argis in templo D. Basilii. Ex schedis Fourmonti.

Α . . . . . ΑΥΡΙΑΙ
. . . ΓΟΝΠΕΔΑΓΘΓΘΘΙ
. . Α . . ΡΟΣΠΕΡΙΚΛΕ . .
. . ΙΚΡΑΤΕΣΔΑΜΟΤ . ΚΕ .
ΑΘΟΝ
. . ΥΤΟΝ

Antiquam esse inscriptionem docent formae, etsi non omnes plane vetustae sunt. Memorabiles formae Σ, item D, et P peculiari ductu vs. 3. obvia, quae est pro notiore R: attamen vs. 4. vides vulgare P. Vocalis O videtur Θ esse, ut num. 12. 17. 18. 19. 37. et in Attica inscriptione militari in Archaeologia Britannica, quam in Atticis vide. Lambda est Ⱶ, prope ut in Polycratea, et num. 17. 18. 19. item in eodem, quem dixi, Attico titulo. Interpretatio mutili huius fragmenti nulla fere reddi potest, nisi quod catalogus nominum est. Vs. 2. έων exitus nominis proprii est, ut Κλέων. Deinde sequitur ΠΕDΑ FΘFΘΘΙ, vox maxime memorabilis, sed, ut solet in Fourmontianis, corruptior: litt. 7. 8. FΘ mutandae in ΙΚ. Sunt enim πεδάϝοικοι, hoc est μέτοικοι. Idem quippe corruptum extat in alia Argiva inscriptione nominum indicem continente num. 19. Οἶκος enim digamma habet, quod notum (cf. num. 4.): et μετὰ Aeolibus maxime, sed etiam Doriensibus nonnullis sonat πεδά: igitur μέτοικος his est πεδάϝοικος. Sequuntur iam horum inquilinorum nomina, ex quibus Α...ΡΟΣ restitui certa via non potest; videtur tamen nomen in α[νδ]ρος desinens fuisse: deinde erat Περικλῆς vel Περίκλειτος; mox nomen in ικράτης desinens, ut Ἰφικράτης. Abstineo me a reliquis: nam in proximis etsi Δαμοτ apertum est, potest tamen vel δαμόται (δημόται) fuisse, vel nomen muliebre Δαμοτική, vel Δαμότας. Vs. 5. prius Θ fuit Theta.

15.

Ex schedis Fourmonti, inter Spartanas inscriptiones, cum lemmate: „Fehassae, prope molendinum."

·· ΛΝΤΟΥΕ ΔΕ ΡΟΕ ΕΥΟ
··ϽΑΜΑΝΟΟΙΤΙΛΕΓΟ ··
'Ꝣ ΕΘΕΚΕΜΕΨΕΡΛ·ΙΤΙΜ
ΔΕΔΟϜΑΖΑΡΚΑΛΟΝ
Ο Ε' · ΛΛΛΚΑΘΑΙΡΟΝ
·· \ι ΡΟΥΙ · Ρ ⁝ΦΟΡΟΜΚ
Λ⁝ ϘΑΕΜΛΛ · ΥΙΥΟ

Mira inscriptio neque intellectum admittens ob lacunas et transcribentis vitia. Litterae partim priscae sunt, ut Θ et Δ; item Ɱ: M et Lambda vulgaria sunt. Forma Ꝣ non potest Ξ esse; nimium enim recens haec forma, neque in ceteris Ionicarum litterarum vestigium reperitur: unde coniicio in illa figura formam litterae Sigma latere, quae est num. 41. satis antiqua. Littera quinta vs. 4. haud dubie digamma est. Vs. 6. apparet OY, sed sitne diphthongus nec ne, diiudicare non licet: magis tamen eo inclino, ut ne diphthongus sit. Ceterum fragmentum versuum esse docent ea, quae perspici queunt. Vs. 1. lege: ... άντου ἐδήδοϝε ὑόν, ... *anti comedit filium*. Ἐδήδοα p. ἐδήδοκα s. ἔδηδα (unde Homericum passivum est ἐδήδομαι); accedit digamma ἐδήδοϝα, ut vs. 4. unde patet prius duorum Ϝ post EDEDO esse in F mutandum. Nota est forma ὑός omisso I; adspiratio autem neglecta est, ut in aliis perantiquis titulis (v. ad num. 43.). Vs. 2. superest: ...αμα νόῳ, τί λέγω. Vs. 3. lego: ὅς ἔθηκέ με φῆρα. Φῆρα i. q. θῆρα: Ψ fuit Φ, de quo non potest dubitari. Vs. 4. ἐδήδοϝας ἄρκαλον: ἄρκαλος Dorice p. ἄρκηλος, de quo vocabulo v. Aelian. H. A. VII, 17. Etiam ursorum catulos ἀρκίλους dici ex Eustathio annotant Lexicographi; et Hesychius habet: ἄρκηλα· ᾠόν. Κρῆτες τὴν ὕστριχα, intellige bestiolam. Vs. 5. agnosco ἀλλὰ καθαίρων, credo de lustratione sive expiatione. Vs. 6. vide ne ὑδροφόρον vel ὑδροφόρων lateat: M certe in Ɱ mutandum. Inscriptionem aut oraculum aut mysticam et telesticam formulam continuisse iudico, quo et reliqua et maxime illud καθαίρων et ὑδροφόρου mentio deducunt.

16.

In galea aerea a. 1817. inter rudera Olympiae reperta, apud Rossium tribunum militarem Britannicum, Anglicae reipublicae in Zacyntho proxenum. Primus edidit Bröndstedius Danus, peregrinator celeberrimus: *Sopra una iscrizione Greca scolpita in un antico elmo di bronzo rinvenuto nolle rovine di Olimpia nel Peloponneso; Napoli, nella stamperia della società filomatica*, 1820. 4. deinde in epistola ad Münterum in Diario Germanico matutino 1820. *Kunstblatt N.* 65. Primi editoris sententiam firmare studuit Sicklerus Diar. matut. 1821. *Kunstblatt N.* 2. Titulum male exhibet Pouquevillius Itin. T. IV. p. 300. (a. 1820.) cui eam galeam emptum obtulerat rusticus; pravoque usus exemplo de eo dixit Boissonadus Diar. class. Vol. XIX. p. 301. Meam interpretationem, quum primum id monumentum editum est, aestate a. 1820. cum amicis communicatam, et per epistolas cum Thierschio nostro, hic ipse mihi plane consentiens exposuit in Diar. mat. *Kunstblatt N.* 26. *a.* 1821. interim inserueram Commentariis Pindaricis Vol. II. P. II. p. 225 sqq. Paulum differt Hermanni explicatio a C. I. Silligio exposita in Böttigeri Amalth. T. II. p. 231 sqq. quam ille vir eximius eodem fere, quo ego in hac re versabar, tempore discipulis suis videtur tradidisse; eam mihi non probari dixi iam in Prooem. Ind. lect. Univ. Berol. hibern. 1822–1823. p. 4. Meam adoptavit etiam Welckerus Spicil. epigr. alt. n. 27. de hac inscriptione disserens. Litterae ipsae accuratissime expressae sunt neque ullam correctionem admittunt: quapropter de iis, quae docti coniecerunt, dicere supersedeo.

ΗΙΑΡΟΝ Ο ΔΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ
ΚΑΙ ΤΟΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ
ΤΟΙ ΔΙ ΤΥΡΑΝ ΑΠΟ ΚΥΜΑΣ

Litterarum formae non nimium vetustae sunt; imprimis Σ memorabile est in tantae antiquitatis titulo: vetusta notabis V, R, et Η spiritum, Δ obliquum, litteram simplicem R pro duplici vs. 4. (v. ad 2.), et in eadem voce apostrophi usum, ut n. 12. 17. 22. notabis etiam O articulum sine nota aspirationis. Galeam ipsam Broendstedius putabat partem fuisse operis Onatae a Dinomene Hieronis f. Olympiae dicati, de quo Pausan. VIII, 42, 2. Sed id opus Dinomenes suo inscripto nomine post patris dedicaverat fata, hoc est post Olymp. 78, 2. quo anno Diodoro auctore obiit Hiero: et notatae in

eo epigrammate omnes Hieronis Olympicae victoriae erant, quarum ultima Olymp. 78. contigerat: de quibus exposui in Comm. Pind. l. c. p. 101. Contra haec galea verbis apertissimis testantibus ab Hierone ipso ob victoriam Cumanam dedicata est; qua pugna a Pindaro Pyth. I. celebrata Tyrrhenos afflixerat Syracusarum tyrannus Olymp. 76; 3. auctore Diodoro XI, 51. quo pertinet aliquatenus etiam Strabonis locus V. p. 379. C sq. Nempe verba Dorice composita haec sunt: Ἰάρων ὁ Δεινομένεος καὶ τοὶ Συρακόσιοι τῷ Δὶ Τυῤῥάν᾽ ἀπὸ Κύμας, *Hiero Dinomenis f. et Syracusii Iovi Tyrrhena* haec arma *a Cumis* dedicarunt: nam ἀνέθηκαν omitti tot docent inscriptionum exempla, ut exemplo non opus sit. Moris autem fuit apud Graecos diis et maxime Iovi Olympio ex manubiis galeas, clypeos et talia dedicare: igitur Hiero devictis apud Cumas Etruscis Iovi Olympio haud dubie statim post victoriam galeas Tuscas ex praeda sumptas cum brevi hoc titulo misit et in thesauro aliquo reposuit: *galeas* inquam plures; plures enim fuisse inde intelligas, quod et aliae duae nullo titulo insignitae simul repertae sunt: huic uni, quae loco maxime conspicuo posita inter ceteras est, titulus inscriptus erat, ut unde essent omnes eodem loco sitae, constaret. Neque obero, siquis, ut Welckerus, plura ex eadem pugna spolia simul dedicata et hac inscriptione comprehensa putaverit: attamen quum saepe unus tantum clypeus, vel una πανοπλία dedicata deprehendatur (Pausan. VI, 19, 9. et 3.), liquet in his donariis non tam muneris magnificentiam spectatam esse, quam rei memoriam apto aliquo dono servandam. Igitur quum Hieronis frater Gelo ob maximam victoriam de Carthaginiensibus Olymp. 75, 1. reportatam cum Iovis signo sane permagno ternos tantum linteos thoraces dedicasset (Pausan. VI, 19, 4.), putabam etiam Hieronem tribus contentum galeis dedicandis fuisse: quemadmodum in alio thesauro tres disci dedicati erant (Pausan. VI, 19, 3.); ut coniicias numerum hunc vulgo receptum fuisse. Neque obest, quod octo quoque spolia dicata videmus (Epigr. anathem. Anthol. 129.): neque enim morem eiusmodi omnes omni tempore observant. Utut est, epigramma uni tantum galeae imponebatur, ut in πανοπλίᾳ a Myonensibus dicata soli clypeo (Pausan. V, 19, 3.). Ubi repositae galeae vel spolia fuerint, nihil attinet exquirere: nec tamen absimile vero, collocatas has res in Geloorum thesauro fuisse (Pausan. VI, 19, 10.). De verbis ipsis non est quod multis dicam: Ἰάρων est Doricum, ut ἱαρός: Συρακόσιοι germana est etiam Atticorum forma, ut monui in Praef. ad Simon. Socr. p. XXXI. Cf. Bekker. ad Thucyd. III, 86. Δὶ monosyllabum notum est ex Pindaro. In voce TVRAN male de Thuriis cogitatum est: Τυράν᾽ est pro Τυῤῥανά; ut Pindarus itidem Dorice Τυρσανοὺς dixit, non Τυῤῥηνοὺς vel Τυρσηνούς: apostrophum supra iam defensum versus causa positum iudico. Etenim dedicantium nomina extra versum posita sunt, reliqua vero constituunt anapaesticum paroemiacum:

– ⏑́ – – ⏑⏑ – –

Τῷ Δὶ Τυῤῥάν᾽ ἀπὸ Κύμας.

Similia exempla, ubi aliquot voces extra versum positas sequitur versus, Pausanias praebet X, 7. 3. V, 27, 1. Adde infra num. 22. Vides autem spolia ipsa Tyrrhena dici: nec credo ex Tyrrhena tantum praeda facta ab Hieronis artificibus esse. Nam quod Hermannus Τυραν per apocopen p. Τυῤῥανῶν esse putat idque vertendum censet *ex aere Etrusco,* plane contortum est, quum alterum sua se simplicitate commendet: equidem neque ad apocopen facile confugiendum iudico, nec genitivum Τυῤῥανῶν concedo esse *ex aere Etrusco:* nec quemquam Graecorum arbitror hoc potuisse intelligere, si pro genitivo positum ab Hierone esset. Itaque valeat aes Etruscum, ex quo facta haec galea a Graeco artifice sit. Quodsi Dodwell. Itin. T. II. p. 327. plurimas galearum Olympiae repertarum docet ita tenues esse, ut militares non fuisse videantur; dubium est, num Rossiana galea ex eodem sit genere: atque ut sit, potuerunt hae galeae corio intus munitae esse, ut bellico usui sufficerent. Ita lintei thoraces satis leves fuerunt, iique tamen militares. Alias galeas cum inscriptionibus vide num. 29. 30. 31. ex quibus postrema et credo etiam altera non militares, sed voti causa fabricatae sunt: de prima infra accuratius dicam.

17.

Argis in D. Demetrii, ex schedis Fourmonti.

. . . . ΟΟΝΑΝΕΘΕΚΕ . . .
. ΝΤΕΑΙϟ+ΥΙϜΟ . . . .
. . . ΕΙΘΓΣΤΟΙΣDΛV . .
. . ΘΣΙΟΙΣΕΝΑΕΘϜΟ . .
. . ΙΣΓΕΤΡΑΚΙΤΕ . . .
ΠΑΡΙΟΝΝΙΚΕΚ . . .
ΡΙΣΤΟΝΟΓϜΙΤΑ . . .

Litterae hic quoque maximam partem priscae sunt, D, Ⱶ, ⊕, Ⅳ, fortasse V (vs. 3.), etsi vs. 2. est Y: item +, et nescio an Θ pro O; sed Sigma est ≶, nisi quod vs. 2. ϟ habes, pro quo haud dubie ≶ fuit. Ceterum ex hoc apographo putes in titulo fuisse Σ: sed mihi certum est Fourmonto hoc deberi, et in lapide fuisse ≶. Versus fuisse heroicos, numerorum, quae supersunt, membra docent: ni

fallor, basi impositi erant, in qua arma ab hoplitodromo numini dicata cernebantur: is autem hoplitodromus vicerat et alios ludos et Olympia. Sic Arcesilai currus, quo Pythia vicerat, in thesauro dedicatus fuit, docente Pindaro Pyth. V. Vs. 1. est: .... όων ἀνέθηκε; vs. 2. ἔντεα agnosco: quae vox convenit hoplitodromo, ut Pind. Olymp. IV, 24. χαλκέοισι δ' ἐν ἔντεσι νικῶν δρόμον. Deinde sequitur ἰσχύϊ λο.... Post ἔντεα aut finis fuit versus, aut incisio, quae tetrapodia bucolica dicitur: eo enim deducit hiatus. Ceterum ἰσχὺς quoque convenit hoplitodromo, qui praeter pedum velocitatem debet etiam robur corporis ad arma gestanda habere. Vs. 3. vix dubito latere Πέλοπς, quae Aeolica dicitur scriptura et pronunciatio p. Πέλοψ esse. Gregor. Corinth. de dial. Aeol. §. XXXIX. Ἀντὶ δὲ τοῦ ξ κσ προφέρουσι, ξένος κσένος, καὶ ἀντὶ τοῦ ψ πσ, Πέλοψ, Πέλοπς. Idem tradit Gramm. Meerman. de Aeol. dial. §. XIV. In quo si quaeris quid inter πσ et ψ intersit, respondeo Atticis ψ et ξ non fuisse πσ et κσ, sed φσ et χσ, sono minus tenui: id quod exempla inscriptionum commonstrant. Cf. Buttm. Gr. Gr. mai. p. 87. 88. Sed in Peloponneso Aeolismus ante Dores regnabat: igitur nihil mirum si ex illo haec scriptura remansit apud Argivos et alios: unde etiam ΔΕΚΣΑΙ in Melia inscriptione (num. 3.); nam Melii Laconum coloni sunt. Quodsi Pelopis nomen non immerito hoc loco agnosco, vicit ille hoplitodromus in Pelopis certamine Olympio; id si statuas, non potest titulus ante Olymp. 66. conceptus esse: cursus armatus enim Olymp. 65. demum receptus Olympiae est (Pausan. V, 8, 3.), et vicit tum Damaratus Heraeensis: nec dubito decem circiter Olympiadibus recentiorem hunc titulum esse. Sequitur vs. 3. τοῖς δ' αὖ, de aliis ludis, et vs. 4. ὁσίοις ἐν ἀέθλοις, de certaminibus sacris, ut Pind. Olymp. XIII, 15. ἱεροῖς ἐν ἀέθλοις: ὅσια enim non nunc credo ἱεροῖς opponi, sed esse *sancta, veneranda*. Vs. 5. de tribus et rursum de quattuor victoriis sermo est, τρὶς τετράκι τε, ut Pind. Nem. VII. extr. τρὶς τετράκι τ' ἀμπολεῖν. Simile habes apud eundem Olymp. VII, 80. de ludorum victoriis: τῶν ἄνθεσι Διαγόρας ἐστεφανώσατο δὶς, κλεινᾷ τ' ἐν Ἰσθμῷ τετράκις εὐτυχέων. Vs. 6. lego: παριὼν νίκη κ.... Qui cursu vincit, παρέρχεται, *praeterit victos*. Νίκη non substantivum est, quod in Dorico hoc epigrammate (nam in fine Doricum est ὁπλίταν) debebat νίκα esse, sed est Doricum imperfectum p. ἐνίκα: v. Theocr. VI. extr. Pind. Nem. V, 5. et nota imperfectum in hoc verbo ex usu positum esse. Vide quae Dissenius in Explicatt. ad Nem. V, 5. in nostra editione monuit. Vs. ult. est ἄριστον ὁπλίταν, qua dictione cum ceteris composita vix dubitabis de ὁπλιτοδρόμῳ dici. Ceterum in versuum finibus tot videntur litterae perisse, ut nexus indagari et supplementa inveniri nequeant.

18.

Ex schedis Fourmonti, cum lemmate „Κουτζοπέδη super puteum", inter Argivas inscriptiones.

ϜΠΔΙΑΝΤΟ⋮ΤΟΥϜΙΚΑ .
ΠΠΔΙΙ⋮ΤΙΑΑ⋮ΒΒΒΒΒ . . . .
ΑϜR⋮ΚΥͰΑΒΟΣ⋮ΒΥΑΡ . . .
ΓΟΙΡΕ⋮ΑͰΚΙΤΟΙΡΑΣ⋮Ι . . .
Π⋮RΛΙΕΥΣ⋮ΙΛͰΥΚR . . . .
ΟΦΕͰͰΟΚͰΕΙΔΑΣ⋮ΚͰΕ . . .
ΔΑΜΟΙΤΑΔΑΙ⋮ΒΑRΙΣΤ . . .
. . Ε . . ΝΥΣΙ . . . ΒΡ . Γ . . .
. . . . . ⋮ΚΙ . . . .

In hac quoque inscriptione litterae aliquot satis antiquae sunt, ut ᐅ, Β, Ͱ, R angulare: Ƹ, non Σ fuisse puto. O vocalis puncto instructa est. Fragmentum est tabulae, quae pecuniarum a variis hominibus collatarum rationes comprehendebat, sed pluribus refertum vitiis. Quaterna puncta modo distinctionem notant, modo videntur evanidae litterae loco a Fourmonto posita esse. Vs. 1. extr. τοῦ ϝικα... legeris, ab εἴκοσι, quod Doribus est ϝίκατι, quae nota res: quodsi verum sit, ου diphthongus plene in hoc titulo scripta fuerit: sed diffido huic lectioni. Vs. 2. init. legendum fortasse ΠΠᐅΙΙ, 562. ita tamen ut pro Η notae Π inscripto fuerit clausum Β. Ibidem quina Β non possunt vera esse; quintum certe debebat minor esse numerus, aut primum maior, ut Π. Ex vs. 3. nihil potui sani exsculpere. Vs. 4. vide ne sit τοίδε: deinde certum est Ἀλκιτοίδας. Vs. 5. agnosco ῥαιεύς: nomen supplendum ab initio ex litteris antegressis. Vs. 6. apertum est Ὀφελλοκλείδας: sequebatur nomen a Κλε... incipiens; qui duo homines videntur gentilicia denominatione Δαμοιτάδαι dici. Post quod vocabulum vs. 7. Β est *centum*, et deinde nomen Ἀριστ... Mitto reliqua.

19.


Ex schedis Fourmonti, cum lemmate „Prope Koutzopodam". Vide num. 18.

Τ . . . . ΙΛ . . Ι . . . . . . Τ . .
Α . . . ΙΛ . . . ΙΙ . . . . Λ . . . Α . . . .
. . ΙΙΙ . Σ . . . ΙΙΛ . . . . . . ΣΑΝ . ΤΙ . . .
. . . ΙΣ . . . ΙΣ . . . ΑR . . ΤΙ
. . . ΝΥΜΑΧΟΣ ⊢ΥΣΙΜΑΧΟΣ ⊢ΥΚΟΦRΟΝ
. . . . . ΚΕΠΙΛΕΝΕΣ ΘΧΙΠΘΝ
ΓΓ . . ⊢ΙΜΑΧΘΣ ΚΛΘΣΤΡΑΤΘΣΛΥΤΙΜΘΙRΑ
. . . ΤΕΣΠΕΡΑϜΘΙΚΘΙ . . . . ΑΝΘΙΝΘ
. . ΣΕϹΣΠΑΝΘΑ⊢ΕΣΣΠ Κ⊢ΕΙΔΑΣ⊢ΕΥΚΙR
ΕΣ ΘΘΕ⊢ΘΝ ΚΑ⊢⊢ΙΣΤRΑΤΘΣ ΒΑΤΕΒΙΚR
Ν ΚΑΝΘΙΑΣ Κ⊢ΕΘΝ
ΑΤΕΣ ΝΘRΑΙΣ ΠΙΚΤΕΑΣ
ΛΥ⊢⊢

De litteris huius tituli foedissime habiti piget dicere; sunt eaedem quae n. 18. sed transcribentis imperitia hinc inde vitiatae, ut pro Ր et R aliquoties est Π et Ρ: nec Σ puto in titulo fuisse sed Ƹ. Ο vocalis nunc Ο nunc Θ est; item Θ etiam Theta est: sed sine lapide quid verum sit diiudicari non potest. Catalogus est nominum Argivus, ut num. 14. Vs. 5. 6. est Λυσίμαχος, Λυκόφρων, Ἐπιγένης, vs. 7. fortasse Καλλίμαχος: dein Κλεόστρατος: sed corrigendum Κ⊢Ε, a Fourmonto deformatum, ut solet. Quod sequitur sitne Αὐτιμοίρας insolens, an Ἀντιμοίρας an Λυτιμοίρας, nescio. Vs. 8. memorabilis omnino vox πεδάϝοικοι, μέτοικοι, de qua dixi ad num. 14. Ρ in ea voce vel D vel ᐅ fuit. Sequuntur igitur μετοίκων nomina, in quibus Πανθάλης, Σωκλείδας (Π enim in Ο mutandum), Λευκι[ρ].., vs. 10. Ὠφελίων (alterum Θ fuit Φ), Καλλίστρατος, Κανθίας, Κλέων etc.

20.

Fragmentum Corcyrae repertum. Nobis misit Creuzerus.



Hoc monumentum etsi antiquiores formas offert, quam ea, quae praecedunt, huc reieci de industria, ut cum aliis fragmentis coniungerem. Versuum ratio mirifica est: qui enim supremo loco positus apparet, *inverso titulo* (cf. num. 21.) a sinistra legendus est; alter item a sinistra; tertius a dextera. Sintne coniungendae lineae necne, versusne sint an soluta oratione composita verba, nescio. Litterae hae sunt. Sigma antiquissima utitur forma M; Mu est Ϻ, N autem Ͷ; Iota fere idem quod num. 7. conf. ad num. 3. E exprimitur forma ad B proxime accedente, ut num. 7. in vase Corinthio: Corinthiorum quippe coloni Corcyraei sunt. Lambda a vulgari forma non multum discedit; Gamma videtur in supremo versu, septimo a fine loco conspici, accedens ad formam C num. 7. vel ᐸ num. 11. certe media est inter has et Ι, quam speciem num. 4. habet. Spiritus asper est 🄱. Diphthongus ου semel in terminatione ut videtur casus scribitur ΟΥ, non Ο: quod parum abest quin recentioris aetatis vestigium esse putem: certe hoc nondum in ullo vere prisco titulo repperi. Et ob hanc quoque caussam recte me fecisse arbitror, quod hoc fragmentum licet vetustissimis litteris insigne non in primis posui titulis. Superiorem versum ita lego: ...ίμου ματρὸς ἐγὼ ἔστα[κα]; ex altero haec legi possunt: τυμοι πολυνο (πολύνου, genit. a πολύνους) ϝαστ.... ubi digamma notabis. Fortasse forma fuit a voce ἄστυ; haec enim digamma habet, et duplex Σ congruit iis, quae ad num. 25. dixi. In tertio versu ultima littera Ρ debet Ο esse: certum est enim legendum esse: .πελοστατο, hoc est [ἀ]πελούστατο.

21.

Ex schedis Fourmonti, ubi lemma: „Super murum monasterii S. Nicolai τοῦ Βωμοῦ prope S. Georgium siti", prope Phliuntem.

Superior versus a sinistra legendus est, et apertae sunt litterae αμασ, ac deinde εκ. Inferior *inverso titulo*, quod num. 20. faciendum fuit, procedit iam a dextera, etsi ϟ quinto loco apparens, si Sigma est, debebat potius inversum esse: sed in hac littera pro versuum cursu varianda non accuratos veteres fuisse docui ad Inscr. Sig. Verba explicet qui possit.

22.

In Lycabetto Atticae inventum fragmentum; misit Mustoxydes, cum lemmate: „ἐν τῇ οἰκίᾳ Σ. Πατοῦσα", Athenis. Ibi vidit etiam Fourmontus, in cuius schedis mutilatum extat: cum Fourmontiano apographo consentit aliud a Rosio transmissum.

Scriptura est βουστροφηδὸν, a sinistra incipiens: litterae sunt antiquae, nisi quod X iam est pro antiquiore apud Atticos +. Prima linea soluta oratione scripta erat, Ἀρχένεως τόδ' ἔστησεν, deinde sequebantur versus: confer quae dixi ad num. 16. Sed vs. 2. in dextera et vs. 3. in sinistra nonnulla perierunt. Quae supersunt, accipe:

ἔστησ' ἐγγὺς ὁδῷ ἀγαθοῦ καὶ .....

Fourmontus lin. 1. quinque ultimas litteras omisit, et ibidem pro ternis punctis binas habet; lin. 2. omisit interpunctionem et Sigma, quod post Ǝ sub primae lineae littera Δ est. Ceterum nota ΕΝΓΥΣ p. ΕΓΓΥΣ, quae ratio scripturae haud rara.

23.

In loco Hieraca in Attica, ex schedis Fourmonti; hinc titulum Bekkerus dedit, cuius apographum imitari quam Benedictinorum praetuli. Editus est in Nov. tract. diplom. T. I. p. 626. unde habet Gébelin (Monde primitif) et Lanzi Saggio di ling. Etr. T. I. p. 103. conf. tab. 1.

Ridicula est Benedictinorum explicatio, de monogrammate somniantium: Ὕλλος μ' ἀνέθηκεν, Ἀριστοκύδης ἐνόησεν: tamen eos secuti sunt Lanzius et Heynius Antiq. Aufs. T. I. p. 93. nisi quod Ἀριστοκλῆς legunt, quod et ipsum una cum altero a Benedictinis propositum erat; secutus est etiam Raoul-Rochette Epist. ad Aberd. p. 40. 52. Suprema linea a dextera legenda est, altera a sinistra, rursum tertia a dextera. Primam autem lineam cave inverso titulo legendam putes, ut Fourmontus videtur arbitratus esse, qui illam lineam pro ima habuit, ita ut duae reliquae inversae appareant: potius prima et duae quae succedunt lineae ex eadem parte consideranti legendae sunt; sunt tamen litterae paulo reclinatiores in primo versu, id quod etiam in tertii versus litteris E videre licet: nempe uterque a dextera progreditur, ideoque in hac re conspirat. Accedit quod, si superior linea inverso esset titulo legenda, ultimum N falsa plane forma scriptum foret. Iam ubi tenueris omnes litteras ex eadem esse parte considerandas, intelliges scripturam fuisse βουστροφηδὸν, et primum versum, qui a sinistra progrediens nomen dedicantis continebat, perisse, exempli causa: Θουκυδίδης τόδε. Iam sequi-


tur ἀνέθηκεν, cuius duo prima elementa Fourmontus more suo ita deformavit, ut monogrammatis vel certe litterarum coniunctarum speciem praeberent: tu corriges ΜΑ, deletis reliquis ductibus. Novam deinde quadratarius ab artificis nomine lineam orditur; sunt autem haec ita legenda: Ἀριστοκλῆς ἐπόησεν. Lambda, quod Attico usu Ⱶ fuit, corruptum est; penultimus autem ductus plane absonus dividendus in Ε et Π est. Ex littera Ε una tantum lineola superest, ex littera Π autem una lineola perpendicularis; ea vero lineola, quae duas reliquas coniungit, a Fourmonto est. *Aristocles* statuarius *Cydoniates* floruit ante Olymp. 70–75. circiter; vixit enim priusquam, Anaxilao Regii tyranno imperante, Zanclae a Messeniis nomen Messanae inderetur (Pausan. V, 25, 6.), quod illa, qua dixi, aetate factum est: contra Heynius Opusc. acad. T. V. p. 353. 378. et antiq. Aufs. T. I. p. 93. hunc Aristoclem male ante Olymp. 28. ponit, deceptus ingenti Pausaniae (IV, 23.) errore Anaxilai imperium huic tempori tribuentis. Ne multa, vide Bentleium Opusc. p. 233 sqq. et Morisanum ad Inscriptiones Reginas, Anaxilai res fuse tractantes: nobis sufficit notasse Anaxilaum Olymp. 76, 1. post undeviginti annorum regnum diem supremum obisse. Eiusdem aetatis est *Aristocles Sicyonius*, Canachi vetustioris frater (Pausan. VI, 3, 4. 9, 1.): vetustior enim hic Canachus est, de quo conf. Müllerum Morgenbl. Kunstbl. N. 16. a. 1821. In nostra inscriptione de neutro horum cogitandum, sed de alio paulo recentiore, ut videtur, eoque si non Atheniensi, certe Atticae incola; quo ducit ipse locus, ubi titulus repertus est. *Cleoetae* Athenis opus fuit vir galeatus, unguibus argenteis, multa cum arte fabricatum (Paus. I, 24, 3.): ei statuae subscriptum erat epigramma, quo se Aristoclis filium dicit (Pausan. VI, 20, 7.):

Ὃς τὴν ἱππάφεσιν [ἐν] Ὀλυμπίᾳ εὕρατο πρῶτος,
τεῦξέ με Κλεοίτας υἱὸς Ἀριστοκλέους.

Hunc igitur Cleoetam et patrem Aristoclem non dubito Atticae incolas fuisse, et eiusdem familiae esse tituli huius Aristoclem: et Cleoetas, ni magnopere fallor, Phidiae fuit adiutor, qui eum Olympiam adduxit, quum Iovis Olympii simulacrum elaboraturus esset: qua occasione Olympiae videtur ἱππάφεσιν excogitasse. Nam quod Heynius Opusc. acad. T. V. p. 378. hunc Cleoetam inter antiquiores artifices rettulit ob ipsum locum Pausaniae I, 24. error est manifestus; etenim Pausanias opus eius Atticum inter τὰ σὺν τέχνῃ πεποιημένα recenset, opponitque τοῖς ἐς ἀρχαιότητα ἥκουσιν: rursus quod ab eo, qui Atticam statuam fecit, distinguit ἱππαφέσεως inventorem, quem Aristomenis filium dicit, magnae est negligentiae; nam Pausanias illud de ἱππαφέσει epigramma ipsi illi Atticae statuae (ἀνδριάντι τῷ Ἀθήνησιν) inscriptum fuisse observat. Post hunc ἱππάφεσιν emendavit *Aristides*, credo Polycleti discipulus, qui in re ad curulia certamina spectante, in bigis et quadrigis faciendis eminuit (Plin. XXXIV, 19. init. et sect. 12.): quod accurate convenit cum eo, quod Cleoetae tribui, aevo. Iam huius Cleoetae pater potest in nostra inscriptione intelligendus esse; sed nihil obest quominus eiusdem filius nominetur, qui opus fecerat Olympiae positum, de quo Paus. V, 24, 1. τοῦτο ἀνέθηκε μὲν Γνῶθις (vel ut cod. Par. Γνᾶθις) Θεσσαλός, ἐποίησε δὲ Ἀριστοκλῆς μαθητής τε καὶ υἱὸς Κλεοίτα: ubi vides Pausaniam ex simili nostrae inscriptione et dedicantis et artificis nomen hausisse. Quae quum ita sint, titulum hunc circa Olymp. 75–85. posuerim; si tamen Θ verum est, nec potius forma pro eo decussata fuit, eum ad Olymp. 85. propius quam ad Olymp. 75. admoverim.

24.

Fragmentum columnae, ex Peloponneso, ut fertur, vel certe finitimis locis a. 1783. Anconam delatum: ubi qui emit marmorarius, cum impolitis saxis sub dio in via ad portum publica locavit coenique et aëris maritimi edacitate litteras consumi viginti per annos passus est, donec id Hannibal Oliverius Pisaurum in Museum suum deferret. Disputarunt de ea inscriptione Corsinus litteris ad Oliverium datis et in Paciaudi Mon. Peloponnes. T. I. p. 80 sqq. editis, ubi p. 78. aeri incisa est, ac nuperrime Welckerus Epigr. Spicil. alt. p. 7 sq.



Ionicae quidem litterae Η et Ω assumptae sunt, merito tamen scripturae species Corsino p. 81. vetusta visa est, etsi ipse p. 87. nihil definit nisi ante Olymp. 100. exaratum titulum esse: etiam Villoisonus Anecd. T. II. p. 162. 168. 169. 171. eum perantiquum censet. Quantum ex Paciaudiano typo valde

obscuro coniicere licet, A vetustum est, media linea deorsum inclinata; P modo rotundum modo angulare; litterae E transversae lineae deorsum vergunt; Mῦ nunc M nunc M, Φ autem potissimum Φ, quae antiqua forma, Etruscae congrua; Lambda est ⊦, et Gamma Λ in duobus prioribus versibus, sed in tertio Γ, cuius rei sane mirae causa reddetur infra.

Versus sunt mista dialecto scripti, assumptis Doricis pauculis Aeolicisve formis ad usitatum in distichis Ionismum variandum, ut solet vel in vetustissimis epigrammatis, sicut in eo quod Onatas pluribus suis operibus imposuit: sed in illis versibus explicandis Corsinus infelicissime versatus est, ubicunque difficultas offertur, caecutiens et in alienis rebus corradendis occupatus, de apto sensu et Graeci sermonis puritate parum sollicitus. Recte tamen quattuor priores voces legit: Ἄρτεμι, σοὶ τόδε ἄγαλμα; vocis σοὶ littera Ω mutanda in O; in voce ἄγαλμα E ex ⊦ natum: nempe qui de exeso lapide haec transcribebat, legendo falsus est. Ἄγαλμα, quod in Naniana columna incertae potestatis est, hic haud dubie imaginem designat; rectissime enim Welckerus iudicat, filii matrisque nominibus vs. 2. positis statuam infantis recens nati a puerpera ex voto dicatam Dianae Ilithyiae significari, ut in Sapphus epigrammate Aristo puellae recens natae imaginem Dianae consecrat. Sed in fine Corsinus supplet εὐεστίως ἀνέθηκε: omittit enim I, P mutat in Y, quod Villoisono, cuius iudicium subinde vacillat, persuasit; et εὐεστίως Corsiniana Graecitate valet *sponte, alacri et cupido libentique animo;* denique apostropho in τόδε admisso et in ἄγαλμα neglecto, ultimâ huius vocis insuper productâ putat iam se hexametrum restituisse, quo fruantur qui quid versus sit nesciunt. Equidem in fine eorum, quae ex primo versu supersunt, vestigia aperta agnosco τῶν ὠδίνων; ante illa apparet ΙΕΡΕΣΙ, hoc est ἱερῆσι, unde iam dativum ὠδῖσιν infuisse patet. Expectabas quidem ΙΕΡΗΙΣΙ: sed E antiquitus pro EI, ac proinde etiam pro HI scriptum esse constat; quod etiam in Ionica litteratura passim retentum docent Dirae Teiorum, in quibus haud semel ΚΕΝΟΣ p. κεῖνος. ΑΥΤΕΣΙ pro αὐτῇσι est etiam n. 71. b. vs. 31. ubi tamen alia res. Ὠδῖσιν aeque poeticum esse atque ὠδίνεσσιν, ex poetis constat, nec dubito ἱερὰς ὠδῖνας dici posse; nam partus sacra res et reverenda. Sic et alia ἱερὰ dicuntur, quae non putes sacra esse, ut ἱερὸς ὕπνος. Ex ἱερῇσι ultima vocalis apostropho abiiciebatur inter legendum, ut bis antea. Iam vero ille dativus excludit verbum ἀνέθηκεν, quod toties omittitur in dedicatoriis formulis; supplendum aliquid aliud. Distichon fere hoc fuit:

Ἄρτεμι, σοὶ τόδ' ἄγαλμ' ἱερῇσ' ὠδῖσιν [ἀμοιβήν]
Ἀσφαλίω μήτηρ Φέρσις, [Ἔρ]ω θυγάτηρ.

Diana, tibi hanc statuam sacri partus remunerationem dedit *Asphalii mater Phersis, Eri filia.* Φέρσις Welckero notante idem nomen quod Θέρσις in Anytes epigrammate Anthol. Epitymb. 649. cui affinia Θερσίτης, Θέρσανδρος, Θερσίλοχος: sic φὴρ θὴρ, φλᾶν θλᾶν et alia. Nomen patris incertum; potest tamen fuisse Ἔρος, quae vox eadem atque Ἔρως. Hoc nomen statuebat iam Corsinus.

Post hoc distichon vacuam unam striam vides: quod non potest sine causa factum esse: nec vestigia scripturae in ea ulla sunt; et sequitur hexameter, qui, si in vacua stria versus aliquis perisset, debebat potius pentameter esse. Neque tamen post tertium versum, qui hexameter est, quarti ullum comparet vestigium: igitur tertius versus suo destitutus epodo est. Quod noli inelegantibus aliquot inscriptionum exemplis defendere; alia causa est, quam tribus verbis designo. Una illa stria vacua relicta significat, versum tertium a disticho plane seiungendum esse; est alterum a priore seiunctum epigramma. Prius est dedicantis, posterius artificis, illud disticho, hoc uno hexametro constans. Sic in Dinomenis donario (ap. Pausan. VIII, 42, 2.) aliud est dedicantis, aliud Onatae artificis epigramma. Atque hinc explicanda scripturae diversitas: in dedicantis epigrammate Gamma est Λ, in artificis Γ. Sed ipsum hunc hexametrum Corsinus lepidissime legit:

τοῦ Παρίου ποίημα καλὸν Διάεο ἔργον:

Diaum Parium artificem fingens, quod nomen ne Graecum quidem in nulla dialecto genitivum Διάεο habere potest; et bis idem dicitur, ποίημα, ἔργον: et litterae plane aliud praebent atque ἔργον. Initio apertum sane τῶ Παρίω ποίημα: in postrema voce Ω transcribenti debetur, et corrigendum O. Scio quidem in Herculanensi inscriptione statuarii Apollonii Archiae f. quam vide in Italicis statuariorum titulis, circumferri ΕΠΩΗΣΕ: sed hoc me non movet, ut in Oliveriana columna elegans epigramma hoc foedatum vitio relinquam. Ποιήματα etiam Onatae opera dicuntur in simili epigrammate apud Pausan. V, 25, 5. In fine vero manifesto est φεύγων, *exul*, ante quod quae supersunt ΙΑΕ, vix aliam admittunt restitutionem nisi ΝΑΕ, νάε, quae reconditior et scriptura et mensura pro vulgari ναῖε; vide ad Fragm. Pind. p. 623. n. 97. In Peloponneso, ubi exul vixit, fecit hoc donarium Parius artifex: et fecisse se id dicit ibi, ubi exul habitabat: ut etiam Onatas cum patria habitationem indicat in epigrammatis (Pausan. V, 25. extr. VIII, 42, 2.), νάσῳ ἐν Αἰγίνῃ δώματα ναιετάων. Ex nomine artificis una restat littera K; non sine causa suppleo Κολώτεω, et integrum versum sic lego:


τῶ Παρίω ποίημα Κολώτεω, οὗ νάε φεύγων,

hoc est: *Parii* hoc *Colotae opus* ibi factum *ubi habitabat exul.* Concinna brevitate plurimae notiones in unum metrum constrictae sunt; nec qui Graece sciat, desideret ποιηθέν. Spatium autem siquis angustius pro tanto supplemento esse putet, etsi incertum est an in columna tam angustum vere sit, sufficit tamen notasse litteras in hoc versu paulo arctiores apparere. Restat ut de artifice dicam, quem ibi, unde deportata inscriptio fertur, artem factitasse docebo; Elide opinor. Philosophos fecisse dicitur ap. Plin. XXXIV, 19, 27. *Colotes, qui cum Phidia Iovem Olympicum fecerat.* Eodem XXXV, 34. auctore Minervam Elide fecit *Colotes Phidiae discipulus et in faciendo Iove Olympio adiutor.* Is fuit Parius. Refert Pausan. V, 20. Olympiae in templo Iunonis fuisse mensam ex auro et ebore factam,

in qua victoribus coronae proponebantur: Κολώτου δὲ ἐστιν ἔργον· εἶναι δέ φασιν ἐξ Ἡρακλέους τὸν Κολώτην· οἱ δὲ πολυπραγμονήσαντες σπουδῇ τὰ ἐς τοὺς πλάστας Πάριον ἀποφαίνουσιν ὄντα αὐτὸν, μαθητὴν Πασιτέλους· Πασιτέλη δὲ αὐτοδιδαχθῆναι (sic enim legendum). Esse hunc eundem, de quo Plinius, multa mihi persuadent. Primum enim, ut ille Plinianus, Olympiae artem exercuit; et finxit ex ebore et auro: hinc adiutorem eum Phidias delegit, qui Iovem Olympium ex ebore et auro fecit; neque eum recentiore aetate vixisse ex ipso colligitur Pausania: tenuis enim de eo fama superfuit iis tantum nota, qui veterum artificum res studiose scrutati erant; nec credibile illam mensam, quae in Iunonis templo posita erat, opus fuisse novicium: denique eius magister Pasiteles αὐτοδίδακτος et ipse in remotiora nos tempora deducit. Quapropter non dubito a vero aberrare Heynium Opusc. T. V. p. 390. qui Coloten Parium a Phidiae adiutore distinguit: quodsi Plinius Parium Phidiae discipulum vocat, videtur id inde collegisse, quod Phidiae socius fuit; Pasitelem autem Colotae magistrum eum fuisse, qui sub L. Lucullo floruit, vix cuiquam Heynius persuaserit, recteque alii illum multo antiquiorem statuerunt. Postremo si tot concurrentibus indiciis hoc tribuendum est, ut Parium Coloten Phidiae aetate in Peloponneso exulem artem factitasse et in nostro titulo inscriptum fuisse putemus, titulus hic circa Olymp. 84. videtur ponendus esse.

25.

Inscriptio Delphis inventa. Edidit Dodwellus Itin. T. II. p. 509. ipse primus explicui in Prooem. Lect. Univ. Berol. hibern. 1821–1822.



Quemadmodum nostris temporibus invaluit, ut monumenta, quo iis priscae gravitatis fucus et quaedam quasi robigo induceretur, barbaris litterarum formis foedaremus; ita Graecis quoque in monumentis speciem antiquitatis affectare placuit. Quod nemo mirabitur in ea aetate, qua Herodes Atticus columnas Triopicas ad viam Appiam priscis litteris distinxit; quippe istud saeculum affectata plura quam nativa tulit: tamen idem illud etiam optimis factum temporibus est. Rem in Praxitelis operibus in Attico Cereris templo collocatis declarat Pausan. I, 2, 4. Γέγραπται, inquit, ἐπὶ τῷ τοίχῳ γράμμασιν Ἀττικοῖς, ἔργα εἶναι Πραξιτέλους: nam Ἀττικὰ γράμματα sunt ἀρχαῖα, prisca illa, quibus ante Euclidem archontem (Olymp. 94, 2.) Athenienses publice erant usi: iisdem igitur etiam Praxitelis aetate Olymp. 104. circiter florentis in illo titulo locum datum videmus; idque de industria notavit Pausanias, quod priscas litteras ea aetate non exspectes. Aliud exemplum sed minus manifestum idem praebet V, 22, 2. ubi de donario Apolloniatum Olympico: ταῦτά ἐστιν ἔργα μὲν Λυκίου τοῦ Μύρωνος, Ἀπολλωνιᾶται δὲ ἀνέθηκαν οἱ ἐν τῷ Ἰονίῳ. καὶ δὴ καὶ ἐλεγεῖον γράμμασίν ἐστιν ἀρχαίοις (ita enim legendum pro vulgato ἀρχαῖον) ὑπὸ Διὸς τοῖς ποσί·

Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα, τὰν ἐνὶ πόντῳ
Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας.
οἳ γᾶς τέρμαθ' ἑλόντες Ἀβαντίδος ἐνθάδε ταῦτα
ἔστασαν σὺν τοῖς ἐκ Θρονίου δεκάταν.

Secundo versu non cum Friedemanno nostro de vers. eleg. p. 310. scribendum ᾤκισεν Ἰονίῳ Φοῖβος ἀκερσ. sed fuit FOIKIΣ: quod ipsum pertinet ad ἀρχαῖα γράμματα, licet non ad Attica. Illud autem opus, vel illa opera, fecit Lycius Myronis f. qui vix potest ante Olymp. 90. poni: quo tempore magnopere dubito Apolloniates priscis litteris vulgo usos esse. Eiusdem rei exemplo meo iudicio Sigeensis titulus est, de quo supra exposui: de aliis deinceps dicam: nunc consisto in Delphica inscriptione circa Olymp. 102. priscis litteris exarata, cuius verba haec sunt: ...ιόθαλος ὁ Πολα..... Βοιώτιος ⁝ ἐξ Ἐρχομενοῦ· Ὑπατόδωρος ⁝ Ἀριστογείτων ἐποησάταν ⁝ Θηβαίω. Scriptura prorsus antiqua est; devitatae vocales H et Ω, item Ξ: spiritus H tamen omissus est, ut in titulo Hieronis aliisque, etiam in Atticis ante Euclidem passim: Ψ idem quod Ψ, hoc est χῖ, de quo v. ad num. 4. Antiqua etiam B angulare, L, R, hoc quoque angulare, D, Ϟ, item litterae Π forma rotundior, ut num. 31. aliaque, in quibus scripturae forma proxime ad Etruscam accedit; de quibus rebus quum toties monuerim, taedet explicatius dicere. Omnino nihil novicium est, si Θ vs. 1. et litterae Π formas perversiores exceperis: sed haec videntur aut transcribentis aut quadratarii deberi incuriae. Osannus quidem Syllog. p. 6. miratur me fugisse, litterae Sigma formam cum reliquo alphabeto, in quo formae R et D, loco vulgarium P et Δ, antiquitatem multo remotiorem spirantes compareant, ita non congruere, ut hinc argumentis, quibus lapidis antiquitatem impugnavi, novum idque firmissimum addere potuissem. Quod mirari desinet, ubi istud


argumentum viderit nullum esse. Neque enim R et D tantum cum S vel M (nam Ͷ, quod Osannus apponit, nunquam Sigma est), sed etiam cum ϟ componitur, ut omnino S et ϟ non diversae species sunt, sed tantum eatenus differunt quatenus P rotundum et angulare. Ne plura, D, formam Latino R similem, et ϟ coniunctas habes num. 14. ϟ et R angulare num. 34. 38. et in marmore Attico Nointeliano, quod vide in Atticis militaribus. Immo, quod etiam maius est, D et R et Ƹ componuntur: ita D et Ƹ num. 17. R et Ƹ num. 16. 18. 19. postremo D, R, Ƹ in Attica inscriptione militari antiquissima, quam cum Nointeliana edam. Sed ut hinc redeam, in hac inscriptione interpunctionis loco tres lineolae usurpatae sunt, nisi tria haec puncta fuerunt (⁝), quod antiquissimum fere distinctionis genus est: certe lineolas pro interpunctione scriptas esse nondum vidi, nisi in Attico Demostheneae aetatis titulo (Oec. civ. Ath. T. II. p. 251.), sed dubitationi obnoxias. Praeterea duo insunt memorabilia, Ἐρχομενοῦ p. Ὀρχομενοῦ, quod ex inscriptionibus et nummis nunc iam notum (v. Oec. civ. Ath. T. II. p. 383 seq.); et quod in Aristogitonis nomine Σ ante T duplicatum est. Sed hoc quoque haud rarum est; [ΑΡΙ]ΣΣΤΩΝ conspicitur num. 1. ΑΡΙΣΣΤΟΔΑΜΟΣ num. 13. ΤΕΛΕΣΣΤΑΣ (ΤΕⱵΕƸƸΤΑƸ) in Attico militari titulo, quem modo memoravi, ΑΣΣΤΕΑΣ in vase Neapolitano suo loco memorando; in Attica inscriptione de viro Olynthio Mus. Brit. 169. est ΑΣΣΚΛΗΠΙΟΔΩΡΟΣ, ut in plumbo Corcyraeo ΑΣΣΚΛΗΠΙΟΔΩ... in Deliaca ΜΟΣΣΧΙΩΝ, in Italicis statuariorum titulis ΑΣΣΤΡΑΓΑΛΟΣ ΝΕΣΤΟΡΟΣ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ, utraque ratione brevissimo spatio coniuncta: nempe talia passim etiam in recentibus titulis ex antiqua scriptura remansere, sed sine constantia. Quod nisi fallor, haec scriptura pinguiorem designabat sonum, non multum abludentem a nostro *sch*, quod in nonnullis Germaniae terris etiam pro S ante T pronunciatur, ut *ist* sonet *ischt*. Sic fere Ἀρίστωνα nonnulli pronunciaverint, et pro Moschione *Mosch-chionem*. Et vide ne pinguior ille sonus Doricum *San* fuerit potissimum.

Iam ut de ipso argumento dicamus, haec inscriptio statuae aereae, Pythii credo victoris, subscripta legebatur: is fuit *Boeotius vir ex urbe Orchomeno*; sed ipsius patrisque nomina ita mutilata sunt, ut restitui non posse videantur: pater fortasse *Polanor* dictus; Centauri certe nomen Polenor est ap. Pausan. V, 5, 5. ubi tamen liber Parisinus Πυλήνωρ. Addiderunt sua nomina artifices, qui statuam communi perfecerant opera: Ὑπατόδωρος, Ἀριστογείτων ἐποησάταν Θηβαίω: in quo praeter Doricae dialecti insolentiam notabis dualem de industria adhibitum et καὶ omissum, item vocabulorum collocationem minus suetam, qua priorum hominum simplicitatem aemulari artifices illi studebant. Similiter et eandem ob causam scripsit Pausan. VI, 19, 1. τὸν δὲ ἀνδριάντα οἱ Πτόλιχος ἐποίησεν Αἰγινήτης: et in apotheosi Homeri, anaglypho notissimo, legimus: Ἀρχέλαος Ἀπολλωνίου ἐποίησε Πριηνεύς. Hypatodorus floruit Olymp. 102. simul cum Polycle, Cephisodoto, Leochare insignis statuarius (Plin. H. N. XXXIV, 19.): una cum eo operatum esse Aristogitonem docet Pausan. X, 10, 2. ubi de Delphicis Argivorum donariis, ex aere factis haud dubie: Οὗτοι μὲν δὴ Ὑπατοδώρου καὶ Ἀριστογείτονός εἰσιν ἔργα, καὶ ἐποίησαν σφᾶς, ὡς αὐτοὶ Ἀργεῖοι λέγουσιν, ἀπὸ τῆς νίκης, ἥντινα ἐν Οἰνόῃ τῇ Ἀργείᾳ αὐτοί τε καὶ Ἀθηναίων ἐπίκουροι Λακεδαιμονίους ἐνίκησαν. Hypatodori aeream Minervam apud Alipherenses Arcadiae ob magnitudinem artemque idem laudat VIII, 26, 4. Thebanum utrumque fuisse ex hac demum inscriptione innotescit: in qua quod Aristogitonis nomen agnoscimus, adeo certum est, ut nihil addendum iudicemus: illud notabile, quod Hypatodori nomen et in hoc titulo et apud Pausaniam, qui Delphico itidem titulo innixus est sub illis donariis posito, priore collocatur loco: unde Hypatodorum Aristogitonis vel magistrum vel patrem fuisse colligas: credo vero patrem fuisse. Quippe ap. Cyriac. n. 224. in Thebana inscriptione habetur Ὑπατόδωρος Ἀριστείδαο; quem recentiorem Hypatodorum cum patre Aristide ex eadem putaverim familia fuisse, ex qua vetustus ille fuit Hypatodorus. Iam vero quum illius recentioris Hypatodori pater Aristides fuerit, probabile fiet etiam Aristogitonem eiusdem fuisse familiae ideoque fortasse filium Hypatodori artis socii: ita enim in familiis variari nomina solent, ut ab Aristide Aristogiton vel ex Aristogitone Aristides denominetur (v. Oec. civ. Athen. T. II. p. 235.). Postremo licet de pugna apud Oenoen nihil mihi certi cognitum sit, tamen Hypatodori aetas definita tituli quoque huius aetatem demonstrat: illud addo, non potuisse post Olymp. 104, 1. a Thebanis artificibus Orchomenii viri statuam confectam esse, quod eo anno Orchomeniorum civitas ab ipsis Thebanis funditus sublata est. V. Oec. civ. Ath. T. II. p. 371.

26.

In duabus columnis ex marmore Carystio, in via Appia tertio ab urbe lapide positis et apud sepulcrum Metellae repertis. Translatae erant in hortos Farnesianos, posthac migrarunt Neapolin: unde Parisios delatas audio, ex qua tamen urbe redierunt. Primus transcripsit Smetius fol. V, 3. ex quo dedit Gruterus p. XXVII. 1. Scripturae formam olim studiose explicuerunt duumviri Ios. Scaliger ad Euseb. p. 102 sqq. ubi versus male divisi, et Cl. Salmasius in libro, cui index: Duarum inscriptionum veterum Herodis Attici Rhetoris et Regillae coniugis honori positarum explicatio, cum notis ad Dosiadae aras etc. Paris. 1619. 4. passim et dedita opera p. 29—57. Quae de consecratione templi in agro Herodis commentatio recusa est in Crenii Museo philolog. sec. Sed illi haeserunt tum in rebus hodie pervulgatis. Ex Grutero dedit Montfauc. Palaeogr. Gr. p. 135. (cf. p. 140 sq.) et perversissime inde Murat. T. I. p. XCIX. 2. ob quod vapulat Hagenbuchio Diatr. p. 14 sqq. et Saxio Act. litt. Soc. Traiectin. T. II, p. 267 sq. Ante Murat. dederat Chishullus Inscr. Sig. §. 5. Ant. As. p. 10. male divisis versibus, et inde iterum Murat. T. IV. ad p. MMCIV. Praeterea habent Shuckford. Harm. sacr. et prof. script. T. I. p. 176. ed. German. Lanzi Saggio di ling. Etr. T. I. p. 114 sq. cum specimine scripturae tab. IV. et particulam ex iis depromptam

vides in Nov. tract. dipl. T. I. p. 626. (cf. p. 634 sq.). Minusculis repetiit Viscontus Inscr. Triop. p. 6. Mitto alios, qui de his inscriptionibus passim apta aut inepta protulerunt. Nos Smetii fere exemplum expressimus, ex quo manarunt cetera, ex Lanzio paululum attenuatâ caudarum curvaturâ, quae manifesto erat nimia.



Scriptura est prisca Attica, quod primus Salmasius vidit, quum Scaliger dixisset Ionicam; nec quidquam ab regula deflectit, quam Herodes Atticus, vir rerum antiquarum peritissimus, tenebat optime: caudas litterarum A, Λ, M, N apud Smetium nimium incurvas, non esse in columnis potest ex Lanzii nota perspici, qui lapidum scripturam magis etiam quam in suo specimine quadratam et distinctam esse observat: ceterum omnes litterae iustas formas habent: Σ proxime accedit ad formam basis Deliacae; + est Ξι, ut in vetustissimis Atticis. Asper H accuratissime positus est; pro OY est O: utrumque autem adeo diligenter observatur, ut vel negatio οὐ scribatur hic O, et asper etiam in media voce ENHOΔIA expressus sit, strictissimam normam sequente viro critico. Etenim, ut omnino nullum fere usum ab omnibus constanter servatum in his rebus esse, Corpus hoc inscriptionum edocebit eos, qui palaeographicae adhaerent superstitioni; sic etiam, etsi vel ante Euclidem et aliquot Olympiadibus post in negandi vocula OY vulgo apud Athenienses non O scriptum est, tamen pro eodem aliquando O positum esse vel Marmor Sandwicense persuadere potest Olymp. 101. exaratum, in quo OK habetur; ut OϘ in dubio Leucadico titulo; et sic Philoxenus Cytherius, qui fere Euclidis Attici archontis aetate floruit, O pro οὖ scripsit ad Dionysium. Suid. v. Φιλόξενος: Μεταπεμπομένου δὲ Διονυσίου αὐτὸν καὶ ἀξιοῦντος διὰ γραμμάτων ἐλθεῖν, Φιλόξενος ἀντιγράφειν μὲν οὐκ ἔγνω, λαβὼν δὲ βιβλίον τὸ O (olim fuit α, pro quo Scaliger ad Euseb. p. 107. legebat οὖ, notans οὖ esse nomen litterae O, quae nota res) στοιχεῖον ἔγραψε μόνον πολλάκις ἐν αὐτῷ, διὰ τούτου δηλώσας, ὅτι τὴν παράκλησιν διωθεῖται. Eadem fere sunt in Appendice Proverb. Vatic. ubi diserte O. Eodem pertinent versus Ausonii Epist. XXV.

Una fuit tantum, qua respondere Lacones,
littera: et irato regi placuere negantes.

Sciens omitto Hesychii glossam Boeoticam ὁ πίττομαι p. οὐ πείθομαι (ubi v. intt.): haec enim ad sermonem, non ad scripturam pertinet. Iam ut de voce ENHOΔIA dicam, invitum me cogit Osannus Syll. p. 72 sq. ut paulo enucleatius disseram. Qui veteres et recentiores grammaticos, in quibus sunt Matthiae et Buttmannus, refutaturus, collatis, ut ait, quotquot extant, Atticae antiquitatis monumentis pronunciat spiritum asperum intermedium Atticis inusitatum fuisse; et reprehendit Herodem, in cuius columnis ENHOΔIA sit, quippe in quibus scripturae antiquatae vestigia cum recentioris dialecti idiomatis sine ullo discrimine confusa sint. Sed, mihi crede, nihil neque in oratione neque in litteris novicii inest, quas ille antiquitatis studiosissimus rhetor magis calluit quam potest nostrum quisquam. Nam in E recto pro inclinato nemo haerebit. Ceterum universa res eo redit: ut grammatici, si quasdam voces exceperis, in quibus spiritus intermedius pro sibilo Doricus est, spiritum intermedium sine dialecti discrimine admittunt (vide locos ap. Villois. Prolegg. Hom. p. II. quem iam Osannus attulit), sic in inscriptionibus nulla dialecti differentia assumptum eum esse, sed tamen raro, quod et initio vocum scribi asper mature desitus est, et in mediis vocibus minus distincte auditus eamque ob causam in scriptura etiam frequentius omissus est. Interim Herodes se tuebitur inscriptione Attica de templi Poliadis exstructione ante Euclidem exarata, in qua sine controversia TPIHEMIΠOΔIOΣ: qua sola ad rem rectius diiudicandam opus erat. Neque obsunt voces ἀντήλιος, λεύκιππος et similes ab Osanno in suam sententiam allatae, quas spiritus neglectionem ex Ionismo retinuisse, et notatum iamdudum est et probant diversae formae Atticae ἐφάμιλλος, ἐφήμερος et innumerae. Neque vero in Doriensibus titulis et in ipsis Magnae Graeciae inscriptionibus constantior inter-

medii spiritus usus, quum in tabulis Heracleensibus haud raro sit omissus: in quibus quod spiritus nota Ͱ pro H adhibita est, in eo discrimen aliquod quaerit Osannus. At quid notae diversitas ad pronunciationem? Sed eam ipsam notam, ut hoc in transcursu moneam, non in solis Magnae Graeciae monumentis (ut in Heracleensibus tabulis, in vasculis et aliis et Paestanis, nummisque) reperiri adversus Mazochium docet Osannus: et testem affert tabulam aheneam Lacedaemone consignatam apud Maffei. Mus. Veron. p. CCCCXXXIV. in qua itidem Ͱ sit spiritus asper. Tu scias istam, quae Lacedaemone consignata fertur, tabulam esse ipsam Heracleensem ex binis unam. Postremo quod in Lithostroto Praenestino est ΕΝΗΥΔΡΙΣ, largiar potuisse ex Italico usu derivatum esse, modo concedas pronunciatum illis temporibus ibi esse H: unde frequens in Latinis titulis scriptura *Euhodus, Enhodia, Epanhodus, Proshodus;* quorum exemplorum nubem congerere poterunt, qui indices Thesaurorum consulent: et in manuscriptis quoque *exhedra* et talia reperiuntur. Herodem quidem iis, quae supra dixi, satis defensum arbitror. Idem hoc quoque antiqui moris studio dedit, quod paucissima singulis versibus elementa continentur; id quod priscos Atticos fecisse, vidimus num. 9. Quae scriptura, ut hic in columnis usurpata est, ita a columnarum similitudine meruit denominationem κιονηδόν. Quodsi eam potissimum scripturam admodum raram, qua series litterarum singularum alterius infra alteram positarum deducitur, κιονηδὸν appellare docti solent, hoc quoque recte fieri concedo: sed frequentior fuit prior illa scripturae forma vere κιονηδόν. Plane falsus autem eorum loquendi usus, qui vulgatam scripturae speciem ita adornatam, ut uniuscuiusque versus litterae singulae accurate sub singulis prioris versus elementis positae sint, κιονηδὸν appellant; quod potius στοιχηδὸν dicendum.

Tib. Cl. Herodes Atticus, patria Atheniensis Marathonius, cuius ingenii monumentum inter oratores Graecos superest, qualis fuerit, ex vita a Philostrato scripta plane perspicitur. Is Hadriano Principe natus usque ad Commodum perduravit, sub M. Antonino Pio a. 143. consul ordinarius, vir eloquentia, eruditione, nobilitate, opulentia, liberalitate, morum singulari indole in paucis tum insignis. Qui quum sese totus antiquis scriptoribus dedisset (προσέκειτο πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, ait Philostratus vit. Soph. II, 1, 14.), ne criticam quidem neglexit: τοὺς δὲ κριτικοὺς τῶν λόγων, refert Philostratus, Θεαγένει τε τῷ Κνιδίῳ καὶ Μουνατίῳ τῷ ἐκ Τραλλέων συνεγένετο. Eum igitur consentaneum est in titulis sanctissimis condendis priscae litteraturae robiginem affectasse: quod unum fugit Scaligerum, has formas in Italia diutius perdurasse opinantem. Cave tamen Chishullo p. 10. credas, qui Hadriani Sophistae verba, Πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα (ap. Philostr. II, 10, 2.), ad has columnas rettulit: non pertinent ea ad Herodem, sed ad ipsius Hadriani laudem, qui Tyrium se iterum ex Phoenicia in Graeciam litteras attulisse iactabat. Sed quaesitum est, quomodo Herodis aequales legere haec obsoleta potuissent: quid enim non quaerunt otiosi homines, in tenuissimis haerentes rebus, dum maioribus impares sunt? Et Biagius (de tessera hosp. Petil.), ut huic difficultati mederetur, vulgaribus litteris conscriptam interpretationem appositam fuisse commentus est: qui nescio cur non etiam Latinam translationem postulaverit, quae admodum poterat utilis esse. Nos in huiusmodi lusu, qui aequalibus haud dubie placuit, explicatione non opus esse intelligimus: nec magis Gothicis litteris, quibus apud nos subinde tituli concipiuntur, interpretationes appositas videmus. Nunc accipe columnae utriusque inscriptionem.

Καὶ οἱ κίονες Δήμητρος καὶ Κόρης ἀνάθημα καὶ χθονίων θεῶν. καὶ § οὐδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ τοῦ Τριοπίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ τρίτου ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ ἐν τῷ Ἡρώδου ἀγρῷ· οὐ γὰρ λῷον τῷ κινήσαντι. μάρτυς δαίμων ἐνοδία. *Etiam columnae Cereris ac Liberae sunt donarium et inferorum deorum. Et § nemini fas demovere ex Triopio, quod est ad tertium ad viam Appiam lapidem: neque enim utilius moventi. Testis dea vialis.*

Vides me, quam Smetius alteram columnae partem dixit, priorem ponere: quod non omnes fugisset interpretes, si verba et sententiam accurate examinassent. Quattuor enim de his inscriptionibus possunt sententiae proponi: aut enim columnae utriusque et maior et brevior inscriptio per se est absoluta, aut maiorem continuat minor, aut minorem maior, aut desunt aliae, quibus hae continuentur, columnae: utcunque statueris, quod de alterutra statuas columna, de utraque concedendum est. Eadem est enim utriusque inscriptio, nisi quod in altera litterae ΙΕΝΤΟΙ post vs. 12. vitiose omissae sunt, et quod in eadem in fine καὶ additum, de quo statim dicam. Iam ex quattuor illis sententiis ut de ultima primum dicam, Smetius ob ipsum hoc καὶ coniecit alias desiderari columnas. Sed id minime probabile est; nam tum, quum duae hae columnae eodem reperirentur loco, tantum has duas inter se convenientes et praeterea nullam dissimilem inventam esse, si plures dissimiles fuissent, quis credet? Igitur nullis aliis hae columnae videntur continuatae esse. Neque maiorem inscriptionem continuat minor, ut vulgo putant: nam ineptum est testes vocari *deam Hecaten et columnas;* in quo etiam μάρτυρες p. μάρτυς exspectaretur. Superest aut ut longior continuet breviorem, aut ut seiuncta utraque sit. Posterius ideo non probabile, quod et in fine minoris aliquid desideratur et initio prioris: quod eo deducit, ut breviore longiori praemittenda utriusque defectus compleatur. Nempe initio longioris inscriptionis μετακινῆσαι non habet obiectum, quod subintelligi commode non potest; praemitte minorem, et obiectum erunt οἱ κίονες. Iam vero in altera columna in fine minoris est καί: unde Viscontus p. 6. non male coniecit addendum Ῥηγίλλης: verum neque in illa columna quidquam deesse iam Smetii potest auctoritas docere, qui si oblitteratarum litte-

rarum vestigia deprehendisset, non coniecisset alias perisse columnas; neque in altera columna quidquam periit, in qua tamen et ipsa debebat καὶ Ῥηγίλλης positum esse, si hoc in priore positum erat. Contra καὶ, quod in altera est, facile potuit in priore omitti, quod tantundem est additum sit necne. Quodsi quis putet, minorem inscriptionem non posse pro priore haberi, quod brevior sit, respondeo quadratarium de industria dedicationis formulam a formula prohibendi seiunxisse, ideoque breviorem factam esse priorem inscriptionem. Denique ipsa res postulat, ut dedicatio prior sit imprecatione et lege, quae vetet, ne dedicata amoveantur. Brevioris autem inscriptionis initium fit a καί, quod *alia quoque* dedicata Cereri et Liberae et inferis diis erant. *Etiam columnae, inquit, illis dedicatae sunt,* ut reliquum Triopium, de quo statim dicam: *neve quisquam eas amoveto.* Nempe ad introitum Triopii, ni fallor, positae ex adverso hae columnae erant. De singulis minoris inscriptionis verbis non est quod multis dicamus. Χθόνιοι θεοὶ ipsae sunt Ceres et Proserpina, quod in vulgus notum; sed Hecate quoque, quae in fine alterius inscriptionis memoratur, et Pluto et Erinyes et Aegyptiaci aliquot dii χθονίοις comprehenduntur, quod ex Artemidoro notavit iam Salmasius p. 15 sq. Ridicula Montfauconii ratio, qui καταχθονίων legebat, + putans esse κατά, χ ipsum autem omissum esse.

Ut multa Herodes in Graecia liberalitatis suae monumenta condidit, sic in defunctis venerandis prope nimius fuit; qui et Elpinices filiae mortem tulit gravissime et alumnorum mortuorum memoriam multis consignavit lapidibus, ex quibus aliquot edemus in Atticis. Quippe placuit illi *ludere in suis marmoribus*, ἐμπαίζειν τοῖς ἑαυτοῦ λιθαρίοις, ut ipse dicit ap. Philostr. II, 1, 10. Impensissime tamen coluit manes uxoris, Anniae Regillae, feminae nobilissimae. Quae quum duos prius filios totidemque filias enixa, octavo esset mense gravida, iussu Herodis ferebatur ab huius liberto Alcimedonte verberata esse et ex abortu obisse. Quapropter Herodes ab illius fratre App. Annio Bradua caedis postulatus est, sed absolutus. Etenim neque Herodes tale quid adversus Regillam iusserat, et defunctam luctu erat gravissimo prosecutus: nam et theatrum ei dicaverat et mundum eius in Eleusinio suspenderat, totiusque domus facie immutata oecorum picturas atro colore vel pullatis aulaeis induxerat Lesbioque lapide, donec amicorum cedens dicteriis nimium dimitteret luctum (Philostr. ib. 8.). Quae res post consulatum Braduae ordinarium, qui a. 160. accidit, gestae sunt, aliquot ut videtur annorum intervallo. Neque dissimile vero, Herodem post accusationem luctus signa etiam auxisse. In his fuit dedicatio Triopii, cuius in maiore columnarum titulo mentio fit: id in agro Herodis fuisse idem titulus docet: videtur autem ille ager ex Regillae hereditate fuisse, si, quod Viscontus p. 5. non male coniicit, ad eum pertinet inscriptio bilinguis, cuius Graeca satis affectata haec sunt: Ἀννία Ῥηγίλλα, τὸ φῶς τῆς οἰκίας, τίνος ταῦτα τὰ χωρία γέγοναν. Ad idem Triopium referuntur duo tituli carmine concepti, alter dedicationem septi Triopici, alter consecrationem imaginis Regillae in Cereris et Faustinae ad Triopium continentes: quos vide in Romanis. Ex quibus collatis constat et Minervam et Nemesin Rhamnusiam ibi venerationem habuisse; nempe Nemesin veneratus est Herodes, quo magis innocens videretur, qui eam coleret deam, quae, si ipse caedis Regillae auctor fuisset, prima eum ultura erat: ut Triopas eius vindictam expertus esse dicitur vs. 36. carminis de consecratione septi. Praeterea Ceres antiqua et nova, Faustina ut videtur minor, culta est in Triopio. Nam ad inferos potissimum deos, inter quos Ceres et Proserpina maxime insignes, Triopica pertinuit religio in Τριοπίῳ τεμένει ab Herode instituta ob ipsum Regillae funus. Hinc in minore inscriptione: καὶ οἱ κίονες Δήμητρος καὶ Κόρης καὶ χθονίων θεῶν: *etiam columnae Cereris et Liberae sunt et inferorum deorum,* nempe ut reliquum Triopium. Etiam Triopae ipsius nomen ad Cerealia sacra deducit. Argis enim Cereris Pelasgiae fanum a Pelasgo Triopae f. nomen duxisse fertur (Pausan. II, 22, 2.): Heliades Triopas, quum in Dotio Thessaliae campo Cereris lucum violasset, profugus inde in Cnidio Cariae promontorio condidit Triopium; etsi alii Triopam Phorbantis f. Argivum, vel Triopam Abantis f. (Schol. Theocr. XVII, 69.) eius conditorem ferebant, ab alio ad alium haec sacra transferentibus gentiliciis fabulis (v. Prideaux ad Marm. Oxon. p. 373. ed. Maitt. et imprimis Steph. Byz. v. Τριόπιον, Diod. V, 57, 61. Callim. in Cerer. 25.). Neve te male habeat Triopam Heliaden violatorem potius Cereris fuisse (cf. Iacobs. Anthol. Annott. Vol. II. P. II. p. 369.), haud dubie fabulae finxerant, Triopam ex Thessalia expulsum Triopio Cariae sacro Cereali Cereris placasse iram. Nam etsi Neptunus, Apollo, Nymphae in eo Cariae sacro venerationem habuerunt (Herodot. I, 144. Schol. Theocr. XVII, 69.), tamen dubium non est illud quoque sacrum potissimum Cereale fuisse: neque enim ad aliud licet referre locum Callimachi in Cerer. 32. Ita iam olim iudicavi ad Schol. Pindar. p. 314 sq. et in eadem sententia fuerunt fere Iacobsius (l. c.) et apud eum Eichstadius; nec opus de Salmasio et Visconto dicere, quorum illi sententias examinarunt. Accedit quod ipse Herodeus titulus de consecratione septi vs. 36. Triopae Cereris violatoris mentionem faciens, eundem tamen vocat Δηῷον, *Cerealem:* ut videas illum agnovisse, Triopam Heliaden s. Aeoliden Erysichthonis patrem, qui Cererem violaverat, fuisse eiusdem cultorem: ubi vero fuerit nisi in Triopio Cariae? Quae quum ita sint, Herodem iudico inferorum deorum cultum ad Triopii Carici exemplum instituisse. Quidni tamen patrium Eleusiniorum sacrum praetulit? Nescio; nisi quod Chishullus p. 12. aptam ministrat sententiam. Nam Herodes Atticus in criticis a Theagene Cnidio institutus erat, cui Triopia sacra patria fuerunt: a quo illorum et no-

titia et religione imbutus, illa credo instituto suo celebrare voluit. Sed de his satis dictum. Mox λώϊον antique p. ἀγαθόν. Δαίμων ἐνοδία est Hecate Diana, triviorum praeses et inde viarum: in via autem ad introitum Triopii hae columnae videntur positae esse. Hesych. Ἐνοδία, Ἄρτεμις, ubi v. intt. ne plura addam in re nota.

27.

Eleusine, ex schedis Fourmonti.

· · ΑΝΟΙΑΝƎΘΑΙΟΜƎΔ
.ΙΚ ΑΔΕΘΕΝΑΛΚΙΦΡΟΝ
· · ΟΝΔΕΔΡΟΜΟΝΠΟΙΕΣΕΝ
ΤΟΝΔΕΜΕΤΡΟΣΤΕΧΑΡΙΝ
ΛΝΥΓΕΓΙΟ

Prima linea a dextera incipit, altera a sinistra et sic reliquae: mista igitur scriptura ex βουστροφηδὸν antiquissimo et vulgari ratione. Litterae sunt omnes antiquae. Versus fuerunt manifesto, qui ultima linea intacta relicta sic restituendi videntur:

Δήμῳ Ἀθηναίων ἀ[νέθηκεν ἐὼν Ἑ]κάληθεν
Ἀλκίφρων· [ὁ δὲ τ]όνδε δρόμον ποίησεν [ἄριστ]ον,
Δήμητρός τε χάριν [καί]........

Pro ὁ δὲ poteram etiam ὃς coniicere, et pro ἄριστον coniectabam ἄμεμπτον: sed litterarum dispositio videtur talis fuisse, ut lineae utrinque aequabiliter crescerent; quo posito ea, quae statui, probabiliora sunt. Vide, quid velim, hoc exemplo maiusculis vulgatis expresso:

ƎKƎΘƎN]ΑΝΟΙΑΝƎΘΑΙΟΜƎΔ
ΝΕΟΝΗ]ΕΚΑΛΕΘΕΝΑΛΚΙΦΡΟΝ
ΗΟΔΕΤ]ΟΝΔΕΔΡΟΜΟΝΠΟΙΕΣΕΝ
ΑΡΙΣ]ΤΟΝΔΕΜΕΤΡΟΣΤΕΧΑΡΙΝ

Lin. 2. pagi nomen latere docet terminatio ηθεν: nullus vero pagus inferri potest nisi Ἑκάλη. Ex Ε obliquo superest una transversa lineola: deinde habes Κ, quod ipsum et sequens Α quum latius scriptum esset, speciem lacunae offerebat, quae nulla est: inde factum, ut Fourmontus integrae litterae spatium reliquerit, non tamen signo lacunae notato. Post Α quod est Δ, erat in lapide Ŀ. Eleusine septimo magnorum Mysteriorum die gymnicum celebrabatur certamen antiquissimum, de quo locos collegit Meursius Eleusin. c. 28. et in illo certamine ob fruges inventas, ob quas hordeum pro praemio fuit, stadium dicitur primum institutum fuisse: v. Schol. Pind. Olymp. IX, 150. a me editum p. 228. Et stadio ibi iam ante Olymp. 79. vicerant Corinthii Oligaethidae auctore Pindaro Olymp. XIII. extr. adde Explicationes nostras p. 192. Non igitur dubium Eleusine antiquitus stadium (δρόμον) exstructum fuisse. Sed haec inscriptio stadii Eleusinii recens et splendidius adornati dedicatio esse videtur. Quae quando facta sit, ignoramus: mihi tamen probabile non antiquam narrari rem, sed ut Herodes Atticus Panathenaicum, ita Alciphron quidam Eleusinium magnificentius instaurasse videtur ea aetate, qua Graecorum in gymnicos ludos studia creverant in immensum, hoc est ab Hadriano inde potissimum. Tum igitur, ut in duobus praegressis titulis, ex antiquitatis affectatione assumpta haec litterarum forma fuerit, primis lineis etiam βουστροφηδὸν scriptis. Alciphronis nomen nihil nos docet: eo nomine plures noti sunt, ut Alciphron Argivus ap. Thucyd. et Magnes Maeandrius ap. Suid. et Athen. Atheniensis nullus in historia celeber Alciphron. Sophista, cuius epistolae supersunt, potest Atheniensis fuisse, immo fuit me iudice, aut certe vixit Athenis; potest et ille, quem M. Antoninus X, 31. nominat: sed nihil de iis constat.

28.

Merendae (Myrrhendae, *Myrrhinunte*) in ecclesia, in Attica. Ex schedis Fourmonti.

ΣΕΜΑΦΡΑΣΙΚΛΕΣΑΣ
Κ ΡΕΚΕΚ ΚΙ·ΜΑΙ
ΑΡΕΨΑΝΤΙΛΑΙ
ΠΑΡΑΘΕΟΝΤΟΥΤΟ
Λ . . . Μ ΜΑ

Fragmentum antiquis litteris conceptum, sed hinc inde corruptum; pro Θ fuit aut ʘ aut ⊗, vel ⊕. Ου plene scriptum, sed tantum in τϐτο, in quo hoc vel ante Euclidem Athenis usitatum. Non dubito sepulcralem esse inscriptionem, quo ducit σῆμα initio positum; sitne tamen vere antiqua, an ut praecedentes, recentiore aetate priscam ad formam composita, dubito. Ceterum versus erant; nec tamen multa extricari possunt. Primâ lineâ videtur Φρασικλῆς latere; in quo ⊦ est mutilum; sed ipsa, quae sepulta est, virgo videtur; quod cum priore linea non bene convenit. Nec scio quomodo huic medear malo, nisi ut dicam permulta in dextera parte perisse: ita ut Phrasicles sepulcrum fecisse dictus fuerit, puella autem dicatur id nacta esse. Sic lin. 1. legerim: Σῆμα Φρασικλῆς ἀσ...... et lin. 2. κόρη κεκόμισμαι. Lin. 3. fuit ἀρετάν, Dorice: licet lin. 1. sit σῆμα, non σᾶμα: in his enim formis confundi dialectus solet. Lin. 4. est παρὰ θεῶν τοῦτο vel τούτου aut simile. Θεῶν est monosyllabum, ut solet.

29.

In galea aerea eleganter fabricata, quam a. 1795. prope Olympiam in Alpheo repperit Britannus Morrit. Aes ex cupri quinque vel sex portionibus unaque plumbi candidi temperatum; galea ipsa clavis tropaeo affixa erat; litterae, ut galeae pars superstes, excepta lacuna perfecte servatae sunt et tam distincte cerni queunt, quam tum quum galea nova fuit: pistillis sunt profunde impressae, altero rotundae lineae, altero rectae; et eodem quidem typo circulus integer et dimidius: ita factum, ut tertia littera posset et D et P et Φ videri. Galeam possidet Rich. Payne Knight; scriptura edita est in Diar. Class. T. I. p. 328 sq. Cf. Walpol. Travels p. 588. n. 53. Welcker. Epigr. Spicil. alt. p. 11.

ΤΑΦΓIIIIIIIOIANEΘENTOIDIFITONϘODINΘΘΘEN

De litteris, quum accuratum exemplum desideretur, dicere supersedeo: pro Θ, quod in edito est, certe ʘ posui. Dudum est ex quo vidi esse legendum:

Τἀργεῖοι ἀνέθεν τῷ Διϝὶ τῶν Κορινθόθεν,

quod significavi ad Pind. Explicatt. p. 226. hoc est: *Argivi dedicarunt Iovi ex spoliis Corinthiis.* Maxime laboratum est in principio: Porsonus satis infeliciter coniiciebat τάδε Χῖοι: alius τὰ Φλειάσιοι, quae antiquior nummorum scriptura est p. Φλιάσιοι; sed haec coniectura tum alias ob causas tum quod spatium tanto supplemento non sufficiat, recte damnatur in Diar. class. Argivos intelligi Corinthiorum et vicinos et haud raro hostes, unice probabile est: periit igitur aut ΕΙ solum, aut fuit ΑΡΓΕΙϜΟΙ, ut mox Διϝί: digamma enim quam Argis frequens fuerit, potest ex num. 2. 14. 19. intelligi. Et sic Latine *Argivi.* Τἀργεῖοι est τοὶ Ἀργεῖοι, ut τἄγαλμα etc. Vetus epigramma ap. Pausan. V, 25, 5.

Τῷ Διὶ τἀχαιοὶ τἀγάλματα ταῦτ' ἀνέθηκαν.

Mox mire alii legerunt ἀνέθεντο ἰδίῃ, pro quo saltem ἰδίᾳ exspectes vel potius δημοσίᾳ. Ἀνέθεν, ut ap. Pind. Pyth. III, 65. τίθεν p. ἐτίθεσαν, item apud Hesiodum et Pindarum, ἔδον, ἔγνον, στὰν, ἵεν. Simonides in Anthol. T. I. p. 254. ed. ult.

Ταῦτ' ἀπὸ δυσμενέων Μήδων ναῦται Διοδώρου
ὅπλ' ἀνέθεν Λατοῖ μνάματα ναυμαχίας:

ubi vulgo ἀνέθεντο, pro quo verum restitui olim in Prooem. Catal. Lect. Univ. Berol. aestiv. 1818. p. 6. item Blomfield. ad Aesch. Pers. p. 208. ed. alt. Sequitur τῷ Διί, ut in eo, quod modo attuli, epigrammate, Λατοῖ: additum digamma vides, de quo ne dubites, cogita modo in ipso Ζεύς (Δεύς) inesse idem littera Υ scriptum: hinc δῖος Latinis *divus.* Notavit iam Herb. Marsh in Hor. Pelasg. Διεῖ ab aliis propositum erat, ut Διειτρεφής est in catalogo militari Attico infra edendo; sed hoc loco formam Διεῖ excludit versus: neque in Corcyraeo titulo ΔΙΕΙ ferendum, sed corrigendum ΔΙϜΙ. In fine aut τὸν aut τῶν Κορ. legi potest; sed ad τὸν quid suppleas, eo magis dubites, quod haec inscriptio non ad solam galeam, sed ad tropaeum universum sive πανοπλίαν pertinet, ut galeae Hieronis titulus ad plura spolia. Praefero igitur τῶν, *ex spoliis Corintho* sive de Corinthiis *captis.* Versus est senarius, ut Deliacus titulus, non tamen is elegans. Secundo loco est tribrachus, correpta ultima vocis Ἀργεῖοι ante vocalem: quod in iambico trochaicoque genere licet apud lyricos in trisyllabis pedibus ad dactyli velocitatem accedentibus. Exempla sunt apud Pindarum: v. Metr. Pind. p. 103. Pyth. VIII, 29. c. nott. critt. et Pyth. XI, 24. Adde Archilochi versum ap. Schol. Pind. Olymp. IX, 1.

αὐτός τε καὶ Ἰόλαος, αἰχματὰ δύο.

Praeterea quarto loco anapaestus est, ut apud comicos. Ceterum Corinthiorum aeris fundendi et cudendi peritissimorum celebres fuerunt galeae (Herodot. IV, 180.); nec probabile est aliam ac Corinthiam galeam pro spoliis, quae de Corinthiis reportata essent, fuisse dedicatam. Sed quum apud Pausaniam VI, 19, 4. Megarensium thesaurus Olympiae exstructus esse dicatur pro victoria de Corinthiis reportata, quod ipsum testabatur clypeus super fastigio affixus, eiusque victoriae socii Megarensibus Argivi fuerint, coniicit Welckerus noster galeam hanc spolium esse ficticium, quippe quod ea victoria ante Olympiadum acciderat initium, quum Athenis essent archontes perpetui. Cui accedo eatenus, ut negem titulum hunc, quod fuit qui diceret, septimo ante Christum saeculo scriptum esse: spolium tamen ficticium non ausim pronunciare. Sero enim illum Megarensium thesaurum conditum esse, et operis ratio docet et Pausanias significat verbis lacunosis: τὸν δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ θησαυρὸν ἔτεσιν ὕστερον ... τῆς μάχης ἐποίησαν οἱ Μεγαρεῖς: tum igitur, quum thesaurum dedicarent Megarenses, potuerunt etiam Argivi spolium inferre sive ex illa remotae aetatis pugna captum et domi servatum, sive alia

deinceps occasione de Corinthiis reportatum. Atque id quando factum fuerit, potest probabiliter definiri. Nam Pausanias postquam thesaurum diu post illam pugnam conditum a Megarensibus esse dixit, donaria ibi posita tamen ex multo eos tempore habuisse censet, quae quidem Dontas Dipoeni et Scyllidis discipulus Lacedaemonius fecisset: τὰ δὲ ἀναθήματα ἐκ παλαιοῦ σφᾶς ἔχειν εἰκός, ἅ γε ὁ Λακεδαιμόνιος Δόντας Διποίνου καὶ Σκύλλιδος μαθητὴς ἐποίησε. Dipoenum et Scyllidem circa Olymp. 50. vixisse, et ex Plinio constat et potest ex pluribus in artis historia indiciis colligi: igitur Dontas floruerit circa Olymp. 60. et ponitur fere hac aetate etiam ab artium scriptoribus. Iam vero Pausanias, ut opera illa antiquiora haberet, videtur eo inductus esse, quod Dipoenum et Scyllidem perperam Daedali Attici, qui in Creta vixisse aliquamdiu fertur, discipulos esse putavit (II, 15, 1. coll. III, 17, 6.); ut proinde Megarenses vel ante victoriam de Corinthiis illa donaria habuisse statuat. Quod quum vanum sit, vana est etiam de illorum operum antiquitate suspicio. Et omnino Pausanias in temporibus computandis plus semel falsus est. Potius qua aetate Dontas donaria fecit, ea conditus thesaurus est: tum probabile etiam Argivorum hoc donarium illatum esse. Igitur inscriptionem circa Olymp. 60. posuerim: quamquam res non plane certa, quod etiam alia occasione captum hoc spolium esse de Corinthiis potuit, non in sola illa Megarensium et Argivorum victoria.

30.

In alius cassidis in Alpheo repertae dextera parte. Misit Rosius.

ΙΕΝΟΜΟΛΥΝΠΙΟ

Ζηνὸς Ὀλυμπίου. Galea fuit votiva.

31.

In parva galea votiva prope Olympiam reperta, apud Leakium. Ed. Walpol. Travels p. 597. n. 62.

ϘΟΙΟΣΜΑΠΟΗΣΕΦΥ

Litterae tres ultimae dubitationi obnoxiae sunt. Κοῖός (vel Κῷός) μα πόησε φυ... Prima vox non ethnica denominatio videtur ab insula Co, sed proprium nomen. Μα p. με plane novum, ut κα p. κε apud Aeoles et Dores. Tertia a fine littera manifesto Ǝ est. Ethnicum latet fortasse in ultimis litteris, ut postpositum fuerit, sicut num. 25. ubi v. nott.

32.

In lebete aheneo septem pollices alto et sedecim in diametrum habente, ex sepulcro Cumarum Magnae Graeciae urbis; in Museo Knightiano. Inscriptio Diar. Class. T. I. p. 329. edita litteras habet similes atque num. 29. sed parum accurate ibi descriptas; eae acuto scalpro incisae perfecte conservatae sunt, ut nullus coniecturae locus relictus sit.

ΕΠΙΤΥΙΣΟΝΟΜΑΣΤΟΤΟϘΕΙΡΙΛΕΟΑΘΛΟΝΕΘΕϘΕΝ

Litteras credo esse has: Π, Ν, Μ, Ϙ Koppa (non Φ) et Θ (non Θ), item non D sed P, breviore tamen inferiore lineola et arcu latiore; et de Φ ac D id ipsum patet ex editoris explicatione: Ἐπίθυϊς Ὀνομάστου τοῦ Κειρίλου ἆθλον ἔθηκεν. Itaque pro Φ, Θ, D, quae in Diar. class. sunt, dedi ea, quae dixi. Quum autem in eodem sepulcro aliud vas eiusdem generis ibidem nunc extans inventum sit, idque maius, in cuius operculo viri quattuor nudi currentes, dum quintus in medio stans iudicis videtur munere fungi, rudi omnes et prisca fabrica: editor ambo haec vasa victoris stadiodromi praemia fuisse colligit, et prius quidem datum esse a muliere, cuius nomen Epithyis fuerit, viduâ Onomasti Cirilae f. quae id in funeralibus mariti praemium proposuerit; et esse ea vasa una cum victore humata. Quodsi doctus ille vidisset, hexametro heroico conceptam hanc inscriptionem esse, paulo aliter iudicaturus fuisset. Qui quo iure primum Τ pro Θ positum putet, non video, quum Θ bis scriptum in titulo sit: igitur certe Epityis nomen fuerit. Attamen ante nomen potest ἔπ' aut ἔπι fuisse: tum Τύϊς potius nomen erit, vel si ἔπ' esse statuas, Ἴτυϊς, quod simile est aliis nominibus, qualia *Itys* et *Itylus*. Mox manifestum est ὀνόμαστο ex nota dialecto p. ὠνόμαστο: deinde τὸ Κειρίλεω ἆθλον ἔθηκεν.

Iam ubi nomen eius, qui hoc loco memoratur, Epityis fuisset, nescio cur insolentius ὀνόμαστο positum esset; poterat enim sine detrimento versus ὄνομ᾽ ἐστὶ scribi: quapropter *Tyin* vel *Ityin* nominatum puto. Ex quibus illud delegi, etsi hoc quoque statui potest; in quo nomine quod complendi versiculi causa ab initio aliquid addendum fuit, quale est ἔπι, eam ob causam ὀνόμαστο verbum electum est. Lege igitur:

Ἔπι Τύϊς ὀνόμαστο· τὸ Κειρίλεω ἆθλον ἔθηκεν.

Nominatus erat Tyis; Cirilai praemium certaminis posuit. Recte opinor haec vasa praemia victoriarum visa sunt: moris enim fuit lebetes et aerea vasa praemia vincentibus dare; v. Dissen. Explicatt. ad Pind. p. 486. et nos ibid. p. 175. Videtur autem athlotheta in Italicis his ludis, et aliquando etiam aliis locis (v. ad num. 33.), hoc iuris habuisse, ut ipse aut se aut nomen suum in vasculo ἐπάθλῳ repraesentaret: hinc in altero illo vase praeter cursores ipse athlotheta in media stat parte: et in hac inscriptione nomen suum et munus profitetur, *Tyis vocatus sum: in Cirilai ludis athlotheta fui.* Quae vasa ex diversis fortasse ludis reportata victoris sepulcro illata sunt, ut vasculum victori Athenis datum num. 33. Victor autem ille cursor Cumis sepultus probabiliter Cumanus fuit: nec tamen ideo vasa Cumana sunt: apportaverat illa ex iis, ubi vicerat, locis. Igitur quaeritur, ubi fuerit ille qui Κειρίλεω ἆθλον ἔθηκε: de viro enim agi athlotheta non dubito; nec post ea quae dixi, de vidua Onomasti Cirilae f. quisquam cogitabit. De iis igitur ludis accipe coniecturam meam. Heroibus passim sunt ludi funebres habiti, maxime cursus certamina, ut in funere Peliae, Thoantis Lemni regis, Patrocli, aliis: qui mos vel ad Romanos milites transiit in funebribus sollemnibus apud tumulum decurrentes. Sic et Nemea et Isthmia dicuntur ab initio funeralia sollemnia fuisse. Κειρίλεων igitur heroem statuo alicuius Italicae urbis, quae Graeca colonia fuerit. Neque ut eam quaeramus, longe abeundum: in eadem, qua Cumae, ora prope Pandosiam in Bruttiis, haud longe a Lucanorum finibus sunt Cerillae, Straboni Κηρίλλοι, de quibus vide Cellar. Geogr. ant. T. I. p. 730. Ut vero unaquaeque prope urbs ab heroe cognomini, ut ipsae in ea regione Baiae a Baio denominatae feruntur, ita probabile est Κηρίλλους a Κηρίλλῳ heroe nomen habuisse secundum fabulas: Κηρίλλος autem idem qui Κειρίλεως. Nam η et ει variant in dialectis, ut Boeoti Εὔμηλον dicunt Εὔμειλον et cetera ad eundem modum: quod genus Aeolismi potuit etiam in ea Italiae ora non inusitatum esse. Sic ex Κηρίλλῳ fit Κειρίλλος. Κειρίλλος autem idem atque Κειρίλαος, pro quo Κειρίλεως notissima forma. Sic Χαρίλαος et Χαρίλλος Spartanorum rex idem est. Huic igitur Cerillo s. Cirilao ludos Cerillis celebratos iudico, ex quibus stadii praemium lebetem Cumanus ille victor rettulerit. Postremo ne quis in producta prima syllaba voculae ἔπι haereat, notus est Homeri usus:

ἐπίτονος βέβλητο, βοὸς ῥινοῖο τετευχώς:

neve putes in composito tantum id licuisse, etiam in simplici haec productio praepositione non est inusitata, ut Iliad. γ, 358. et saepius:

διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς ὄβριμον ἔγχος.

Τύϊς autem ultimam producit, ut ὄρνις. Igitur ut tribus verbis omnia complectar, quum Cerillis ludi agerentur in honorem Cirilai, athlotheta fuit Tyis; is praemium victoriae ex more lebetem proposuit, suo et nomine et munere inscripto: eum vero lebetem Cumanus cursor praemium accepit victoriae, et in ipsius sepulcro cum corpore condiderunt propinqui.

33.

In vasculo Athenis ante portas Hippades reperto, quod describit Fauvel. Mag. encycl. a. XVIII. (1813.) T. V. p. 363. et Dodwell. Itin. T. I. p. 457. ex quo scripturam delineatam dedi. Etiam Clarkium Itin. Vol. VII. in Praefatione inscriptionem hanc cum notis Knightii et Blomfieldi praebuisse lego: sed in ea, qua ego usus sum, Clarkii editione quaternis excusa non reperitur. Habet praeterea Walpol. Mem. p. 453. iterumque de ea disputat in altero libro Travels p. 597. n. 63. Vas ipsum nuperrime edidit Millingen.

IMƎ:NOΛΘA NΘƎNƎΘANOT

Τῶν Ἀθηνέων ἆθλον εἰμί. De scriptura EMI vide ad Sig. Inscr. et ad basin Deliacam. Ἀθηνέων mihi non persuadeo esse Ἀθηναίων, quod plurimis placuit. Reperiuntur sane talia in aliquot inscriptionibus Atticis, ut Ἀλκμεωνίδης in Marm. Sandwic. et in catalogo militari funebri; non tamen hoc sine causa fit. Nempe ubi ex usu corripiebatur diphthongus αι, transibat etiam in ε, quod fit in voce Ἀλκμαίων. Timocles comicus ap. Athen. VI. p. 223. c.

ὁ νοσῶν δὲ μανικῶς Ἀλκμαίων᾽ ἐσκέψατο.

Epigramma apud Sueton. Ner. c. 39.

Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων μητροκτόνοι.

At in voce Ἀθηναίων factum esse ut penultima corriperetur, vix crediderim, nec ullum potest eius rei argumentum afferri, etsi supersunt multa in aliis vocibus eius correptionis exempla, ex quibus aliquot collegi in Plat. Min. p. 191. Quae vero de permutatione vocalium AI et E satis nota afferuntur, non sunt sine iudicio antiquae huic Atticae inscriptioni adhibenda: in quibus illud miratus

sum apud doctos fidem invenisse, quod in Oropio titulo aliquot ante Christum saeculis scripto dicitur esse ΚΕ ΑΡΓΥΡΟΝ ΚΕ ΕΤΕΡΑ ΑΣΗΜΑ: secus esse accuratum me eius inscriptionis apographum docuit, in quo constanter est καὶ saepissime rediens. Et quid lucrabimur genitivo Ἀθηναίων? Si est *Atheniensium,* nihil profecto: aeque bene, immo melius Ἀθηνῶν dici potuit. Si Ἀθηναίων dices festum designare, debebat esse Παναθηναίων: nisi quis hoc vasculum putaverit Thesei aetatem superare. Apage igitur has sordes: Ἀθηνέων est Ionicum, sive mavis vetustissimum Atticum. Vasculum ipsum fictile unius pedis et dimidii altitudinem habet; in altera parte cernitur Minerva stilo antiquo delineata, clypeum habens, in quo delphinus: quo designatur Ἱππία: in altera est biga et auriga bigae insidens: inscriptio ex superiore parte descendit deorsum. Manifesto est praemium in ludis Atticis victori curuli propositum, quod illi oleo Panathenaico plenum dabatur: igitur eo optime usus est Dissenius meus ad explicandum Pindarum Nem. X, 34. ubi plura vide p. 468. Idem coniecit etiam vasculum ap. Walpol. Mem. p. 322. ab Aberdeeno Athenis repertum illorum ludorum praemium fuisse: insunt duo equi et inscriptio Κέλητι Δαμοκλίδας, quippe quam victor appingi curaverit. His haec addo. Constantinopoli olim fuit vas fictile, cuius inscriptio suo a me loco reponetur: Ἀγασίας ἄρχων τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων: unde coniicas Byzantii aliquo tempore, quum id Athenienses obtinerent, Atticos ludos celebratos esse et fictile vas praemium datum; inscriptus autem athlotheta est, qui praemium proposuit, ut num. 32. Aliud fictile vas Atticum ap. Dodwell. l. c. Victoriae et Iovis nomina cum figuris offert; hoc quoque, quo Cimonis cineres conditos fuisse quidam finxit, victoris praemium fuit, haud dubie in Atticis Olympieis, de quibus v. Corsini Diss. agon. I, 13. Postremo Athenis in gymnasio monumentum fuit cum inscriptione ἐπὶ Θέωνος ἄρχοντος etc. (v. Att. Agonist.): ibi quoque insculptum vas olearium cum oleae fronde. Plura de more oleum in Panathenaeis dandi v. ap. Corsin. F. A. T. I. p. 30.

34.

In anaglypho marmoreo ex Peloponneso, ut dicitur, allato, Wiltoni prope Sarisberium in Museo Pembrokiano. Edidit Ios. de Bimard la Bastie, qui delineationem a Montfauconio acceperat, et commentatus est Thes. Murat. T. I. p. 35–48. Inde petierunt Benedictini Nov. tract. dipl. T. I. p. 626. (cf. p. 631.). Habeo etiam ex schedis Spikeri et Mülleri, qui Wiltoni transcripserunt. Eae consentiunt cum apographo Bimardiano, nisi quod inter Δῖ et ἐπὶ interpunctionem praebuerunt, quam recepi, et alia nonnulla, quae ex his correxi: de quibus statim dicetur.

ΜΑΝΘΕΟΣ:ΑΙΘΟΥ:ΕΥ
:ΙΠΕ:ΙΙΔ:ΕΤΣΙΡΑΧ
ΝΙΚΕΙ ΠΕΝΤΑΘΛΟΥ:
ΣΟΔΙΑΠ

Litterarum formae prope omnes satis antiquae sunt, Α et Δ obliqua, Ε ut plurimum caudatum (neque enim in hac re plane constabat usus), Σ, R angulare secundum Bimardum et Spikerum (Müllerus P); Lambda est prope orientale, ut in altera Pembrokiana num. 38. quod quum in his duabus inscriptionibus solis reperiatur, videtur loci, ubi ambae inventae sint, consuetudini tribuendum: nisi utrumque titulum fictum ab eodem homine dices. Contra Μ est vulgare; Ν in Bimardiano exemplo variat, quum vs. 1. vetustum sit (ubi tamen Spikerus M), sed vs. 3. Bimardus vulgarem praebeat formam: at etiam hic nunc ex Mülleri delineatione Ν ad vetustiorem formam adduxi propius: neque in exiguo, quod superest, discrimine haeserit peritior quisquam. Θ est omnibus locis, etsi in prima voce Müllerus Θ, reluctantibus Bimardi et Spikeri apographis; ultimo loco pro Bimardiano O dedi Θ ex Spik. Müll. Υ est vulgare: Χ incurvatum ex Bimardi exemplo retinui. Ceterum Bimardus litterarum fines sive apices nimium praecisos praebet: quod ex reliquis exemplis correxi. Quae quum ita sint, in litteris nihil invenio, quod cum scripturae βουστροφηδὸν antiquitate non conveniat: nam ipsum etiam Μ satis antiquum esse docet num. 16. ubi vel Ν vulgare est: Υ autem in optimis inter priscos titulis habes. Sed ΟΥ bis, idque in terminatione obvium, quod nonnisi num. 20. in titulo obscuro habes, haud caret offensione: quod Athenienses aliquot demum post centesimam Olympia-

dibus receperunt, ne tum quidem, postquam Ionica litteratura apud ipsos invaluerat, omisso O pro ου: nisi quod in certis vocibus, ut in οὗτος, antiquius est OY. Nec Lacones Euclidea fere aetate OY scripsisse, probabile reddit decretum adversus Timotheum Milesium, etiamsi non genuinum est, certe antiquum. Nihil moror nummum Macedonicum argenteum cum inscriptione ΑΛΕΞΑΝΔROY (Eckhel. D. N. T. II. p. 83. ex Mem. Acad. Inscr. T. XXIV. p. 48.), qui Alexandro Amyntae f. tribuitur, Pindari aequali: nam largiar in Macedonicis nummis OY potuisse prius receptum esse, quod Macedonibus Graecae linguae minus assuetis succurrendum erat: quod potest etiam Archelai nummis OY habentibus (Eckhel. p. 85.) accommodari: etsi in plurimis illius Alexandri et Archelai nummis O est pro OY. Porro in nostro titulo pro η in voce νίκῃ est ει: sed hoc etiam Athenis aliquot post Euclidem saeculis haud rarum: nec quisquam Benedictinis, malis sermonis iudicibus, crediderit legendum νίκει a recto νῖκος: quod vocabulum reliquae tituli dialecto prorsus vulgari non convenit. Interpunctio est etiam in fine versus, in num. 4. 11. immo num. 8. vel initio versus reperitur, quod magis mirere. In nostro vero titulo singulae voces punctis divisae sunt; quae nimia cura potest videri eius aetatis esse, quae grammaticarum rationum non ignara fuerit. Utut est, si marmor hoc, ut tradit Iac. Kennedy (Description of the Antiquities and Curiosities in Wiltonhouse, Sarisber. 1769. 4. Praefat. p. XXVI.), ex Peloponneso allatum erat, de quo cur dubitem non habeo; quis tandem ea aetate, cui id Bimardus assignat, Pindari et aequalium, in Peloponneso arbitrabitur titulum vulgari sermone conceptum esse? Aeolice tum ibi vel Dorice et loquebantur et titulos soluta oratione scriptos componebant: vix Olymp. 100. communi usi dialecto fuerint, quae a Philippi fere et Alexandri Macedonum tempore vulgata est. Sed in hoc titulo nihil quidquam vetustae vel Doricae vel Aeolicae orationis vides: omnia vulgaria. Quod si cum insolito litterarum OY usu composuerim, prorsus ita iudico, novicium hunc titulum esse, simulatamque ut num. 25. et in aliis antiquitatem: in vetusto certe ΑΙΘΟ, ΝΙΚΑΙ, ΓΕΝΤΑΕΘΛΟ, alia exspectaveris. Anaglyphum quidem stili vetustissimi est, qui Müllero iudice fuit ante Phidiam: repraesentatur autem, scalpturâ non admodum altâ, ad sinistram Iuppiter barbatus, cuius caput aliquo videtur ornamento redimitum, non tamen diademate tam distincto, quale est in Bimardiano aere; dextera manus solio, cui insidet, applicita est; in sinistrâ porrectâ aquila sedet, columbae tamen quam alitum reginae similior: ante Iovem tripus, imposito receptaculo, ut videtur, suffimentorum: iuxta tripodem ahenum adstat, in quo manus lavat athleta imberbis nudus, utpote sacra mox Iovi facturus: in medio spatio superiore extat inscriptio. Quae rudius in Bimardiano exemplo expressa accurate delineavit Müllerus. Cui ut concedam stilum esse priscum eumque purissimum: tamen vide ne ipsum quoque anaglyphum ad antiquioris exemplaris formam recentiore aetate factum fuerit.

Nondum attigi eam, ad quam nunc pervenio, Maffeii suspicionem, quam Villoisono Anecd. T. II. p. 169. persuasit, fraudulenta manu suppositum hoc marmor esse. Ad quam quum Villoisonus nihil attulerit novi, sufficit Maffeii apposuisse verba Mus. Veron. p. CCCCX. repetita a Donato Praef. Thes. Inscr. T. I. p. XIX. „*Recenti admodum foetura,*" inquit, ea epigraphe „*in lucem prodiit; ficticia siquidem et commenticia est. Parisiis degebam, quum doctissimo P. Montfauconio accidit, ut chartam monumentum illud exhibentem ianuae suae repagulo insertam summo mane deprehenderet. Quisnam obtulisset, numquam rescire potuit. Adnotatum erat, in Anglia lapidem adservari; sed quo in loco, et apud quem, vel a quo id requiri posset, minime indicabatur. Londini, Oxonii, Cantabrigiae ego quidem qui de illo audierit, inveni neminem. Montfauconius, quae sua humanitas erat, scriptam βουστροφηδὸν depictamque chartam ostendit mihi: dedi statim operam, ut illi de lusu et de figmento constaret; nam litterarum formae aspectu vario dissidebant a se ipsis, et discordabant. Litterae in tabula typis data aliquanto aptius comparent, sed* Α *tamen et* Δ *nullius ferme alphabeti sunt. Puncta ad versuum finem nec Sigea nec Parisiensis (Nointeliana) habent, nec vetustissimae aliae. Figurae, prisci operis larvam imperite omnino inducere occultum lusorem voluisse, patefaciebant. Quicunque priscis anaglyphis assueverit, Iovem ridet prope imberbem capite inusitate ornato, et avem in vola manus sive supra digitos habentem: ridet vas in medio miro fulcimento innixum, et hominem nudum in conspectu Iovis manus, ut videtur, abluentem. Inscriptionis haec est locutio:* Μάνθεος Αἴθοῦ εὐχαριστεῖ Διΐ ἐπὶ νίκῃ πεντάθλε παιδός. *Mantheus inauditum nomen est. Mantian Diodorus habet et Demosthenes; Mantin Parisiensis tabula: quae quum* μαντεία *procrearit nomina,* θ *litteram assumere numquam possunt. Prisca Graecorum nomina voces fuere significatione praeditae: quid autem significabit* Μάνθεος*? Quod subsequitur pariter nomen umquam videre non memini.* Εὐχαριστεῖ Διΐ ἐπὶ νίκῃ, *non donum dat, ut cl. Bimardio visum, sed gratias agit pro victoria, procul dubio valet: eo autem sensu ab antiquis ac probatis auctoribus adhibitum non fuisse verbum Bimardius fatetur ipse et ex veteribus grammaticis scite adnotat.* Πεντάθλου παιδός *reddit Bimardius pro victoria quinquertio puerili; reddenda potius videntur, pro filii victoria in quinquertio: ita ut Manthei filius victor in pentathlo fuerit. At quaenam haec aut Graece aut Latine loquendi formula* νίκῃ πεντάθλου παιδός*? victoria pentathli pueri?*" Sed paucis dilui hae criminationes possunt. Festinantem illum peregrinatorem, qui Montfauconio inscienti obtulit monumenti delineationem, satis tuentur, qui id monumentum Wiltoni asservatum viderunt, Iac. Kennedy (lib. cit. ibid. et p. 105.), Dallaway (Anecdotes of the arts in England, Lond. 1800. p. 268. et in

translatione Millini: Les beaux-arts en Angleterre T. I. p. 303.), qui etiam suspicionem de veritate inscriptionis tetigit, Spikerus, Müllerus. In litteris vero nihil reprehendi potest; ut editae in tabula sunt, ita Spikerus et Müllerus suis apographis repraesentant, eatenus consentientes, quatenus consentiri potest in veteris lapidis lectione. Nec formae inter se dissident magis quam solent: A et Δ formas habent aliunde satis notas: A saepius tale vidimus, Δ potissimum num. 8. 16. Interpunctionem in fine versus defendi iam supra. In anaglypho quae Maffeio displicent, partim male delineata apud Bimardum sunt: iustiorem barbam, non tam distinctum diadema, sed quiddam laureae similius Mülleri charta offert. Quidni vero manus lavet ad sacra accessurus? In tripodibus autem Müllerus, qui ipse binas de tripodibus dissertationes edidit, nihil vidit suspecti: et in eius iudicio stilum antiquissimum dicentis acquiesco; is enim vidit opus, Maffeius non vidit. De hoc uno mihi non constat, numne aliquid instauratum et emendatum in anaglypho sit: adrasum enim lapidem esse Müllerus notat. In Graecitate quae Maffeius arguit, etsi Villoisono idonea visa sunt, quibus demonstraretur verba ne Graeca quidem esse, tamen ea nullius plane momenti iudico. Beatum dixerim, qui omnia norit Peloponnesiaca nomina; sed ex uno Pausania tot possunt Peloponnesiorum nomina colligi, quorum nullum queat aptum etymon ex ea, quam novimus, Graecae linguae conformatione reddi, ut in Μανθέου et Αἴθου nomine explicando non haerendum sit. Attamen si de etymo quaeris, Αἶθος cohaeret cum voce αἴθω, unde adiectivum αἰθός, a quo proprium Αἶθος, ut ὀνομαστὸς Ὀνόμαστος: Μάνθεος autem ex syncope Peloponnesiis valde usitata (v. ad num. 11.) videtur esse pro Μανίθεος, Μηνίθεος. Vocem εὐχαριστεῖν paulo post explicabo et defendam. Neque, ut Maffeius vult, ἐπὶ νίκῃ πεντάθλου παιδὸς est *pro filii victoria in quinquertio*, nec Graeca illa formula vituperio obnoxia est. Victor ipse εὐχαριστεῖ, athleta puer imberbis, qui sacra facturus repraesentatur: si pater pro filio hoc donarium obtulisset, dici debebat ἐπὶ νίκῃ υἱοῦ παιδὸς πεντάθλȣ, et addendum filii nomen erat. Accuratissime Graecum est νίκη πεντάθλου παιδός: qui enim in eo ludo certant, sunt πένταθλοι παῖδες: igitur qui vincit, vincit πένταθλος παῖς, estque victoria πεντάθλου παιδός. Quapropter quum vana omnia Maffeii argumenta sint, ex illius quidem rationibus non est, quod ei, qui hoc marmor primus protulit, sive Pembrokio sive quisquis fuit, falsarii inuramus notam. Si quid tamen est, quare de veritate tituli dubitandum, ex adraso lapide argumentum petendum et ex suspicione de altero Pembrokiano simili, quae non improbabilis est (v. ad num. 38. extr.), postremo ex sublesta fide unius et alterius Pembrokiani monumenti (v. exemplum in Smyrnaeis, ubi de imagine Ammonii): sed demonstrari recta via nihil potest.

Sententia haec est: *Mantheus Aethi f. gratificatur Iovi pro victoria quinquertionis pueri*, quum quippe Mantheus inter pueros vicisset quinquertiones. Satis dixi de reliquis; superest ut de verbo εὐχαριστεῖν exponam. De cuius potestate quum dubitatum sit, accuratius vocis significationes distinguam. Harum ea, quae ex Atticismi usu maxime probatur, est χάριν διδόναι, *gratificari;* altera est *gratias vel habere vel referre* (haec enim non accurate distincta in illo vocabulo sunt), quam grammatici non probant: tertia est *gratias agere verbis*, quantum constat, inde a Polybio; et quartam addere licet *gratias vel referre vel agere et referre gratificando.* Quae notiones quomodo in una coniunctae sint, nihil attinet exponere. De prima et secunda grammatici, Phrynichus: εὐχαριστεῖν οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν (significatu gratias habendi et referendi), ἀλλὰ χάριν εἰδέναι, ubi multa annotat Lobeckius, quorum partem sciens omitto. Herodianus p. 441. εὐχάριστος ὁ ἐπίχαρις, οὐχ ὁ ἐπιδιδοὺς τὴν χάριν (gratiam referens)· οὐδὲ γὰρ εὐχαριστεῖν λέγουσιν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι. Pollux V, 140. φιλόδωρος δὲ καὶ εὐχάριστος (libenter gratificans, munificus)· ἐπὶ γὰρ τούτῳ τάττεται τοὔνομα, καὶ εὐχαριστεῖν ἐπὶ τῷ διδόναι χάριν (gratificari, χαρίζεσθαι), οὐκ ἐπὶ τῷ εἰδέναι. Quod Bimardo observante confirmat Harpocratio p. 95. Blancard. ubi notat oppositum ἀχαριστεῖν Antiphontem dixisse pro μὴ χαρίζεσθαι. Nec tamen altera illa significatio *gratias habendi vel referendi* aut non antiqua aut non Attica est: hac vi εὐχαριστεῖν dixere Chersonesitae ap. Demosth. de cor. p. 257. 2. et εὐχαριστίαν (gratum animum et beneficii memorem) diu ante Polybium (VIII. 14, 8.) Byzantii et Perinthii ap. Demosth. ib. p. 256. 19. neque Atticis hoc prorsus incognitum fuisse docet adiectivum εὐχάριστος. Nam ap. Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 49. hominem dicit aliquis εὐχαριστότατον, ὅτι ἑώρα τοὺς ἐπαινουμένους ὑπό τινος ἀντεπαινȣ̃ντας τούτους προθύμως, τοῖς χαριζομένοις πειρωμένους ἀντιχαρίζεσθαι: quid est enim τὸ ἀντιχαρίζεσθαι nisi *gratias referre?* Igitur εὐχάριστος est qui gratias refert, alia vi atque ap. Herodot. I, 32. extr. et Xenoph. Cyrop. II, 2, 1. ubi est idem quod εὐχάριτος, *gratiosus, acceptus, iucundus.* Tertia potestas *gratias verbis agendi* est apud Polybium in formulis εὐχαριστεῖν ἐπί τινι et περί τινος XVI, 25, 1. XVIII, 26, 4. XXX, 11. 1. et apud alios, de quibus v. Lobeck. l. c. Quarta *gratias referendi simul et agendi gratificando* cernitur in donis et sacrificiis, quae diis offeruntur: in quibus et aguntur gratiae et referuntur diis, gratificando iis ea, quae ipsis accepta sunt. Hinc εὐχαριστήρια θύειν τοῖς θεοῖς τῆς εὐροίας ap. Polyb. V, 14, 8. θυσίαι εὐχαριστήριοι ap. Dionys. Archaeol. X, p. 643. Nec scio quo iure haec vocabuli vis possit novicia haberi, quum eius notionis elementa prope omnia iam in antiquiore vocis usu deprehendantur, una excepta gratiarum verbis agendarum notione. Sed pro re nata etiam excludi alterutra notio potest, vel agendi vel referendi gratias. Et docebo nunc in nostra inscriptione εὐχαριστεῖν continere notiones gratificandi et gratias referendi, quas antiquas fuisse demonstravimus, coniunctas, exclusa notione gratiarum verbis agenda-

rum, quae novicia putatur. Primum autem teneas, inscriptionem non ideo appositam esse, ut actio in anaglypho repraesentata explicaretur; quasi dicatur: Hic designatus est Mantheus, qui Iovi εὐχαριστεῖ: sed anaglyphum donarium Manthei esse dicitur; hoc vult inscriptio, nec quidquam aliud. Attamen etiamsi priorem, quam reieci, sententiam adoptaveris, de gratiis agendis nihil inest; non enim agens gratias repraesentatur Mantheus, sed referens oblato sacrificio Iovi grato. Sed, ut dixi, aliud vult titulus, *donarium hoc*, non in donario repraesentatum sacrificium, *a Mantheo oblatum esse:* in quo exclusa prorsus gratiarum verbis agendarum notio est. Poterit igitur εὐχαριστεῖ esse *gratias refert*, eo usu, quem antiquum esse docuimus, aut *gratificatur, dono dat* (χαρίζεται), quae verbi vis a grammaticis maxime probata hoc quoque loco a Bimardo praelata est. At inanis est inter has notiones hoc certe in loco distinguendi subtilitas. Nam gratias deo dum Mantheus refert, simul eidem gratificatur; ac dum gratificatur et donum offert pro victoria, simul refert gratiam: concurrunt notiones, neque ipsa re nec cogitatione diversae sunt; quae ipsa causa est, cur eodem exprimantur vocabulo. Ceterum huius verbi εὐχαριστεῖ usus, pro quo solet ἀνέθηκε vel ἀνέθηκε χαριστήριον (Gruter. p. LXXV. 7.) vel aliud simile dici, non praesenti sed aoristo usurpato, in nulla alia deprehenditur inscriptione: quo argumento uti poterit, qui titulum censeat subditicium esse. Equidem dubitare quam certum iudicium pronunciare in re tam ambigua praefero.

De aetate tituli quae ex scripturae stilo collegit Bimardus, inutilia et pravis suffulta argumentis sunt; sed recte idem docuit, de Olympica victoria cogitari non posse; quippe nunquam Olympiae pueri pentathli prodierunt, nisi Olymp. 38. victore tum Eutelida Lacedaemonio (Pausan. V, 9. VI, 15.). Igitur Nemeaeam censet victoriam Mantheo contigisse, quod ex quattuor sacris ludis praeter Olympica nonnisi haec Iovi sacra sunt: at non cogitavit, plurimos alios in Graecia ludos Iovi celebratos esse, Athenis Olympiea, Lycaea in Arcadia, Pellanae Achaicae Iovialia (Δῖα): et licet marmor ex Peloponneso allatum dicatur, quis spondeat puerum in Peloponneso vicisse, non extra Peloponnesum? Potuit enim domi in Peloponneso pro victoria alibi parta Iovi donarium dicare. Concedam tamen Nemeaeam victoriam fuisse. At longa de Nemeadum initio et de tempore, quo in Nemeis pentathli pueri primum admissi sint, disputatione nihil proficit Bimardus, nisi quod hoc Pindari aetate factum est, qui Nem. VII. Sogenem Aeginetam, puerum pentathlum celebrat, ubi v. Schol. init. Retractavit hanc de Nemeadum computo quaestionem Corsinus Diss. agon. ubi p. 53. ed. Florent. Manthei victoriam fortasse Olymp. 79, 4. accidisse coniicit. Sed fallaces eius quoque rationes sunt. Certior Hermanni sententia, quam ab illo mecum communicatam Dissenius Explicatt. Pindar. p. 416. proposuit. Secundum illum igitur puerorum pentathlorum certamen Nemeae institutum Nem. 53. est, et Nemeade insequenti vicit Sogenes; ac Nem. 53. est Olymp. 79, 2. ut Sogenes vicerit Olymp. 79, 4. Igitur si modo Nemeae victor Mantheus fuit, nec primus vicit, quod nemo affirmare ausit; non vicit ante Olymp. 80, 2. Sed per me licet quinquagesimus, sexagesimus, septuagesimus victor fuerit.

35.

Ex schedis Fourmonti, ubi lemma: „ςῆ Γουδένῃ in ecclesia τῆς Παναγίας prope fontem," inter Laconicas.

ZAΔIMΑ7VΑΗ
A?

Prior vox videtur esse Εὐγενίδας, et praemisso per crasin καὶ, Κεὐγενίδας. Fragmentum est.

36.

In basi quattuor pedes alta, flavo colore picta, marginibus rubris, Athenis prope portam Dipylon eruta, haec vox in binis lateribus scripta est litteris tres pollices altis (ed. Fauvel. Magaz. encycl. a. XVIII. T. V. p. 362.):

OƎNIΣOΣ

Σωσίνεω, genitivus a recto Σωσίνεως.

37.

Ex schedis Fourmonti; in ecclesia S. Nicolai τοῦ Βωμοῦ, prope Phliuntem; fragmentum.

· · · ΜΟΦϘΟΒΜΟΤΣΑΤƎΞƎΔ

Δέξεται τὸν ὅρκον. Nota Ξ, quod Ionico vulgo alphabeto tribuitur; id alia forma expressum babuimus iam in aere Petiliensi. De forma litterae Iota vide ad num. 3. Θ est vocalis: vide ad num. 14. Pro priore Ϻ lege Ν; nisi malis *τοὺς ὅρκους*; tum Μ scribendum erit, ubi nunc Μ et Ϻ legitur. Φ fuit Koppa, sive hac ipsa forma, sive quod magis credo Ϙ aut Φ.

38.

In ara rotunda Bacchica, anaglyphis priscae fabricae pompam Bacchicam exhibentibus insigni, Wiltoni in Museo Pembrokiano. Exhibet Murator. T. IV. Append. p. MCMLXXXIX. 5. sed minus recte; meliora apographa sunt ap. Iac. Kennedy Descript. of the Antiquities and Curiosities in Wiltonhouse p. 5. et in Archaeol. Britann. T. I. p. 155. Ex his adhibito simul Spikeri et Mülleri apographis hoc nostrum factum est.

ΜΕΛΓΟΜΕΝ : ΔΙΟΝΥΣΟΝΑΓΛΑΟΜΟΡϘΟΝ :
ΒΑΚΧΕΥΤΟΡΑΙΑΝΘΟΚΑΡΕΝΟΝ

Litterae omnino vetustae sunt: Ν modo ad vulgarem formam, modo ad vetustam magis accedit: omnibus tamen locis dexter apex sinistro paulo est brevior, contra quam in apographis ap. Kennedy et in Archaeol. In iisdem est Θ; sed Spikerus Θ, Müllerus ⊙; de Muratorio taceo, cuius nulla in his rebus fides; transversam lineam esse vix crediderim. Lambda dedi ex Mülleri et Spikeri apographis, de qua forma vide num. 34. Sigma illi simile est apud Kennedy et in Archaeol. Brit. Spikerus id ut ego paulo distinctius dedit. Ξῖ dedi forma Ι, quam diserte offerunt Kennedy et Pegge auctor dissertationis in Archaeol. Brit. et Müllerus; Muratorius Ξ, Spikerus Ξ, sed lineis horizontalibus media infimaque propioribus: quod praetulissem, nisi plurimorum obesset consensus: qui mihi probabile reddit in huius inscriptionis alphabeto Ι fuisse Ξῖ, ut pro Ζῆτα scriptum fuerit Ζ, quae forma alias recentior est. Sic Ψ fuit olim pro Χῖ, deinde pro Ψῖ. Sed nihil est quod Pegge coniicit ante Simonidem Ι fuisse Ξῖ; in vulgaribus alphabetis Ι vel ante Simonidem Ζῆτα erat, et Ξῖ aut ΧΣ aut ΚΣ aut alio signo designabatur; siquidem probabile est Ξῖ non inventum esse a Simonide, sed ex reconditiori alphabeto petitum. Sic Ξ est num. 37. et + in aere Petiliensi et nummis. Ceterum in nummis Ι pro ξ admodum recens est. Vide Eckhel. Prolegg. T. I. p. CI. Ἦτα vocalem in voce *ξανθοκάρηνον* Spikeri praebet apographum; reliqui uno consensu Ε, quod convenit scripturae Ο pro Ω in prima voce. Universus titulus uno versu continuo aram cingit: interpunctiones Müllerus nullas, Muratorius et Spikerus inter voces binas quasque habent; Kennedy et Pegge eas praebent, quas reddidi. De aetate nihil definio; prisca sane inscriptio videri potest et visa est Villoisono Anecd. T. II. p. 169. Pegge eam circa Olymp. 50. ponit, sed fallaci vel potius nullo argumento. Verba sunt aperta: *Μέλπωμεν Διόνυσον ἀγλαόμορφον, βακχεύτορα ξανθοκάρηνον*, ex poeta petita, non tamen ex lyrico Doriensi, qui *ξανθοκάρανον* scripsisset: ceterum numeri et verba poeticae dictionis sunt. Quodsi ex scriptore excerptus titulus est, etsi antiquum esse concedo, non tamen valde vetustum dixerim. Ludicrum extat et satis novicium carmen, hymnus in Bacchum, in Anthologia ed. Iacobs. pr. T. III. p. 217. et in alt. T. II. p. 185. ubi quidquid in hac inscriptione inest, reperitur, vs. 1. 2. 3. 5. 15.

Μέλπωμεν βασιλῆα φιλεύϊον, εἰραφιώτην,
ἁβροκόμην, ἀγροῖκον, ἀοίδιμον, ἀγλαόμορφον,
Βοιωτὸν, Βρόμιον, βακχεύτορα, βοτρυοχαίτην,
Διογενῆ, δίγονον, διθυραμβογενῆ, Διόνυσον,
ξυστοβόλον, ξυνὸν, ξενοδώτην, ξανθοκάρηνον.

Sed qui illa epitheta collegit sequioris aetatis scriptor, habet omnia ex antiquioribus poetis ad Nonnum usque: igitur dubitari non potest, etiam hunc titulum ex poeta ductum esse, fortasse antiquiore, unde illa epitheta hauserit Bacchici hymni auctor. Non tamen reticebo fuisse, quum mihi in hac inscriptione id accideret, quod Maffeio in altera Pembrokiana, ut mihi ex Bacchico isto hymno fraude conficta videretur. In quo cuique suum relinquo iudicium, quum eiusmodi suspiciones vix possint ad liquidum perduci. Satis est ad eas digitum intendisse.

39.

Ad viam sacram Branchidarum (Geronta s. Jeronda) prope Miletum, in statua mulieris solio insidentis capite truncata, eaque stili antiquissimi, in dextero sellae latere. Misit Rosius et ex Leakii schedis Müllerus. Statua cum inscriptione edita in Ionicarum Antiquitatum ed. recent. T. I.

ΜΒΣΙΑΝΑΞΒΜ
ΥƎΚΒ⊗ƎΥΑΣΑƎ
ΛΜΔΣΩΩΠΩΓ
ΙΜΩΠΟ

Mülleri repraesentavi apographum accuratissimum, nisi quod ex Rosii apographo cetera vitioso lin. 1. litt. 2. dedi Β pro □, et indidem apposui litt. 8. apicem superius extantem litterae Ξ, litt. 9. apicem formae Β in dexteram procurrentem, lin. 2. litt. 1. in littera Ǝ verticalis lineolae fines utrinque prominentes, lin. 3. litt. ult. alteram lineolam verticalem brevissimam. Forma elementorum vetus est, sed scriptura Ionica, quae Simonidea dicitur; vocales insunt Η (Β) et Ω, et composita consona Ξ: βουστροφηδὸν tamen tum, quum Ionicae litterae vulgo usitatae essent, vix arbitror ex communi usu scripsisse Graecos, et videtur mihi haec scribendi ratio tam hic quam in Sig. Inscr. ex antiquioris temporis consuetudine de industria assumpta esse. Ceterum titulus potest Simonideam attingere aetatem; etiam Σ tum iam notum fuisse docet Hieronis inscriptio: in nostro titulo id bis cernitur accurate expressum, minus distincte in tertia linea. Litterae a nobis repraesentatae in Ion. Antiqq. ita lapidis explent planum, ut a sinistra parte nullus supplementis locus relictus videatur; igitur haec dixeris verba esse: Μησιάναξ ἡμέας ἀνέθηκεν ἅμα Σώῳ τῶ-πόλλωνι. Nam lin. 3. ΙΜ fuit Μ: ΙΝ esse non potest; tum enim ΙΝ scribi debebat. Et Π post ΩΩ debet in ΙΤ mutari, ne Ι desit: τῶπόλλωνι est crasis Ionica. Attamen verborum collocatio solutae orationi non est congrua; sunt fragmina versuum, ipsis docentibus numeris. Igitur in sinistra parte desunt aliquot singulis versibus elementa. Pro insolito Μησιάναξ non dubito fuisse Ἑρμησιάναξ; cetera non licet exquirere; exempli causa tamen hunc apponam lusum, quo spatia prope aequabiliter explentur:

[Σώυ παῖς Ἑρ]μησιάναξ ἡμέας ἀνέθηκεν
[αὐτὸς ἀδελφειῷ] ἅμα Σώῳ τῶπόλλωνι.

Sed ubi ea, quae supplenda iudico, scripta fuerint, difficile dictu: tamen aut falso in Ion. Antiqq. ea quae supersunt, integrum usque ad sinistrum marginem spatium occupant, aut quae perierunt, in alio scripta lapide erant. Quid si illi statuae alia a tergo iuncta erat, vultu averso, ut aversae illius latus sinistrum dextero adversae contiguum esset? Tum in illo incipiebat inscriptio, in hoc transiens: quae quum ad utramque statuam pertineret, in communi latere inscribebatur, non in fronte alterutrius. Quid quod ἡμέας ad plures imagines pertinet? Neque enim crediderim ἡμέας spectare ad plures plane disiunctas statuas, quae in illa via sunt. Dicas quidem in femore statuae ibidem positae (v. Miles. Inscr.) esse inscriptionem, quae litteris βουστροφηδὸν scriptis exarata et ipsa erat, ex qua superest dictio τοὺς ἀνδριάντας: unde pateat, uni statuae inscriptum esse titulum ad plures pertinentem; sed quis ibi non plures statuas in una basi compositas fuisse spondeat? Utut est, titulum esse integrum non mihi persuadeo.

40.

Inter figuras Agamemnonis, Talthybii caduceum tenentis, et Epei, in anaglypho candidi marmoris, quod in ruderibus antiquissimis in septentrionali insulae Samothraces parte repertum est, ex collectione Choiseuliana (Catal. Dubois. num. 108.) nunc in Museo regio Parisino (Catal. Clarac. num. 608.). Transcripsit Müllerus.

ΝΩΝΜƎΜΑΓΑ
ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ
ΕΠΕ

Anaglyphi stilus est longe vetustissimus; litterae sunt mediocriter antiquae. In voce Ἀγαμέμνων Ω non plane perspicuum est, ut possit etiam Ο esse; in voce Ταλθύβιος Α mihi dubium; ni fallor, fuit Α, ita tamen, ut media linea non horizontalis, sed obliqua esset. Ceterum situs litterarum non in omnibus vocibus rectus est, sed in prima et altera plus minus arcuatus.

41.

Carthaeae in insula Ceo, in marmore XXII pedes longo et prope IV pedes alto, in parte orientali moenium hodierni oppidi (Poles). Edita inscriptio in Ἑρμῇ λογίῳ 1819. p. 56. Misit Bröndstedius.

ΟΡΑ·ΝΟΣ
ΕΝΚΑΙΡΟΣ
ΣΤΕΝΗΡΕΙΟΣ
ΕVΔΗΜΟΣ

Sunt mera nomina Οὐρανός, Ἔγκαιρος, Στενήρειος, Εὔδημος. Litterae sunt Ionicae, nec admodum vetustae.

42.

Geraniae in Peloponneso, ex schedis Fourmonti.

ΨΝΟΑΔΑΣ . . .

Χνοάδας. Vide ne pro Ƨ fuerit Ϟ. Est nomen proprium.

43.

Edidit Demetrius Petrizzopulus in libro: *Saggio storico sulle prime età dell' Isola di Leucadia nell' Ionio, Florent.* 1814. 8. *tab. II.* Monumentum, ut ait p. 41. ipse possidet.

ƎΜΟΤΟΑΙΑΤ
ΝΕΣΙΦΑΑΤΟΣΤΟ
ΔΦΟΙΤΙƎΑΟΦ
ΟΦΑΦΑΑΕΙΜΕΑ
ΜΟΛΛΟΠΑΓΓΟ
ΟΣΦΑΙΠΟΛΕΙΝ
ΑΜΟΜΟΟΜΟ
ΤΕΙΡΜΑΤΕΚΑΟΣ
ƎΜΑΤΑΣΙΤΙƎΦ
ΜΤΟΙΛΕVΦΑΤΟΙ

Diu me vexavit hic titulus et ipse obscurus et viri, qui eum publici iuris fecit, fide ambiguus: quem ego hominem quum omnium mortalium deprehenderim impudentissime mendacem, difficile dictu est utrum fabularum partem finxerit, ut huic titulo, qui vere repertus fuerit, explicando sufficere videretur, an hunc quoque ipsum ut reliqua ementitus sit. Habet quidem haec inscriptio, qua se commendet, eruditionis speciem, quae Petrizzopuli superare insignem imperitiam videatur, qui homo, ut hoc uno utar exemplo, *Observationes et coniecturas in numismata quaedam, πάρεργον Laurentii Begeri*, p. 50. dicat numismata Papergorum illustrare (alcune antiche medaglie de' Papergi): sed elevata semel auctoris fide non audeo, quod iste protulit, genuinum habere. Et is quidem inscriptionem a. 1753. apud rudera moenium veteris Leucadis, prope locum Calterimi, repertam esse p. 41. affirmat; lapisne sit an aes, et quae eius mensura sit, non indicat; ipse eam minutissima hac, quam dedi, forma repraesentat. Eadem ubi interim latuerit, non dicitur; a. 1766. tamen eius interpretatione valde exercitum esse ingenium Odoardi Worthley-Montague, quo ille tempore ex Arabico itinere redux in insula Leucadia esset aliquot dies commoratus. Quod si alius diceret, crederem; at Leucadio isti viro doctissimo nihil quidquam credi posse, post irritum aliquot dierum laborem sero intellexi. Equidem pro mea simplicitate eo usque, quo Petrizzopuli illius, posse cuiusquam

hominis impudentiam progredi, non arbitrabar: igitur quum res prope incredibilis sit, erit argumentis suis demonstranda. Etenim is hanc inscriptionem temporibus bellum Troianum antecedentibus vindicans haec habet de Nérico oppido ex Homericis noto p. 18. ,,*Era condotta questa colonia da Feronte, che fondato aveva il tempio di Apollo, sopra un altissimo e incavato dirupo di Leucadia, ed in un sito dell' istmo contiguo all' Acarnania (chiamata da Omero costa d'Epiro) avea fabbricato la città di Niricos, da lui così detta dal nome di sua madre. Di ciò l'Iscrizione alla Tavola II. con la maniera propria di quei tempi, ce ne ha conservate le memorie. Cagionerà forse un qualche dubbio il volersi ivi trovar Niricos, mentre non è individuata dal monumento. Schefferio con una tale denominazione ricorda la città edificata in quella circostanza. Ciò afferma dunque questo erudito o sull' appoggio di antiche notizie, oppure conosciute già le posteriori epoche delle fondazioni, e degli autori delle altre due città che comprendeva Leucadia, ed ha dovuto perciò dedurre, che Niricos, di cui non conoscevasi il nome, fosse la città da Feronte fabbricata.*" Et p. 22. ,,*Narra lo stesso Schefferio, che Feronte era il Capitano dei Leucadii, e da questi co' principali dell' Acarnania popolò la citta di Niricos, ove stabilì la sede del governo di quelle regioni.*" p. 23. autem: ,,*Schefferio aggiunge inoltre, che Egilope e Crocileo, fratelli venuti da Corinto in Leucadia dopo Dolmone successore di Feronte, edificarono non lungi dalla spiaggia dell' Acarnania il primo la città di Egilope, il secondo quella di Crocilea, che vollero soggette al governo di Niricos.*" Quae inesse dicit Io. Schefferi libro, cui index: *De perantiquis Corinthiis διήγησις, Upsaliae* 1653. 4. Harum autem rerum auctoritates quum in veteribus scriptoribus nusquam repperissem, coepi Schefferi librum, ad quem saepius redit Petrizzopulus, studiose quaerere: quem quum nusquam invenire possem, librorum Schefferi indicem, eius Lectionibus academicis seu Miscellaneis (Hamburg. 1675. 8.) additum consului: sed ibi quoque eius libri ne minimum quidem vestigium repperi, licet is non ita minutus ex Petrizzopuli auctoritate sit, ut mature potuerit perire: certe p. 36. eius operis pag. 62. affert, ut inde mendacia sua confirmet. Denique et ipse et amici, qui me in hac re adiuverunt, nihil quidquam de tali reppérimus Io. Schefferi libro. Rursum p. 28. Petrizzopulus haec posuit: ,,*Il chiarissimo Gottlieb Wernsdorf dovendo scrivere su i governi degli antichi popoli, cominciò dal notare, che il secolo di Licurgo è stato un secolo, in cui il desiderio della libertà animava i Greci ad istituire governi repubblicani. In questo lavoro, che suppone nell' autore una non ordinaria erudizione, ci fa sapere, che verso que' tempi in varie città della Grecia stabilirono governi aristocratici, così ha avuto luogo in quelle delle colonie, che cadauna vi indica, e tra queste, dice, che tale fu il governo dei Nericii e degli Ellomeni di Leucadia, ove era il tempio Pitico.*" Haec ex libro Gottl. Wernsdorfii, qui inscriptus: *De Lycurgi epochis specimen, p.* 88. 1741. *Norimberga in* 8*vo.* Frustra quaesivi librum hunc absurdo titulo insignitum: nec quisquam litteratorum, qui Wernsdorfii vitam et libros recensent, aut qui de Lycurgo scriptos commentarios enumerant, de eo libro quidquam: sed mendacii impudentiam prorsus convincit accurata Io. Christ. Wernsdorfii narratio de vita et studiis ac moribus fratris, quae editioni Himerii praemissa est, in qua ille liber non potuit omitti, si scriptus erat. Nam quod p. 16. Wernsdorfius Vitebergae aliquot dissertationes varii argumenti iis fere annis emisisse dicitur, vix potest huc trahi: ne dicam, quam incredibile sit Wernsdorfium illa, quae ei tribuuntur, de Nerico et Ellomeno, locis obscurissimis tradidisse. Praeterea homo nequissimus plurimas fabellas profert ex libro: *Norden en Grèce ses lettres et observations, Copenhague* 1752. 8*vo.* maxime ex epist. XXV. ad quam identidem redit; unde pauca tantum depromam, ut p. 33. ex eius epistolae p. 159. ,,*Narrano alcuni eruditi, che il primo Magistrato di Leucadia era l'Arconte, denotato* Λευκαδάρχον;" p. 34. ,,*L'erudito Norden, colla scorta di molte antiche notizie, fissa la fondazione della contemplata città (Ellomeno) all' anno II. dell' Olimpiade XXIV. sotto il Leucadarche Ellimene, da cui prese la denominazione di Ellomeno.*" Et ex eodem ibidem: ,,*Conviene supporre in oltre, que dopo una tal epoca, più che in ogni altra, si coltivavano in Leucadia le scienze, le lettere e le arti. Cleonate poeta Epico, ed Euchiro statuario, che fiorirono l'uno nel VII Secolo prima dell' Era volgare, l'altro verso il VI, ebbero culla in quelle contrade.*" Euchir potius Corintho tribuitur; de quo Pausanias et Plinius. Indidem p. 38. ,,*Si trova in Norden, fondato sopra un numero di antiche autorità, che nell' ultimo anno della XXXXV. Olimpiade, per rivelazione di Teocarete, Sacerdote di Dodona, il Leucadarche Damilo in faccia all' Acarnania fondò la città di Leucas, o Leucade, dalla denominazione del sito Leucateo, ove era il tempio di Apollo.*" Eius Damyli etiam nummum profert tab. I, n. 5. qui quidem ipsis litteris monstrantibus multo est recentior: sigma enim lunatum est. Paulo post p. 44. ,,*Non molto al dì sotto di questo piano si è trovato all' intorno i resti de' gradi formati da pietre quadrilunghe, e delle ampie volte, il che offrì degli indizj a Norden per notare che là fosse stato quel teatro che costruì l'Ateniese Baticle, uno de' più celebri artisti della Grecia.*" Et p. 49. de pugna Salaminia: ,,*Aggiunge Norden che i Leucadii, diretti dal loro capitano Batio nella suddetta battaglia, erano destinati contro la parte degli Indiani*" etc. Quae mendacia alter hic Malelas fucavit auctoritate libri, qui nullus unquam fuit, et tribuit celebri navigatori ex classe Danica, qui Graeciam non attigit. Nec magis mihi contigit reperire librum p. 53. citatum: *Chardin des mémoires conservés sur le saut de Leucade et le temple d'Apollon, Amsterdam* 1709. 4*to.* cuius titulus ipse etiam infelicius compositus est quam libri Nordeniani: ac quum apud Herodotum IX, 38. Hippomachus Leucadius Graecorum, qui a Persarum partibus sta-

bant, vates fuisse dicatur, istius commenticii Chardini ope ridiculam Petrizzopulus composuit historiolam, p. 52. „*Assicura Erodoto che nella famosa battaglia di Platea, la quale coprì di tanta gloria i Greci, e con cui aveano deciso di liberarsi per sempre dall' invasione dei Persiani, i Leucadii con gli Anactorii avevano nell' esercito Greco ottocento cittadini* (Herodot. IX, 28.), *diretti i primi da Ippomaco che alla coltura dello spirito combinava il credito dell' esperienza. Si raccoglie da Chardin che questi era molto istruito nelle lettere e teneva pubblica scuola in Leucadia. Ebbe un figlio di nome Xanto, che riuscì nella Poesia lirica, scrisse un Inno intorno al culto d'Apollo Leucadio, e alle feste e giuochi che ivi si celebravano.*" Xanthus lyricus Stesichoro antiquior est ap. Athen. XII, p. 513. A. et Aelian. V. H. IV, 26. sed hoc nihil ad rem. Nec dubito quin homo audacissimus confinxerit librum portentosi tituli: *Prisca fasta Ditionis Venetae Insulis spectantia, Aristotele suisque Scholiastis collecta a Blasio Zane e colonia Cretensi Presbytero ac in D. Basilii ordinem accito, Venetiis* 1697. 8vo. ex quo, postquam de aristocratica Leucadiorum lege, qua fundos ne qui venderent cautum erat, paucis dixit, haec narrantur p. 60. „*Nota il Padre Zane, appoggiato agli Scoliasti del precitato Autore (Aristotele), che l'annullazione di questa legge seguì nella XCIV. Olimpiade, sostenuta dal Toparca Pitodemo, che indi per l'osservanza delle forme democratiche nel governo, fece prestar solenne giuramento a tutti i cittadini entro il tempio di Diana.*" Item p. 67. „*Riferisce il P. Zane, che avendo trovato nel Monastero di Chico nell' isola di Cipro le opere di Aristotele manoscritte in pergamena, nel Trattato della Politica, ove era inserito un assai erudito comento di un Grammatico di Constantinopoli, avea letto, che l'escavo dell' istmo di Leucadia seguì per una risoluzione degli stessi abitatori nell' anno secondo dell' Olimpiade XCIII, essendo Preside dell' Assemblea generale Eutifrone, a motivo di poter stabilire, in caso di ogni attacco, nell' isola con più sicurezza il centro delle loro forze.*" Sed satis iam est rerum plane novarum, quae in isto repeRiuntur opusculo: reliquas enim transcribere taedet. Denique istorum, qui ibi laudantur, librorum nullus non modo hic, sed ne in Gottingensi quidem bibliotheca reperiri potuit; neque illius bibliothecae praefecti ullam istorum deprehenderunt notitiam.

Iam quae de Leucadis originibus vere dici possunt, sunt fere haec. Primum enim Leucadios constat Corinthiorum esse colonos. Herodot. VIII, 45. de iis: ἔθνος ἐόντες οὗτοι Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου. Thuc. I, 30. πλεύσαντες ἐς Λευκάδα τὴν Κορινθίων ἀποικίαν. Plutarch. Timol. 15. εἰς Λευκάδα καταχθεὶς πόλιν ἀπῳκισμένην ὑπὸ Κορινθίων. Scymnus Orb. Descr. vs. 463. post Acarnaniam:

Κεῖνται δὲ καὶ νῆσοι κατὰ ταύτην πλείονες,
Λευκὰς μὲν ἐν πρώτοις Κορινθίων κτίσις.

Corinthiorum et Corcyraeorum communem coloniam Leucadem esse Themistocles iudicabat (Plut. Themistocl. 24.). Unde Leucade instituta optimatium imperio convenientia, quae diu retenta sunt (Arist. Polit. II, 2, 4.). Fuit autem olim Leucadia peninsula, isthmo continua Acarnaniae: et ad eam vetustum oppidum Nericus, Odyss. ω, 376. ubi cf. Eustath. Adde eundem ad Dionys. Perieg. p. 90. Geogr. min. ne Strabonem, Plinium, alios advocemus. Nolo enim nunc perquirere, an idem oppidum sit Neritus; quod solet Ithacae tribui, nec tamen male a Petrizzopulo cap. II. idem ac Leucadicum habetur. Sed Corinthii a Cypselo eiusque filio missi, qui Ambraciam et Anactorium condiderunt, isthmo perfosso Nericum oppidum transtulerunt ad fretum, et novo oppido Leucadis nomen indiderunt a Leucate scopulo: mille autem Leucade colonis positis, Corinthii veteres incolas Acarnanes partim ceciderunt partim eiecerunt: unde perpetua inter Leucadios Corinthios Acarnanesque simultas et infestatio, Acarnanibus vel hanc ob causam Atheniensium partes sequentibus. Strab. X, p. 693. Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον· καὶ ἥ τε Ἀμβρακία συνῳκίσθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον, καὶ τῆς χεῤῥονήσου διορύξαντες τὸν ἰσθμὸν ἐποίησαν νῆσον τὴν Λευκάδα, καὶ μετενέγκαντες τὴν Νήρικον ἐπὶ τὸν τόπον, ὃς ἦν ποτὲ μὲν ἰσθμὸς, νῦν δὲ πορθμὸς γεφύρᾳ ζευκτὸς, μετωνόμασαν Λευκάδα, ἐπώνυμον δοκῶ μοι τοῦ Λευκάτα· πέτρα γάρ ἐστι λευκὴ τὴν χρόαν προκειμένη τῆς Λευκάδος εἰς τὸ πέλαγος καὶ τὴν Κεφαλληνίαν, ὡς ἐντεῦθεν τοὔνομα λαβεῖν. Est quidem in eo difficultas, quod Thucydidi Leucas adhuc peninsula est; sed bene mihi hanc expedisse videtur Mannert. Geogr. T. VIII. p. 73 sqq. Si plures de Leucade locos desideras, v. nott. ad Scylac. p. 13. T. I. Geogr. min. et Cellar. N. O. A. T. I. p. 892 sqq. Nos unum addimus Scylacis locum, ubi de Leucade: Αὕτη ἡ πόλις τοπρὶν καὶ Ἐπιλευκάδιος (sic legendum videtur p. ἐπὶ Λευκαδιοστῶν) ὠνομάζετο· Ἀκαρνᾶνες δὲ στασιάζοντες ἔλαβον ἐκ Κορίνθου ἐποίκους χιλίους· οἱ δὲ ἔποικοι ἀποκτείναντες τούτους τὴν χώραν αὐτοὶ ἔχουσιν. αὕτη δ' ἐστὶ νῦν νῆσος τὸν ἰσθμὸν ἀποτεταφρευμένη. Cypseli autem filius, qui in his rebus nominatur, in illo quidem Strabonis loco, quemadscripsimus, Γάργασος audit; sed apud Scymnum appellatur Γόργος, vs. 452.

Μετὰ τοὺς Μολοττοὺς δ' Ἀμβρακία Κορινθίων
ἄποικός ἐστιν· ᾤκισεν δ' ὁ Κυψέλου
αὐτὴν πρότερον παῖς Γόργος.

Apud Strab. VII. sub fin. Ambracia est Τόλγου τοῦ Κυψέλου κτίσμα: sed rectius Epitome (Geogr. min. T. II. p. 101.) Γόργον praebet. Τόργος est apud Antonin. Liber. c. 4. Τόργον τὸν ἀδελφὸν (immo υἱόν) Κυψέλου κατὰ τοὺς αὐτοῦ χρησμοὺς λαὸν ἔποικον ἀγαγεῖν εἰς Ἀμβρακίαν ἐκ Κορίνθου. Postremo idem est Gorgias Periandri frater (Plutarch. Conviv. S. Sup. c. 17.); idem an alius sit Gordius vel Gordias pater Psammetichi (ap. Aristot. Polit. V, 9, 22. ed. Schn. Ψαμμήτιχος ὁ Γορδίου), dubium videtur. Utcumque autem ille nominatus est, Nericum Acarnanibus ereptam et Leucadem conditam circiter Olymp. 30-40. patet.

Venio nunc ad inscriptionem ipsam, quam Petrizzopulus ita vertit: „Pherontis (imago sum) Mnisicratis fil. Corinthii; ex voto in Leucate Apollinis templum dicavi, et matris nomine urbem condidi." At nihil inest de imagine; et verborum *ex voto* nullum reperio vestigium: nam quae vs. 3. extr. et vs. 4. habentur, non possunt ita explicari: quo minus initio est probabile visum, a Petrizzopulo fabricatum esse hunc titulum, qui ne ipse quidem eius verba videretur intellexisse. Sed quum ambiguus haeream, quid de hac inscriptione iudicandum sit, tentabo eam ita explicare, ut explicanda erit, si genuina est: nec tamen, quibus difficultatibus interpretatio prematur, celabo. Et primum ut a scriptura incipiam, quae βουστροφηδὸν est et a dextera incipit, convenit ea quidem antiquissimae rationi, quam supra vidimus num. 1. sed potest a falsario ex Fourmontianis expressa esse; plura autem insunt Fourmontianis similia, quae suo notabo loco. Pro K est Ϙ, ut in antiquis Corinthiorum aliorumque nummis et aliquot inscriptionibus; litterarum L, M, N, Γ, P, V formae antiquae sunt: Sigma formam Σ habere videtur, ut in Hieronis votiva galea (num. 17.): sed potest hoc transcribentis incuriae tribui, quum praesertim vs. 9. Sigma inversum Ƨ cernatur. Ionicarum litterarum nullum est vestigium, nec consonarum aspiratarum: vs. 7. 8. comparet OO et EE pro Ω et H, more Fourmontianarum inscriptionum. Postremo dialecti ratio adeo est singularis, ut nescias falsarii vel astutiae vel imperitiae, an Leucadiorum ruditati vetustae tribuenda sit. Quodsi antiqua est inscriptio, sic mihi videtur interpretanda: Παῖρ ὁ τοῦ Μενεσικράτους τοῦ Κορινθίου, κα[ὶ] οὐκ Ἀκαρεὶν, ἱερόν τ' Ἀπόλλωνος καὶ πόλειν ὁμωνομάτειν ματῆρος κείτισα τὰν ἐν τῷ Λευκάτῳ, *Filius Menesicratis Corinthii, ac non Acarnan, templum Apollinis et urbem cognominem matris condidi in Leucato.* Statuendum tum erit, Cypselidas in condenda urbe Leucade usos esse Menesicratis filio, Leucadios autem aliquo tempore post posuisse hoc monumentum, in ipso isthmo vel freto constitutum, ut suum in Leucade ius tuerentur auctoritate eius, quem loquentem faciunt, Leucadis conditoris: qui quum sese Corinthii viri filium, non Acarnanem esse testaretur, Corinthiis vindicaret ius coloniae, Acarnanibus eriperet. Nam ipsum conditorem posuisse talem inscriptionem, neutiquam mihi persuadeo, quum praesertim ab initio Leucadiis Corinthiis immixti Acarnanes fuerint: libentius concesserim, aut paulo post oppidi incunabula positam esse, aut post aliquot saecula. Quodsi id, quod ultimo loco dixi, praetuleris, poterit inscriptio a Leucadiis ipsis ficta esse, assumpto vetustissimo scribendi genere. Talia enim ausos Graecos esse videbimus ad Fourmontiana. Magis tamen eo inclino, ut a Petrizzopulo fictam inscriptionem putem. Sed transeo ad singula.

ΓΑΙΡΟΤΟΜΕΝΕΣΙϘΡΑΤΟΣ] Παῖρ erit pro παῖς, ut apud Lacones. Sed τοῦ articulus offendit; dicitur enim vulgo Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου, non τοῦ Σωφρονίσκου: interim τοῦ defendi potest, tum exemplis scriptorum, tum si articulo insigniebatur vox Μενεσικράτους, quod in ea potissima vis inest. In articulo ὁ spiritus negligitur, ut vs. 4. et 7. in vocibus ἱερὸν et ὁμωνομάτειν: sed hoc quoque defendi potest: vide modo inscriptionem Petiliensem (n. 4.), nisi in ea alteram sententiam praetuleris ibi propositam, item Hieronis galeam et aes Eleum (num. 16. 11.), quanquam in hoc id ex dialecti ratione fieri conieci. *Menesicratis* nomen est inauditum: dicitur *Menecrates.* Petrizzopulus quidem statuit *Mnesicratem* esse; ad modum Fourmontianorum nominum Μενήμων, Ἀριστετόμαχος etc. sed in Dorica hac inscriptione antiquissima cur non potius Μνασικράτους vel certe Μενασικράτους exspectetur? Praeterea quis non potius pro terminatione ους malit εος vel ευς? Desideres etiam Cypseliden potius quam Mnesicratis vel Menesicratis filium, quod Cypselidarum colonia Leucas; et in nostra interpretatione nomen viri ipsius deesse aegre feras. Sed Cypselidarum nomina poterant tyrannorum odio devitari (vide simile quiddam narratum ap. Pausan. V, 2, 4. de Cypselo et Corinthiis); et nomen viri dicas de industria omissum; voluisse enim eos, qui hoc monumentum multis post Leucadem conditam annis posuerint, ipsius conditoris induere personam, quasi is vivus ac videns loqueretur: qui nomen suum tum notum omittere potuerit, neque aliud voluerit significare nisi se esse Corinthii viri prolem: „Ego, qui hanc urbem condidi, Menesicratis Corinthii filius sum, non Acarnan." Ita ego iudico de sententia inscriptionis, si genuina sit. Contra editor Phaerontis in ea nomen invenit, idque genitivo casu expressum: quod absurdum est. Si *Phaeron* esset notus, dixeris ΓΑΙΡΟ esse p. Φαίρω, ut Γ sit pro Φ (cf. ad vs. 3.), et N omissum. Latinis certe *Plato* est qui Graecis Πλάτων: ac sane Dores N a Latinis in imperativo *danto* omissum, omiserunt et ipsi dicentes δόντω (v. inscript. Corcyr. coll. Maittair. de dial. p. 227. ed. princ. Intt. Greg. Cor. p. 175. ed. Lips.). Idem dicas factum esse in voce Φαίρων, Φαίρωνος: atque sic Φαίρω hoc loco esset nominativus. Contra si pro genitivo habeas cum Petrizzopulo, articulus quidem τοῦ bene habebit, sed nulla inerit structura: nam εἰμὶ non potest suppleri. Attamen non improbabile est, ita accipientem haec Petrizzopulum finxisse verba ex Sigeensis inscriptionis inferioris initio: Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκοννησίου. ΤΟϘΟΡΕΙΤΙΟϘΑ ΟϘΑΚΑΡΕΙΝ] EI, pro quo passim in antiquioribus inscriptionibus habetur E, non offendit: vide num. 1. et 11. Sed Κορείτιος p. Κορίνθιος mirum est: ει pro εν habes in ἤνεγκα, ἤνεικα, et in τιθεὶς τιθέντος, non item pro ιν, neque ante T vel Θ. Ipsum etiam T pro Θ insolens est: putatur quidem olim pro aspirata tenuis in usu fuisse sine aspirationis nota H (Barthel. Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. XXIII, p. 420. Villois. Anecd. T. II. p. 121.): necdum tamen praeter Fourmontiana ullum exemplum prolatum vidi. Si tamen quid huic titulo tribuendum est, placet Bekkeri ratio, qui Κορείτιος assumpto Dorico τ pro σ a voce Κόρινθος ita forma-

tum indicat, ut Προβάλινθος Προβαλίσιος. Mox in ϘA ductus litterae A propius accedit ad vetustam formam quam in reliquis locis. Suppleo autem ϘA[I]. Ἀκαρεὶν erit Ἀκαρνὰν, omisso N, et A mutato in EI, ut Boeoti H mutant in EI. Est tamen sine exemplo. Haec autem verba Petrizzopulum vertere *ex voto,* supra vidimus: itaque eum ipsum haec non intellexisse censeas, et genuinam putes esse inscriptionem. Mox vs. 5. ꓶꓶ mutavi in TM: nisi prius ꓶ Petrizzopulus voluit γ esse, ut scribitur HIΕΡΟΛΧΡΕΜΑ ΤΟΝ, ἱερῶγ χρημάτων: tum debemus ἱερόγ γ' Ἀπόλλωνος legere. Templum hoc fuisse in promontorio Leucate notissimum est. ΠΟΛΕΙΝΟΜΟΟΝΟΜΑ ΤΕΙΝ] EI diphthongus in his vocibus plane nova est: ὁμωνομάτις pro ὁμώνυμος aeque incompertum: sed talia fraudem non evincunt; nam plurimas nos veteris dialecti varietates ignorare vel ex Inscr. 11. patet. OO pro Ω, ut deinde vs. 8. EE pro H, nondum usquam repertum est nisi in Fourmontianis: Homericum δέελον Iliad. κ, 466. ita est singulare, ut peculiaris videatur ratio subesse; neque alia exempla Villoisonus novit Anecd. T. II. p. 124 sqq. ΜΑΤΕΕΡΟΣ autem, simile Fourmontiano ΜΑΤΕΕΡ, eo magis offendit, quod notus sermo nonnisi ματέρος praebet. Verum ut concedamus, etiam ματῆρος dictum esse, ut μνηστῆρος, et fuisse olim aliam formam ματὴρ, ματῆρος: nemo tamen quidquam tradidit de scriptura litterae Ἦτα duplici E expressa, ne Stephanus quidem Dionysii Thracis scholiastes, quo Villoisonus hac in re abutitur; Latina vero exempla a Villoisono l. c. prolata et in Prolegg. ad Hom. p. V. VI. cum reliqua disputatione repetita, de quibus conferri etiam Raoul-Rochette Epist. ad Aberd. p. 58. potest, nihil plane conficiunt. Mox κείτισα pro ἔκτισα plane novum est: habet tamen analogiam verbi κεῖμαι. Forma structurae fere eadem quae in Sig. Inscr. infra: κἀγὼ κρατῆρα κἀπίστατον καὶ ἡθμὸν ἐς πρυτανήϊον ἔδωκα etc. Vs. 9. 10. EM in EM mutandum: nisi falsarium delusit usus eiusmodi, qualis est in TOMMEN, τὸν μέν. Τῷ Λευκάτῳ plane ignota dictio: adiectivum est ὁ Λευκάτης, ut ὁ Λευκάτης Ἀπόλλων ap. Strab. X. l. c. τὸν Λεύκατον vel τὸ Λεύκατον non novimus. Videtur autem verbis ἐν τῷ Λευκάτῳ vel *isthmus* vel *peninsula* designari: nam in *promontorio* Leucate non fuit oppidum Leucas. Etiam obscurius est, quid sibi velit illud πόλιν ὁμώνυμον μητρός. De Nerico oppido explicat Petrizzopulus; id qui condiderit, eius matri idem nomen fuisse quod oppido inditum est. Sed has nugas esse vidimus. Leucadis urbis peninsula Leucas sive Leucadia cognominis est (vide de nominis varietate Cellar. l. c.): igitur *terra Leucadia* mater urbis dici videatur.

APPENDIX PARTIS PRIMAE.

INSCRIPTIONES FOURMONTI SPURIAE.

Quamvis, quas hucusque ex Fourmonti chartis edidimus, inscriptiones (2. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 27. 28. 35. 37. 42.), quaeque infra magno numero inde a secunda huius operis parte proferentur, haud incertae sint fidei, et partim iam olim a Cyriaco Anconitano, partim a Chandlero, Dodwello, aliis pluribus denuo repertae: tamen ancipitem taediique plenum laborem in aliquot Fourmontianis titulis mihi relictum esse praecepta vacuus opinione intellexi, ut quid de eorum auctoritate statuendum esset, uberius exponerem. Ii sunt non pauciores viginti sex: tres a Barthelemio editi, inter se simillimi (44–46.); aliquot minores partim editi partim inediti, ex quibus qui publici iuris facti sunt, aeque atque illi Barthelemiani sunt prisci habiti (47–56.), clypeorum inscriptiones a Fourmonto editae, et aliae haud disparis generis (57–60.); catalogi magistratuum ex Messeniaci belli primi aetate, a Fourmonto editi (61–63.); postremo catalogi varii generis, maxime agonistici, praeter unum inediti (64–69.). De quibus priusquam singillatim dicam, de Fourmonti collectione, ingenio, moribus, quae opus visa sunt, praemoneo.

Mich. Fourmontus, frater Stephani eius, qui primus in Gallia Sinicis litteris insigniorem dedit operam et orientalium linguarum peritia excelluisse dicitur, cum fratris filio a. 1729. et 1730. magnam Graeciae partem, Atticam, Megaridem, Peloponnesum, insulas aliquot, in his Lesbum, Chium, Aeginam adiit, ut locorum situm indagaret inscriptionesque colligeret: quarum partem ipse diligentius, partem fratris filius pari incuria atque imperitia in chartas coniecit (Ste-Croix Mag. encyclop. Ann. II. T. V. p. 76.). Sed de numero inscriptionum varia traduntur. Nam Fourmontus ipse (Hist. Acad. Inscr. T. VII. p. 358.) plus quam tria millia ineditarum a se collecta praedicat; contra Ste-Croix tot fere solas Peloponnesiacas memorat, quarum tamen vix quarta supersit pars: „*De trois mille cinq cens inscriptions découvertes par Fourmont, dans le Péloponnèse, à peine en existe-t-il le quart dans ses papiers, et aucune n'offre ce qu'il annonce avec tant d'emphase et d'assurance.*" Nos etsi Graecas omnes Fourmontianas Imm. Bekkeri potissimum felici diligentia transcriptas habemus, de numero plane iudicare non possumus, quod eodem nunciante aliae situ corruptae et deperditae sunt, aliae sunt Latinae aut Hebraicae, quae quot sint ignoramus, alias bis et ter Fourmontus posuit, ut solent qui inscriptiones colligunt: attamen numerus multo, quam qui praedicatur, minor est, nec verisimile videtur permultas aut perisse aut Latinas Hebraicasque esse. Ut de singulis terris urbibusve dicam, eorum titulorum, qui a minore Fourmonto collecti sunt, hic extat computus a Bekkero mecum communicatus: „*Mémoire des inscriptions que M. Fourmont le neveu a mis au net par les ordres de Monseigneur le Comte de Maurepas et qu'il a remis à sa Grandeur depuis 20 mois.*

Les inscriptions de la ville de Sparte et de ses environs se montent au nombre de	300
celles de Patras à	93
celles de Castri ou Hermione à . . .	47
celles d'Argos à	47
celles de Paros à	6
celles de Garitena ou l'ancienne Gortys à	7
celles d'Athènes et de ses environs à .	500
Le total des inscriptions rendues à la cour se monte à	1000

Je ne compte pas dans ce nombre plus de 300 médailles, dont j'ai dessiné les légendes et plus de 200 morceaux tant géographiques que topographiques que veues de villes, temples et bâtimens publics. Tous sont finis à l'exception du géographique et du topographique. Il me reste encore 200 inscriptions entre les mains et plus de 300 autres morceaux; tous ces travaux pourroient finir en moins de 4 mois, si je ne manquois point de secours." Cum quibus verbis ut ea componam, quae maior Fourmontus in narratione de itinere (Hist. Ac. Inscr. T. VII.) tradidit, Athenis collectas 700, Cephisiae et Menidae, vel in posteriore loco solo 68 praedicat (p. 348.): sed Atticae universae cum Salaminiis, si Christianas pauculas exceperis, vix numero quadringentae in schedis supersunt. Laconicarum numerum a minore et maiore Fourmonto, ab hoc p. 357. traditum, etsi accuratus computus institui a nobis nequit, tamen vero proximum iudico. Patrenses maior Fourmontus tantum octoginta memorat (p. 354.), quum fratris filius plures dicat; Graecae ethnicae licet nonnisi tres habeantur, tamen Fourmontis in hac re fides non deneganda est, quod constat haud paucas esse Latinas et Hebraicas; nec mentiri licebat in Patrensibus, quae adiutore et conscio Bonneto, proxeno Patrensi, collectae erant. Hermionenses, quas quadraginta septem minor Fourmontus dicit, reperio in schedis Graecas ethnicas quadraginta quattuor, totidemque Argivas, ex quibus quinque inter antiquissimas edidi: ut videas in utrisque verum minorem Fourmontum reperiri. Gortynias tantum duas habeo, sed plures Tegeaticas; Parias quattuor. Praeterea Megaricae supersunt undetriginta, et variarum Peloponnesi regionum et paucarum insularum paucae. Inter has Fourmontus (l. c. T. VII.

p. 351.) in Aegina satis pulchras sese narrat inscriptiones apud templum Iovis Panhellenii repperisse; ego tres tantum invenio Aegineticas. Etiam Phliunte et Asinae perantiquas transcriptas inscriptiones perhibet (ibid.), aliasque Sicyone s. Basilicae (p. 353.): sed Asinaea et Sicyonia Graeca ethnica nulla superest; Phliasiae paucae sane priscae, quas num. 21. 37. edidimus, aliae recentiores, una num. 46. quam ficticiam pronuncio. Coronensium inscriptionum, quas memorat (p. 354.), unam habemus, sed non ex domo Agae, ubi sese plures transcripsisse testatur: idem quae de titulis in urbe Messene (σταῖς Μαυϱομανιαῖς) repertis dicit, vera invenio (vide eum p. 355.): etiam Calamatae transcripti supersunt, inter quos tamen unum antiquissimum spurium iudico. Contra inscriptionum montis Parthenii, ubi Fourmontus urbes Cyphanta, Belbinam, alias se vidisse narrat (p. 354.), nullam inveni. Taceo de aliis, quarum infra fiet mentio.

Et ex tanto quidem inscriptionum numero, vana, ut videtur, iactatione etiam magis aucto, aliquot, quae summam antiquitatem simulant, in Actis Academiae Inscriptionum, in Novo tractatu diplomatico et apud Caylusium editae, variam sunt fortunam expertae, quum ab aliis summam nactae venerationem sint, ab aliis reiectae. Ex iis, qui de illarum inscriptionum fide plane non dubitarunt, memorasse sufficiet Barthelemium, Benedictinos operis diplomatici editores, Mazochium, Winckelmannum, Castellum Turris Mutiae principem (Inscript. Sic. Prolegg.), D'Hancarville (Recherches sur les arts de la Grèce, T. II. p. 185 sqq.) earum vel patronum, sed adeo superstitiosum, ut nemo illius librum sine summo taedio legere possit, porro Caylusium, Paciaudium (Monum. Pelop. T. II. p. 257.) inania multa adversus eos disputantem, qui iam tum de Fourmonti fide suspicionem moverant, Heynium (antiq. Aufs. P. I, p. 84–94.), Hugium (Erfindung der Buchstabenschrift p. 56–82.) Fourmontiana sollerter et explicantem et defendentem; Lanzium, Villoisonum (Anecd. T. II. hinc inde), Larcherium (ad Herodot. ed. nov. T. I. p. 306. T. IV. p. 410.), Ste Croix (Gouv. féder. p. 31. Magaz. encyclop. l. c. p. 76.), qui licet vanum, stolidum, male fidum hominem Fourmontum fuisse concedat, tamen negat falsarium esse: immo ipse Valckenarius, cuius iudicio plurimum tribuendum videtur, Amyclaeos sacerdotum catalogos (num. 44. 45.) ut genuinos agnoscit (ad Theocrit. Adoniaz. p. 275. A.). Cautius Wolfius (Prolegg. in Hom. p. LIX.) Amyclaeam inscriptionem ante Homerum compositam esse cupide a nonnullis perhiberi pronunciat; fictamne an veram iudicet, non pronunciat. Sed magna vi adversus Fourmontum coortus est Richardus Payne Knight in libro: *An analytical Essay on the Greek Alphabet (Londin.* 1791. 4.) *p.* 111–130. Porsoni nactus assensum, cuius censura bis excusa est (Monthly Review Ian. et April. 1794. et in Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 489 sqq.): fidemque earum inscriptionum sublestissimam esse inter Gallos solus, quantum memini, concessit Boissonadus (ad Gregor. Corinth. p. 496. Lips. adde ad Eunap. T. I. p. 300.). Mox quum illustrissimus comes Aberdeenus (in Walpol. Mem. p. 446 sqq.) Knightii probasset iudicium, popularis sui causam suscepit elegantis et copiosae eruditionis vir mihique et operi nostro imprimis favens, Raoul-Rochette: *Deux lettres à Mylord Comte d'Aberdeen sur l'authenticité des Inscriptions de Fourmont, Paris* 1819. 4. eique in plurimis assentitur Letronnius, cuius accuratam doctrinam magnopere suspicio, in eius libri censura (Journ. des Savans 1819. Dec. p. 707-719. 1820. Jan. p. 47-51. Mart. p. 170-174.): suam tamen causam non reliquit Aberdeenus, secunda de Fourmonti fraudibus commentatione edita eaque et festivitatis et iudicii plena (in Walpol. Travels p. 498–503.). Post quae ne intempestiva modestia meum omittam iudicium, privatis litteris ante annos nescio quot ad Rochettum datis et ab hoc p. 13. ex parte editis haec ego scripsi: ,,Quodsi iam quaeris, quid de antiquissimis, qui feruntur, titulis censeam, insanum dixerim, qui eos Troiano bello priores cum Barthelemio, Lanzio aliisque putet: neque tamen eos a Fourmonto, sed ab ipsis Spartanis circa primum a Christo nato saeculum confictos arbitror;'' a Knightii tamen aliorumque sententia me non plane abhorrere, ipse deinceps significavi, licet Knightium mirifice argutum et Fourmonto nimium infensum dixerim. In quibus verbis siquis acerbitatem reprehendat, cogitet in privatis litteris non ponderari verba festinanter effusa. Et Knightii quidem etsi eruditionem veneror et permulta ab eo optime annotata ultro concedo; tamen molesta quadam eum subtilitate laborare plurimi concedent: idem et invidiosius adversus Academicos Parisienses disputavit, et Fourmonto plura obiecit, quae dilui facili opera possunt: quod ut post Rochettum uberius explicare supervacaneum erat; ita siquis ea, quae deinceps disputavi, cum Knightianis contulerit, me quoque Fourmontum a Knightii criminationibus hinc inde absolvisse intelliget. Barthelemium vero et Lanzium doctos fuisse quis neget? neque ego illos dixi insanos: sed hodie qui illorum criticis iudiciis credulus insistat, postquam rectior longe harum rerum via a subtilioribus ingeniis, et maxime a F. A. Wolfio monstrata est, is mihi non multum aliter agere videatur, ac si quis chemicus post Lavoisierium eiusque successores ad Theophrasti Paracelsi placita redire praetulerit: eum pro insano facetum dic; mollius vocabulum erit, res eadem. Ceterum, quae ego in istis litteris scripsi, pertinent ad Amyclaeos titulos num. 44. 45. qui soli inter Spartanos aetatem Troicis priorem ementiuntur; eos igitur erat quum a Spartanis confictos putarem, sed a Fourmonto male transcriptos aut fraude interpolatos: pauca enim iis insunt, quae ne recentioribus quidem Spartanis tribui queant, in quibus potissimum Schwa istud sive E est; quod in aliis vocibus, ut in Ἀϱιστεϱομαχο, in marmore ϟ fuisse arbitrabar (Ἀϱιϟτομαχο, v. ad num. 45.), in alias deinceps ad earum similitudi-

nem a Fourmonto illatum. Quodsi contra monitum est, facilius credi posse, Spartanos antiqua eiusmodi monumenta litteris magis noviciis instaurasse, quod in columna Duilia factum constat, quam eosdem illa ipsa plane finxisse: quo consilio fingi potuerint, non mihi videtur dictu adeo arduum esse. Prudenter Tacitus (Hist. II, 4.) in templo Paphiae Veneris Titum dicit spectasse opulentiam donaque regum, *quaeque alia laetum antiquitatibus Graecorum genus incertae vetustati affingit:* nempe tantum Graecis antiquarum rerum studium fuit, ut ingentem fabularum fingerent numerum, quibus vetustioris memoriae defectum supplerent; unde tot monumenta, tot genealogiae natae sunt, tot provenerunt heroes commenticii, quos qui vere vixisse credat, eum superstitiosum iudico. Sed ut ad inscriptiones redeam, aetate belli Troiani scripturae apud Graecos usum certe rarissimum fuisse, non potest dubium videri: neque ex aetate ante Olympiadum initium, ex quo Olympici victores inscribi coepti sunt, multorum superest titulorum memoria. Quo pertinet discus Iphiti (ap. Pausan. V, 20. Plutarch. Lycurg. 1.), quanquam ei inscripta ἐκεχειρία potuit etiam post Olympiadum numeratarum principium exarata esse; pertinent fortasse prima initia variarum ἀναγραφῶν sive catalogorum, de quibus dixit Müller. Dor. T. I. p. 130. Sed ullam inscriptionem, quae ad fabulosas pertineat personas, nego ex ea, quam isti heroes referant, aetate esse posse: quod apertum est. Non ego commoror in iis, quae de litteratis apud Graeciae habitatores monumentis ante Cadmum, hoc est ea aetate, ex qua nulla plane traditio superesse poterat, Diodori (V, 57.) potissimum figmento inductus Rochettus (p. 65 sqq.) disputavit; non de ipso Cadmo dico, quem numquam fuisse haud temere mihi persuasi; non ad argumenta de litterarum origine et propagatione ex fabulosâ Pelasgicarum migrationum historiâ petita (Knight. p. 119 – 123. et Rochett. p. 67 – 87.) descendam, quibus si quidquam, certe nihil aliud confici potest, nisi Pelasgos, quum in Italiam transirent, secum Etruscum vel Latinum alphabetum attulisse. Haec igitur omnia ut omittam, quae Graecae inscriptiones fabulosam aetatem simulantes a certis auctoribus visae sunt, ut Thebis in Ismenio tripodibus impositae, quae Amphitryoni, Scaeo, Laodamanti tribuuntur (Herodot. V, 59.), ut inscriptio thalami Alcmenae (Pausan. IX, 11. cf. Hermann. ad Orph. p. 786.) vel eidem aetati assignata Herculea (Aristot. mirab. auscult. 145.), eae, quum fabulosos heroes spectent, cum Wolfio (Prolegg. Hom. p. LV sqq.) debent pro fictis haberi; fictae autem erant, ut *laeta antiquitatibus gens* eademque credula monumentis suis remotae vetustatis auctoritatem conciliaret. Quo pertineret etiam columna lapidea in Oratione de Neaera (p. 1370. extr.) memorata, si ea oratoris sententia esset, ut a Theseo positam diceret; sed hoc ille noluit, etsi nuper ita intellectus est: pertineret huc etiam titulus de Coroebo apud Pausaniam (I, 43.), si is, ut Rochetto (p. 66.) videtur, ad annum ante Christum 1678. referretur; sed illum nulli certae aetati assignari notavit iam Letronnius (l. c. 1820. p. 50 sq.), nec facile intelligo, quomodo quisquam carmini elegiaco tantam tribuere antiquitatem possit, quum ante Callinum elegiacum distichum aut nondum aut nuperrime inventum fuerit. Aliud exemplum fictae inscriptionis praebet Pausanias (VIII, 14, 4.), ubi de Pheneatis: καί μοι καὶ γράμματα οἱ Φενεᾶται παρείχοντο ἐπὶ τοῦ ἀγάλματος γεγραμμένα τῷ βάθρῳ, τοῦ Ὀδυσσέως δή τι πρόσταγμα τοῖς ποιμαίνουσι τὰς ἵππους: ubi vel Pausanias cetera satis credulus adiecto illo δὴ Pheneatarum ridet vanitatem. Optimoque iure Müllerus (Aeginet. p. 39.) monumenta de divisione Peloponnesi post reditum Heraclidarum, ut tradebatur, factâ, quae *saxis sculpta et aere prisco* ostentabant Messenii (Tacit. Ann. IV, 44.), recentiore aetate composita iudicat: immo dubitari potest, an τελετὴ τῶν μεγάλων θεῶν, quam Aristomenes Messenius circa Olymp. 28. tabulis plumbi albi consignatam in urna defodisse fertur, post Leuctricam pugnam Ithomae reperta (Pausan. IV, 26, 4.), non antiqua fuerit, sed pia fraude conficta. Mitto tabulas aheneas ab Acusilai patre inventas (Suid. v. Ἀκουσίλαος): quae narratio ambiguae certe fidei est. Iam vero Spartani, quorum antiquitas illitteratissima fuerat, quo pauciora prisca monumenta habuerunt, eo potuerunt ad fingenda procliviores esse: ideoque quum mihi nondum certum esset, etiam num. 44. 45. a Fourmonto compositos esse, nec tamen eos viderem tam antiquos esse posse, quam, si genuini essent, haberi deberent, Spartanos conieci ipsos illa duo monumenta recentiore aetate composuisse. Unde quidem vides me iudicium meum de Fourmonti ipsius fraudibus non temere et incaute festinavisse. Idem tamen Fourmonti audaciam satis agnoscens, reliquas inscriptiones, quas hac appendice coniunxi, spectans in Oeconomia reipublicae Atheniensis (T. II. p. 215.) significavi, mea quoque sententia Fourmontum, ut diligens in inscriptionibus colligendis fuerit, non modo imperitum fuisse hominem, sed famam suam flagitiis impudentium mendaciorum, falsi, et antiquorum monumentorum devastationis petulantis contaminasse: quae verba illustrissimi Comitis (in Walpol. Trav. p. 496.) effugerunt notitiam: iterumque in Explicationibus ad Pindarum (P. II. T. II. p. 152. extr.) catalogis magistratuum Spartanorum fidem me denegare non reticui. Nunc vero, post Phliasiam potissimum inscriptionem (num. 46.) cum Amyclaeis accuratius compositam et labefactatam Petrizzopuli fidem, cuius titulus (num. 43.) poterat Fourmontianis succurrere, etiam num. 44. 45. non a Spartanis sed a Fourmonto ipso compositos esse, non modo concedo sed confidenter affirmo. Ne tamen cupidius egisse videar, ubi necessarium iudicavero, de utraque re disseram, Fourmontusne monumentum quodque finxerit an Spartani: denique omnibus his titulis sub uno conspectu positis spero prudentibus perspicuum futurum, solum Fourmontum esse falsi incusandum.

In qua sententia Buttmanni quoque et Bekkeri consensus me confirmavit.

Nunc de Fourmonti ingenio disputaturus, quoniam non accusator sed iudex esse constitui, exordiar ab iis, quibus Fourmontus defendi queat. Non dico laudes ei in parentatione (Hist. Acad. T. XVIII. p. 446.) tributas, ubi in lingua et historia Graeca mediocriter eruditus audit (fuit autem non mediocriter imperitus), praeterea in commercio hominum neutiquam versatus, idem laboriosus, morum libertate et austeritate ad rusticitatem proxime accedens, et multo minus excultus quam honestus; ut colligi queat, potuisse eum per imperitiam pravas inscriptionibus lectiones inferre, non fingere falsa (Roch. p. 3.). Nimirum in huiusmodi laudatione quantum amicorum benevolentiae et decori publico, quantum iustae morum aestimationi tribuendum sit, vix potest diiudicari: et quae ipse Fourmontus (Hist. Acad. T. VII. p. 347.) de morum via narravit, qua sibi Athenis animos hominum conciliavisset, non illam referunt simplicitatem, sed clericum nobis talem, quales tum haud pauci fuerunt, monstrare videntur, astutum, tectum, simulatorem. Nec cum amico quodam, ut Fourmontum absolvam, Graecum *Anagnosten* culpabo, cuius opera Spartanarum-inscriptionum pars collecta erat, eumque dicam Fourmonto confictos obtulisse titulos: una tantum re excusari Fourmontus potest, nimia ipsius imperitia, quam eius schedae in Latinis potissimum interpretationibus, ridiculorum errorum magno numero refertis, Bekkero et Rochetto (p. 132.) testantibus offerunt. Unde etsi horum, quibus diffido, titulorum fidei nullum momentum accedit, quippe qui, quum ex solis nominibus coacervatis compositi sint, fingi ab imperitissimo quoque potuerint, eiusdemque, quae Fourmonti fuit, ignorantiae tot offerant documenta: tamen sunt nonnulla, quae eius non tam nequitiae quam inscitiae tribuenda videantur. Ex quo genere duo tetigi in Oecon. reip. Ath. (T. II. p. 215.). Etenim quum Fourmontus (Hist. Ac. T. VII. p. 348.) decreta sese Amphictyonum de ordinandis civitatum tributis repperisse dixisset, eaque frustra in illius schedis quaesivisset Ste Croix, hic ipse de Fourmonti hac in re et in aliis fide dubitavit (des anc. gouvern. féd. p. 31.); licet Fourmontum acta Amphictyonum Deliacorum, hoc est Marmor Sandwicense et aliud a me (l. c. num. XV.) editum intellexisse, et pro tanta sua imperitia haec pro decretis Amphictyonum de tributis ordinandis habuisse, facile potuerit perspici. Similiter quod acta quaedam Attica ante Euclidem scripta partim integra partim mutila transcripserat, in quibus numeri decadici cernebantur, quales in Solonis legibus scriptos fuisse constat; inde ad inanem videtur Solonis legum edendarum promissionem ibidem propositam deductus esse: qua fraudem fecit Wesselingio (Praef. ad Petit. L. A. p. VII. cf. Wolfii Mus. der Alterthumswiss. T. I. F. III. p. 579.). Et ea quidem in re cum inscitia coniunxit vanitatem, quum tenuia fragmenta pro integris venditaret tabulis; nec tamen imperitus homo tantum sibi confidere potuit, ut ipsas Solonis leges, Petiti fortasse ope, sibi fingendas sumeret. Etiam alia in Fourmonti narratione falso suspecta sunt; ut quod Eleusine inscriptiones βουστροφηδὸν exaratas a sese inventas dicit (p. 349.): certe una ex eo genere superest (num. 27.). Magis mirifica sunt haec eius verba: „*Ensuite, s'estant transporté a Palaeochori, autrefois Rhus (in Megaride), que ces voyageurs (Spon et Wheler) ont pareillement décrit; il y trouva encore des Inscriptions qui leur avoient échappé, entr'autres une faite à l'occasion de ces tonnerres qui se firent entendre aux Perses, lorsqu'ils voulurent descendre dans la plaine quelque temps avant la bataille de Platée. Le prestre Grec à la prière duquel on crût que ces tonnerres avoient grondé, et la patrie des troupes, pour lesquels il prioit, y sont désignez; deux choses, sur lesquelles les auteurs ont gardé un profond silence.*" Sed haec quoque narratio quantumvis absurda, quo nitatur, habet; manifesto enim pertinet ad epigramma Simonidis Megaricum ab Helladio pontifice instauratum, quod ante aliquot annos edidi (Ind. Lect. Univ. Berol. aestiv. 1818.): ubi etsi nihil de tonitribus legitur, tamen qui Fourmonti de catalogis Spartanis commenta legerit, eum de istis somniare potuisse concedet. Similiter quae de Laurio, Panormo aliisque Atticae locis a sese ope inscriptionum indagatis iactat (p. 350. extr.), stulta magis quam fraudulenta videntur. Neque tamen omnia, quae rideas, Fourmonti imperitiae tribui possunt. Ut enim unum et alterum iactationis documentum removeris; ut numquam Fourmontus praedicaverit, duo millia hominum Amyclis a sese fodiendo adhibita esse, quod ei Knightium iniuria obiecisse Rochettus (p. 9.) docet: tamen tum in narratione de itinere tum in altera commentatione (Mem. Acad. T. XV.) tot supersunt vanitatis ventosissimae indicia, ut Fourmontum haud verear mendacissimum pronunciare, neque usquam verum, sed suas laudes inventis suis mirifice augendis quaerentem. De qua re ut facilius ipse iudicare posses, potissima sub uno conspectu posui. Statim in priori scripto (p. 344.) de Lesbo haec habentur: „*M. Fourmont y recueillit une vingtaine d'Inscriptions singulières, la pluspart antérieures à la puissance des Romains, d'autres de leur temps, et d'autres concernant les Perses; toutes de conséquence, en ce qu'elles sont la preuve de faits importants citez par quelques auteurs, ou parce qu'elles nous apprennent des choses dont ils n'ont fait aucune mention.*" Harum neque in Fourmonti schedis extat ulla, nec quae de Persis dicit, facile credet quisquam: neque ullus in Lesbo tales inscriptiones vidit. Item (p. 352. extr.) Argis inter fodiendum titulos βουστροφηδὸν exaratos sese repperisse praedicat, eosque in arcis Larissae turri: et verum est partim Larissae partim in vicinia satis antiquas eum inscriptiones (num. 2. 14. 17. 18. 19.) collegisse, sed nullam βουστροφηδὸν scriptam. Ad Asopi

vero rivulum templum deorum Titaniae et ibidem aram ipsi Titani cum inscriptione βουστροφηδὸν ductâ inventa perhibet. Sed maxime indulsit mendaciis in Messeniacis et Spartanis rebus. Quid est enim mendacium, si hoc non est, quod p. 356. legitur: *À son retour à Calamata, on luy parla de vieux caractères gravez sur des rochers, que personne, dit-on, n'avoit encore pû lire: d'où il comprit que c'estoient des Inscriptions en Boustrophédon, c'en estoient effectivement, et des Epitaphes de Rois et de Reines de Messène, qui luy fourniront un ample sujet de Dissertation:*" quod repetit T. XV. (p. 397.) ubi Epitaphia regum et reginarum Messeniae primae aetatis vocat. Ibidem (p. 395.) Andaniae et Messenae satis amplam se inscriptionum collectionem perfecisse praedicat: sed paucas tantum Messenae repperisse videtur. In Spartanorum vero regione licet sat multos invenerit titulos, permulta tamen in narratione de itinere (p. 358.) prodita fidem superant; neque, sicut commentum de Solonis legibus, excusaverim hoc longe impudentissimum de Agidis legibus: ,,*Et des Loix d'Agis dont personne n'avoit encore entendu parler, sont un morceau des plus précieux.*" Crevisse autem successu hominis audacia videtur: nam in commentatione de catalogis Spartanis (Mem. Acad. T. XV.) tot iam insunt nova et inaudita, vix ut oculis confidas. Nam ut hoc loco ea omittam, quae ad num. 48. et 55. de titulis posui, in quibus Ἰκτευκράτεις et Ποιμείτορες legi narrantur; p. 418 sq. Pythios sigillum suum omnibus alicuius momenti decretis imposuisse narrat; id docere inscriptiones plus LX easque varii generis: in qua re absurda neque ullius tituli auctoritate comprobata ita sibi placet, ut eam p. 400. etiam amplificaverit: ,,*Cette marque se trouvant dans un grand nombre d'Inscriptions, avec les noms des Rois, des Pythii et des Officiers des tribunaux que l'on voit sur ces deux Marbres-ci (num.* 61 *sq.) pour ordonner les hécatombes aux Prêtres, pour une naturalisation ou lettres de naturalité, poûr admettre le culte d'un dieu, en un mot pour des affaires de consequence, et jamais ailleurs:*" quae omnia ficta sunt. Ibidem p. 410.: ,,*On sçait par les auteurs que plus anciennement leur tribunal* (γερόντων) *étoit appellé* τέλη (immo τέλη omnes magistratus, non soli Senatores, quod ex Meursio, non tamen hoc docente, per incuriam traxisse Fourmontus videtur: v. Misc. Lac. II, 4.), *et nous avons des Inscriptions en Boustrophédon, dans les-quelles ils sont nommez* τελιαῖοι *ou* τελαῖοι:" addit Phoenicium etymon, ne Φοινικικῷ ψεύδει desint etiam λῆροι Φοινικικοί. Mox (p. 412.) sex tribus a Cragio (Rep. Lac. I, 6.) fictas, Aegidarum, Limnatarum, Cynosurensium, Messoatarum, Pitanatarum, et quos nominare oblitus est, Heraclidarum in inscriptionibus bene designatas perhibet: sed quattuor tantum ex his nomina in Fourmontianis inscriptionibus separatim posita invenio, Λιμναέων, Πιτανάτου alicuius et Μεσοάτου, et Κυνοσουρέων; ac Λιμναεῖς et Κυνοσουρεῖς sane φυλαὶ dicuntur in titulis M. Aurelii Damarchi et Tib. Claudii Harmonici: Aegidae et Heraclidae nusquam memorantur, ex quibus illi, licet ab Herodoto φυλῆς denominatione appellentur, tantum obam constituisse videntur, hi Ὑλλέων nomine profecto tribus erant, sed ex antiquiore divisione, ex qua tres Dorum tribus fuerunt, Hyllensium, Dymanum, Pamphylorum (v. Explicatt. ad Pindar. p. 234.): quacum non confundenda est recentior eaque mere geographica φυλῶν distributio. Sed fortasse istud de φυλαῖς commentum somniculosae imperitiae tribuere malueris: illud tamen apertum est, quum nonnisi vestigia illarum, quas putabat, tribuum in suis repperisset inscriptionibus, Fourmontum ita locutum esse, quasi universum illud sex tribuum systema ficticium in illis titulis occurreret. Idem paulo post (p. 417.), ubi de sex Lacedaemoniorum harmostis, qui numerus ex solis suspectis titulis innotuit, quaedam posuit; tempore Amyclaeae inscriptionis num. 61. hoc est Theopompi aetate, septimum Thyreae Argolicae harmosten fuisse, ex inscriptionibus nusquam extantibus narrat; nec verisimile est ex temporibus adeo remotis tam accuratam notitiam rerum, quas tabulis inscribi tum haud dubie non curabant, servatam esse, sed finxit talia Fourmontus ad eam, quam imbiberat, historiae notionem; harmostasque tum omnino nullos esse peregrinis impositos, sed crescente demum Spartanorum potentia in exteras civitates mitti coepisse, multo videtur probabilius. Similiter in simili re iudicat Müllerus Dor. T. I. p. 94 sq. Fraudulenta sint an nugatoria nescio, quae Müllero referente Fourmontus in schedis scripsit: Unius horae quarta parte ab Eurotae et rivuli alicuius confluentibus Spartam inter et Amyclas in octagono templo admodum memorabiles se vidisse inscriptiones de tributis Laconicae, de βαγῷ Lacedaemoniorum, qui nonnisi in suspectis Fourmonti titulis, in nullo certae auctoritatis nominatur, de nescio quibus quos vocat *les Heuertiens*, quod nomen se non intelligere fatetur; in iis perscriptum fuisse, quot verveces ovesque exercitus comedisset, quantumque absumpsisset pecuniarum, unde hae collectae essent (fuisse autem partim ex Arcadia contributas), qui peregrini argentum ipsis pro lana mutuum dedissent. Praeterea quum anaglypha ex Fourmonti schedis ap. Caylus. Rec. d'Ant. T. II. tab. 51. edita eaque, ut ait, in templo Ongae reperta humanarum victimarum signa offerant, discerpta hominum membra, brachia, manus, femora, pedes, ossa cum cultris aliisque carnificinae instrumentis: nunc postquam eadem illa Lauagetae sacerdotis et Anthusae hypostatriae s. ornatricis monumenta ab Aberdeeno in Britanniam allata et aere accurate expressa sunt (Walpol. Mem. p. 448.), non alias res quam pateram, facem, cistulas, concham, speculum, pectinem, ampullas, pyxides conspicimus, et inter ea unum pedem: nec mihi satisfacere Rochettus (p. 31 sq.) in hac quoque re Fourmontum absolvens videtur, sed probabilius habeo, Fourmontum haec adeo moesta et horrenda miraculi causa finxisse, quam in delineatione monumentorum vel Amyclis vel domi facta

errasse. In qua re quis isti non acclamaverit: *Abi dierecte, carnufex.* Non dicam de Apollinis Amyclaei et Lycurgi templis, quae etsi hodie non extant, tamen rudera quaedam interim dilapsa potuerunt pro iis venditari; nec Sclavochorium, ubi Fourmontus Amyclas ponit, in harum, ut plurimi putant, loco situm sit, an potius in Brysearum, quam Leakii sententiam esse audio, nunc examinabo: sed templum Ongae manifesto commenticium est. De quo accipe, quae Fourmontus scripsit (Mem. Acad. T. XV. p. 402.). Quingentis a templo Amyclaeo passibus, inquit, inter oleas morosque dumetum aliquod operarius monstraverat, ubi eodem auctore, qui ex moro in eum locum prospexerat, esset ecclesia: sed rubis recisis pro ecclesia quasi antrum quoddam visum est, intus sedecim pedes longum, decem latum: pavimentum ex uno lapide, unumquodque latus ex saxis singulis; hanc molem unum tegebat saxum, sed duo alia insuper alterum alteri imposita tecto formando erant, eaque superius decrescentia: rudia omnia et nigra saxa. Porta lapidi antico incisa, quattuor tantum pedum altitudine; universum aedificium superstructum fundamento ternorum graduum, quibus ad portam escenditur; gradus singuli ex integris lapidibus 1′ 4″ altis: reliqua saxa quinque pedes crassa. Postremo remotis muscis in frontispicio patuit titulus, qui templum docebat ΟΛΑΙ dedicatum esse ab *Eurota* rege Laconum, qui in hac inscriptione ΙΚΕΤΕΡΚΕΡΑΤΕΕϟ audiant. Haec summa est narrationis Fourmontianae: in qua quae ad inscriptionem omnino ridiculam pertinent, ea ad num. 48. et 55. posui: aedificium autem ipsum non aliud videtur esse, quam quod num. 56. ex Fourmontianis chartis dedi, licet in hoc quattuor saxa tectum constituant ianuaque universam lapidis antici altitudinem occupet, postremo alia ibi inscriptio imposita cernatur: nempe mentiendo facile tibi ipse obloquare: et potest altera inscriptio a maiore, altera a minore Fourmonto ficta esse. Utut est, giganteum istud opus nec Fourmonti nec temporis iniuria deleverit: nec tamen id post Fourmontum quisquam vidit, donec Aberdeenus (l. c. p. 448.) doceret, exiguam et semirutam intelligi Christianorum aediculam, quam non posse unquam templum, quale Fourmontus descripsit, fuisse adversus Rochetti dubitationes (p. 29 sq.) etiam Letronnio improbatas Aberdeenus postea exposuit. Huius verba haec sunt (in Walpol. Travels p. 493.): „*This building is a small Greek chapel, possibly two hundred years old. It is constructed like other edifices of the same description, of common masonry, composed of small stones and cement; but from being apparently deserted at present, as well as from having been slightly built at first, it is probable that it may not stand a hundred years longer. The interior dimensions may, perhaps, be nearly correct, and the door not much more than four feet high, as stated by him; but this practice is not uncommon in Greece, and is adopted by the Christian inhabitants in order to prevent the Mussulmans from turning their horses into the churches or houses.*" Accedit quod minor Fourmontus, patruo moribus par vel similis, Lauagetae et Anthusae monumenta Caylusio affirmavit in templo Ongae reperta esse in utroque latere introitus sanctuarii, ubi in antiquis delubris stetisset sacerdos (Caylus. l. c. p. 154.), Aberdeenus autem eadem in illa ipsa aedicula in fronte altaris ita posita invenit. Post quae non opus est Avramiotti, medici Graeci Argis habitantis, auctoritatem infringere, qui in libro, *Alcuni cenni critici sul Viaggio in Grecia, che compone la prima parte dell' Itinerario da Parigi a Gierusalemme (Patav.* 1816. *p.* 31.*)*, Chateaubriando lepide exprobrat, quod de Amyclaeis Fourmonti inscriptionibus dubitans non viderit templum Ongae, idque plane ut Fourmontus describit: eum enim hominem, quem Rochettus (p. 124 sqq.) oculatum testem perhibuerat, nonnisi Fourmonto narrationem suam debere, sive ex Actis Academiae sive ex Barthelemii Anacharside in Graecia notissimo desumptam, ante nos Letronnius et Aberdeenus notarunt (Journ. des Sav. 1819. p. 714. Walpol. Travels p. 495 sq.).

Postremo Fourmontus qualis fuerit, epistolae ipsius potissimum docent: in quibus ubi de vastatis a sese Vandalica feritate Graeciae urbibus gloriatur, sive haec vera sunt sive falsa, non potest aut nequissimi aut mendacis hominis notam effugere; si vera partim, partim ficta sunt, utriusque probri macula haerebit. Nam in iis, quae Ste-Croix (Mag. encycl. l. c. p. 76–78.), Dodwellus (Itin. T. II. p. 407 sq.), Ambros. Firminus Didot (ap. Pouquevill. Itin. T. V. p. 133 sqq.) ex ipsius epistolis excerpserunt, Spartam iactat se funditus eversurum; non cineribus regum suam pietatem pepercisse; Agesilai cineres esse ventis traditos; Lysandri sepulcrum se intrasse, Orestis perfossurum esse; Mantineam, Stymphalum, Pallantium, Tegeam et praecipue Olympiam, quo nunquam accessit, et Nemeam mereri, ut eas plane deleat; Spartam esse quintam Peloponnesi urbem, quam everterit; non se pepercisse Argis, Phliunti, aliis; Hermionen et Trözenem eidem sorti occubuisse: nunc se in diruendo inde a fundamentis Apollinis Amyclaei templo, nunc a sex inde hebdomadibus in ultima et interneciva Spartae destructione occupatum esse. De quibus flagitiis barbarus impensissime laetatur et exsultat, neque alia via iter suum posse illustre reddi quasi aliquis Herostratus praedicat; et in litterarum subscriptione Fourmontum se Σπαρτιατικὸν nominat, credo ut Mummius a Corintho deleta Achaicus vocatus est. Tantum nebulonem, qui, ut vel sibi vel patriae gloriam quaereret, vel imperitiam suam scelere tegeret, talia aut committere aut etiam ementiri potuerit, quis non credat eadem temeritate falsas inscriptiones fingere potuisse, quum praesertim lapides aliquot litteratos terrae sese etiam altius immersisse iactet, quam antea conditi fuerint, atque ita succedentibus peregrinatoribus de ipsius inventis iudicandi facultatem exemptam pu-

taverit? Concedendum tamen, in his quoque epistolis plurima mendacia inesse, ex quibus obiter unum et insigne addam de columna a sese Spartae reperta, quae occasione legationis a Iudaeis ad Spartanos missae posita esset (Maccab. I, 12. Meurs. Misc. Lac. I, 7.). De ea nihil quidquam in Fourmonti schedis repério. Sed ne ii quidem, qui Fourmontum ab immanium vastationum crimine absolvere conantur, Firminus Didot et Pouquevillius (T. V. p. 133 sqq. coll. T. IV. p. 127.), fracta ab eo vel sepulta marmora negant, et sua ipsorum defensione nihil aliud effecerunt, nisi ut pro barbaro et nequissimo homine videretur mendacissimus, nec tamen barbariei crimine plane vacuus. Neque vero omittam, et Stuartum et Villoisonum (hic enim est quem Ste-Croix tecto nomine significat) in Graecia edoctos oblitterata a Fourmonto marmora testari, adeoque constantem de hac re famam mansisse, eam ut Dodwellus (T. II. p. 405.) Misithrae communem et pervulgatam esse affirmet: nisi, quod Aberdeenus (Walpol. Trav. p. 499.) coniicit, ille qui et ipsi et Dodwello haec narravit, non popularium traditionem secutus est, sed famam propagavit ex ipsius Fourmonti epistolis dispersam. Utrumcunque verum iudices, certe ex tot genuinis titulis, quos Spartae Fourmontus transcripsit, paucissimi post eum ab aliis reperti sunt; et qui in Walpolii Itineribus (Travels p. 583. n. 49.) ex Aberdeeni schedis editus est, ibi extat mutilus, quum in Fourmonti chartis sit integer: ut eum et hunc et alios fregisse vel oblitterasse probabile fiat.

Hi igitur quum Fourmonti mores fuerint usquequaque improbi, homo imperitus genuinarum inscriptionum a sese collectarum bona germana parum agnoscens, ut vanitati suae satisfaceret, potuit monumenta fingere, quae si nemo posthac reperiret, ab ipso deleta putarentur; gloriae enim cupido perversa, mala mens, malus animus, postremo libido mentiendi quidni istum eo egerint? Neque illud, quod aliquis putet, Fourmontum a suspicione liberat, quod non ipse omnia, quae spuria iudico, in lucem protulit, sed nonnulla in schedis scripta reliquit: nempe eum haec paulatim proferre voluisse probabile est; immo tum, quum haec edere inciperet, nondum confecerat omnia, quae effingere constituerat. Unde Messeniorum regum et reginarum epitaphia et tot alia desiderantur, quae omnia situ et carie in schedis deleta esse non verisimile est. Quodsi ab isto has inscriptiones posse fictas esse demonstratum est: et potuisse vel ab imperitissimo fingi, supra monuimus: superest, ut ipsas spectemus. Et plurima quidem singularum reservo tractationi, quae in unum locum colligi a prudenti lectore, si opus esse iudicet, possunt; in eaque re ita optima utar fide, ut Fourmontiana ipsa, quantum possum, defendam: hoc loco pauca praemoneo. Et primum quidem exterior monumentorum condicio de eorum veritate suspicionem movet: plurima enim tam integra sunt, quantum pauca quae supersunt, neque ex remota ista quam simulant aetate quidquam adeo incolume perdurasse probabile est, quum praeter Fourmontiana ne ullum quidem aliud illius temporis scriptum monumentum manserit. Accedit clypeorum forma insolita iam a Knightio reprehensa, quae vix potest clypeo in nummis Boeotio defendi cum Rochetto (p. 124.). Quod vocabula magistratus designantia et primos catalogorum versus maioribus litteris exaratos videmus, Knightius iniuria reprehendit, quum talia haud raro in inscriptionibus reperiantur: sed reliqua scriptura in horum titulorum plurimis est eiusmodi, quae quantum iudicare ex certis monumentis licet, tam remotae aetati tribui nullo modo queat: ac siquis uni et alteri formae rationibus ambiguis maiorem antiquitatem assignare non dubitet, certe mirari subibit, Spartanos potissimum, prisci moris tenacissimos, primos novissimo scripturae genere uti coepisse. In plerisque autem harum inscriptionum magnus cernitur ligatorum ductuum numerus, quorum nullum non modo in vetustissimis, sed ne in iis quidem inscriptionibus, quae florentibus Graecorum rebus exaratae sunt, exemplum deprehendimus: quos lusus si quis brevitatis studio Spartanis proprio tribuere velit, videat ne Spartanis illitteratissimis et paucissima vel loquentibus, imprimis iis, qui bello priori Messeniaco vixerunt, non conveniat tam prolixorum catalogorum confectio et magistratuum aliorumque nominum non gravissimorum consignatio, quum ne leges quidem, nisi paucissimas, tum scriptas apud Spartanos esse constet: certe qui Lycurgi instituta litteris concepta antiquitus fuisse putent, pauci hodie reperientur. Nihil saltem nisi regum et regiarum familiarum catalogos (Plutarch. Agesil. 19.), oraculorum a regibus custoditorum tabulas (Plutarch. adv. Colot. 17. coll. Herodot. VI, 57.) et quattuor rhetras antiquissimas ex prisca aetate commemoratas video (cf. Müller. Dor. T. I. p. 134 sq.), in quibus rhetris ipsis inerat *μὴ χρῆσθαι νόμοις ἐγγράφοις*. Denique hae inscriptiones prope omnes sermone et argumento mirificae et singulares sunt, eaeque nec inter se satis convenientes nec cum Spartana dialecto, nec congruae priscae orationis proprietati, sed in terminationibus potissimum formis portentosis refertae: haud pauca etiam insunt ne Graeca quidem: ac si unum et alterum defendi queat, tamen tot singularium rerum concursus malam hominis fidem satis coarguit. Postremo res ipsae partim cum Spartanorum rebus aliunde cognitis dissentiunt, partim ex Meursio et Cragio, ex falsis quin etiam dubiisve lectionibus sine iudicio petitae sunt. Igitur si me audis, conclamatum est; me inquam, qui non gloriolae captandae causa neque ingenii ostentandi in convincendis his monumentis versatus sim, sed ut Fourmontum absolvere possem non optaverim minus, quam iudex aequus et bonus reum malet innocentem quam noxium inveniri.

44.

Ex ruderibus templi Apollinis Amyclaei petitum esse titulum, qui sine loci notitia in Fourmontianis transcriptus extat, Barthelemius censet, qui edidit Mem. Acad. Inscr. T. XXIII. tab. I. ad p. 421. et explicuit. Ex Barthelemio dedit D'Hancarvill. Rech. T. II. tab. 25. Knightius tab. III. et vulgaribus litteris hanc et sequentem inscriptionem repetiit Lanzius Sagg. di ling. Etr. T. I. p. 95 sqq. cum observationibus nonnullis maximam partem ex Barthelemio ductis, et cum speciminibus scripturae tab. I.

ΟΛΛΟΠΑ VΟΤ ΙΑΑVΟΚ ΙΑΚ ΣΕΑΕΤΑΜ
ΝΟΣ ΚΑΙ ΕΤ . . . . . . ΜΑΤΕΡΟΝ
ΑΚΑΚΑLΙΣΑΚΡΑΤΟV ΜΑΤΕΕΡ Δ
ΑΔVΟΚ VΟΛVΣΚΟ ΑΠΟΑΕΕΑ
ΑΕΕΤΑΜ ΣΟΕΚΛΑΙΔ ΕΕΝΟΜVΜΑ
ΔΙΙΙ ΑΝΑΘΟ LΑΣΙΟV ΚΟVΡΑ
ΖΑΒ ΑΛΚVΜΑ ΑΕΕΜΑΔΟΑΛ
ΙLΕΟΣ ΜΑΤΕΕΡ ΙΙΙΙ ΑΝΑΘΟ . . ΣΙΟV
ΑΑVΟΚ
ΙΙΔΔΔ ΑΕΕΤΑΜ . . . . ΑΖΔΑ ΑΖ . . . Λ
ΙΑΣΙΣ ΙΑΣΟV ΚΑΙ Π . . ΟΕΕ ΑΚΑΣΤΟV
ΙΑΑVΟΚ
ΕΤΑΜ VΟΛΑΛΑΑ ΑΕΕΜΑΔΟΑΛ
ΕΡ ΔΙΙ ΚΑLΙΣΤΟ ΘΕΟΠΟΜΠΟΥ ΚΟVΡΑ
Π ΑΕΕΤΑΜ VΟΜΑΔΕΧΑΑ ΑΕ . . . . .
ΚLΙΟ ΑΡΙΟΝΟΣ ΚΟVΡΑ
ΔΔΔ ΑΕΕΤΑΜ VΟΤΣΑΑΔΑ ΕΕΟΑΙΛΛΑΚ
ΑΚΑΚΑLLΙΣ ΘΕΟΚLΕΟΣ ΚΟVΡΑ
ΑΕΕΤΑΜ ΣΟΝΟΙΑΕΤΣΑ ΑΣΣΑΝΟΜΑΔ
ΔΔΔΔΓΙΙΙΙ ΑΝΑΤΟ ΑΡΙΣΤΟΒΟΥLΟΥ ΚΟΥΡΑ
ΙΙΠΔΔΔΔ ΑΕΕΤΑΜ VΟΔΟΔVΛΟΠ . . ΝΟΘΧ
ΠΡΟΚΡΙΣ ΠΟLVΜΕΣΤΟΡΟΣ ΚΟΥΡΑ
ΙΙΔΔΔ ΑΕΕΤΑΜ VΟΧΑΑΜΕΛΟΠ ΑΙΣΑ
ΠΟLVΔΟΡΑ . . . .

Ματερες και κουραι του Απολλονος και ετ[εα τον] ματερον Ακακαλις Ακρατου ματεερ Δ *Αεεροπα Οκσυλου κουρα Αμυμονεε Διαλκεος ματεερ* ΔIII *Γναθο Λασιου κουρα Λαοδαμεεα Αμυκλα βασιλεος ματεερ* IIII *Γναθο Λασιου κουρα Λ[αρι]σα Αζα[νος] ματεερ* ΔΔΔII *Ιασις Ιασου και Π..οεε Ακαστου κουραι Λαοδαμεεα Αργαλου ματεερ* ΔII *Καλιστο Θεοπομπου κουρα .....εα Αρχεδαμου ματεερ* Γ *Κλιο Αριονος κουρα Καλλιροεε Αδραστου ματεερ* ΔΔΔ *Ακακαλλις Θεοκλεος κουρα Δαμονασσα Αστεριονος ματεερ* ΔΔΔΔΓIIII *Ανατο Αριστοβουλου κουρα Χθον[ια] Πολυδορου ματεερ* ΔΔΔΔΓII *Προκρις Πολυμεστορος κουρα Ασια Πολεμαρχου ματεερ* ΔΔΔII *Πολυδορα........*

Vs. 3. 4. Acacallidi Lanzius annos tribuit ΔA, et legit ΕΕΡΟΓΑ, male: debebat enim ΔI esse. Vs. 10. ex meo supplemento reposui Larissam Azanis f. Notus est Azan Arcadis f.; in eadem autem Pelasgica stirpe Larissae nomen occurrit, quo ipsius Pelasgi filia appellata. Vs. 14. nota E inversum. Scriptura est *βουστροφηδὸν* exarata, inci-

piens a dextera, ut num. 1. sed tertio versu post indicem tituli novus ordo incipit a sinistra, quod licet inconcinnum sit, non tamen audeo reprehendere, qui versuum rationem in veteribus inscriptionibus variari mirifice videam (num. 20. 21. 27.). Rursum vs. 5. nova series a dextera incipit, quae ex versuum ordine debuerit a sinistra progredi; itidemque deinceps novi articuli omnes a dextera ordiuntur, etiam ubi ordo versuum contrariam suadebat rationem, ut vs. 10. 13. In litterarum formis exigua discrimina non premenda sunt, ut quod K formas paululum diversas habet, ac modo V modo Y est, et Π pro Γ vs. 21. Rotundatum tamen K adhuc in nullo lapideo titulo vidi; quamquam C pro K in foedere Graeco in hortis Caesaris scriptum fuisse Scaurus tradit p. 2253. Litterae Theta forma ⊡, formae litterae O rotundae composita, vix ulla ratione defendi potest, quum illa conveniat formis □, ⊏ (pro O, Σ), quae nonnisi in noviciis post Alexandrum M. titulis, immo ut arbitror non ante saeculum Christi aetatem proxime antecedens inveniuntur: nec conferri potest Ш pro Φ cum O coniunctum num. 11. cuius rei peculiaris in illo aere ratio est. Formam ≶ pro ≤ Knightius (p. 114.) per errorem ex nummo Gortynio depromptam iudicabat, in quo esset Iota (v. ad num. 3.); sed eundem litterae Sigma ductum vel simillimos et nummi (v. Rochettum p. 21 sq.) et plura marmora offerunt. Neque tamen quod haec litterae Σ forma legitima est, et primum in nummis lapidibusque iis inventa, qui post Fourmontum demum in communem notitiam prolati sint, inde pro inscriptionum Fourmontianarum fide potest argumentum desumi: Fourmontus enim ex ipsius titulis genuinis (n. 12. 13. 14. 21. 22. 23. 27. 28. 35.) hanc formam cognoverat. In consonis modo duplicatis modo non duplicatis mira inconstantia est: Απολλονος, Ακακαλις, Καλιστο, Καλλιροεε, Ακακαλλις; Δαμονασσα; vetustior ratio est non duplicandi (vide ad num. 2.): nunc utraque ratio commista est. Aspiratae consonae insunt X et Θ. Pro compositis Z et Ξ habetur ΔΣ et ΚΣ: posterius veteris est Dorismi et Aeolismi, de quo dixi ad num. 3. 17. ΔΣ pro Z nondum repperi, quod Z longe antiquioris quam Ξ et Ψ usus est, nec tamen impugnari ΔΣ potest aut dialecti causa ΣΔ postulari. Ceterum digamma peritissimus quisque aegre desiderabit: prisci enim Lacones et remotissima aetate Graeci universi non ἔτος dicebant sed ϝέτος, neque opinor Δαμώνασσαν, sed Δαμοϝάνασσαν: ἔτος enim et ἄναξ certum digamma habent, Homero, Pindaro, aliis auctoribus: quo pertinet etiam βάννας (ἄναξ), βασιλεὺς παρὰ Ἰταλιώταις ap. Hesych. Quid quod vel in Romanae aetatis inscriptione Laconica de C. Iulio Seimede huius uxor audit Μεμμία Εὐρυβάνασσα? At quanta tandem in longis vocalibus huius tituli inconstantia est! Etenim Ω et H non insunt, sed pro illo O, contra pro hoc semper EE, quod nusquam videmus, nisi in suspecto num. 43. ubi vide quae dixi. Quodsi EE pro H est, debebat certe etiam OO pro Ω esse: sed neutrum in probis titulis Graecis inveneris, nec Latinorum usus ad Graecum pertinet. Rochettus quidem (p. 57 sqq.) adversus Knightium duplicatas has vocalium formas quattuor exemplis defendit, non tamen ullum EE vel OO afferre potuit, sed tantum II: at haec quoque vix idonea sunt. Primum habet ex nummis Aspendiis (ap. Hunter. Numm. vett. descr. p. 46 sq.), quorum unum ipse (tab. I. fig. 6.) repraesentat: in iis inest barbara forma, non Graeca ΕΣΤFΕΔΙΙΥ, ex sermone indigenarum: in qua voce cur II pro simplici I positum iudicetur, nulla videtur causa esse; neque enim illius sermonis notitia ulla superest. Alterum exemplum petit ex Posidoniae nummo (tab. I. fig. 7.), quae etiam Phistulis dicta: in eo quum sit MꟿꟿꟼI, *Fiis*, nullam ego rationem video, unde hoc monosyllabum esse intelligatur. Nam si alibi simplici I scribitur haec syllaba, possunt olim duae fuisse syllabae, quae deinde coaluerunt. Tertium vero et quartum est ex Lilybaetanis et Menarum nummis (ap. Mionnet. Descr. T. I. p. 250. et Torremuzz. Sic. vet. num. T. XLIX. 9.), ΛΙΛΥΒΑΙΙΤΑΝ et ΜΕΝΑΙΙΝΩΝ: sed ne in his quidem II est pro I, sed prius I pars est diphthongi αι ex primitivis Λιλύβαιον, Μεναὶ retentae, ut gentilicia fuerint Λιλυβαΐτης, Μεναῖνος, quemadmodum Ἀχαϊκός et alia haud pauca, de quibus v. Osann. Syllog. p. 111. Vides igitur nihil pro isto EE posse proferri. Praeterea pro Αεεροπα Graecitas postulabat Αεροπα, et contra Πολυμεεστορος pro Πολυμεστ. Obiter arguo dialecti intolerabiles varietates: modo enim Dorica habemus Αεεροπα, Δαμονασσα, κουρα, ματηρ, modo vulgata Αμυμονεε, Καλλιροεε: nec Πολυμεστ. sive Πολυμεεστ. esse debebat, sed Πολυμαστορος. Ad quae excusanda quae Barthelemius disputavit, ea refellam num. 45. Reconditioris autem usus nihil quidquam inest nisi Λαοδαμεεα (Λαοδάμηα p. Λαοδάμεια), et Ἀρχεδαμος p. Ἀρχίδαμος, quamquam hoc admodum notum: Κλιο p. Κλειώ nonnisi orthographicum est. Illud vero credulitatem meam plane superat, quod OY scribitur constanter; quippe OY, quod in antiquissimis indubitatae fidei et certae lectionis titulis non reperitur, maxime offendit in terminationibus (v. ad num. 34.): nec κούρα Laconicum est, sed κόρα vel κώρα. Quibus in unum collectis certum fit titulum non esse priscum: superest ut aut a Fourmonto aut a recentioribus Spartanis confictus sit. Neque vero Spartani ipsi vel Imperatorum Romanorum aetate dialecti suae, quam nondum plane exuerant, adeo potuerunt imperiti esse, ut tanta vitia tantamque committerent sive inconstantiam sive negligentiam; quae ne transcribenti quidem tribui potest. Igitur Fourmonti videtur in hoc titulo fingendo fraus grassata esse: quam in rem praeterea vide quae ad num. 45. 46. disputavi ad hanc quoque inscriptionem spectantia.

Iam ut ad argumentum accedam, ex nomine Amyclae regis Spartanisque Argali, Theopompi, Polydori nominibus, item ex similitudine tituli Amyclaei num. 45. Barthelemius merito collegit, de

Amyclaei Apollinis sacerdotio in hac inscriptione agi. Igitur muliebre Amyclaei Apollinis sacerdotium fuerit: de quo aliunde non constat. Nam inscriptiones num. 51. 53. 54. suspectae sunt, genuinae vero de Lauageta et Anthusa ipsi Fourmonto non ad Apollinis ministras, sed Ongae pertinere visae sunt; quod etsi falsum est, eodem tamen iure, quo ad Apollinis, possunt ad Bacchi sacerdotes referri, quemadmodum Aberdeenus (in Walpol. Mem.) recte notavit. Sane Apollini Amyclaeo mulieres Spartae in domo cui nomen χιτῶνι vestem texunt (Pausan. III, 16.): sed vestium confectio mulieribus propria non docet sacerdotes quoque muliebres fuisse. Nec ματέρες possunt hae mulieres vestis confectrices appellari, ut contra D'Hancarvillium monuit iam Rochettus (p. 42.). Sunt Spartae Leucippidum, Hilairae et Phoebes, sacerdotes virgines, et ipsae Leucippides dictae (Pausan. III, 16. init.), sunt aliae Dionysiades (ib. 13, 5.): sed quid hae ad Apollinis Amyclaei sacerdotes? Attamen mares huic sacerdotes fuisse exclusis mulieribus, non potest certo affirmari: cupidiusque id ex Pausaniae silentio Aberdeenus collegit. Sed ut ad ipsas μητέρων et κουρῶν denominationes perveniam, recte Barthelemius *μητέρα sacerdotem* interpretatur; κόρη putatur Camilla s. κανηφόρος esse: μήτηρ illa nupta fuisse coniicitur (Barthel. p. 411.). Haec omnino nova sunt, nec possunt idoneis exemplis illustrari. Nam quod in Phliasia inscriptione πατὴρ et κόρος simili sensu reperitur (n. 46.), non potest in censum venire: si enim ulla Fourmontianarum inscriptio commenticia est, est ista Phliasia. Mithrae sacerdotem Salmasius (ad Lamprid. p. 117.) ex D. Hieronymo et Eunapio, qui πατέρα τῆς Μιθριακῆς τελετῆς dixit, *patrem* vocatum esse collegit; ibique notante Rochetto Boissonadus Eunapii interpres trium meminit inscriptionum Latinarum, in quibus *pater hierophanta, pater propheta, pater sacerdos* (Marin. Fratr. Arval. p. 341. et 529. Inscr. Alb. p. 19.), et alibi (ap. Reines. p. 362.) est *Mater sacrorum*: sed haec omnia admodum recentia sunt nec satis similia dictioni ματέρες καὶ κοῦραι τοῦ Ἀπόλλωνος. *Filiam* etiam Romae sacerdotem dictam esse colligitur ex inscriptione hac: DINDIA. MACOLNIA. FILEA (Lanzi Sagg. di ling. Etr. T. I. p. 161.): sed haec mera Visconti coniectura est neque ea magnopere probabilis. Nec sinas te induci, ut credas Spartae sacerdotes esse κόρας dictas, quod Pausanias (l. c.) Leucippides sacerdotes κόρας παρθένους appellat, hoc est, *innuptas puellas:* haec enim Pausaniae dictio est, non Laconum. Verum assecutus esse Knightius videtur, qui non quidem, ut ait, ex D'Hancarvillio p. 252. alia proferente, sed de suo (v. Rochett. p. 42. Letronn. l. c. 1819. p. 717.) in Galliae aliquot coenobiis memorat monachas vocatas esse *Les mères et les filles du bon Dieu:* eam formulam sibi familiarem Graece expressisse Fourmontum. Harum igitur matrum anni designantur, per quos sacerdotium gesserint: dein quibus usae sint puellis ministrantibus, in unaquaque additur; inter quas Gnatho Lasii f. duabus ministra fuit, et Larissa Azanis f. temporis successu duas Camillas habuit. Complectitur autem hoc fragmentum annos 234: et annis quidem viginti tribus post initium temporis in hac tabula consignati sacerdos fit Amyclae regis filia; ut videas ipsam tabulam ab Amyclae aetate incipere. Ea vero Amyclae filia est Laodamia, de qua Pausanias X, 9, 3. Ἐφεξῆς δὲ Τεγεατῶν ἀναθήματα ἀπὸ Λακεδαιμονίων Ἀπόλλων τέ εστι καὶ Νίκη καὶ οἱ ἐπιχώριοι τῶν ἡρώων, Καλλιστώ τε ἡ Λυκάονος καὶ Ἀρκὰς ὁ ἐπώνυμος τῆς γῆς καὶ οἱ τοῦ Ἀρκάδος παῖδες Ἔλατος καὶ Ἀφείδας καὶ Ἀζάν· ἐπὶ δὲ αὐτοῖς Τρίφυλος· τούτῳ δὲ ἦν οὐκ Ἐρατὼ Τριφύλῳ μήτηρ, ἀλλὰ Λαοδάμεια ἡ Ἀμύκλα τοῦ ἐν Λακεδαίμονι βασιλεύσαντος. Vides Laodamiam ex Arcade Triphylum enixam dici: haec enim Pausaniae mens est: alia Arcadis uxor Erato, mater Azanis ex Arcade (Pausan. VIII, 4, 2.); huius Azanis filia Larissa succedit Laodamiae. Hanc sequitur alia Laodamia Argali f. Argalus autem Amyclae filius est (Pausan. III, 1, 3. conf. Meurs. Regn. Lac. II. III.). Continuo additae sunt filiae *Theopompi, Archidami,* mox etiam *Polydori.* Sunt haec regum Spartae Doricorum nomina; quae nomina in hac inscriptione ita proponuntur, ut iam ante Dores Amyclis usitata fuerint: quae res mirifica, immo absurda. Nimirum Fourmontus haec regum nomina ex Meursii commentario de regno Laconico desumpsit (v. c. XVII.), unde una cum Polydoro etiam Polemarchum postea memoratum hausit (cap. X.), eaque temporibus Doricam invasionem antecedentibus intulit. Quod nisi statueris, debebit dici, vs. 14. interruptam esse seriem, et inde a Theopompi filia in belli primi Messeniaci tempora transiliri; hinc Theopompi filiam memorari et deinde Archidami filiam eius, qui Theopompo natus est et Pausania teste ante patrem obiit. Sed nulla usquam lacunae nota est, nec quidquam in titulo significatur, ex quo omissas intermedii temporis sacerdotes esse pateat; ac ne sic quidem temporum constabit probabilis ratio, quum Polydori filia Sacerdos annis post Theopompi filiam Camillam octoginta quattuor ponatur, et post tantum temporis intervallum etiam per quadraginta septem annos sacerdotio fungatur, licet Polydorus Theopompi collega fuerit. Potior igitur prior ratio, ex qua haec nomina tempori Doricum imperium antecedenti tribuuntur: atque hinc factum est, ut quum Amyclae nomini apposita sit regiae dignitatis nota, haec in Theopompo et ceteris omissa sit: non enim reges cognomines, sed alios intelligi auctor voluit. Vides opinor etiam ipsa nomina fraudem aperire: nam post Amyclae prolem quis non Tyndaridas potius et Atridas quam vacua haec et ex Doricorum regum denominationibus petita nomina expectet? Transeo ad alterum titulum; quo explicato ea proponam, quae de utroque dicenda supererunt.

45.

Ex ruderibus templi Apollinis Amyclaei, fragmentis hic illic disiectis, sed congruentibus. Ampliore forma primi ediderunt Benedictini cum explicatione insulsa Nov. tract. dipl. T. I. p. 615–626. contractiore dein Barthelemius cum num. 44. tab. II. qui etiam explicuit. Dedit D'Hancarvill. Rech. T. II. tab. 26. Knightius tab. IV. et eodem quo num. 44. modo Lanzius, loco ibi citato. Transcripsit etiam Bekkerus, cuius apographum cum Benedictinorum exemplo ut plurimum consentit.

Est hoc Barthelemii exemplum, a quo Benedictinorum apographum, si minutissima quaedam omitto, in his discedit: vs. 2. extr. post Καλιμακο additur ≶ (Καλιμακος). Vs. 3. littera nona A omittitur. Vs. 4. extr. ultimae tres litterae omissae. Vs. 6. litt. 11. pro E habetur K, et litt. 14. A pro Δ, recte. Vs. 10. extr. pro Καλικερατο est KAI.PKEPATD. Vs. 12. ultimum K omittunt; sed Bekkerus habet. Vs. 18. pro Πισανδρο est Πιρανδρο, quod non sperno. Vs. 21. extr. in voce Αριστομακου primae litterae obscuriores sunt. Vs. 25. Benedictini MEEΔE≶ITA. Cum Benedictinis, ut dixi, Bekkerus consentit, nisi quod litterae K ductus hinc inde paululum differt, vs. 12. K illud, de quo antea dixi,

Bekkerus retinet, et vs. 15. litt. 5. M pro N habet. Tantae autem illae inter Benedictinos et Barthelemium varietates vix aliunde natae esse possunt nisi ex diversis Fourmonti ipsius apographis; Barthelemium enim contra schedarum fidem illas suas lectiones suo exemplo intulisse, vix mihi persuadeo: nec Benedictinorum apographum auctoritate destitutum esse Bekkeriani consensus docet. Ex utroque optimis delectis contextum hoc est:

§. 1. ... μϑ'. Εναλια το Αμοκελ[α μα]τεερ ε'. Καλιπακσ... το Καλιμακο ματεερ νγ'. Ακια το Καλιμακο ματεερ κ'. Καραδερις το Καραδερο ματεερ κδ'. Αμομονα το Δεροσεο ματεερ νε'. Αμομονα το ..λιπο ματεερ μ'. ......:. το Αρισετανδερ Ж το Αρισετομακο ματεερ λα'. Μακρις το Αρισετμακο ματεερ κε'. Απαια το Καλικερατο κορα να'. Αμομονα το Καλιμακο κορα λ'. Αμομονα το Σεκεπρο ματεερ κ'. Σαλαμις το Σεκεπρο ματεερ κα' (Lanzius κδ'). Σεκολα το Σεκιλο ματεερ νβ'. Σεκενομα το Αλκιδοκο ματεερ α'. Πεσοπις το Αγκιδαμο ματεερ γ'. Περομενα το ΣερμεΒο ματεερ κδ'. Πολοκσο το Πιρανδρο ματεερ κδ'.

§. 2. ΠολυΒοια του Αρισταντρου κουρα κ'. Μελανιππα του Μνασονος κορα α'. Σαλαμις του Αριστομακου κορα κ'. Μελανιππα του Μελανιππου κορα κ'. Μαρπεσα του Πισανδρου κορα β'. Μελανιππα του Πισανδρου κορα ϑ'. Μεεδεσικαστα του Μελανιππου κορα β'. Απαια του Αυσιστρατου κορα κα'.

Titulus βουστροφηδὸν scriptus, initio a dextera sumpto: litterarum forma fere ut num. 44. mediae est antiquitatis. De minutis ductuum varietatibus non dicam, ut B non omnibus locis idem est nec K. A et P in versibus a dextera progredientibus parum distincta sunt: O ut plurimum triangulare est, in secunda parte etiam rhomboides aut circulo affinius; Δ est vulgare vel vulgari proximum: denique A, P, O, Δ saepe similia sunt. Γ lin. 16. in voce Αγκιδαμο vulgare est; etsi potius Αρκιδαμο (Αρχιδαμο) scribendum. Θ lin. 1. 24. quadratum excuso, quod in hac inscriptione omnia rectis lineis incisa sunt. Ceterum haec aspirata in solis numeris assumpta est; pro consonis aspiratis tenues K, Π habes, quod sine exemplo est in genuinis inscriptionibus, sed num. 43. in suspecta cernitur, ubi v. not. Nam ex dialecto formas Καλλίμαχος, Ἀριστόμαχος in Καλλίμακος, Ἀριστόμακος mutatas esse, ut δέχομαι δέκομαι, non mihi persuadeo. Nonnulla quidem eiusmodi collegit Osannus Syllog. p. 197. sed potissima his ipsis Fourmontianis petita sunt: solum, quod addi potest, ex nummis Lysimachi ap. Mionnet. Descr. T. I. p. 444. 445. petitur, in quibus dicitur ΛΥΣΙΜΑΚΟΥ esse. Quam causam amplio. Compositae consonae non insunt; pro ξ habes κσ, quod non reprehendendum esse docui. Pro Ω est O, pro H autem EE, ut num. 44. ubi vide nos: sed pro Μαρπεεσα vitiose scriptum Μαρπεσα. Pro duplici consona §. 1. constanter simplex ponitur, ut Καλιμακος et alia; contra §. 2. novo scripturae genere incipiente duplicatur consona, ubi debet. Praeterea quibus §§. 1. et 2. differunt, sunt fere haec. Primum §. 2. Y suis locis scribitur, sed §. 1. pro eodem est O: quod, etsi Ypsilon recentioris originis esse alphabeti historia docet, tamen similitudine quincuncis V (Y) et triangularis O μικροῦ (∇) vix bene defenderis cum priore interprete. Erit igitur statuendum, O non scripturâ, sed pronunciationis diversitate pro Y esse, ut μύλη *mola*, ὄνυμα ὄνομα (cf. Villoison. Anecd. T. II. p. 169 sqq. et p. 301.), aut pro υ fuisse ου pronunciatum, ut apud Boeotos et in certis vocibus etiam apud Lacones (Müller. Dor. T. II. p. 518.), pro ου autem vetusto usu esse ο scriptum, ut Ἀμύκλας audierit Ἀμούκλας. Deinde §. 1. diphthongus ου nusquam scripta est, sed ο aut pro ου aut pro ω, quod discerni non potest, quoniam Καλιμακο potest et Καλλιμάχου et Doricum Καλλιμάχω esse, et sic in ceteris: contra §. 2. ου etiam in huiusmodi terminationibus comparet, et semel in voce κούρα, quum ceteris locis κόρα (sive mavis κώρα) sit. Sed OY sero in scriptura receptum esse, monui ad num. 44. itaque §. 2. ac proinde universus hic titulus vel hanc ob causam non potest priscus haberi. Porro hoc inter utramque partem discrimen est, quod in sola priore inter duas consonas frequenter inseritur E, cui Schwa Semiticum comparavit Barthelemius: quod si tantum in vocibus ΣΤ continentibus inter Σ et T fieret, dicerem Fourmontum ϟϟ, quod in marmore fuisset, male ϟE legisse (v. ad num. 25.); sed et diversa exempla sat multa insunt, nec potest duplex pro simplici Σ in hoc lapide scriptum esse, ubi ne legitima quidem consonarum duplicatio in Καλλίμαχος et talibus observata est. Iam vero istius E insolenter inserti nullum usquam in titulis exemplum reperio nisi in his Fourmontianis et suspecto Petrizzopuli num. 43. neque ex Graeco sermone multa afferri possunt, quibus miram rem defendas. Neque enim prorsus similia sunt στλεγγὶς et στελεγγίς, ἱκτὴρ et ἱκέτης, τελαμὼν ac τλάω, quod contulit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. II. p. 43. τέμενος ac τέμνω, a quo illud deducitur ap. Etym. M. qui τέμενος pro τέμνος esse dicit; et alia eius generis. Ne unum quidem exemplum praeter Fourmontiana affert Villoisonus Anecd. T. II. p. 124 sq. et quae Rochettus p. 47. Graeca comparavit, suspecta sunt. Nam παρακαλαϑεὶς p. παρακληϑεὶς in Decreto adversus Timotheum Milesium prava est lectio, quod ex librorum collatione apud Knight. p. 132. facile intelligas, nec si vera esset, posset conferri, quum praesens extet παρακαλέω: ἀνιοχαράτης autem an pro ἀνιοχάρτης dictum sit, in etymi ambiguitate incertum est. Idem Latina quaedam paulo meliora attulit, ex quibus tamen eximendum *casteris* p. *castris* in columna Duilia, in qua potius *castreis* est: supersunt *auceta* (aucta), *sinisterum*, *arbiterio*, *uragum* (orcum) apud Festum; *cereo* p. *creo* apud Varronem L. L. V, 8. Sed apud Fourmontum E sine etymi ratione promiscue inseritur: in his Latinis vocibus etymi ratio observata cernitur. Nam ut de *urago* nunc taceam, *augeo* facit *augetum* s. *aucetum* (*c* enim et *g* apud priscos Romanos scriptura non distinguebantur), ut *deleo de-*

letum; quam legitimam ab initio secundae coniugationis formationem fuisse facile demonstrari potest: *sinisterum, arbiterio* est a primitivis *sinister, arbiter;* postremo *cereo* et ipsum primitivum est, quocum cohaeret *cerus* (v. Scalig. ad Varron. T. II. p. 151. ed. Bip. Forcellin. Lex. v. *cerus*): inde per syncopen factum *creo*. Sed in Fourmontianis nullam eiusmodi analogiam video; immo quo quis melius Graece sciat, eo magis probabit Porsoni iudicium, Fourmontianis istis monstris Graecae linguae analogiam everti pronunciantis. A Latinis quidem in vocibus Graecis ante liquidam, ubi E illud etiam in ceteris exemplis potissimum comparet, aliquoties V inseritur, ut Ἡρακλῆς *Hercules*, Ἀλκμήνη *Alcumena*, Ἀσκληπιός *Aesculapius* (quod postremum contulit Viscontus l. c. T. VII. p. 98. simul de Fourmonti fide dubitans): sed singularibus huiusmodi formis quis constantem in Fourmontianis usum excusaverit? Igitur recte, opinor, E istud Fourmontiano Hebraismi studio tribuit Knightius; certe Fourmontus nomina Graeca amat ex Hebraicis Phoeniciisve derivare, ut *Thyrea, Thalamae, Calamae,* et ipsum τέλος talis illi originis videntur (v. Mem. Ac. T. XV. p. 397. 411.): meritoque Knightius coniecit Fourmontum absurdo de communi Laconum et Iudaeorum origine commento addictum fuisse: unde, ut supra rettuli, decretum Spartanum occasione legationis Iudaicae factum a se esse visum ementitus est. In utraque vero parte numeri sunt litterales, non ut num. 44. decadici: ε΄. νγ΄. κ΄. κδ΄. νε΄. μ΄. λα΄. κε΄. να΄. λ΄. κ΄. κα΄. νβ΄. α΄. γ΄. κδ΄. β΄. ϑ΄.: quod tituli antiquitati non magnopere favet, quum in vetustissima quaque inscriptione sola decadica numerorum consignatio recepta inveniatur, qua etiam Solon in legum erat tabulis usus. Mirum autem in numerando assumptas esse litteras, quas in verbis exprimendis dissimulatas videmus: nam aspiratae consonae in verborum scriptura nullae comparent; sed in numeris habetur Θ, et numeri omnino eo ordine decurrunt, ut etiam Z numeri septenarii notam esse intelligas, quum tamen num. 44. qui titulus eiusdem et loci et aetatis habendus, Z nondum in usum receptum sit. Quae res ut mihi dubitationem movet, ita poterit ab aliis sic defendi, ut numerales notae vel ante completum alphabetum Graecum ex Oriente ad Graecos translatae esse putentur: quamquam mihi hoc non probabile est. De Graecitate pauca moneo. Primum per universam inscriptionem offendit articulus τοῦ. Graeci dicere solent Λύσανδρος ὁ Ἀριστοκρίτου, vel Λύσανδρος Ἀριστοκρίτου: rara admodum ratio Λύσανδρος τοῦ Ἀριστοκρίτου, ut ap. Pausan. V, 3. extr. Ἀλκιδόκου τοῦ Σκοπίου: quae tamen in hoc titulo constanter obtinet, atque eo insolentior est, quod remotissimae vel ante Homerum aetati tribuitur, licet constet ipsa Homerica aetate articuli usum fuisse rarissimum. Excusavi istud τοῦ num. 43. sed peculiari de causa. Αριστερανδερ Latinus nominativus est, frequentissimus in Fourmontianis: quem hoc loco non incusabo, quum Αριστερανδερο legendum videatur. Neque impugno formae Καλικερατο, Καλλικράτου, terminationem a Knightio reprehensam, in qua defendenda doleo quod Rochettus (p. 51 sqq.) miscet diversissima falsisque Deliaci lapidis et aeris Petiliensis explicationibus utitur: sufficit ad ἑτεροκλισίαν provocasse satis notam. Σωκράται enim dicitur vel Atticis (v. praeter alios Anecd. Bekk. T. III. p. 1191.); Σωκράτου Aeolibus tribuitur apud Gramm. Meerm. p. 662. ed. Greg. Lips. nec rara talia in inscriptionibus sunt, ut Σωκράτου est in Aegyptiaca insulae Bacchi inscriptione, in Attica ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥ ΘΟΡΙΚΙΟΥ, nisi ibi Σ periit, in alia Attica Elginiana ΕΥΦΑΝΟΥ, item ΣΩΚΡΑΤΟΥ, nisi in his quoque dixeris Σ delevisse tempus; certa sunt ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ, ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥ, ΕΥΚΡΑΤΟΥ in Didymaeis titulis, ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ in Suniensi Theomnesti titulo, ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΟΥ in alio Attico, ΕΠΙΚΡΑΤΟΥ in Chandleriana, ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥ in Attica de metallis inscriptione, ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟ in locatione theatri Piraeensis; in Spartana de Tib. Cl. Montano est ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥ, et similia passim: Εὐκράτῃ bis erat in Orat. adv. Neaer. p. 1355. 12. 17. quod tamen recte mutavit Bekkerus. Εὐμένου ex nummo Syracusano ap. Mionnet. T. I. p. 303. a Rochetto allatum est.

De nominum ratione pauca sufficient. Vs. 2. male Lanzius Καλλίππα: nam πα et quae deinceps perierunt, ad idem illud vocabulum, quod ignoramus, pertinent. Ibid. pro Καλιμακο Benedictini Καλιμακος, qui soli potuerunt sibi persuadere, esse hoc pro Καλλιμαχοῦς genitivo a recto Καλλιμαχής. Vs. 3. Ἀκία Lanzió videtur esse Ἀξία: Barthelemius ΑΧΙΑ vel ΓΑΧΙΑ et ΑΚΡΑΙΑ coniecit. Sequitur vs. 4. Χάραδρις τοῦ Χαράδρου interprete Barthelemio: Αμομονα est Ἀμυμώνα. Δεροσεο exponitur Δρόσεω vel Δρύσεω, a Δρόσης, Δρύσης, ut Ὀδρύσης. Mox ..λιπο est Φιλίππου, Καλλίππου aut simile. Paulo post K inversum habetur pro καὶ, quod in titulis recentioribus solo K ut plurimum paulum immutato significatur; id vero nunc inversum esse dicitur, ne pro numerali haberetur nota: igitur ista femina Aristandri et Aristomachi filia est, alterius natura, alterius adoptione; vel K inversum in ΤΟ mutandum, ut Aristander sit Aristomachi filius, etsi avus in hoc titulo alibi non notatur; aut post Αριστερανδερ omissa est integra linea. Αριστερ[ο]μακο omisso O vitium quadratarii habetur. Dein ubi ego cum Barthelemio Ἀπαία, hoc est Ἀφαία, Lanzius legit Ἀγρία: Ἀφαία in Aegina Dianae nomen (Müller. Aegin. p. 163 sqq.). Σεκεπρο est Σκέφρου (cf. Pausan. VIII, 53.): male Knightius Σεκεπαο legebat (p. 117.), quem sequitur Rochettus (p. 50 sq.). Deinde Σεκολα p. Σκύλλα: pro Σεκιλο Barthelemius corrigit Σεκολο, hoc est Σκύλλου a recte Σκύλλης, quod idem ac Σκύλλις, notum artificis nomen, esse ex Clem. Alex. Protr. p. 31. colligit. Vanum sane commentum: Σκύλλου potest a recto Σκύλλος esse: si a nominativo Σκύλλης vel potius Σκύλλις esset, scribi debebat Σεκολεο (Σκύλλεω) ut Δροσεο, vel Σεκολα (Σκύλλα), vel potius Σεκολιος (Σκύλλιος, Σκύλλιδος). Paulo post

Σεκενομα, quod Rochettus p. 51. non recte pro genitivo habet, mirum est nomen, magisque mirum varia lectio praebet Σεκεμομα: melius foret Εκενομα, hoc est Ἐχενόμα. In Ἀλκιδόκῳ succurrit Ἀλκιδόκος τοῦ Σκοπίου ap. Pausan. V, 3 extr. Πεσοπις est Ψῶφις, nomen mulieris apud Pausan. Περομενα est Πρώμνα (Pausan. VIII, 14, 6.). Ubi vero Σερμεβο dedi, Barthelemius in fractura duo elementa perisse statuens corrigit Σε[ερ]αμεβο, Σηράμβου: Serambus viri nomen apud Pausan. VI, 10. Max. Tyr. Diss. IV. Πολοκσο est Πολυξὼ, muliebre nomen ap. Pausan. Pro Πιρανδρο Barthel. Πισανδρο habet: sed illud prisco tueare Laconismo et Aeolismo Eleorum et Eretriensium, qui vel in media voce P pro Σ pronunciabant (v. ad 11.). Πισ. autem pro Πεισ. non offendit. §. 2. Πολύβοια est Aristandri filia, a Polyboea Hyacinthi sorore denominata, quae Apollineo cultui coniuncta in basi signi Amyclaei picta erat (Pausan. III, 19, 4.): ita quidem statues, ubi titulum genuinum esse putaveris. Medesicastae ut Priami filiae nomen notum ex Homero, Apollodoro, Pausania. Sub finem rursus est Ἀφαία, Dianae cognominis. Numerus annorum, si omnes, quae enumerantur mulieres, altera alteri successerunt, est 623.

Postremo ut de praecedentis et huius inscriptionis argumento dicam, quum Fourmontus (Hist. Ac. T. VII. p. 358.) catalogum sese sacerdotum Apollinis Amyclaei repperisse dixisset, in quo sacerdotiorum anni inde ab Amycla rege Lacedaemoniorum templique origine usque ad Romanorum imperium consignati essent, quod Freretus quoque ib. Mem. p. 297. refert; Barthelemius hos ipsos duos titulos intelligi perspexit. Hic p. 403 sqq. Amyclam, a quo prior catalogus initium capere dicitur, annis ante bellum Troianum fere ducentis et Amyclarum oppidum et templum Apollinis condidisse ex vulgari fama credit; et hac altera quidem inscriptione illarum sacerdotum recensum continuari iudicat, scriptura tamen non aequali conceptum, sed discrimina ea ostendente, quae aliquot saeculorum intervallo nasci debuerint; priorem vero inscriptionem (num. 44.) eiusdem catalogi praecedentem constituere partem: in utraque ob ipsam saeculorum successionem Sacerdotes et Camillas non eodem modo referri, quum in priore solarum matrum anni notati sint, Camillarumque sive puellarum nomina nuda addantur, in posteriore vero utraeque suos annos consignatos habeant parique sint dignitate, ita ut modo mater modo puella per aliquot annos sit sacerdotio functa, quod mutatis caerimoniis alio tempore nupta mulier, alio virgo sacerdos constituta fuerit. Sed quoniam in priore numeri decadici sint, nec semper observatus Dorismus, sed pro eo vulgaria insint, ut Ἀμυμώνη, in altera autem litterales numerorum notae sint et constans Dorismus; priorem videri ante Dorum in Laconica habitationem scriptam, temporibus Lelegum vel Achaeorum, alteram posthac, imperantibus Doriensibus: utramque inde ab Amyclae aetate (a. 200. ante Troica) usque ad sexti ante Christum saeculi initium ponendam esse; priorem tamen non ea, in qua versetur, aetate scriptam esse. Nam quum priori insit OY, quod in posteriore in fine demum compareat, item X aspirata, quae in posteriore nusquam scripta est, et quum in illa nullum sit scripturae discrimen, in altera progressu aetatum scribendi ratio sensim novata deprehendatur, atque in priore O constanter rotundum sit, in posteriore ex angulari paulatim rotundetur, ibique Y iam scribatur, quod in huius §. 1. deficiat et §. 2. demum redeat; colligit inde titulum priorem (num. 44.) non esse nisi ex antiquo exemplari mutatis nonnullis litteris transcriptum (ut est columnae Duiliae inscriptio). Reliqua vero patet illum iis aetatibus tribuere, quibus sacerdotes illae munere functae essent, usque ad sextum ante Christum saeculum, hoc est sex saeculis ab initio sexti retro computatis: et sexti ante Christum saeculi initio. videtur etiam priorem titulum ex alio antiquiori exemplo transcriptum putasse, licet hoc non diserte pronunciaverit. Adversus quae viri docti placita monere sufficit, de titulis tam antiquis vix cogitari posse, nec sexto ante Christum saeculo OY scriptum esse: Amyclam, ut Eurotam et Lacedaemonem, non vixisse unquam, sed esse haec nomina hominum ex urbibus et flumine ficta: quo minus credibile est historicum catalogum Amyclae regis nomine insignitum tam antiquum extitisse, ut ex eo iam sexto ante Christum saeculo titulus num. 44. transcriptus esse potuerit. De Lelegum et Achaeorum ante Dores sermone iudicare ut impeditum est, ita qui Graecae linguae origines altius rimatus fuerit, vix sibi persuadebit, Spartae ante Dores Ionicas formas, qualis Ἀμυμώνη est, usitatas fuisse. Nam ne de Lelegibus dicam fabulosis magis quam veris, Achaei Aeoles fuerunt, et Aeolica dialectus universae Peloponneso communis olim fuit (v. ad num. 11.): quodsi in Peloponneso Ionicae formae usquam auditae sunt, Αἰγιαλῷ eae tribuendae sunt, donec ibi Iones ab Achaeis expulsi habitabant. Quamquam mollis ille Ionismus neque in Αἰγιαλῷ neque in Attica, sed in Ionia potius Asiana excultus videtur, Lydorum et aliarum gentium in ea parte terrarum habitantium mollitie eo deducente etiam advenas severiores, caelique natura hos ipsos mitioribus sonis assuefaciente. Licet igitur Pausanias (II, 37.) Argivos ante Dorum imperium simili atque Athenienses sermone usos contendat, praeter Αἰγιαλὸν et vix hunc universae Peloponneso Aeolica ante Dores dialectus tribuenda est, et Ionicae linguae in Fourmontiana inscriptione usus fraudis praebet indicium. Accedit nominum paucitas, quae in his titulis, ut in ceteris suspectis Fourmontianis, exiguam fingentis eruditionem prodere videatur. Postremo qui finxit, eum quidem concedo catalogum sacerdotum fingere voluisse; qualis fuit Hellanici Lesbii index ἱερειῶν τῆς Ἥρας: illud nego, titulo num. 45. continuari priorem num. 44. Nam uterque titulus ab eadem fere

Amyclae aetate procedit, non solum num. 44. sed etiam num. 45. ubi statim post initium Ἐναλία τοῦ Ἀμύκλα in conspectum procedit: quod Barthelemium non vidisse mireris. Nullus enim post Amyclam Lacedaemonis f. Amyclarum conditorem (Meurs. Regn. Lac. 2.) alius Amyclas fuit, neque alius facile fingi antiquitus poterat, postquam ab illo conditas Amyclas esse fictum erat: solius enim huius urbis causa heros ille compositus erat. Unus ante eum est Amyclas Lelegis f. aeque commenticius (Meurs. Regn. Lac. 1.). Quo argumento quum universa concidat Barthelemii ratio, superest ut aut diversorum sacerdotiorum his duabus inscriptionibus recensus contineatur, aut eundem catalogum bis et vario modo finxerit qui finxit. Ceterum num. 45. sane ita compositus est, ut §. 2. sero addita videri deberet, scriptura autem eius §. similis est ei, quae num. 44. observata est: igitur num. 44. recentiorem quam num. 45. litteraturam ostendit. Sed nihilominus num. 44. antiquiorem sequitur numerorum scribendorum rationem decadicam, num. 45. recentiorem. Quae omnia male composita sunt: nec potuerunt tam male a Spartanis componi, potuerunt a Fourmonto. Cf. etiam ad num. 46. extr.

46.

Ex fundamentis ecclesiae S. Nicolai Templi, alias ἁγίου Νικολάου τοῦ βωμοῦ, ad S. Georgium prope Phliuntem. Ed. Barthelemius Mem. Acad. T. XXIII. ad p. 421. tab. III. et explicuit p. 409–411. minusculis habet Lanzius l. c. p. 98. Hoc exemplum est Barthelemianum, quod tamen ad Bekkeri apographum correxi.


Lege: Αθαμας ο Εολαο πατεερ ανακεοντος Τεεμενο [το] Πεγεο. Καλικερατεες ο Μενεμοονος πατεερ ανακεοντος Εοκερατο το Τεεμενο. Γεεματεριος ο Αεπερεο πατεερ ανακεοντος Καλικλεο το Εοστεπανο το Εοκερατο. Λαπαεες ο Περατο κορος.

In voce Ἀθάμας Θ est, inconstanter, quum pro Φ sit Π: tam inconstans vix fuerit prisca aetas. Tertiae vocis Εολαο duae priores litterae in monogrammum contractae sunt; Εολαο est Εὐλάου: male Lanzius το Εολαο pro ὁ Εολ. legebat. Spiritum omissum non culpabo, quippe qui in genuinis passim et maxime num. 11. in antiquissima inscriptione Peloponnesiaca non compareat. Τήμενος, notum Argivi regis Dorici nomen, hoc loco alius herois est: Temenus Phegei f. Psophidis in Arcadia rex intelligendus (Pausan. VIII, 24, 4.). Eius patris nomen latet in Πεγεο, quod Πεεγεος esse debebat: neglexit Fourmontus duplex Ε, et per ἑτεροκλισίαν ipsi tantopere adamatam flexit Φηγέω: nomen ipsum ex Pausania duxerat, quo eum et hic et in aliis titulis fabricandis usum esse, potest ex iis colligi, quae ipse Mem. Acad. T. XV. p. 395 sq. dicit. ∠ est Gamma, fere ut num. 11. Barthelemius hanc litteram paulo aliter delineans Lambda esse statuebat, legebatque Πελέο p. Πηλέως. Sequitur Καλλικράτης filius Μενεμοονος, hoc est Barthelemio interprete Μνήμωνος, analogia postulante Μνήμονος: praeterea recepta hic scribendi forma Μενεεμονος scribi postulabat, vel potius Dorice et Aeolice Μενάμονος. Confer num. 43. Quodsi vocem Μενήμων a verbo μένω deducere praetuleris, rursum debebat Μενεεμονος scriptum esse. Dein cum monogrammo et ligatura est Εοκερατο, Εὐκράτου p. Εὐκράτους, quam terminationem defendi ad num. 45. Sequitur portentosa forma Γεεματεριος, vel ex Bekkeri lectione Γεεματεεριος, etiam monstrosius: prorsus ut ματεερος apud Petrizzopulum

num. 43. Non usquam Γημήτριος p. Δημήτριος reperitur, nisi in Fourmonti tabulis infra propositis, licet non obsit analogia: sed usus aliud voluit. Et quidni certe Γαμάτριος scriptum est? Haec sola, opinor, vox prudentibus posset fraudem aperire, etiamsi cetera meliora essent. Λεπερεο est Λεπρέου a recto Λέπρεος, qui notus ex Pausania Eliacus heros. Mox in Καλικλεο monogramma est mirificum continens litteras ΑΛΙΚ, vel ut Barthelemius Καλικελεο legens statuit, ΑΛΙΚΕ; heterocliton Καλλικλέου ferri potest (cf. ad num. 45.). Εοστεπανο (Εὐστεφάνου) recte legit Lanzius; Barthel. male Εοστεγανο. Sequitur Εὐκράτου et Λαφάης, quod nomen sane Argivum et Phliasium; Laphaes enim Argivus tyrannus, et Phliasius artifex (Pausan. II, 21, 9. II, 10. VII, 26.). Is est Perati filius (Πέρατος est ap. Pausan. II, 5.), ὁ Περάτου: nam Δ est ὁ, pro quo quod apud Barthelemium est Α, id ex Bekkeri apographo correxi. Est is κόρος, ut κόραι sunt in Amyclaeis. In universo titulo πατὴρ non patrem naturalem designat, neque genitivus praecedens hinc suspensus est, sed sacerdos significatur, ut in Amyclaeis appellatione matris: hinc in fine κόρος, *Camillus*. Ἀνακέοντος autem Barthelemius explicat ἀνακῶς ἔχοντος, ἐπιμελουμένου, et intelligit de sacrorum ministro patri sive summo sacerdoti aggregato; Lanzius imperite ἀναχέοντος legit et exponit *simul libante*. Sed neque Barthelemii commentum ferri potest, nec probem si quis dicat ἀνακέοντος esse *defuncto*, ex Hesych. ἀνακῆσαι, ἡσυχάσαι, quae glossa suspecta; (licet alia succurrat, ἀνηκέσαι, ἀναπαῦσαι, non tamen plane similis): debebat etiam ἀνακήσαντος esse. Ne multa, ipse verborum tenor docet ἀνακέοντος esse βασιλεύοντος, a nomine ἄναξ, ἄνακες: etsi ea forma plane incognita est, debebatque digamma praefixum habere. Sic primus sacerdos *Athamas Eulai f. regnante Temeno Phegei f.* munere fungitur; qui rex Psophidis Alcmaeoni Amphiarai f. aequalis habetur: sequitur *Callicrates regnante Eucrate Temeni f.* et deinceps *Callicle Eustephani f. Eucratis nep. regnante* succedit *Demetrius*. Intelligitur Eucratis filium Eustephanum ante imperium defunctum esse, avoque successisse Eustephani filium Calliclem: hinc in solo Callicle praeter patrem avus nominatus est. Quae ut apte composita sunt, ita quomodo Psophidiorum regum memoria in Phliasio monumento una cum sacerdotibus tradatur, nemo facile explicuerit. Postremo qui hanc inscriptionem monogrammatis et ligatis litteris deformem et recentissimis similem Epigonorum aetati tribuerit, cum eo non disputabo: quae inconcinna, inconstantia, barbara insunt, denique solis Fourmontianis propria, ea in ipsa explicatione notavi, possuntque huic quoque titulo ex parte accommodari, quae ad num. 44. 45. diximus: novum est OO pro Ω, nusquam nisi in Fourmontianis infra afferendis et in Petrizzopuli lapide (num. 43.) obvium, quocum scribendi genere non confundendum illud, ex quo OO non pro Ω est, sed Ω sive ω ipsum. Quodsi, quantopere Phliasius hic titulus et in ceteris rebus et in litterarum formis, etiam in K lunato (vide ad num. 44.), cum Amyclaeis consentiat, diligenter considero; neque hunc a Phliasiis, neque Amyclaeos a Spartanis confictos esse posse intelligo, sed ex eadem omnes Fourmonti fabrica prodisse: neque enim Phliasii et Spartani eodem litteraturae genere, eoque a recepta et ex probis monumentis cognita scribendi forma tantopere discedente, facile fuerint usi.

47.

Ara marmoris nigri in Apollinis Amyclaei templo; aeri incisam dederunt Caylus Rec. d'Ant. T. I. P. I. tab. 20. fig. 3. Raoul-Rochett. Epist. ad Aberd. tab. 3. fig. 5. Consentit apographum Bekkeri. Dedi ex Caylusio.



Ἀπόλλωνι. Litterae tales quales num. 45. 46. Α inversum praestaret; ceterum praeter O triangulare nihil inest suspecti: sed ipsa haec forma mihi persuadet fictam esse aram, quam vano prorsus iudicio octavo vel nono ante Christum saeculo vindicabat Caylus: qua aetate an aris inscriptae dedicationes sint merito ambigas.

48.


Ara lapidis nigri, duos pedes et semissem alta, in templo Ongae. Ediderunt Caylus l. c. fig. 4. Rochettus l. c. fig. 3. Dedi Rochetti apographum.



Κλεοδάμα Ὄγγα. Caylus ΟΓΑΙ habet: retinui tamen absurdius ΟΓΑΕΙ, quod ex schedis petivisse Rochettus videtur. De commenticio Ongae templo dixi in Introd. Id deae ΟΓΑΙ dedicasse Eurotam regem Laconum, ex fastigii inscriptione perhibet Fourmontus Mem. Acad. T. XV. p. 403. in quo titulo Lacones audiant ΙΚΕΤΕΡΚΕΡΑΤΕΕΣ, hoc est Ἰκτευκρατεῖς: prius enim Ρ est Ο triangulare. Cf. ad num. 55. ubi vanum hoc de Laconum illa denominatione commentum esse doceo post Knightium. De Spartana dea Ὄγγα nemo quidquam exaudivit, sed debetur ea Fourmontiano Phoeniciarum rerum studio, quas Spartanae historiae immiscere tentabat. Thebis Minerva Ὄγκα s. Ὀγκαία dicta, cuius cultus a Cadmo allatus perhibebatur; unde Ὠγύγιαι πύλαι Thebis etiam Ὀγκαῖαι et Ὀγκαΐδες (Steph. Byz. v. Ὀγκαῖαι, Apollod. III, 6, 6.). V. Hesych. v. Ὄγκας Ἀθηνᾶς c. intt. item Aeschyl. Sept. c. Theb. 149. 472. 486. cum scholiis ad duos priores locos, Schol. Eurip. Phoen. 1068. ubi vide Valck. Schol. Pind. Olymp. II, 44. 48. Hinc etiam vicus Thebanus Ὄγκαι (Tzetz. ad Lycophr. 1225. Schol. Pind. l. c. 48. Hesych. v. Ὄγγα). Eadem dea etiam Ὄγγα appellata, Hesych. v. Ὄγγα, Pausan. VIII, 9, 2. ubi haud dubie Ὄγγα scribendum, quum in codd. Mosc. et Paris. sit Οἴνγα.

49.


Amyclis in templo nigro Ongae; ex Fourmonti schedis Bekkerus.



Λαμπιδὼ uxor est Archidami II. qui bello Peloponnesiaco incipiente regnavit (v. Meurs.): id tamen nominis Fourmontus frequentat in titulis infra positis, quos antiquiores esse voluit. Hic titulus vel ob Ongam ficticius iudicandus est, et ob ipsam ligaturam, si genuinus esset, ne Archidami II. quidem aetatem attingere posset. ΟΟ pro Ω esse Fourmontus voluit, ut passim infra, eo modo quo ΕΕ pro Η posuit: nec me movet Dodwellus, qui Rochetto (p. 113.) narravit ΟΟ pro Ω in titulis valde antiquis sese vidisse. Nempe ΟΟ scio idem esse atque Ω vel potius ω, non tamen in antiquis sed in recentibus titulis: igitur si genuina foret inscriptio, esset recens, ex imperatorum aetate. Sed, ut dixi, Ὄγγα suspicionem movet, praesertim quum simplicis Gamma pro duplici usus satis ostendat, Fourmontum remotissimam huic inscriptioni aetatem tribuere voluisse.

50.

Ara nigri lapidis in templo Ongae, duorum pedum et semissis altitudine. Edidit Caylus l. c. fig. 5. cf. p. 65. Bekkerus praebet sine varietate.



An Δαματρία Π[ολυ]δαμία? Eiusdem haud dubie fabricae, ex qua priores prodierunt.

51.

Amyclis prope Apollinis templum, in basi. Ediderunt Benedictini Nov. tract. dipl. T. I. p. 626. Rochettus l. c. tab. 3. fig. 6. Habeo etiam a Bekkero. Rochetti exemplum repetii.

Δαμωνάκα Δαμωνάκου ἱέρεια. Novi quidem nomen Ἀνάκου (v. ad num. 60.), Δαμώνακον et Δαμωνάκαν nondum repperi, sed Δαμώνακτα et Δαμώναστ-σαν: praeterea digamma desidero. Si genuinum foret monumentum, deberet pro basi statuae haberi, ideoque non posset antiquum iudicari, quia statuarum mortalibus ponendarum haud dubie non priscus Spartae mos fuit: quo magis patet commenticium esse, quum fabrica antiquissimam simulet scripturam praecedentibus titulis prorsus geminam. De Benedictinorum placitis taceo.

52.

In templo Apollinis Amyclaei, ex schedis Fourmonti Bekkerus. Meminit Barthelemius Mem. Acad. T. XXIII. p. 404.

Δαμονακορ Λοκεοργο, hoc est Δαμώνακος Λυκούργου. Mirum profecto commentum priori simile; inest praeterea O triangulare pro Y, ut in altero Amyclaearum sacerdotum catalogo; nota etiam K lunatum eo absurdius, quum reliqua omnia rectis lineis exarata sint. Λυκέοργον frequentat Fourmontus; sed usitatae tantum duae formae sunt, Λυκόεργος (Analect. II. p. 231.), et Λυκόοργος (Iliad. ζ, 130. Pythia apud Herodot. I, 65. et Epigrammata in Analect.): ut vox ab ὀργῇ, non ab ἔργῳ formata videatur, quasi *Lupanimus*. At Fourmonto ut αἰνοῦμεν αἰνέομεν, sic Λυκοῦργος Λυκέοργος est.

53.

In templo Apollinis Amyclaei, fragmentum, ut ait Fourmontus. Dedit Bekkerus, memoravit Barthel. l. c.

[Δα]ματρια Μολο ιερεια. Fabrica summam mentitur antiquitatem, licet nihil aliud nisi basi inscriptum titulum esse statui queat: cf. ad num. 51. Μολο est Μύλου. Cogitavit Fourmontus de Mylete Lelegis f. Eurotae patre (Meurs. Regn. Lac. I.): debebat autem Μύλητος dici. Attamen Μύλου quoque defendi potest exemplis Choerobosci ap. Bekk. Anecd. T. III. p. 1399.

54.

Amyclis in templo Apollinis, in columella, ex Bekkeri apographo et Rochetti exemplo (l. c. tab. 3. fig. 4.).

Δαματρία Δαματρίου ἱέρεια. Poterat haec inscriptio genuina sed admodum recens haberi, nisi litterarum formae ex parte antiquitatem remotiorem simularent. Igitur pro antiqua eam venditare Fourmontus voluit; cui rei obsunt ligaturae et diphthongus ΟΥ. Demetria et Demetrio Fourmontum in fingendo pauperculum neque ulla nominum propriorum copia instructum immane quantum abusum esse infra videbimus: Demetria Demetrii filia statim redit in titulo, quem Fourmontus voluit antiquissimum videri, eaque ibi quoque sacerdos (num. 55.); ut intelligas hunc quoque num. 54. ab eodem quasi priscum confictum esse.

55.


Amyclis prope templum nigrum Ongae. Ex Fourmontianis Bekkerus.

Infra: Δαματρία Δαματρίου ἱέρεια, quae subscripta est dedicationi, sive temporis designandi causa, sive quod illa pro populo votum hoc susceperat, iudice Barthelemio Mem. Acad. T. XXIII. p. 404. qui hanc inscriptionem referens habet ΙΚΤΕΟΚΡΑΤΕΕΣ et ΘΕΟ. In subscriptis Ο est vulgare, in superioribus triangulare et idem etiam pro Υ, ut in aliis Fourmontianae fabricae. Legendum enim Ἰκτευκράτης vel potius Ἰκτευκρατεῖς, quos ter Fourmontus protulit, semel in dedicatione templi Ongae ficticii ficticia, quae in schedis ne extat quidem (vide ad num. 48.), eâque ab Eurota, ut fertur, factâ, qui numquam vixit, sed ex fluvii nomine vir evaluit: deinde in hac ipsa inscriptione; postremo in aliis pluribus, quas vel priusquam ab ipso confectae essent, videtur ementitus esse, quum in schedis nullum earum vestigium supersit. De his audi ipsum Mem. Acad. T. XV. p. 400. *„Du tems de Sous et d'Echestratus (c'est assez haut) j'ai des Inscriptions en Boustrophédon, où ces Rois, où ces Pythii sont nommez avec les Officiers des tribunaux d'alors; un rond est au-dessous des noms de Pythii, et sur ce rond sont ces lettres* ΙΚΤΕΟΚΡΑΤ *abbreviation de* ΙΚΤΕΟΚΡΑΤΕΕΣ *ou de* ΙΚΤΕΟΚΡΑΤΟΟΝ; *mais au-dessous on lit* ΓΟΙΜΕΙΤΟΡΕΣ *(le* Γ *pour le* Φ*), que l'on doit interpréter* Φήμιοι *d'où* Εὐφήμιοι, *ces Prêtres qui prioient pour tout le peuple dans les sacrifices qu'il offroit aux Dieux; interprétation que l'on peut d'autant moins rejetter, qui est d'autant plus appuyée, que l'un de ces* ΠΟΙΜΕΙΤΟΡΕΣ *est dit l'être de Jupiter, l'autre de Junon, l'autre de Mars, l'autre d'Onga, l'autre de Cleta, l'autre de Mercure etc. tous Dieux révérez par les anciens habitans de la Laconie."* Mitto ista de ποιμείτορσι mendacia; sed de Ἰκτευκρατεῦσι rectissime pridem iudicavit Knightius assentiente Porsono. Etenim Meursius Misc. Lac. III, 8. extr. Lacones universos putat Ἰκτευκρατεῖς vocatos, ex glossa Hesychii: Ἰκτευκρατεῖς, Λάκωνες: de qua merito dubitans Hemsterhusius, quum nihil usquam simile tradatur, corrigit ἴκτευ, κράτει· Λάκωνες; ut ἴκτευ sit *tene*, coniunctum verbo ἰκταίνεσθαι (de quo Hesych. ἰκταίνοντο, ᾐσθάνοντο), *apprehensum aliquid et contactum sentire:* Λάκωνες addi ad significandum idioma Laconicum. Paulo aliter Buttmannus potius ἴκτεις, κρατεῖς legendum putat, ut ἴκτω sit ab ἔχω, sicut τέκω τίκτω. Utut est, Laconicam glossam, qualem Hemsterhusius et Buttmannus statuunt, in Hesychianis latere vix dubites: ex qua ut Ἰκτευκρατεῖς inscriptionibus inferret, a Meursio

inductus Fourmontus est. Fourmonto tamen patrocinari populares docti conantur. Inter quos Rochettus (p. 32–37.) Fourmontum in templi Ongae inscriptione falsum esse statuens vult legi ΕΤΕΟΚΑΡΕΣ, Caresque Lelegibus affines inter priscos fuisse Laconicae incolas studet evincere. Sed et coniectura audax est, et argumenta pro istis Caribus tenuissimae non historiae sed fabularum auctoritati insistunt: nam ut, quod sentio, libere dicam adversus virum mihi carissimum, qui Lelegum aetate scriptos titulos extare posse credat, eum non mirabor, si a Iove vel Neptuno vel eius filio Polyphemo positam inscriptionem nobis offerat: denique, quum Fourmontus ter et saepius a se repertos suos Ἰκτευκρατεῖς iactet, falsae lectionis suspicio prorsus remota est. Igitur omitto aliam correctionem nimium imperitam, quam proposuit Malte-Brun (Nouv. Ann. des Voy. T. II. p. 187.). Aliam viam iniit Letronnius (Journ. des Sav. 1819. p. 715 sq.), qui nomen magistratus latere in ea voce putat; nam si ex Meursio sumpta vox esset, non alio loco Ικετερκερατεες, alio Ικτεοκρατ[ε]ες scripturum Fourmontum fuisse. At huic argumento noli confidere. Fourmontus in altera inscriptione dedit Ἰκτεοκρατ. in altera Ικετεοκρατ. (non Ικετερκ. vide ad num. 48.): in hac istud suum Ε intrusit, ut fecit toties; cetera conspirant. Sed nimium immoror isti Fourmonti commento. Sequitur ΣΙΩ pro θεῷ: σιὸρ Laconicum est; omissum Iota defendas Aeolismo, ex quo τῶ Ὁμήρω dativus esse dicitur (Gregor. Cor. Aeol. §. XXX. Bekker. Anecd. T. III. p. 1187.). Nempe huiusmodi est harum inscriptionum ratio, ut pleraque una et altera auctoritate possint excusari, licet nullius color vere priscus sit.

56.


Ex chartis Fourmontianis transcripsit Müllerus, loco non notato: mihi videtur aedificium hoc templum Ongae esse, licet inscriptio non conveniat. Cf. Introd.



Mirus sane titulus totus a dextera scriptus, quod necdum usquam in Graecis vidimus: litterae modulo tam minuto expressae, ut ex earum forma nolim inscriptionis fidem impugnare. Quantum video, sic legendum: [Χ]αριδημα Κλεοδαμου Τισαμενου Δαματρι αγορα κορα ανεθηκεν. An Tisamenus est Orestis filius? Αγορα quid sit nescio. Qui finxit, voluit fortasse Δάματρι ἀγοραίᾳ [καὶ] κόρᾳ, ut Minerva Spartae ἀγοραία fuit teste Pausania, ut ἀγοραῖοι sunt Iuppiter, Mercurius, Diana. In fine scriptum ανετικεν, de quo apud lectores sit iudicium.

57.

Clypeus anaglyphus in lapide glauco nigrescente 3′ 8″ alto, 2′ 8″ lato, 6″ crasso; Amyclis in templo Apollinis, prope aram. Ex Fourmonti dissertatione editus est in Hist. Acad. Inscr. T. XVI. p. 102. ex eiusdem schedis petiit Bekkerus. Hunc et duos alios clypeos (num. 58. 59.) habes etiam ap. D'Hancarvill. sur l'orig. l'ésprit et les progrès des arts de la Grèce T. II. tab. 19 sqq. et ap. Knight. l. c. tab. 5. 8. 11.



Clypeus utrinque excavatus, ut posset in utroque geri brachio: in medio alius clypeus similis cernitur, qui serpentem sive draconem, in clypeis passim usitatum, pro insigni habet. Cf. Welcker. Zeitschrift f. Gesch. u. Ausleg. d. alten Kunst T. I. P. III. p. 574. adde Plutarch. Lysandr. 29. Minorem hunc clypeum maioris ornamentum esse Fourmontus dicit. Maioris haec est inscriptio: Ταλεκλος Αρκελαο το Αγεσιλαο το Δορυσσο το Λαβοτας το Εχεστρατο Βαγος ΛΚ (Λάκων); minoris: Εχεστρατος Αγιδος Λακον. Ultima vox ita exarata, ut supra sit Λα monogrammate expressum, reliquae litterae in ceteris lateribus separatae. In priore inscriptione Λαβώτα vel Λαβώταο (Λαβώτεω enim Ionicum) exspectatur; Λαβώτας ut vitiosum Fourmontus oscitanti tribuit quadratario, qui ex aereo haec clypeo transcribens erraverit: neç multum aliter iudicat Larcher. ad Herodot. T. I. p. 306. Dixeris Fourmontum aut in fingendo errantem voluisse hoc modo errorem excusare, aut, quod magis probo, de industria immisisse vitium, quo lateret fraus. Mirum vero Λαβώτας ne esse quidem vitiosum; certe in Corcyraeo titulo de donatione Aristomenis et Psyllae haud semel comparet genitivus Ψύλλας ab eodem nominativo: quod si huic clypeo fidem addere videtur, nihilo eum magis ideo genuinum iudico, propterea quod Fourmontus casu aliquid admittere potuit, quod vitiosum videretur, licet non esset vitiosum.


Clypeos vero hos Fourmontus regum putat donaria ob victorias esse; quod non convenit clypeo Anaxidami (num. 58.) ex sepulcro surgenti: nec sepulcrales esse putaverim, ut nostrorum templorum clypei sunt; frustra provocaveris ad clypeum in monumento filiorum Oedipi apud Pausan. IX, 25, 2. Vulpeculas in Anaxidami clypeo insigne Messeniae perhibet Fourmontus; et convenit fabula de omine ap. Apollod. II, 8, 5. omnino memorabilis: ex ea tamen nihil colligi posse rectissime notat Müllerus noster de Doriensibus T. I. p. 64. Clavam insigne Spartanorum offerunt nummi; sed in serpente haeremus. Constat quidem in clypeis serpentem promiscue reperiri; sed Spartanorum regum hoc fuisse proprium insigne, neque ex Menelai clypeo apud Pausaniam X, 26, 1. neque ex oraculi voce dubia et ambigua (Plutarch. Pyth. Orac. 24. Mirab. auscult. inter Aristotelica c. 23.), neque ex eodem illo apud Apollodorum omine collegerim, quod infirmasse Müllerum modo rettuli. In num-

mis quidem serpentem non conspicio, nisi circum diotam (Mionnet. Descr. de Méd. T. I. p. 216. 222.); quod a nostris clypeis alienum est. Iam vero draconem Proclidis, clavam Eurysthenidis tribuit Fourmontus, indeque insignium explicat varietatem: igitur Teleclum et Anaxidamum (n. 58.) esse Proclidas, Archidamum (n. 59.) Eurystheniden. Rideas hominis levitatem, ex arbitrio insignia interpretantem, deinde hinc praeter historiae fidem, utrius quisque familiae sit, constituentem. Contra academici Parisienses Teleclum et Archidamum, quorum diversa insignia, Eurysthenidas fuisse pronunciant, Anaxidamum Procliden: igitur alterutro insigni alternis usos esse reges Spartanos, nullo familiae discrimine. Sed Archidamus Agesilai f. Proclides est s. Eurypontides (vide ad num. 59.), ut Anaxidamus (Pausan. III, 7, 5.); Eurysthenides s. Agiades solus est Teleclus (Pausan. III, 2, 6.). Attamen ne sic quidem conveniunt insignia, quum Archidamus clavam habeat, Anaxidamus et Teleclus serpentem. Sed clava omnino in antiquioribus Spartanorum regum monumentis exspectari non potest, quam quidem Pisander Camirensis demum, circa Olymp. 33. cum cetero ferociore cultu Herculi tribuerit: nec tamen, quod ea clava in Archidami clypeo (num. 59.) longo post Pisandrum tempore primum comparet, in antiquioribus autem regibus serpens habetur, inde Fourmonti fidem firmaverim. Ceterum genealogia vitio caret: ea in minore clypeo recedit usque ad *Agin*, cuius filius *Echestratus*; ab hoc ex ordine repetuntur *Labotes*, *Doryssus*, *Agesilaus*, *Archelaus*, *Teleclus*: cf. Pausan. III, 2.

In genere scribendi suspectum est monogramma, et ludibunda tum hic tum in ceteris clypeis litterarum per varios locos dispositio: ΑΡΚΕΛΑΟ habet Κ pro Χ, licet hoc usurpatum sit in Echestrati nomine; sed in alterutro transcribendo erratum dixeris. Litterae Lambda formam Λ non incusabo: sed ligaturae non conveniunt ei aetati, quae simulatur: Teleclus enim, quo regnante Amyclae, Pharis et Geronthrae Achaeis ereptae sunt, sub finem noni ante Christum saeculi decessisse fertur. Igitur hunc clypeum aut Spartani finxerunt aut Fourmontus: sed quum reliquos illi non possint finxisse, Fourmontus solus accusandus est. Accedit quod sermo habet, in quibus haereas. Primum enim articulus το (τοῦ) post nominativum non est ex usu: debebat aut omitti aut nominativo casu ὁ proferri. Herodot. VII, 204. Λεωνίδης ὁ Ἀναξανδρίδεω τοῦ Λέοντος τοῦ Εὐρυκρατίδεω etc. VI, 65. Λευτυχίδῃ τῷ Μενάρεος τοῦ Ἄγιος. VIII, 131. Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος τοῦ Ἡγησίλεω τοῦ Ἱπποκρατίδεω etc. Deinde Ἄγιδος non est antiqui et Dorici usus, sed Ἄγιος, ut apud Pind. Δείνιος, Ψαύμιος etc. quae enim contraria olim circumferebantur, correcta ex libris sunt.

58.

Clypeus anaglyphus lapidis prope nigri, quinque pedes et semissem altus; lapidis latitudo est pedum sex et semissis, crassitudo unius pedis: Amyclis ibidem ubi num. 57. Ed. in Mem. Acad. T. XVI. p. 104. et apud eos quos ad num. 57. posui. Dedit etiam Bekkerus.




Clypeus quasi ex sepulcro surgit in basi posito; in uno latere est pilum; in sepulcro ipso tres sunt loculi, quorum medio maiori impositus clypeus ille, infra latior, utrinque sinuatus: insigne in eo sculptum est, serpens cum binis vulpeculis Messeniacis iisque cadentibus, quae subactam designant Messeniam. Cf. ad num. 57. Sepulcro inscriptum: *Ανακσιδαμος Δευκσιδαμο το Ανακσανδρο το Ευρικρατεό βαγος.* Sed secundum Pausaniam (III, 7.) Zeuxidamus et Anaxidamus sunt Eurypontidae, illiusque pater est Archidamus Theopompi f. (Paus. l. c. et IV, 15.): pro quo nobis haec inscriptio Agiaden Anaxandrum Eurycratis f. (Pausan. III, 2.) offert. Neque in Pausaniae solius auctoritate causa versatur: Herodotus quoque (VIII, 31. VII, 204.) Theopompum Nicandri f. Eurypontiden, Anaxandrum et Eurycratem Agiadas fuisse appositis stemmatis confirmat. Manifestum hoc fraudis indicium est, quod non diluunt academici, ubi provocant ad commentationem, qua De la Barre (Mem. Acad. T. VII. p. 262.) demonstraverit, Proclidarum genealogiam a veteribus varie traditam esse: neque enim magna illa varietas est, quae, si minimos quosdam Herodoti et Pausaniae dissensus exceperis, ad solum Lycurgum pertineat; debebatque primum monstrari, confusa Proclidarum et Eurysthenidarum, sive Eurypontidarum et Agiadarum stemmata esse, alterosque in alteram familiam translatos: quod in illa cura, qua *regum sibi succedentium* stemmata haud dubie confecta vel publice vel a familiis sunt, mihi quamvis non superstitioso non est credibile. Et video Müllerum quoque (Dor. I. p. 131 sqq.) de regum catalogis honorifice iudicare. Herodotus autem stemmata Laconicorum regum haud dubie eadem secutus est, quae Spartani, sive ea ab ipsis Spartanis sciscitatus erat, sive a Charone Lampsaceno acceperat: quis vero illa stemmata antiquissimis inscriptionibus in Amyclaeo templo positis contraria fuisse crediderit? Vellem igitur Rochettus (p. 109 sqq.) maluisset de hac re uberius disserere, quam ad illam academici commentationem et ad D'Hancarvillium (Recherch. sur l'orig. des arts T. II. p. 211 sqq.) provocare, quem solvisse praedicat difficultatem, quae nec sublata apud D'Hancarvillium est nihil prorsus sani afferentem, nec tolli ullo modo potest. Vituperandus tamen Knightius (p. 128.), qui Fourmontianae inscriptionis dissensum ex Meursio (Regn. Lac. XI. XVII.) male inspecto natum contendit: quam opinionem qui examinare voluerit, miram Knightii et negligentiam et audaciam deprehendet: nihil enim apud Meursium quidquam, quod eo deducat, reperiet. Mihi Fourmontus potius de industria turbasse stemmata videtur, qui quanta horum fides sit ignorans, novo commento vellet suae inscriptioni maiorem auctoritatem conciliare sibique scriptorum correctorum laudem parare: quemadmodum ex clavis suis serpentibusque contrariam stemmatis antiquitus traditis sententiam de regum origine stabilire conatus est (vide ad num. 57.). Valeat igitur hic clypeus, qui si genuinus esset, deberet fere ad Olymp. 28, 1. referri, quo anno Anaxidamus bellum Messeniacum alterum finivit, vel certe ad proximos post id tempus annos. Ceterum in scriptura nihil magnopere offendit; ΚΣ pro ΧΣ, quod Villoisonus (Anecd. T. II. p. 121.) non recte cum scriptura *Καλιμακος* et talibus composuit, illustratum est ad num. 3. nec audienda infelix Knightii (p. 128.) crisis, qui ΔΕΥΓΣΙΔΑΜΟ postulat, quod vox descendat a *ζεύγνυμι*: numquam enim ΓΣ pro Ξ scriptum est, semper aut ΧΣ, aut ΚΣ, hoc raro et nonnisi a Doribus vel Aeolibus. Sed digamma desideratur in vocibus ab *ἄναξ* incipientibus (v. ad num. 44.): quod circa Olymp. 28. in Laconica omissum esse nemo mihi persuaserit; in hac vero inscriptione eo id minus omitti poterat, quum *βαγὸς* id habeat. Sed Fourmontus *βαγὸν* ex Hesychio noverat; *Fαναξίδαμον* et *Fανάξανδρον* ibi non invenerat. Ubi Hesychium dico, Meursii intellige Miscellanea Laconica, in quae Hesychii verba translata sunt: ex eo enim libro hausisse haec Fourmontum haud immerito iudicat Knightius (p. 123.), qui Hesychii glossam *βαγός, βασιλεύς*, insuper corruptam iudicans negat eam vocem posse digamma habere; *ἄγω* enim, quocum coniunctum *ἀγέομαι*, non habere digamma, sed *ἄγνυμι*. Qua in re etsi ille se peritum grammaticum probat, nec satis refutatus a Rochetto (p. 90 sqq.) videtur: tamen eius adversario concedo, *βαγὸς* esse Laconicum. Nam ut digamma in nonnullis vocibus fere constanter et a plerisque Graeciae gentibus positum est, ut in *ἔπος, ἔργον, οἶκος*, licet in hoc vocabulo tabulae Heracleenses id negligant: ita in aliis singularum civitatum peculiare est, quemadmodum in iisdem tabulis est *Fίδιος*, prorsus contra vulgarem usum, ibidemque *Fέξ* (vide Oec. civ. Ath. T. II. p. 393.), et in Argiva Laconicaque dialecto pronunciatum est *Βορθαγόρας, βορθαγορίσκος* (v. ad num. 2.), licet *ὀρθὸς* vulgo non recipiat digamma. Sic etiam *βαγὸς* apud Lacones dictum, licet *ἄγω* et *ἀγέομαι* apud ceteros Graecos littera illa non instructa reperiantur: et succurrit alia Hesychii glossa a Rochetto notata, *βάξον, κατάξιον, Λάκωνες*: quod et ipsum est ab *ἄγω*. Eodem pertinent *βισχὺν* Laconicum apud Hesych. *βαδὺ* (*ἡδύ*) Eleum apud Pausan. V, 3. Sed Fourmonto sic excusando ex Scylla in Charybdin incidimus: iam enim in his remotissimae, quam prae se ferunt, antiquitatis documentis exspectes etiam *Βάγιν* et *Βαγεσίλαν*, ut Spartani scripserunt *Εὐρυβάνασσαν* (v. ad num. 44.): sed in tot ex eo genere nominibus ne semel quidem apud Fourmontum B praefixum inveneris. Neve mihi antiquam Laconum vocem *βουαγός* obiicias, in qua digamma nullum sit, notes latere id in littera Υ, *βοFαγός* (*βοαγός*). Praeterea memorabilis scriptura *Δευξίδαμος* p. *Ζευξίδαμος*, ut *Δεύς* p. *Ζεύς* (Hesych. v. et intpp.), *Δανκλε* in nummis Zanclaeis (Eckhel. D. N. T. I. p. 219.): quod Knightius in Spartano monumento admitti posse negans merito a Rochetto (p. 110 sqq.) vapulat. Postremo in *Ευρικρατεο* duplex est offensio: I pro Υ, et terminationis ratio. Prius

etiam alibi in Fourmontianis redit (v. ad num. 63.), idque defendit Rochettus: certe in diphthongo est ΕΙ pro ΕΥ, ut in decreto contra Timotheum habetur in libris Ἐλειτινιας p. Ἐλευσινίας (vide Knight. p. 132.), et λατρειόμενον p. λατρευόμενον in Eleo aere vidimus (n. 11.): sed quod Υ in diphthongo patitur, non potest ad simplicem vocalem accommodari. In decreto contra Timotheum est etiam ΜΙΤΟ vel ΜΥΘΟ p. μύθου, probante Knightio p. 134. sed ex causa non idonea (vide Porsonum in censura Knightiani libri p. 505.): nec lectio certa est. Iam vide an meliora sint exempla ad num. 63. proposita: equidem Ι pro Υ Laconicum esse nec certo affirmaverim nec negarim praefracte. Superest vocis terminatio, in qua Σ non potest abiectum iudicari: igitur si genuinam inscriptionem esse putes, Ο debet pro Ω esse, et legendum est Εὐρυκράτεω, p. Εὐρυκράτου, ex heteroclisia ad num. 45. illustrata. Tamen vel sic residebit Ionica forma a Spartano monumento aliena.

59.

Clypeus anaglyphus eodem quo priores loco, ex lapide glauco subnigro, 3′ 8″ alt. 2′ 8″ lat. 6″ crass. Editus est cum prioribus. Bekkeri apographum Archidamum in dextra habet, alterum nomen in sinistra.



Clypeus hic quum in sola dextera parte excavatus sit, nisi inversus non potuit in sinistro brachio geri, ubi tamen clypei geruntur. Praeter hoc discrimen quum eiusdem et formae et materiae, cuius num. 57. sit, debebit hic multis saeculis post ad illius normam factus esse; quod parum est probabile: ac Teleclí sub finem noni ante Christum saeculi viventis, et Archidami Agesilai f. quarto saeculo florentis aetatibus clypeorum formam Spartae eandem fuisse, ne in illa quidem publicae disciplinae perpetuitate facile credideris. In medio clypeo Herculis clava conspicitur. Inscriptio haec est: Αρχιδαμος Αγεσιλαου ΛΚ, et circum Λακεδαιμοον. ΛΚ Fourmonto est Λάκων, recte: sed ita scriptum antiquitus esse, ut singularum syllabarum initiis ponendis decurtata vocabula sint, quis docet? Quod

circum scriptum est, absurde interpretatur Λακεδαιμονίων: sed etiam Λακεδαίμων supervacaneum est additamentum. Archidamus Agesilai f. Proclides s. Eurypontides, post XXIII annorum regnum Olymp. 108, 3. periit in Italia (Meurs. Regn. Lac. c. XIX.). Non magnam igitur antiquitatem huic titulo tributam vides; sed diversissimae aetatis litterae mirifice mistae reperiuntur. Nam P, M, N, ⊢ (Gamma) prisca sunt; cetera sunt recentioris scripturae, A, Λ (Lambda), et imprimis Є et ⊏, quae ipsa inter se non conveniunt, quum formae Є respondeat C: quamquam hoc non premam, quum eiusmodi inconstantia non sit sine exemplo, sed in recentibus inscriptionibus passim ⊏ et Є coniuncta reperiantur. C et Є Knightius (p. 114.) non ante Imperatorum posteriorum aetatem usitata fuisse immerito perhibet: eius enim vestigia usque ad Alexandri Magni aevum redeunt. Tum enim vixit Aeschrio (Näk. Choeril. p. 193.), apud quem prima Sigma lunati mentio: v. Tzetz. ad Hermogen. ap. Ruhnk. ad Longin. p. 135. et Näk. Choeril. p. 189. Primam dixi apud illum lunati Sigma mentionem esse: nam Euripidis, Agathonis, Xenophontis auctoritates ab Osanno nostro Syllog. p. 121 sq. productas reiicio. Xenophon enim de hac re ne verbulum quidem; Euripides βοστρύχῳ εἱλιγμένῳ, Agathon Σκυθικῷ τόξῳ comparant Sigma, neuter formam C, sed eam, quae in Sigeensi inscriptione superiore extat, uterque spectantes. Et prioribus quidem temporibus, quam mature nescio, C et Є nonnisi in scriptura cursivae simili usitata fuisse videntur. In inscriptionibus, quarum usus peculiaris, usitata sunt inde ab aetate primorum Ptolemaeorum, non tamen in Graecia, sed in Aegypto; neque in lapide, sed in metallis, quod certam ob causam annoto: Ptolemaeo Aulete regnante et in lapide scripta atramento et incisa reperiuntur. V. Letronn. Recherch. pour servir à l'hist. de l'Egypte p. 147 sqq. Item in Asia est antiquior illorum usus quam in Graecia, ut alibi exponam. Decretum Gelensium in Sicilia, in quo C et Σ promiscue posita sunt, ante Gelam a Phintia tyranno eversam, hoc est ante annum 282. Christi natalibus priorem, exaratum esse contendit Castellus (cf. Inscript. Panormit. p. 237.) itemque Rochettus (Epist. p. 18 sq. coll. Hist. col. Gr. T. III. p. 249.), similiterque fere D'Hancarvillius (Rech. T. II. p. 195.): sed hoc incertum, quum Gelenses vel Ciceronis aetate memorentur. Nec maiorem antiquitatem nummi demonstrant; non dico illum Ptolemaei Philadelphi ap. D'Hancarvill. Rech. T. II. p. 193. tab. 19. a Rochetto citatum, in quo non Є, sed E esse contra D'Hancarvillium notavit Letronnius (Rech. pour servir à l'hist. de l'Égypte p. 12.), sed Tarentinos, Agyrienses, alios: Etruscos, in quibus est Є (Eckhel. D. N. T. I. p. 97.), non curo, quod Etrusca scriptura ad rotundam formam magis accedit. Alios nummos memorat Paciaudius Mon. Pelop. T. II. p. 256-261. pro Fourmonto militans: sed neque ille nec Benedictini Nov. Tract. dipl. T. I. p. 684. remotiorem quam ego statuo, formis C et Є aetatem vindicare potuerunt: nec quidquam amplius Paciaudio demonstravit Villoison. Anecd. T. II. p. 162 sqq. licet ille lunatum Є omnium esse antiquissimum pronunciet. Vel sic tamen Є in hoc clypeo defendi posset, nisi cum aliarum litterarum formis magis priscis esset compositum. Quamquam nondum ulla inscriptio ex Graecia proprie dicta prolata est, in qua illa aetate usurpatum C vel Є sit: nam Laconica inscriptio de Anthusa quo iure a Rochetto ante Romanos Imperatores facta iudicetur, non video; ornamentorum quidem stilus id nullo modo docet. Fourmontum autem nota Є non solum in hoc Archidami clypeo repraesentare, sed idem et C vel in primi belli Messeniaci inscriptiones intulisse: quem si D'Hancarvillius et Rochettus C et Є inscriptionibus fingendis eo minus adhibiturum fuisse arbitrantur, quod eius aetate illae formae vulgo recentiores habitae sint; eam cogites Fourmonti fuisse audaciam, ut fingeret res opinionibus receptis contrarias, quibus receptas convelleret sententias. Vide ad num. 58. Iam ut ad formam ⊏ pro Σ transeam, licet haec quoque valde antiqua habeatur, mihi tamen nondum contigit titulum ullum conspicere, in quo multo ante primum saeculum Christi tempora antecedens compareat. Neque enim valde antiqua est inscriptio apud Clark. T. II. P. II. p. 593. cui insistitur: et quae Paciaudius l. c. T. I. p. 33 sq. pro antiquitate illius formae disputavit comprobata Villoisono l. c. nec plus quam dixi demonstrarent, si vera essent, nec omnia vera sunt: ut quae de Saxiis dicit, qui Vaxii potius sunt. Igitur in eorum nummis ⊏ est Digamma, ut in tabulis Heracleensibus. Eckhelius quoque D. N. Prolegg. T. I. p. CII. antiquiorem huius formae auctoritatem quam ex M. Antonii triumviri aetate in nummis non invenit. Sed in duobus nummis Italicis ap. D'Hancarv. (Rech. T. II. p. 460 sq. tab. XXX. fig. 8. 9.) conspicitur ⊏. In altero capiti pelle leonina tecto adscriptum KPO, et ⊏Y in aversa parte iuxta tripodem; in altero supra proram ⊏EIPI≷, et infra diotam in aversa parte K OTON: utrumque nummum D'Hancarvillius argumentis sane speciosis, ex Crotonis cum Sybari et Siri coniunctione antiquissima desumptis, inter annos ante Christum 736-723. ponit. Quod mihi eo minus persuadet, quum eorum laudet fabricam: et suspectam esse D'Hancarvillii fidem norunt, qui hominis vita qualis fuerit sciunt. Nummum quidem illum, in quo KPO et ⊏Y, apud Eckhelium, certissimum scriptorem, non reperio. Alter est apud Eckhel. T. I. p. 160. ubi tamen diserte KOT legitur: nec apud D'Hancarvillium est KPOTON: ut adeo omnis de Crotonis et Siris coniunctione disputatio ab hoc nummo aliena sit. Non dicam ipsum Eckhelium dubium iudicasse, an Sirinus hic nummus sit: nam idem alium Sirinum agnoscit, in quo item ⊏EI est, sed incertae hunc quoque aetatis; et hos Sirinos nummos non ultra triumvirum Antonium repetere ausus videtur (Prolegg. T. I. p. CII.). Superest alius nummus

Siciliensis ap. D'Hancarv. T. I. tab. 22. fig. 1. cum inscriptione Μεσσανίων sic scripta: ΝΟΙΝΑΣΣΞΜ: quem ille T. II. p. 466 sqq. circa Olymp. 30. factum putat. Sed hic error apertissimus est; Messenii enim non illa aetate, sed post Olymp. 70. quo tempore Anaxilaus vixit, Zanclen pervenerunt, constatque hodie, Pausaniam in Anaxilai aetate ita, ut D'Hancarvillius fecit, definienda lapsum esse turpissime: immo nihil obest, quominus illum nummum multo putemus recentiorem esse, in quo quidem ne una quidem littera vetusti quidquam offerat: nam O pro Ω nihil pro vetustate demonstrat, quum talis scriptura in nummis passim retenta deprehendatur. Postremo in illo nummo vere CC esse ambiguum iudico: apud Eckhelium nihil de hac in Messenae nummis forma reperies (T. II. p. 220 sqq. coll. Prolegg. T. I. p. CX.): nec D'Hancarvillio temere confidendum esse supra monui. Et haec quidem de formis C et C. Praeterea in hoc clypeo est OO: id si idem est atque ω, non potest Archidami aetati tribui; sin duo O sunt pro uno Ω, est sine exemplo praeter Fourmontiana, comprobatum licet Villoisono l. c. p. 124. Cf. notam nostram ad num. 49. Postremo in voce Ἀγεσίλαος laborat dialectus, non ob simplex E pro duplici sive H (certe Ἀγεσίλας extat in huius ipsius regis nomine apud Plutarch. Cimon. 10. νίκας δ' Ἀγεσίλα τοῦ Λακεδαιμονίου: idem est in aliis epigrammatis, ut Anthol. ed. Iac. prior. T. IV. p. 285. ubi cf. Iacobs. sic et ἀγεσίλας apud Callimachum, et ἡγεσίλαος apud alios): sed terminatio offendit, quae Spartano usu haud dubie illa aetate ita formabatur, ut esset Ἀγησίλα vel Ἀγεσίλα.

60.

Amyclis prope templum Ongae. Ex schedis Fourmonti Bekkerus.


ΛΥΣΑΝΔΕΕΡΛΥΣΑΝΔΡΟΥ
ΤΟΑΝΑΚΟΤΟΔΑΜΡΙΟΥΤΟ
ΤΟΛΥΣΑΝΔΡΟΤΟΛΑΜΑΧΟΤΟ
ΚΛΕΟΔΑΜΟΤΟΛΥΚΕΟΡΓΟ
ΤΟΣΙΟΠΟΜΠΟΒΑΓΟΣ

Λυσανδεερ Λυσανδρου το Ανακο το Δαματριου το ..... το Λυσανδρο το Ανακο (vel Λαμαχο) το Κλεοδαμο το Λυκεοργο το Σιοπομπο βαγος. Lysander Spartae rex quum nullus sit, βαγὸς nunc non rex est, ut num. 57. 58. sed dux, στρατηγός. Hesychio autem βαγὸς est et βασιλεὺς et στρατιώτης, pro quo scribendum στρατηγὸς vel στρατηλάτης: etymon enim eo ducit, licet Larcherius ad Herodot. T. I. p. 306. hanc significationem neget. Hic autem dux Lysander decimus a Theopompo est, rege opinor, cuius flos in Olymp. 10. constitui potest: videtur enim stemma usque ad Theopompum deductum, quia is rex fuerit, ceteri maiorum minus insignes: a quo aetatibus satis largiter computatis Lysander hic incidet in belli Peloponnesiaci tempora; et quum βαγὸς dicatur, vix dubium est, quin celeberrimus intelligatur imperator, qui Athenas cepit et Olymp. 96, 3. apud Haliartum occubuit: excluditur certe Lysander minor, qui circiter Olymp. 134. vixit, unus ex illius posteris, Libyis filius (Pausan. III, 6, 4. Plutarch. Agid. 6.). Illum igitur celeberrimum hominem (quis enim illa aetate alium noverit ducem Lysandrum?) nunc edocemur Lysandri filium esse ex regia gente Eurypontidarum a Theopompo descendentem. Vide mihi fraudem et absurdissimam et impudentissimam: nam Lysander ille patrem habuit Aristocritum, testibus titulis ex illius ipsius aetate Atticis num. 150. 151. 152. et Samio epigrammate, quod Lysandro adhuc superstiti positum erat (ap. Pausan. VI, 3, 6.): idemque patris nomen Pausanias aliquoties praebet ex libris correctus (V, 6, 4. III, 6, 4. III, 8. bis); olim enim apud illum praeter Ἀριστόκριτον etiam Ἀριστόκλειτος fuit, ut apud Plutarchum Lysandr. init. sed verum ex Anthologia docuit iam Palmerius Exercitt. p. 199. Nec Lysander fuit ex regia familia, sed tantum Heraclides (Plutarch. c. 2.), aut secundum Phylarchum vel ex ignobili Mothacum aliqua gente (Athen. VI. p. 271. F.); utrumque ita concilio, ut ob virtutem in Hyllensium tribum adscitus sit. Sed Fourmontus alia plane confinxit, quibus corrigeret historiam (cf. ad num. 58.), Lysandri stemma ex commenticiis componens nominibus, Anaci (quod nomen extat in Analect. Brunck. T. III. p. 184.), Demetrii, rursum aut Anaci aut Lamachi: obscura enim et ambigua vocis lectio: porro Cleodami, Lycurgi, quae nomina prope omnia nimium saepe recurrunt in Fourmontianis titulis et supra propositis et deinceps proferendis. Inauditae formae sunt et soli Fourmonto propriae Λυσάνδηρ, Λυκέοργος (vide ad num. 52.); Σιόπομπος est sane Laconicum: inconstans tamen Fourmontus, qui in inscriptionibus multo antiquioribus etiam Θεόπομπον ponat. Postremo scripturae vide mistionem ridiculam: η exprimitur binis E, quod ne constat quidem unquam factum esse, et tamen insunt ligaturae usus recentissimi: articulus scribitur TO pro τοῦ, et tamen scriptum est Λυσανδρου, Δαματριου vs. 1. 2. contra inde a vs. 3. constanter exaratum O pro ου in terminationibus, quasi dum nomina antiquiora referuntur, etiam scriptura de-

beat magis prisca fieri: rursum tamen vs. 2. Ανακο habes inter reliquas voces OY offerentes. Et ipsum OY ea aetate non magis videtur Laconibus usitatum fuisse quam Atticis: certe in decreto contra Timotheum ad illius aevi normam composito in terminationibus his ο legitur, non ου. Praeterea ≶ et ⊢ prisca sunt; et tamen vs. 4. in vocis Κλεοδαμο ligatura comparet Λ: quod frustra excusaveris ea inconstantia, qua in duobus titulis Atticis paulo ante Euclidem scriptis Λ et ⊢ commista videbimus: nam Attico alphabeto ad vulgarem scribendi normam paulatim inclinante talem aliquando confusionem natam esse nihil mirum. Si tamen idem de Laconica scriptura dicendo Fourmontum hac in re excusare volueris; tot in hoc titulo alia plane inepta supersunt, ut in nullo quam in hoc manifestior Fourmonti fraus sit.

61.

Prope templum Ongae effossa, ut fertur, inscriptio, a Fourmonto edita Mem. Acad. T. XV. p. 396. tab. II. Repetiit D'Hancarvill. T. II. tab. 23. Knight. tab. VI. Specimen scripturae ex Fourmonti commentatione petitum est in Nov. tract. dipl. T. I. p. 626. cf. p. 632.



Hic titulus et duo sequentes prorsus inter se convenientes simulant aetatem belli Messeniaci primi, quod ratione satis incerta ab Olymp. 9. usque ad Olymp. 14. computatur. Quae inscriptiones si genuinae essent, non eo possent fine positae esse, quem illis Fourmonti stupor tribuit; nihil enim continent nisi catalogos magistratuum, ex quo genere tot alii supersunt Graeci tituli et Spartani et Attici aliique. Sed illo aevo Spartanos minime litteratos annuos magistratus publice consignatos proposuisse, quis paulo peritior facile credet? Quid quod vel Athenis illi catalogi sero videntur lapidibus incisi esse? Certe nullus superest paulo vetustior. Antiquior enim aetas minime ambitiosa fuit; et inter omnes Graecos Spartani, licet reges suos videantur publice tabulis consignasse, tamen ab immani illa omnium magistratuum et ipsorum scribarum publice proponendorum vanitate maxime fue-

rint alieni. Quod argumentum tetigit iam Knightius (p. 124.), adversus quem quae Rochettus (p. 95 sqq.) docte disputavit, rem magis etiam confirmant, quippe quum ne epitaphia quidem cuiquam ponere nisi sacris feminis et viris bello caesis ex Lycurgeis institutis licuerit (Plutarch. Lycurg. 27.); quemadmodum trecentis annis post Olympiadum initium eorum, qui ad Thermopylas occiderant, nomina publice inscripta sunt (Pausan. III, 14.). Igitur hi catalogi non possunt prisci esse; nec a Spartanis recentiore aetate fictos esse, post ea quae deinceps dicemus, credere licet. In mediis his titulis anaglypha sunt, quae Fourmontus sigilla dicit, ineptissime de iis disputans: quis enim unquam in inscriptione sigillum expressum vidit? Negat igitur Rochettus (p. 107.) esse sigilla; rotae speciem appellat cum radiis, inscripto urbis nomine, ut in nummo Colonensi Messeniorum tali formae inscriptum ΚΟΛΩΝΑΩΝ, qui nummus post Fourmontum a. 1767. primum editus (Supplément au Recueil des medailles des peuples et des villes T. II. suppl. 3. p. 103. Eckhel. D. N. T. II. p. 276.), ut in Corcyraeis nummis Musei regii et Gosselliniani et ap. Eckhel. T. II. p. 178. in Etruscis ap. D'Hancarvill. Rech. T. II. p. 240. Lanz. Sagg. T. II. p. 30. et in nummo Luceriae, quem Rochettus in fronte libri exhibet: quae monumenta quum Fourmontus cognita non habuerit, ex eorum consensu fidem his titulis accedere iudicat. Sed nec certum est Fourmontum nihil huiusmodi in nummis vidisse, nec ista quae fert sigilla rotae formam habent, sed peculiaris sunt speciei, quae vix cuiquam praeter sigillum rei conferri queat.

Ex his igitur titulis duo priores (num. 61. 62.) antiquius spectant tempus, quam num. 63. nam in illis rex est Alcamenes, in hoc Alcamenis filius Polydorus: quo argumento in aetatibus definiendis Fourmontus p. 405. non utitur, sive eam rem oblitus est sive de industria reticuit, ut lectores eâ animadversâ de veritate inscriptionum eo minus dubitarent, quod ipsius commentis hoc quoque convenire viderent. Accedit Fourmonto iudice, quod num. 63. novi magistratus instituti reperiuntur, imprimis Hippagretae, quos post num. 61. 62. demum additos reipublicae coniicit. Num. 61. autem prior est altero num. 62. nam num. 61. inter Senatores perpetuum magistratum gerentes Brasidas Cleolai f. est decimus quartus, idemque num. 62. est primus: in intervallo igitur temporis, quod inter utrumque titulum effluxit, tredecim primi et natu maximi Senatores defuncti sunt: reliqui post Brasidam num. 61. positi conspiciuntur etiam num. 63. tribus exceptis, Charilao Lycurgi f. Cleodamo Lycurgi f. Cleodamo Demetrii f. qui et ipsi interim diem supremum obisse finguntur: quumque tot interim Senatores defuncti sint, priorem titulum Fourmontus statuit initio, posteriorem in fine regni Alcamenis positum esse: Alcamenes autem regnavit annos XXXVII, et annis post reditum Heraclidarum CCCXXV obisse fertur. Fuit is ex familia Agiadarum, quae prior Eurypontidis habetur, quasi Eurysthenes ante Proclem natus sit (Pausan. II, 2. init.): igitur Alcamenem exspectes priore inter reges loco nominandum fuisse; sed quum ei in utroque titulo Theopompus praepositus sit, Fourmontus (p. 405.) Theopompum iudicat ante Alcamenem esse imperium adeptum: inde eius nomen Alcameni praemitti. Iam vero inscriptionem num. 61. exaratam putat ad conservandam memoriam belli primi Messeniaci Theopompo et Alcamene regnantibus decreti (Pausan. IV, 4, 3.): alteram scriptam esse ob novum decretum de instaurando bello tum quum iidem reges Calamis in Messenia habitarent: tertiam post Alcamenis obitum, superstite tamen Theopompo, qui sane cum Polydoro Alcamenis f. adhuc imperium tenuit (Pausan. IV, 7, 3.), itidem belli memoriae conservandae conceptam putat. Nemo tamen post Fourmontum, qui haec omnia ineptissimis commentis fucata protulit, quomodo his catalogis bellorum decretorum memoriae consuli potuerit, hucusque intellexit aut posthac intelliget.

Magistratus num. 61. praeter reges sunt Γέροντες, Ἔφοροι, Πύθιοι, Λοχαγοί, Μωραγοί, Βειδιαῖοι, Ἁρμοστῆρες, Ἁρμόσυνοι, Ἐμπέλωροι, Βουαγόρ, Γραμματεύς, in media parte Ἁνιοκαράτηρ. *Senatores* pro XXVIII sunt XXIX; scilicet unus est extra ordinem honorarius sive veteranus. Ecce commentum Fourmonto dignissimum, sine exemplo in Graecis rebuspublicis! *Bidiaei* in hoc titulo quattuor sunt, et totidem *Pythii:* ac Pythii sane quaterni Spartae fuerunt (Crag. Rep. Lac. II, 9.), sed Bidiaei quini (Crag. ibid.); et tot Fourmontus num. 62. 63. posuit. Excusandus igitur quaternarius Bidiaeorum numerus erat; sed quae Fourmontus ea de re profert, plane sunt nugatoria; variavit ille numerum de industria, ut fecit in Senatoribus. Ceterum Bidiaeos Valckenarium (ad Herodot. VI, 57.) male confudisse cum Νομοφύλαξι recte notatum est. Eius autem magistratus nomen Pausaniae (III, 11, 2. et 12, 4.) est Βιδιαῖοι: Fourmontus semper Βειδιαίους scribit, quocum consentit Eustathii et Phavorini auctoritas; illi βείδιοι dicuntur οἱ ἔνδοξοι, huic οἱ ἄρχοντες. Igitur Rochettus (p. 136.) Fourmontiana vel ideo genuina iudicat, quod non consentiant cum notis Pausaniae locis, consentiant cum Eustathio et Phavorino, quorum illum locos ignorasse probabile est. Sed ut taceam ЄΙ pro Ι saepe scribi, ut τειμή τιμή, quod vel Fourmontus scire potuit adeoque imitari; ante omnia notandum est Cragium dare Βειδιαίους, non Βιδιαίους, et ex eius potissimum libro haurire Fourmontum hanc scripturam potuisse. Rem prope conficiunt genuinae Fourmonti inscriptiones, ex quibus intelligere mihi videor, Spartanos ne Βιδιαίους quidem dixisse, ut est apud Pausaniam, sed Βιδέους: quas inscriptiones neglexit Fourmontus, neque earum ullam usquam in suis commentationibus memorat: suae enim, hoc est, quas ipse fecerat, magis illi placebant. Sunt autem in Fourmontianis praeter unum locum, in quo ΔΕΟΣ ex ΒΙΔΕΟΣ mutilatum est, haec illius scripturae documenta:

ΒΙΔΕΟΙ ἐπὶ Δαμοστράτου, ΒΙΔΕΟΙ οἱ περὶ τὸν ἀξιολογώτατον M. Αὐ. Ἕλενον, ΒΙΔΥΟΙ (corrige ΒΙΔΕΟΙ) ἐπὶ L....., ΒΙΔΕΟΣ ἐπὶ [πατρον]όμου Αυσίππου, ΒΙΔΕΟΣ ἐπὶ Αυσίππου, item πρέσβυς ΒΙΔΕΩΝ P. Aelius Alexandridas: neque usquam aliter. Porro in fictis istis inscriptionibus Ἁρμοστῆρες conspiciuntur, sex num. 61. pro sex tribubus Fourmontianis ex Cragio derivatis, ut in Introd. dixi: num. 62. sunt tantum quinque: sed decem habes in Pharaea, quod tum iam etiam in Messenia Harmostae fuerint, ut ait Fourmontus. Quae ne dubita a Fourmonto ad praeceptas esse opiniones composita. Nam primum domi *Harmostas ordinarios* fuisse, merito negat Knightius: extra ordinem singuli reipublicae constituendae Harmostae nominati sunt in ipsa urbe Sparta (cf. Crag. II, 13.): in eo tamen errat Knightius, quod domesticos Harmostas putat ἁρμοσύνους vocatos; qui solis feminis sunt praefecti. Iam vero qui cum Rochetto (p. 97.) neget illos num. 61. 62. Harmostas esse domesticos, velitque omnes subditarum esse urbium, cogitet an verisimile sit Spartanos Theopompi aetate subditarum urbium Harmostas habuisse: qui potius aucto Spartanorum extero imperio videntur primum constituti esse. Sed ut haec mittam, ipsa forma Ἁρμοστῆρες errore ridiculo ficta est (v. Knight. p. 124.). Hesychii glossa est: Ἁρμοστής (lege ἁρμοστήρ ex ed. Hagen.), ὁ πεμπόμενος ἐπιμελητὴς εἰς ὑπήκοον πόλιν. καὶ λίθοι δύο πρὸς τῷ αὐτῷ (τῷ οὐδῷ) τῆς φλιᾶς τιθέμενοι ἁρμοστῆρες λέγονται. Patet quae de lapidibus adduntur, ad vulgatae Graecitatis vocem ἁρμοστὴρ ἁρμοστῆρος pertinere; haec autem ob soni aequalitatem addita esse glossae Laconicae ἁρμοστάρ, quae vulgo sonat ἁρμοστής. Igitur pluralis est ἁρμοσταί, ut πολίταρ πολῖται. Quod miror non vidisse Rochettum p. 96. Sed Cragius (II, 13.) ex Hesychio male intellecto ἁρμοστῆρας Harmostas dictos esse collegit: quem secutus est Fourmontus. Porro Harmosyni num. 61. 62. quini sunt, sed num. 63. in Pharaea recentiore decem; credo ut Messeniacae quoque feminae suos habeant Harmosynos: quae haud dubie habuerunt nullos, nisi etiam Helotides mulieres putas Harmosynos habuisse. Ἐμπέλωροι (ἀγορανόμοι Hesych.) num. 61. 62. itidem quini sunt; in Pharaea num. 63. nulli comparent: tum enim Spartanos occupata iam Messenia tanta abundasse annonae copia, ut rerum venalium curatoribus opus non esset: quod nemo fingere poterat nisi homo et historiae et rerum publicarum Graecarum prorsus imperitus. Ita etiam βουαγόρ, *inventutis moderator*, in solis est num. 61. 62. non in Pharaea, quod tum concilium magistratuum nimio a Sparta intervallo afuerit domique officio fungi ille magistratus debuerit. At quid talibus commentis absurdius? Immo ne magistratus quidem fuit βουαγός, licet in genuinis Spartanorum titulis frequenter nominetur; puer fuit. Vide de eo Hesychium, et cf. Crag. II, 12. Meurs. Misc. Lac. II, 3. nec obsunt genuinae inscriptiones, in quibus ille βουαγὸς nominatur. Prope sigillum in omnibus tribus inscriptionibus est ανιοκαρατηρ; eum Fourmontus ait primum post reges exercitus praefectum esse, qui a magistratuum concilio decreta haec de bello gerendo receperit; ab hoc lochagis et moragis imperia mandari. Videtur sibi illum aliquem *magistrum equitum* Romano more finxisse, qui post regem tanquam *dictatorem* esset proximus: sed fuit potius praeceptor, qui rem equestrem edoceret equites. Fons est solus Hesychius: Ἡνιοχαράτης, διδάσκαλος ἱππικῆς τῶν νέων· Λάκωνες. Sed incerta vox est et etymon ambiguum: si est ex ἡνίοχος et ἄρω, ut putant, debebat vulgato sermone ἡνιοχάρτης esse. Accedente Laconismo primum fiet ἀνιοχάρταρ; et P finale assumpsit Fourmontus passim; quod non constanter assumpsit (Knight. p. 125.), potest excusari, ut in Eleo aere modo Σ modo P in terminationibus iisdem promiscue positum est. Sed quum ἄρω digamma habeat, scribendum erat ΗΑΝΙΟΧΟϜΑΡΤΑΡ vel ΗΑΝΙΟΧΟΒΑΡΤΑΡ: quod ignoravit Fourmontus; qui si spiritum simul omisit, excusari certis exemplis potest. In transcursu moneo etiam Laconibus non B, sed H esse spiritum: ubi pro spiritu est B, transiit is in digamma; quod neglexit Rochettus (p. 99 sq.). Postremo belli duces commemorantur Lochagi et Moragi, seni utrique in his titulis omnibus. Μόραι sane sex fuerunt: sed μώρας quis unquam vocavit? Scribit tamen Fourmontus μωραγοί. Quod defendit Rochettus Dissert. archaeol. p. 88. ut sit μόρα μῶρα, quemadmodum κόρος κῶρος. Sed haec conferri non possunt: κόρος Ionice est κοῦρος, Dorice κῶρος: at μόρα non transponitur in μοῦρα, ideoque nec in μῶρα. Dicas esse factum ex μοῖρα μῶρα, ut Μοῦσα, Μοῖσα, Μῶσα: sed ne hoc quidem convenit, quum μοῦρα nulla sit, ut Μοῦσα. Praeterea morarum duces non sunt μοραγοὶ dicti sed πολέμαρχοι: sic constanter vocat auctor Xenophonteus Rep. Lac. c. XI sqq. sic Thucydides, Xenophon, Plutarchus: quos omnes pro Laconica voce usos vulgari esse quis credet Rochetto (l. c. p. 79.)? Et quorum fuerit ista vulgaris vox? An Atticorum? Attici enim sunt Thucydides et Xenophon. At horum aetate πολέμαρχος belli dux non fuit, ut aetate Marathoniae pugnae, sed archon sine bellico imperio. Quodsi illi scriptores Attico vocabulo uti voluissent, moragos debebant ταξιάρχους vocare. Nec Lochagi fuere Spartanis sex, sed in singulis moris aut quaterni aut quini (Crag. IV, 4.). Inter hos autem belli duces num. 61. 62. desiderantur Hippagretae, quos num. 63. demum additos narrat Fourmontus, quum Theopompo aetate fesso et aegroto (qualem tum fuisse ex ficticia Messeniacorum bellorum historia Pausanias tradidit) corporis essent custodes appositi. Causa haec plane commenticia est: nec duo, ut in ista inscriptione, Hippagretae fuerunt, sed tres pro ternis equitum centuriis. Vide Xenophonti tributum libellum et Cragium II, 14. Neque tertii obitu defendi binarium numerum posse docui ad num. 69. Vides igitur turbata in his titulis omnia esse. Tot autem rebus pervertendis quis neget Fourmonti ingenium prorsus perversum suffecisse? Mihi quidem, qui ex


ipso historiae et titulorum horum dissensu pro eorum veritate argumentum petivit, tantum abest ut persuaserit, ut fraudis notas in his ternis titulis plane evictas esse putem. Nam, ut tamen paucula insuper addam, Fourmontus bellorum Messeniacorum res ex Pausania, potissimo earum auctore hausit, hoc est ex fido quidem narratore, sed non satis iudicioso: nulla autem re quam iudicio magis opus erat in tenui tam remotae historiae notitia: ipsi vero, quibus Pausanias usus est, fontes parum fuerunt limpidi. Nam in altero bello describendo potissimus ei auctor fuit Rhianus Benaeus poeta, Homerum aemulans; in priore Myro Prienensis (IV, 6.), qui quarum rerum nonnisi exigua fama supererat, eas pragmatica rhetoricaque ratione ita proposuit, quasi illis gerendis ipse interfuisset: utriusque quanta fides fuerit, potest vel ex dissensu eorum de Aristomenis temporibus (l. c.) iudicari; Myronemque ipse Pausanias notat his verbis: Μύρωνα δὲ ἐπί τε ἄλλοις καταμαθεῖν ἔστιν οὐ προορώμενον, εἰ ψευδῆ τε καὶ οὐ πιθανὰ δόξει λέγειν, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐν τῇδε τῆς Μεσσηνίας συγγραφῇ. Nihilo tamen melius Pausanias ipse scripsit, sed rhetorem pragmaticum in universa eius Messeniacorum bellorum narratione agnosces, quae Romanensi fabulae quam historiae propior est, fucata insuper Hegesiae Magnetis, popularis sui stilo, quo nimium abutitur Pausanias. Illinc igitur quum sibi Fourmontus vagas quasdam et inconditas notiones impressisset, homo nullo antiquitatis sensu imbutus omnes sibi res etiam ineptius effinxit, et quasi de Galliarum ageretur regno, Pythios nobis imperii cancellarios et sigilli custodes proponit, provincias loquitur praesidesque provinciarum, mandata profert supremo exercitus duci sub sigillo cancellariorum a regibus data et per illum cum lochagis et moragis communicata, et id genus plura. Ea tamen somnia ita cum his conveniunt titulis, ut hi ipsi ex illis videantur somniis enati esse, quum praesertim his titulis illustrandis manifesta advocaverit mendacia, quae in Introductione a nobis notata sunt. Quodsi a Fourmonti explicatione recedens hos titulos nihil esse dixeris nisi magistratuum catalogos, rursum intelligi non poterit, cur duo ex iis non Spartae, sed in Messenia positi sint: quod ex solis potest Fourmonti commentis cetera absurdissimis expediri. Denique quidquid pro harum inscriptionum fide Rochettus (Epist. p. 92 sqq.) dixit, redit fere eo, stultum futurum fuisse, qui eo fine, quem his monumentis Fourmontus tribuit, haec ipsa finxisset: at vero stultum fuisse Fourmontum, ex ipsius commentationibus satis superque patet.

Nomina horum trium catalogorum exponere supersedeo, quod facile et legi et corrigi possunt: haec tamen notabo. Num. 61. in Ephoris vs. 32. Βρασίδα est p. Βρασίδας, ex dialecto: inter Pythios quartus Polydorus Telecli f. Fourmonto est frater Alcamenis regis. Bidiaeorum secundus est Κλεόβουλος Λαμάχου, tertius Εὔφρων. Ἀνιοκαράτηρ videtur Theopompi regis frater esse, Nicander Nicandri f. Inter Moragos paenultimus est Εὐδαμένου filius: quod nomen paulo insolentius. Ceterum universi hi catalogi ex paucissimis sunt nominibus ficti. In primo enim viri sunt LXXV, in secundo praeter eos, qui iam primo insunt, accedunt novi LVII, et in tertio novi XLVIII: in singulis autem quum patris quoque nomen accedat, sunt nomina CCCLX. Quae si lacunosa vocabula paucissima exceperis, composita sunt ex nominibus his LXIV, iisque toties repetitis, quoties numerus appositus significat. Sunt igitur: *Alcamenes* 4, *Alcander* 19, *Alcidamus* 2, *Alcippus* 6, *Andromachus* 2, *Aristander* 9, *Aristippus* 16, *Aristobulus* 2, *Aristodamus* 8, *Aristomachus* 6, *Aristomenes* 1, *Battus* 1, *Brasidas* 3, *Callicles* 2, *Charidamus* 1, *Charilaus* 8, *Cleanthes* 1, *Clearchus* 1, *Cleobulus* 3, *Cleodamus* 16, *Cleolaus* 13, *Cleomenes* 11, *Cleophilus* 1, *Cinyras* 1, *Damasippus* 11, *Damonacus* 7, *Damonicus* 1, *Damophilus* 11, *Demetrius* 46, *Doryssus* 2, *Eubulus* 3, *Eudamenus* 1, *Eudamidas* 1, *Euphron* 4, *Iamus* 1, *Labotas* 1, *Lamachus* 18, *Leo* 6, *Leonidas* 4, *Leotyches* 3, *Lycomachus* 8, *Lycostratus* 1, *Lycurgus* 21, *Lysander* 5, *Machanidas* 7, *Mnemon* 2, *Nicander* 5, *Nicocles* 1, *Nicodamus* 1, *Nicomachus* 1, *Pamphilus* 1, *Pausanias* 1, *Philander* 4, *Philocles* 2, *Philodamus* 8, *Philolaus* 1, *Philomachus* 1, *Plato* 6, *Plistarchus* 2, *Polemarchus* 2, *Polydorus* 5, *Teleclus* 6, *Theophilus* 2, *Theopompus* 6. Inter haec Demetrii nomen, quod toties etiam in ceteris Fourmonti suspectis monumentis procedit, quadragies et sexies positum est: reliqua quoque nomina sunt pleraque vulgaria, in Fourmontianis istis frequentata et inter se simillima. Sane in eadem urbe et in nobilibus imprimis familiis nomina quaedam celebrata sunt: sed videat aliquis, an in ullo catalogo paulo ampliore tam quam in his frequens nominum repetitio sit. Praeterea dialectus multis in vocabulis laborat et vacillat: ex Latino sermone ficta sunt Ἀλκάνδηρ, Ἀριστάνδηρ, Πλάτω, Λέω etc. quae non ignorantia, sed per impudentiam miraculi causa Fourmontus ausus est: item Λυκέοργος, de quo supra monui. Ρ pro Σ rarum est, ut in ἀνιοκαράτηρ, βουαγόρ. Suspecta inconstantia est in *regis* praesertim nomine et in monumento *publico*, Θεόπομπος num. 61. Σιόπομπος num. 63. et ex utroque mistum ac vix tolerabile Σεόπομπος num. 62. Defendit tamen haec Rochettus (p. 101.). Heterocliton idque Ionicum Κλεομένεω non est probabile; neque enim esse posse Κλεομένεο abiecto Σ, concedet qui Graece sciat. Pro Εὐδαμίδου, Λεωνίδου, Μαχανίδου, quis illa aetate non exspectet Εὐδαμίδα etc.? Quis non Μνάμων, et Χαρίλα (p. Χαριλάου)? Δαμώνακον nondum alibi inveni. Putes etiam Εὔβωλον p. Εὐβούλῳ scribendum fuisse, ut alia omittam. Postremo si palaeographiam spectes, non posse titulum num. 61. in quo nunc consistam, antiquum haberi, statim intelliges; sin fictus est, solus potest Fourmontus finxisse, quod Spartanis tanta ista rerum suarum imperitia minime convenit. Sunt autem in scriptura paucissima prisca, ut Ꭺ et fortasse ϙ: Λ (Lambda), Є, Ϲ et ligatae litterae recentis

usus sunt. De Є et C dixi ad num. 59. Insunt praeterea vocalium notae H et Ω, quas etsi concedo ante Simonidem iam fuisse inventas (cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 387.), tamen iure dubites ita iam pervulgatas antiquitus fuisse, ut paulo post Olympiadum initium in media Peloponneso apud homines illitteratissimos publice fuerint conspicuae: neque ullum exemplum extat illarum litterarum in Graecis civitatibus ante Simonidem usurpatarum. Certe quae Rochettus, vir doctissimus (Dissert. archaeol. p. 88. Epist. ad Aberd. p. 115–119.) attulit ex nummis, nullo modo satisfaciunt: nummorum enim plurimorum aetas haud potest certa ratione definiri; interque eos sunt nonnisi duo, quibus potissimum insisti posse putaverim: sed ii ipsi nihil evincunt. Quippe H vocalis comparet in nummis Orrhesciorum Lesbo olim, nunc Macedoniae septimoque ante Christum saeculo tributis: quorum fabrica licet rudis sit (vide Rochetti Epist. tab. 1. fig. 1.), non tamen ii possunt aetati adeo remotae tribui; Graeca enim verba Graecam demonstrant eruditionem, quae vix ante Simonidem Macedoniam invaserit. In Crotonis autem nummo sane antiquo (ib. fig. 5.) falsum est comparere litteram Ω. Formae hae sunt: ϺΘΤ⊗ϘϘ: ubi ⊗ et ⊗ dicitur Ω esse. Sed recte Mionnetus has formas iudicat esse O μικρόν. Nam quum Κρότων dicatur, non Κρώτων, O binis lineolis auctum non potest aliud nisi O μικρὸν esse; quo minus O una notatum lineola poterit pro Ω haberi. Nempe O μικρὸν olim eandem quam Theta formam habuit, Θ (vide ad num. 12 sqq.); alia autem litterae Theta forma fuit ⊗, quam et ipsam in illo nummo O μικρῷ tributam videmus. Sic ista pro H et Ω priscis litteris argumenta vides dilabi. Accedit OY in hoc titulo obvium, quod recentioris itidem usus est: v. ad num. 34. Unum βασιλες p. βασιλεῖς s. βασιλῆς antiquitatis praebet speciem. Prorsus autem ridicule in ternis his titulis scribae nomen obliquo cursu subnotatum est, modestiâ scribae, ut ait Fourmontus: quasi ille tabulas suo signaverit nomine, qui mos non est inscriptionum (Knight. p. 126.). Recte igitur Rochettus (p. 106.) scribam ideo tantum appositum dicit, quod inter eos, qui officio fungebantur, est etiam ille: sed cur scriptura est obliqua? Respondetur, antiquo more id nomen esse κιονηδὸν exaratum. Cur igitur hoc solum? Sed ne κιονηδὸν quidem est: nam in columnari scriptura litterae non obliquae iacent, sed recto stant talo altera infra alteram. Quid multa? Scribae sane ista modestia est ex absurdo Fourmonti cerebello prognata.

62.


Calamis, quae nunc Calamata, in lapide indigena duro, tres pedes et semissem longo, duos pedes et quadrantem lato. Ed. Fourmontus l. c. tab. I. Specimen scripturae inde petitum habes in Nov. tract. dipl. T. I. p. 626. cf. p. 631 sq.



Plurima exposui ad num. 61. quibus paucula addenda sunt. In Ephoris rursum est Μνεμων (p. Μνάμων), sed alius patris filius ac num. 61. Alius Ephorus est Ἀλκάνδηρ Δαματρίου, eiusdem nominis cuius Pythiorum alter, qui etiam num. 61. inter Pythios est; idem nomen num. 62. lochagorum quarto tribuitur. Haec male composita sunt. Porro pro Alcandro Damophili (num. 61.) nunc Alcander Damasippi primus est Pythius, et tertius Teleclus Telecli pro Teleclo Aristippi. Miror nominum consensum. Ἀνιοκαράτηρ est idem qui num. 61. Omitto alia, et quae corrigenda sunt, iis qui sibi in hoc agendo placeant relinquo. Dialectus ut plurimum eadem quae in priore est, nisi quod hic habentur βασιλέες, Σεόπομπος (v. ad num. 61.), Πύσιοι; nihilominus inter Lochagos rursum est Σιόπομπος. Memorabilis forma nec tamen reprehendenda Κλεάνσης (Κλεάνθης) in Bidiaeis. Vs. 8. nunc est Πλάτων, quum num. 61. sit Πλάτω. Scripturae forma plerumque novicia est eadem quae num. 61. sed pro C, Є, M, N, antiquae nunc formae conspiciuntur Ε, Ϟ, Μ, Ν, eadem aetate et apud eundem populum simul diversissimis formis promiscue usurpatis. Quis talibus commentis patietur sibi fraudem fieri?

63.

Prope Pharas in Messenia, hodie τὰ Λουτρά, hunc titulum inter rudera magnifica fodiendo sese repperisse perhibet Fourmontus, qui edidit l. c. tab. III. Repraesentat D'Hancarvill. Rech. T. II. p. 22. Knight. tab. VII. Specimen scripturae comparet in Nov. tract. dipl. l. c.



In Pythiorum nominibus primum videtur regis Theopompi filium designare; reliqui quoque regum nominibus gaudent: item ἀνιοκαράτηρ Theopompi regis videtur filius. Cetera nomina non persequor, neque emendanda emendo, nisi quod Λυκοστράτης noto in Λυκόστρατος mutandum; Γαμάτριος aliquoties reperitur, ad modum Phliasiae inscriptionis num. 46.: rursum tamen etiam Δαμάτριος habetur. Νομοφύλακες

tantum duo sunt; at in genuinis Spartanis titulis multis plures prodeunt. In palaeographicis hic quoque titulus similia atque num. 61. 62. offert; habetur tamen ⱶ pro Λ, item ⚡, M, ꟽ, et pro Ω est OO, de quo supra aliquoties dixi, quae non repeto. Singulare est ι pro υ in Δορίσσος et Νομοφίλακες: hoc etiam in genuinis Fourmonti Spartanis inscriptionibus inveni, sed quum in plurimis sit νομοφύλαξ, ι videtur transcribentis errori tribuendum. In spuria num. 58. idem ι vidimus. Quod ut Laconicum defendit Rochettus Dissert. archaeol. p. 95. Epist. p. 104. plurima tamen, quae afferre possis, exempla sunt ambigua. Certe quae Salmasius ad Inscriptt. Herod. et Reg. p. 173. attulit, ἐπιπείσεται et πολυστάφιλον, falsis nituntur lectionibus: Maittairius autem de dial. p. 401. A. congessit diversissima, ut Μοῦσα Μοῖσα, quod nemo linguis iudicandis idoneus huc putabit pertinere. Nec aptum exemplum Ζεις p. Ζευς ex nummo Syracusano (apud Torremuzz. tab. numm. 5.), quippe diphthongum offerens. Sic superest unum αἰσιμνῶντες in lapide Cyziceno, qui non apte potest Spartano monumento conferri. Eustathius tamen ad Iliad. p. 1913. 32. Δίφρος δίφρος, μῦσος μῖσος ... καὶ τοιαῦτα Δωρικὰ καὶ Αἰολικά: sed haec ex incerta etymologia magis quam ex accurata dialectorum notitia petita videntur. Postremo adi dicta ad num. 58.

64.

Amyclis in Apollinis, ex schedis Fourmonti; misit Everettus Americanus.

ΤΑΠΟΛΙϹΤΑΤΟΟΝΛΑΚΕΔΙΜΟΝΙΟΟΝ
ΟΟΝΠΡΕϹΒΕΥϹ

ΕΦΟΡΟΙ
ΧΑΡΙΔΑΜΟϹ
ΦΙΛΟΛΑΟΥ
ΑΡΙϹΤΙΠΠΟΥ
ΛΑΜΑΧΟΥ
ΚΛΕΟΔΑΜΟϹ
ΑΛΚΑΔΡΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟϹ
ΦΙΛΟΔΑΜΟΥ

ΔΑΜΑϹΙΠΠΟϹ
ΑΡΙϹΤΑΝΔΡΟΥ
ΒΟΥΑΓΟΡ
ΦΙΛΟΔΑΜΟϹ
ΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΑΜΠΑΙΔΕϹ
ΔΑΜΑΡΙΟϹ
ΧΑΡΙΛΑΟΥ
ΕΥΦΡΟΟΝ
ΔΑΜΑϹΙΠΠΟΥ
ΛΑΑΜΤΕΥϹ
ΚΛΕΟΦΑΝΗϹ
ΚΛΕΟΔΑΜΟΥ

ΒΟΥΛΙΑΙΟΙ
ΧΑΡΙΛΑΟϹ
ΑΛΚΑΔΡΟΥ
ΚΛΕΟΦΑΝΗϹ
ΔΑΜΑΡΙΟϹ
ΚΛΕΟΝΥΜΟΥ
ΚΛΕΟΦΑΝΗϹ
ΑΡΙϹΤΑΝΔΡΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟϹ
ΑΡΙϹΤΙΠΠΟΥ
ΚΛΕΟΔΑΜΟϹ
ΛΑΜΑΧΟΥ

ϹΑΡΙΤΟΟΡ
ΑΝΑΚϹΙΜΑΔΗΡ
ΑΝΔΡΟΚΛΕΟ

ϹΑΡϹΙΤΑΙΟΙ

ϹΑΡϹΙΤΑ
ΚΛΕΟΟ
ΑΝΑΚϹΙΜΑΝΔΡΟΥ

ΚΛΕΟΜΕΝΗϹΑΝΔΡΟΚΛΕΟ
ΑΝΔΡΟΛΑΟϹΑΝΔΡΟΚΛΕΙΔΟΥ
ΔΑΜΑϹΙΠΠΟϹΒΡΑϹΙΔΟΥ
ΦΙΛΟΜΑΧΟϹΠΟΛΥΔΟΟΡΟΥ ΒΑϹΙΛΕΟ
ΚΛΕΟΔΑΜΟϹΛΥΚΑΟΝΟϹ
ΛΥϹΙΜΑΧΟϹΛΥϹΙΠΠΟΥ
ΑΝΔΡΟΜΑΧΟϹΛΕΟΟΝΟϹ
ΛΥΚΟΦΡΟΟΝΛΑΜΑΧΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟϹΦΙΛΟΔΑΜΟΥ
ΑΝΔΡΟΚΛΗϹΛΥϹΙΠΠΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟϹΠΟΛΥΔΟΟΡΟΥ
ΚΛΕΟΔΑΜΟϹΔΑΜΑΡΙΟΥ
ΝΙΚΟΚΛΗϹΛΕΟΝΟϹ
ΛΥϹΙϹΤΡΑΤΟϹΛΥϹΙϹΤΡΑΤΟΥ
ΒΑΤΤΟϹΒΑΤΤΟΥ
ΑΝΔΡΟΜΑΧΟϹΚΛΕΟΜΕΝΕΟ
ΛΥϹΑΝΔΗΡΒΑΤΤΟΥ
ΛΕΟΟΔΑΜΑϹΙΠΠΟϹ
ΛΕΟΟΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΜΑΧΑΝΙΔΑϹΛΥΚΑΝΔΡΟΥ
ΕΥΒΟΥΛΟϹΛΕΟΟΝΟϹ
ΔΑΜΑΡΙΟϹΜΑΧΑΝΙΔΟΥ
ΑΛΚΑΝΔΗΡΛΥϹΙΠΠΟΥ
ΕΠΕΝΔΟΟΝΑΛΚΙΠΠΟΥ

ΛΥϹΙΠΠΑΠΟΛΥΔΟΟΡΟΥ ΒΑϹΙΛΕΟ
ΑΛΚΑΝΔΡΑΛΥΜΑΧΟΥ
ΜΕΝΟΦΙΛΑΜΕΝΟΦΙΛΟΥ
ΠΕΡΙΑΛΛΕΑΓΑΜΦΙΛΟΥ
ΔΑΜΟΦΙΛΑΔΑΜΑΡΙΟΥ
ΔΑΜΟΝΑϹϹΑΚΛΕΟΒΟΥΛΟΥ
ΛΥϹΙΜΑΧΑΛΥϹΙΜΑΧΟΥ
ΑΛΚΑΝΔΡΗΑΔΑΜΟΦΙΛΟΥ
ΚΛΕΟΒΟΥΛΑΑΛΚΙΠΠΟΥ
ΛΥϹΙΜΑΧΑΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΚΛΕΟΒΟΥΛΑΔΑΜΟΝΑΚΟΥ
ΛΥϹΙΠΠΑΠΟΛΥΔΟΟΡΟΥ
ΦΙΛΑΝΔΡΑΦΙΛΑΝΔΡΟΥ
ΔΑΜΟΝΑΚΑΛΥϹΙΜΑΧΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΑϹΕΟΦΙΛΟΥ
ΚΑΝΔΙΟΠΑΔΑΜΟΛΚΟΥ
ΒΑΚΥΛΑΑΛΚΑΔΡΟΥ
ΦΙΛΑΝΔΡΑΚΛΕΟΒΟΥΛΟΥ
ΧΙΟΝΑΑΡΙϹΤΙΠΠΟΥ
ΛΥϹΙΜΑΧΑΚΛΕΑΝΔΡΟΥ
ΔΑΜΟΝΑΚΑΛΥϹΑΝΔΡΟΥ
ΚΛΕΟΒΟΥΛΑΔΑΜΟΦΙΛΟΥ
ΧΟΙΡΙΛΑΔΑΜΑϹΙΠΠΟΥ
ΔΑΜΟΝΑΚΑΑΛΚΑΝΔΡΟΥ

Sex ab hoc inde numero titulos propono inter se simillimos. Primus ita legendus:

Τὰ πόλις τὰ τῶν Λακεδαιμονίων,
ὧν πρεσβεὺς Δαμάσιππος Ἀριστάνδρου.

Ἔφοροι
Χαρίδαμος Φιλολάου
Ἀρίστιππος (sic leg.) Λαμάχου
Κλεόδαμος Ἀλκάνδρου (sic leg.)
Δαμάτριος Φιλοδάμου

Βουαγόρ
Φιλόδαμος Χαριδάμου
Ἄμπαιδες
Δαμάτριος Χαριλάου
Εὔφρων Δαμασίππου
Γραμματεύς
Κλεοφάνης Κλεοδάμου

Βουλιαῖοι
Χαρίλαος Ἀλκάνδρου
[Κλεοφάνης delendus: v. num. 65.]
Δαμάτριος Κλεωνύμου (sic leg.)
Κλεοφάνης Ἀριστάνδρου
Δαμάτριος Ἀριστίππου
Κλεόδαμος Λαμάχου

Σαρσίτωρ
Ἀνακσιμάνδηρ Ἀνδροκλέο

Σαρσίτα
Κλεὼ Ἀνακσιμάνδρου

Σαρσιταῖοι

Κλεομένης Ἀνδροκλέο
Ἀνδρόλαος Ἀνδροκλείδου
Δαμάσιππος Βρασίδου
Φιλόμαχος Πολυδώρου βασιλέο
Κλεόδαμος Λυκάονος
Λυσίμαχος Λυσίππου
Ἀνδρόμαχος Λέωνος (quidni Λέοντος?)
Λυκόφρων Λαμάχου
Δαμάτριος Φιλοδάμου
Ἀνδροκλῆς Λυσίππου
Δαμάτριος Πολυδώρου (non regis ut supra)
Κλεόδαμος Δαματρίου

Νικοκλῆς Λέονος (immo Λέοντος)
Λυσίστρατος Λυσιστράτου
Βάττος Βάττου
Ἀνδρόμαχος Κλεομένεο
Λυσάνδηρ Βάττου
Λέω Δαμασίππου (sic leg.)
Λέω Ἀλκάνδρου
Μαχανίδας Λυκάνδρου
Εὔβουλος Λέωνος (Λέοντος)
Δαμάτριος Μαχανίδου
Ἀλκάνδηρ Λυσίππου
Σπένδων Ἀλκίππου

Λυσίππα Πολυδώρου βασιλέο
Ἀλκάνδρα Λυ[σι]μάχου (vel Λυκομάχου)
Μενοφίλα Μενοφίλου (pro Μηνοφ. male)
Περιαλέα (Περίκλεια?) Παμφίλου
Δαμοφίλα Δαματρίου
Δαμώνασσα (sic leg.) Κλεοβούλου
Λυσιμάχα Λυσιμάχου
Ἀλκάνδρηα Δαμοφίλου
Κλεοβούλα Ἀλκίππου
Λυσιμάχα Ἀλκάνδρου
Κλεοβούλα Δαμωνάκου (sic corr.)
Λυσίππα Πολυδώρου (idem nomen quod supra, sed alius mulieris, non regiae: ridicule)
Φιλάνδρα Φιλάνδρου
Δαμωνάκα (sic leg.) Λυσιμάχου
Δαματρία Σεοφίλου (Σιοφίλου)
Κανδιόπα Δαμωνάκου (sic leg.)
Βακύλα (leg. Βακχύλα) Ἀλκάνδρου (sic leg.)
Φιλάνδρα Κλεοβούλου
Χιόνα Ἀριστίππου
Λυσιμάχα Κλεάνδρου
Δαμωνάκα (sic corr.) Λυσάνδρου
Κλεοβούλα Δαμοφίλου
Χοιρίλα Δαμασίππου
Δαμωνάκα (sic corr.) Ἀλκάνδρου

Agonistica haec inscriptio mentitur aetatem prioribus supparem Polydori regis, qui primo bello Messeniaco exeunte vixit; eius enim hic et filium et filiam habes. Reges tamen in hac et sequentibus non nominantur, nescio qua de causa. Supra scriptum τὰ πόλις τὰ τῶν Λακ. sine ullo nexu. Bene in genuinis est: ἡ πόλις ἡ Λακεδαιμονίων Κλαύδιον Κασσιανόν, vel ἁ πόλις Κλέωνα Σωσικράτους; sed in his falsis titulis, ubi nullus sequitur accusativus, in quo verbum supplendum, ineptus est ille nominativus et prodit falsarium Fourmontum. Nec dicitur τὰ πόλις usquam: τοὶ et ταὶ est p. οἱ et αἱ, non τὸ et τὰ p. ὁ et ἁ. Porro πρεσβεὺς nulla est forma (Schol. Aristoph. Ach. 95.), licet πρεσβῆες dicatur: incuriâ hoc excidit Fourmonto, qui hac in parte genuinis suis Spartanis titulis usus est, in quibus tamen constanter πρέσβυς. Ipsa autem huius πρέσβεως mentio fraudem evincit planissime: qua de re iterum dicam,

ubi ad num. 68. pervenero, quod ibi adversus Fourmonti defensorem mihi dicendum video; quae ibi posui, conferas velim: nunc solum impugno Fourmontum. Etenim in sex his inscriptionibus quaterni tantum pro quinis Ephori sunt: patet igitur id nomen, quod post voces ὧν πρεσβεὺς conspicitur, primi in omnibus Ephori esse: quo annumerato sunt iam quini. Πρέσβυς enim *princeps* est collegii, docentibus genuinis Spartanorum inscriptionibus apud Cyriacum et Fourmontum, in quibus frequens formula ΩΝ ΠΡΕΣΒΥΣ, sed longe aliter atque in his commenticiis usurpata, praemisso magistratus nomine Ἔφοροι, vel Γέροντες, vel Νομοφύλακες. Ex una inscriptione bina exempla appono, quibus plura suppetunt genuina: Νομοφύλακες ἐπὶ Με. Σπαρτιατικοῦ (nempe πατρονόμου, ut alibi docebo), ΩΝ ΠΡΕΣΒΥΣ Δαμόνικος 3ΤΟΥ (ΠΟΥ) Εὐτύχου, Τιβέριος Κλαύδιος Δέκμος Σωτηρίας Εὐδιαίτου, Καλλικράτης Εὐδαμίδα etc. Et dein: Ἔφοροι ἐπὶ Καλλικράτους τοῦ Ῥούφου, ΩΝ ΠΕ. Γα. Ἰούλιος Λυσικράτης Χαριξένου, Πο. Με. Πρατόλας Δεξιμάχου, Ἀνέγκλητος Εὐπορίστου, Λέων Φιλοθέου, Εὔτυχος Νύμφα. Vides in his magistratus nomen praecedere, eoque referri ΩΝ ΠΡ. hoc est ὧν πρέσβυς. Quod non curans Fourmontus ΩΝ ΠΡΕΣΒΕΥΣ praemisit nomini magistratus; igitur legendum ὧν πρεσβ. licet hoc absurdum sit: nam ad Λακεδαιμονίων non potest referri ΩΝ s. ὧν, quia ille non Laconum, sed Ephororum est princeps.

Βουαγὸν sequuntur ἄμπαιδες bini; de his Meurs. Misc. Lac. II, 3. ex Hesychio: Ἄμπαιδες οἱ τῶν παίδων ἐπιμελούμενοι παρὰ Λάκωσι. Γραμματεὺς uno Μ scriptus, quasi antiquissima aetate, quum in reliquis vocibus duplicentur consonae. Dein sunt βουλιαῖοι quinque: ii quidem ignoti sunt, nec Graeca vox est. Recentibus quidem temporibus Spartae βουλευτὰς fuisse docent genuini tituli; extra ordinem Agidi regi Olymp. 90, 3. datos esse decem συμβούλους, ἄνευ ὧν μὴ κύριον εἶναι ἀπάγειν στρατιὰν ἐκ τῆς πόλεως, ex Thucyd. V, 62. Diod. XII, 78. 79. constat; sed ordinarios consiliarios regis praeter Pythios domi alios fuisse non est probabile, quum praesertim ei negotio sufficeret Senatus. Cur aliter iudicetur nullam causam video: dissentit tamen Rochettus Dissert. archaeol. p. 85 sq. Epist. p. 137 sq. Dein vox βουλιαῖος non est ad analogiam formata; fictum videtur vocabulum a Fourmonto, ut τελιαίους finxit (v. Introd.). Βουλαῖος Graece est *consiliarius* in deorum epithetis, ut θεοὶ βουλαῖοι, quum alii tum Iuppiter: etiam in Spartana inscriptione mutila ΔΙΑ ΒΟΥΛΑΙΟΝ agnosco; semel homo quoque θεῶν βουλαῖος audit in decreto Epidaurio pro Basso, sed eo versibus concepto, ut coniicias hanc esse poeticam licentiam. De reliquis accipe quod censeo. Meursius Misc. Lac. II, 10. haec habet ex Hesych. Σαρσίτειος χορός· πρὸς μύλον ποιούμενος τὴν χορείαν· Λάκωνες: hoc est, *ad molam agitans choream.* An Spartae, cuius cives musica incorrupta excultissimi erant, probabile est ad molam publice actos choros esse, vel a regiis pueris puellisque? Nempe Spartani ad molam non meliores atque asini ad lyram; lyraque Spartanis etiam notior quam asinis mola. Non Spartani mola exercebantur, sed Helotes: igitur Σαρσίτειος χορὸς iste servilis potius et Heloticus iudicandus est. At Fourmontus nobis publicos Σαρσιτείου χοροῦ ludos effinxit, cui praeessent magistratus honoratissimi, praeessent choragus σαρσίτωρ, pro quo certe σάρσιτορ (σάρσιτος) esse debebat, et praesul puella σαρσίτα: et σαρσιταίους nobiles addit chorum agentes, XXIV masculos, totidemque puellas. Nomina ipsa multum laborant, ut ad ipsa brevissime significavi: Δαμονακος et Δαμονακα semper Ο habent, et ipsa haec nomina suspecta esse supra diximus; formae aliquot absurdissimae sunt, ut terminatio ανδηρ p. ανδρος; Ἀνδροκλέο, Κλεομένεο, βασιλέο nulla potest ratione defendi. Nam quum in hac inscriptione Ο non sit pro Ω vel ΟΥ, non possunt illa heteroclisiâ excusari: abiectum igitur Σ erit, quod ridiculum est. Quamquam nec βασιλέω nec βασιλέου heteroclita ferri possent. De palaeographicis non est quod dicam: nihil enim novi inest; igitur quae in prioribus dicta sunt, facile possunt huic titulo accommodari: illud certum est Polydori regis aetate non ita scripsisse Graecos.

Haec scripsi fretus vulgata apud Hesychium lectione πρὸς μύλον ποιούμενος τὴν χορείαν. Eam tamen amolitur Valckenarius ad Adoniaz. p. 283. et pro *mola* ad absurdum accedente restituit *tibiam*, αὐλόν; σαρσίτειον autem exponit τὸν θαρσύνοντα, *mares animos in Martia bella exacuentem*, et non tam carmen embaterium intelligere videtur, quam chorum embaterio numero compositum: quamquam sententiam suam non satis diserte pronunciavit (cf. Müller. Dor. T. II. p. 335.). At ipsa emendatio non est verisimilis: neque enim ubi de choro agebatur, librarius facile potuit de μύλῳ cogitare, sed multo facilius de αὐλῷ; itaque non probabile est pro expedito αὐλὸν quemquam scripsisse μύλον, mutato insuper accentu, quod non negligendum esse sciunt critici. Quidni vero rustica plebs et Helotica post messem et triturationem Cereri duxerit chorum ad molae trusatilis numeros? Quippe quum ad molam cantarent μυλωθρὸν ᾠδήν, etiam chorum ad molam constituere in promptu erat. Accedit quod Myles a mola denominatus priscus fuit heros indigena (v. ad n. 53.), Helotes autem indigenae sunt: ut videas molam illis rem esse haud minimam visam. Postremo etymon vocis σαρσίτειος potest esse ex σαίρειν vel θέρειν et σῖτος. Ceterum si haec inscriptio et similes maturius editae essent, prius arbitror Fourmonti fraudem perspecturos doctos fuisse. Et *Villoisonus* certe, quem p. 62. inter Fourmonti patronos nominavi, inspectis Fourmonti schedis sero mutata sententia, editas eius inscriptiones spurias iudicavit: quod ex illius epistola (I. A. L. Z. Int. Bl. n. 50. Iul. 1804.) et ipse sero intellexi.

65.

Amyclis in Apollinis; ex schedis Fourmonti Everettus.

ΤΡΠΟΛΙϚΤΑΤΟΟΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΟΝ
ΟΟ
ΟΟΝΠΡΕϹΒΕΥϹ

ΕΦΟΡΟΙ
ΧΑΙΔΑΜΟϹ
ΦΙΛΟΛΑΟΥ
ΑΡΙϹΤΙΠΠΟϹ
ΛΑΜΧΟΥ
ΚΛΕΟΔΑΜΟϹ
ΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΔΑΜΡΙΟϹ
ΦΙΛΟΔΑΜΟΥ

ΔΑΜΑϹΙΠΠΟϹ
ΑΡΙϹΤΑΝΔΡΟΥ
ΒΟΥΑΓΟΑ
ΦΙΛΟΔΑΜΟϹ
ΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΑΜΠΑΙΔΕϹ
ΔΑΜΡΙΟϹ
ΧΑΡΙΛΑΟΥ
ΕΥΦΡΟΟΝ
ΔΑΜΑϹΙΠΠΟΥ

ΒΟΥΛΙΑΙΟΙ
ΧΑΡΙΛΑΟϹ
ΑΛΚΑΔΡΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟϹ
ΚΛΕΟΝΥΜΟΥ
ΚΛΕΟΦΑΝΗϹ
ΑΡΙϹΤΑΝΔΡΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟϹ
ΑΡΙϹΤΙΠΠΟΥ
ΚΛΕΟΔΑΜΟϹ
ΛΑΜΑΧΟΥ

Χ·ΡΑΓΟΡ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥϹ ΧΟΡΑΓΑ
ΚΛΕΟΦΑΝΗϹ ΚΛΕΟΦΑΝΗϹ ΛΑΜΠΙΔΟΟ
ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ ΚΛΕΟΔΑΜΟΥ ΔΑΜΑΡΙΟΥ

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟϹ ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ
ΑΛΚΑΝΔΗΡ ΑΡΙϹΤΟΔΑΜΟΥ
ΚΛΕΟΔΑΜΟϹ ΧΑΡΙΛΑΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟϹ ΑΡΙϹΤΑΝΔΡΟΥ
ΛΑΜΑΧΟϹ ΚΛΕΟΔΑΜΟΥ
ΦΙΛΟΚΛΗϹ ΑΡΙϹΤΙΠΠΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟϹ ΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΜΑΧΑΝΙΔΑϹ ΚΛΕΟΔΑΜΟΥ
ΑΡΙϹΤΑΔΗΡ ΛΑΜΑΧΟΥ
ΦΙΛΟΜΑΧΟϹ ΦΙΛΟΚϹΕΝΕΟΟ
ΦΙΛΟΜΑΧΟϹ ΑΡΙϹΤΟΔΑΜΟΥ
ΑΛΚΑΝΔΗΡ ΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΚΛΕΟΔΑΜΟϹ ΛΑΜΑΧΟΥ
ΑΝΑΚϹΑΝΔΗΡ ΚΛΕΟΜΕΝΕΟ
ΚΛΕΟΜΕΝΗϹ ΚΛΕΟΦΥ . .
ΒΡΑϹΙΔΑϹ ΚΛΕΟΜΕΝΕΟ
ΒΡΑϹΙΔΑϹ ΔΑΜΑΡΙΟΥ
ΑΡΙϹΤΙΠΠΟϹ ΚΛΕΟΔΑΜΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟϹ ΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΛΑΜΑΧΟϹ ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ

ΔΑΜΑΡΙΑ ΑΡΙϹΤΑΝΔΡΟΥ
ΚΛΕΟΔΑΜΑ ΑΡΙϹΤΟΜΑΧΟΥ
ΚΛΕΟΒΟΥΛΑ ΛΑΜΑΧΟΥ
ΚΛΕΟΝΥΜΑ ΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΑ ΚΛΕΟΔΑΜΟΥ
ΕΛΑΙΡΑ ΜΑΧΙΔΟΥ
ΚΛΕΟΜΑΧΑ ΜΑΧΑΝΙΔΟΥ
ΦΟΙΒΑ ΚΛΕΟΔΑΜΟΥ
ΛΑΜΠΙΔΟΟ ΚΛΕΟΛΑΟΥ
ΦΥΛΟΔΑΜΑ ΔΙΟΝΥϹΟΥ
ΕΛΑΙΡΑ ΔΑΜΑΡΙΟΥ
ΚΛΕΟΟ ΔΑΜΑϹΙΠΠΟΥ
* ΚΛΕΟΟ ΔΑΜΑΡΙΟΥ
ΛΑΜΠΙΔΟΟ ΔΑΜΟΚϹΕΝΟΥ
ΦΙΛΑΝΔΡΑ ΔΑΜΑΡΙΟΥ
* ΛΑΜΠΙΔΟΟ ΑΜΦΙΔΑΜΑΝΤΟ
ΦΙΛΟΔΑΜΑ ΔΑΜΟΚΤΕΝΕΟ
ΛΑΜΠΙΔΟΟ ΔΑΜΟΦΙΛΟΥ
ΑΛΚΑΝΔΡΑ ΑΛΚΑΜΕΝΕΟ
ΠΟΛΥΔΟΡΑ ΦΙΛΟΔΑΜΟΥ

In secundo versu cur bina O bis scripta sint, nescio. Magistratus iidem qui num. 64. In *βουλιαίοις* vel idem vitium est Ἀλκάδρου p. Ἀλκάνδρου: mire profecto. Sequuntur χοραγὸρ Κλεοφάνης Ἀριστομάχου, et χοραγὰ Λαμπιδὼ Δαματρίου: sed χοραγὰ Graeca vox nec est nec potest esse; dicitur ἡ χορηγός. Sequuntur pueri choreutae xx totidemque puellae, quum num. 64. fuerint xxiv. Nomina haec sunt:

Κλεόβουλος Ἀριστομάχου
Ἀλκάνδηρ Ἀριστοδάμου
Κλεόδαμος Χαριλάου
Δαμάτριος Ἀριστάνδρου
Λάμαχος Κλεοδάμου
Φιλοκλῆς Ἀριστίππου
Δαμάτριος Χαριδάμου
Μαχανίδας Κλεοδάμου
Ἀριστάνδηρ (sic leg.) Λαμάχου
Φιλόμαχος Φιλοκσένεω
Φιλόμαχος Ἀριστοδάμου
Ἀλκάνδηρ Ἀλκάνδρου
Κλεόδαμος Λαμάχου

Δαματρία Ἀριστάνδρου
Κλεοδάμα Ἀριστομάχου
Κλεοβούλα Λαμάχου
Κλεωνύμα Ἀλκάνδρου
Δαματρία Κλεοδάμου
Ἐλάϊρα Μαχίδου
Κλεομάχα Μαχανίδου
Φοίβα Κλεοδάμου
Λαμπιδὼ Κλεολάου
Φιλοδάμα Διονύσου (Διονυσίου)
Ἐλάϊρα Δαματρίου
Κλεὼ Δαμασίππου
* Κλεὼ Δαματρίου

Ἀνακσάνδηρ Κλεομένεο (pravae formae)
Κλεομένης Κλεοφύ[λου]
Βρασίδας Κλεομένεο (inepte)
Βρασίδας Δαματρίου
Ἀρίστιππος Κλεοδάμου
Δαμάτριος Χαριδάμου
Λάμαχος Ἀριστομάχου

Λαμπιδὼ Δαμοκσένου
Φιλάνδρα Δαματρίου
*Λαμπιδὼ Ἀμφιδάμαντο (deficiente Σ, ridicule)
Φιλοδάμα Δαμοσθένεο
Λαμπιδὼ Δαμοφίλου
Ἀλκάνδρα Ἀλκαμένεο
Πολυδώρα Φιλοδάμου

Vitia grammatica vides plura: addo Φιλοκσένεω p. Φιλοξένου, Ionica terminatione ut Βάττεω: sed col. II. vs. 14. est Δαμοκσένου. Elairae et Phoebes nomina ex Pausania III, 16. petita sunt, ubi Leucippides heroinae, Apollinis filiae, Ἱλάειρα et Φοίβη: eaedem memorantur ab Apollodoro et Hygino. Quid asterisci velint, nescio. Scriptura est eadem quae num. 64.

66.

Amyclis in Apollinis, ex Fourmonti schedis Everettus.

ΑΓΟ. ΥϹΑΤΟΟΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΟΝ
ΟΟΝ ΠΡΕϹΒΕΥϹΑΝΔΡΟΜΑΧΟϹ
ΛΑΜΑΧΟΥ

ΕΦΟΡΟΙ
ΚΡΙΝΑϹΑΝΔΡΟΜΑΧΟΥ
ΔΑΜΟϹΤΡΑΤΟϹΛΑΜΑΧΟΥ
ΔΑΙΜΑΙΤΟϹ ΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΕΥΘΥΜΟϹΔΑΜΟΦΙΛΟΥ

ΚΟΟΡΟΙ
ΕΥΚΥΑϹΔΑΜΟϹΤΡΑΤΟΥ
ΔΑΜΑΤΡΙΟϹ ΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΛΕΥΚΙΠΠΟϹΔΑΜΟΝΑΚΟΥ
ΔΑΜΑΤΡΙΟϹΑΡΙϹΤΑΝΔΡΟΥ
ΧΑΡΙΛΑΟϹΛΑΜΑΧΟΥ
ΧΑΡΙΔΑΜΟϹ ΔΑ· ·Τ· · ΟΥ
ΧΑΡ· · · · · · ΔΑ· · ·
ΔΑΜΟΝΑΚΟϹΔΑ· ·ΝΑΚ· ·
ΔΑΜΑ· ·ΟϹ ΛΑ· ·ΧΟΥ
ΛΕΥΚΙΠΠ· · ·Λ· ·ΚΙ· · ·Υ
· ·ΛΙΟϹΤΡΑ·ΟϹ· · · · ·
ΛΑ·ΑΧΟϹ ΑΝΔΡΟ· ·ΧΟΥ
· · ·ΡΟΝΙ ·ΟϹΔΑΜΑΤΡ· ·Υ
ΛΕΥΚΙΠΠΟϹ· ·ΥΚΙΠΠΟΥ
Λ·ΥΕΟΡΓΟϹΔΑΜΑΤΡΙΟΥ
ΛΥϹΑΝΔ·Ρ ·ΥϹΑΝ·Ρ·Υ
ΔΑΜΟΦ·Λ·ϹΛΥϹΑΝΔΡΟΥ
ΧΑΡΙΔΑΜΟϹΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΑΛΚΥΔΑΜΑϹΑΛΚΙΔΑ·ΟΥ
ΑΛΚΙ· ·ΟϹ ΛΥϹΑ·Δ· ·Υ
ΦΙΛΟΔ·Μ· ·ΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΔΑΜΟϹΤΡΑΤ· ·ΛΑΜΑΧΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΓΟϹ ΛΥΚΕΟ·ΓΟΥ
ΚϹΑΝΤΙΠΠΟϹΛΥΚΕΟΡΓΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΓΟϹΛΕΟΟΝΟϹ
ΚΛΕΟΔΑΜΟΕΓΛΑΤΟΟΝΟϹ
ΧΑΡΙΛΑΟϹΚΛΕΟΛΑΟΥ
ΚΛΕΟΝΙΔΑϹΔΑΜΑΤΡΙΟΥ
ΧΑΡΙΔΑΜΟϹΔΑΜΑΤΡΙΟΥ
ΔΑΜΟΝΑΚΟϹΚΛΕΟΝΙΔΟΥ
ΛΥΚΟΜΑΧΟϹΛΥΚΟΜΑΧΟΥ

ΒΕΙΔΙΑΙΟΙ
ΔΑΜΟΦΙΛΟϹ ΔΑΜΟΦΙΛΟΥ
ΔΑΜΟΝΑΚΟϹ ·ΟΡΓΙΟΥ
ΛΑΜΑΧΟϹΔΑΜΑΙΤΟΥ
ΛΑΒΟΟΤΑϹ ΔΑΜΟϹΤΡΑΤΟΥ
ΛΕΥΚΙΠΠΟϹ· · · ·ΤΡΙΟΥ

ΜΟΝΟΜΟΙΤΟΙ
ΔΑΜΟΝΑΚΟϹΔΑΜΟΝΑΚΟΥ
ΛΕΥΚΙΠΠΟϹ· · · ·ΦΙΛΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΓΟϹΛΥΚΕΟΡΓΟΥ
ΔΑΜΟΦΙΛΟϹ ΛΑΜΑΧΟΥ
ΚΛΕΟΔΑΜΟϹΛΑΜΑΧΟΥ
ΔΑΜΟΦΙΛΟϹΛΥΚΕΟΡΓΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΓΟϹ ΔΑΜΟΝΑΚΟΥ
ΔΑΜΑΤΡΙΟϹΔΑΜΑΤΡΙΟΥ
ΦΙΛΟΔΑΜΟϹ ΦΙΛΟΔΑΜΟΥ
ΦΙΛΟϹΤΡΑΤΟϹΛΥΚΕΟΡΓΟΥ
ΑΡΙϹΤΟΔΑΜΟϹ ΛΥΚΕΟΡΓΟΥ
ΔΑΜΟΦΙΛΟϹ ΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΧΑΡΙΔΑΜΟϹΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΧΑΡΙΛΑΟϹ ΛΥΚΕΟΡΓΟΥ
E Δ O X Σ E N T E I B O]L E I K A I T O I Δ E M O I A Θ[E N A I O N. I
Σ E Π P Y T A N E Y E X]A P I A Σ E Λ P A M M A T E Y[E N. . . . .
. . . . . E Π E Σ T A T]E K A L L I [. . E I Π E N

X Σ Y M M A X I A N E N]A I A Θ E N A I O I Σ K A I[P E Λ I N O I Σ T O N Δ E Π I
X O P I O N H O P K O N]O M O Σ A N T O N A Θ E N A[I O I K A I P E Λ I N O I E Σ
T O Δ E Π A N T A Π I Σ]T A K A I A Δ O L A K A I H[A Π L A K A I I Σ X Y P A K A I
A B L A B E A Π A Θ E N]Δ I O N P E Λ I N O I Σ K A[I A Π O P E Λ I N O N A Θ E N A
I O I Σ K A I X Σ Y M M]A X O I E Σ O M E Θ A Π I Σ[T O I K A I A Δ O L O I K A I
H A Π L O I K A I I Σ X]Y P O I K A I A B L A B E Σ . . . .
. . . . O Φ E L E Σ O A L . . . .

Varietas lectionis. Vs. 2. primum **O** solus Os. ultimum **N** solus Müller. praebent. Vs. 3. Müller. **ΣINOΣ**: Ros. **TINOΣ**, Os. .**INOΣ**. Ibidem Ros. **ILEOΣ**, non **ILENOΣ** ut Os. Müller. Vs. 6. primum **L** solus Müll. Vs. 8. primum **E** omittit Os. et sequens **K** sub **A** ponit, ac sic deinceps: omninoque litterarum loci in variis apographis diversi sunt; neque lapis videtur accurate στοιχηδὸν scriptus esse. Post vs. 8. vacuum est, ab Os. neglectum. Vs. 12. pro **Σ** ap. Os. lacuna est, item vs. 13. pro **Π**. Vs. 15. dedi ex Rosio. Müll. **OΦEIEΣ**, Os. **OΦE**.. et nihil praeterea.

Annum huius inscriptionis, quae ex foedere Atheniensium et Reginorum superest, et argumentum quale esset, intellexit iam Viscontus. Etenim vetus inter Reginos et Athenienses amicitia fuit, ex qua illi Olymp. 88, 2. Athenas legatos miserunt: qua de re Thucyd. III, 86. qui postquam *Reginos* dixit propter cognationem *socios Leontinorum* fuisse, pergit: ἐς οὖν τὰς Ἀθήνας πέμψαντες οἱ τῶν Λεοντίνων ξύμμαχοι κατά τε παλαιὰν ξυμμαχίαν καὶ ὅτι Ἴωνες ἦσαν, πείθουσι τοὺς Ἀθηναίους πέμψαι σφίσι ναῦς: et mox naves missae Regium appulerunt; cf. eundem VI, 50. 51. Illa autem vetus amicitia hoc decreto Olymp. 86, 4. facto instauratur, et ad certam formulam adigitur. Hinc vs. 1. fortasse ἀνανεοῦσθα]ι supplendum est, praesertim quum non ξυμμαχίαν sequatur, sed τὴν ξυμμαχίαν, ut de re iam definita. Latitudo scripturae fere ea erat, quam supplementa nostra offerunt: eam demonstrat formularum ratio vs. 4–8. Ante vs. 9. spatium vacuum est: igitur vs. 9. nova pars incipit, in cuius initio quum certum sit supplementum nostrum ξυμμαχίαν εἶν]αι, patet tantum, quantum posui, ad sinistram perisse, cetera ad dexteram. Idem confirmatur vs. 5. 6. Nam v. 5. post ἐγραμμάτευεν nihil suppleri potest, sed eius versus reliqua pars vacua relicta erat, ut anni designatio a ceteris formulis separaretur: iam vero decreti ipsius formulae vs. 6. incipiebat. In quo versu quum haud ambigua sit restitutio **ΕΔΟΧΣΕΝΤΕΙ ΒΟ**, eadem inde scripturae latitudo prodit. Ad hunc igitur modum restituenda erant, quae restitui possunt:

. . . . ι τὴν ξυμμαχίαν . . . . . .
. . . . . . Ῥηγίν]ων, Κλέανδρος Ξεν . . . . . .
. . . . τίνου, Σιληνὸς Φώκου . . . . .
. . . . ἐπ᾽ Ἀψ]εύδους ἄρχοντος κ[αὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς,
ᾗ] . . . . δης πρῶτος ἐγραμμ[άτευεν·
Ἔδοξεν τῇ βου]λῇ καὶ τῷ δήμῳ Ἀθ[ηναίων, ... ι-
ς ἐπρυτάνευε, Χ]αρίας ἐγραμμάτευ[εν, ...
. . . . . ἐπεστάτ]ει, Καλλι[. . εἶπεν·

Ξυμμαχίαν εἶν]αι Ἀθηναίοις καὶ [Ῥηγίνοις· τὸν δ' ἐπι-
χώριον ὅρκον] ὀμοσάντων Ἀθηνα[ῖοι καὶ Ῥηγῖνοι. ἔσ-
τω δὲ πάντα πισ]τὰ καὶ ἄδολα καὶ ἁ[πλᾶ καὶ ἰσχυρὰ καὶ
ἀβλαβῆ ἀπ' Ἀθην]αίων Ῥηγίνοις κα[ὶ ἀπὸ Ῥηγίνων Ἀθηνα-
ίοις, καὶ ξύμμ]αχοι ἐσόμεθα πισ[τοὶ καὶ ἄδολοι καὶ
ἁπλοῖ καὶ ἰσχ]υροὶ καὶ ἀβλαβεῖς . . . .
. . . . ὀφείλεσθαι . . . . .

Ad intelligendam huius inscriptionis formam hoc tenendum est. Siqui cum Atheniensibus paciscerentur, debebant illi pacta primum rata habere; tum a populo Attico aut confirmabantur aut reiiciebantur; quod de symbolis monstravit Schömannus in opere de re iudiciaria Atheniensium: cf. potissimum Or. de Halones. p. 78. *ταῦτα δὲ (τὰ σύμβολα) κύρια ἔσεσθαι, οὐκ ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ παρ' ὑμῖν* (apud nomothetas) *κυρωθῇ, ὡς ὁ νόμος κελεύει*, etc.: nam *κυροῦν* est de confirmandis decretis, non de iudicio. Idem in *σπονδαῖς* faciendis observatum esse docet exemplum ap. Thucyd. IV, 118. ubi primum Lacedaemoniorum decretum proponitur, deinde continuo additur: *ἔδοξε τῷ δήμῳ, Ἀκαμαντὶς ἐπρυτάνευε, Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικίας ἐπεστάτει, Λάχης εἶπε· τύχῃ ἀγαθῇ τῇ Ἀθηναίων, ποιεῖσθαι τὴν ἐκεχειρίαν, καθὰ ξυγχωροῦσι Λακεδαιμόνιοι* etc. Ita quae vs. 1–3. supersunt, continent oblatam a Reginis condicionem; sed vs. 1. 2. noli admittere nuperum supplementum *ξυμμαχίαν [τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν Ῥηγίν]ων*, quo non expletur lacuna, quum praesertim articulus *τῶν* in utroque nomine rectius omittatur. ON videtur reliquum esse ex: *πρέσβεις Ῥηγίν]ων*, vel tali dictione. Sequuntur nomina legatorum, similiter fere concepta atque ap. Thuc. IV, 119. *Κλέανδρος Ξεν....*, alterum *....τίνου* (vel *....σίνου*), tertium *Σιληνὸς Φώκου*. Usitatior forma est *Σειληνός*. Quae Osannus de his nominibus scripsit, probari nequeunt.

Vs. 4. incipit decretum Atticum: initium tamen versus expleri non potest. *Apseudis* nomen perspexit Viscontus. Is Corsino Archon est Olymp. 86, 3–4. et 4. sed errasse Corsinum in archontum eius aetatis annis constituendis docui in Commentatione prima de Sophoclis Antigona cap. 3. (in Actis Acad. Boruss. a. 1824.). Apseudes archon est ultimus ante Pythodorum (Olymp. 87, 1.), igitur archon anni Olymp. 86, 4. Initio solus annus decreti consignatus est, qui omitti in populiscitis aliis solet, et hic quoque verbis significatur a reliqua formula separatis, quod non sine causa factum est. Verba sunt: *ἐπ' Ἀψεύδους ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ . . . . δης πρῶτος ἐγραμμάτευεν.* Periit nomen primi scribae anni eius, et *δης* superest ex *δημοτικῷ* nomine, e. c. *Κλέων Φιλαΐ]δης*. Acta Quaestorum Olymp. 92, 3. (n. 147.) *Ἀθηναῖοι ἀνήλωσαν ἐπὶ Γλαυκίππου ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ Κλεόγένης Ἁλαιεὺς πρῶτος ἐγραμμάτευε.* Acta Curatorum templi Poliadis aedificandi (n. 160.): *ἐπὶ Διοκλέους ἄρχοντος, Κεκροπίδος πρυτανευούσης πρώτης, ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ Νικοφάνης Μαραθώνιος πρῶτος ἐγραμμάτευσεν.* Cf. Andocid. de myst. p. 47. *ἄρχει χρόνος τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ἡ βουλὴ οἱ πεντακόσιοι λαχόντες τῷ κυάμῳ, ὅτε Κλεογένης πρῶτος ἐγραμμάτευε.* Sequuntur sollemnia decretorum praescripta, praesidens tribus, scriba *κατὰ πρυτανείαν*, epistates prytanum, et qui apud populum rettulit. In epistatae nomine patris quoque vel pagi nomen additum fuisse spatii amplitudo docet. Vocem *Καλλι....* explere non ausus sum; potest *Καλλίας*, *Καλλικλῆς*, *Καλλιάδης* etc. esse. Quodsi *Καλλίας* scribatur, putaveris eundem esse, qui num. 76. rem ad populum rettulit: sed non confido. Supplementa ipsa ita certa sunt, ut iis quaevis alia excludantur. Cf. decretum ap. Thuc. IV, 118. cuius verba paulo ante apposui, item Inscr. 76. *ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· Κεκροπὶς ἐπρυτάνευε, Μνησίθεος ἐγραμμάτευεν, Εὐπείθης ἐπεστάτει, Καλλίας εἶπεν*, et quae comparavi Oec. civ. Ath. T. II. p. 199.

Quid decretum sit, interiecto spatio additur. Vs. 9. male Os. ab initio supplet *σπονδ]αὶ* etc. nam *σπονδαῖς* nullus locus in decernenda cum amicis societate. *Ξυμμαχίαν* praebuit vs. 1. Verba *τὸν δ' ἐπιχώριον ὅρκον* duxi ex Thucyd. V, 47. et 18. *ὀμνύντων δὲ τὸν ἐπιχώριον ὅρκον ἕκαστοι*, quae Osann. attulit. Ceterum hoc supplementum admodum incertum est. Vs. 11. *πιστὰ* praebuit Müllerus. Ibidem in fine Osann. supplet H[ETAIPOI, quos etiam in num. 73. intulit, male utroque loco. Dedi H[AΓLA, ut in formula iurisiurandi in Inscr. Hierapytn. vs. 16. *ἁπλόως καὶ ἀδόλως*, et in iureiurando Latiorum: *καὶ βοαθασιῶ ἁπλόως καὶ ἀδόλως καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν.* Iam vs. 13. ubi *ξύμμαχοι* nominati, redit *πιστοί*, ex quo ΠΙΣ superest: unde facile erat intelligere, easdem voces, ut fit in huiusmodi formulis, bis omnes ex ordine usurpatas esse. Iam primum supplevi *ἔστω δὲ πάντα*, quod verum esse non dubito. Ad *πάντα* addita sunt adiectiva *πιστὰ καὶ ἄδολα καὶ ἁπλᾶ*, quod postremum modo tractavi: expletur lacuna assumptis verbis ex vs. 14. *καὶ ἰσχυρὰ καὶ ἀβλαβῆ.* Atque invicem vs. 13. 14. expletur, ubi ex priore sententia adsciveris verba *καὶ ἄδολοι καὶ ἁπλοῖ* post *πισ[τοί.* Sic omnia certa via restituta sunt. Ceterum vs. 12. primum Δ in AI mutandum esse vidit Osannus, qui *Ἀθηναίων Ῥηγίνοις καὶ Ῥηγίνων Ἀθηναίοις* scribendum coniecit: equidem vel priusquam cetera restituissem, videram *ἀπὸ* vel *ἐξ* utrique genitivo praemittendum esse. Ad formulas ipsas conferri haec possunt in foederibus ap. Thuc. V, 47. *Ἐμμενῶ τῇ ξυμμαχίᾳ κατὰ τὰ ξυγκείμενα δικαίως καὶ ἀβλαβῶς καὶ ἀδόλως*, et 18. *Ἐμμενῶ ταῖς ξυνθήκαις καὶ ταῖς σπονδαῖς ταῖσδε δικαίως καὶ ἀδόλως.* Cf. etiam IV, 118. init. et V, 18. *τὰς σπονδὰς ...ἀδόλους καὶ ἀβλαβεῖς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν*, idemque est V, 47. init. Ceterum nota *ἀβλαβῆ* esse *sine noxa, innoxia*, et *ἀβλαβεῖς innoxios, non nocentes*, paulo diversa notione. *Ἰσχυροὶ* non *potentes* sunt, sed *certi et firmi*, ut in altero locorum ab Osanno citatorum Xenoph. Cyrop. VIII, 7, 16. *τίνι δ' ἂν βοηθήσας ἰσχυρότερον σύμμαχον ἀντιλάβοις;* Post *ἀβλαβεῖς* Os. addit: *καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν*, ex locis Thucydidis. Sed hoc incertum est, etsi foederis Latiorum accedit auctoritas.

75.

Marmor Elginianum Mus. Brit. Synops. n. 286. Primus vitiosius edidit Pocock. Inscr. ant. P. I. p. 52. n. 42. deinde Osann. Syll. I, 3. Nos dedimus ex schedis Rosii duplicibus, item ex Osannianis et Müllerianis, raro assumpto Pocockio.

[ΤΕ
N]ΒΟLΕΝΤΕΝΕΣ[ΣΑΡΕΟΠΑΛΟΕΠΙΜΕLΕΣΘΑΙ
H]ΟΣΟΙΔΕΤΟΝΑΠΑ[ΙΤΕΘΕΝΤΟΝΦΟΡΟΝΜΕΑΝ
ΑΛΕΛΡΑΦΑΤΑΙΟΦΕ[LΟΣΑΣΤΟΤΟΣΤΑΣΠΟLΕΣΕ
ΙΔΕΙΧΣΑΙΤΟΙΔΕΜ[ΟΙΤΟΙΑΘΕΝΑΙΟΝΕΑΝΔ
ΕΤΙΣΤΟΜΠΟLΕΟΝΑΑ[ΦΙΣΒΕΤΕΙΠΕΡΙΑΠΟΔ
ΟΣΕΟΣΦΑΣΚΟΣΑΑΠ[ΟΔΕΔΟΚΕΝΑΙΧΣΥΝΑΛΕΣ
ΘΑΙΤΟΚΟΙΝΟΝΤΕΣ[ΧΣΥΜΜΑΧΙΑΣΚΡΙΝΕΝ
ΔΕΤΑΣΠΟLΕΣΚΑΙΤ[ΟΣΑΘΕΝΑΙΟΣΛΡΑΦΕΣ
ΘΑΙΔΕΜΕΕΧΣΕΝΑΙ[ΤΟΚΟΙΝΟΔΕΜΕΕΙΠΟΝ
ΤΟΣΟΦΕLΕΤΟΗΟΛΡ[ΑΦΟΜΕΝΟΣ . . . .
ΤΕΝΔΕΛΡΑΦΕΝΕΝΑ[ΙΑΘΕΝΕΣΙΝΕΝΤΟΙΛΑΜΕ
LΙΟΝΙΕΑΝΔΕΤΙΣΑ[ΜΦΙΣΒΕΤΕΙΗΟΣΕΣΙΝΕΚ
ΚLΕΣΕΣΗΕΒΟLΕΒΟ[LΕΥΕΤΟΕΙΕΣΙΕΚΚLΕΣΕΣ
ΕΣΑΛΟΝΤΟΝΔΕΗΟΙ[ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΕΙΔΕΑΘΕ
ΝΑΙΟΙΣΤΟΜΦΟΡΟΝ[ΑΠΟΔΕΔΟΚΑΣΙΑΝΔΡΑΣΔΕ
ΚΑΤΕΣΜΕΝΥΣΕΟΣΕL[ΙΜΕLΕΣΘΑΙΤΟΥΤΟΤΕΤΟ
ΦΟΡΟΚΑΙΤΟΠΕΡΥΣ[ΙΟΠΑΝΤΟΣΤΕΝΔΕΒΟLΕΝΠ
P]ΟΒΟLΕΥΣΑΣΑΝΕΧ[ΚLΕΣΙΑΝΠΟΙΕΝ . . . .
. . . ΠΕΡΙΤΕΙΗΥΣΤΕΡΑ[ΙΑΙΕΝΔΕΤΑΥΤΕΙΠΕ
ΡΙΤ]ΕΣΗΑΙΡΕΣΕΟΣΧΡΕ[ΜΑΤΙΞΕΝ . . . .

Lectionis varietates accipe has, omissis Pocockii sordibus. Vs. 1. ultimum Σ ex Mülleri schedis dedi; Pocock. I: reliqui nihil. Ibidem primum B ex Pocock. et Müll. praefixum est. Vs. 2. ultimum A omittit Ros. Vs. 3. primum A ex Müllero solo est; ultimum E omittunt Poc. Ros. Vs. 4. primum I ex Poc. addidi: quod reliquum est ex N. Vs. 5. primum E solus Müll. Ibidem paenultima littera ap. Müller. est Δ; reliqui A. Postremum A solus Müllerus. Vs. 6. vitiose Os. ΟΣΕΟΕΣ; reliqui ut edidi. Vs. 8. initio Müll. Os. ΑΣ: Poc. Ros. ΔΕ, recte. Vs. 9. tertia a fine littera Rosio est M: reliqui N. Vs. 10. extremo Müller. Os. ΟΛΡ: Poc. ΟΑΡ, Ros. ΘΑΡ. Vs. 15. init. ΝΑΙΟΙΣ Os. Ros. ΙΑΙΟΙΣ Müll. ΕΛΙΑΟΙΣ Poc. Vs. 16. init. ΚΑ Poc. Os. sed Müll. ΣΑ, Ros. <Α. Ibidem in fine ultimum ductum solus Müll. praebet; Ros. etiam E praecedens omittit. Vs. 18. Poc. omittit ultimum X.

Non me paenitet operae in eximio hoc fragmento collocatae, quod si initium exceperis, in iurisdictione de tributis subditarum civitatum versatur; sed ipsum initium docet, ex ampla lege de universa tributorum ratione haec sola superesse: immo quidquid tenemus, ad unam tantum exceptionem tributi soluti refertur. Talis autem lex generalis (neque enim eam ad singulas tantum aliquas civitates pertinere manifestum est) non potuit lata esse nisi quum tributa aut ab initio ordinarentur, aut novo modo instituerentur. Iam vero quum solum olim Pocockii exemplum editum esset, in quo vs. 1. est ΒΟΣΕΙΤΕΝΕΙ, quod in his haec, δώσει τὴν εἰκοστὴν, latere arbitrabar, Oec. civ. Ath. T. I. p. 433. conieci decretum hoc ad tributa in vigesimam mutata pertinere: quae res accidit circa Olymp. 91, 2, (ib. T. I. p. 348.): nunc melioribus exemplis potitus antiquius id esse intelligo. Sed quominus id ad primitivam tributorum institutionem Aristidis et Cimonis aetate excogitatam referas, vel scripturae forma impedit: nec qui id ipsum voluit, quidquam demonstravit. Quippe Osannus vs. 7. supplet τὸ κοινὸν τῆς [Ἑλλάδος]: ex quo supplemento hoc decretum bello Peloponnesiaco prius esse coniicit, eius quippe aetatis, qua Atheniensium societas hoc nomine vocari potuerit. At nunquam quisquam id concilium τὸ κοινὸν τῆς Ἑλλάδος vocavit, licet eius Quaestores, *ut ab Atticis discernerentur*, Ἑλληνοταμίαι appellati sint; nec certum illud supplementum est, ut putatur, sed certo falsum. Probabilius habeo, hoc fragmentum ex ea lege esse, qua tributa sociorum, Alcibiadis potissimum operâ aucta, nova ratione descripta et ordinata sint. Ea res acta ante Olymp. 89, 3., ut coniicio Olymp. 89, 1–2. (Oec. civ. Ath. T. I. p. 431. 466.). Tum etiam causas de tributis apud populum vel in iudiciis actas esse ex Antiphonte docui (p. 444.): tum rem tributariam Atheniensibus maxime cordi fuisse, docent Aristophanis Vespae Olymp. 89, 2. editae, ubi vs. 690. memorantur homines ἐπαπειλοῦντες κἀναβοῶντες· Δώσετε τὸν φόρον, ἢ βροντήσας τὴν πόλιν ὑμῶν ἀνατρέψω. Et vs. 727. mille urbes habes, αἳ νῦν τὸν φόρον ἡμῖν ἀπάγουσιν. Adde vs. 677.

In sinistra parte nihil perisse videtur, nisi in iis, quae supersunt, litterarum seriebus paucula elementa; in dextera plus quam dimidium desideratur. Latitudinem demonstrat vs. 5. ubi supplementum, quod dedi, certum est, nisi quod post περὶ vocula τῆς inseri potest: hoc admisso litterae erunt XXXIV, non assumpto XXXI. Item vs. 4. certus est numerus litterarum XXXI. Igitur restitutionem ita

tentavi, ut litterae in singulis versibus essent XXX--XXXIII, atque ita congruunt plurima. Verba ubivis simplicissima elegi, qualia sunt in his decretis: sed divinatione opus est, quam difficile cuivis probare. De sententia certus sum; singulas litteras et voces veras esse quis spoponderit? Accipe igitur, quae excogitavi.

. . . . [τὴ-]
ν βουλὴν τὴν ἐ[ξ Ἀρείου πάγου ἐπιμελεῖσθαι.
ὅσοι δὲ τῶν ἀπα[ιτηθέντων φόρων μὴ ἀν-
αγεγράφαται, ὀφει[λούσας τούτους τὰς πόλεις ἐ-
νδεῖξαι τῷ δήμ[ῳ τῷ Ἀθηναίων· ἐὰν δ-
έ τις τῶμ πόλεων ἀμ[φισβητῇ περὶ ἀποδ-
όσεως, φάσκουσα ἀπ[οδεδωκέναι, ξυνάγεσ-
θαι τὸ κοινὸν τῆς [ξυμμαχίας, κρίνειν
δὲ τὰς πόλεις καὶ τ[οὺς Ἀθηναίους· γράφεσ-
θαι δὲ μὴ ἐξεῖναι. [τοῦ κοινοῦ δὲ μὴ εἰπόν-
τος, ὀφειλέτω ὁ γρ[αφόμενος . . . .
τὴν δὲ γραφὴν εἶνα[ι Ἀθήνησιν ἐν τῷ Γαμη-
λιῶνι· ἐὰν δέ τις ἀ[μφισβητῇ ὡς εἰσὶν ἐκ-
κλήσεις, ἡ βουλὴ βου[λευέτω, εἰ εἰσὶ ἐκκλήσεις.
ἐσαγόντων δὲ οἱ [θεσμοθέται. εἰ δὲ Ἀθη-
ναίοις τὸμ φόρον [ἀποδεδώκασι, ἄνδρας δέ-
κα τῆς μηνύσεως ἐπ[ιμελεῖσθαι τούτου τε τοῦ
φόρου καὶ τοῦ περυσ[ίου παντός· τὴν δὲ βουλὴν π-
ρ]οβουλεύσασαν ἐκ[κλησίαν ποιεῖν . . . . . .
. . . πέρι τῇ ὑστερα[ίᾳ, ἐν δὲ ταύτῃ πε-
ρὶ τ]ῆς αἱρέσεως χρη[ματίζειν . . . .

Vs. 2. ὅσοι δὲ incipit sententiam; verbum ad ὅσοι pertinens non potest non in αγεγράφαται vs. 3. latere. Hinc γεγράφαται non potest a medio γράφεσθαι (accusare) esse, ut erat qui putaret: nec ἐγγεγράφαται scribi potest, de debitoribus publicis: tum enim ὅσαι esse debebat (ὅσαι, αἱ πόλεις); immo quod Müllerus servavit primum A, id docet scribendum ἀναγεγράφαται. Tenes ἀναγραφὴν tributorum, cuius exemplum posui in Actis Quaestorum (n. 143.). Illi autem ἀναγεγραμμένοι φόροι non possunt *debiti* esse, de quibus potius ἐγγράφεσθαι dicendum erat: sunt igitur *soluti*. Nam illam ἀναγραφὴν pertinere ad tributa *vel soluta vel non soluta*, docet residuum ΟΦΕ vs. 3. Sed si tributa soluta ἀναγεγράφαται, quorsum vs. 3. istud ὀφείλειν? Nempe dictum erat, *quae tributa pensa essent, ea publice inscribenda esse; quae vero non in iis tabulis scripta essent, haec quae deberent civitates, eas populo Attico indicandas esse.* Vides ex ipso hoc fragmenti initio, non de sola iurisdictione agi, sed de universa tributorum ratione. Vs. 1. ne dubita dictum esse, qui magistratus curare deberet, ut tributa publice inscriberentur. Iam illa ΒΟⱵΕΝΤΕΝΕΣ exple ut feci. Σ, quod alii omittunt, Pocockio est I: scribe Χ[Σ. Noli autem credere *Senatum quingentorum* dici, fortasse *annuum*, τὴν ἐνιαυσίαν: tum enim dictum esset τὴν βουλὴν τὴν αἰεὶ βουλεύουσαν. Sic nihil superest, nisi quod dedi. Et Areopagum probabile est illi rei praefectum esse, quod sanctissimi illius concilii maxima apud exteros auctoritas et fides esset: neve putes illius tum exiguam dignitatem fuisse, possem, si huius hoc loci esset, demonstrare, circa illud tempus redditas Areopago patrias praerogativas et maxime iudicia de caede esse. Ceterum ἐπιμελεῖσθαι de Areopago usitatum. Heraclides in Politiis: Θεμιστοκλῆς καὶ Ἀριστείδης καὶ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ πολλὰ ἐδύναντο, καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελοῦντο. Lex ap. Andoc. de myst. p. 40. ἐπιμελείσθω ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου τῶν νόμων, ὅπως ἂν αἱ ἀρχαὶ τοῖς κειμένοις νόμοις χρῶνται. Lex infra edita de ponderibus et mensuris (num. 123.): ἐπιμελείσθω δὲ καὶ ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου. Inscripta autem tributa sunt, postquam pensa erant; pensa, postquam exacta. Quae *non inscripta* sint, licet iam per magistratus *postulata*, ea *debentur* a civitatibus: hoc est illud quod supplevi, ὅσοι δὲ τῶν ἀπα[ιτηθέντων φόρων μὴ ἀν]αγεγράφαται etc. Antequam flagitarentur tributa, non debebantur: flagitata in Dionysiis magnis reddebantur plerumque (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 191.). ΙΔΕΙΧΣΑΙ superest ex ἐνδεῖξαι. Ἔνδειξις quasi propria est *debitorum publicorum:* hinc vox ad civitates quoque debentes translata. Male nuper suppletum ἀποδεῖξαι. Sequitur: *si qua civitas contendat et excipiat de solutione, affirmans sese pependisse tributum.* Plane evidens supplementum vs. 5. ἐὰν δέ τις τῶν πόλεων ἀμ[φισβητῇ περὶ ἀποδ]όσεως, nisi quod περὶ τῆς ἀποδόσεὼς vel τῆς ἀποδόσεως scribi potest. Post A alterum A prior pars fuit litterae M. Dicitur ἀμφισβητεῖν τινος, περί τινος, εἶναι ἢ μὴ εἶναι τι, et ὥς τί ἐστι; atque usitata est formula ἐὰν δέ τις ἀμφισβητῇ. Lex ap. Demosth. Mid. ἐὰν δέ τινες περὶ συμβολαίων ἰδίων πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι. Lex ap. Demosth. adv. Macart. ἐὰν δὲ ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τοῦ κλήρου. Demosth. adv. Phorm. p. 908. 5. ἐὰν δέ τις γενέσθαι μὲν ὁμολογῇ, ἀμφισβητῇ δὲ ὡς πάντα πεποίηκε τὰ συγκείμενα. Ἀμφισβητεῖν τινος maxime est de *vindicatione*, περί τινος de *controversia universim:* nostro hoc loco utrumque dici poterat. Longissime ab universa legis ratione aberravit Osannus, pro ΤΙΣΤΟΜΠΟⱵΕΟΝ scribens ΕΙΣΤΟΝΠΟⱵΕΜΟΝ, pro quo certe ΕΣ oportebat. Vs. 6. ΑΠ superest ex ἀποδεδωκέναι; sequebatur verbum apodosin incipiens, quod praedicatum esset accusativi τὸ κοινὸν τῆς [ξυμμαχίας]: ex eo verbo superest ΘΑΙ vs. 7. Optimum est [ξυνάγεσ]θαι; minus placuit [ξυγκαλεῖσ]θαι. Manifesto post exceptionem tributi soluti primum res *ad commune sociorum concilium defertur*, ne statim accusationi locus detur, de qua postea demum dicitur: eius autem concilii est non δικάζειν, sed κρίνειν, quod supplevi: nisi malis ἀνακρίνειν: hoc est *rem praevia quaestione examinare, ut intelligatur, sitne accusationi locus necne,* et quasi quodam praeiudicio aut absolvere urbem et cognoscere tributum esse solutum, aut accusationi locum dare: fere ut populus de προβολῇ praeiudicium fert. Qui vero κρίνουσι, sunt αἱ πόλεις καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, qui una τὸ κοινὸν constituunt. Ἀθηναίοις opponuntur αἱ πόλεις, ut num. 71. Nec dici poterat τὸν Ἀθηναίων δῆμον: non enim populus cognoscit rem, sed *concilii synedri;* de industria autem et civitates et Athenienses nominati sunt, ut utrorumque in ea re cognoscenda ius speciatim declararetur. Dum autem apud

commune sociorum concilium ea res agitur, aliquid aliud non licere vs. 9. dicitur: ϑαι δὲ μὴ ἐξεῖναι. Quid igitur non licuerit? Nempe γράφεσ]ϑαι, *accusare in foro Attico,* ne invito concilio negotium facesseretur innoxiae civitati: quis enim nescit κλητῆρας νησιωτικοὺς sociorum perniciem quaerentes? Supplementum hoc confirmat vs. 10. ubi ΗΟΛΡ superest ex ὁ γραφόμενος. Subiicitur enim, siquis tamen, antequam concilium potestatem accusandi dederit, accuset, *debere eum publico* incertam *pecuniae summam:* [τοῦ κοινοῦ δὲ μὴ εἰπόν]τος ὀφειλέτω ὁ γρ[αφόμενος ·.... ·... Putes supplendum fuisse: ἐὰν δέ τις γράφηται, μὴ ἐξόντος: sed et maius spatio complementum hoc est, et in hac formula exspectaverim potius μὴ ἐξόν. Non dubito dictum esse, quod dedi, ut intelligeretur, γραφὴν non esse nisi *concedente concilio.* Archonti nullus hic potest locus esse; itaque cave suppleas ὁ ἄρ]χων. Iam si accusationem admiserit concilium (quod in concinno hoc nec supervacanea admittente stilo non expressum est, quippe apertum), tum ubi accusanda civitas esset ac quando, videtur designatum esse: vs. 11. τὴν δὲ γραφὴν εἶνα[ι etc. Haec formula sollemnis est. Lex ap. oratorem c. Theocr.: ἐάν τις τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ μὴ ἐκτίσας τὸ ὄφλημα τῇ πόλει ἐξαλειφϑῇ, εἶναι κατ' αὐτοῦ τὰς γραφὰς πρὸς τοὺς ϑεσμοϑέτας τοῦ ἀγραφίου. Ἀϑήνησιν incertum est, quamquam hoc certum, rem Athenis agendam fuisse. Mensis incertus: Γαμηλιῶνι Osanno fuisse videtur: quidni tamen fuerit Ἐλαφηβολιῶνι vel Θαργηλιῶνι? Sed retineo vocem Γαμηλιῶνι, quod Gamelion hibernus mensis est, et hieme agebantur αἱ ἔμμηνοι δίκαι de mercatorum peregrinorum litibus: ut non dissimile veri sit, eodem tempore has de exterorum tributis γραφὰς instituendas fuisse. Praeterea rem agendam fuisse anno insequenti docet vs. 17. Iam vero tributa reddenda erant mense Elaphebolione: igitur proximus anni insequentis mensis in λιών desinens est Γαμηλιών. Huc deducta causa, quoniam sequitur ἐὰν δέ τις ἀ..... patet exceptionem reae civitatis designari, eamque factam, antequam res in iudicium deduceretur (v. vs. 14.): eaque exceptio talis est, de qua Senatui deliberandum sit (vs. 13.). Sed nulla exceptio apud Senatum agi poterat, nisi quae ad ipsa reae civitatis et Attici populi pacta et utriusque iura pertineret: itaque haec exceptio haud dubie ea fuit, *rem ex pacto non ad forum Atticum referendam esse, sed esse* ἔκκλητον δίκην, de qua Hudtwalcker. Diaetet. p. 123 sqq. Quae quum institui nisi mutuo partium consensu non possit, Senatui de ea re deliberandum est, an provocationem ad exterum iudicium utpote pactis convenientem velit accipere: Ἐὰν δέ τις ἀ[μφισβητῇ, ὡς εἰσὶν ἐκ]κλήσεις, ἡ βουλὴ βου[λευέτω, εἰ εἰσὶ ἐκκλήσεις. Vide quam simpliciter omnia restituam. Εἰ scripsi ΕΙ, non Ε, de industria. Ἀμφισβητεῖν de *exceptione fori non competentis* habes apud Demosth. adv. Apatur. p. 899. 11. ὅτι ἠμφεσβήτησεν οὗτος μὴ εἶναι ἡμᾶς διαιτητὰς αὐτῷ. Ἔκκλησις rara vox, habetur tamen apud Hesych. v. Ἔφεσις: ἔκκλησις. Sequitur: Ἐσαγόντων δὲ οἱ [ϑεσμοϑέται]. Exceptione omissa enim transitur ad id, cui ἡγεμονία δικαστηρίου competat, si res in Attico iudicio agatur. Θεσμοϑέτας fuisse ἡγεμόνας δικαστηρίου, multis ex causis fit probabile. Hi enim et plurimis γραφαῖς praesunt, et maxime iis, quae adversus debitores publicos instituuntur, cuius rei exemplum habes in lege paulo ante proposita: deinde iisdem in pactorum cum exteris civitatibus confirmatione (apud nomothetas) aliquid negotii datum erat; atque insuper δίκαις ταῖς ἀπὸ συμβόλων praesunt: quae ipsae ad peregrinos pertinent. Pollux VIII, 88. Καὶ τὰ σύμβολα πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσι, καὶ δίκας τὰς (sic leg.) ἀπὸ συμβόλων εἰσάγουσι. Cf. Schömann. de comitt. p. 284. Lepidum est supplementum nuper propositum: ἐσαγόντων δὲ οἱ [ξύμμαχοι ἐς τὸν δῆμον. In sequentibus etsi diu haesi, vero tamen proxima repperisse mihi videor. Etenim nunc constituendum erat, quid agendum esset, si civitas pependisse tributum videretur, quid si non pependisse. Priore loco illud definitum esse, per se probabile est; atque non solum iudicii sententia, sed etiam prius concilii sociorum arbitrio potuit cognitum esse, redditum esse tributum. Accedit quod ἡ μήνυσις, vs. 16. commemorata, haud facile potest nisi ad *redditum* tributum referri, non ad *debitum,* in quo quis μηνύσει locus esse possit, nemo docebit. Itaque vs. 15. sic fere supplendum est: Εἰ δὲ ἀποδεδώκασιν Ἀϑηναίοις τὸν φόρον. Sed spatia cogunt, ut verbum postponamus: Εἰ δὲ Ἀϑη]ναίοις τὸν φόρον [ἀποδεδώκασι. Generalem elegi dictionem; noli expectare tale quid: *si iudicium decreverit, redditum esse tributum:* nam non solum iudicium hoc decernere potuerat, sed etiam concilium sociorum, ut paulo ante monui. Quid igitur agendum erat, si pensum tributum esset? Nempe quaerendum erat, quis id intercepisset, quum solutum quidem esset, sed reipublicae non redditum. Igitur μήνυσις (delatio) proponenda est; quae ut examinari et in iudicium deferri posset, ζητηταὶ creandi erant. Vide de μηνύσει Schömann. de Comitt. p. 221. et observa formulam Lycurgi ab hoc enotatam, ἐγὼ τοίνυν ὑμῖν μηνύω τὸν ἀφανίζοντα ταῦτα πάντα, monstrare μήνυσιν potissimum fuisse τῶν ἀφανιζομένων: quale est interceptum tributum. Iam vero difficile erat eum potissimum indicare, *qui hoc ipsum, de quo ageretur, tributum intercepisset:* itaque nihil prudentius erat, quam ut *de universo superioris anni tributo* denunciationi locus daretur: nam si causa non ante Gamelionem agebatur, quum tributa Elaphebolione mense solverentur, patet tributum, de quo agebatur, esse anni superioris (τοῦ περυσίου). Ceterum de magistratibus eligendis dici, docet vs. 20. Qui quum solerent *deni* esse, probabile est vs. 16. supplendum esse δέ]κα: ibidem in fine ΕΙ superesse videtur ex ἐπ[ιμελεῖσϑαι. Μήνυσιν ipsam tenes vs. 16. Sic prodit fere talis restitutio: Εἰ δὲ Ἀϑηναίοις τὸν φόρον [ἀποδεδώκασι, ἄνδρας δέ]κα τῆς μηνύσεως ἐπ[ιμελεῖσϑαι τούτου τε τοῦ]φόρου καὶ τοῦ περυσ[ίου παντός]. Ἄνδρας in tali re haud inusitatum est, ut n. 107. in decreto pro Spartoco Eumeli f. χειροτονῆσαι πρέσβεις τρεῖς ἄνδρας. Mox vs. 18. aper-

tum est πρ]οβουλεύσασαν: praecessit igitur tale quid: τὴν δὲ βουλήν. Quid autem facere senatus debeat, satis docent quae supersunt: nempe de electione (περὶ τῆς αἱρέσεως vs. 20.) illorum, quos dixi, magistratuum verba sunt. Sed accipe primum formulam legis ap. Demosth. in Mid. p. 517. τοὺς πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσου τῇ ὑστεραίᾳ τῶν Πανδίων (ita enim scribendum videtur). ἐν δὲ ταύτῃ χρηματίζειν πρῶτον μὲν περὶ ἱερῶν etc. Anne vinco, supplendum esse: [τὴν δὲ βουλὴν πρ]οβουλεύσασαν ἐκ[κλησίαν ποιεῖν]........ πέρι τῇ ὑστεραί[ᾳ, ἐν δὲ ταύτῃ περὶ τ]ῆς αἱρέσεως χρη[ματίζειν ....? Ante πέρι excidit nescio quid, fortasse αἱρέσεως: nec quorsum referatur τῇ ὑστεραίᾳ, scio; nisi ita intelligendum est: τῇ ὑστεραίᾳ τοῦ προβουλεῦσαι. Sed reliqua mihi non ambigua sunt; et ex voce ἐκκλησίαν superest ΕΧ, quod muta in ΕΚ. Obscurum enim Χ est, quod certe Pocockius omiserit. Abi nunc expeditus.

76.

In loco, cui nomen Κάρβατος, in Attica; ex schedis Fourmonti Bekkerianis. Edidi et interpretatus sum Oec. civ. Ath. T. II. p. 198 sqq. et Tab. II. num. 3. unde nunc repetii.

Ε Δ]ΟΧΣΕΝΤΕΙΒΟⱶΕΙΚΑΙΤΟΙΔΕΜΟΙΚΕΚΡΟΓΙΣΕΓΡΥΤΑΝΕΥΕΜΝΕΣΙΘΕΟΣΣΕ
Λ]ΡΑΜΜΑΤΕΥΕΕΥΓΕΙΘΕΣΕΓΕΣΤΑΤΕΚΑⱶⱶΙΑΣΕΙΓΕΑΓΟΔΟΝΑΙΤΟΙΣΘΕΟΙΣ
Τ]ΑΧΡΕΜΑΤΑΤΑΟΦΕⱶΟΜΕΝΑΕΓΕΙΔΕΤΕΙΑΘΕΝΑΙΑΙΤΑΤΡΙΣΧΙⱶΙΑΤΑⱶΑΝΤ[Α
ΑΝΕΝΕΝΕΛΚΤΑΙΕΣΓΟⱶΙΝΗΑΕΦΣΕΦΙΣΤΟΝΟΜΙΣΜΑΤΟΣΗΕΜΕΔ[Α]ΓΟΑΓΟΔΙ[Δ
Ο]ΝΑΙΔΕΑΓΟΤΟΝΧΡΕΜΑΤΟΝΑΕΣΑΓΟΔΟΣΙΝΕΣΤΙΝΤΟΙΣΘΕΟΙΣΕΦΣΕΦΙΣΜ[Ε
ΝΑΤΑΤΕΓΑΡΑΤΟΙΣΕⱶⱶΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΟΝΤΑΝΥΝΚΑΙΤΑⱶⱶΑΑΕΣΤΙΤΟΥΤΟΝ[Τ
ΟΝ]ΧΡΕΜΑΤΟΝΚΑΙΤΑΕΚΤΕΣΔΕΚΑΤΕΣΕΓΕΙΔΑΝΓΡΑΘΕΙⱶΟΛΙΣΑΣΘΟΝΔΕΗ[Ο
Ιⱶ]ΟΛΙΣΤΑΙΗΟΣΤΡΙΑΚΟΝΤΑΗΟΙΝΕΡΝΥΝΤΑΟΦΕⱶΟΜΕΝΑΤΟΙΣΘΕΟΙΣΑΚΡ[Ι
ΣΣΥΝΑΛΟΛΕΣΔ[Ε]ΤΟⱶⱶΟΛΙΣΤΟΝΕΒΟⱶΕΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣΤΟΑΓΟΔΟΝΤΟΝ[ΔΕΤ
ΑΧΡΕΜΑΤΑΗΟΙΓΡΥΤΑΝΕΣΜΕΤΑΤΕΣΒΟⱶΕΣΚΑΙΕΧΣΑⱶΕΙΦΟΝΤΟΝΕΓΕΙ[ΔΑΝ
ΑΓΟΔΟΣΙΝΖΕΤΕΣΑΝΤΕΣΤΑΤΕΓΙΝΑΚΙΑΚΑΙΤΑΛΡΑΜΜΑΤΕΙΑΚΑΙΕΑΜΓ[ΟΑⱶ
ⱶ]ΟΘΙΕΙΛΕΛΡΑΜΜΕΝΑΑΓΟΦΑΙΝΟΝΤΟΝΔΕΤΑΛΕΛΡΑΜΜΕΝΑΗΟΙΤΕΗΙΕΡ[ΕΙΣΚ
ΑΙΗΟΙΗΙΕΡΟΓΟΙΟΙΚΑΙΕΙΤΙΣΑⱶⱶΟΣΟΙΔΕΝΤΑΜΙΑΣΔΕΑΓΟΚΥΑΜΕΥΕ[ΝΤΟ
ΥΤΟΝΤΟΝΧΡΕΜΑΤΟΝΗΟΤΑΜΓΕΡΤΑΣΑⱶⱶΑΣΑΡΧΑΣΚΑΘΑΓΕΡΤΟΣΤΟΝΗΙ
ΗΤΟΝΤΕΣΑΘΕΝΑΙΑΣΗΟΥΤΟΙΔΕΤΑΜΙΕΥΟΝΤΟΝΕΜΓΟⱶΕΙΕΝΤΟΙΟΓΙΣΘ[ΟΔΟ
ΜΟΙΤΑΤΟΝΘΕΟΝΧΡΕΜΑΤΑΗΟΣΑΔΥΝΑΤΟΝΚΑΙΟΣΙΟΝΚΑΙΣΥΝΑΝΟΙΛΟΝ
ΤΟΝΚΑΙΣΥΛΚⱶΕΙΟΝΤΟΝΤΑΣΘΥΡΑΣΤΟΟΓΙΣΘΟΔΟΜΟΚΑΙΣΥΣΕΜΑΙΝΕΣΘΟ
ΝΤΟΙΣΤΟΝΤΕΣΑΘΕΝΑΙΑΣΤΑΜΙΑΙΣΓΑΡΑΔΕΤΟΝΝΥΝΤΑΜΙΟΝΚΑΙΤΟΝΙΕΓΙΣ
ΤΑΤΟΝΚΑΙΤΟΝΗΙΕΡΟΓΟΙΟΝΤΟΝΕΝΤΟΙΣΗΙΕΡΟΓΟΙΣΗΟΙΝΥΝΔΙΑΧΕΡΙΖΟ[ΣΙ
ΝΑΓΑΡΙΘΜΕΣΑΣΘΟΝΚΑΙΑΓΟΣΘΕΣΑΣΘΟΝΤΑΧΡΕΜΑΤΑΕΝΑΝΤΙΟΝΤΕΣΒΟⱶ[Ε
Σ[Ε]ΜΓΟⱶΕΙΚΑΙΓΑΡΑΔΕΧΣΑΣΘΟΝΗΟΙΤΑΜΙΑΙΗΟΙⱶΑΧΟΝΤΕΣΓΑΡΑΤΟΝΝΥ[Ν
ΑΡΧΟΝΤΟΝΚΑΙΕΝΣΤΕⱶΕΙΑΝΑΛΡΑΦΣΑΝΤΟΝΔΙΑΙΑΓΑΝΤΑΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝΤΕ
ΤΟΝΘΕΟΝΤΑΧΡΕΜΑΤΑΗΟΓΟΣΑΕΣΤΙΝΕΚΑΣΤΟΙΚΑΙΣΥΜΓΑΝΤΟΝΚΕΦΑΛΑΙΟ
ΝΧΟΡΙΣΤΟΤΕΑΡΛΥΡΙΟΝΚΑΙΤΟΧΡΥΣΙΟΝΚΑΙΤΟⱶΟΙΓΟΝΑΝΑΛΡΑΦΟΝΤΟΝΗ
ΟΙΑΙΕΙΤΑΜΙΑΙΕΣΣΤΕⱶΕΝΚΑΙⱶΟΛΟΝΔΙΔΟΝΤΟΝΤΟΝΤΕΟΝΤΟΝΧΡΕΜΑΤΟΝ
ΚΑΙΤΟΝΓΡΟΣΙΟΝΤΟΝΤΟΙΣΘΕΟΙΣΚΑΙΕΑΝΤΙΑ[Ν]ΑΝΑⱶΙΣΚΕΤΑΙΚΑΤΑΤΟΝΕ
ΝΙΑΥΤΟΝΓΡΟΣΤΟΣⱶΟΛΙΣΤΑΣΚΑΙΕΥΘΥΝΑΣΔΙΔΟΝΤΟΝΚΑΙΕΚΓΑΝΑΘΕΝΑΙ
Ο]ΝΕΣΓΑΝΑΘΕΝΑΙΑΤΟⱶⱶΟΛΟΝΔΙΔΟΝΤΟΝΚΑΘΑΓΕΡΗΟΙΤΑΤΕΣΑΘΕΝΑΙΑΣΤ[Α
ΜΙ]ΕΥΟΝΤΕΣΤΑΣΔΕΣΤΕⱶΑΣΕΝΑΙΣΑΝΑΛΡΑΦΣΟΣΙΤΑΧΡΕΜΑΤΑΤΑΗΙΕΡ[ΑΤΙ
ΘΕΝ]ΤΟΝΕΜΓΟⱶΕΙΗΟΙΤΑΜΙΑΙΕΓΕΙΔΑΝΔΕΑΓΟΔΕΔΟΜΕΝΑΕΙΤΟΙΣΘΕΟΙΣ[ΤΑ
ΧΡ]ΕΜΑΤΑΕΣΤΟΝΕΟΡΙΟΝΚΑΙΤΑΤΕΙΧΕΤΟΙΣΓΕΡΙΟΣΙΧΡΕΣΘΑΙΧΡΕΜΑΣ[ΙΝ

Retinui Fourmonti lectionem omnibus fere locis, ubi uncos non apposui, nec litteras uncis seclusas mediis versibus interposui, nisi ubi lacunae signum erat, et Ε vs. 9. Tantum haec statim in textu mutavi, quae nunc indicabo. Vs. 2. in schedis erat ΚΑΛⱶΙΑΣ, errore manifesto. Vs. 7. ap. Four. secunda in nostro exemplo littera, quae unco separata cernitur, est Ι: quod statim in Ν mutavi. Vs. 12. init. Fourm. ΟΟΙΕΙΔΕ etc. Vs. 13. Fourm. ΗΟΙΝΙΕΡΟΓ etc. Vs. 15. Fourm. ΤΑΜΙΕΥΟΝΤΟΣ: ibid. extr. Fourm. Ο pro Θ, et vs. 16. init. litterae Μ praemisit Τ cum ea littera ligatum, et proximae litterae Ο inscripsit intus litteram Α, ridicule. Vs. 17. extr. ΣΙΣΕΜΑΙΝΟΣΘΟ est in schedis. Vs. 20. extr. Four. ΒΟΙ pro ΒΟⱶ, et vs. 27. ΔΙΔΟΝΤΟΣ, item vs. 13. init. habet ..ΥΤΟΝ. Inscriptio haud dubie στοιχηδὸν scripta erat; plurimi versus litteras habent LIV, sed LV vs. 3. 28. item vs. 1. ubi tamen paenultima littera tollenda est. Ita etiam vs. 18. ubi LV sunt, tollendum Ι ante ΕΓΙΣ in fine. Vs. 19. sunt LVI: unde vides, in voce ΗΙΕΡΟΓΟΙΣ tollendas esse litteras ΓΟ. Sed vs. 14. tantum LI sunt, item vs. 16. credo quod his duobus locis lapis exsectus esset, ut in muro firmius figi posset. Postremo vs. 17. sunt LIII, sed duplicato sigma in συσ[σ]ημαινέσθω fiunt LIV. Haec scripsi, ne lapicidae imputares, qui Fourmonti errores sunt. Accipe nunc decretum integrum.

Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· Κεκροπὶς ἐπρυτάνευε, Μνησίθεος ἐγραμμάτευε, Εὐπείθης ἐπεστάτει, Καλλίας εἶπε· Ἀποδοῦναι τοῖς θεοῖς τὰ χρήματα τὰ ὀφειλόμενα, ἐπειδὴ τῇ Ἀθηναίᾳ τὰ τρισχίλια τάλαντα ἀνενήνεγκται ἐς πόλιν, ἃ

ἐψήφιστο, νομίσματος ἡμεδαποῦ. ἀποδιδόναι δὲ ἀπὸ τῶν χρημάτων, ἃ ἐς ἀπόδοσίν ἐστιν τοῖς θεοῖς ἐψηφισμένα, τά τε παρὰ τοῖς Ἑλληνοταμίαις ὄντα νῦν καὶ τἄλλα ἅ ἐστι τούτων τῶν χρημάτων, καὶ τὰ ἐκ τῆς δεκάτης, ἐπειδὰν πραθῇ. λογισάσθων δὲ οἱ λογισταὶ ὡς τριάκοντα [ἡμερῶν]τὰ ὀφειλόμενα τοῖς θεοῖς· ἄχρις συναγωγῆς δὲ τῶλ λογιστῶν ἡ βουλὴ αὐτοκράτωρ ἔστω. ἀποδόντων δὲ τὰ χρήματα οἱ πρυτάνεις μετὰ τῆς βουλῆς καὶ ἐξαλειφόντων ἐπειδὰν ἀποδῶσιν, ζητήσαντες τά τε πινάκια καὶ τὰ γραμματεῖα, καὶ ἐάμ που ἄλλοθι ᾖ γεγραμμένα· ἀποφαινόντων δὲ τὰ γεγραμμένα οἵ τε ἱερεῖς καὶ οἱ ἱεροποιοὶ καὶ εἴτις ἄλλος οἶδεν. ταμίας δὲ ἀποκυαμεύειν τούτων τῶν χρημάτων, ὅταμ περ τὰς ἄλλας ἀρχὰς, καθάπερ τοὺς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀθηναίας. οὗτοι δὲ ταμιευόντων ἐμ πόλει ἐν τῷ ὀπισθοδόμῳ τὰ τῶν θεῶν χρήματα, ὅσα δυνατὸν καὶ ὅσιον, καὶ συνανοιγόντων καὶ συγκλειόντων τὰς θύρας τοῦ ὀπισθοδόμου καὶ συσσημαινέσθων τοῖς τῶν τῆς Ἀθηναίας ταμίαις. παρὰ δὲ τῶν νῦν ταμιῶν καὶ τῶν ἐπιστατῶν καὶ τῶν ἱεροποιῶν τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς, οἱ νῦν διαχειρίζουσιν, ἀπαριθμησάσθων καὶ ἀποστησάσθων τὰ χρήματα ἐναντίον τῆς βουλῆς ἐμ πόλει καὶ παραδεξάσθων οἱ ταμίαι οἱ λαχόντες παρὰ τῶν νῦν ἀρχόντων, καὶ ἐν στήλῃ ἀναγραψάντων δίκαια πάντα, καθ᾽ ἕκαστόν τε τῶν θεῶν τὰ χρήματα ὁπόσα ἐστὶν ἑκάστῳ, καὶ συμπάντων κεφάλαιον, χωρὶς τό τε ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον. καὶ τὸ λοιπὸν ἀναγραφόντων οἱ αἰεὶ ταμίαι ἐς στήλην, καὶ λόγον διδόντων τῶν τε ὄντων χρημάτων καὶ τῶν προσιόντων τοῖς θεοῖς, καὶ ἐάν τι ἀναλίσκηται κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς τοὺς λογιστὰς, καὶ εὐθύνας διδόντων, καὶ ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια τὸλ λόγον διδόντων, καθάπερ οἱ τὰ τῆς Ἀθηναίας ταμιεύοντες. τὰς δὲ στήλας, ἐν αἷς ἀναγράψουσι τὰ χρήματα τὰ ἱερὰ, τιθέντων ἐμ πόλει οἱ ταμίαι. ἐπειδὰν δὲ ἀποδεδομένα ᾖ τοῖς θεοῖς τὰ χρήματα, ἐς τὸ νεώριον καὶ τὰ τείχη τοῖς περιοῦσι χρῆσθαι χρήμασιν.

Annus non notatus est, quippe ut aliunde notus et in actis in tabulario repositis designatus. Decretum est de restituenda pecunia aerariis templorum debita, postquam publico aerario iam satis prospectum sit colligendis ter mille talentis Atticis. Haec Olymp. 89, 3–90, 1. collecta esse Oec. civ. Ath. T. I. p. 477 sq. conieci, ut decretum hoc circiter Olymp. 90, 2. scriptum videatur. Hellenotamiae pecuniam ex tributis conflatam asservabant: quae quum nondum in aerarium publicum in arcem delata esset, decretum erat ut in debita diis solvenda converteretur. Δεκάτην ex fundis publicis intelligendam esse notavi Oec. civ. Ath. T. I. p. 326. Πραθῇ est de *vendendo publicanis decimae vectigali*, non *fructuum*, qui in decimae loco dati essent. De logistis dixi ibid. p. 204 sqq. Sed ὡς τριάκοντα [ἡμερῶν] incertum est: primum enim ὡς non commodum, neque usui sermonis congruum est: deinde HOINEPNYN vocem HEMEPON duarum litterarum spatio excedit. Retinui tamen ἡμερῶν a Bekkero mihi ministratum, quod usitata triginta dierum dies negotiis gerendis: cf. Demosth. Mid. p. 529. 18. Aesch. c. Ctesiph. p. 400. De triginta logistis cogitari non potest; logistae enim decem sunt: quodsi annumeraveris euthynos et paredros, erunt quadraginta. De βουλῇ αὐτοκράτορι v. Oec. civ. Ath. T. II. p. 202. Πινάκια me iudice sunt *syngraphae mutui*, diptychis s. codicillis inscriptae, γραμματεῖα autem *libri rationum, in quibus ut in catalogis singula, quae deberentur, capita relata sint.* Καὶ ἐάν που ἄλλοθι, e. c. in columnis. De ἱεροποιοῖς dixi l. c. T. I. p. 231 sq. hoc loco intellige ἱεροποιοὺς singulorum templorum, non civitatis; paullo post dicuntur οἱ ἱεροποιοὶ οἱ ἐν τοῖς ἱεροῖς. Mox ἀποκυαμεύειν est *fabarum sortitione creare:* simile est vocabulum ἀποκυβεύειν. *Quaestores aerarii Minervae* deni erant, ex Pentacosiomedimnis (l. c. T. I. p. 175.): eodem igitur modo creantor etiam *Quaestores deorum*, deni, ex Pentacosiomedimnis. De his Quaestoribus tum ipsum institutis dixi l. c. p. 173 sq. Scripsi autem καθάπερ τοὺς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀθηναίας, quum olim dedissem χρημάτων: nempe HIHTON in HIEPON mutandum est, χρημάτων autem ex prioribus supplendum. Ὀπισθόδομος est Parthenonis in arce, ubi aerarium fuisse docui l. c. T. I. p. 472 sq. quae enim in contrariam sententiam nuper disputata sunt, nullius sunt momenti. Συσσημαίνεσθαι non potest nisi ad fores aerarii sigillo obsignandas referri: de γραμματείοις enim consignandis nihil dictum est. Mox ἀποστησάσθων est: *sibi iubento appendi.* Prius Θ mutandum in T; mox corrigendum ΔΙΚΑΙΑ. Deinde etsi καθ᾽ ἕκαστόν τε τὸν θεὸν ferri potest, praetuli tamen τῶν θεῶν. Vs. 23. AN in ANAΛIΣKETAI videtur ipse lapicida bis posuisse. *Panathenaea* nec maiora nec minora speciatim intellige, sed Panathenaea generatim, quae ter in quadriennio minora sunt, semel maiora aut simpliciter aut cum minoribus coniuncta. Nam annuae sunt rationes, de quo dubitari non potest. Etenim quum constet, Quaestores Minervae ac proinde etiam hos Deorum Quaestores annuos fuisse, rationes etiam annuae esse debebant: idque apertum vel ex dictione praegressa κατὰ τὸν ἐνιαυτόν. Accedit ipsa formulae ratio: nam ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια non potest aliud significare, quam *ex quibusvis Panathenaeis ad quaevis:* quae quum quotannis redirent, si sola *maiora* intelligerentur, necessario dicendum erat ἐκ Παναθηναίων τῶν μεγάλων etc. ut perspiceretur, non numerari minora quotannis redeuntia, sed praeteriri haec atque usque ad magna Panathenaea differri rationes. Ceterum nota, quum in prioribus iam praeceptum fuerit, reddendas esse rationes, nunc *accuratius* definiri, ex Panathenaeis ad Panathenaea esse reddendas. De rationibus et de tabulis rationum publice proponendis dixi Oec. civ. Ath. T. I. p. 203 sqq. p. 211 sq. quantum satis est. In palaeographica huius decreti indole non commoror: tamen haec notanda sunt. Non iam XΣYN scriptum est, sed ΣYN; semper TOYTO, non TOTO, quod ante Euclidem minus usitatum; ει modo E est modo EI, hoc tum in aliis vocibus tum in iis, in quibus Ionicum est ηϊ, ut γραμματεῖα, γραμματήϊα, etc. N ante liquidas in vocibus procliticis et aliis, quae cum sequente voce artiore nexu cohaerent, prope constanter mutatum, ut τῶλ λογιστῶν, τὸλ λόγον, ἐμ πόλει, ἐάμ που, ὅταμ περ: sed vs. 26. est τῶν προσιόντων. H (spiritum asperum) passim omissum vides, ut in aliis titulis.

77.

Marm. Elgin. n. 179. Mus. Brit. Edidit Osannus Syll. I, 6. Ego habeo ex duplicibus Osanni schedis, item a Rosio et Müllero; et Rosius quoque bis misit.

ΕΔΟΧΣΕΝΤΕΙΒΟ[ꓶΕΙΚΑΙΤΟΙΔΕΜΟΙΗΙΠΠΟΘΟΝΤΙΣΕΠΡΥΤΑΝΕΥΕ. . . . .ΕΛΡΑΜΜΑ
ΤΕΥΕ[Σ]ΜΙΚΥΘΟ[ΣΕΠΕΣΤΑΤΕ. . . . . . .ΕΙΠΕΕΠΕΙΔΕ. . . . . .ΤΟΝΑΡΧΙΤ
ΕΚΤΟΝΑΤΟΝΕΟ
Τ]ΟΣΑΡΧΙΤΕΚΤ[ΟΝΑΣ . . . . ΔΕΔΟΧΘΑΙΤΕΙΒΟꓶΕΙΚΑΙΤΟΙΔΕΜΟΙΤΟΙ
ΑΘΕΝΑΙΟΝΜΙ[ΣΘΟΣΑΙ
ΟΣΙΣΥΝΙΣΤΑΜ[ΕΝ . . . . ΕΡΛΑ
ΣΙΑΣΗΟΑΡΧΙΤΕ[ΚΤΟΝ. . . . . ΤΟΥΤΟ
ΝΤΟΜΕΝΚ[Α]ΤΕ[ΣΚΕΥΑΣΜΕΝΟΝ . . . .ΤΟ
ΝΕΡΛΟΝΟΣΑΔ[Ε . . . . ΠΑΝ
ΤΑΚΑΙΚΑꓶΑ
Κ . . ΑΜΠ

Varietas lectionis. Vs. 1. ultimum Ο solus Müll. Vs. 2. quintus locus ap. Müll. non vacuus est; ibidem Ros. non habet ΚΥ. Vs. 3. littera septima in duplicibus et Rosii et Osanni schedis est Γ, quod Os. in edito exemplo per errorem in Λ mutavit, indeque eruit ἀγωνοθέτην vel ἀγωνοθετεῖν: ego Τ restitui ex schedis Mülleri, ex qua littera illud Γ in ceteris schedis superest. Ibid. in fine Os. Ν.Θ, Ros. ΝΕΘ, Müll. ΝΕΟ. Vs. 4. Müller. ΙΟΣ, hoc est ΤΟΣ, quod restitui; ceteri primo loco nihil. Vs. 5. ultimum Ι omittit Müll. Vs. 6. ultimum Μ solus Müll. Vs. 7. ultimum Ε praebet Ros. Osannus habet Ι. Vs. 9. Osan. ΝΕΡΔ etc. Vs. 11. omittitur a Ros. Osannus habet litteras ΑΜ, pro quibus Müll. ΑΙ: duas reliquas addidi ex Müll.

Latitudinem scripturae ostendunt supplementa necessaria: in sinistra parte nihil deest. In nomine Smicythi supplevi Σ ob lacunam, etsi etiam Μίκυθος dictum est. Smicythus scriba Quaestorum in actis quaestoriis huius aetatis (n. 138.) reperitur, et Smicythus Piraeensis est in locatione theatri Piraeensis (n. 102.); quem eundem esse Osannus suspicatur. Nec alium in hoc lapide agnoscit. Non obsum, quamquam qui in locatione Piraeensium nominatur, potest etiam alius ex eadem familia esse. Ceterum Osannus eum non recte pro scriba prytanum in nostro marmore habet: est nunc epistates prytanum: nam ἐγραμμά]τευε ad priora pertinet. Cf. locos Oec. civ. Ath. T. II. p. 199. Nempe epistates sorte ex prytanibus creatus potest homo minimae auctoritatis esse, ut idem alio tempore potuerit scribae munere fungi. Illa autem aetate epistates, qui ἐπιψηφίζει, est prytanis (posteriore tempore, inde ab Olymp. 109–111. ἐπιψηφίζει proëdrus ex tribu non praesidente, ut n. 90. monstrabo; interim de his rebus v. Schömann. de comitt. p. 83 sqq.): itaque si epistates Piraeensis est, Ἱπποθωντὶς ἐπρυτάνευε. Fragmentum hoc nullius quidem pretii est; quum tamen in his decretis ante Euclidem scriptis constituerim minutissima rimari, iuvat addere, quale id olim fuerit. Neutiquam enim ad rem scenicam refertur, quod ex architecti mentione et falsa lectione ἀγων[ο]θ collectum est, sed decretum fuit de facienda *locatione* operis publici, inchoati quidem sed non perfecti, haud dubie *templi*. Post sollemnia, quae supplevi, praescripta, protasis incipiebat ab ἐπειδή, ex cuius apodosi vs. 5. superest Ἀθηναίων, h. e. [δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῷ] Ἀθ. Ex protasi supersunt [τὸν ἀρχιτ]έκτονα τοῦ νεὼ et τ]οὺς ἀρχιτέκτ[ονας. Vs. 5. ex voce μισθῶσαι, *locare*, superest ΜΙ. Vs. 6. memorantur quidam συνιστάμενοι; *redemptorum societatem* intellige. Mox ἐργα]σίας ὁ ἀρχιτέ[κτων. Vs. 8. videtur fuisse [τούτω]ν vel [ἔργω]ν τὸ μὲν κ[α]τε[σκευασμένον, *pars perfecta*. Vs. 9. fuit [τῶ]ν ἔργων· ὅσα δέ, credo *infecta*. Vs. 10. ...... πάν]τα καὶ καλὰ est: significatur *bona omnia et pulchra* efficienda et praestanda esse. Fortasse pertinet ad aedem Poliadis, de qua n. 160.

78.

Cantabrigiae in scala bibliothecae publicae. Edidit Clarkius *Greek Marbles* p. 52. Aliud exemplum dedit Müllerus.

ΜΜΑΤΕΥΕ
ΕΠΡΥΤΑΝΕΥΕ
ΤΑ—ꓶΑΧΕΣΕ
ΣΕΝΑΕΛΙΟꓶΟ
ΕΧ ΝΑꓶΙ
ΝΑΘΕ

Primo versu scriba nomen suum et ἐγραμμάτευε maioribus litteris inscripsit, praeter morem aliunde cognitum: ni fallor, quae maioribus litteris supra scripta erant, annum designabant, archonte et primae prytaniae scriba commemoratis, deinde vs. 2. extr. eius prytaniae scriba, quo ministerium praestante decretum factum erat, redibat cum ceteris eius generis formulis: v. n. 74. et 81. Vs. 2. superest prytaniae mentio: vs. 3. fuit ..... [ἐπεσ]τάτει, Λάχης εἶπε. Dedi ibi Mülleri lectionem; Clark. ΤΑΣ.ꓶ etc. Versum 4. ex utroque composui: ΑΕ deest ap. Müll. ΛΙΟꓶΟ idem habet, sed Clark. pro eo ꓶΔΟꓶΟ. Vs. 5. Müll. omittit ΕΧ. Vs. 6. aut Ἀθηναίων fuit aut Παναθην.

79.

Marm. Elgin. Synops. Mus. Brit. n. 194. Viscont. Mem. n. 8. Ex schedis Rosii. Duos primos versus dedit Osann. Syll. I, 62. p. 173.

ΜΟΣ
ΙΔΟΣ
ΑΣΙΟΣ
ΤΡΑΤⱵ
ΕΜΟ
ΕΜΟΣ
Ο

Vs. 2. ...ίδος [πρυτανευούσης. Vs. 3. fortasse demoticum nomen fuit, ut Ἀναγυράσιος etc. Vs. 5. 6. videtur δῆμος memoratus esse; sed ne hoc quidem certum est.

80.

Athenis „in ecclesia τῆς σωτῆρας Κατάκης," ex schedis Fourmonti. Edidi Oec. civ. Ath. tab. I. n. 4. cf. T. II. p. 206 sqq.

.ΕΗΓΓΠ.ΑΣΔ....ΛΧΜΕΙΙΝΟΣ.
ΚΑΙΤΟΣΤΟΧΣΟΤΑΣΤΟΣΤΕΑΣΤ.
ΕΣΟΒΟΖΟΣΤΟΕΝΙΑ..ΟΑΠΟΤΟ..
ΕΚΠΡΑΤΤΟΝΤΟΝΔΕΗΟΙΔΕΜΑΡ..
ΕΣΤΟLΕΧΣΙΑΡΧΙΚΟΝΛΡΜΜΑΤ..
.ΡΟΧΣΑΡΧΟΙΠΑΡΑΤΟΝΤΟΧΣΟΣ..
ΟΔΙΔΟΣΙΕΚΠΡΑΤΤΟΝΚΑΙ.....
ΠΟΔΙΔΟΑΣΙΝΠΑΡΑΤΟΥΤΟΝΕΚ..
ΗΕΑΕΙΒΟLΕΥΟΣΑΣΦΟΝΑΥΤΟΝ.
ΝΔΡΕΤΟΑΡΑΥ.Ι.ΟΤΟΑΠΟLLΟΝ.
ΤΡΟΣΧΡΕΜΑΤΟΝΑΙΡΕΤΑΙΤΟ..
ΝΤΟΙΝΠΑΡΑΔΙΔΟΝΤΟΝΗΟΤΤΕ.
ΑΡΧΟΙΚΑΙΗΟΙΠΡΥΤΑΝΕΣΗΟΑΙ.
ΟΝΤΑΔΕΤΑΜΙΑΜΕΤΑ..ΕΙΣ..
ΜΕΝΟΣΤΟΑΠΟLLΟΝΟ......
ΤΑΘΕΡΑΠΕΥΣΤΑΙΚΑΙ....ΕΥ.
ΝΕΙΧΡΕΜΑΤΙΖΕΝΔΕΑΥΤΟΙ.
ΚΑΘΕΤΑΙΠΡΟΤΟΙΚΗΙ.....

In ipso exemplo mutavi haec. Vs. 4. ultima littera Fourmonto Ᵽ fere; vs. 13. pro ΗΟΙ habet ΒΟΙ. Vs. 16. Ο pro Θ. Vs. 12. in Oec. civ. Ath. omissum erat Η.

τοὺ]ς ἱππέας [δὲ δρ]αχμὴν οσ...
.. καὶ τοὺς τοξότας τούς τε ἀστ[ικοὺς καὶ τοὺς ξενικοὺς
τρ]εῖς ὀβολοὺς τοῦ ἐνια[υτ]οῦ ἀπὸ το.......
ἐκπραττόντων δὲ οἱ δήμαρ[χοι ...
ἐς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματ[εῖον ...
τόξαρχοι παρὰ τῶν τοξοτ[ῶν ...
ἀπ]οδιδῶσι, ἐκπρατт.ν καὶ ...
ἀ]ποδιδόασιν, παρὰ τούτων ἐκ[πρατт....
ἡ Βουλὴ] ἡ ἀεὶ βουλεύουσα σφῶν αὐτῶν ...
δύο ἄ]νδρε τοῦ ἀργυρίου .. τοῦ Ἀπόλλων[ος
Δήμη]τρος χρημάτων αἱρῆται ....
..ντοιν παραδιδόντων οἵ τε ...
...αρχοι καὶ οἱ πρυτάνεις ο[ἱ] αἰ[εὶ ....
...ον· τ[ὼ] δὲ ταμία μετὰ ....
..τέ]μενος τοῦ Ἀπόλλωνος ...
..τα θεραπεύηται καὶ .....
.. χρηματίζειν δὲ αὐτο[ὺς ..
.. καθῆται, πρῶτο[ν ....

Uberius hoc fragmentum tractavi in Oec. civ. Ath. Agitur de stipendio equitum, quae drachma est (vs. 1.), item sagittariorum, tam indigenarum quam peregrinorum, qui tres oboli fuisse videntur: cf. Oec. civ. Ath. lib. II. cap. 11. et 22. Sed hoc stipendium nunc potius exigi ab illis quam praeberi videtur; vs. 4. enim *demarchi exigunt* (a civibus), vs. 6. *toxarchi* a sagittariis (peregrinis tantum, opinor). Quae exactio quum non potuerit usitata esse, conieci de singulari aliqua stipendii priore anno soluti redditione agi: et quum apud Lysiam adv. Mantith. p. 547. viderem κατάστασιν equitum, qui sub Trigintavirorum imperio stipendia meruerant, archonte Euclide repetitam ab illis esse, haec mihi sententia oblata est, decreto hoc id ipsum constitutum esse, ut omnia stipendia, quae Trigintaviris imperantibus pensa essent, repeterentur ab iis, qui ea acceperant. Huc rettuli vs. 3. τοῦ ἐνιαυτοῦ etc. Quodsi hoc statueris, hoc decretum ante novas leges Ionicis litteris scriptas initio archontis Euclidis exaratum fuerit. Ceterum inde a vs. 9. de cura publicarum et sacrarum pecuniarum agitur: fortasse quod pecuniae illae exactae in deorum illorum aeraria qualicunque de causa reponerentur. Et manifesto agitur de duobus eius pecuniae Quaestoribus (vs. 10. 14.), qui a senatu ex ipsis senatoribus (vs. 9.) eligendi sint. Vs. 19. vox καθῆται pertinet ad conventum aliquem, e. c. ἐὰν ὁ δῆμος καθῆται, dictione sollemni; in eo igitur conventu primum nescio quam rem proponendam esse: quo pertinet vs. 17. vox χρηματίζειν, et vs. 18. πρῶτον. Sed manum de tabula.

81.

Marm. Elgin. Mus. Brit. n. 196. Viscont. Mem. n. 31. Ed. Osann. Syll. I, 16. Ex schedis Rosii et Osanni.

[Ε Π Ι . . . . Α Ρ Χ Ο]
[Ν Τ Ο Ϟ Κ Α Ι Ε Π Ι Τ Η Ϟ Β Ο]
[Λ Η Ϟ Η Ι Π Ρ Ω Τ Ο Ϟ Ε Υ Δ Ρ]
Α Μ Ω]Ν Ε Γ Ρ Α Μ Μ Α Τ[Ε Υ Ε
Ν Α ΧΕ]ΟΔΟ Ϟ Ι Ο Ϟ

ΕΔΟΞΕΤ]Η Ι ΒΟΛΗ Ι ΠΑΝΔ Ι ΟΝ
Ι ϞΕΠΡΥ]ΤΑΝΕΥΕΝΕΥΞΙΘΕ[Ο
ϞΕΠΕϞΤΑ]ΤΕΕΥΔΡΑΜΩΝΕΓ[Ρ
ΑΜΜΑΤΕΥΕ]ΝΑΧΕΡΔΟϞΙΟϞ .
. . . . Ε Ι]ΠΕΕΠΑΙΝΕϞΑΙ .
. . . . Ε . ΙΟΝ. . . . .

Primus versus maioribus litteris scriptus est: quod imprimis tenendum: id vero ex Rosii apographo cognovi. Primum Ν omittit Ros. Alter quoque versus litteras ceteris paulo maiores habere videtur. Post vs. 2. vacuum spatium est, quod non negligere Osannus debebat. Vs. 3. primam litteram quo loco posui, in eo habet Rosius: aliter Os. Vs. 5. Ros. ΕΥΑΡΑΜΩΝ. Vs. 7. pro primo Ε Os. lacunam habet. Inde a vs. 3. litterae στοιχηδὸν scriptae sunt.

Inscriptionem hanc primis post Euclidem annis scriptam esse non solum scripturae ratio, sed multo magis forma decreti monstrat, ei quae ante Euclidem habetur, simillima. Decretum est non Senatus et Populi, sed solius Senatus, quale est ap. auctorem vitt. X oratt. inter Plutarchea p. 225. ed. Tub. ἔδοξε τῇ βουλῇ, μιᾷ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας. Δημόνικος Ἀλωπεκῆθεν ἐγραμμάτευε, Φιλόστρατος Παλληνεὺς ἐπεστάτει, Ἄνδρων εἶπε: quod pertinet ad Olymp. 92, 2. Formularum rationem ab Osanno perturbatam docet nostra restitutio. Primo loco annus designatus erat, quod fit archonte et primae prytaniae scriba praemittendis: ἐπὶ .... ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ πρῶτος Εὐδράμων ἐγραμμάτευεν Ἀχερδούσιος. Vide ad num. 74. In hoc autem decreto hoc singulare est, quod vox πρῶτος ante scribae nomen posita reperitur, demoticumque scribae nomen post verbum ἐγραμμάτευεν: res tamen certa est. Nam vs. 1. ex scribae *Eudramonis* nomine superest Ν, et eiusdem demoticum nomen vs. 2. comparet in ΟΔΟϞΙΟϞ, hoc est ΡΔΟϞΙΟϞ: pro quo male nuper restitutum est Θεοδόσιος. Quippe demoticum nomen postpositum eo more, quem num. 25. illustravi. Eadem ratio redit paulo post. Ceterum quod in anni designatione scriba idem qui in ipso decreto est, inde patet hoc decretum in prima prytania scriptum esse.

Post annum designatum formulae decreti vacuo spatio separatae apponuntur, ut num. 74. eaeque minoribus litteris, ut num. 78. Ipsas formulas ad amussim restitui: Ἔδοξε τῇ βουλῇ· Πανδιονὶς ἐπρυτάνευεν, Εὐξίθεος ἐπεστάτει, Εὐδράμων ἐγραμμάτευεν Ἀχερδούσιος, ... εἶπε. Male *Acherdusium* pro eo, qui εἶπε, dedit nobis nuperus interpres: est demoticum nomen scribae Eudramonis; vide ad priores versus. Neque obest, quod Acherdus est Hippothontidis, non Pandionidis: neque enim ὁ γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν, qui sorte creatur, est φυλῆς τῆς πρυτανευούσης φυλέτης, sed debet ex alia tribu esse: quae causa est, cur in prytanum catalogis ille scriba numquam prytanibus additus sit, sed Aïsitis: cuius rei rationem in Oec. civ. Ath. T. I. p. 200. desideravi. Contra ὁ γραμματεὺς τῶν βουλευτῶν s. τῆς βουλῆς, χειροτονίᾳ creatus, est in catalogis prytanibus accensitus, quippe qui semper ex φυλῇ τῇ πρυτανευούσῃ fuerit, ideoque et ipse singulis prytaniis debuit a Senatu ex prytanibus eligi. Postremo scriba τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου est item inter Aïsitos, quippe quum non sit φυλῆς τῆς πρυτανευούσης φυλέτης. Rem nondum, quantum sciam, satis annotatam exemplis demonstrabo. In decreto pro Philetaero (n. 122.) praesidet Leontis, sed ille γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν est Περιθοίδης Oeneidis (cf. Schömann. de comitt. p. 134.). In Actis Curatorum templi Poliadis (n. 160.) Cecropidis praesidentis scriba est Marathonius Leontidis; ap. Andoc. de myst. p. 47. et in Actis Quaestorum Olymp. 92, 3. (n. 147.) Aeantidi praesidenti scriba κατὰ πρυτανείαν est Cleogenes; ille vero Cleogenes Halaeensis fuit, demusque Halae non est Aeantidis. Num. 111. Antiochidis scriba est Cettius ex Leontide. In decreto pro L. Septimio Severo Imp. (v. Class. VII.) Pandionidis scriba est Marathonius; Marathon autem non est Pandionidis. Cf. etiam n. 121. Semel reperio scribam prytaniae ex eadem ex qua prytanes tribu, in decreto Archonte Dionysio scripto (n. 124.), ubi ille est Rhamnusius et tribus praesidens Aeantis: sed eius decreti aetate Rhamnus potius in aliqua ex novis tribubus censebatur. Denique nota hos scribas omnes non viles mercenarios sed senatores fuisse: v. ad num. 116. Iam ut ex catalogis Prytanum pauca addam, apud Chandl. P. II. LV, 2. γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν Acamantidi est Phylaeus Oeneidis, γραμματεὺς τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου Azeniensis Hippothontidis: ib. LV, 1. Pandionidi γραμματεὺς βουλῆς καὶ δήμου est Λαμπτρεὺς Erechtheidis: et sic omnia in illis catalogis ad eundem modum. Quae cur ita instituta fuerint, facile intelligi potest. Sed epistates et in senatu et in comitiis ante Euclidem et post eum usque ad id tempus, quod ad num. 77. significavi, semper est epistates prytanum,

non proëdrorum non contribulium: in hac autem inscriptione praesidente Pandionide epistates est Euxitheus; Euxitheus igitur Pandionidis tribulis est: unde patet non eum ex ea esse familia, de qua Demosthenes adv. Eubulid. dixit; illi enim Halimusii fuerunt Leontidis. Quod superest, hoc decreto Senatus civem aliquem laudavit; sed nihil reliquum est praeter verbum ἐπαινέσαι.

82.

Parisiis in Museo regio, Catal. Clarac. n. 638. marmor olim Choiseulianum, Catal. Dubois. n. 213. Ex schedis Mülleri.

ΑΛ]ΑΙΛ
ΔΗΜ]ΑΡΧΩΙΧ
ΤΑ]ΜΙΑΙΝΕΣΤΑΔΙΕΤΟΣΙΕΡΑ𐅇
ΕΣ]ΤΟΗΡΑΚΛΕΙΟΝ𐅇ΧΧ
Ε]ΣΑΦΡΟΔΙΣΙΑΧΗΗ
Ε]ΣΑΝΑΚΙΑΧΗΗ
Ε]ΣΤΗΝΑΤΕΛΕΙΑΝ𐅅
Ε]ΣΑΠΟΛΛΩΝΙΑΧΗ
ΙΠΑΝΔΙΑΙΠΗ
ΜΙ]ΣΘΩΣΕΩΝΗΔΔΔΔ⊦⊦⊦⊦ΙC

ΕΔ]ΟΞΕΝΠΛΩΘΕΙΕVΣΑΡΙΣΤΟΤΙΜΟ[ΣΕ
ΙΠ]ΕΤΟΣΜΕΝΑΡΧΟΝΤΑΣΤΟΑΡΓΥΡΙΟ[ΤΟ
..ΧΡΕΩΣΚΥΑΜΕΥΕΝΟΣΟΕΚΑΣΤΗΗΑ[ΡΧ
ΗΑ]ΡΧΕΙΤΟΥΤΟΣΔΕΤΟΑΡΓΥΡΙΟΝΣΩ[ΝΠ
ΑΡ]ΕΧΕΝΠΛΩΘΕΥΣΙΠΕΡΙΜΕΝΟΤΟΕΣ[ΤΙ
Ψ]ΗΦΙΣΜΑΔΑΝΕΙΣΜΟΗΤΟΚΟΣΤΕΤΑΙ[ΜΕ
Ν]ΟΣΚΑΤΑΤΟΨΗΦΙΣΜΑΔΑΝΕΙΖΟΝΤ[ΑΣΚ
Α]ΙΕΣΠΡΑΤΤΟΝΤΑΣΟΣΟ[Ν]ΔΕΚΑΤΕΝ[ΑΝΤ
Ι]ↃΝΔΑΝΕΙΖΕΤΑΙΔΑΝΕΙΖ[ΟΝ]ΤΑΣΟ[ΠΩ
Σ]ΑΝΠΛΕΙΣΤΟΝΤΟΚΟΝΔΙΔΩΙΟΣΑ[ΝΠΕΙ
Θ]ΗΙΤΟΣΔΑΝΕΙΖΟΝΤΑΣ[Α]ΡΚΟΝΤΑ[ΠΟΤ
Ι]ΜΑΤΙΗΕΓΓΥΗΤΗΙΑΠΟΔΕΤΟΤΟΚ[ΟΚ
Α]ΙΤΩΜΜΙΣΘΩΣΕΩΝΑΝΤΙΟΤΟΑΝΤ[ΑΤΩ
Ν]ΑΛΑΙΩΝΩΝΗΜΑΤΑΗΙΜΙΣΘΩΣΙΝΟ[ΝΗΘΕ
Ν]ΤΑΘΥΕΝΤΑΙΕΡΑΤΑ[Τ]ΕΕΣΠΛΩΘΕΙ[ΣΚ
Ο]ΙΝΑΧΑΙΤΑΕΣΑΘΗΝΑΙΟΣΥΠΕΡΠΛ[ΩΘΕ
Ω]ΝΤΟΚΟΙΝΟΚΑΙΤΑΕΣΤΑΣΠΕΝΤΕΤ[ΗΡΙ
Δ]ΑΣΚΑΙΕΣΤΑΛΛΑΙΕΡΑΟΠΟΙΑΝΔ[ΕΔΕΗΙΠ
Λ]ΩΘΕΑΣΑΠΑΝΤΑΣΤΕΛΕΝΑΡΓΥΡΙ[ΟΝΕΣΤΑ
Ι]ΕΡΑΗΕΣΠΛΩΘΕΑΣΗΕΣΕΠΑΚΡΕΑ[ΣΗΕΣ
Α]ΘΗΝΑΙΟΣΕΚΤΟΚΟΙΝΟΤΟΣΑΡΧΟ[ΝΤΑΣ
Ο]ΙΑΝΑΡΧΩΣΙΤΟΑΡΓΥΡΙΟΤΟΞΣΤ[ΗΝΑΤ
ΕΛ]ΕΙΑΝΤΕΛΕΝΥΠΕΡΤΩΝΔΗΜΟΤΩΝ[ΚΑΙ
Ε]Σ¯ΑΙΕΡΑΤΑΚΟΙΝΑΕΝΟΣΟΙΣΙΝΕ[ΣΤΙ
ΩΝ]ΤΑΙΠΛΩΘΗΣΟΙΝΟΝΠΑΡΕΧΕΝΗΔ[ΥΝΕ
ΚΤΟΚ]ΑΙΝΟΕΣΜΕΝΤΑΛΛΑΑ[Ι]ΕΡΑΜΕΧ[ΡΙ
ↃΙΤΟΙΣΠΑΡΟΣΙΠΛΙΟ
ΑΙΔΑΣΚΑΛΩΙΚ˙Α[Ι
ΠΟΚΑΙΟΝΤΙΚ
ΛΗΜ.ΟΡΙ

Lapis quum in murum Musei insereretur, in marginibus damnum fecit, ut plures Choiseulianorum: igitur Köhlerus Petropolitanus, qui de eo pro sua humanitate ad me litteras dedit, antequam in Museum delatum marmor esset aliquot litteras invenit, quae nunc desunt. Nam vs. 1. legit ΑΛΑΙΑ, vs. 2. ΜΑΡΧΩΙΧ, vs. 3. ΑΜΙΑΙΝ, vs. 4. ΣΤΟ; vs. 35. initio ΤΑΥ pro ΤΑΙ habet, et in fine plenius ΗΔΥ. Ceterorum versuum varietates nullas mecum communicavit. Decem priores versus maioribus litteris scripti sunt. Decretum hoc paulo post Euclidem scriptum esse scripturae ratio probabile reddit: pro Ξ vide ne in marmore Ξ sit. Litterae sunt στοιχηδὸν scriptae: non tamen par in omnibus versibus numerus, nisi initio, ubi quod vs. 1. una in fine littera desideratur, hoc inde factum, quod in medio versu post ΠΛΩΘΕΙΕΥΣ deficit Ι.

Πλωθειὰ demus est Aegeidis; δημότης dicitur Πλωθεὺς et Πλωθειεύς (cf. Cors. F. A. T. I. p. 242.): utraque forma in hoc lapide habetur. Qui demus quas impensas in sacra erogaverit, priore parte contineri videtur; altera pars decretum sistit de re-

dituum administratione et usu. Quae intelligere mihi videor, haec sunt:

... αλαια ...
δημ]άρχῳ Χ
τα]μίαιν ἐς τὰ δι᾽ ἔτος ἱερὰ 𐅆
ἐς]τὸ Ἡρακλεῖον 𐅆ΧΧ
ἔ]ς Ἀφροδίσια ΧΗΗ
ἔ]ς Ἀνάκια ΧΗΗ
ἔ]ς τὴν ἀτέλειαν 𐅅
ἔ]ς Ἀπολλώνια ΧΗ
..Πάνδια [Τ𐅅]Η
Μι]σθώσεων ΗΔΔΔΔ⊢⊢⊢IIC

Initio praecessisse videtur summa pecuniae, fortasse usurae capitum mutuo datorum (v. decretum); ex qua pecunia in certos usus ea data sint, quae enumerantur: deinde vs. 10. alia summa comparet, ex *locatis*, quae est 144 dr. 2½ obol. Ex priore summa aliquid *demarcho* (1000 dr.), reliqua *binis quaestoribus* numerata sunt. Vs. 1. quid fuerit nescio: neque illud αλαια ex vs. 24. interpreter. Vs. 2. exspectabas τῷ δημ. et vs. 3. τοῖν ταμίαιν. Quae sequuntur omnia videntur Quaestoribus data. Vs. 4. memorabilis est numerus 𐅆ΧΧ (7000 dr.), pro quo usitatius ΤΧ. Vs. 6. Ἀνάκια sunt, quae vulgo Ἀνάκεια, in Dioscurorum honorem. Vs. 7. ἀτέλειαν ἱερῶν intellige, de quo v. decretum. Vs. 9. conieceris ἐπ]ὶ Πάνδια: sed miror, cur non ἐς Πάνδια dictum sit. Ibidem numerus necessario corruptus est; quod reposui (1 tal. 600 dr.), incertum est, sed probabile, licet vs. 4. alia numeri exprimendi ratio cernatur. Sequitur decretum:

Ἔδ]οξεν Πλωθειεῦσ[ι], Ἀριστότιμο[ς εἶπ]ε. Τοὺς μὲν ἄρχοντας τοῦ ἀργυρίου [τοῦ]. .χρεως κυαμεύειν, ὅσου ἑκάστη ἡ ἀ[ρχὴ ἄ]ρχει· τούτους δὲ τὸ ἀργύριον σῶ[ν παρ]έχειν Πλωθεῦσι· περὶ μὲν ὅτου ἔσ[τι ψ]ήφισμα δανεισμοῦ ἢ τόκος τεταγ[μέν]ος, κατὰ τὸ ψήφισμα δανείζοντ[ας κα]ὶ ἐσπράττοντας· ὅσο[ν] δὲ κατεν[αντί]ον δανείζεται, δανείζ[οντ]ας ὅ[πως] ἂν πλεῖστον τόκον διδῷ ὃς ἂ[ν πείθ]ῃ τοὺς δανείζοντας [ἀ]ρκοῦντ[ι] ἀ[ποτι]μήματι ἢ ἐγγυητῇ. ἀπὸ δὲ τοῦ τόκ[ου κα]ὶ τῶμ μισθώσεων, ἀντὶ ὅτου ἂν τ[ὰ τῶν] Ἁλαιῶν ὠνήματα ἢ μίσθωσιν [ὠνηθέν]τα, θύειν τὰ ἱερά, τά [τ]ε ἐς Πλωθέ[ας κο]ινὰ καὶ τὰ ἐς Ἀθηναίους ὑπὲρ Πλ[ωθέω]ν τοῦ κοινοῦ, καὶ τὰ ἐς τὰς πεντετ[ηρίδ]ας καὶ ἐς τἄλλα ἱερά. ὅποι ἂν δ[ὲ δέῃ Πλ]ωθέας ἅπαντας τελεῖν ἀργύρι[ον ἐς τὰ ἱ]ερά, ἢ ἐς Πλωθέας ἢ ἐς Ἐπακρέα[ς ἢ ἐς Ἀ]θηναίους, ἐκ τοῦ κοινοῦ τοὺς ἄρχο[ντας, ο]ἳ ἂν ἄρχωσι τοῦ ἀργυρίου, ἐς τ[ὴν ἀτέλ]ειαν τελεῖν ὑπὲρ τῶν δημοτῶν· [καὶ ἐ]ς τὰ ἱερὰ τὰ κοινά, ἐν ὅσοισιν ἑ[στιῶν]ται Πλωθῆς, οἶνον παρέχειν ἡδ[ὺν ἐκ τοῦ κ]αινοῦ, ἐς μὲν τὰ ἄλλα ἱερὰ μέχ[ρι .... τοῖς παροῦσι, πλ[έ]ο[ν δὲ μή]. Vs. 38. videtur διδασκάλῳ latere, et vs. 40. δημιουργοί, vel inde derivatum. Pro ἐς omnibus locis potest εἰς substitui.

Interpretationi pauca sufficient. Initio dicitur τοὺς μὲν ἄρχοντας, quod certi et noti sunt magistratus praefecti singulis pecuniae partibus (ὅσου ἑκάστη ἡ ἀρχὴ ἄρχει). Vox ..χρεως suppleri non potest; an legendum ἐπὶ χρέως? Κυαμεύειν est *sortitione creare*, ἀποκυαμεύειν num. 76. Σῶν παρέχειν, *tutum praestare*. Mox κατεναντίον, *alio modo atque ante dictum est*, hoc est μὴ κατὰ ψήφισμα etc. Πείθῃ incertum videri potest, sed convenit sententiae. Ἀποτίμημα est *pignus*: v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 158. cf. locationem Piraeensium (n. 103.): τοὺς μισθωσαμένους ὑπὲρ Δ δραχμῶν καθιστάναι ἀποτίμημα τῆς μισθώσεως ἀξιόχρεων, τοὺς δὲ ἐντὸς Δ δραχμῶν ἐγγυητὴν ἀποδιδόμενον τὰ ἑαυτοῦ τῆς μισθώσεως. Paulo post impeditus est locus: τῶμ μισθώσεων, ἀντὶ ὅτου ἂν τ[ὰ τῶν] Ἁλαιῶν ὠνήματα ἢ μίσθωσιν [ὠνηθέν]τα. Dicitur de *locatis*; sententia igitur haec videtur: *Ex mercedibus, pro quacunque pecunia redempta fuerint, quae redemerint Halaeenses.* Nam Ἁλαιῶν videtur ab Ἁλαιεῖς esse: intellige *Halas Araphenides*, quas in Plotheae vicinia fuisse colligo: nam Halae illae haud procul ab Epacria absunt, ubi Plothea fuisse videtur. Μίσθωσιν est accusativus ab ὠνηθέντα pendens, ὠνεῖσθαι μίσθωσιν: additum est μίσθωσιν, ut de *conductione empta* dici intelligeretur, non de *ipso fundo empto*. Certe Ο...ΤΑ vix potest aliter restitui quam isto ὠνηθέντα: ego certe aliud non reperio. Pecunia vero ex usuris et locationibus suppetens in sacra facienda expenditor: ea sacra aut ad solos Plothenses pertinent (ἐς Πλωθέας), aut ad Athenienses etc. Πεντετηρίδας intellige Panathenaea maiora et alia eius generis sollemnia Attica. Mox vectigalia sacris faciundis a Plothensibus pendenda memorantur: a quibus ut *immunitatem* habeant, ex publico solvuntor ea vectigalia. Hinc vides, quae sit ἀτέλεια ἱερῶν, quam memorat Demosth. adv. Lept. §. 105. ed. F. A. Wolfii, in qua iure haesit editor Prolegg. p. LXXI. non tamen a vero plane aberrans. Neque vero, si singuli ei vectigali obnoxii sint, ex publico solvitur, sed si *omnes*. Ceterum ea vectigalia aut ad Plothensium, aut ad Ἐπακρέων, aut ad omnium Atheniensium sacra pertinent. Ἐπακρεῖς non possunt alii esse nisi *incolae Epacriae*. Atticae regio orientalis a Parnethe Brauronem usque Διακρία vocata est (v. Schömann. de comitt. Ath. p. 343.); cuius incolae sunt οἱ Διακρεῖς s. Διάκριοι: altera forma notior, de priore v. Hesych. v. et intpp. Ὑπερακρίους vocat Herodotus (I, 59.). Ibi fuit Ἐπακρία s. Ἐπακρίς, ut etiam Διακρία est Διακρὶς vocata (v. intpp. Hesych. l. c.): eam Ἐπακρίαν Strabo lib. IX. unam perhibet ex priscis Atticae duodecim urbibus fuisse. Adde Steph. Byz. v. Ἐπακρία, Lex. Seg. p. 253. Ἐπακρία γῆ, ἡ πρὸς τοῖς ἄκροις τῶν ὀρέων, ἀφ᾽ οὗ καὶ Ὑπεράκριοί τινες ἦσαν Ἀθηναῖοι, et p. 259. Ἐπακρία, ὄνομα χώρας πλησίον τετραπόλεως κειμένης, hoc est prope Oenoen, Tricorythum, Probalinthum, Marathonem, a quibus demis prope absunt Halae Araphenides. Duodecim autem illae urbes quum fuerint Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephisia, Phalerus, accurate referente Strabone ex auctore certissimo Philochoro; patet turbare Etymologum has res, qui praeter Cecropiam duas Tetrapoles et tres Epacridas illum duodecim urbium numerum explevisse ex Lexico rhetorico scribit: Ἐπακρία χώρα] Ἀθηναίους πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν κατῴκισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα· καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἐπωνυμίαν ἀφ᾽

ἑαυτοῦ Κεκροπίαν προσηγόρευσε· δύο δὲ τετραπόλεις ἐκάλεσεν, ἐκ τεσσάρων πόλεων ἑκατέραν μοῖραν καταστήσας· τρεῖς δὲ τὰς λοιπὰς ἐπακρίδας ὠνόμασε, καὶ ἡ προσεχὴς χώρα ταύταις ταῖς τρισὶν ὁμωνύμως αὐταῖς ἐπακρία ἐκαλεῖτο: quae non recte tuetur interpres Philochori p. 17. Attamen ex hoc quoque loco aliquid lucramur. Etenim duas tetrapoles fuisse non dubito: altera fuit ea, quae vulgo hoc nomine vocatur, altera alio nomine in duodecim illis urbibus latet. Ni fallor Phaleri nomine altera illa tetrapolis comprehenditur: certe Phalerenses cum Piraeensibus, Xypeteonibus, Thymaetadis τετράκωμοι dicti sunt (Poll. IV, 105.): ad quos pertinet commune templum τετράκωμον Ἡρακλεῖον (Steph. Byz. v. Ἐχελίδαι). Similiter vero Epacria ex pluribus conflata vicis erat, si Etymologo fides, ex tribus; atque in his fuit Semachidarum demus. Steph. v. Σημαχίδαι: Φιλόχορος δὲ τῆς Ἐπακρίας φησὶ τὸν δῆμον. Nec dubium, inter eosdem fuisse Plotheam. Iam vero dissoluta posthac duodecim urbium ratione populoque Attico in pagos s. demos diviso antiqua societas et communio in sacris, quae fere aeterna fuerunt, retenta est; atque inde etiam huius inscriptionis aetate communia supersunt Ἐπακρέων sacra, Semachidarum, Plotheae, et unius praeterea vel plurium pagorum. Unde simul Plotheae pagi locus prope Semachidas in Epacria definitur. Paulo post pro ὅσοισιν malim ὅσοις ἄν. Reliqua, quantum supersunt, satis aperta peritis iudico.

83.

Ed. Pocock. Inscr. P. I. c. 5. s. 4. n. 48. p. 53.

ΣΑΕΠΙΝΑΥΣΝΗΚΟΙ
ΡΑΜ ΒΟΥΛ

ΝΗ muta in ΙΝΙ: est ἐπὶ Ναυσινίκου ἄρχοντος Olymp. 100, 3. Vs. 2. est γραμματεὺς vel ἐγραμμάτευε, et aliquid de βουλῇ; potest scribi γραμματεὺς τῆς βουλῆς: sed nihil inde lucreris.

84.

Marm. Choiseul. n. 185. Catal. Mus. Par. (ed. Clarac.) n. 576. Athenis misit Fauvel. Transcripsit Müllerus.

. . . . ΕΝΕΣΙ . . . . Ν . . ΕΝ . . ΚΑ
. . ΤΟ]ΔΗΜ[ΟΦΑΝ]ΟΚ[ΡΙΤΟ]ΤΗΝΕΥΕΡΓΕΣ[ΙΑΝ
ΑΝ]ΑΓΡ[ΑΨΑΙΕΝΣΤΗΛΕΙ]ΑΙΟΣΝΕΝΕΙΣ[ΑΚ
Ρ]ΟΠΟ\[ΙΝ]Κ[ΑΛΕΣΑΙ]ΔΕΑΥΤΟΝΕΠΙΞΕΝ[Ι
Α]ΕΙΣΤΟΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝΕΙΣΑΥΡΙΟΝ
ΝΕΦΑΛΟΣΕΙ:ΠΕΤΑΜΕΝΑΛΛΑΚΑΘΑΠΕΡ[Τ
ΗΙΒΟΛΕΙΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΦΑΝΟΚΡΙΤΟΝ
ΤΟΝΠΑΡΙΑΝΟΝΠΡΟΞΕΝΟΝΚΑΙΕΥΕΡ[ΓΕ
ΤΗΝΑΥΤΟΝΚΑΙΤΟΣΕΚΓΟΝΟΣΕΝΣΤΗ[ΛΕ
Ι]ΛΙΘΙΝΕΙΚΑΙΣΤΗΣΑΙΕΝΑΚΡΟΠΟΛ[ΕΙ
Τ]ΟΓΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΗΣΒΟΛΗΣΕΠΙΜΕΙ[ΜΗΑ
Π]ΗΙΓΕΛΕΤΟΙΣΣΤΡΑΤΗΓΟΙΣΠΕΡ[ΙΤΩΝ
Ν]ΕΩΝΤΟΠΑΡΑΠΛΟΚΑΙΕΙΟΙΣΤΡ[ΑΤΗΓΟΙΜ
Η]ΕΠΙΘΟΝΤΟΕΑΛΩ[Σ]ΑΝΑΝΑ[Ι]ΣΙ[ΤΗΓΟΙΩΣΕΝ
ΑΙΠΟΛΕΜΙΟΙΑΝΤΙΤΟΥΤΩΝΕΝΑΙ[ΑΥΤΩΙΤ
ΗΝΠΡΟΞΕΝΙΑΝΚΑΙΤΗΝΕΥΕΡΓΕΣΙ[ΑΝ
Κ]ΑΙΚΑΛΕΣΑΙΑΥΤΟΝΕΠΙΞΕΝΙΑΕΙ[ΣΤΟΠ
ΡΥΤΑΝΕΙΟΝΕΙΣΑΥΡΙΟΝΜΕΙΙΣΑ[ΙΔΕΤ
ΟΑΡΓΥΡΙΟΝΤΟΕΙΡΗΜΕΝΟΝΤΟΣΑΠΟΔΕ
ΚΤΑΣΕΚΤΩΝΚΑΤΑΒΑΛΛΟΜΕΝΩΝΧΡΗΜΑ
ΤΩΝΕΠΕΙΔΑΝΤΑΕΚΤΩΝΝΟΜΩΝΜΕΡ[ΙΣΩΣΙ

. . . . . τοῦ]δήμ[ου, Φαν]οκ[ρίτου]τὴν εὐεργεσ[ίαν ἀν]αγρ[άψαι ἐν στήλῃ] λιθίνῃ εἰς [ἀκρ]όπολ[ιν,] κ[αλέσαι] δὲ αὐτὸν ἐπὶ ξέν[ια] εἰς τὸ πρυτανεῖον εἰς αὔριον.

Κ]έφαλος εἶπε, τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ [τ]ῇ βουλῇ, ἀναγράψαι δὲ Φανόκριτον τὸν Παριανὸν πρόξενον καὶ εὐερ[γέ]την αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκγόνους ἐν στή[λῃ] λιθίνῃ, καὶ στῆσαι ἐν ἀκροπόλ[ει τ]ὸγ γραμματέα τῆς βουλῆς· ἐπ[εὶ] εἰ [μὴ ἀπ]ήγγειλε τοῖς στρατηγοῖς περ[ὶ τῶν ν]εῶν τοῦ παράπλου, καὶ εἰ οἱ στρ[ατηγοὶ μὴ] ἐπ[ύ]θοντο, ἑάλω[σ]αν ἂν α[ἱ] σι[τηγοὶ, ὡς εἶν]αι πολεμί[ων]· ἀντὶ τούτων εἶναι [αὐτῷ τ]ὴν προξενίαν καὶ τὴν εὐεργεσί[αν, κ]αὶ καλέσαι αὐτὸν ἐπὶ ξένια εἰ[ς τὸ π]ρυτανεῖον εἰς αὔριον. μερίσα[ι δὲ τ]ὸ ἀργύριον τὸ εἰρημένον τοὺς ἀποδέκτας ἐκ τῶν καταβαλλομένων χρημάτων, ἐπειδὰν τὰ ἐκ τῶν νόμων μερ[ίσωσιν.

Haec quoque inscriptio haud multo post Euclidem tempore scripta est, quod et scriptura docet et Cephali atque Apodectarum mentio: immo eam ad Olymp. 100, 4. pertinere mox patebit. Pro Ξ haud dubie Ξ est. Prior pars mutilata Senatus προβούλευμα continet, pro Phanocrito Pariano, ex urbe *Pario*, non Paro insula: qui quidem qua re de Atheniensibus bene meruerit, Cephali sententia docet, altera inscriptionis parte comprehensa, quae in plurimis cum Senatus auctoritate consentit, sed

in ea re videtur ab illa discedere, quod etiam *posteris* Phanocriti voluit προξενίαν et εὐεργεσίαν decerni, quodque causam huius beneficii diserte exponi iubet. Vs. 3. ΑΙΟΣΝΕΝ mutandum in ΛΙΘΙΝΕΙ. Εἰς ἀκρόπολιν brevius dictum pro formula prolixiore: καὶ στῆσαι ἐν ἀκροπόλει, ut alias dicitur. Iam additur Cephali sententia in concione proposita. De Cephalo, oratore clarissimo et iustissimo, v. Ruhnken. Hist. crit. orat. p. 126. ed. Reisk. Is Suida auctore γέγονεν ἐπὶ τῆς ἀναρχίας; igitur Aeschini c. Ctesiph. p. 583. dicitur ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος: vitam tamen longius produxit; Demosthenes eum Callistrato, Aristophonti, Thrasybulo componit (de cor. p. 301. 19.), qui omnes etiam post Anarchiam adhuc florebant, et Callistratus quidem Callicratis f. maxime circa Olymp. 100–104. (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 246.). Formula, τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ τῇ βουλῇ (δοκεῖ), usitata. Decretum pro Stratone rege Sidoniorum (n. 87.): Μενέξενος εἶπεν· τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ Κηφισόδοτος. Decretum pro Zenodoto a Troezeniis commendato (n. 106.): Ἔδοξε τῷ δήμῳ, Ἰατροκλῆς Πυθίωνος εἶπε· τὰ μὲν ἄλλα καθότι ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο. Hinc explicandus Plato Gorg. p. 451. 15. καὶ εἰ ἐπανέροιτο, ἡ περὶ τί, εἴποιμ᾽ ἂν ὥσπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγραφόμενοι, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἡ ἀριθμητική, ἡ λογιστικὴ ἔχει, quae nec Schol. satis accurate explicuit neque intellexerunt interpretes. De γραμματεῖ τῆς βουλῆς dixi Oec. civ. Ath. T. I. p. 200 seq. sed cf. ad num. 107. Mox scripsi ἀπήγγειλε, non ἀπήγγελε, quae forma apud Atticos suspecta: Ε pro ει habes paulo post in ΕΝΑΙ. Designatur autem, Phanocritum nunciasse hostilis classis adventum: qui si non nunciasset, captae essent αἱ σι .... haud dubie σιτηγοί, sc. νῆες. Ne multa, Phanocritus Parianus Olymp. 100, 4. classis Lacedaemoniae adventum, Pollide praefecto, nunciavit, atque ita effecit, ut Praetores Athenienses classe instructa commeatum servarent, cui Pollis insidiabatur. Diodor. XV, 34. τῶν δὲ ναυτικῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἐγένετο μεγάλη ναυμαχία, μεταξὺ Νάξου καὶ Πάρου, διὰ τοιαύτας αἰτίας. Πόλλις ὁ τῶν Λακεδαιμονίων ναύαρχος, πυθόμενος σίτου πλῆθος ἐν ὁλκάσι παρακομίζεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, ἐφήδρευε καὶ παρετήρει τὸν κατάπλουν τῆς κομιζομένης ἀγορᾶς, διανοούμενος ἐπιθέσθαι ταῖς ὁλκάσιν. ἃ δὴ πυθόμενος ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων ἐξέπεμψε στόλον παραφυλάξοντα τὴν σιτοπομπίαν, καὶ διέπεμψεν εἰς τὸν Πειραιέα τὴν κομιζομένην ἀγοράν. Insecuta est pugna Naxia, medio Boedromione (Plutarch. Camill. 19. de glor. Ath. 7.). Postremo pecuniam in Senatus sententia dictam (τὸ ἀργύριον τὸ εἰρημένον) debent μερίσαι οἱ ἀποδέκται ἐκ τῶν καταβαλλομένων χρημάτων, ἐπειδὰν τὰ ἐκ τῶν νόμων μερίσωσιν. De *Apodectis* dixi Oec. civ. Ath. T. I. p. 171 sq. ubi notavi illos pecuniam receptam distribuisse variis Quaestoribus, qui eam expenderent: sed eorum loco mox *Theorici praefecti* hoc negotium administrarunt, ex quo Eubulus (circa Olymp. 104.) Theorico praepositus erat (v. ibid. p. 197.): atque inde quoque vides ante id tempus hoc decretum factum esse. Quid esset μερίσαι, ibidem docui (p. 186 sq.): intellige distributionem argenti ad certos usus. Igitur hanc illi pecuniam distribuunto ad usum hoc decreto imperatum tum, quum ea distribuant, *quae ex legibus in consuetam reipublicae administrationem distribuenda sint.* Τὰ καταβαλλόμενα χρήματα sunt *reditus publico soluti*, καταβολαί. Cf. ibid. p. 362.

85.

Athenis, ,,in basilica S. Nicolai Borealis," ex schedis Fourmonti.

ΕΞΟΥΚΕΚΡΟΠΑΛΑΟΣΑΘΗΝΑΙΩΝΟΝΟΜΑΙ
ΚΑΙΧΩΡΑΝΠΑΛΛΑΣΤΗΝΔΕΚΤΙΣΕΔΗΜΩΙΑ
ΟΥΔΕΣΣΩΣΙΒΙΟΚΑΙΙΥΡΦΑΜΕΙΠΙΟΝΑΘΙ.ΗΤ
ΦΥΛΗΝΚΕΚΡΟΠΙΔΟΝΕΡΓΩΙΕΔΡΑΣΕΑΓΑΘΑ

ΕΔΟΞΕΝΤΗΙΚΕΚΡΟΠΙΔΙΦΥΛΗΙΕΠΙΚΑΡΙΣΑΝΔ
ΤΗΙΚΥΡΙΑΙΑΓΛΡΑΙΚΡΥΒΔ.ΝΨΗΦΙΣΑΜΕΝΩΝΤΩ
ΕΝΑΚΡΟΠΟΛΕΙ

ΟΝΗΤΩΡΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΜΕΛΙΤΟΥΣΕΙΠ...ΙΙΠΥΡΡ
ΓΕΓΕΝΗΤΑΤΕΡΙΤΗΜΦΥΛΙΝΚΑΙΤΑΚΟΙΝ...ΙΑΥΤΟ
ΧΡΥΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΑΠΟΠΕ.ΤΑΚΟΣΙΩΝ..ΞΦΑΝΩΣΑ

Ἐξ οὗ Κέκροπα λαὸς Ἀθηναίων ὀνομάζ[ει,
καὶ χώραν Παλλὰς τήνδ᾽ ἔκτισε δήμῳ Ἀ[θηνῶν,
οὐδεὶς Σωσιβίου καὶ [Π]ύῤ[ῥ]α μεί[ζ]ονα θ[εί]η[ν
φυλὴν Κεκροπιδῶν ἔρ[γ]ῳ ἔδρασε ἀγαθά.
Ἔδοξεν τῇ Κεκροπίδι φυλῇ ἐπὶ Χαρισάνδ[ρου ἄρχοντος,
τῇ κυρίᾳ ἀγ[ο]ρᾷ, κρύβδ[η]ν ψηφισαμένων τῶ[ν φυλετῶν
ἐν ἀκροπόλει·
Ὀνήτωρ Κηφισοδώρου Μελιτ[ε]ὺς εἶπ[εν· Ἐπειδ]ὴ Πύῤ-
ῥ[ης ..... ἀνὴρ ἀγαθὸς]
γεγένητα[ι π]ερὶ τὴμ φυλ[ὴ]ν καὶ τὰ κοιν[ά, ἐπαινέ-
σα]ι αὐτὸ[ν ἀρετῆς ἕνεκεν, καὶ]
χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ πε[ν]τακοσίων [στ]εφανῶσα[ι
....

Pertinet ad Olymp. 101, 1. Charisandro archonte. Decretum est tribus Cecropidis pro Sosibio et Pyrrhe, ob merita de tribu. In versibus hoc memorabile, quod ternis heroicis unus additus est elegiacus: qui mos vulgo recentiorum aetatum fuisse putatur. Vs. 3. Pyrrhae nomen latet in vitiosa lectione ΙΥΡΦΑ: verum docet finis vs. 8. Cetera haud dubia sunt, ne θείην quidem, etsi θείαν exspectaveris: vs. 4. ΕΔΡΑΣΕ ultimam vocalem abiicit; sed moris fuit etiam ea scribere, quae in recitatione premebantur. Vs. 5. sequuntur sollemnia decretorum praescripta, in quibus inscriptio paulo latior fuit quam in versibus; sed etiam latior est

in ipsius decreti verbis. Τῇ *κυρίᾳ ἀγορᾷ, in concione ordinaria,* quae opponitur συγκλήτῳ. Ἀγορὰ dicebatur concio tribus, non ἐκκλησία. Aeschin. c. Ctesiph. p. 57. Reisk. ἐπὶ γὰρ Χαιρώνδου ἄρχοντος Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντος, ἐκκλησίας οὔσης, ἔγραψε ψήφισμα Δημοσθένης, ἀγορὰν ποιῆσαι τῶν φυλῶν etc. Κρύβδην ἐψηφίσαντο etiam tribules utpote *in privilegio,* quemadmodum fit in populi comitiis; in arce vero concio habetur, quia Cecropia arx Athenarum est et tribus Cecropis: hinc etiam vs. 1. Cecropis mentionem poeta iniecit. Vs. 8. 9. lacunae maiores sunt quam Fourmontus designavit: supplementa enim, quae ibi posui, prorsus necessaria sunt; et vs. 8. ex voce ἐπειδὴ superest II. Etiam quae in fine utriusque versus addidi, maxime probabilia sunt, et utriusque versus supplementa spatiis congruis composita vides: illud mirum, verbum στεφανῶσαι non ante χρυσῷ στεφάνῳ positum esse, quod longe usitatissimum est: frustra tamen aliud tentaveris. Ceterum ea tantum decreti pars ad nos pervenit, quae de Pyrrhe est; sequebantur Sosibii laudes, quem poeta versus causa primo loco nominaverat. Sententiam dixit *Onetor Cephisodori Melitensis.* Novimus ex Demosthene Onetorem, cuius sororem Aphobus in matrimonium duxit; sed illa Philonidis Melitensis filia est; igitur ille Onetor Philonidis est filius, non Cephisodori (v. Demosth. in Aphob. I, p. 831. 8. in Aphob. ψευδομ. p. 858. 26. coll. p. 853. 1.) Attamen hi duo cognati et aequales sunt, credo patrueles. Qui dixit, necessario Cecropidarum tribulis fuit: igitur Melite huius quoque marmoris auctoritate Cecropidis est, quod et aliae inscriptiones et Harpocration ac Suidas affirmant, quum eam Steph. Byz. Oeneidi tribuat. V. Cors. F. A. T. I. p. 238. Ἀπὸ πεντακοσίων, sc. δραχμῶν ἀργυρίου, ellipsi usitata.

86.

In ecclesia monasterii S. Ioannis Baptistae in Hymetto monte. Ex schedis Fourmonti.

ΕΔΟ]ΞΕΝΤΗΙ[ΒΟΛΗΙΚ]ΑΙΙΩΙΔ[ΗΜ
ΩΙ]ΑΚΑΝ[Α]ΝΤ[ΙΣΕ]ΠΡΥΤΑΝΕΥ[Ε . .
. . . Ι]ΠΠΟΣΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥ[Ε . . .
. . . ΔΗΣΕ[Π]ΕΣΤΑ[ΤΕ]ΚΛΕ . . . . . Ι .
. ΤΟΙ]Σ[Φ]ΑΣΗΛΙΤΑΙΣΤΟΨ[ΗΦΙΣΜΑ
. . . . ΛΠ . . . ΛΙΟΤΙΛΜΜΕ . . . . Ο
. . . . . . ΔΙΚ]ΑΙΟΝΓΕΝΗ[ΤΑΙ]. Ι
. ΦΑΣ]ΙΛΙΤ[Ω]ΝΤ[Ω]ΝΛΑΘΗ . . Η . .
. . . ΙΛ . ΓΙΓΝΕΣΟΛΙΠ
. ΤΩΙΔΗ]ΜΑΡΧΩΙΚΑΘΑΠΕΙ
. . . . . ΛΛΛΟΟΙΜΗΔΕΑΜΣΤΩ
. . . . . . ΙΑΠΟΞΥΜΒΟ[ΛΩ]Ν[ΚΑΤ[Α
. . . . ΞΥΜΒΟΛΑΣΓΙΟΣΦΛ[ΣΗ
ΛΙΤΑΣΤΑΣΔΕ]ΛΙΚΑΣΕΠΙΙΤΑΣ
ΛΨΕΛΕΝ . . . ΛΕ . Τ .
ΠΔ . . . . ΑΙΔ
ΙΛΗΛ . ΚΑΤΑΔΙΚΑΣ
ΟΣΕΣΤΩΕ
ΝΙΤΑΕΨΗ
ΦΙΣΜΕΝΑ] . . . . Α . . . . Υ
Τ]ΗΙΑΘΝΑΙΑΙΤ[ΗΙ
. . . . ΜΛΙΟΝ
ΟΤΗΣΒΟΥΛΗΣ
ΙΚΛΙΚΛ . . Ο
ΕΛΕΣΙΤΟΥΣΩ

Decretum nimis lacerum, in quo symbolorum inter Athenienses et Phaselitas pactorum et causarum ἀπὸ ξυμβόλων iudicandarum mentio fit. Est id bonae aetatis, haud multum post Euclidem, quod vel decreti forma declarat; pro Π repone Γ. Litterae videntur στοιχηδὸν exaratae fuisse, etsi apographum nostrum eum ordinem non ubivis ostendit: ceterum hoc summa cum fide expressi, nisi quod vs. 5. omisi unam lineam verticalem ibi positam, ubi in nostro supplemento est Μ, et vs. 7. obliquam lineolam, pro qua Κ supplevi, cuius dexterum crus ea lineola constituebat: denique Fourm. supra vs. 1. eo loco, ubi ΒΟΛΗΙ supplevi, adscriptum praebet ipsum hoc ΒΟΛΗΙ, vel ex coniectura vel quod iterum inspecto lapide post ΤΗΙ sibi has litteras agnoscere videbatur. Quae intelligi probabiliter queunt, sunt paucissima: ex quibus quae ex coniectura dederim, unci docent.

ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ,
Ἀκαμαντὶς ἐπρυτάνευε,
. . . . . ιππος ἐγραμμάτευε,
. . . . . . δης ἐπεστάτει, Κλε . . . . εἶπε·
. τοῖς Φασηλίταις τὸ ψήφισμα
. . . . . . διότι . . . .
. . . . . . δίκαιον γένηται
. Φασηλιτῶν, τῶν δ' Ἀθηναίων (vel *Ἀθήνησι*)

...... γίγνεσθαι
. τῷ δημάρχῳ, καθάπερ
.... ἄλλοθι μηδαμοῦ τῶ ...
.... ἀπὸ ξυμβόλων κατα ..
.... ξυμβολὰς πρὸς Φασηλίτας, τὰς δὲ δίκας ....
. . . .
. . . .
. . . . καταδίκας . .
. . . .
. . . . τὰ ἐψηφισμένα . . . .
. . . . τῇ Ἀθηναίᾳ τῇ
. . . .
. . . . τῆς βουλῆς

Vs. 5. supple ἀποδοῦναι; vs. 11. notabile est ΜΗΔΕΑΜΟ pro μηδαμοῦ, item vs. 21. Ἀθηναίᾳ pro Ἀθηνᾷ, ut in actis publicis ante Euclidem. Suspicor de decreto dici in arce prope statuam Minervae ponendo, fortasse προμάχου, sub dio: simile quiddam est ap. Thuc. V, 23. Vs. 24. vide ne γραμματεὺς τῆς βουλῆς fuerit; cf. ad num. 107. De Phaselitarum frequentibus apud Athenienses commerciis et litibus cf. Demosth. adv. Lacrit. παραγρ. p. 924.

87.

Lapis Dawkinsianus, Oxonii, olim Athenis pone Parthenonem. Edidit Chandlerus Marm. Oxon. II, 24. et aeri incisum titulum dedit.

Ι] Α Θ Ι Ι Ν Α Ι Ι Ι[Β Ο] Λ Η Ε Π Ε Μ Ε / [Η Θ Η] Ο Π Ω Σ Ω Σ
Κ] Α Λ Λ Ι Σ Τ Α Π Ο Ρ Ε Υ Θ Η Σ Ο Ν Τ Α Ι Ο Ι Π Ρ Ε Σ
Β Ε Ι Σ Ω Σ Β Α Σ Ι Λ Ε Α Ο Υ Σ Ο Δ Η Μ Ο Σ Ε Π Ε Μ Ψ
Ε Ν Κ Α Ι Α Π Ο Κ Ρ Ι Ν Α Σ Θ Α Ι Τ Ω Ι Η Κ Ο Ν Τ Ι Π
Α Ρ Α Τ Ο Σ Ι Δ Ω Ν Ι Ω Ν Β Α Σ Ι Λ Ε Ω Σ Ο Τ Ι Κ Α Ι
Ε Σ Τ Ο Ν Λ Ο Ι Π Ο Ν Χ Ρ Ο Ν Ο Ν Ω Ν Α Ν Η Ρ Α Γ Α Θ
Ο Σ Π Ε Ρ Ι Τ Ο Ν Δ Η Μ Ο Ν Τ Ο Ν Α Θ Η Ν Α Ι Ω Ν Ο Υ
Κ Ε Σ Τ Ι Ο Τ Ι Α Τ Υ Χ Η Σ Ε Ι Π Α Ρ Α Α Θ Η Ν Α Ι Ω
Ν Ω Ν Α Ν Δ Ε Η Τ Α Ι Ε Ι Ν Α Ι Δ Ε Κ Α Ι Π Ρ Ο Ξ Ε Ν
Ο Ν Τ Ο Υ Δ Η Μ Ο Υ Τ Ο Υ Α Θ Η Ν Α Ι Ω Ν Σ Τ Ρ Α Τ Ω
Ν Α Τ Ο Ν Σ Ι Δ Ω Ν Ο Σ Β Α Σ Ι Λ Ε Α Κ Α Ι Α Υ Τ Ο Ν
Κ Α Ι Ε Κ Γ Ο Ν Ο Σ Τ Ο Δ Ε Ψ Η Φ Ι Σ Μ Α Τ Ο Δ Ε Α Ν
Α Γ Ρ Α Ψ Α Τ Ω Ο Γ Ρ Α Μ Μ Α Τ Ε Υ Σ Τ Η Σ Β Ο Λ Η Σ
Ε Σ Τ Η Λ Η Ι Λ Ι Θ Ι Ν Η Ι Δ Ε Κ Α Η Μ Ε Ρ Ω Ν Κ Α Ι
Κ Α Τ Α Θ Ε Τ Ω Ε Ν Α Κ Ρ Ο Π Ο Λ Ε Ι Ε Σ Δ Ε Τ Η Ν Α
Ν Α Γ Ρ Α Φ Η Ν Τ Η Σ Σ Τ Η Λ Η Σ Δ Ο Υ Ν Α Ι Τ Ο Υ Σ
Τ Α Μ Ι Α Σ Τ Ω Ι Γ Ρ Α Μ Μ Α Τ Ε Ι Τ Η Σ Β Ο Λ Η Σ Δ
Δ Δ Ρ Α Χ Μ Α Σ Ε Κ Τ Ω Ν Δ Ε Κ Α Τ Α Λ Α Ν Τ Ω Ν Π
Ο Ι Η Σ Α Σ Θ Ω Δ Ε Κ Α Ι Σ Υ Μ Β Ο Λ Α Η Β Ο Λ Η Π Ρ
Ο Σ Τ Ο Ν Β Α Σ Ι Λ Ε Α Τ Ο Ν Σ Ι Δ Ω Ν Ι Ω Ν Ο Π Ω Σ
Α Ν Ο Δ Η Μ Ο Σ Ο Α Θ Η Ν Α Ι Ω Ν Ε Ι Δ Η Ι Ε Α Ν Τ Ι
Π Ε Μ Π Η Ι Ο Σ Ι Δ Ω Ν Ι Ω Ν Β Α Σ Ι Λ Ε Υ Σ Δ Ε Ο Μ
Ε Ν Ο Σ Τ Η Σ Π Ο Λ Ε Ω Σ Κ Α Ι Ο Β Α Σ Ι Λ Ε Υ Σ Ο Σ
Ι Δ Ο Ν Ι Ω Ν Ε Ι Δ Η Ι Ο Τ Α Μ Π Ε Μ Π Η Ι Τ Ι Ν Α Ω
Σ Α Υ Τ Ο Ν Ο Δ Η Μ Ο Σ Ο Α Θ Η Ν Α Ι Ω Ν Κ Α Λ Ε Σ Α
Ι Δ Ε Κ Α Ι Ε Π Ι Ξ Ε Ν Ι Α Τ Ο Ν Η Κ Ο Ν Τ Α Π Α Ρ Α
Τ Ο Σ Ι Δ Ω Ν Ι Ω Ν Β Α Σ Ι Λ Ε Ω Σ Ε Σ Τ Ο Π Ρ Υ Τ Α
Ν Ε Ι Ο Ν Ε Σ Α Υ Ρ Ι Ο Ν
Μ Ε Ν Ε Ξ Ε Ν Ο Σ Ε Ι Π Ε Ν Τ Α Μ Ε Ν Α Λ Λ Α Κ Α Θ Α
Π Ε Ρ Κ Η Φ Ι Σ Ο Δ Ο Τ Ο Σ Ο Π Ο Σ Ο Ι Δ Α Ν Σ Ι Δ Ω
Ν Ι Ω Ν Ο Ι Κ Ο Ν Τ Ε Σ Ε Σ Σ Ι Δ Ω Ν Ι Κ Α Ι Π Ο Λ Ι
Τ Ε Υ Ο Μ Ε Ν Ο Ι Ε Π Ι Δ Η Μ Ω Σ Ι Ν Κ Α Τ Ε Μ Π Ο Ρ
Ι Α Ν Α Θ Η Ν Η Σ Ι Μ Η Ε Ξ Ε Ι Ν Α Ι Α Υ Τ Ο Σ Μ Ε Τ
Ο Ι Κ Ι Ο Ν Π Ρ Α Τ Τ Ε Σ Θ Α Ι Μ Η Δ Ε Χ Ο Ρ Η Γ Ο Ν
Μ Η Δ Ε Ν Α Κ Α Τ Α Σ Τ Η Σ Α Ι Μ Η Δ Ε Ι Σ Φ Ο Ρ Α Ν
Μ Η Δ Ε Μ Ι Α Ν Ε Π Ι Γ Ρ Α Φ Ε Ν

.... τῇ] Ἀθηνᾷ· ἡ βουλὴ ἐπεμελ[ήθη], ὅπως ὡς [κ]άλλιστα πορευθήσονται οἱ πρέσβεις ὡς βασιλέα, οὓς ὁ δῆμος ἔπεμψεν· καὶ ἀποκρίνασθαι τῷ ἥκοντι παρὰ τοῦ Σιδωνίων βασιλέως, ὅτι καὶ ἐς τὸν λοιπὸν χρόνον ὢν ἀνὴρ ἀγαθὸς περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων οὐκ ἔστι ὅ,τι ἀτυχήσει παρὰ Ἀθηναίων, ὧν ἂν δέηται. εἶναι δὲ καὶ πρόξενον τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων Στράτωνα τὸν Σιδῶνος βασιλέα καὶ αὐτὸν καὶ ἐκγόνους. τὸ δὲ ψήφισμα τόδε ἀναγραψάτω ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς ἐστήλῃ λιθίνῃ δέκα ἡμερῶν καὶ καταθέτω ἐν ἀκροπόλει, ἐς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλης δοῦναι τοὺς ταμίας τῷ γραμματεῖ τῆς βουλῆς ΔΔΔ δραχμὰς ἐκ τῶν δέκα ταλάντων. ποιησάσθω δὲ καὶ σύμβολα ἡ βουλὴ πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Σιδωνίων, ὅπως ἂν ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων εἰδῇ ἐάν τι πέμπῃ ὁ Σιδωνίων βασιλεὺς δεόμενος τῆς πόλεως, καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ Σιδωνίων εἰδῇ ὅταμ πέμπῃ τινὰ ὡς αὐτὸν ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων. καλέσαι δὲ καὶ ἐπὶ ξένια τὸν ἥκοντα παρὰ τοῦ Σιδωνίων βασιλέως ἐς τὸ πρυτανεῖον ἐς αὔριον.

Μενέξενος εἶπεν· τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ Κηφισόδοτος, ὁπόσοι δ᾽ ἂν Σιδωνίων οἰκοῦντες ἐς Σιδῶνι καὶ πολιτευόμενοι ἐπιδημῶσιν κατ᾽ ἐμπορίαν Ἀθήνησι, μὴ ἐξεῖναι αὐτοὺς μετοίκιον πράττεσθαι μηδὲ χορηγὸν μηδένα καταστῆσαι μηδ᾽ εἰςφορὰν μηδεμίαν ἐπιγράφειν.

Titulus accuratissime scriptus, litteris ex serie dispositis, elegantibus, dimidii pollicis mensura paulo minoribus: N dexterum crus ut plurimum paulo brevius habet. Duae sunt sententiae, quibus Stratoni Sidoniorum regi honores decernuntur, altera Cephisodoti, altera Menexeni: neque fere quidquam inest, quod perito possit obscurum esse, si ab initio discesseris magnopere mutilato. Ἐστήλῃ est ἐν στήλῃ, ut postea ἐς Σιδῶνι p. ἐν Σιδ. Mox τοὺς ταμίας videri τοὺς ἐπὶ τῇ διοικήσει notavi Oec. civ. Ath. T. I. p. 185. Sed quid est ἐκ τῶν δέκα ταλάντων? Non dubito Stratonem populo Attico *decem talenta* dono dedisse, quibus hos honores nactus est, non tamen ideo civitate dignatus,

quae longe fuit carior. *Symbola*, de quibus paulo post, non nunc pacta conventa sunt, sed hospitii signa s. tesserae. Menexeni sententiâ quae Sidoniis immunitas μετοικίου, λειτουργιῶν et εἰσφορᾶς conceditur, eam nota ad eos tantum pertinere, qui cives Sidonii sint ibique habitent, non qui Sidonis inquilini sint, vel qui cives inde pulsi aut sua sponte Sidoniam habitationem plane reliquerint.

Cephisodotus haud dubie orator est celeberrimus, Ceramensis, qui Olymp. 106, 2. Leptineae legis syndicus fuit, et videtur etiam antea clarus fuisse: cf. Ruhnk. Hist. crit. or. p. 141. *Strato* Sidoniorum rex Olymp. 111, 4. ab Alexandro M. regno exutus est (Curt. IV, 1.): sed hic, nisi me coniectura fallit, non intelligendus est. Alius fuit Strato rex Sidoniorum, ob luxum et delicias celebratus, quibus cum Nicocle Salaminis rege certavit, isque Graecarum et puellarum et artium amantissimus; de eo ex Theopompi Philippicis et Anaximene Lampsaceno refert Athen. XII, p. 531. A sqq. et ex hoc Aelianus V. H. VII, 2. Huic homini quid magis convenit, quam ea, qua me iudice Athenienses affecit, liberalitas decem talentorum dono datorum? Atque hic Strato, quum de eo Theopompus in Philippicis egerit, Philippo fere aequalis vel coaetaneus fuerit: quod magis etiam ex Nicoclis aetate patet. Quippe Nicoclem, Stratonis aemulum, esse ipsum Isocratis amicum, Euagorae f. satis demonstravit Perizonius (ad Aelian. V. H.), ubi etiam de eius artibus moribusque Stratoneorum similibus, et de viginti talentis Isocrati donatis exponitur: is Olymp. 101. patri successit, et occisus est ante Olymp. 107, 3. quo anno Salaminium regnum iam tenebat Pnytagoras (Diod. XVI, 46. et ibi Wess.). Iam vero Sidoniis ea ipsa tempestate (Olymp. 107.) imperavit Tennes, Olymp. 107, 2. occisus (Diod. XVI, 43.): igitur Nicoclis aequalis Strato necesse est prius regnaverit; nam quod Tennem et Stratonem eundem esse Perizonius putabat, refutavit Wesselingius (ad Diod. l. c.). Periit autem hic Strato, ut Nicocles, violenta morte (vide Athen. et Aelian. ll. cc.), uxore latus eius transverberante, quum ipse imminentibus Persis, hostium pavidus exspectaret adventum (Hieronym. adv. Iovin. I, p. 49.): quod Wesselingius merito censet eo fere tempore accidisse, quo Tachos Aegyptius Persarum imperium detrectaverat, hoc est Olymp. 104, 3. vel paulo post. Quibus indiciis fretus titulum hunc ad Olymp. 101–103. rettulerim: et convenit Cephisodoti mentio, qui ea aetate multum Athenis valebat, si recte coniicio, ut in nostro hoc titulo ita ap. Xenoph. Hist. Gr. VI, 3, 2. VII, 1, 14. celebrem intelligendum oratorem esse. Posterius etiam Ruhnkenio l. c. placuit.

88.

Marmor Choiseulianum Catal. Dubois. n. 220. Mus. Paris. n. 539. Catal. Clarac. Ex schedis Domini de St-Martin et Mülleri. Ille in ruderibus Halarum (Aexonidum) repertum dicit prope Zosterem, qui etiam nunc Ἅλικες dicitur.

Ε]ΥΘΗΜΩΝΕ[Ι]ΠΕΝΟΠΩΣΑ[ΝΣΩΑΙΩΣΙΑΙΠΡΟΣΟΔ
ΟΙΤΟΙΣΔΗΜΟΤΑΙΣΚΑΙ[ΤΟΝΛΟΓΟΝΚΑΛΩΣΔΙ
\ΩΣΙΝΟΙΔΗΜΑΡΧΟΙΚΑΙ[ΟΙΤΑΜΙΑΙ ΔΕΔ
ΟΧΘΑΙΤΟΙΣΔΗΜΟΤΑΙΣ[ΔΙΔΟΝΑΙΤΗΣΠΡΟΣΟ
ΔΟΤΟΣΤΑΜΙΑΣΤΟΝΛΟΓΟ[ΝΤΩΝΤΕΠΡΟΣΙΟΝΤΩ
Ν]ΚΑΙΤΩΝΑΝΑΛΩΜΑΤΩΝΕ[ΞΕΛΕΙΝΔΕΑΥΤΟΣΤΗ
Ν]ΚΙΒΩΤΟΝΚΑΤΑΤΟΝΜΗΝ[Α.....ΕΑΝΔΕΟΙΝΥ
Ν]ΔΗΚΑΙΟΙΕΠΙΝΑΥΣΙΓΕ[ΝΟΣΜΗΑΠΟΛΟΓΙΣ
ΩΝ]Τ[Α]ΙΕΘΕΛΟΝΤΑΙΕΜΒΑ[ΤΕΥΣΑΙ.......ΚΑ
Τ]ΑΤΟΝΛΟΓΟΝΤΑΣΔΕΕ.Ι.................
ΔΟΙ[Υ]ΣΤΕΡΩΙΕΤΕΚΠΡΟ[Τ.................
ΩΝΟΣΜΗΝΟΣΕΚΤΟΝΕΚ[ΑΣΤΟ.............
ΩΝΕΞΑΛΛΩΝΔΕΜΗΣΤΗ[ΣΑΙΔΕΤΟΣΤΑΜΙΑΣΕΝ
Τ]ΗΙΑΓΟΡΑΙΑΝΑΓΡΑ[ΦΗΝ......ΚΑΤΑΤΟΨΗ
ΟΙΣΜΑΕΞΟΡΚΟΥΤΩ[ΔΕ..............ΤΟΝΕ
Υ]ΘΥΝΟΝΚΑΙΤΟΣΠΑ[ΡΕΔΡΟΣΟΔΗΜΑΡΧΟΣΚΑ
Τ]ΑΤΟΨΗΦΙΣΜΑΤΟΕ[Ν................ΓΕ
ΓΡΑΜΜΕΝΟΝΕΑΝΔΕ.................ΟΙΤ
Α]ΜΙΑΙΜΗΕΞΕΛΩΣ[ΙΤΗΝΚΙΒΩΤΟΝ........
........ΤΟ.Σ..........

Vs. 1. Müll. ΟΠΩΕ, Mart. ΟΠΟΣΑ. Vs. 2. primum Ο omittit Müllerus, item ultimum Ι. Vs. 3. primum ductum omittit idem, item ultima ΚΑ: Mart. initio habet \ΟΣΚΝΟΔΗ etc. Vs. 4. primum Ο ex Mart. est. Vs. 5. init. Müll. ΙΤΟ.ΤΑ etc. idem ultimum Ο non habet. Vs. 8. init. Mart. ΔΗΚ.Ι; Müllerus ΑΗΚΑΙ: in fine Müll. omittit Ε, et vs. 9. extr. Α, vs. 10. extr. Ι. Vs. 11. init. Müll. ΛΙ: pro ΛΙ Mart. habet ΔΟΙ, sed notat ut incertum; in fine Müll. ΠΡΩ. Vs. 12. primum Ω deest ap. Müll. et sic alia in fine et initio sequentium versuum omittit, cuius rei causam vide num. 82. Vs. 13. pro ΜΗ Mart. ΜΙ. Vs. 14. pro primo Γ Müll. Τ. Vs. 16. Mart. ΕΞΟΡΚΟΙΤΟ. Vs. 19. init. Müllerus ΚΑΙ: ibid. Mart. pro Λ habet Α. Ultimum versum omittit Müll. Titulus est στοιχηδὸν scriptus: pro Ξ vide ne Ξ sit. Pro ου vs. 16. videtur Ο esse, item vs. 5. in articulo et terminatione: sed vs. 15. etiam ΟΥ scriptum est.

Decreti fragmentum tenes, quo Halaeenses redituum suorum rationem constituerunt: idque haud dubie Olymp. 103, 2. scriptum est. Sed in dextera parte haud pauca perierunt, licet qui ea, quae supersunt, obiter inspiciat, paucas tantum litteras desiderari putaverit. Nec mihi contigit, litterarum certum numerum invenire: de sententia

tamen constare videtur. Qui dixit *Euthemon* est, quod nomen redit n. 89. in simili decreto. Is iubet, ut de reditibus rationem reddere magistratus pagi teneantur, et stato tempore repraesentent arcam, in qua pecunia. Haec formulis aliunde cognitis assumptis, ita fere expressa fuisse videntur vs. 1–6. Εὐθήμων εἶπεν· ὅπως ἂ[ν σῶαι ὦσι αἱ πρόσοδ]οι τοῖς δημόταις καὶ [τὸν λόγον καλῶς δι]δῶσιν οἱ δήμαρχοι καὶ [οἱ ταμίαι, δεδ]όχθαι τοῖς δημόταις· [διδόναι τῆς προσό]δου τοὺς ταμίας τὸν λόγο[ν, τῶν τε προσιόντων] καὶ τῶν ἀναλωμάτων· ἐ[ξελεῖν δὲ αὐτοὺς τὴν] κιβωτὸν κατὰ τὸν μῆν[α... Σῶαι dedi fere ut n. 82. τῶν προσιόντων ductum ex n. 76.: ἐξελεῖν ex hac ipsa inscriptione vs. 19. *Mensis* quomodo designatus fuerit nescio. Ceterum οἱ δήμαρχοι non plures unius anni sunt, sed singuli plurium annorum. Quae sequuntur, manifesto adversus eos constituuntur, qui dicto non audientes fuerint: hinc vs. 9. τὸ ἐμβατεύειν, quod est de ineunda domo vel fundo, maxime oppignerato, ut possessionem eius sibi vindicet ὁ ἐμβατεύων. Probabile autem est, etiam prioris anni magistratus et eius ipsius, qui tum agebatur, rationibus reddendis obnoxios factos esse: sed ii poterant rationes detrectare, quod id non praedictum ante magistratum ineundum esset. Itaque commode suppleo: ἐὰν δὲ οἱ νῦν] δὴ καὶ οἱ ἐπὶ Ναυσιγέ[νους μὴ ἀπολογίσων]ται ἐθελονταί, ἐμβα[τεῦσαι etc. Nausigenes Archon Olymp. 103, 1. Νῦν δὴ est *nunc ipsum:* post Ναυσιγένους non opus est hoc loco ut addas ἄρχοντος.

Vs. 10 sqq. credo tale quid fuisse: *rationes posthac ante certum diem anni post magistratum gestum reddendas esse ex uniuscuiusque tabulis.* Vs. 10. coniicio: τὰς δὲ ἐπὶ.... vs. 11. τῷ ὑστέρῳ ἔτει πρὸ τῆς (e. c. δεκάτης) τοῦ .....ιῶνος μηνὸς ἐκ τῶν ἑκάστου ..γραμματείων, ἐξ ἄλλων δὲ μή. Vs. 13 sqq. constituitur, tabulas rationum in foro Halaeensium (cf. ad num. 70.) publice proponendas esse; στῆ[σαι δὲ τοὺς ταμίας ἐν τ]ῇ ἀγορᾷ ἀναγρα[φήν, e. c. πάντων, κατὰ τὸ ψήφισμα. Et Euthynum eiusque paredros, apud quos rationes redduntur, iureiurando obstringito aliquis, haud dubie demarchus, non is qui eo anno fuit, cuius magistratus rationes reddunt, sed qui anno post: ἐξορκούτω [δὲ ὁ δημάρχος τὸν εὔ]θυνον καὶ τοὺς πα[ρέδρους. De Euthynis et eorum paredris dixi Oec. civ. Ath. T. I. p. 204 sqq. Fortasse tamen hoc loco non publici civitatis magistratus sunt, sed ad eorum exemplar instituti demotici. De uno vero tantum Euthyno dicitur, hoc est, si publici civitatis intelliguntur, de eo ex pluribus, apud quem causa agitur. Ceterum de εὐθύναις magistratuum demoticorum cf. n. 70. Vs. 17. psephisma accuratius definitur. Conieceris: τὸ ἐν τῇ Ἁλαιῶν ἀγορᾷ γεγραμμένον, quo supplemento expletur lacuna. Dein post ἐὰν δὲ aliquid desideratur: ante οἱ ταμίαι fuerit ἤ: ἐὰν δὲ--- ἢ οἱ ταμίαι μὴ ἐξέλωσι τὴν κιβωτόν. Postremo quoniam initio etiam demarchorum rationes memoratae videntur, de his quoque in deperdita parte videtur dictum esse.

89.

Locus huius inscriptionis Fourmonto est „Philia in ecclesia destructa". *Phylen* significet, ex cuius nominibus unum est *Phyla Castron,* an *Philaidas* (Philliati), nescio.

ΑΣΤΥΦΙΛΟΙΕΙΠΕΝΠΕΡΙΩΝΝΙΚΟ
Δ]ΕΝΟΣΚΟΓΕΙ[Δ]ΣΔΟΧΘΑΙΤΟΙΣΔΗ
ΜΟ]ΤΑΙΣΕΛ[Ν]ΓΙ[ΝΩ]ΝΤΑ[Ι]ΗΝΥΣΗΙ
ΣΤΙ.ΣΑΣ...ΛΟΟΤΛΣ.ΚΟΛΥ
Ο.ΥΠΕΤΡ . . . ΝΘΩ . . . ΚΕΥ
ΘΗΜΟΝΟΣΗΙ.LΛΛΛΕΟ . . . Χ
ΕΝΟΧΙΔ^ . . . . ΣΕΝΔ..Α.ΑΥΤ
ΩΙΝΙ.ΙΙ.Λ.......ΑΣΤΟΣ^Α
ΜΙ.ΚΙ . . . . . . ΗΙΛΓΟΤΟΚΩ[Ν
Κ\ΟΙΩΝΩΙΙ . . . ΗΩΝΣΥΝ. .
ΕΟΛΕΤΩΝ . . ΛΙΕ..ΗΙ..ΤΟΝΤΕ
ΑΘΩΦΙΛΥΙ . . . . ΥΙΙΜΔ
ΟΝΧΙ.ΙΤΙ . . . . ΜΗ
ΝΥΣΑ..ΛΕΡΩ...ΛΥ.....Σ
ΑΙ.Ο.ΛΝ.ΩΊ . . . . Μ . . . .
. . . .ΙΙΙΧ . . . . .Ο
. . .ΙΗΙ . . . .
. . . Π.Τ . . . . ΚΛ . . Δ
. . . ΓΩ . ΚΩΝΟΠΗΣ[ΑΝ]ΤΟΛΟΙΠΟΝ[Μ
ΗΔΕ]ΝΤΟΙΩΤΟΝΕΝΤΩΙΔΗΜΩΙΓΙ
ΝΗΤ]ΑΙ..ΩΙΗΣΑ...ΘΑΙΔΕΙ..ΗΔΡ
.ΤΟ]ΗΔΡΩΑΡΧΟΝ[ΚΑΙΕ]ΙΚΟΣΤΙ[ΛΟ]ΓΟΝ
ΚΑΙΤ]ΟΣΤΑΧΙΑΣΚΑΙΤ[Ο]Σ..Ͱ..Σ
. . . . . ΙΕͰ..ΑΣ.Ω . . . . . ΩΝ
ΝΟ . . . . ΝΕ . ΑΡ
ΝΔ . . . . Σ . . ΣΝ
ΜΙ . . Π . ΡΛ
ΛΞ

Fragmentum decreti de reditibus pagi alicuius, fortasse Phylasiorum, simile fortasse praecedentis vel eius, quod num. 82. edidi. Initium fere tale est: Ἀστύφιλος εἶπεν· Περὶ ὧν Νικό[δημ]ος λέγει, δεδόχθαι τοῖς δημόταις· ἐὰν γίγωντα[ι μ]ηνύσεις τῆς ἀσ.... Vs. 5-6. comparet nomen *Euthemonis*, quod n. 88. vidimus, vs. 7-8. αὐτῷ, vs. 9. extr. ἀπὸ τόκων, vs. 11. δὲ τῶν, vs. 13. 14. μηνυσα... (ut vs. 3.), vs. 19 sqq. ὅπως ἂν τολοιπὸν μηδὲν τοιοῦτον ἐν τῷ δήμῳ γίνηται; vs. 22. τὸν δήμαρχον, καὶ εἰκοστολόγον καὶ τοὺς ταμίας καὶ τοὺς .... Quae uncinis seclusi, in spatiis ibi a Fourmonto relictis iisque prorsus congruis addidi. Vs. 22. lacuna post ΙΚΟΣΤΙ aliter expleri nequit; praecedens Ι est in Ο mutandum. Ceterum demarchus et εἰκοστολόγος videtur idem esse; unde articulus omissus est. Εἰκοστὴ vix fuerit publica civitatis Atticae, sed pagi aliquod vectigal.

90.

Prope Athenas ad Ilissum, sub anaglypho, in quo duae feminae stantes et vir sedens seminudus. Ed. Dodwell. Itin. T. I. p. 471.

ΠΡΟΞΕΝΙΑ]. . ϽΧΑΡΕΙΧΑΡΗΤΟΣΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΙ

ΕΠΙΚΑΛΛΙ]ΣΤΡΑΤΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣ Ε Π[ΙΤΗ
Σ. . . . . . . Ι]ΔΟΣΠΕΝΠΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕ[ΥΟ
ΥΣΗΣ]. . . ΙΟΣΣ[ΩΚΛ]ΕΟΥΣ[Ε]ΞΟΙΟΕΓΡ[ΑΜ
ΜΑΤΕΥΕΝΤ]ΡΕΤΗ[Ι]ΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ[ΤΩ
ΝΠΡΟΕΔΡ]ΟΝΕΓΓ[Ψ]ΗΦ[ΙΣ]ΕΝ ΙΛΑΥΚΕΤ[ΗΣ
. . . . ΝΕΔΟΞΕΝΤΩΙΒΟΥΛΗΙΕΑ[ΙΤ
ΩΙΔΗΜΩΙΑ]ΡΙΣΤΟΦΩ[ΝΕ]ΙΠΕΝΕΓΑΝΝΕ[Σ
ΑΙ. . ΟΧΑΡΗ]ΝΧΑΡΗΤΟΣΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤ[ΗΝ
ΑΝΔΡΑΑΓΑΘ]ΟΝ[Ο]ΤΙΠΟᴖΟΥΜΟΣΗΝΤ[ΩΙΔ
ΗΜΩΙ. . . . Υ]ΠΗΡΙΤΕΙΝ[Κ]ΛΙΕΠΕΜΨ[ΕΝ. .
. . . . Τ]ϽΝΓΑΥΤΟ[ΥΕΙ]ΣΜΕΘΩΝΙΙ[ΝΚΑ
ΙΕΙΝΑΙΑΥ]ΤΟ. ΝΠΡΟΞΕΝΟΝΤΟΥΣΗΙ·Ο[ΥΤ
ΟΥΑΘΗΝΑΙ]ΩΝΚΑΙ[ΑΥΤ]ΟΝΚΑΙ[ΕΚΓ]Ο[ΝΟ
ΥΣΕΙΝΑΙΔΕ]ΑΥΤΩ[ΙΟΙ]ΚΙ[ΑΣ]Ε[ΓΚ]ΤΙ[ΣΙΝ
ΤΟΝΔΕΓΡΑ]ΜΜΑ[ΤΕΑ]ΤΗΣΒΟΥΛΗΣΑ[ΝΑΓ
ΡΑΨΑΙΕ]ΙΣΤΗΛ[ΗΙΔ]ΕΚΑ[ΗΜΕΡΩΝ]Τ. . .
. . . . . . ΕΙΤΕΛΕΣ. ΝΤΟ. . . . .

Προξενία]..οχάρει Χάρητος Ἀπολλωνιάτῃ.
Ἐπὶ Καλλι]στράτου ἄρχοντος, ἐπ[ὶ τῆ-
ς.......ί]δος πέμπτης πρυτανε[υο-
ύσης] ...ιος Σ[ωκλ]έους ἐξ Οἴου ἐγρ[αμ-
μάτευεν, τ]ρίτῃ τῆς πρυτανείας· [τῶ-
ν προέδρ]ων ἐπεψήφισεν. Γλαυκέτ[ης
........ν, ἔδοξεν τῇ βουλῇ κα[ὶ τ-
ῷ δήμῳ· Ἀ]ριστοφῶν εἶπεν· Ἐπαινέ[σ-
αι..χάρη]ν Χάρητος Ἀπολλωνιάτ[ην,
ἄνδρα ἀγαθ]όν, ὅτι πρόθυμος ἦν τ[ῷ δ-
ήμῳ.....ὑ]πηρετεῖν, καὶ ἔπεμψ[εν..
.......τ]ὸν ἑαυτοῦ εἰς Μεθώνη[ν· κα-
ὶ εἶναι αὐ]τὸν πρόξενον τοῦ δήμο[υ τ-
οῦ Ἀθηναί]ων, καὶ αὐτὸν καὶ ἐκγό[νο
υς· εἶναι δὲ]αὐτῷ οἰκίας ἔγκτη[σιν.
τὸν δὲ γρα]μματέα τῆς βουλῆς ἀ[ναγ-
ράψαι ἐ]ν στήλῃ δέκα [ἡμερῶν]τ...
. . . .

Retenta in primitivo textu tradita lectione lacunas in mediis versibus a Dodwello signatas spatiis non mutatis supplevi, et supplementa utrinque addidi partim certa partim probabilia: unde simul, quae scripturae latitudo fuerit, patet. Litterae satis vetustae sunt, sed me iudice non secundum series dispositae: argumentum docet, ea aetate hoc decretum scriptum esse, quum Athenienses ex Macedonia nondum exclusi essent. Proxenia decernitur viro Apolloniatae, qui nescio quid Methonen miserit: Apolloniam Chalcidicam intellige, in cuius vicinia Methone. Methonen et Apolloniam delevit Philippus (Demosth. Philipp. III, p. 117. 20. cf. Olynth. I. p. 11. 17.), illam Olymp. 106, 3. vel potius 4. (Diod. XVI, 31. 34.): igitur illo anno prior est haec inscriptio, archontisque nomen vs. 2. facile suppleri potest. Etenim nullum invenies, qui inferri possit, praeter Callistratum Olymp. 106, 2. Nam Phaenostratus Olymp. 99, 2. nimium vetustus est pro huius monumenti scriptura, in qua nullum plane veteris scripturae vestigium residet nisi ΟΙΟ vs. 4. Post Callistratum autem nullum extat archontis nomen terminatione στρατος instructum usque ad Leostratum Olymp. 119, 2. et Nicostratum Olymp. 121, 2. et ne hi quidem archontes eponymi fuerunt, sed ut Philippus in monumento Menandri Romano, tantum ab historicis doctis, Diodoro et Dionysio archontes vocantur, quod archontum loco fuerunt: publice tum, quum reipublicae praeerant, ἱερεῖς τῶν Σωτήρων dicti sunt. V. Plutarch. Demetr.

Vs. 1. est index argumenti, maioribus litteris scriptus. Is ita dispositus fuit, ut decreti ipsius latitudinem utrinque aliquantum excederet; eum explevi ad normam marmoris n. 91. Nomen Apolloniatae *Diochares* est vel simile: ab eius initio vix plures quam duas litteras perisse docet vs. 9. Sequuntur sollemnia decretorum praescripta, ex analogia aliorum psephismatum pro spatiis suppleta. In quibus annoto τὸν ἐπιψηφίζοντα debere pro prytane haberi, non ut in aliis huius fere formae decretis infra positis, pro non contribuli proëdro. Nam quod Schoemannus de Comitiis (p. 89 sqq. A. usque ad p. 82. B.) demonstravit, olim et in se-

natu et in populo ἐπιψήφισιν fuisse epistatae prytanum, sed inde ab Olymp. 118. proëdri non contribulis, id plane verum est, omnibusque decretis comprobatur, et ex iis omnium luculentissime num. 116.: debet tamen accuratius ita definiri, ut iam ab Olymp. 112. novum hoc institutum coeptum sit, et vetus non ante Olymp. 108, 2. desierit, sed mutatio illa circiter Olymp. 109–111. facta sit. Quippe Olymp. 108, 2. prytanis ἐπιψηφίζει, archonte Themistocle (v. Aesch. c. Ctesiph. p. 450 sqq. coll. Schöm. p. 92. A.). Sed iam ante Olymp. 118. in decreto archonte Nicodoro Olymp. 116, 3. scripto (n. 105.) ὁ ἐπιψηφίζων non est prytanis; immo ne Olymp. 112. quidem. Hoc colligo ex Aeschinis oratione c. Ctesiph. tum scripta, p. 385. καὶ ταῦτα ἕτεροί τινες τὰ ψηφίσματα ἐπιψηφίζουσιν, οὐκ ἐκ τοῦ δικαιοτάτου τρόπου λαχόντες προεδρεύειν, ἀλλ' ἐκ παρασκευῆς καθεζόμενοι: quae vix de prytanibus intelligi possunt; tum ob ipsam rem, quod verisimile non est Aeschinem hoc dicere, eos prytanes quidem iure esse, non tamen proëdros prytanum (nimis enim hoc leve); tum ideo, quod orator pergit: ἂν δέ τις τῶν ἄλλων βουλευτῶν ὄντως λάχῃ κληρούμενος προεδρεύειν. Nam si hic prytanum proëdrus intelligeretur, non βουλευτῶν, sed πρυτάνεων dixisset. Igitur haec de proëdris non contribulibus capienda sunt, quibus eo magis conveniunt, quod hi non ut prytanum proëdri aliquo tempore ante comitia creantur in plures dies, sed in unum comitiorum vel senatus diem tumultuaria haud dubie sortitione constituuntur; ut facile aliquis in hanc unius diei proëdriam irrepere potuerit. Et vide Aeschinem statim post p. 387. proëdros hos distinguere a prytanibus: οὐδ' οἱ πρυτάνεις, ait, οὐδ' οἱ πρόεδροι οὐδ' ἡ προεδρεύουσα φυλή: quo in loco proëdri non possunt prytanum proëdri esse, quia hi iam prytanibus continentur. Quodsi dicas, ex prytanibus Aeschinem proëdros speciatim nominasse, ut quod reliqui prytanes non possent, id ne prytanum proëdros quidem efficere posse diceret, gradationis figurâ usurpatâ: loci nexu accuratius considerato potius intelliges, hac ratione ibi non κλίμακα sed ἀντικλίμακα existere; veram autem inesse gradationem, ubi a prytanibus transitus factus sit ad proëdros non contribules et ab his ad tribum προεδρεύουσαν; quae et ipsa alia est atque ea, ex qua prytanes sunt. Ceterum ὁ ἐπιψηφίζων in hoc decreto est *Glaucetes:* Glaucetem Cephisiensem habes in Or. c. Neaer. p. 1358. 27. sed hic videtur alius esse. Ex demotico eius nomine solum N superest. Qui dixit, est *Aristophon.* Miror demi nomen non additum, quum, ut tertium omittam, certe duo tum Aristophontes clari fuerint, Azeniensis et Collytensis (vide Ruhnk. Hist. crit. or. p. 129 sqq. ed. Reisk.): Azeniensis saltem ultra Olymp. 106, 1. vitam produxit, Collytensis autem etiam longius. Dixerit tamen aliquis, Azeniensem potuisse ante hoc decretum, medio fere anno Olymp. 106, 2. scriptum, fato functum esse. Postremo in ipsius decreti supplementis plura desidero, nec mihi satisfacio. Nam vs. 10. ἄνδρα ἀγαθὸν paulo concisius dictum est. Vs. 13. αὐτὸν ante πρόξενον incommodum est. Vs. 15. exspectaveris γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν; sed hunc scrupulum eximit inscriptio num. 92. in qua itidem nonnisi de οἰκίᾳ. Vs. 16. desidero verba τόδε τὸ ψήφισμα, nisi forte pro eo in fine vs. 17. scriptum erat τ[ὴν προξενίαν. Item post στήλῃ solet λιθίνῃ addi: sed hoc in nostro decreto non additum erat, quum ΕΚΛ manifesto supersit ex δέκα ἡμερῶν: v. num. 87. Omnino ubi considero, quantopere ea quae supplevi, et spatiis et iis, quae remansere, formularum usitatarum reliquiis complendis conveniant, vix dubito hoc decretum dictione paulo quam solet breviore conceptum fuisse. In fine coniicio fuisse ἐν ἀκροπόλ]ει: cf. n. 89. et 87. in Cephali sententia. Deinde suppleverim τελεσ[ά]ντ[ων, quod vide ne de ταμίαις dictum fuerit in hunc modum: τελεσάντων δὲ τὸ γενόμενον ἀνάλωμα οἱ ταμίαι etc.

91.

Athenis. Ed. Pococke Inscr. p. 55. n. 62.

...ΟΣΝΙΑΚΑΤΕΤΕΡΓΕΣΡΑ
Φ...Σ.ΙΣΩΙΛΥΚΟΥΑΥΤΩ
Ι..ΕΓΓΟΝΟΙΣΣΗΣΤΙΟ
ΣΑΤΡΑΒΟΥΑΣ
ΤΑΟΥΣΝΕΟΙ
ΤΟΕΑΦΟΝ
ΒΗΘΕΝΕ
ΕΓΚΕΠΕΙ
ΕΝΕΣΠΕΙΚ
ΗΝΥΣΑΣΤΟΥ
ΣΟΙΑΙ
ΕΓΕΤΗΝ
ΤΟΙΚΑΙ
ΟΝΜ.Φ.
ΝΣΙΝΑΛΗΙ
ΡΠΑΚΕΙ
ΕΡΑΡ
ΙΥΠΩΜΕΝ
ΝΤΙΙΛΥΟΙ
ΟΝΕΛΑΙ
ΛΕΠΑΣ
Ν.ΤΑΣ
ΣΕΝΤΟΝΑΣ
ΗΓΟΥΣ

Fragmentum decreti pessime habitum, non tamen id plane nullius usus. Etenim ex eius initio discimus usitatum fuisse, ut his decretis honorariis index argumenti praescriberetur: qua re usus sum in restituenda inscr. 90. Nam hoc apertum est vs. 1–3.

Προξενία καὶ εὐεργεσία
Φ... σ. ἰσῳ Λύκου, αὐτῷ
καὶ ἐγγόνοις, Σηστίοις.

Ne dubita hanc *προξενίαν* et *εὐεργεσίαν* decretam esse ante Sestiorum excidium Charete duce Olymp. 106, 4. (Diod. XVI, 34.): immo id ad Olymp. 106, 2. rettulerim. Nam vs. 3. archontis nomen latet: nomen proprium, quod praeponi solet, terminatur in Pocockiano apographo litteris ΣΑΤΡΑΒΟΥ: ΑΣ fuit ΑΡ[ΧΟΝΤΟΣ. Dele primum Α, ut saepe integrae litterae ap. Poc. vacant, operarum vitio illatae; habes ΣΤΡΑΒΟΥ, quod superest ex ΚΑΛΛΙ]ΣΤΡΑΤΟΥ. Etenim post indicem sequebatur anni designatio, *ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος*, prorsus ut n. 91. ubi quae de archonte dixi, huic quoque inscriptioni accommodanda sunt. In reliquis sordibus vix est quod haereamus: attamen vs. 5. agnosco *φυλὴν πρυτανεύουσαν*. Fuit *φυλῆς πρυ]τανευούσης Οἰ[νηΐδος*: ΝΕ mutandum in ΗΣ. Vs. 6. ΤΟΕΑΦΩΝ est ΡΟΕΔΡΩΝ: h. e. *τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν*. Vs. 7. fuit scriba: *ὁ δεῖνα ....ῆθεν* (e. c. *Ἀλωπεκῆθεν*) *ἐγραμμάτευεν*. Vs. 8. ΕΓΚΕ fuit ΕΙΠΕ: *ὁ δεῖνα εἶπε· ἐπει[δὴ* etc. Vs. 12. fuit *πρόξενον καὶ εὐεργέτην*, vs. 13. *αὐτῷ καὶ ἐγγόνοις*, vs. 15. *ἐν στήλῃ*: ΙΝ muta in ΤΗ. Vs. 24. fuit *τοὺς στρατηγούς*.

92.

Athenis in regione monumenti Lysicratis. Ed. Dodwellus Itin. T. I. p. 379.

ΘΛΙΤΗΔ.......................[ΔΟ
ΚΕΙΤΗΙΒΟΥ[ΛΗΙ....................
ΟΚΑΙΘΥΣΝΑΥΚ.........[ΠΡΟΞΕΝΟΝΚΑ
ΙΕΥ[ΕΡ]ΓΕΤΗΝ[Τ]Ο[ΥΔΗΜΟΥΤΟΥΑΘΗΝΑΙΩ
ΝΚΑΙΑΥΤΟΝΚΑΙ[ΕΚΓΟΝΟΥΣΕΙΝΑΙΔΕ
ΑΥΤΩΙΟΙΚΙΑΣΕ[ΓΚΤΗΣΙΝΑΝΑΓΕΓΡΑΦ
ΘΑΙΔΕΑΥΤΟΥΤΟ[ΟΝΟΜΑ..........Τ
ΗΝ ΒΟΥΛΗΝΤΗΝΑ[ΕΙΒΟΥΛΕΟΥΣΑΝ
ΙΕΡΟΚΛΕΙΔΗΣΤ..............
.Η]ΘΕΝΕΙΠΕΝΤΑΜ.Ι[ΝΑΛΛΑΚΑΘΑΓΕΡΤΗΙ
ΒΟΥΛΗΙΑΝΑΓΡΑΨ[ΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΣ
ΜΑΤΟΝΓΡΑΜΜΑΤ[ΕΑΤΗΣΒΟΥΛΗΣΕΝΑΚΡ
ΟΠΟΛΕΙΚΛΗΣΤΗΣ[ΑΙΔΕΚΑΗΜΕΡΩΝΕΙΣ
ΔΕΤΗΝΑΝΑΓΡΑΦΗ[ΝΤΗΣΣΤΗΛΗΣΔΟΥΝΑ
ΙΤΟΝ[Τ]ΑΜΙΑΝΤΟΥ[ΔΗΜΟΥΔΔΔΡΑΧΜΑΣΕ
ΚΤΩΝΚΑΤΑΨΗΦΙΣ[ΜΑΤΑΑΝΑΛΙΣΚΟΜΕΝ
ΩΝΤΩΙΔΗΜΩΙΕΙΙΛ[Ν
ΛΙ ΛΕ ΛΕ

Decretum hoc duobus prioribus simillimum restitui quantum fieri potuit; quae perierunt, in dextera parte interciderunt omnia, quod ex vs. 9. patet, ubi altera pars incipit ab initio integra. Initium non tento, nec versus tertii priorem partem. Vs. 8. ΤΗΝΑ nihil aliud esse potest quam *τὴν ἀεὶ βουλεύουσαν*, etsi quid haec debeat facere, non patet. Vs. 10. altera sententia additur ab Hieroclide dicta (v. num. 84. et ibi notata): Hieroclidis pater appellatus erat et nomen demoticum e. c. *Βατῆ]θεν*. Vs. 12 sqq. explevi ad normam aliarum inscriptionum, maxime num. 84. 87. spatii tamen, ut debet, ratione habita: vs. 13. ΚΛΗ in ΚΑΙ mutandum necessario. Vs. 14–17. restituti iam ab Osanno sunt Syll. p. 132. De formula *ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ* vide n. 108. ad decretum Salaminium extr. Totum fragmentum, quantum intelligi potest, minusculis iam repraesento.

δο]κεῖ τῇ βου[λῇ ....
. καὶ .... [πρόξενον κα-
ὶ εὐεργέτην το[ῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίω-
ν καὶ αὐτὸν καὶ [ἐκγόνους· εἶναι δὲ
αὐτῷ οἰκίας ἔ[γκτησιν. ἀναγεγράφ-
θαι δὲ αὐτοῦ τὸ [ὄνομα..........τ-
ὴν βουλὴν τὴν ἀ[εὶ βουλεύουσαν.
Ἱεροκλείδης Τ................
.ῆ]θεν εἶπεν· τὰ μὲ[ν ἄλλα καθάπερ τῇ
βουλῇ, ἀναγράψ[αι δὲ τόδε τὸ ψήφισ-
μα τὸν γραμματ[έα τῆς βουλῆς ἐν ἀκρ-
οπόλει, καὶ στῆσ[αι δέκα ἡμερῶν. εἰς
δὲ τὴν ἀναγραφὴ[ν τῆς στήλης δοῦνα-
ι τὸν ταμίαν τοῦ [δήμου ΔΔΔ δραχμὰς ἐ-
κ τῶν κατὰ ψηφίσ[ματα ἀναλισκομέν-
ων τῷ δήμῳ, ἐπὰ[ν...........
....

De *ταμίᾳ τοῦ δήμου* v. Decretum III. post Vit. X. Oratt. in Plutarcheis, et Oec. civ. Ath. T. I. p. 185. Idem magistratus est Salamine in civitate Atticorum cleruchorum: v. n. 108. extr. Vs. 17. *ἐπὰν* incipiebat sententiam talem: *ἐπὰν τὰ ἐκ τῶν νόμων μερίσῃ*: v. n. 84. extr.

93.

Lugduni Batavorum in Museo publico; ex Attica, et haud dubie ex pago Aexonensium, attulit Rotiers. Inscriptionis duo exempla ibi posita erant, alterum in templo Iuventae, alterum in Lesche. Litteris minusculis descriptum titulum Reuvensii benignitati debebam; alia apographa duo aliunde acceperat Niebuhrius.

ΚΑΤΑΔΕΕΜΙΣΘΩΣΑΝΑΙΞΩΝΕΙΣΤΗΝΦΙΛΑΕΙΔΑ
ΑΥΤΟΚΛΕΙΑΥΤΕΟΥΚΑΙΑΥΤΕΑΙΑΥΤΟΚΛΕΟΥΣΤΕΤ
ΤΑΡΑΚΟΝΤΑΕΤΗΕΚΑΤΟΝΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΔΥΟΙΝΔΡ
ΑΧΜΩΝΕΚΑΣΤΟΝΤΟΝΕΝΙΑΥΤΟΝΕΦΩΤΕΚΑΙΦΥΤΕ
ΥΟΝΤΑΚΑΙΑΛΛΟΝΤΡΟΠΟΝΟΝΑΝΒΟΥΛΩΝΤΑΙΤΗΝΔ
ΕΜΙΣΘΩΣΙΝΑΠΟΔΙΔΟΝΑΙΤΟΥΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝΟΣΜΗ
ΝΟΣΕΑΝΔΕΜΗΑΠΟΔΙΔΩΣΙΝΕΙΝΑΙΕΝΕΧΥΡΑΣΙΑΝΑΙ
ΞΩΝΕΥΣΙΝΚΑΙΕΚΤΩΝΩΡΑΙΩΝΤΩΝΕΚΤΟΥΧΩΡΙΟΥΚΑΙ
ΕΚΤΩΝΑΛΛΩΝΑΠΑΝΤΩΝΤΟΥΜΗΑΠΟΔΙΔΟΝΤΟΣΜΗΕ
ΞΕΙΝΑΙΔΕΑΙΞΩΝΕΥΣΙΝΜΗΤΕΑΠΟΔΟΣΘΑΙΜΗΤΕΜΙΣ
ΘΩΣΑΙΜΗΔΕΝΙΑΛΛΩΙΕΩΣΑΝΤΑΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑΕΤ
ΗΕΞΕΛΘΕΙΕΑΝΔΕΠΟΛΕΜΙΟΙΕΞΕΙΡΓΩΣΙΗΔΙΑΦΘΕΙΡ
ΩΣΙΤΙΕΙΝΑΙΑΙΞΩΝΕΥΣΙΝΤΩΝΓΕΝΟΜΕΝΩΝΕΝΤΩΙΧ
ΩΡΙΩΙΤΑΗΜΙΣΕΑΕΠΕΙΔΑΝΔΕΤΑΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑΕΤΗ
ΕΞΕΛΘΕΙΠΑΡΑΔΟΥΝΑΙΤΟΥΣΜΕΜΙΣΘΩΜΕΝΟΥΣΤΗΝΗΜ
ΙΣΕΑΝΤΗΣΓΗΣΧΕΡΡΟΝΚΑΙΤΑΔΕΝΔΡΑΟΣΑΝΕΙΕΝΤΩΙΧ
ΩΡΙΩΙΑΜΠΕΛΟΥΡΓΟΝΔΕΠΑΓΕΙΝΑΙΞΩΝΕΑΣΤΟΙΣΕΤΕΣ
ΙΤΟΙΣΤΕΛΕΥΤΑΙΟΙΣΠΕΝΤΕΧΡΟΝΟΣΑΡΧΕΙΤΗΣΜΙΣΘΩ
ΤΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΥΚΑΡΠΟΥΕΥΒΟΥΛΟΣΑΡΧΩΝΤΟΥΔΕΞΥΛΙΝ
ΟΥΟΜΕΤΕΥΒΟΥΛΟΝΤΗΝΔΕΜΙΣΘΩΣΙΝΑΝΑΓΡΑΨΑΝΤΑΣΕ
ΙΣΤΗΛΑΣΛΙΘΙΝΑΣΤΟΥΣΤΑΜΙΑΣΤΟΥΣΕΠΙΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥ
ΣΔΗΜΑΡΧΟΥΣΣΤΗΣΑΙΤΗΝΜΕΝΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΗΣΗΒΗΣΕΝ
ΔΟΝΤΗΝΔΕΝΤΕΙΛΕΣΧΕΙΚΑΙΟΡΟΥΣΕΠΙΤΩΙΧΩΡΙΩΙΜΗΕ
ΛΑΤΤΟΝΗΤΡΙΠΟΔΑΣΕΚΑΤΕΡΩΘΕΝΔΥΟΚΑΙΕΑΝΤΙΣΕΙΣ
ΦΟΡΑΥΠΕΡΤΟΥΧΩΡΙΟΥΓΙΓΝΗΤΑΙΕΙΣΤΗΝΠΟΛΙΝΑΙΞΩΝΕ
ΑΣΕΙΣΦΕΡΕΙΝΕΑΝΔΕΟΙΜΙΣΘΩΤΑΙΕΙΣΕΝΕΓΚΩΣΙΥΠΟΛΟ
ΓΙΣΕΣΘΑΙΕΙΣΤΗΝΜΙΣΘΩΣΙΝΤΗΝΔΕΓΗΝΤΗΝΕΚΤΗΣΓΕΩ
ΡΥΧΙΑΣΜΗΕΞΕΙΝΑΙΕΞΑΓΕΙΝΜΗΔΕΜΙΑΛΛΗΕΣΑΥΤΟΤΟΧ
ΩΡΙΟΝΕΑΝΔΕΤΙΣΕΙΠΕΙΗΕΠΙΨΗΦΙΣΕΙΠΑΡΑΤΑΣΔΕΤΑΣΣ
ΥΝΘΗΚΑΣΠΡΙΝΤΑΕΤΗΕΞΕΛΘΕΙΝΤΑΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑΕΙΝ·
ΑΙΥΠΟΔΙΚΟΝΤΟΙΣΜΙΣΘΩΤΑΙΣΤΗΣΒΛΑΒΗΣ ΕΤΕΟΚΛΗΣ
ΣΚΑΩΝΟΣΑΙΞΩΝΕΥΣΕΙΠΕΝΕΠΕΙΔΗΟΙΜΙΣΘΩΤΑΙΤΗΣΦΙΛ
ΑΕΙΔΟΣΑΥΤΟΚΛΗΣΚΑΙΑΥΤΕΑΣΣΥΝΧΩΡΟΥΣΙΝΩΣΤΕΕΚΚΟ
ΨΑΙΤΑΣΕΛΑΑΣΑΙΞΩΝΕΥΣΙΝΕΛΕΣΘΑΙΑΝΔΡΑΣΟΙΤΙΝΕΣ
ΜΕΤΑΤΟΥΔΗΜΑΡΧΟΚΑΙΤΩΝΤΑΜΙΩΝΚΑΙΤΟΜΙΣΘΩΤΟΑΠ
ΟΔΩΣΟΝΤΑΙΤΑΣΕΛΑΑΣΤΩΙΤΟΠΛΕΙΣΤΟΝΔΙΔΟΝΤΙΤΟΥΔΕ
ΕΥΡΟΝΤΟΣΑΡΓΥΡΙΟΥΛΟΓΙΣΑΜΕΝΟΙΕΠΙΔΡΑΧΜΕΙΤΟΝΤΟ
ΚΟΝΤΟΝΗΜΥΣΥΝΑΦΕΛΕΙΝΑΠΟΤΗΣΜΙΣΘΩΣΕΩΣΚΑΙΕΝΓ
ΡΑΨΑΙΕΝΤΑΙΣΣΤΗΛΑΙΣΤΟΣΟΥΤΩΙΕΛΑΤΤΩΤΗΝΜΙΣΘΩΣΙΝ
ΤΟΥΔΕΑΡΓΥΡΙΟΤΗΣΤΙΜΗΣΤΩΝΕΛΑΩΝΛΑΜΒΑΝΕΙΝΑΙΞΩΝ
ΕΑΣΤΟΝΤΟΚΟΝΤΟΝΔΕΠΡΙΑΜΕΝΟΝΤΑΣΕΛΑΑΣΕΚΚΟΨΑΙΕ
ΠΕΙΔΑΝΑΝΘΙΑΣΤΟΝΚΑΡΠΟΝΚΟΜΙΣΗΤΑΙΤΟΝΜΕΤΑΡΧΙΑ
ΝΑΡΧΟΝΤΑΠΡΟΤΟΑΡΟΤΟΚΑΙΜΥΚΗΤΑΣΚΑΤΑΛΙΠΕΙΝΜΗ
ΕΛΑΤΤΟΝΗΤΑΛΑΝΤΙΑΙΟΥΣΕΝΤΟΙΣΠΕΡΙΧΥΤΡΙΣΜΑΣΙΝΟ
ΠΩΣΑΝΑΙΕΛΑΑΙΩΣΚΑΛΛΙΣΤΑΙΚΑΙΜΕΓΙΣΤΑΙΓΙΓΝΩΝΤΑΙ
ΕΝΤΟΥΤΟΙΣΤΟΙΣΕΤΕΣΙ·ΟΙΔΕΗΙΡΕΘΗΣΑΝΑΠΟΔΟΣΘΑΙΤΑ
ΣΕΛΑΑΣΕΤΕΟΚΛΗΣΝΑΥΣΩΝΑΓΝΟΘΕΟΣ

Κα[τὰ] τάδε ἐμίσθωσαν Αἰξωνεῖς τὴν Φιλαεῖδα Αὐτοκλεῖ Αὐτέου καὶ Αὐτέᾳ Αὐτοκλέους τετταράκοντα ἔτη, ἑκατὸν πεντήκοντα δυοῖν δραχμῶν ἕκαστον τὸν ἐνιαυτόν, ἐφ᾽ ᾧτε καὶ φυτεύοντα καὶ ἄλλον τρόπον ὃν ἂν βούλωνται. τὴν δὲ μίσθωσιν ἀποδιδόναι τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνός· ἐὰν δὲ μὴ ἀποδιδῶσιν, εἶναι ἐνεχυρασίαν Αἰξωνεῦσιν καὶ ἐκ τῶν ὡραίων τῶν ἐκ τοῦ χωρίου καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἁπάντων τοῦ μὴ ἀποδιδόντος. μὴ ἐξεῖναι δὲ Αἰξωνεῦσιν μήτε ἀποδόσθαι μήτε μισθῶσαι μηδενὶ ἄλλῳ, ἕως ἂν τὰ τετταράκοντα ἔτη ἐξέλθῃ. ἐὰν δὲ πολέμιοι ἐξείργωσι ἢ διαφθείρωσί τι, εἶναι Αἰξωνεῦσιν τῶν γενομένων ἐν τῷ χωρίῳ τὰ ἡμίσεα. ἐπειδὰν δὲ τὰ τετταράκοντα ἔτη ἐξέλθῃ, παραδοῦναι τοὺς μεμισθωμένους τὴν ἡμισέαν τῆς γῆς χέῤῥον καὶ τὰ δένδρα ὅσ᾽ ἂν ᾖ ἐν τῷ χωρίῳ· ἀμπελουργὸν δ᾽ ἐπάγειν Αἰξωνέας τοῖς ἔτεσι τοῖς τελευταίοις πέντε. χρόνος ἄρχει τῆς μισθώ[σεως] τοῦ Δημητρίου καρποῦ Εὔβουλος ἄρχων, τοῦ δὲ ξυλίνου ὁ μετ᾽ Εὔβουλον. τὴν δὲ μίσθωσιν ἀναγράψαντας εἰστήλας λιθίνας τοὺς ταμίας τοὺς ἐπὶ Δη-

μοσθένους δημάρχου στῆσαι τὴν μὲν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥβης ἔνδον, τὴν δ' ἐν τῇ λέσχῃ, καὶ ὅρους ἐπὶ τῷ χωρίῳ μὴ ἔλαττον ἢ τρίποδας ἑκατέρωθεν δύο. καὶ ἐάν τις εἰςφορὰ ὑπὲρ τοῦ χωρίου γίγνηται εἰς τὴν πόλιν, Αἰξωνέας εἰςφέρειν, ἐὰν δὲ οἱ μισθωταὶ εἰςενέγκωσι, ὑπολογί[ζ]εσθαι εἰς τὴν μίσθωσιν. τὴν δὲ γῆν τὴν ἐκ τῆς γεωρυχίας μὴ ἐξεῖναι ἐξάγειν μηδεμι[ᾷ] ἀλλ' ἢ ἐς αὐτὸ τὸ χωρίον. ἐὰν δέ τις εἴπῃ ἢ ἐπιψηφίσῃ παρὰ τάςδε τὰς συνθήκας, πρὶν τὰ ἔτη ἐξελθεῖν τὰ τετταράκοντα, εἶναι ὑπόδικον τοῖς μισθωταῖς τῆς βλάβης.

Ἐτεοκλῆς Σκάωνος Αἰξωνεὺς εἶπεν· ἐπειδὴ οἱ μισθωταὶ τῆς Φιλαεῖδος, Αὐτοκλῆς καὶ Αὐτέας συγχωροῦσιν ὥστε ἐκκόψαι τὰς ἐλάας Αἰξωνεῦσιν, ἑλέσθαι ἄνδρας, οἵτινες μετὰ τοῦ δημάρχου καὶ τῶν ταμιῶν καὶ τοῦ μισθωτοῦ ἀποδώσονται τὰς ἐλάας τῷ τὸ πλεῖστον διδόντι· τοῦ δὲ εὑρόντος ἀργυρίου λογισάμενοι ἐπὶ δραχμῇ τὸν τόκον, τὸν ἥμ[ι]συν ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς μισθώσεως καὶ ἐνγράψαι ἐν ταῖς στήλαις τοσούτῳ ἐλάττω τὴν μίσθωσιν, τοῦ δὲ ἀργυρίου τῆς τιμῆς τῶν ἐλαῶν λαμβάνειν Αἰξωνέας τὸν τόκον. τὸν δὲ πριάμενον τὰς ἐλάας ἐκκόψαι, ἐπειδὰν Ἀνθίας τὸν καρπὸν κομίσηται τὸν μετ' Ἀρχίαν ἄρχοντα, πρὸ τοῦ ἀρότου. καὶ μύκητας καταλιπεῖν μὴ ἔλαττον [π]αλα[σ]τιαίους ἐν τοῖς περιχυτρίσμασιν, ὅπως ἂν αἱ ἐλᾶαι ὡς κάλλισται καὶ μέγισται γίγνωνται ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσι. ᾑρέθησαν ἀποδόσθαι τὰς ἐλάας Ἐτεοκλῆς, Ναύσων, Ἀγνόθεος.

Ἔδοξε τῷ δήμῳ· Ἰατροκλῆς Πυθίωνος εἶ[πε]· τὰ μὲν ἄλλα καθά,τι ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο, τὸ δὲ ψήφισμα τὸ περὶ Τροζηνίων, ὃ προεβούλευ[σεν] ἡ βουλὴ, ἀναγράψαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ σ[τῆ]σαι ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος· ἐπιμελη[θῆναι] δὲ τῆς ἀναγραφῆς τοὺς ἐξεταστάς· τ[ὸ δὲ ἀνά]λωμα τὸ εἰς τὴν στήλην δοῦναι τὸ[ν ταμίαν.....

Troezenii mire hic Trozenii audiunt: absurde enim Chishullus I in proximo Ι latere putat quasi per ligaturam vel monogramma. *Zenodotus* Troezenios adiuverat in liberanda urbe et pellendo alieno praesidio: quod eius civitati quum nunciassent Troezenii, civitas Iatroclis de sententia in concione populi decernit, ut decretum Senatus de Zenodoto et Troezeniis, cuius extrema tantum verba aetatem tulerunt, more solito columnae inscribatur. Sed quando ille Zenodotus Troezeniis opem tulerit, ignoratur: probabiliter tamen ad ea id tempora rettuleris, quibus cum Macedonibus varia fortuna dimicarunt Graeci: ut Zenodotus in Macedonico praesidio expellendo Troezenios adiuverit, fortasse adversus Cassandrum aut postea. Ipsum hoc monumentum Chishullus putat Atticum esse: et convenit vetus Atheniensium et Troezeniorum amicitia; formulae praeterea plane Atticae sunt, maxime illa vs. 11. de qua v. ad n. 84. Nomen quidem Βαυκιδεὺς in Atticis nondum repperi: tamen Iatrocles Atticum nomen est (Aesch. de fals. leg. p. 204. 295. Dem. de fals. leg. p. 403. 22.). Vs. 16. cur in Apollinis templo ponendum decretum sit praeter morem Atheniensium, non intelligo, potestque haec res de Attica origine dubitationem movere: sed potuit tamen peculiaris ratio subesse. Vs. 17. ἐξετασταὶ non possunt ii esse, quos Aristot. Polit. VI. cap. extr. cum Logistis componit; sunt potius *qui copiarum recensum agunt,* de quibus dixi Oec. civ. Ath. T. I. p. 315. ubi nollem alios esse hos statuissem. Nam Zenodotus militum dux fuit: consentaneum igitur militari magistratui traditam hanc decreti inscribendi curam esse. Vs. 16. ἐπιμεληθῆναι dedi: certatim correxerant alii ἐπιμελήσασθαι barbarum, Chishullus, Rochettus Antt. Bosp. p. 172. Osannus Syll. p. 133. qui hoc decretum per incuriam Stratonicense dicit. Ceterum ex Chish. addidi primas litteras ΕΣ, et vs. 18. primam litteram Λ.

107.

Olim Athenis in arce: abduxit Elginus; nunc est in Museo Britannico, Synops. n. 281. Primus edidit Chandl. Inscr. II, 12. p. 51. qui marmor in pavimento templi Turcici in porticu pedibus admodum tritum repperit. Repetiit Raoul-Rochette Antt. Bosp. tab. XIII. et explicuit p. 212 sqq. postremo ex lapide dedit Osannus Syll. I, p. 119–135. cum notis. Nos textum ex Chandlero et schedis Osanni constitutum damus, additis supplementis partim iam olim cum Rochetto privatim communicatis, partim posthac excogitatis. Marmor est στοιχηδὸν scriptum.

[*Textum vide in pag. seq.*]

..... ἐν τῷ ἐμπορίῳ ....
.......ι............. ει τιμᾶσθαι τού[ς Ἀθην-
αίους]............. το, ἐάν τις βαδίζε[ιν...
.... εἰς τὴν χώρα]ν αὐτοῦ ἢ τὴν Σπα[ρτόκο-
υ............ [ἀσυλίαν?] καὶ κατὰ γῆν καὶ [κατὰ θ-
άλατταν, ἔδωκε δὲ Σπάρτ]οκος, ἀ[φ]ικομένης [τῆς Α-
θήνηθεν σιταγωγίας? ἀκ]ούσας ὅτι ὁ δῆμος [ὁ Ἀθη-
ναίων .... ἥσ]θη τοῖς εὐτυχήμασ[ι τοῖς
τοῦ βασιλέως Σπαρτόκ]ου, δωρεὰν μυρίου[ς καὶ
δισχιλίους πυρῶν με]δίμνους, ἐπανγέλλε[ται δ-
ὲ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν χρ[είαν παρέξεσθαι τῷ [δήμ-
ῳ, ἀγαθὸν ποιῶν πᾶν ὅ,]τι ἂν δύνηται, καὶ ταῦ[τ' ἐπ-
ιτηδεύει βουλόμεν]ος διαφυλάττειν τὴν [εὔνο-
ιαν τὴν πρὸς τὸν δῆμ]ον τὴν παραδεδομένην αὐτ-
ῷ παρὰ τῶν προγόν]ων· ὅπως ἂν οὖν [φ]αίνηται [ὁ δῆ-
μος χάριτος μεμνη]μένος πρὸς τοὺς εὔνους [διὰ
τοῦ ἔμπροσθεν χρ]όνου διαμεμενηκότας αὐ[τῷ,
ἀγαθῇ τύχῃ, δε]δόχθαι τῷ δήμῳ ἐπ[αινέσαι β-
ασιλέα] Σπάρτοκον Εὐμήλου [καὶ στ-
εφανῶ]σαι χρυσέῳ στεφάνῳ [σταθ-
μὸν.. ἀρετῆς] ἕνεκα καὶ εὐνοίας, ἣν ἔχω[ν διατε-
λεῖ πρὸς τὸν] δῆμον, καὶ ἀνειπεῖν τὸν στέ[φανον
Διονυσίων] τῶν μεγάλων τραγῳδοῖς ἐν τῷ [θεάτρ-
ῳ· τῆς δὲ π]οιήσεως τοῦ στεφάνου καὶ τῆς ἀ[ναγο-
ρεύσεω]ς ἐπιμεληθῆναι τοὺς ἐπὶ τῇ διο[ικήσε-
ι. στῆσ]αι δ' αὐτοῦ καὶ εἰκόνα χαλκῆν ἐν τῇ [ἀγορ-
ᾷ παρ]ὰ τοὺς προγόνους καὶ ἑτέρα[ν ἐν ἀκροπόλ-
ει. ὅπω]ς ἂν δὲ καὶ εἰδῇ ὁ βασιλεὺς Σπάρτ[οκος τ-
ὰ ἐψηφ]ισμένα τῷ δήμῳ, χειροτονῆσαι πρέ[σβε-
ις τρ]εῖς ἄνδρας ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων, οἵτι[νες αἱ-
ρεθέ]ντες ἀπαροῦσιν καὶ τό,τε ψήφισμα ἀπ[οδώ-
σου]σιν, καὶ ἀπανγελοῦσι τὴν εὔνοιαν ἣν [ἔχει
πρὸ]ς αὐτὸν ὁ δῆμος, καὶ παρακαλοῦσιν αὐ[τὸν ὠ-
φελ]εῖν τῷ δήμῳ καθό,τι ἂν δύνηται. δοῦ[ναι δ'
ἐφό]δια τῶν πρεσβειῶν ἑκάστῳ τὸ τετα[γμέν-
ον. ὅπως ἂν δὲ καὶ ὑπόμνημα ᾖ τῆς οἰκειό[τητο-
ς] καὶ τῶν δωρειῶν τῶν προστιθεμένων αὐ[τῷ π-
ρ]ὸς ταῖς ὑπαρχούσαις, τὸν γραμματέα τὸν [κατὰ
πρυτανείαν ἀναγράψαι τόδε τὸ ψήφισμα [ἐν στ-
ήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι ἐν ἀκροπόλει· τὸ [δ' ἀν-
άλωμα τὸ γενόμενον μερίσαι τοὺς ἐπὶ τῇ [δι-
οικήσει.

Quum Osanni apographum ex marmore plane detrito factum nimium mutilum et corruptum sit, paucissimae notari varietates possunt; reliquae rectius omittuntur. Vs. 20. Chandl. ΧΡΥΣΩΙ: recepi insolentius ΧΡΥΣΕΩΙ ex Osanni schedis. Vs. 24. Chandl. ΟΙΚΗΣΕΩΣ: Os. ΟΙΗΣΓΩΣ: hinc conflata est nostra lectio [Γ]ΟΙΗΣΕΩΣ. Dictionem ἡ ποίησις τοῦ στεφάνου apte Os. adstruit ex Demosth.

 T

....................ΕΝΤΩΙΕΜΠΟΡΙΩΙ.......
.......................ΕΙΤΙΜΑΣΘΑΙΤΟΥ[ΣΑΘΗΝ
ΑΙΟΥΣ]...............ΤΟΕΑΝΤΙΣΒΑΔΙΞΕ[ΙΝ...
.........ΕΙΣΤΗΝΧΩΡΑ]ΝΑΥΤΟΥΗΤΗΝΣΠΑ[ΡΤΟΚΟ
Υ]...................ΙΚΑΙΚΑΤΑΓΗΝΚΑΙ[ΚΑΤΑΘ
ΑΛΑΤΤΑΝΕΔΩΚΕΔΕΣΠΑΡΤ]ΟΚΟΣΑΙΙΚΟΜΕΝΗΣ[ΤΗΣ.
.................ΑΚ]ΟΥΣΑΣΟΤΙΟΔΗΜΟΣ[ΟΑΘΗ
ΝΑΙΩΝ...........ΗΣ]ΘΗΤΟΙΣΕΥΤΥΧΗΜΑ‾[ΙΤΟΙΣ
ΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΣΠΑΡΤΟΚ]ΟΥΔΩΡΕΑΝΜΥΡΙΟΥ[ΣΚΑΙ
ΔΙΣΧΙΛΙΟΥΣΠΥΡΩΝΜΕ]ΔΙΜΝΟΥΣΕΠΑΝΓΕΛΛΕ[ΤΑΙΔ
ΕΚΑΙΕΙΣΤΟΛΟΙΠΟΝΧΡ]ΕΙΑΝΠΑΡΕΞΕΣΘΑΙΤΩ[ΙΔΗΜ
ΩΙΑΓΑΘΟΝΠΟΙΩΝΠΑΝΟ]ΤΙΑΝΔΥΝΗΤΑΙΚΑΙΤΑΥ[ΤΕΠ
ΙΤΗΔΕΥΕΙΒΟΥΛΟΜΕΝ]ΟΣΔΙΑΦΥΛΑΤΤΕΙΝΤΗΝ[ΕΥΝΟ
ΙΑΝΤΗΝΠΡΟΣΤΟΝΔΗΜ]ΟΝΤΗΝΠΑΡΑΔΕΔΟΜΕΝΗΝ[ΑΥΤ
ΩΙΠΑΡΑΤΩΝΠΡΟΓΟΝ]ΩΝΟΠΩΣΑΝΟΥΝΚΑΙΝΗΤΑΙ[ΟΔΗ
ΜΟΣΧΑΡΙΤΟΣΜΕΜΝΗ]ΜΕΝΟΣΠΡΟΣΤΟΥΣΕΥΝΟΥΣ[ΔΙΑ
ΤΟΥΕΜΠΡΟΣΘΕΝΧΡ]ΟΝΟΥΔΙΑΜΕΜΕΝΗΚΟΤΑΣΑΥ[ΤΩΙ
ΑΓΑΘΕΙΤΥΧΕΙΔΕ]ΔΟΧΘΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΕΠ[ΑΙΝΕΣΑΙΒ
ΑΣΙΛΕΑ]ΣΠΑΡΤΟΚΟΝΕΥΜΗΛΟΥ[ΚΑΙΣΤ
ΕΦΑΝΩ]ΣΑΙΧΡΥΣΕΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙ[ΣΤΑΘ
ΜΟΝ..ΑΡΕΤΗΣ]ΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΗΝΕΧΩ[ΝΔΙΑΤΕ
ΛΕΙΠΡΟΣΤΟΝ]ΔΗΜΟΝΚΑΙΑΝΕΙΠΕΙΝΤΟΝΣΤΕ[ΦΑΝΟΝ
ΔΙΟΝΥΣΙΩΝ]ΤΩΝΜΕΓΑΛΩΝΤΡΑΓΩΙΔΟΙΣΕΝΤΩΙ[ΘΕΑΤΡ
ΩΙΤΗΣΔΕΠ]ΟΙΗΣΕΩΣΤΟΥΣΤΕΦΑΝΟΥΚΑΙΤΗΣΑ[ΝΑΓΟ
ΡΕΥΣΕΩ]ΣΕΠΙΜΕΛΗΘΗΝΑΙΤΟΥΣΕΠΙΤΗΙΔΙΟ[ΙΚΗΣΕ
ΙΣΤΗΣ]ΑΤΑΑΥΤΟΥΚΑΙΕΙΚΟΝΑΧΑΛΚΗΝΕΝΤΗ[ΙΑΓΟΡ
ΑΙΠΑΡ]ΑΤΟΥΣΠΡΟΓΟΝΟΥΣΚΑΙΕΤΕΡΑ[ΝΕΝΑΚΡΟΠΟΛ
ΕΙΟΠΩ]ΣΑΝΔΕΚΑΙΕΙΔΗΙΟΒΑΣΙΛΕΥΣΣΠΑΡΤ[ΟΚΟΣΤ
ΑΕΨΗΦ]ΙΣΜΕΝΑΤΩΙΔΗΜΩΙΧΕΙΡΟΤΟΝΗΣΑΙΠΡΕ[ΣΒΕ
ΙΣΤΡ]ΕΣΑΝΔΡΑΣΕΞΑΘΗΝΑΙΩΝΑΠΑΝΤΩΝΟΙΤΙ[ΝΕΣΑΙ
ΡΕΘΕ]ΝΤΕΣΑΠΑΡΟΥΣΙΝΚΑΙΤΟΤΕΨΗΦΙΣΜΑΑΠ[ΟΔΩ
ΣΟΥ]ΣΙΝΚΑΙΑΠΑΝΓΕΛΟΥΣΙΤΗΝΕΥΝΟΙΑΝΗΝ[ΕΧΕΙ
ΠΡΟ]ΣΑΥΤΟΝΟΔΗΜΟΣΚΑΙΠΑΡΑΚΑΛΟΥΣΙΝΑΥ[ΤΟΝΩ
ΦΕΛ]ΕΙΝΤΩΙΔΗΜΩΙΚΑΘΟΤΙΑΝΔΥΝΗΤΑΙΔΟΥ[ΝΑΙΔ
ΕΦΟ]ΔΙΑΤΩΝΠΡΕΣΒΕΙΩΝΕΚΑΣΤΩΙΤΟΤΕΤΑ[ΓΜΕΝ
ΟΝ]ΟΠΩΣΑΝΔΕΚΑΙΥΠΟΜΝΗΜΑΗΙΤΗΣΟΙΚΕΙΟ[ΤΗΤΟ
Σ]ΚΑΙΤΩΝΔΩΡΕΙΩΝΤΩΝΠΡΟΣΤΙΘΕΜΕΝΩΝΑΥ[ΤΩΙΠ
Ρ]ΟΣΤΑΙΣΥΠΑΡΧΟΥΣΑΙΣΤΟΝΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΟΝ[ΚΑΤΑ
ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΝΑΝΑΓΡΑΨΑΙΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΣΜΑ[ΕΝΣΤ
ΗΛΗΙΛΙΘΙΝΗΙΚΑΙΣΤΗΣΑΙΕΝΑΚΡΟΠΟΛΕΙΤΟ[ΔΑΝ
ΑΛΩΜΑΤΟΓΕΝΟΜΕΝΟΝΜΕΡΙΣΑΙΤΟΥΣΕΠΙΤΗΙ[ΔΙ
ΟΙΚΗΣΕΙ

Mid. p. 520. 1. decreto pro Zenone Attico ap. Diog. L. VII, 11. etc. Idem saepius infra recurret. Vs. 26. nota litteras ΑΤΑ apud solum Chandl. extare. Vs. 30. init. Os. ΙΣ p. ΕΣ. Vs. 39. alterum ΤΟ addidi ex Os. Situm litterarum Osanni apographum paulo accuratius repraesentat; nec tamen ipse nec Rochettus quae forma tituli fuerit, intellexit. Nam vss. 39–41. probabile fit, ultra eorum fines in sinistra nihil perisse; id certum inde fit, quod vs. 1. in schedis Osanni diserte notatur octodecim litteras intercidisse. Nam quum ibi primum Ε apud Osannum desit, octodecim suppletis litteris ea ipsa, quam dixi, mensura congruit. Itaque in dextera parte supplenda erant omnia, quae ultra illam mensuram porrigerentur. Latitudinem ipsam certa supplementa docent: ad eam igitur etiam incerta dirigenda erant. Vs. 19. 20. est fere medius inscriptionis locus: ibi, ut parieti firmius infigi lapis posset, videtur utrinque vacuus relictus esse et retinaculis obtectus: itaque pauciores ibi litterae sunt. Quod quum negligeretur, miris supplementis ditata inscriptio est, ut explerentur spatia. Indidem patet initio paucos tantum versus perisse. Ceterum supplementorum bona pars a Chandlero, Rochetto, Osanno occupata est; alia ipse perfeci; quae mihi non probantur aut quae aperte vitiosa in priorum supplementis sunt, non omnia affero.

Decretum hoc, post duodecim tribus institutas, honori Spartoci IV. Eumeli f. datum est, qui ab Olymp. 119, 1. usque ad Olymp. 124, 1. viginti annos Bospori rex fuit (v. Diod. XX, 100. et ibi Wess.): plura de eo videbimus in Bosporanis; hoc enim loco de Bospori regibus disputare alienissi-

mum est. Illos *Spartocos* vocatos esse, non *Spartacos*, ex monumentis hodie satis constat. Initio tituli Spartoci, credo etiam maiorum et propinquorum tyrannorum de Atheniensibus merita enumerata erant: et vs. 1. de *Emporio* dicitur, fortasse *Theudosia*, ubi Leuco, ex Spartoci parentibus, ut aliis quoque locis, Atheniensibus tricesimae immunitatem dederat. V. Demosth. Lept. §. 26. 27. et Wolf. ib. Vs. 2. Chandl. supplet τιμᾶσθαι τοὺ]ς Ἀθηναίους, recte opinor. Vs. 3. cave scribas βαδίζῃ; excidit coniunctivum verbum, a quo pendet βαδίζειν. Vs. 4. Roch. supplevit τὴν Σπαρτόκου χώραν (cf. n. 105.): id paululum mutavi. Nota vero illud αὐτοῦ: patet de alio regulo agi, qui Atheniensibus in suam vel Spartoci dicionem euntibus praerogativam concesserit, de propinquo Spartoci haud dubie. Ea praerogativa ex parte quidem vs. 5. designata erat; certa sunt καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, a Chandl. inventa (qui θάλασσαν); praecessit credo ἀσυλίαν, quod frequentissime cum illa formula coniungitur. Iam vs. 6. aliquid de ipso Spartoco dictum est. Frumentum is Atheniensibus largitus erat: verbum ἔδωκε statim initio posui, et sic universam explevi lacunam; nam in seqq. nullus ei verbo locus relictus est. Praemittitur autem commode causa, cur id frumentum rex largitus sit. Nempe quum classis Atheniensium frumentaria advenisset, rex audivit ex illis hominibus, populum Atheniensem valde laetatum esse prosperis regis Spartoci eventibus: qui quales fuerint, nescimus; emendatio tamen haud ambigua est, licet verba non omnia certa sint. Vs 6. habes ἀφικομένης, quod facili negotio restitui: mire Os. id ΑΙΙΚΟΜΕΝΗΣ mutavit in Εὐμήλου. Desideratur iam vocabulum *classem frumentariam* designans: id quum exputare non possem, exempli causa dedi σιταγωγίας, quamvis fortasse minus aptum. Cave tamen inferas πρεσβείας. Mox ἀκούσας ab Os. ministratum est, ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων a Chandl. Suppleo ἥσ]θη ex usu: olim conieceram εὐφράνθη minus usitatum. Chandl. barbare προσετέ]θη. Donum ipsum quantum fuerit, Roch. perspexit: μυρίους καὶ δισχιλίους ..... μεδίμνους, quo fere expletur spatium: nec scripserim τρισχιλίους, quod erat quum supplerem. Nempe *singulis tribubus millenos medimnos* dedit Spartocus. In ea, quae relinquitur, lacuna aut σίτου aut Chandlero duce πυρῶν suppleri potest: hoc praetuli; nam πυροὶ Ποντικοὶ noti sunt, cf. Dinarch. c. Demosth. p. 33. et ubivis; ac σίτου nimis indefinitum foret. Proxima spatiorum ratione accurate habita explevi. Vs. 10. Roch. ἀτέλειαν παρέξεσθαι: sed dicitur ἀτέλειαν διδόναι, non παρέχειν (v. Dem. Lept. §. 26. 27. et ubivis): igitur Chandlerianum χρείαν adoptavi. Vs. 11. varie expletus est, nec liquet participium ibi praesens an infinitivus futuri scriptus fuerit. Chandl. proposuit ποιῶν ἀγαθόν, ut passim, e. c. num. 101. καὶ ποεῖ ἀγαθὸν ὅ,τι δύναται; Os. ποιήσειν. Sed spatio neutrum convenit: igitur addidi πᾶν et scripsi ἀγαθὸν ποιῶν πᾶν. Mox ΤΑΥ esse ταῦτα vix dubium est: sed solum ΤΑΥΤ adscivi, ut Δ pro ΔΕ vs. 26. certum est et vs. 40. probabile. Lacunam ad amussim explevi Graecitate optima, καὶ ταῦτ' ἐπιτηδεύει, *et haec impense agit* etc. Deinde Roch. τὴν εὔνοιαν τὴν etc. melius quam Chandl. qui φιλίαν. Versus 15–17. infeliciter Os. tractavit: vs. 15. correxi [φ]αίνηται; διαμεμενηκότας integerrimum est, ac nupera correctio huius vocis sensu plane vacua. Ceterum vs. 15. παρὰ τῶν προγόνων partim ad Leuconem refertur (Demosth. adv. Lept. §. 25 sq. et ibi Wolf.), partim ad eius antecessores, quos ipsos in Athenienses beneficia contulisse Demosthenes refert, partim ad successores Leuconis, Satyrum, Gorgippum et fortasse Paerisadem I. ad quos statim redibo. Vs. 18. retinui Rochettiana ἀγαθῇ τύχῃ et vs. 18. 19. βασιλέα: quae si omiseris, litterarum dispositio minus concinna erit. Vs. 20. 21. σταθμόν, si sensum spectes, necessarium est: ipsum pondus incertum. Vs. 22. Διονυσίων dudum supplevit Köhlerus *Dörpt. Beiträge* 1814. P. I. p. 38. Paulo post notandi sunt οἱ ἐπὶ τῇ διοικήσει. Olim unus fuit ὁ ἐπὶ τῇ διοικήσει: nunc plures sunt, non ad tempus creati, quod nuper dictum est me dixisse, sed mutata administrationis forma unius negotiis ad plures translatis. Cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 185. His igitur mandatur coronae faciendae cura: quo minus mirum est iisdem etiam renunciandae coronae curam tradi. Nam quod Os. coniecit, ludos etiam curasse τοὺς ἐπὶ τῇ διοικήσει, cave credas: Dionysia magna Archon curabat. Vs. 26. iam pridem ΑΤΑ in ΑΙΔ mutavi. Ibid. Roch. recte ἐν τῇ ἀγορᾷ. Dinarch. c. Demosth. p. 34. ἢ τὸ χαλκοῦς ἐν ἀγορᾷ στῆσαι Βηρισάδην (Bekker. Βιρισάδην) καὶ Σάτυρον καὶ Γόργιππον. etc. Hi sunt ipsi illi Spartoci parentes, certe *Satyrus* et *Gorgippus*, etiam aliunde cogniti: Berisades quoque non Thraciae ille regulus esse videtur, sed *Paerisades I.* rex Bospori (Olymp. 107, 4–117, 2.). Mox ἀκροπόλει Roch. rectissime. Vs. 30. sitne ΤΡΕΙΣ an ΤΡΕΣ scribendum, dubium est: sed Chandleriani apographi causa retinui ΤΡΕΣ, quod ex prisca scriptura retentum est, ut fit subinde in hac voce; e. c. num. 151. vs. 21. *Tres* legati saepe missi sunt. Decretum Atticum Deliacum, Archonte Aristaechmo: χειροτονῆσαι δὲ καὶ πρέσβεις ἤδη τρεῖς, οἵτινες etc. Dein Os. αἱρεθέντες, bene; Roch. ἐκπλέοντες. Vs. 33. 34. Roch. ἐπωφελεῖν, Os. ὠφελεῖν. Ὠφελεῖν cum dativo etsi rarum esse notat Eustathius ad Hom. p. 725. 55. aliique, plura tamen ex Atticis poetis exempla contulit Matthiae Gr. Gr. p. 514. Vs. 35. non male Os. postulat πρέσβεων: de ἐφοδίῳ dixi Oec. civ. Ath. T. I. p. 255. Vs. 37. δωρειῶν sitne singularis forma an vitium quadratarii, in medio relinquo. Ex hoc autem loco Spartocum patet etiam prius alias ab Atheniensibus praerogativas accepisse: in quibus fortasse erat ἀτέλεια iam Leuconi data (v. Demosth. l. c.), qui ab Olymp. 96, 4. ad Olymp. 106, 4. regnavit: qua ἀτελείᾳ num etiam immunitatem decimae apud Chrysopolin constitutae nactus Leuco fuerit, ut Os. tradit, licebit dubitare, quum id vectigal certe non ultra pacem Antalcideam Ol. 98. pactam perdurare potuerit, ut iam olim monui

(l. c. p. 349.), immunitatem autem Leuconi ante hoc tempus datam fuisse non constet. Vs. 38. 39. habes τὸν γραμματέα τὸν κατὰ πρυτανείαν, de quo dixi Oec. civ. Ath. T. I. p. 200. Est is prytanum scriba; vide inscriptiones num. 81. allatas, quae ex parte Euclide priores sunt. Attamen ante Euclidem et paulo post non videtur hoc nomine vocatus esse: certe in nullo antiquiore titulo id nomen deprehendi, munusque inscribendorum decretorum in vetustioribus titulis datur potius τῷ γραμματεῖ τῆς βουλῆς: v. num. 84. 87. 90. 92. (etsi hic ex coniectura est). Igitur vide an scriba, qui ὁ κατὰ πρυτανείαν postea dictus est, olim sit γραμματεὺς τῆς βουλῆς et posthac demum γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν vocatus, ut ab alio recens addito Senatus scriba distingueretur. Ceterum τὸν γραμματέα τὸν κατὰ πρυτανείαν deinceps recurrentem in Atticis titulis videbimus, ut n. 112. 113. Decretum ipsum in arce ponendum esse decernitur; in Parthenone vel Opisthodomo Parthenonis iudice Osanno. Non credo. In publico loco decreta ponenda erant, ut legi possent, non in templo vel loco clauso, qualem Opisthodomum fuisse constat parietibus undique firmatum, non apertum, quem Osannus commentus est. Lycurgi decreta si in arce ponenda esse decernitur πλησίον τῶν ἀναθημάτων (Decret. III. post vitt. X Oratt. Plutarch. T. VI. p. 279. ed. Tub.), intellige donaria non in templis posita, sed sub dio, statuas, tripodes etc. Foedus Lacedaemoniorum et Atheniensium sane παρ' Ἀθηνᾷ dicitur ponendum esse, ut apud Lacones παρ' Ἀπόλλωνι ἐν Ἀμυκλαίῳ (Thucyd. V, 23.): sed ibi res longe gravior agitur; immo potest vel ibi Ἀθηνᾶ πρόμαχος sub dio posita intelligi. Alia videntur pone Parthenonem posita fuisse, ubi inscriptio n. 87. reperta est. Cf. etiam ad n. 86. Postremo μερίσαι de *distribuenda et dispensanda singulis pecunia in sumptus eroganda* explicui Oec. civ. Ath. T. I. p. 185. neque fere aliud profert Os. licet in mea explicatione desideret nescio quid.

108.

In ecclesia principali vici *Koluri* in insula *Salamine*. Transcripsit L. B. de Stackelberg. Ex schedis D. de St-Martin edidit Raoul-Rochette Antt. Bosp. tab. XV. et p. 204 sqq. cum interpretatione. Aliquot inde locos memoraverat Köhlerus in libello periodico *Dörptische Beiträge* 1814. P. I. p. 43. 45. 62. et varias lectiones ex meliori, quam Rochetti, apographo petitas dedit in Antt. Bosp. p. 126–128. Ceterum Salaminios titulos omnes inter Atticos rettuli, quod Salamis optima aetate Atticae reipublicae demus est.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Varietas lectionis. Vs. 1. Roch. ΑΣΤΕΙΕΟΣ ΑΛΑΜΕΩΣΕΝΑΝΔΡΟΝ: quod recepi, Köhleri est; ut omnibus locis, ubi Rochetti varietates afferam: sed ΛΕΑΝΔΡΟΝ in marmore obscurum esse Köhl. notat. Vs. 2. init. Köhl. ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙ etc. Roch. ΟΣΤΑΓΕΙΕΝΙ et ΝΕΠΕΙΚΛΑΣ p. ΜΕΤΕΙΚΑΔΑΣ, et in fine ΝΑ p. ΚΑΛΙ. Ex his initio versus et Rochetti ΟΣ et Köhleri ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙ recepi. Vs. 5. extr. Roch. ΕΒΟΥΟΣΕΙ. Vers. 6–11. dedi ex Köhl. nec annoto diversitatem lectionis Roch. nimium vitiosae, nisi quod vs. 10. ΟΠΛΑΟΝ habet, et vs. 11. extr. ΤΟΥΣΞΛΚΑΝ, sed post vs. 13. ubi eandem lineam iterum habet, ΤΟΥΣΞΑΝΩ. Et hoc inde recepi. Köhlerus pro ΤΟΥΣΞΑΝΩ habet ΤΑΚΑΝΩ. Post vs. 13. ap. Roch. repetita est lin. 11. sed cum diversis lectionibus: recte ea abest a Köhleri apographo. Vs. 15. extr. Roch. ΟΥΘΕΝΕ.ΟΝΟ, et vs. 16. init. ΠΩΚΛ etc. Ceterum vs. 16. in tabula xv. ap. Roch. excidit. Vs. 17. init. Köhl. ΟΙΚΟΔ. Roch. ΩΣΚΟΣΜΗΣ, et in fine ΤΗΣ . ΕΟΥΣ. Vs. 19. Roch. ΑΝΟΔΕΛΟΓΙΣΤΑΙ, Köhl. ΑΠΟΛΟΓΕΙΣΘΑΙ ΤΗΙΒΟΥΛΗΙ, quod non recipio; in fine Roch.: .ΛΕΛΩΚΕΔ. Vs. 21. init. Roch. ΤΗΝΔΟΞ etc. Vs. 31. Roch. ΔΙΟΝΥΣΙΩΝΕΝΣΑΛΑΜΙΝ: Köhl. ΤΡΑΓΩΔΟΥΣ. Vs. 32. Köhl. (Dörpt. Beitr.) ΓΕΝΗΤΑΙ: Roch. ΓΙΝΗΤΑΙ. Vs. 39. init. Roch. ΑΝΦΙΑΤΩΝ, et extr. ΜΕΝΟΙ. Köhl. ΚΑΤΑΤΑΨΗΦ. Praeterea Köhlerus (Dörpt. Beitr. l. c. p. 44.) citat ex vs. 32.): ΠΡΩΤΟΝΓΕΝΗΤΑΙΚΑΙΑΙΑΝΤΕΙΟΙΣΤΩΙΓΥΜΝΙΚΩΙΑΓΩΝΙ: sed haec, ut videtur, ex coniectura, vera tamen. Ibidem ex vs. 30. exhibet ΑΝΕΙΠΕΙΝ, recte.

Inscriptionem hanc Rochettus paucis annis ante Salaminios ab Atheniensibus propter belli Cassandrei res expulsos ponendam putat; ego longe aliter censeo. Rem paucis absolvam. Salaminii, antequam ab Atheniensibus defecere, pars erant reipublicae Atticae et demum Atticum constituebant: sed tum, quum haec inscriptio exarata est, Salamis non ést demus Atticae. Igitur hoc decretum post divisam ab Atheniensi civitate Salaminem scriptum est. Rursum vero postquam Salaminii ab Atheniensibus defecere, suam constituebant rempublicam liberam et ab Attica non modo divisam, sed illi infensam, donec illos Athenienses everterent et expellerent. At ne tum quidem, quum infensa Atheniensibus et ab iis libera Salamis esset, hoc decretum factum est: sed prorsus contra quidquid in hac inscriptione memoratur, plane Atticum refert morem; immo ipsi homines Attici sunt, non tamen demo Salaminii, licet in fine et saepius ὁ δῆμος ὁ Σαλαμινίων commemoretur, sed ex aliis demis, Leuconoënses, Piraeenses: archontes vero duo commemorantur, alter Atticus, alter Salaminius. Quae aliter explicari nequeunt, nisi ut hoc decretum statuamus esse *Atheniensium cleruchorum post eversam Salaminiorum liberam civitatem ibi constitutorum:* de qua re infra pluribus dicam. Iam vero Salamis ab Atheniensibus defecit Olymp. 115, 3. neque illis reddita videtur ante Olymp. 134. Nam quo tempore Antipater obiit, Nicanor Cassandri amicus Munychiam tenuit (Olymp. 115, 2.): tum Athenienses de Salamine, ut de Piraeeo suo, solliciti erant, ne eam caperet Nicanor (Plutarch. Phoc. 32.). Et Salaminii paulo post (Diod. XVIII, 69. sub Olymp. 115, 3.) a Cassandro obsessi fortiter sese tuentur. Sed postea in bello cum Cassandro Salaminii urbem suam invitis Atheniensibus Mace-

ΕΠΙΚΛΕΟΥΣΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΑΣΤΕΙΕΝΣΑΛΑΜΙΝΙΛΕΑΝΔΡΟΝ
ΟΣΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝΟΣΤΕΤΡΑΔΙΜΕΤΕΙΚΑΔΑΣΘΕΟΣΕΝΩΣΚΑΛΙ
ΜΑ[Χ]ΟΥΛΕΥΚΟΝΟΣΕΥΣΕΙΠΕΝΕΠΕΙΔΗΘΕΟΔΟΣΟΣΕΥΤΩΟΠΙΟ
ΠΕΙΤΑΙΕΥΣΧΕΙΡΟΘΟΝΗΘΕΙΣΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΣΕΙΣΤΟΝΕΝΤ[ΑΥΤΟΝ
ΤΟΝΕΠΙΠΑΤΟΚΛΕΟΥΣΑΡΧΟΝΤΟΣΤΑΣΤΕΟΥΣΙΑΣΕΒΟΥΘΥΤΗΣ[ΕΝ
ΑΠΑΣΑΣΤΑΣΚΑΘΗΚΟΥΣΑΣΚΑΙΥΠΕΔΕΞΑΤΟΤΟΥΣΑΛΕΙΦΟ
ΜΕΝΟΥΣΠΑΝΤΑΣΣΥΝΕΤΕΛΕΣΕΝΔΕΚΑΙΤΑΕΡΜΑΙΑΚΑΙΥΠΕ
ΔΕΞΑΤΟΠΑΝΤΑΣΑΝΑΛΩΣΑΣΕΙΣΤΑΥΤΑΟΥΚΟΛΙΓΟΝΠΡΟ[ΣΕ
ΔΑΠΑΝΗΣΕΔΕΚΑΙΠΡΟΣΤΟΜΕΡΙΣΘΕΝΑΥΤΩΕΙΣΤΟΕΛΑΙΟΝΕ[Κ
ΤΩΝΙΔΙΩΝΑΝΕΘΗΚΕΝΔΕΚΑΙΟΠΑΛΟΝΤΩΚΑΙΑΝΕΓΡΑΨΕΝΤΟΥΣ
ΝΕΝΙΚΗΚΟΤΑΣΤΟΥΣΔΡΟΜΟΥΣΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙΤΟΥΣΞΑΝΩ[ΝΕΙ
ΛΗΦΟΤΑΣΕΠΑΝΗΓΑΓΕΝΔΕΚΑΙΤΑΣΕΠΑΝΑΓΩΓΑΟΚΑΘΕΚ[ΑΣ
ΤΟΝΜΗΝΑΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣΕΝΤΑΙΣΚΑΘΗΚΟΥΣΑΙΣΗΝΕΡΑΙΣ
ΗΡΞΕΝΔΕΚΑΙΤΗΝΑΡΧΗΝΚΑΙΕΝΤΟΙΣΛΟΙΠΟΙΣΔΙΚΑΙΟΣΙ
ΚΑΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΦΙΛΟΤΙΜΑΙΑΣΚΑΙΣΠΟΛΥΔΗΣΟΥΔΕΝΕΛΛΕΙ
ΠΩΝΚΛΕΟΙΣΞΑΥΤΑΠΑΝΤΑΩΝΗΛΩΣΑΣΠΛΕΙΟΝΑΡΓΥΡΙΟΝ
ΩΙΚΟΔΟΜΗΣΕΝΔΕΚΑΙΤΟΝΤΟΙΧΟΝΕΚΤΩΝΙΔΙΟΝΤΗΣΑΓΟΡΑΣ
ΤΟΑΒΛΕΠΟΝΤΑΠΡΟΣΝΟΤΟΝΚΑΙΠΕΡΙ.ΞΩΝΠΑΝΤΩΝ
ΑΠΟΔΕΛΟΓΙΣΤΑΙΤΕΙΒΟΥΛΕΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΔΕΔΩΚΕΔΕ[ΚΑΙ
ΤΑΣΕΟΥΣΑΣΟΠΩΣΕΦΑΜΙΑΛΟΝΗΙΠΑΣΙΤΟΙΣΒΟΥΛΩΜΕΝ[ΟΙΣ
ΦΙΛΟΔΟΞΕΙΝΕΙΔΟΣΙΝΟΤΙΚΑΤΑΕΙΩΣΤΙΜΙΕΟΗΕΟΝΤΑΙΤ[ΩΝ
ΕΥΓΕΟΣΙΩΝΑΓΑΘΕΙΤΕΥΧΕΙΔΕΔΟΧΟΑΙΤΙΝΒΟΥΛΕΙ
ΤΩΝΣΛΑΧΟΝΤΑΣΠΡΟΕΔΡΟΥΣΕΙΣΤΗΝΕΠΙΟΥΣΑΝΓΓ
ΝΑΙΣΙΑΝΧΡΗΜΑΤΙΣΑΙΠΕΡΙΤΟΥΤΩΝΓΝΟΜΗΝΛΕΤΙΜΙ
ΒΑΛΛΣΣΩΑΙΤΗΣΒΟΥΛΗΣΕΙΣΤΟΝΔΗΜΟΝΟΤΙΔΟΙΕΙΤΕΘ
ΛΕΣΕΠΑΙΝΕΣΑΙΤΟΝΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑΤΟΝΕΝΙΑΣ
ΤΟΝΤΟΝΕΠΙΕΡΓΟΚΛΕΟΥΣΑΡΧΟΝΤΟΣΘΕΟΔΟΤΟΝΕΥΣΤΡΟ
ΤΟΝΠΕΙΡΑΙΣΑΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΑΥΤΟΝΧΡΥΣΤΗΣΤΕΦΑ
ΝΟΙΣΚΑΤΑΤΩΝΝΟΜΟΝΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΕΝΕΚΕΝΤΗΣΕΙΣΤΟΝΔΙ
ΜΟΝΤΟΝΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝΚΑΙΑΝΕΙΠΕΝΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟΝ
ΤΟΥΤΟΝΔΙΟΝΥΣΙΩΝΤΩΝΕΝΣΑΛΑΜΙΝΙΤΡΑΓΩΔΟΙΣΟΤΑΝ
ΠΡΩΤΩΝΓΕΝΗΤΑΙΚΑΦΛΙΑΝΤΕΙΟΙΣΤΩΙΓΥΜΝΙΟΙΑΓΩΝΙ
ΑΝΑΓΑΨΑΙΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΣΜΑΤΟΝΓΡΑΜΜΑΤΟΥΔΗ
ΜΟΥΕΙΣΤΗΛΑΣΑΙΟΙΝΑΣ.ΥΟΚΑΙΣΤΗΣΑΙΜΙΑΝ.ΝΕΝΟΥ
ΓΥΜΝΑΣΙΩΙΜΙΑΝΕΕΝΤΩΙΕΠΙΦΑΝΟΣΤΑΤΩΙΤΗΣΑΓΟ
ΡΑΣΤΟΠΩΙΤΗΣΔΕΑΝΑΓΟΡΕΥΣΘΩΣΓΟΥΣΤΕΦΑΝΟ[Υ
ΝΑΙΤΗΣΑΝΑΘΕΣΕΩΣΤΩΝΣΤΗΦΟΝΕΠΙΜΕΛΗΘΗΝΑΙΤΟΥΣ
ΤΩΙΜΕΛΙΤΑΣΜΕΡΙΣΑΙΔΕΤΟΝΤΑΜΙΑΝΦΙΛΟΚΛΗΝΠΕΙΡΑΙ
ΕΑΕΚΤΩΝΕΙΣΤΑΚΑΤΑΨΗΦΙΣΜΑΤΑΑΝΑΛΙΣΚΟΜΕΝΩΝ
ΤΩ]ΙΔΗΜΩ[Ι]

ΟΔΗΜΟΣΟΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝ
ΘΕΟΔΟΤΟΝ
ΕΥΣΤΡΟΦΟΥ
ΠΕΙΡΑΙΣΑΓΥΜΝΑΣΙ
ΑΡΧΗΣΑΝΤΑ.ΠΙΕΙ
ΓΟΚΑΣΟΥΣΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ

---

doni tradunt: unde summa in Salaminios Atheniensium ira. Pausan. I, 35, 2. Σαλαμινίους δὲ Ἀθηναῖοι.... ἀναστάτους ἐποίησαν, καταγνόντες ἐθελοκακῆσαί σφας ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Κάσσανδρον, καὶ τὴν πόλιν γνώμῃ τὸ πλέον Μακεδόσιν ἐνδοῦναι· καὶ Ἀσκητάδου τε κατέγνωσαν θάνατον, ὃς τότε ᾕρητο ἐς τὴν Σαλαμῖνα στρατηγός, καὶ ἐς τὸν πάντα ἐπώμοσαν χρόνον Σαλαμινίοις ἀπομνημονεύσειν προδοσίαν. Polyaen. Strat. IV, 11, 2. Κάσσανδρος ὁμοῦ μὲν ἐπολιόρκει Σαλαμῖνα, ὁμοῦ δὲ καὶ Ἀθηναίοις ἐναυμάχει. νικήσας τῇ ναυμαχίᾳ ὅσους μετ' Ἀθηναίων εἷλε Σαλαμινίους ἄνευ λύτρων ἀφῆκε. πυθόμενοι δὲ οἱ τὴν Σαλαμῖνα οἰκοῦντες προσεχώρησαν Κασσάνδρῳ πιστεύσαντες αὐτοῦ τῇ φιλανθρωπίᾳ. Tum igitur Salaminii res suas ab Atheniensibus separatas constituerunt. Haec gesta sunt Olymp. 115, 3. quo anno Demetrius Phalerensis Athenis praefectus est; quod quum fieret, Salamina Cassander iam tenuit (Paus. I, 25, 5.). Reddita autem Salamis Atheniensibus est ab Arato, Olymp. 134. circiter (Pausan. II, 8, 5.); eo tempore, opinor, expulsi sunt, quod disertis verbis Pausanias testatur, veteres Salaminii; cleruchos autem in eorum locum missos esse vel me non monente patet. Id enim semper ab Atheniensibus factum est, si quam civitatem delerent eamque terram sibi vin-

dicarent. Ceterum Salamina quidem etiam Demetrius Antigoni f. ceperat (Polyaen. Strat. IV, 7, 5. Plutarch. Demetr. 16.): sed redditam ab eo Atheniensibus esse non invenio. Quae quum ita sint, haec inscriptio non poterit commode ante Olymp. 134. scripta censeri: quodsi quis Atheniensibus prius redditam Salaminem putet, non tamen hanc inscriptionem ante Olymp. 123, 3. ponere poterit. Etenim Archon Atticus vs. 1. est Ergocles, cui nullus in Fastis locus ante illum annum assignari potest: nam pleni Fasti sunt usque ad illum annum, exceptis annis Olymp. 122, 1. 2. 4. at ii anni nullos habuerunt eponymos archontes, sed ἱερέας τῶν Σωτήρων. Cf. ad n. 90. Verum primum verba inscriptionis emendatiora apponenda sunt; deinde singulis examinandis docebo, nec demi s. pagi Salaminiorum Attici, nec civitatis Salaminiorum liberae et ab Atheniensibus separatae hoc decretum esse, sed civitatis ex cleruchis Atticis in Salamine constitutae.

Ἐπὶ [Ἐργο]κλέους ἄρχοντος ἐν Ἄστει, ἐν Σαλαμῖνι [δ]ὲ Ἄνδρ[ω]νος, Μεταγειτνιῶνος τετράδι μετ' εἰκάδας, Θεό[ξ]εν[ο]ς Καλ[λ]ιμά[χ]ου Λευκονοεὺς εἶπεν· Ἐπειδὴ Θεόδο[τ]ος Εὐ[στρ]ό[φου] Πει[ρ]αιεὺς χειρο[τ]ονηθεὶς γυμνασίαρχος εἰς τὸν ἐν[ιαυτὸν] τὸν ἐπὶ [Ἐργ]οκλέους ἄρχοντος τάς τε [θ]υσίας ἐβουθύτησ[εν] ἁπάσας τὰς καθηκούσας, καὶ ὑπεδέξατο τοὺς ἀλειφομένους πάντας, συνετέλεσεν δὲ καὶ τὰ Ἕρμαια, καὶ ὑπεδέξατο πάντας, ἀναλώσας εἰς ταῦτα οὐκ ὀλίγον, προ[σε]δαπάνησε δὲ καὶ πρὸς τὸ μερισθὲν αὐτῷ εἰς τὸ ἔλαιον ἐ[κ] τῶν ἰδίων, ἀνέθηκεν δὲ καὶ ὅπλον, [ἐν] ᾧ καὶ ἀνέγραψεν τοὺς νενικηκότας τοὺς δρόμους, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς [ἔλαιον εἰ]ληφότας· ἐπανήγαγεν δὲ καὶ τὰς ἐπαναγωγὰ[ς] καθ' ἕκ[ασ]τον μῆνα, ποιούμενος ἐν ταῖς καθηκούσαις ἡ[μ]έραις· ἦρξεν δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς δικαίως κα[τὰ] τοὺς νόμους, φιλοτιμίας καὶ σπουδῆς οὐδὲν ἐλλείπων κ[αὶ ε]ἰς [τ]αῦτα πάντα [ἀ]ν[α]λώσας πλεῖον ἀργύριον· ᾠκοδόμησεν δὲ καὶ τὸν τοῖχον ἐκ τῶν ἰδί[ω]ν τῆς ἀγορᾶς τὸ[ν] βλέποντα πρὸς νότον, καὶ περὶ [τούτ]ων πάντων ἀπο[λ]ελόγισται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, δέδωκε δὲ [καὶ] τὰς ε[ὐθ]ύ[ν]ας· ὅπως ἐφάμι[λ]λον ᾖ πᾶσι τοῖς βουλ[ο]μέν[οις] φιλοδοξεῖν, εἰδόσιν ὅτι κατα[ξ]ίως τιμ[ηθ]ή[σ]ονται τ[ῶν] εὐ[εργε]σιῶν, ἀγαθῇ τύχῃ, δεδόχθαι τ[ῇ] βουλῇ, τ[οὺ]ς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπιοῦσαν [ἐκκλη]σίαν χρηματίσαι περὶ τούτων, γν[ώ]μην [δ]ὲ [συμ]βάλλ[ε]σ[θ]αι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δο[κ]εῖ τῇ [βου]λῇ, ἐπαινέσαι τὸν γυμνασιαρχήσαντα τὸν ἐνια[υ]τὸν τὸν ἐπὶ Ἐργοκλέους ἄρχοντος Θεόδοτος Εὐστρό[φ]ο[υ] Πειραι[έ]α, καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσ[ῷ] στεφάνῳ κατὰ τ[ὸ]ν νόμον, φιλοτιμίας ἕνεκεν τῆς εἰς τὸν δ[ῆ]μον τὸν Σαλαμινίων, καὶ ἀνειπε[ῖ]ν τὸν στέφανον τοῦτον Διονυσίων τῶν ἐν Σαλαμῖνι τραγῳδοῖς, ὅταν πρῶτ[ο]ν γένηται, κα[ὶ Α]ἰαντείοις τῷ γυμνι[κ]ῷ ἀγῶνι. ἀναγ[ρ]άψαι [δὲ] τόδε τὸ ψήφισμα τὸν γραμματέα τοῦ δήμου εἰστήλας [λ]ι[θ]ίνας [δ]ύο, καὶ στῆσαι μίαν [μὲ]ν ἐν [γ]υμνασίῳ, μίαν [δ]ὲ ἐν τῷ ἐπιφαν[ε]στάτῳ τῆς ἀγορᾶς τόπῳ· τῆς δὲ ἀναγορεύσ[ε]ως [τ]οῦ στεφάνο[υ κ]αὶ τῆς ἀναθέσεως τῶν στη[λῶ]ν ἐπιμεληθῆναι τοὺς [ἐπ]ιμελ[η]τάς, μερίσαι δὲ τὸν ταμίαν Φιλοκλῆν Πειραιέα ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ.

Infra haec, quippe in corona:

Ὁ δῆμος ὁ Σαλαμινίων
Θεόδοτον
Εὐστρόφου
Πειραι[έ]α γυμνασι-
αρχήσαντα [ἐ]πὶ Ἐ[ρ-
γοκ[λέ]ους ἄρ-
χοντος.

Initio vides duos archontes, alterum Ergoclem (vide vs. 27. coll. 45. 5.) ἐν Ἄστει, hoc est Athenis, alterum ἐν Σαλαμῖνι: formula fere eadem quae in Marmore Sandwicensi init.: ἀπὸ Καλλίου ἄρχοντος μέχρι τοῦ Θαργηλιῶνος μηνὸς ἐπὶ Ἱπποδάμαντος Ἀθήνησι, ἐν Δήλῳ δὲ ἀπὸ Ἐπιγένους ἄρχοντος etc. Et Atticus archon aliquoties deinceps redit, Salaminius non item. Salaminii igitur Athenas ut principem suam urbem agnoscunt: unde vides decretum hoc non Salaminiorum ab Atheniensibus separatorum esse, sed Atheniensibus deditorum. Neque vero demi Salaminiorum Attici psephisma hoc est: nam demus archontem non habet sed demarchum. Praeterea demus non Senatu (βουλῇ) nec proëdris instructus est, quos haec inscriptio offert; neque demi Salaminis magistratus potest Piraeensis esse, ut gymnasiarchus et quaestor; neque in concione demotarum Salaminis potuit Leuconoënsis civis sententiam ferre. Quae omnia id docent, quod dixi, decretum hoc factum esse in *Attica civitate Salaminiorum*, quae post expulsos veteres Salaminios instituta est: *cives sunt Attici, in Atticis demis censiti, Leuconoënses, Piraeenses, in Salamine autem cleruchi:* ita auctoritate reipublicae Atheniensis, ut Atheniensium populus in Delo (v. Inscriptt.), constituunt *civitatem Salaminiam*, ipsique *Salaminii* audiunt, non ut demotae (demo enim Piraeenses, Leuconoënses etc. sunt), sed ut cleruchi. Cleruchos enim duplici civitate gavisos esse, Attica et eius urbis, in qua eorum fundi, docui Oec. civ. Ath. T. I. p. 456 sqq. ubi de cleruchiis egi. Et eius rei memorabile iam exemplum haec praebet inscriptio, alterumque plane geminum habes in decreto Atheniensium in Delo habitantium, quod Archonte Aristaechmo scriptum est, ubi etiam βουλὴ et πρόεδροι οἱ λαχόντες comparent; Deliique illi Athenienses ab Atticis demis denominantur in inscriptionibus, prorsus ut in hoc Salaminio titulo. Corrigo igitur me, qui in Commentatione de Dionys. c. 11. (in Actis Acad. Boruss.) putaverim decretum hoc esse demi Attici s. pagi Salaminiorum: qua de re tum aliter non licebat iudicare, quum ipsa decreti verba nondum essent edita. Ceterum Salaminia haec cleruchorum civitas omnia ad Atticum morem gerebat: hinc etiam de proëdris τοῖς λαχοῦσι dicitur etc. De formularum praescriptarum emendatione non est, quod dicam, quum omnia apertissima sint, licet veram lectionem ante Köhleriani apographi varietates editas assequi ipse non potuerim: igitur alia tum tentabam cum Rochetto privatim communicata, quae referre nihil attinet. Εἰκάδας fortasse in εἰκάδα mutan-

dum. Καλλιμάχου dedit Köhl. Pro Λευκονοεὺς Roch. legebat Εὐκονθεύς: quod demi nomen Sponii errori debetur, etiam Corsino F. A. T. II. p. 229. erroris participe facto. Nempe in Inscr. Att. Salamine reperta (vide Class. XI.) legendum: ΔΙΟΝΥΣΙΑ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΜΙΛΗΣΙΑ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΕΥΚΟΝΟΕΩΣ ΓΥΝΗ: ubi vulgo ΕΥΚΟΝΘΕΩΣ. Nostro loco deleto Σ scribendum ΛΕΥΚΟΝΟΕΥΣ. Apud Suidam h. v. male scribitur Λευκονιεύς, et Λευκονεύς in decreto I. et II. post Vit. X Oratt. in Plutarcheis; Λευκονιεὺς et Λευκωνεὺς et Λακωνεὺς legebatur ap. Plutarch. Demetr. 25. quod nunc recte emendatum est. Λευκονθεὺς olim erat in decreto I. vitarum X Oratt. Praeterea ap. Harpocr. extat Λευκονοιεύς: sed verum Λευκονοευς Demosthenes tribus locis praebet c. Aphob. I. adv. Lacrit. et in Polyclea; adde inscriptiones, alteram: Εὐχαρίδης Λυσιμάχου Λευκονοεύς, alteram: Φίλιππος Χαριο... Λευκονοεύς. *Hermaea* a pueris celebrantur in gymnasiis, quod vel ex Platone notum. Vs. 10. ubi ΟΠΑΛΟΝ, Köhlerus olim emendavit ῥόπαλον: nunc rectius correxit ὅπλον, *clypeum:* cui nomina victorum et eorum inscripta sunt, qui in gymnasio exercitati erant: talis clypei inscriptionem v. in Agonisticis. Vs. 11. extr. ΞΑΝΩ[Ν est ἔλαιον: οἱ ἔλαιον εἰληφότες sunt ii, qui in gymnasio exercitati sunt. Ante illa, sed aliter lecta, in Köhl. apogr. est ΤΑ: quod si curaveris, dederis τὸ ἔλαιον: sed articulus videtur commodius abesse. Vs. 14. post ἦρξεν δὲ quod καὶ est, id malim abesse. Paulo ante ἐπαναγωγαὶ καθ᾽ ἕκαστον μῆνα ἐν ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις videntur *navium deductiones Athenas* esse, ut Salaminii cum Atheniensibus convenirent, utpote Attici cives, vel *deductiones Athenis Salaminem.* Vs. 16. πλεῖον ἀργύριον videtur esse *plus pecuniae* quam ex legibus tenebatur. Ceterum nota Theodotum Metagitnione iam rationes reddidisse: nam ex Attico instituto triginta post abdicatum magistratum diebus rationes reddi debebant. Differre ἀπολογισμὸν et εὐθύνας docui Oec. civ. Ath. T. I. p. 205. In seqq. plurima expedivit Rochettus, collato maxime decreto Deliaco Archonte Aristaechmo scripto, ex quo haec addo: Δεδόχθαι τῇ βουλῇ τοὺς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν χρηματίσαι περὶ τούτων, γνώμην δὲ ξυμβάλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τῇ βουλῇ etc. De proëdris v. Schömann. de comitt. Vs. 34. noli corrigere ΕΙΣΣΤΗΛΑΣ: v. ad n. 93. Quamquam in talibus rebus non magna huius apographi fides est: certe aliquoties litterae omittuntur, ut I subscriptum vs. 9. 10., et vs. 31. in τραγῳδοῖς, quum tamen id in aliis locis positum conspiciatur; ut videatur etiam in illis versibus restituendum esse. In fine est formula: ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ. Eadem est n. 92. sed omisso εἰς τά: ex quo titulo vides κατὰ ψηφίσματα, non κατὰ τὰ ψηφίσματα dici; igitur non admisi Köhleri lectionem κατὰ τὰ ψ. Utraque dictio εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα et κατὰ ψηφίσματα aeque commoda est et sententiam eandem praebet: significatur enim *ea publicae pecuniae pars, quae impensis destinata erat non lege praescriptis, sed populiscito iussis;* quam nos *extraordinariam* vocamus. Induxit me olim (Oec. civ. Ath. T. I. p. 186.) decretum pro Lycurgo scriptum (Vit. X. Orr. Decr. III.), ut in Salaminio titulo vocem κατὰ delendam putarem; nam ibi in fine habetur: ἐκ τῶν εἰς τὰ ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ. Sed nisi huic quoque formulae eandem, quam prioribus, sententiam tribuere malis, potius illud decretum corrigendum est et scribendum ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα.

109.

„Fragmentum marmoris in sacello, ubi olim castellum *Salaminis* positum erat." Ex schedis Fourmonti.

ΕΙΓΙΛΥΕΙΟΕΙΔΟΥΑΡΜΟΝΤΟΣΣΗΣΟΦΙΟΡΙΟΝΟΔΔΕΥΤΕΡΑ[Ι
ΣΙΝΟΣΕΙΠΕΝΕΠΕΙΟΗΤΑΜΙΑΣΚΑΙΟΙΣΥΝΕΠΙΝΕΛΗΤ[ΑΙΚΑΛΩΣΚΑΙΠΡΟΘΥ
ΜΩΣΕΠΕΗΕΑΗΟΗΣΗΝΕΑΝΤΕΟΥΣ[ΙΩΝΤΩ]ΝΠ
ΓΞΡΙΥΟΝΟΙΝΟΝΤΩΝΟΙΑΣΟΤΩΝΚΑΙ
ΤΩΝΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΔΕΔΟΧΟΑΙΤΟΙΣΘΙΑΣ[ΩΤΑΙΣΕΠΑΙΝΕΣΑΙΑΥΤΟΥΣΚΑΙΣΤΕ
ΦΑΝΑΣΑΝΚΑΖΤΟΝ[ΑΥ]ΤΩΝΟΑΛΛΟΥΣ[ΤΕΦΑΝΩΙΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑΚΑΙΔΙΚΑΙΟΣΥ
ΝΗΣΝΙΚΙΑΝΤΑΜΙΑΝ...ΣΙΑΝΕΓΙ[ΜΕΛΗΤΗΝ
ΝΑΕΓΙΜΕΛΗΤΗΝΣΤΡΑΤΟΝΛΗΝΓΡΟ
ΔΟΡΟΝΜΕΡΙΣΑΙ. ΑΛ ΟΙ ΠΟ ΤΑΝ
..\ΑΣΕΙΞΑΝ . . .
ΙΕΡΩΠΗΣ.ΞΝΔΙΔΟ

ΝΙΚΙΑΝ

Est decretum Thiasotarum, hoc est collegii sacri privati, quorum vetustissima memoria in lege Solonis ap. Petit. p. 524. ed. Wessel. Habebant ii etiam fundos (Aristot. person. Oec. II, 2. 3.). Eiusdem thiasi inscriptio est proxime sequens: alias alibi videbimus. Verba, quantum restitui possunt, haec fuerunt:

Ἐπὶ Λυσιθείδου ἄρχοντος, Σκιροφοριῶνος δευτέρᾳ
....
ῖνος εἶπεν· Ἐπειδὴ ὁ ταμίας καὶ οἱ συνεπιμελητ[αὶ καλῶς καὶ προθύ-
μως ἐπεμελήθησαν [τῶν] τε θυσ[ιῶν τῶ]ν π......
....
περὶ τὸ κοινὸν τῶν θιασωτῶν, καὶ ....

τῶι ἀγαθῆ τύχῃ, δεδόχθαι τοῖς θιασ[ώταις, ἐπαινέσαι αὐτοὺς καὶ στεφανῶσαι ἕκαστον [αὐ]τῶν θαλλοῦ σ[τεφάνῳ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης· Νικίαν ταμίαν, ... σίαν ἐπι[μελητήν, ...
να ἐπιμελητήν, Στρατοκλῆν ....

Exciderunt aliquot curatorum nomina; ea infra coronis inscripta repetebantur, unde solum Νικίαν superest. Vs. 9. more solito dictum erat, pecuniam sumptui suppeditandam a Quaestore esse: hinc reliquum est μερίσαι; ...Δ[Ω]PON videtur ex Quaestoris nomine superesse. Archon Lysithides Atticus esse videtur eius aetatis, ubi Fasti lacunosi.

110.

In insula *Salamine*, in ecclesia τῆς Παναγίας vici Ampelaki. Ed. Chandler. Inscr. II, 127. p. 79. Confer praecedentem titulum. Sunt duae inscriptiones in eodem lapide.

ΤΟΥΣΔΕΕΣΤΕΦΑΝΩΣΑΝΟΙΘΙΑ[Σ]ΩΤΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙ
ΑΣΕΝΕΚΕΝΤΗΣ ΕΙΣΕΑΥΤΟΥΣ
ΦΙΛΙΣΤΙΔΗΝ *Haec duo nomina in corona.*
ΣΩΣΙΒΙΟΝ
ΤΟΥΣΔΕΕΣΤΕΦΑΝΩΣΕΝΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΘΙΑΣΩΤΩΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ
ΚΑΙΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣΤΗΣΕΙΣΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΘΙΑΣΩΤΩΝ

ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΝ	ΑΝΤΙΦΩΝΤΑ
ΣΙΛΑΝΙΩΝΑ	ΚΥΧΡΑΙΟΝ
ΕΠΙΚΡΑΤΗΝ	ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΣΙΛΑΝΙΩΝΑ	ΠΥΡΡΙΝΟΝ
ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΝ	ΕΠΙΚΡΑΤΗΝ
ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΝ	ΕΠΙΚΛΗΝ

Saepius redeunt iidem.

111.

Marmor Elginianum Mus. Brit. n. 178. Edidit Osannus Syll. I, 53. p. 115. Nos damus ex Rosianis et Osanni schedis, sed maxime ex prioribus.

Ε]ΠΙΚΑΣΟΜΑΧΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΕΠΙΤΗΣΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣΕΝΔΕΚΑΤΗ[ΣΠΡΥ
ΤΑΝΕΙΑΣΤΗΙΔΥΟΝΥΣΙΟΣ. . ΟΧΙΝΟΥΚΗΤΤΙΟΣΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝΟ[ΑΡ
Γ]ΙΔΙΩΝΟΣΕΝΔΕ[Κ]ΑΤΕΙ ΕΝΔΕΚΑΤΕΙΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΕΚΚΛ[ΗΣΙ
ΑΚΥΡ]ΙΑΤΩΝΠΡΟΕΔΡΩΝΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝΛΕΩΝΘΕΑΙΟΥΤ[ΡΙ]ΚΟΡ[ΥΣΙ
ΟΣΚΑΙΣΥΜΠΡ]ΟΕΔΡΟΙ......ΣΤΡΑΤΟΣΑΙΘΑΛΙΔΗΣΠΕΙΣΙΚΛ[ΗΣ
ΟΣ......[ΑΝ]Ι[ΓΥ]ΡΑΣΙΟΣΑΝΤΙΔΩΡΟΣΦΙΛΑΙΔ[ΗΣ
ΣΤΡΑΤΟΣΚΗΤΤΙΟΣΦΙΛΕΩ
ΘΕΟΦΙΛΟΣΑΙΞΩΝΕΥΣ
ΕΙΠΕΝΕΔΟΞΕΤΗΙΒΟΥΛΗΙΚ]ΑΙΤΩΙΔΗΜ[ΩΙ

Varietas lectionis. Vs. 1. init. Os. ΠΙΚΑ.Ω-ΜΑΧΟΥ, Ros. Π...ΣΟΜΑΧΟΣ (etsi aliud de eo narrat Os.): hinc conficitur quod dedi. Vs. 2. pro ΤΑΝΕΙΑΣ Os. ΚΑ..... Deinde Os. ΔΥΟΝΥΣΙΟ., Rosiana: Α.Ο.ΟΝΗ.ΟΣ; porro Os. ..ΟΧΙΜΟΥ, incertum tamen prius Ο esse notans, Rosiana ..ΧΙ ΝΟΥ. Litteras in hoc versu ex schedis Osanni disposui discrepantibus in hac re ab edito ipsius exemplo. In voce ΚΗΤΤΙΟΣ addidi Η ex Ros. pro vacuo Osanni spatio. Vs. 3. primum Ι solus Ros. reliqua ex Rosianis dedi, etiam spatiis ad ea dispositis. Os. ΕΝΔ..ΑΤ.Ι.ΣΕΝΔΕΚΑΤΗΙΤΗΣ etc. ΕΙ ex vetere formularum usu servavi. Vs. 4. init. Os. ΟΑ p. ΙΑ; reliqua ex Rosio sunt, nisi quod ex Osanno dedi Σ vocis ἐπεψήφισεν, ubi Rosiana Ξ, et Ι ex Os. pro Ψ in voce Θεαίου adscivi. Ultima post ΘΕΑΙΟΥ omittit Ros. Vs. 5. init. Ros. ΟΕ-ΔΡΟΝ, non recte; dein Os. ΡΡΑΤΟΣ. Vs. 6. init. Os. ΟΔ, non sub ΡΟ sed sub ΟΙ; idem omittit proximum Ι. Ibid. Os. ΑΝΤΙΔΩΡΟ.ΦΙΑΛΑΙΔ: Ros. ΦΙΛΑΙΑ, reliqua ut edidi. Vs. 7. Os. ΚΝΙΤΙΟΣ ΑΙΛΙ. Vs. 8. Osanni schedae ΘΩΟΝΤΙΔΟΣ p. ΘΕΟ-ΦΙΛΟΣ, et vs. 9. ΑΙΚΑΝΔΗΜ, pro quo Ros. habet ΑΝΤΩΙΔΗΜ: pro Rosii ΑΝ recepi ex Os. ΑΙ; sed retinui ΤΩΙ.

Ἐ]πὶ Κλεομάχου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ἑνδεκάτη[ς πρυτανείας, ᾗ Διονύσιος .. οχίνου Κήττιος ἐγραμμάτευεν, Θ[αργ]ηλιῶνος ἑνδε[κ]άτῃ, ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας ἐκκλ[ησία κυρ]ία· τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν Λέων Θεαίου Τ[ρι]κορ[ύσιος καὶ συμπρ]όεδροι, ... στρατος Αἰθαλίδης, Πεισικλῆς
.... Ἀναγυράσιος, Ἀντίδωρος Φιλαΐδης,
.... στρατος Κήττιος, Φιλεω .. ..
.... Θεόφιλος Αἰξωνεύς,
...... εἶπεν. ἔδοξεν τῇ βουλῇ κ]αὶ τῷ δήμῳ.

Fragmentum praescriptorum decreti omnino memorabile, cuius rationem paucis explicabo, et possem etiam paucioribus, nisi nuperus editor in brevi

titulo toties offendisset. Forma inscriptionis ea fuit, quam designavi; in sinistram nihil supplendum, quam quae apposui; reliqua in dextera perierunt. Archontem Osannus fingit *Callimachum;* deinde eum pseudeponymum praedicat: quasi pseudeponymis creandis proficiatur quidquam. Ego adhuc nullum pseudeponymum in inscriptionibus repperi; duosque alios ab eodem fictos suis locis exturbabo. Nam pseudeponymi, de quibus nemo Schömanno (de comitt. p. 137 sqq.) melius disputavit, partim erroribus doctorum debentur, partim ex decretis manuscriptis, maxime in oratione Demosthenis de corona, collecti sunt: qui quo errore nitantur, nondum liquet; illud tamen mihi certum est, numquam illos fuisse eponymos, neque eponymis suffectos. Nam eponymus anno designando inservit; suffectorum autem ex nomine numquam designatur annus, nec designari potuit: turbata enim omnia essent, et maxime delectus militaris, secundum τοὺς ἐπωνύμους τῶν ἡλικιῶν institutus. Et inscriptiones quidem quum istiusmodi erroribus non obnoxiae sint, patet nullos in iis pseudeponymos statui posse. Nostro loco ΛΣ muta in ΛΕ: archon est *Cleomachus.* Decretum scriptum post duodecim tribus Olymp. 118, 2. institutas: inde usque ad Olymp. 123, 1. nulli fuerunt archontes, sed ἱερεῖς τῶν Σωτήρων eponymi; Olymp. 123, 2. Diocles Archon est; postea deficiunt Fasti: igitur decretum hoc post Olymp. 123, 2. exaratum est. Idem ante Olymp. 145, 1. scriptum esse mox apparebit. Vs. 2. ΤΗΙ p. ΗΙ error est lapicidae. Scriba est Κήττιος ex Leontide: v. ad num. 81. Mox Θαργηλιῶνος legendum esse et vestigia litterarum docent et res ipsa: Thargelion enim undecimus mensis. Post Θαργηλιῶνος ἑνδεκάτῃ perperam Os. inseruit ΙΣ, et quaerit an hoc sit ἱσταμένου: quasi ἑνδεκάτῃ ἱσταμένου dici possit. Deinde additur ἐκκλησία κυρία, nominativo casu, ut num. 105. 112. 113. 122. et βουλὴ n. 124. cf. etiam decretum Deliacum archonte Aristaechmo scriptum et Atticum ap. Diog. L. in vita Zenonis (VII, 10.). De κυρίᾳ undecimo die v. Schöm. l. c. p. 45. Sequitur proëdrus ὁ ἐπιψηφίσας, *Leon Theaei Tricorysius.* Θεαῖος idem quod Θειαῖος: utraque forma utitur Pindarus; Θειαῖον habes num. 102. Proëdrus ὁ ἐπιψηφίσας est Aeantidis, ex non contribulibus, recte: v. ad num. 90. Vocem Τρικορύσιος ex certa emendatione restitui. Vs. 5. non οἱ συμπρόεδροι scribendum erat, sed omittendum οἱ, ut spatia melius congruerent: v. ad num. 105. Additi hoc loco erant reliqui proëdri, quod nusquam alibi repperi; deinde vs. 9. sequebatur: ὁ δεῖνα ...... εἶπεν· ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Ii proëdri, contra quam Os. putat, debent omnes *non contribules* esse ex decem tribubus praeter Antiochidem prytania fungentem et Aeantidem, cuius civem proëdrum iam antea nominatum videmus (cf. ad num. 90.). Iam primus est *Aethalides* ex emendatione mea aperta, quum nuperus editor demoticum nomen Αἰολλίδης finxisset: is est ex vulgari traditione *Leontidis.* Sequitur *Anagyrasius Erechtheidis;* proximus est *Philaides Aegeidis,* dein *Cettius Leontidis,* postea Theophilus *Aexonensis Cecropidis.* Sunt omnes diversarum tribuum, nisi quod Aethalides ille et Cettius ex Leontide ambo sunt. Sed huic difficultati medebor. Ex proëdris enim illis, qui detracto Aeantidis tribuli, epistata in comitiorum diem sorte creato, decem erunt, *primus,* ut dixi, est ille *Aethalides, alter Pisicles,* cuius demoticum nomen periit in lacuna vs. 6. *tertius Anagyrasius Erechtheidis, quartus Philaides Aegeidis; quintus,* et solus quintus, periit in lacuna vs. 7. *sextus* ibidem est *Cettius Leontidis,* cuius nomen partem lacunae vs. 7. explebat; vs. 8. *septimus* et *octavus* perierunt in lacuna; *nonus* est *Aexonensis Cecropidis; decimus* periit vs. 9. deinde sequebatur nomen τοῦ εἰπόντος. Quae cur iterum enumeraverim, accipe. Nempe quum duplex fuerit tribuum ordo, alter prytaniarum causa quotannis sorte constitutus, alter constans; intellexi hos proëdros non contribules ex constanti ordine describi, ita tamen, ut prima tribus sit pro tertia et sic deinceps. Constans autem ille ordo Corsino (F. A. T. I. p. 145 sqq.) docente hic fuit: *Erechtheis, Aegeis, Pandionis, Leontis, Acamantis, Oeneis, Cecropis, Hippothontis, Aeantis, Antiochis.* Quibus in nostro decreto considerando eximendae Antiochis, ex ordine sortitionis nunc prytaniâ fungens, ideoque a proëdris non contribulibus aliena, et Aeantis, ex qua est epistates non contribulis, in eum diem itidem sorte constitutus, Leon Tricorysius. Reliquae octo tribus prorsus congruunt cum ordine horum proëdrorum, inde a tertio:

1. *Erechtheis*	3. *Anagyrasius*
2. *Aegeis*	4. *Philaides*
3. Pandionis	5. Deest
4. *Leontis*	6. *Cettius*
5. Acamantis	7. Deest
6. Oeneis	8. Deest
7. *Cecropis*	9. *Aexonensis*
8. Hippothontis	10. Deest.

Unde sequitur Erechtheidi ea aetate, qua hic titulus scriptus est, duas tribus antepositas fuisse: quum vero Ptolemaidem quintum, Attalidem ultimum locum tenuisse constet, sunt illae necessario *Demetrias* et *Antigonis,* quas Athenienses nimia adulatione primo loco posuerint. Ita intelligimus, inscriptionem hanc ante Olymp. 145, 1. exaratam esse, quo anno illarum tribuum superfuit neutra. *Aethalidae* vero, quorum civis primo loco positus est, tum non Leontidis, sed aut *Demetriadis* aut *Antigonidis* fuerunt, prout hanc vel illam primam fuisse statueris. Et Demetriadem quidem priorem ponunt Diod. XX, 46. et Plutarch. Demetr. 11. alii, ut Steph. Byz. v. Βερενικίδαι et Pollux VIII, 110. contrario utuntur ordine; sed Pollux Attalidem quoque Ptolemaidi perperam praeponit, ideoque minorem in hac re fidem mereri videtur. Postremo in Φιλεω incertum est Ω: male Os. Αἰλιανός, nomen Romanum ea aetate Athenis inauditum neque ante Traianum magnopere frequentatum.

112.

,,Athenis, apud Alexandrum Παναγιωτάκη," ex schedis Fourmonti.

ΕΡΙ] . Λ . . . . ΧΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΕΠΙ[ΤΗΣ . . . . ΙΔΟΣ . . . . ΡΡΥΤΑΝΕ
ΙΑ]ΣΠΙΑΡ . . . ΗΣΘΕΟΔΩΡΟΥΟΟΡΙΚ[ΙΟΣΕΓΡ
ΑΜ]ΜΑΤΕΟΣΙ . . . . [ΙΩ]ΝΟΞ[Ε]Κ[Τ]ΕΙΜΕΤΕΙΚΑΔΑ[ΕΚΤΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΗΣΡΡΥΤ
Ι[Ν]ΚΙΑΣΕ[ΚΚΛ] . ΙΣΙΑΕΜΠΕΙΡΑΙΕΙΤΩΝΓΙ[ΟΕΔΡΩΝΕΡΕΨΗΦΙΣΕΝ . . . . .
ΦΙΛΩΝΟΣΦΡΕΑΡΡΙΟΣΚΑΙΣΥΝ[Ρ]ΡΟΕΔΡΟΙΕΔΟΞΕΝ[ΤΩΙΔΗΜΩΙ . . . .
ΣΟΥΝΙΕΥΣΕΙΠΕΝΥΠΕΡΩΝΑΡΑΓΓΕΛΛ[ΟΥΣΙΝΟΙΡΡΥΤΑΝΕΙΣΤΗΣ . . . . Ι
ΔΟΣΥΠΕΡΤΩΝΑΥΣΙΩΝΩΝΟΥΟΝΤΑΓ[ΡΟΤΩΝΕΚΚΛΗΣΙΩΝΩΣΤΩΙΑΡΟΛΛΩ
ΝΙΤΩΙΠΡΟΕΤΑΤΗΞΙ[ΩΙ]ΚΑΙΤΕΙΑΡΤΕΜ[ΙΔΙΤΗΙΒΟΥΛΑΙΑΙΚΑΙΤΟΙΣΑΛ
ΔΟΙΣΟΕΟΙΣΠΑΤΡΙΟΝΗΝΑΓΑΟΕΙ[ΤΥΧΕΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΤΑ
. ΙΕΝΑΓΑΘΑΔΕΧΕΣΟΑΙΤΑΓΕΓΟΝΟΤΑΙΞ[ΤΟΙΣΙΕΡΟΙΣΟΙΣΕΘΥΟΝΕΡΙΤΥ
Χ]Ι . ΙΚΑΙΣΩΤΗΡΙΑΙΤΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙ[ΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΥΑΘΗΝΑΙΩΝΕ
Ρ]ΕΙΔΗΔΕΟΙΠΡΥΤΑΝΕΙΣΤΑΣΤΕΦΑ[ΣΙΑΣΕΘΥΣΑΝ . . . .
ΘΡΙΚΟΝΕΝΠΕΙΠΡΥΤΑΝΕΙΑΝΑΛΩ[ΣΚΑΙΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΩΣΕΡΕΜΕΛΗΘΗ
ΣΑΝΔΕΚΑΙΤΗΣΣΥΛΛΟΓΗΣΤΗΣΤΕΙ[ΟΥΛΗΣΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΚΑΙΤΩΝ
ΑΛΛΩΝΑΠΑΝΤΩΝΩΝ[Α]ΥΤΟΙΣΠΡΟΣΕΙ[ΑΧΘΗΑΝΕΣΤΗΣΑΝΔΕΚΑΙΤΑ
ΑΓΑΛΜΑΤΑΤΟΥΔΗΜΟΥΟΡ[Α]ΙΝΕΣΑΙΤΟ[ΥΣΡΡΥΤΑΝΕΙΣΤΗΣ . . . . ΙΔΟΣ
ΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΧΡΥΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩ[ΙΑΡΟ . . . . ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ
ΕΝΕΚΕΝΤΗΣΠΡΟΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΚΑΙ/[ΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣΤΗΣΕΙΣΤΗΝΒΟΥΛΗΝ
ΚΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝΤΟΝΑΘΗΝΑΙ[ΩΝ]Ρ[ΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΣΜΑΤΟΝ
ΓΡΑΜ[Μ]ΑΤΕΑΤΟΝΚΑΤΑ[Ρ]ΙΥ[ΤΑΝΕΙΑΝΕΝΣΤΗΛΕΙΛΙΘΙΝΕΙΚΑΙΣΤΗΣΑΙ
ΕΝΤΩΙΠΡΥΤΑΝΕΙΩΙΕΙ[ΣΔΕΤΗΝΠΟΙΗΣΙΝΤΟΥΣΤΕΦΑΝΟΥΚΑΙΤΗΝΑΝΑ
Θ]ΕΣΙΝΜΕΡΙΣΑΙΤ[ΟΥΣΕ]ΡΡ[ΤΗΙΔΙΟΙΚΗΣΕΙΤΟΓΕΝΟΜΕΝΟΝΑΝΑΛΩΜΑ

Spatia a Fourmonto non videntur accurate designata esse, neque haec inscriptio *στοιχηδὸν* scripta erat. Latitudinem scripturae supplementa certa demonstrant, formaque tituli ea ipsa fuit, quam dedi: in qua hoc unum mireris, quod vs. 2. multo est brevior: res tamen haud ambigua est; reliquam partem spatii ob marmoris fortasse vitium lapicida vacuam reliquit. Verba fuerunt fere haec:

Ἐπὶ .λ....χου ἄρχοντος, ἐπὶ [τῆς ....ίδος........ πρυτανε-
ία]ς, ᾗ Ἀρ...ης Θεοδώρου Θορίκ[ιος ἐγρ-
αμ]μάτευεν, ...[ιῶ]νος [ἕ]κ[τ]ῃ μετ' εἰκάδα, [ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτ-
αν]είας, ἐ[κκλ]ησία ἐμ Πειραιεῖ· τῶν πρ[οέδρων ἐπεψήφισεν .....
Φίλωνος Φρεάῤῥιος καὶ συνπρόεδροι· ἔδοξεν [τῷ δήμῳ· ......
Σουνιεὺς εἶπεν, ὑπὲρ ὧν ἀπαγγέλλ[ουσιν οἱ πρυτάνεις τῆς ....ί-
δος, ὑπὲρ τῶν [θ]υσιῶν ὧν [ἔ]θυον, τὰ π[ρὸ τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς τῷ Ἀπόλλω-
νι τῷ προστατηρί[ῳ] καὶ τῇ Ἀρτέμ[ιδι τῇ Βουλαίᾳ καὶ τοῖς ἄλ-
λοις θεοῖς πάτριον ἦν· ἀγαθῇ [τύχῃ, δεδόχθαι τῷ δήμῳ· τὰ
μ]ὲν ἀγαθὰ δέχεσθαι τὰ γεγονότα [ἐν τοῖς ἱεροῖς οἷς ἔθυον ἐπὶ τύ-
χ]ῃ καὶ σωτηρίᾳ τῆς βουλῆς καὶ [τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων, ἐ-
π]ειδὴ δὲ οἱ πρυτάνεις τάς τε [θυσίας ἔθυσαν ....
...... ἐν τῇ πρυτανείᾳ [κ]αλῶ[ς καὶ μεγαλοπρεπῶς, ἐπεμελήθη-
σαν δὲ καὶ τῆς συλλογῆς τῆς τε [βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, καὶ τῶν
ἄλλων ἁπάντων ὧν [α]ὐτοῖς προσε[τάχθη, ἀνέστησαν δὲ καὶ τὰ
ἀγάλματα τοῦ δήμου, [ἐ]π[α]ινέσαι το[ὺς πρυτάνεις τῆς ....ίδος
καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ [ἀπὸ .... εὐσεβείας
ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ [δικαιοσύνης τῆς εἰς τὴν βουλὴν
καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναί[ων· ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν
γραμ[μ]ατέα τὸν κατὰ [π]ρυ[τανείαν ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι
ἐν τῷ πρυτανείῳ. εἰ[ς δὲ τὴν ποίησιν τοῦ στεφάνου καὶ τὴν ἀνά-
θ]εσιν μερίσαι τ[οὺς ἐ]πὶ [τῇ διοικήσει τὸ γενόμενον ἀνάλωμα.

Inscriptionis aetatem vel forma litterae Ξ vs. 5. docet eam esse, qua iam duodecim Athenis tribus institutae erant; idem patet ex similitudine inscriptionis num. 113. cuius aetatem suo loco definivi. Statim intellexi laudationem prytanum tribus alicuius contineri, mox accedente num. 113. utrumque titulum uno conatu prope omnibus locis explevi. Initio fuit archon: non multum abest, quin *Cleomachum* esse putem, quem restitui num. 111. certe elementa conveniunt spatiis. Deinde *φυλὴ πρυτανεύουσα* scripta erat et eius numerus, et scriba: vs. 2. ΠΙ est ΗΙ; vs. 3. ΟΣΙ fuit ΥΕΝ. Sequitur mensis, cuius dies est sextus post vigesimum: igitur idem prytaniae quoque dies restituendus. **ΕΚΤΕΙ** certa est emendatio: et nota **ΕΙ** pro **ΗΙ**, ut vs. 9. et 13. ubi **ΠΕΙΠΡΥΤΑΝΕΙΑΝ** est **ΤΕΙΠΡΥΤΑΝΕΙΑΙ**. Ita et n. 113. et ubivis. Vs. 4. comitia dicuntur in Piraeeo habita esse, haud dubie in theatro: cf. Lysiam c. Agorat. p. 464. 479. coll. commentatione

nostra de Dionysiis cap. 11. Ita decretum n. 113. etiam in theatro factum est, sed in urbe haud dubie, quod Piraeeus non nominatus est. De nominativo ἐκκλησία v. ad n. 111. Vs. 6. suppletus est ex num. 113. vs. 13. qui miro casu, ubi noster hic deficit, sumit initium; ex tribus nomine vs. 7. superest ΔΟΣ. Renunciaverant prytanes apud populum de sacris a sese curatis; tum coronantur a populo in ipsorum prytania (quod per se manifestum est et hic et num. 113. ubi v. not.), proëdris non contribulibus ἐπιψήφισιν dantibus: non illud ex veteri more, ex quo non licebat quemquam ante rationes redditas et praeteritum magistratus annum coronare (v. Aesch. de cor.). Vs. 7. ΑΥΣΙΩΝ fuit θυσιῶν. Ante ΟΥΟΝ Fourm. omisit Ε, hoc est iam ἔθυον; sequitur ΤΑΓ, hoc est ΤΑΠ. Hoc docet num. 113. vs. 14. ubi habes ΥΟΝΤΑΠ etc. Reliqua indidem restitui. Pro τὰ exspectes τῶν: sed τὰ certum est. Quippe ille accusativus absolutus est, hoc sensu: *quantum pertinet ad ea, quae ante comitia fiunt.* Ceterum de hac re, τῇ ἀπαγγελίᾳ τῶν ἱερῶν a prytanibus facta, confer Schömannum de comitt. p. 305. qui locus ex hoc decreto et num. 113. eximie illustratur et ex parte accuratius definiri potest. Post ἐκκλησιῶν addidi ὡς: tale quiddam enim postulat illud πάτριον ἦν vs. sq. Fiunt autem haec sacra Apollini προστατηρίῳ ex inscriptionibus scriptoribusque satis noto, Dianae βουλαίᾳ (v. num. 113.) consilia comitiorum adiuvanti ceterisque diis, intellige Δία βουλαῖον, Ἀθηνᾶν βουλαίαν, alios: v. Schömann. p. 305. 306. Vs. 10. restitutus est ex num. 113. vs. 17. et n. 117. vs. 3. Addidi ἔθυον ἐπὶ τύχῃ: ex τύχῃ superest Ι.Ι vs. 11. Vs. 11. omnia aperta: etiam Ἀθηναίων certum est, ex quo num. 113. superest .ΙΝΑ, ut ΟΥΔΗΜ ex τοῦ δήμου. Vs. 12. ΦΑ muta in ΘΥ: addidi ΣΙΑΣΕΘΥΣΑΝ, ex quo num. 113. vs. ult. reliquum habetur ΑΣΕΘ. Ceterum h. l. aoristus ponendus erat, non imperfectum. Vs. 15. supplementa prorsus certa sunt: prytanum est convocare Senatum et Populum: quod si negligunt, multantur: quod fecerunt, exigua sane laus est; dicitur tamen, quia si non fecissent, laudari non potuissent. Vs. 17. restitutus est ex num. 115. unde cave pro δικαιοσύνης, ex quo / superest, scribas φιλοτιμίας. Vs. 19 sqq. restitui usitatas formulas, easque, ne in remotiores annos redirem, ex num. 113. vs. 1-4.; et omnia concinunt accurate. De γραμματεῖ τῷ κατὰ πρυτανείαν, cuius diserta vestigia ostendit vs. 20. cf. ad n. 107. ubi etiam de ποιήσει τοῦ στεφάνου. Vs. 22. τοὺς ἐπὶ τῇ διοικήσει dedi, non τόν, spatii causa: cf. ad n. 107. In prytaneo ponitur hoc decretum, quod ad prytanes pertinet.

113.

Olim Athenis in casa quadam prope gymnasium Ptolemaei: ed. Dodwell. Itin. T. I. p. 372. Nunc est in Museo Britannico Synops. n. 181. inde edidit Osann. Syll. I, 40. p. 136. sed nihil praestitit. Nos dedimus ex schedis Osanni et Rosianis cum Dodwello collatis, et restituimus uncis seclusa, ut semper.

. . . . ΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΑΥ]ΓΟΝΘΑΛΛΟΥΣΤΕΦ[Α
ΝΩΙΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΨΗΦΙ]ΣΜΑΤΟΝΓΡΑΜΜΑΤΕΑ[Τ
ΟΝΚΑΤΑΠΡΥΤΑΝΕΙΑΝΕΝΣΤΗΛ]ΕΙΛΙΘΙΝΕΙΚΑΙΣΤΗΣΑΙ[ΕΝ
ΤΩΙΠΡΥΤΑΝΕΙΩΙΕΙΣΔΕΤΗΝ]ΑΝΑΓΡΑΦΗΝ[Κ]ΑΙΤΗΝΠΟΙ[ΗΣ
ΙΝΤΟΥΣΤΕΦΑΝΟΥΜΕΡΙΣΑΙΤΟΥΣΕΠ]ΙΤΕΙΔΙΟΙΚΗ[Σ]ΕΙΤΟΓΕ[ΝΟΜ
[ΕΝΟΝΑΝΑΛΩΜΑ]

ΕΠΙ . . . . . . ΑΡΧΟΝΤΟΣΤΟΥΜΕΤ]ΑΦΑΝΑΟΧΙΔΗΝΕΠΙΤΗΣ[Π.
. . . . . . ΙΔΟΣΔΩΔΕΚΑΤΗΣΠΡΥΤ]ΑΝΕΙΑΣΗΙΠΡΟΚΛΗΣΠΕΡΙ. .
. . . . ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝ]ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝΟΣΕΝΕΙΚΑΙΝΕ
ΑΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΕΚ]ΚΛΗΣΙΑΕΝΤΩΙΘΕΑΤΡΩΙ
ΤΩΝΠΡΟΕΔΡΩΝΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ......]ΤΟΣΚΡΑΤΗΤΟΣΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ
ΚΑΙΣΥΜΠΡΟΕΔΡΟΙΕΔΟΞΕΝΤΩΙΔΗΜΩΙ] ΞΕΝΟΦΩΝΕΥΦΑΝΤ
ΟΥ. . . . . . . ΕΙΠΕΝΥΠΕΡΩΝΑΠΑΓΓΕΛΛ]ΟΥΣΙΝΟΙΠΡΥΤΑΝΕΙΣΤΗΣΠ
. . . . ΙΔΟΣΥΠΕΡΤΩΝΘΥΣΙΩΝΩΝΕΘ]ΥΟΝΤΑΠΡΟΤΩΝΕΚΚΛΗΣΙΩ
ΝΩΣΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΤΩΙΠΡΟΣΤΑΤΗΡΙΩΙΚΑΙΤ]ΕΙΑΡΤΕΜΙΔΙΤΕΙΒΟΥΛΑΙ[Α
ΙΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΘΕΟΙΣΠΑΤΡΙΟΝΗΝ]ΑΓΑΘΕΙΤΥΧΕΙΔΕΔΟΧΘΑΙ
ΤΩΙΔΗΜΩΙΤΑΜΕΝΑΓΑΘΑΔΕΧΕΣΘΑΙΤΑΓΕΓΟΝΟ]ΤΑΕΝΤΟΙΣΙΕΡΟΙΣΟΙΣ[ΕΘΥ
ΟΝΕΠΙΤΥΧΗΙΚΑΙΣΩΤΗΡΙΑΙΤΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΤ]ΟΥΔΗΜ[ΟΥΤΟΥΑΘ]ΙΝΑ[ΙΩΝ
ΕΠΕΙΔΗΔΕΟΙΠΡΥΤΑΝΕΙΣΤΑΣΤΕΘΥΣΙ]ΑΣΕΘ[ΥΣΑΝ. . . . .

..ΘΩΑΝΤΙΤΩΝΑΠΟΛΟΜΕΝΩΝ.Τ.Α..............ΛΛΕΣΘΩΣΑΝΔΕΚΑΙΧΕΙΡΟΓΡΑΦΟΣ..ΣΤΟ - - -
..ΙΟΙΩΝΑΝΠΑΡΑΛΑΒΟΣΙΚΕΠΑ.Α.................ΑΤΑΒΑΛΩΝΤΑΙΜΗΕΞΕ..ΩΑΥ.Ο - - - -
.ΕΡΑΝΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΝΟΕΤΩΝ..................ΤΡΟΠΟΛΙΝΣΗΚΩΜΑΤΑΤΟΥΤ..ΞΕΜΠΟΡΙΟΥ - - -
ΥΚΛΙΔΕΚΑΜΝΟΥΚΑΙΔΙΔΟΥ....................ΗΜΙΜΝΑΙΟΥΚΑΙΤΑ.ΤΗΝΟΡΟΥΚΑΙΧΟΟΣ - - - - -
ΑΝΔΕΤΙΣΑΛΙΣΚΗΤΑΙΚΑΚΟΥΡΓΩΝΕΠΙΤΑΜΕΤΡΑΚΑΙΤΑΣΤΑΘΜΑΤΑΚΕΜΕ\ - - - - - - - - - - - - - -
..ΙΚΑΙΕΝΕΛΕΥΣΙΝΙΚΑΙΕΜΠ.....ΙΚΑΙΕΝΑΚΡΟΠΟΛΕΙΕΑΝΤΕΑΡΧΩΝΕΑΝΤΕ - - - - - - - - - - - -
ΑΝΤΕΕΝΜΟΣΙΟΣΙΝΟ..ΟΣΗΣΠΟΤΩΙΝ..ΩΙΤΩΙΚΕ...ΕΝΩΙΠΕΡΙΤΗΣΤΑΝΚΑΚΟΥΡΓΩΝ - - - - - - - -
ΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΩΔΕΚΑΙ..ΘΥ...ΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΚΑΙΤΟΝΚΑΚΟΥΡΓΟΥΝΤΑΠΠΕ - - - - - - - - - -
ΛΑΖΕΤΩΚΑΤΑΤΟΥΣΕΝΤΩ..ΚΑΚΟΥΡΓΩΝΚΕΙΜΕΝΟΥΣΝΟΜΟΥΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΩ..ΤΟ - - - - - -
.....Α..ΣΣΤΗΛΑΣΛΙΟ..Α......ΟΣΤΑΜΕΝΟΝΑΝΔΡΑΕΠΙΤΗΝΚΑΤΑΣΚΕΥΗΝΤΩΝ - - - - - - -
..........ΑΘΜΩΝΚΑΙΣΤΗΣΑΙΕΝΤΟΙΣΟΙΚΟΙΣΕΝΟΙΣΚΑΙΤΑΜΕΤΡΑΚΑΙΤΑΣΤΑΘΜΑΚΕΙΤΑΙ - - - -
ΕΚΤΟΥΕΤΟΥ
ΣΔΕΑΡΧΟΝΤΑΣΧΡΗΣΘ.ΤΩΙΑΥΤΩΙΜΕΤΡΩΙΚΕΧΡΑΠ.ΙΕΝΩΤΩΙΧΑΡΑΚΤΗΡΜΟΛΥ - - - - - - - - -
ΩΙΠΡΟΣΤΟΝΕΝΤΗΙΣΚΙΑ...ΗΠΑΕΙΟΝΠΡΑΤΤΟΜΕΝΟΥΣΤΡΙΩΒΟΛΟΥΧΡΗΣΘΑΙΔΕΤΑ - - - - - - - -
ΛΣΑΡΨ̅ΑΣΤΟΙΣΠΡΟΣΣΦΡΑΓΙΣΜΕΝΟΝΜΕΤΡΟΣΕΑΝΜΗΤΙΣΤΩΙΠΩΛΟΥΝΤΩ - - - - - - - - - -
ΣΦΡΑΓΙΣΤΩΙΜΕΤΡΩΙΧΡΗΤΑΙ

κορυτόν (κορυστόν), τὸ ἐπίμεστον. Contrarium est ψηκτόν. V. glossas: Κορυστὸς μόδιος, *cumulatus; ψηκτὸς μόδιος, rasus;* adde Iungermann. ad Poll. IV, 170. Casaub. ad Theophr. Char. 11. Χεῖλος quid sit, apertum est; cf. tamen Poll. IV, 170.

§. 4. *De pondere mercatorio,* vs. 29–37. Ἀγέτω δὲ καὶ ἡ μνᾶ ἡ ἐ[μ]πορ[ικ]ὴ Στε[φανηφόρου δραχ]μὰς ἑκατὸν τριάκοντα κ[αὶ] ὀκτὼ πρὸ[ς] τὰ στάθμια τὰ [ἐ]ν τῷ ἀργυροκοπ[είῳ, κ]αὶ [ἐχέτω ῥοπὴ]ν [Στε]φανηφόρου δραχμὰς δέκα δύο, καὶ πωλε[ίτ]ωσαν πάντες τἄλλα [π]άντα ταύ[τῃ] τῇ μνᾷ, [πλὴν] ὅσα πρὸς ἀργύριον διαῤῥήδην εἴρηται [πω]λεῖν, ἱστάντες τὸν πῆχυν τοῦ ζυγ[οῦ ἰσόῤ]ῥοπον, ἄγοντα τὰς ἑκατὸν πεντήκοντα δ[ρ]αχ[μὰ]ς τοῦ Σ[τεφανηφ]όρου. τὸ δὲ πεντάμνουν [τὸ ἐμπ]ορικὸν ἐχέτ[ω ῥοπ]ὴν ἐμπορικὴν μνᾶ[ν], ὅ[π]ως ἰσοῤῥόπου τοῦ πήχεως γινομένου ἄγῃ ἐμπορ[ικὰς μ]νᾶς ἕξ. τὸ δὲ τάλαντον τὸ ἐ[μ]πορικὸν [ἐχέτ]ω ῥοπ[ὴν μ]ν[ᾶς] ἐμπ[ο]ρικὰς πέντε, ὅπως καὶ τοῦ[το ἰσ]οῤῥόπου τοῦ π[ήχ]εως γινομένου ἄγῃ ἐ[μ]πο[ρικ]ὸν τά[λαντον καὶ μ]νᾶς ἐμπορικὰς πέντε. --νφ.ν ἅπαντα τοῖς ἐν τῷ ἐμπορίῳ ζ.το ...αις ρ.ο - -

Ter posui formulam ἐχέτω ῥοπήν, compositam ex vs. 34. ΕΧΕΤ...ΤΗΝ (ubi ΤΗΝ muta in ΓΗΝ) et vs. 35. ΩΡΟΓ. Ὁ Στεφανηφόρος heros Atticus est (Harpocr. Phot. Suid. Lex. Seg. p. 301. coll. Meurs. Lect. Att. IV, 10. Sturz. Fragm. Hellan. p. 59.): is habuit ἡρῷον dictum Στεφανηφόρου, ut intelligendus Hesychius v. στέφανον φορέοντα: ἀπ' οἴκου τινὸς καλουμένου Στεφανηφόρου. Cuius heroi meminit Antiphon c. Nicoclem ap. Harpocr. Phot. Suid. Στεφανηφόρος· Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα· Στεφανηφόρου ἡρῷον, ὡς ἔοικεν, ἦν ἐν ταῖς Ἀθήναις. In eadem vero oratione quum Antiphon de ἀργυροκοπείῳ dixerit (Harpocr. v. ἀργυροκοπεῖον: cf. de voce hac Polluc. VII, 103. Suid. etc.), apertum est Stephanephorum monetae coniunctum fuisse: igitur pondus monetarium Stephanephori dictum est. Et conieci id heroum in ipsa moneta fuisse, atque in eo pondera monetaria esse asservata, ut Romae in Iunonis Monetae in Capitolio: cf. Wernsdorf. Exc. XIV. ad poet. Lat. min. T. V. p. I. et Hasium minorem in comment. de congio Farnesiano in Actis Academiae nostrae a. 1823. Iam constituitur, ut mina mercatoria drachmas monetarias pendat CXXXVIII: qua de re uberius disputavi l. c. p. 349 sqq. unde pauca depromo. Nam Solon minam argentariam ita imminuit, ut quae antea drachmae fere LXXIII fuerint, iam integra esset mina: ita intelligenda sunt, quae paulo perversius ex Androtione rettulit Plutarchus Solon. c. 15. Remansit tamen prisci ponderis mensura in mina mercatoria: igitur ex veteri instituto constituitur, ut mina mercatoria sit drachmarum argentariarum CXXXVIII, minae argentariae s. drachmis centum Soloneis aequiparato pondere mercatorio drachmarum LXXII $\frac{32}{69}$, quod satis accurate convenit iis, quae ex Plutarcho rettulimus. Plura vide l. c. ubi etiam de Euboici et veteris ante Solonem Attici talenti ratione dixi. Praeterea constituitur, ut in vendendis mercibus, nisi quae diserte ad pondus argentarium (hoc est πρὸς ἀργύριον h. l.) vendantur, omnes hac utantur mina, addantque momentum s. pondus additicium in mina drachmarum argentariarum duodecim, in quinque minis integrae minae mercatoriae s. drachmarum argentariarum CXXXVIII, in talento quinque minarum mercatoriarum s. drachmarum argentariarum DCXC: aliter enim haec intelligi nequeunt. Minuitur igitur in talento ponderis additicii ratio: nam singulis talenti minis nonnisi XI drachmae et semissis adduntur: haud dubie, quod ubi merces per talenta divendita sunt, pretia concedebantur aequiora, ut hodie quoque fit in maiori pondere.

§. 5. *De normalibus mensuris custodiendis,* vs. 37–44. Ὅ[πως ἂν] δὲ διαμένῃ εἰς τὸ[ν λοιπὸν] χρόνον τά τε μέτρα [κ]αὶ τὰ σταθμά, παραδο[ῦναι αὐτὰ τὸν κ]α[θ]εσταμένον ἐπὶ [τὴν κατασκευὴν] [τὴν τῶν μέτρων καὶ τῶν σταθμῶν, Διόδωρο[ν] Θεο[φί]λο[υ Ἁ]λ[αιᾶ, τ]ῷ τε ἐν τῇ σκιάδι κα[θεσταμέ]νῳ δημοσίῳ καὶ τῷ ἐν Πειραιε[ῖ] μετὰ τοῦ [ἐπιμελητοῦ αὐτ]οῦ [καὶ τῷ ἐν] Ἐλευσῖν[ι]. οὗτοι δὲ [πάντα καλῶ]ς [τ]ηρείτωσαν, διδόντες σηκώματα τῶν [τε μέτ]ρων [καὶ τῶν σταθμ]ῶν ταῖς τε ἀρχαῖ[ς καὶ] το[ῖς ἄλλ]οις πᾶσ[ι τ]οῖς δεο[μέ]νοις. μὴ ἐξουσία[ν δ'] ἔχοντες μήτ' ..θεν μήτε ἔξ[ω] ἐ[κ]φερ[ό]ν[των τῶ]ν. [κα]τεσκευασμένων οἴκων πλὴν τῶν μολυβδῶ[ν ἢ χαλκῶν ση]κω[μά]των γε[γον]ότων [μηθέν].

Pars supplementorum tantum sensum assequitur, non litteras. Τὴν post κατασκευὴν omitti potest, si vs. 39. ΤΗΝ mutatur in ΥΗΝ. Litteras ΔΙΟ ΔΩΡΟ . . ΘΕΟ . . . . ΛΟ . . Λ . . explevi ita, ut in secunda et tertia lacuna maius quam pro vero spatium a Fourmonto relictum putarem: nam in his rebus Fourmontus negligentissimus est. Διόδωρον Θεοφίλου Ἁλαιᾶ, virum in mercatura versatum, ἐπιμελητὴν ἐπὶ τὸν λιμένα κεχειροτονημένον, praebet n. 124. qui videtur idem esse. Mox restitui ἐπιμελητοῦ ex vs. 47. Ἐπιμελητοῦ αὐτοῦ, eum *suo*, qui ipsi praefectus est, curatore. Σκιάδος mentio redit §. 6. (et §. 9.) ex nostro supplemento, ubi quum prytanes cum ea compositi sint, non alia est nisi tholus, ubi prytanes. Hesych. v. σκιὰς dicit prytaneum esse σκιάδα appellatum; sed accuratius Harpocr. v. θόλος: ὁ τόπος, ἔνθα ἐδείπνουν οἱ πρυτάνεις, οὕτως ἐκαλεῖτο παρ' Ἀθηναίοις. Ἀμμώνιος ἐν τετάρτῃ περὶ βωμῶν γράφει ταυτί· ὁ δὲ τόπος, ὅπου ἑστιῶνται οἱ πρυτάνεις, καλεῖται θόλος, ὑπ' ἐνίων δὲ σκιὰς διὰ τὸ οὕτως ᾠκοδομῆσθαι αὐτὸν στρογγύλον παρόμοιον θολίᾳ. Suid. v. σκιάς: σημαίνει δὲ καὶ τὸν παρ' Ἀθηναίοις λεγόμενον θόλον. Cf. Etym. M. v. σκιάς.

§. 6. *De animadversione in servos publicos mensurarum custodes,* vs. 44–48. Ἐὰν δέ [τ]ι[ν]α ἢ ἀργύριον πράττωντα[ι] ....ησα.ι.ω[θ]ω..., ων...ωμα ο.....τῃ..ιν ἐξε ...οι τοῖς χρείαν ἔχουσιν λα----- [καὶ τ]ὸν μὲν ἐν τ[ῇ] σ[κιάδι καθεστ]α[μένον κολα]ζόντω[ν] ο[ἵ τε ἀεὶ] πρυτάνεις καὶ ὁ στρατ[ηγ]ός, ὃς [ἐστιν] ὁ ἐπὶ ὅπλα, μαστιγοῦντες καὶ κολ[άζοντ]ες [κ]ατὰ [τὴν] ἀξίαν τοῦ ἀδική[μα]τος, τὸν [δ'] ἐ[ν] Πε[ιραιεῖ] ὁ καθ[ε]σταμένος ἐπιμελη[τὴ]ς, τὸν δ' ἐν Ἐλευσῖνι ὅ τ[ε] ἱεροφάν[τη]ς [καὶ ὁ] .... [ὁ καθεσ]ταμέν[ος]----

De formula κατὰ τὴν ἀξίαν τοῦ ἀδικ. cf. Dem. de cor. p. 249. 27. inscr. Att. ap. Murat. T. II. p. DLXXVIII. 1. (apud nos Class. VII.).

§. 7. *De tradendis mensuris et ponderibus*, vs. 48–54. Καθ᾽ ἕκαστον [δὲ τὸν ἐνιαυτὸν] ἐπὶ τὴν παν[ή]γυριν μετὰ .... παρ[αδ]ιδότω [ἅπ]α[ς] ὁ [δημόσι]ος ἀεὶ τοῖς [τ]ο[ῦ ἐνι]α[υ]τοῦ κα[θεσταμέ]νοις δημοσίοις [μ]ετ᾽ ἀναγραφῆς [πά]ντα .... ἐὰν δέ τι μὴ πα[ραδῶσι]ν, ἐ[παναγκαζέσ]θωσαν ὑπὸ τῶν τεταγμένων ἐπ᾽ αὐτοὺς κατὰ τὸ ψήφισμα, καὶ [ἐ]ά[ν τινά τις ἀπολέσῃ, ἀναγκαζέσ]θω ἀντὶ τῶν ἀπολομένων [ἕ]τ[ερ]α [διδόναι. καταβα]λλέσθωσαν δὲ καὶ χειρόγραφο[ν εἰ]ς τὸ [δημόσ]ιο[ν], ὧν ἂν παραλάβ[ω]σι κ[αὶ] πα[ρ]α[δῶσιν. ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ κ]αταβάλλωνται, μὴ ἐξέ[στ]ω αὐ[τ]ο[ῖς ἑτ]έραν λειτουργίαν [θη]των[εῖν].

Verbum θητωνεῖν exsculpsi ex **ΟΕΤΩΝ**... Ut τελωνεῖν τελώνιον, sic θητωνεῖν θητώνιον: dabatur autem δημοσίοις merces haud dubie. Λειτουργία hac iam aetate est *ministerium publicum*, non veteri significatione. Vs. 49. post μετὰ Fourm. vocem omisit, e. c. Παναθήναια vel tale quiddam.

§. 8. *De mensuris in arce reponendis*, vs. 54–55. [Ἀνατιθέσθω δὲ εἰς ἀκ]ρόπολιν σηκώματα τοῦ τ[ε] ἐμπορι[κ]οῦ [ταλάντο]υ κ[α]ὶ δεκάμνου καὶ δί[μν]ου [καὶ τῆς μνᾶς καὶ τοῦ] ἡμιμναίου καὶ τα.τηνόρου καὶ χοός ----

Pentamnun deesse mirum est. Litteras **ΤΑ.ΤΗΝΟΡΟΥ** explicare non possum: cave putes esse Στεφανηφόρου. Post χοὸς aliae mensurae desunt. Pondera in arce reposita reperimus iam Olymp. 95, 3. et postea in Actis Quaestorum n. 150. 151. Vide ad n. 150. §. 24.

§. 9. *De puniendis iis, qui mensuras normales adulteraverint, et decreto publice proponendo*, vs. 52-62. [Ἐ]ὰν δέ τις ἁλίσκηται κακουργῶν ἐπὶ τὰ μέτρα καὶ τὰ σταθμὰ τὰ κε[ί]με[να ἔν τε τῇ σκιάδ]ι καὶ ἐν Ἐλευσῖνι καὶ ἐν Π[ειραιε]ῖ καὶ ἐν ἀκροπόλει, ἐάν τε ἄρχων ἐάν τε [ἰδιώτης ἐ]άν τε [δη]μόσιος, [ἔνο[χ]ος [ἔ]σ[τω] τῷ ν[όμ]ῳ τῷ κε[ιμ]ένῳ περὶ τῆς τ[ῶ]ν κακούργων [ζημίας]. ἐπιμελείσθω δὲ καὶ [ἡ βο]υ[λὴ ἡ] ἐξ Ἀρείου πάγου, καὶ τὸν κακουργοῦντά [τι] πε[ρὶ αὐτὰ κο]λαζέτω κατὰ τοὺς ἐ[πὶ] τῶ[ν] κακούργων κειμένους νόμους. ἀναγράψαι δὲ τ[όδε] τὸ [ψήφισμ]α [εἰ]ς στήλας λι[θίν]α[ς τὸν καθε[σταμένον ἄνδρα ἐπὶ [τὴν] κατασκευὴν τῶν [μέτρων καὶ τῶν στ]αθμῶν, καὶ στῆσαι ἐν τοῖς οἴκοις, ἐν οἷς καὶ τὰ μέτρα καὶ τὰ σταθμὰ κεῖται.

Vox suppleta ζημίας incerta est: pro ἐπὶ (Fourm. **ΕΝ**) τῶν κακούργων exspectabas ἐπὶ τοῖς κακούργοις; ap. Antiph. de caede Herod. p. 707. simplicius dicitur ἔνοχος τῷ τῶν κακούργων νόμῳ. Vs. 62. finitum esse decretum formularum docet ratio. Igitur quae inde a vs. 63. posita sunt, ea arbitror lapicidae culpa aliquo in prioribus loco omissa et deinde in fine addita esse.

§. 10. vs. 64 sqq. ...... [τοὺ]ς δὲ ἄρχοντας χρῆσθ[αι] τῷ αὐτῷ μέτρῳ κεχ[α]ρα[γμ]ένῳ τῷ χαρακτῆρ[ι] μολυ[βδίν]ῳ πρὸς τὸν ἐν τῇ σκιά[δι, μ]ὴ π[λ]εῖον πραττομένους τριωβόλου: nempe, ut videtur, pro mensuris privatorum exigendis et publico signo notandis. Ex reliquis tantum haec apparent: χρῆσθαι δὲ τα --- [τὰ]ς ἀρ[χ]ὰς τοῖς προ[ε]σφραγισμένο[ις] μέτρο[ι]ς, ἐὰν μή τις τῶ[ν] πωλούντω[ν τι ἢ ὠνουμένων] σφραγιστῷ μέτρῳ χρῆται.

124.

Olim Athenis; ex schedis Chishulli Maffeianis edidit minusculis Corsinus Inscriptt. Att. IX. p. XXXVII sqq. (recusis in Prolegg. F. A. T. IV.) cum explicatione. Marmor fastigium habet; in aëtomate est circulus, clypeum ut videtur repraesentans; in summo fastigio forma est quasi protomae, sed sine vultu. Extat in museo Naniano; ex quo aeri incisum edidit Biagi de decret. Athen. p. XVIII. cum immenso et usque ad nauseam prolixo fatuoque commentario, in quo etiam textum bis posuit p. XX. et p. 402. nec tamen emendationem prorsus perfecit. Exemplum aeri incisum repetitur in Collect. antiqq. Mus. Nan. n. 1.

ΕΓΙΔΙΟΝΥΣΙΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΤΟΥΜΕΤΑ
ΠΑΡΑΜΟΝΟΝΕΓΙΤΗΣΑΙΑΝΤΙΔΟΣΕ
ΒΔΟΜΗΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΛΑΜΙΟΣΤΙΜΟΥ
ΧΟΥΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝΓΑ
ΜΗΛΙΩΝΟΣΟΓΔΟΗΙΣΤΑΜΕΝΟΥΟΓΔΟ
ΗΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΒΟΥΛΗΕΜΒΟΥΛΕΥ
ΤΗΡΙΩΙΤΩΝΠΡΟΕΔΡΩΝΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ
ΣΤΡΑΤΟΦΩΝΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥΣΣΟΥΝΙ
ΕΥΣΚΑΙΣΥΝΠΡΟΕΔΡΟΙ
ΕΔΟΞΕΝΤΕΙΒΟΥΛΕΙ
ΡΗΣΟΣΑΡΤΕΜΩΝΟΣΑΛΑΙΕΥΣΕΙΠΕΝ
ΕΠΕΙΔΗΠΡΟΣΟΔΟΝΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΣΠΡΟΣ
ΤΗΝΒΟΥΛΗΝΔΙΟΓΝΗΤΟΣΕΞΟΙΟΥΤΑΜΙ
ΑΣΝΑΥΚΛΗΡΩΝΚΑΙΕΜΓΟΡΩΝΤΩΝΦΕ
ΡΟΝΤΩΝΤΗΝΣΥΝΟΔΟΝΤΟΥΔΙΟΣΤΟΥ
ΞΕΝΙΟΥΕΜΦΑΝΙΖΕΙΤΕΙΒΟΥΛΕΙΒΟΥΛΕΣ
ΘΑΙΤΗΝΣΥΝΟΔΟΝΑΝΑΘΕΙΝΑΙΕΙΚΟΝΑΓΡΑ
ΠΤΗΝΕΝΟΠΛΩΤΟΥΕΑΥΤΩΝΠΡΟΞΕ
ΝΟΥΚΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗΜΕΝΟΥΔΕΚΑΙΕΠΙΜΕ
Λ]ΗΤΟΥΕΠΙΤΟΝΛΙΜΕΝΑΔΙΟΔΩΡΟΥΤΟΥ
ΘΕΟΦΙΛΟΥΑΛΑΙΕΩΣΕΝΤΩΙΑΡΧΕΙΩΙΑΥ
ΤΟΥΚΑΙΔΙΑΤΑΥΤΑΠΑΡΑΚΑΛΕΙΤΗΝΒΟΥ
ΛΗΝΕΠΙΚΥΡΩΣΑΙΕΑΥΤΩΙΨΗΦΙΣΜΑ
ΑΓΑΘΕ[Ι]ΤΥΧΕΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΕΙΒΟΥΛΕΙΕΠΙ
ΚΕΧΩ[Ρ]ΗΣΘΑ[Ι]ΔΙΟΓΝΗΤΩΚΑΙΤΗΣΥΝΟΔΩ
Π]Ο[Ι]ΗΣΑ[ΣΘ]ΑΙΤ[ΗΝ]ΑΝΑΘΕΣΙΝΤΗ[Σ]ΓΡΑ
ΠΤΗΣΕΙΚΟΝΟΣΕΝΟΓΛΩΔΙΟΔΩΡΟΥΤΟΥ
ΘΕΟΦΙΛΟΥΑΛΑΙΕΩΣΕΝΤΩΙΑΡΧΕΙΩΙΑΥ
ΤΟΥΚΑΘΑΠΕΡΠΑΡΑΚΑΛΕΙΤΗΝΒΟΥΛΗΝ

Vs. 1–6. mitto Corsinianas varietates, quae nullius pretii sunt; dedimus Biagi apographum. Vs. 7. male Biag. ΕΠΕΨΗΦΙΞΕΝ: Σ restitui ex Cors. Proxima usque ad vs. 19. ex Biagio dedi: Corsiniana vitiata sunt. Vs. 9. male Cors. οἱ συνπρόεδροι; cf. ad n. 105. Vs. 19. in voce ΚΑΙ littera Α non integra est ap. Biag. Vs. 19. extr. Biag. ΕΠΙΜΕ: sch. Chish. ἐπι ΝΙΚ . . ρτου. Vs. 20. Biagius: . ΗΤ . Υ: inserui Ο ex illis schedis. Male Cors. ἐπὶ Νικαρήτου legit, fingens inde archontem, quem Fastis inseruit T. IV. p. 166. Inde a vs. 21. apographum Nanianum incipit mutilum esse; sed succurrunt schedae Chishullianae, ex quibus vs. 21. adscivi Θ, Φ, alterum Α vocis Ἁλαιέως: ibidem Chish. τω αρχειω, Nan. ΤΩΙ ΑΡΧΕΙΩΙ. Vs. 22. primum Τ, et vocis ταῦτα Τ secundum ex Chish. Vs. 23. primum Λ ex Chish. item ΠΙ, et ΩΣΑ. Vs. 24. init. Nan. ΑΘΕ . ΤΥΧΕΙ ◁ . ΔΕ etc. Chish. ἀγαθη τυχη δε etc. In fine Nan. ΒΟΥΛ . Ι . ΠΙ, Chish. τει βουλει επι. Vs. 25. apogr. Nan. ΚΕΧΩ . ΙΣΘΑ . . Ι . . ΝΗΤΩΚΑ . ΤΗΣ . ΝΟΔΩ, Chish. κ . . εχωτησθαι Διογνητω και τη συνοδω, unde nostra lectio conflata est praeter litteras uncis inclusas. Vs. 26. in sch. Chish. deest; addidi ex Nan. in quo tamen in fine pro ΓΡΑ est . . Α. Litteras ΓΡ addidi ex Chish. qui post verbum συνόδω vs. 25. habet γρα, quod huic versui tribuendum erat. Ceterum male vs. 26. Biagius scripsit ΠΟΙΗΣΑΙ; spatia postulant supplementum ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ. Vs. 27–29. pro mutilis litterarum ductibus, qui in apogr. Nan. sunt, dedi Corsiniana s. Chishulliana, nisi quod vs. 28. ap. Cors. est τω αρχειω, quum in Nan. vestigia appareant litterae Ι subscribendae, et ibidem ante ΕΝ ap. Cors. est καὶ, cuius nullum vestigium extat in apogr. Nan. Litterarum formae eae sunt, quas dedi, et α quidem modo Α modo Α est, sed hoc frequentius; et credo omnibus locis Α fuisse: ι subscr. modo additur, modo omittitur, hoc saepius: unde patet non admodum vetustam inscriptionem esse, nec Christi natales ultra unius fere saeculi spatium aut paulo plus superare posse. ΤΕΙΒΟΥΛΕΙ et ΑΓΑΘΕΙΤΥΧΕΙ ex antiquo usu retenta vel in recentissimis decretis sunt. Versus in marmore impari longitudine sunt, prorsus ut in nostro exemplo. Verba haec sunt sine controversia:

Ἐπὶ Διονυσίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Παράμονον, ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος ἑβδόμης πρυτανείας, ᾗ Δάμιος Τιμούχου Ῥαμνούσιος ἐγραμμάτευεν, Γαμηλιῶνος ὀγδόῃ ἱσταμένου, ὀγδόῃ τῆς πρυτανείας, βουλὴ ἐμ βουλευτηρίῳ· τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν Στρατοφῶν Στρατοκλέους Σουνιεὺς καὶ συνπρόεδροι· ἔδοξεν τῇ βουλῇ· Ῥῆσος Ἀρτέμωνος Ἁλαιεὺς εἶπεν· Ἐπειδὴ πρόσοδον ποιησάμενος πρὸς τὴν βουλὴν Διόγνητος ἐξ Οἴου, ταμίας ναυκλήρων καὶ ἐμπόρων τῶν φερόντων τὴν σύνοδον τοῦ Διὸς τοῦ ξενίου, ἐμφανίζει τῇ βουλῇ, βούλεσθαι τὴν σύνοδον ἀναθεῖναι εἰκόνα γραπτὴν ἐν ὅπλῳ τοῦ ἑαυτῶν προξένου, κεχειροτονημένου δὲ καὶ ἐπιμελητοῦ ἐπὶ τὸν λιμένα, Διοδώρου τοῦ Θεοφίλου Ἁλαιέως, ἐν τῷ ἀρχείῳ αὐτοῦ, καὶ διὰ ταῦτα παρακαλεῖ τὴν βουλὴν ἐπικυρῶσαι ἑαυτῷ ψήφισμα, ἀγαθῇ τύχῃ, δεδόχθαι τῇ βουλῇ ἐπικεχωρῆσθαι Διογνήτῳ καὶ τῇ συνόδῳ ποιήσασθαι τὴν ἀνάθεσιν τῆς γραπτῆς εἰκόνος ἐν ὅπλῳ Διοδώρου τοῦ Θεοφίλου Ἁλαιέως, ἐν τῷ ἀρχείῳ αὐτοῦ, καθάπερ παρακαλεῖ τὴν βουλήν.

Archontes sunt ignoti, post Olymp. 123, 2. (v. ad num. 111.). De formula τοῦ μετὰ Παράμονον dixi ad num. 113. Tempus est duodecim tribuum, quae usque ad Hadrianum perdurarunt; igitur congruunt prytaniae et menses. Prytania est septima mense septimo, Aeantidis; scriba est Rhamnusius: igitur Rhamnus ea aetate non fuit Aeantidis, sed alius tribus; v. ad num. 81. atque inde refuta Biagium p. 158. Proëdrus s. epistata Suniensis est, vel Leontidis vel Attalidis, non contribulium, v. ad n. 90. Octavam Gamelionis festam non fuisse docet Biag. c. 17. Decretum est Senatus; igitur additur βουλὴ ἐν βουλευτηρίῳ (non alio loco); cf. de hoc nominativo ad n. 111. Qui dixit, necessario Senator est, quia Senatusconsultum fit, est autem Halaeensis, sicut is pro quo decretum fit; ut dubium non sit amicitiae causa hunc potissimum pro Diodoro dixisse. Non tamen ideo quod ille Senator est, debet proëdrus haberi, sed in Senatu cuivis Senatori, in comitiis cuivis civi ἐπιτίμῳ licuit sententiam dicere, quamvis contra disputet Biag. p. 166. *Iuppiter hospitalis* satis notus est, v. Cors. et Biag. c. 25. tamen Athenis eum cultum aliunde non constat. Σύνοδος est *collegium* s. sodalitium, ἔρανος, θίασος, maxime cultorum alicuius dei, quod ex inscriptt. satis notum; haec synodus fuit Iovis hospitalis. Quam qui deducunt *mercatores et naucleri*, ipsi aliud sodalitium constituunt; quorum *Quaestor* est *Diognetus Atheniensis*, *proxenus Diodorus* item *Atheniensis*. Utrumque ut explicari possit, Corsinus et Biagius statuunt hos mercatores et naucleros fuisse Athenienses, qui synodum Iovis hospitalis in Delum vehere soliti sint, ubi Diodorus Atheniensis Delius (nam Delii tum Athenienses fuerunt, etiam demis Atticis accensiti) ut proxenus exceperit eos. Sed haec falsa sunt. Nam Diodorus non Delius est neque in Delo habitat: erat enim *curator portus* (ἐπιμελητὴς κεχειροτονημένος ἐπὶ τὸν λιμένα) creatus; ubi quaeso nisi Athenis? Nam si in Delo, addendum fuerat ἐν Δήλῳ. Et hic ipse Athenis teneri nobis videtur n. 123. §. 5. Accedit quod a *Senatu Attico* postulatur, ut liceat *in Diodori curia* ponere imaginem: igitur Athenis eam ponere volebant, ibique eius erat curia: si in Delo, a Delio Senatu ea res postulari debebat. Nam etiam in Delo, quum eam Athenienses tenerent, Deliacus Senatus fuit, docentibus inscriptionibus. Quodsi dicas, acta Deliorum subinde a Senatu et Populo Attico confirmata esse; tamen prius a Deliaco Senatu petenda imaginis in Delo ponendae potestas fuisset, quam ab Attico confirmaretur: sed illud non factum videmus. Igitur aliter statuendum est. Et primum quidem quum ex altero loco in alterum deducatur synodus; alterum necesse est Athenas fuisse: alter probabiliter Delus est, quod sodalitii illius Quaestor est Atheniensis, Delii vero Athenienses sunt. Sed illos naucleros et mercatores cave Athenienses Atticae esse putes, quae Corsini

et Biagi sententia est, ex quibus hic potissimum sententiam de Delo multis exornavit c. 23.: potius illi naucleri et mercatores sunt ii, qui in Delo versantur, sive Attici sive peregrini, sed maxime, opinor, peregrini; nonnulli tamen etiam Athenienses sunt: ut eorum Quaestorem vides ex Atheniensibus, quippe Deliacis, delectum, Diognetum Halaeensem. Inscriptio Deliaca: Ἀθηναίων καὶ Ῥωμαίων οἱ κατοικοῦντες ἐν Δήλῳ καὶ οἱ ἔμποροι καὶ ναύκληροι: ubi vides, non omnes hos Deliacos mercatores et naucleros fuisse Athenienses. Illi vero deducunt Iovis hospitalis synodum non Athenis in Delum, sed ex Delo Athenas. Igitur Athenis habent proxenum suum, Diodorum, virum in portu versatum: quod eo magis consentaneum, quum ea societas fuerit magna ex parte peregrinorum. Sic nulla superest difficultas: et nihil magis probabile, quam ex Delo insula de Atheniensibus incolis synodum Iovis hospitalis Athenas profectam esse, ut perpetua servaretur bonae societatis et mutuae caritatis coniunctio. Illi autem proxeno suo mercatorum et naucklerorum societas cupit εἰκόνα ἐν ὅπλῳ ponere, hoc est *imaginem pictam* non in velo navis, quae Corsini sententia a Biagio c. 26. refutata est, sed in *tabula rotunda s. clypeo*. Cf. praeter alia imprimis Cumaeorum in Asia decretum, et Köhlerum in commentatione ad n. 108. allata: adde n. 125. Imaginem illam in Diodori ἀρχείῳ reponi volunt, hoc est in Attica curia *Curatoris portus* (τοῦ ἐπιμελητοῦ ἐπὶ τὸν λιμένα κεχειροτονημένου): qui magistratus similis antiquis ἐπιμεληταῖς τῶν νεωρίων. De proxeni ἀρχείῳ cogitari nequit: proxeni quum magistratus non sint, non habent ἀρχεῖον. Ceterum Senatui a Populo eam fuisse auctoritatem datam, ut tales honores concederet, ex multis patet inscriptionibus (v. Class. VIII.); et rata haec decreta in perpetuum fuisse, non dubium est: ea enim lex, quae Senatus decreta non ultra annum valere praecipit, non pertinet ad ea, quae Populo mandante vel concedente Senatus decernebat, sed ad ea, quae de ordine et ratione rerum in Senatu gerendarum constituebantur; quae non potuerunt ultra annum rata esse, quod Senatores annui sunt. Ἐπικυρῶσαι ψήφισμα intelligitur de *confirmando a Senatu Collegii decreto*. Sed in hac sententia dicendum erat τὸ ψήφισμα: nec confirmatione Senatus opus est in decretis collegiorum; nisi siquid decreverint, quod decernere non possunt: eá autem iam non *confirmatio* est, sed *concessio*. Et fit hoc Senatusconsulto concessio, quod verbo ἐπικεχωρῆσθαι exprimitur. Volunt mercatores et naucleri imaginem in publico loco collocare: ad quod *concessione* Senatus opus est, non *confirmatione*. Immo dubitari potest, num collegium iam legitimum fecerit decretum: dicitur tantum βούλεσθαι τὴν σύνοδον ἀναθεῖναι; de *decreto* nihil dictum est: si decretum iam factum erat, ita erat factum, ut res fieret, si Senatus *concessisset*. Quae quum ita sint, ἐπικυρῶσαι ἑαυτῷ ψήφισμα non est: *confirmare ipsi decretum collegii mercatorum*, sed *decretum Senatus ipsi ratum facere et scribere*, quo imaginis in publico illo loco collocatio *concederetur*.

Nec scripturae forma valde antiqua est, nec mos imagines pictas dedicandi in privatorum honorem: igitur hic titulus, quem post Olymp. 123, 2. scriptum esse iam supra monui, etiam recentiorem puto. Biagius autem (p. 377 sqq.) Delum post Olymp. 146. (voluit Olymp. 156. quantum ex eius calculis colligo) iam non celebrem mercatura fuisse putat, quum autem haec inscriptio exararetur, emporium fuisse frequentissimum: igitur eam ante Olymp. 146. ponit. Sed neutram earum rerum, quibus insistit, recta via demonstravit. Equidem ex litteraturae ratione, ut paulo ante dixi, colligo titulum non multum ultra primum ante Christum saeculum recedere posse: sed potest etiam recentior esse; modo ne in Imperatorum aetatem demoveatur. Omnino vero debet post Olymp. 152. scriptus censeri: tum enim Delus a Romanis tradita Atheniensibus est (Dorvill. in Obss. Misc. Vol. VII. p. 44.), qui eam etiam Antoninorum aetate teste Pausania tenuerunt.

125.

Athenis in domo Graeci cuiusdam Palaeologi. Ex schedis Fourmonti.

. . . . ΔΙ]ΑΤΕΛΕΙΠΕΡΙΤΕ[ΤΗΝΒΟΥΛΗΝΚΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝΤΟΝΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΑΝΑΓΟΡΕΥΣΑ]ΙΔΕΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟ[Ν
. . . . ΙΠΑΝΑΘΗΝΑΙΩΝΚΑΙΕ[Ν]Ε
. . . . ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ[ΔΕ]ΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙ[ΣΜΑΤΟΝΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΟΝΚΑΤΑΠΡΥΤΑΝΕΙ
Α]ΝΕΥΣΣΤΗΛΗΝΛΙΘΙΝΗΝΕΝΕΚΑΙ
ΤΟΠΟΝΤΕΙΑ[Ν]ΑΘΕΣΕΙΤΗΣΟΠΛΟΘΗΚΗ[Σ
ΗΒΟΥΛΗ
ΟΔΗΜΟΣ
ΒΥΤΤΑΚΟΝ
ΠΥΡΡΟΥ
ΛΑΜΠΤΡΕΑ

. . . . . δι]ατελεῖ περί τε τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων·
ἀναγορεῦσα]ι δὲ τὸν στέφανο[ν . . . .
. . . . ι Παναθηναίων καὶ ἐ[ν] Ἐ . . . .
. . . . ἀναγράψαι [δὲ] τόδε τὸ ψήφι[σμα τὸν γραμματέα τὸν κατὰ πρυτανεί-
α]ν ε[ἰ]ς στή[λη]ν [λι]θίνην . . . .
τόπον τῇ ἀ[ν]αθέσει τῆς ὁπλοθήκη[ς

Ἡ βουλή,
Ὁ δῆμος
Βύττακον
Πύῤῥου
Λαμπτρέα.

Decretum Senatus et Populi, quo civis coronatur et imago picta (vide n. 124.) in armamentario reponenda ei decernitur. Plurima perisse docent certae restitutiones. Vss. 2. 3. credo fuisse: *ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανο[ν Ἀθήνησι Διονυσίων ..... καὶ]* *Παναθηναίων καὶ ἐ[ν] Ἐ[λευσῖνι....* Vss. 4. 5. facile erat corrigere; de scriba *κατὰ πρυτανείαν* v. ad n. 107. Post *λιθίνην* sequitur ΕΝΕΚΑΙ: in quo cave quaeras *ἕνεκα*. Debebat sequi: *καὶ στῆσαι .....* Ante *τόπον* praecessit *δοῦναι δὲ καὶ*, ut in similibus imaginum dedicationibus. De voce *Βύττακον* dubitaveris.

126.

„Alopeciae in ecclesia infra montem Hymettum"; ex schedis Fourmonti.

I. . .NKAIT. . . .NΔPO . . . .
AYIΦ. . . . . .OM . . . .
ΛHΔ. . . .O . . . .
Λ. . . .ωPΓH. .ΓEO. . . . .
TIΞ. . . .K.N . . . .
TOINETAIHKAI . . . . OCYE. . . . .
ANΔPIΠOPENΠC. . . .ITOYMO. . . . .
ON . . .
\I.ANECN.EI . . . ΠEΠ.C. . I . . .ΛIIω
. . . . ΞAII X BΛΛ.OC. . . . . . .
I
. . . . . EΦO . . . . . ECPΓEPΛOO . . . . . .
\ΛO
. . . . Γ OOCE . . . . . OONΠETHCΦYEI. .H
. O . . OYNO . . . . IΛΛICOYΦYEIEAN. . .
. . ‵ΛIC . . . . . XωPOYΘAPCYNENAPIC
. . AICIIEΞ IINΔEΛTOYXAPINANΔIEΠO
. . MNHI.H.ΦOIMENOICKAIΛΛHΛOYCANC
. . . . ΛN. .
. ICAN \E.NOYCNIAYCIONE. .ONONOΠ
. . .
. OIIΔOICOICIIONTECEXOIENΔAIIACΠIΓYII
O . . .
APXωNMENTAYIICKOCATAPMHNMOI
NIXIωNHN
OKT.KAIΔEKATHΔEPANONCYNAΓŌ
ΦIΛOIANΔPEΣ
KAIKOINHBOYΛHΘECMONΦIΛIHCYΠE
ΓPAΨAN
NOMOCEPANETΩN
ΛENIEŻEC.TωICΓ. .AIETHNCEMNOTAIHN
CYNOΔONTωNEPANICTωNΠHNANΔOKI
MACΘHEIECTIA.OCKAIEYCEBHCKAIAII
\.OEΔOKIMA . . TωΔEOΠPOCTATHC
APXIEPAIΞIETHCKAIOΓAMMATEYCK.Λ
. .TAMIAIKAICYNΔIKOIECTωCANΔEO
OIKΛIIPωTOIKATAE . . . CXωPICΠPICΠPOCTAI
OMOΛEITωPΔEEICTωΔBIOYΛYTO
OEΠIHPωOYKATAΛIΦΘEICAYΞANETωΔ
OEPANOCEΠIΦIΛOTEMIAICEIΔETIEMA
XACHΘOPYIOYCKEINωNΦAINOITO
EKBAΛΛECΘω TOYEPANOYCHMIOY
MENOCTAICΔHΠΛAICΠETPAKPICEωC
MENOCEATTKAICKCHΠΛHΓAICAIKAIKIZ

Ubi nulla puncta sunt, nihil vel paucissimae litterae perierunt. Prior pars (vs. 1–29.) carmine concepta erat; sed pleraque restitui non possunt. Vs. 7. est *ἀνδρὶ πόρεν*, vs. 9. init. fortasse *ἄνδρα νέον*; vs. 15. *οὔνομα*, et extr. *φύσις ἀν[δρὸς* vel *ἀνδρί*, vs. 16. *χώρου θάρσυνεν ἀρίσ[του*, vs. 17. *δέλτου χάριν*. Vs. 18. 19. videtur esse:

καὶ μνήμην φθιμένοις καὶ ἀλλήλους ἀνέθηκαν.

Nam vs. 19. vix tot litterae interciderunt, quot in schedis notantur. Videntur his versibus nomina de-

functorum sodalium atque etiam superstitum praescripti fuisse, ut ex illo versu, si eum recte supplevi, potest colligi. Vs. 20. est ἐνιαύσιον, vs. 21. συνιόντες ἔχοιεν δαῖτα ἐπι... Ultimi tres versus aperti sunt:

Ἄρχων μὲν Ταυρίσκος, ἀτὰρ μὴν Μουνυχιὼν ἦν,
ὀκτωκαιδεκάτῃ δ' ἔρανον σύναγον φίλοι ἄνδρες,
καὶ κοινῇ βουλῇ θεσμὸν φιλίης ὑπέγραψαν.

Igitur hic titulus Archonte *Taurisco* exaratus est; is vero circa aetatem Antoninorum vel paulo post necesse est Archon eponymus fuerit. Ceterum titulus a sodalibus s. collegio nescio quo positus est; subscribitur lex sodalium, his fere verbis concepta:

Νόμος ἐρανιστῶν.
Μη]δενὶ ἐξέστω ἰέ[ναι ε]ἰς τὴν σεμνοτάτην
σύνοδον τῶν ἐρανιστῶν, πρὶν ἂν δοκι-
μασθῇ εἰ ἔστι ἅ[γι]ος καὶ εὐσεβὴς καὶ ἀγ[α-
θ]ός· δοκιμα[ζέ]τω δὲ ὁ προστάτης [καὶ
ὁ] ἀρχιερανιστὴς καὶ ὁ γραμματεὺς κα[ὶ
οἱ] ταμίαι καὶ σύνδικοι· ἔστωσαν δὲ ο[ὗ-
τ]οι κληρωτοὶ κατὰ ἔ[το]ς χωρὶς [τοῦ] προστά[του·
.... δὲ εἰς τὸν βίον αὐτο[ῦ ...
ὁ ἐπὶ ἡρῴου(?) καταληφθείς. αὐξανέτω δ[ὲ
ὁ ἔρανος ἐπὶ φιλοτειμίαις. εἰ δέ τις μά-
χας ἢ θορύβους κεινῶν φαίνοιτο,
ἐκβαλλέσθω τοῦ ἐράνου, [ζ]ημιού-
μενος ταῖς διπλαῖς ..... κρίσεως
.... πληγαῖς ....

Vs. 38. videtur dictum, praesidem collegii in tempus vitae eligendum esse. Quae intacta reliqui, videant alii an emendare possint.

127.

Fragmentum lapidis non magnum ad scalam domus Com. de Guilford. Transcripsit Müllerus.

ΛΥΙ
ΑΚΕΔΑ
ΤΩΙΚΟΙΝΩΙ
ΝΕΥΕΡΓΕΤΩΝ
ΤΩΣΕΙΤΩΝΤΟΥΘΕ
ΝΕΛΛΗΝΩΝΜΕΤΑΔΕ
ΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΠΑΡΑΤΟΚΑΘΗΚΟΝ
ΑΕΝΤΟΙΣΕΛΛΗΣΙΝΜΗΤΕΠΡΟΣΔΕΔ
ΠΡΟΠΟΜΠΕΙΑΝΕΠΙΒΑΛΛΟΥΣΗΣΑΥΤΗΣ
ΠΡΑΞΕΙΣΕΝΤΩΙΠΡΟΣΤΟΥΣΠΕΡΣΑΣ
ΕΜΜΑΡΑΘΩΝΙΚΑΙΤΗΝΕΛΛΑΔΑΔΙΑΦΥ
ΤΕΙΑΣΓΛΕΙΣΤΑΣΜΕΝΚΑΙΑΡΙΣΤΑΑ
ΛΟΝΚΑΤΑΝΗΛΩΚΕΝΑΙΠΛΗΘΟΣΠΡ
ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣΓΡΟΣΔΕΤΟΥΤΟΙΣ.ΔΙΑΠ
ΤΑΘΑΛΑΤΤΑΝΚΑΙΜΕΓΙΣΤΑΠΡΟΤΡ
ΔΡΑΚΑΙΚΑΤΑΓΟΛΙΝΠΟΤΩΝΕΛΛΗΝ
ΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΑΚΟΛΟΥΘΟΙΣΤΗΙΚΑΤΕΚΕΙΝ
ΧΡΗΣΜΟΝΚΑΙΤΗΣΘΥΣΙΑΣΕΠΙΤΕΛΟΥΜ
ΨΕΝΜΕΤΑΔΕΤΑΥΤΑΜΟΝΗΣΕΜΟΥΠΑΡ
ΚΑΤΑΤΗΝΑΣΙΑΝΕΛΛΗΝΑΣΕΙΒΑΛΟΝΤΩΝ
ΚΑΣΑΝΤΩΝΣΥΝΘΗΚΑΣΠΟΙΗΣΑΣΙΠΑΣΙ
ΚΕΝΑΙΔΕΜΕΚΑΙΘΕΩΡΙΑΣΕΞΑΠΟΣΤΕΛΛΟ
ΚΕΙΣΘΑΙΠΛΑΤΑΙΑΣΚΑΙΤΟΙΕΡΟΝΚΑΙΤΟΝΒΩΜΟΝ
.ΑΤΑΤΗΝΓΕΡΣΩΝΕΦΟΔΟΝΜΗΤΕΚΑΤΑΦΘΟΡ
ΟΜΟΙΩΣΕΜΟΙΜΗΔΕΤΗΝΙΔΙΑΝΔΥΝΑΜΙΝΛΗΤΝ
ΜΗΜΕΤΕΣΧΗΚΕΝΑΙΤΩΝΜΕΤΑΤΑΥΤΑΚΙΝΔ
ΓΕΝΟΜΕΝΑΙΣΣΥΝΘΗΚΑΙΣΣΥΜΜΑΧΙΑΝΠΡΟΣ
ΥΠΟΤΗΝΠΕΡΣΩΝΣΥΝΕΒΗΠΕΣΕΙΝΔΕΣ
ΤΕΛΕΣΘΕΙΣΩΝΠΡΟΤΗΣΑΝΑΙΡΕΣΕΩΣ
ΘΗΝΑΙΚΑΙΤΗΝΠΑΤΡΙΟΝΟΥΣΙΑΝΔΙΟΠΕ
ΠΕΡΠΟΥΤΩΝΕΠΟΙΗΣΑΜΗΝΤΟΥΣΔ
ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝΛΕΓΟΝΤΩΝ
ΕΓΚΛΗΜΑΤΑΠΑΡΑΓΙΝΕΣΘ
ΚΑΤΑΜΑΡΤΥΡΑΜΕΝΩ
ΕΔΡΙΩΠΟΙΗΣΑΜ
ΤΟΥΔΙΟΣΤΟΥΓ
ΕΙΣΤΟΥΣ
ΚΑΛΛΙ

Litterae optime exaratae, praeter A, quod cum A variare videtur, dicuntur vulgares esse, quales dedimus: locus, ubi reperta inscriptio sit, non indicatur; sed eam *in honorem Atheniensium* scriptam esse liquet: quapropter illam in fine decretorum posui, quum locum commodiorem non reperirem. Quae perspicere potui, haec sunt:

. . . λυ . . .
. . . Λ]ακεδα[ιμονι . . .
. . . τῷ κοινῷ . . . . .
. . . τῶ]ν εὐεργετῶν . . . .
. . . τῇ ἀϊσ]τώσει τῶν τοῦ θε[οῦ . . .
. . . . . τῶ]ν Ἑλλήνων. μετὰ δὲ . . . .
. . . . . εἰς τὸ ἱερον παρὰ τὸ καθῆκον . . .
. . . . ἃ ἐν τοῖς Ἕλλησιν μήτε προσδεδ . . .
. . . προπομπείαν ἐπιβαλλούσης αὐτῆς . . .
. . . πράξεις ἐν τῷ πρὸς τοὺς Πέρσας [πολέμῳ . . .
. . . ἐμ Μαραθῶνι καὶ τὴν Ἑλλάδα διαφυ[λαττ . . .
. . . στρα]τείας πλείστας μὲν καὶ ἄριστα ἀ[ποβεβηκυίας . . .
. . . . λον κατανηλωκέναι πλῆθος πρ . . . .
. . . . ἐλευθερίας· πρὸς δὲ τούτοις διὰ π[αντὸς χρόνου . . .
καὶ κατὰ γῆν καὶ κα]τὰ θάλατταν, καὶ μέγιστα προτρ[εψα . . . .
. . . . καὶ κατ᾽ ἄν]δρα καὶ κατὰ πόλιν [τ]ὸ τῶν Ἑλλήν[ων σύμφορον . . . .
. . . . . τοῖς ἄλλοις ἀκολούθοις τῇ κατ᾽ ἐκειν . . . .
. . . τὸν] χρησμὸν καὶ τ[ὰ]ς θυσίας ἐπιτελουμ]έν . . . . .
. . . ψεν, μετὰ δὲ ταῦτα μόνης ἐμοῦ παρ . . . .
. . . τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνας ἐ[κ]βαλόντων . . . . . .
. . . ἀναγ]κασάντων συνθήκας ποιήσασι πᾶσι . . . . .
. . . . . . κέναι δέ με καὶ θεωρίας ἐξαποστελλο . . .
. . . οἰ]κεῖσθαι Πλαταιὰς καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν βωμὸν . . .
. . . κ]ατὰ τὴν Περσῶν ἔφοδον μήτε καταφθορ . . .
. . . ὁμοίως ἐμοί, μηδὲ τὴν ἰδίαν δύναμιν [μ]ήτ[ε . . .
. . . μὴ μετεσχηκέναι τῶν μετὰ ταῦτα κινδ[ύνων . .
. . . . γενομέναις συνθήκαις συμμαχίαν πρὸς . . . . .
. . . ὑπὸ τὴν Περσῶν συνέβη πεσεῖν δεσ[ποτείαν . . .
. . . . τελεσθεισῶν πρὸ τῆς ἀναιρέσεως . . . .
. . . θῆναι καὶ τὴν πάτριαν [θ]υσίαν. διόπε[ρ
. . . περὶ τούτων ἐποιησάμην τοὺς δ . . . . .
. . . Λακεδαιμονίων λεγόντων . . .
. . . ἐγκλήματα παραγίνεσθ[αι . . .
καταμαρτυραμένω[ν
. . . συν]εδρίω[ι] ποιησαμ[εν . . .
. . . τοῦ Διὸς τοῦ Ἐ[λευθερίου? . . .
. . . εἰς τοὺς . . .
. . . καλλι[στ . . .

Vss. 14. 15. docent inscriptionem tam latam fuisse, ut de restituenda desperandum sit: id unum video, laudes Atheniensium contineri, et recte ex vs. 19. coniicit Müllerus mulierem loqui, fortasse ipsam πόλιν τὴν Ἀθηναίων suas res praedicantem; non incommode, si haec statuae subscripta erant, quae potuit post Alexandri aetatem posita esse, quam diu, non dixerim. Vs. 5. videtur de Pythio Apolline agi, ni fallor de meritis Atheniensium duce Alcmaeone adversus Cirrhaeos militantium circa Olymp. 48. ut ab illorum iniuriis vindicaretur deus. Vs. 9. de *propompia* dicitur a *Pythia* Atheniensibus data, deinde de Marathonia pugna. Transitur autem a Marathoniis rebus ad reliquas adversus Persas expeditiones liberatosque Asianos Graecos (vs. 21.). Vs. 28. est de restitutis Plataeis (cf. Pausan. IX, 1.): ara est Iovis Eleutherii (Pausan. ib. 2.). Vs. 35. fortasse de Amphictyonum synedrio. Sed manum de tabula.

APPENDIX.

Tituli aliquot honorarii, quos non potui alibi commode ponere, quia neque quartae aut quintae, neque octavae vel nonae classi convenire videbantur.

128.

Olim in arce Athenarum, nunc in Museo Britannico Synops. n. 86. Visc. Mem. n. 10. Edidit Chandlerus Inscr. II, 7. p. 48. deinde Osannus Syll. p. 97. n. 22.

ΟΙΕΡΕ]ΥΣΠΑΝΔΙΟΝΟΣΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ
ΑΝΤΙΦΑΤΟΥΣΚΥΘΗΡΡΙΟΣΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΟΙΦΥΛΕΤΑΙ

Os. init. habet ΣΥΣ, et vocem Ἀντισθένης ponit post ἀνέθηκεν. Pandion eponymus heros sacerdotem habuit, ut eponymi omnes; eius sacellum memorat decretum n. 213. In eodem *Antisthenes Antiphatis f. Cytherrhius* memoratur: unde intelligimus, hunc virum paulo post Euclidem Thargelia vicisse. Immo fortasse haec ipsa n. 128. inscriptio ad eam victoriam pertinet: v. ad n. 213. Ceterum hic titulus et ceteri eius generis omnes, quorum multos in aliis classibus posui, sunt honorarii: etenim qui honoris causa vel tripodem vel coronam vel tale quiddam accepissent, solebant eam rem, ut honor ipsis decretus palam fieret, dedicare, subscripto eius nomine, qui ipsos honorasset. Ita intellige subscriptum οἱ φυλέται, quod toties recurrit.

129.

„Athenis in templo Iovis", ex schedis Fourmonti.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟ]ΔΗΝΙΟΣΚΡΙΤΩΝ
Α . . . . ΑΡΕΤ]ΗΣΕΝΕ[Κ]ΕΝ[ΚΑ
Ι Ε Υ Ν Ο Ι Α ΣΗΣΕΧ]ΩΜΔΙΕΤΕΛΕΙΕ[ΙΣ

Perierunt prope omnia: ut tamen videres, qualis inscriptio esset, addidi supplementa. Erant haec statuae defuncti subscripta:

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ] δῆμος Κρίτωνα . . . . ἀρετ]ῆς ἕνε[κ]εν [καὶ εὐνοίας ἧς ἔχ]ων διετέλει ε[ἰς etc.

130.

In fragmento epistylii ex marmore candido. Edidit Dubois Catal. marm. Choiseul. n. 190. nos in litterarum ductibus Mülleri schedas secuti sumus, qui transcripsit Parisiis in Museo regio (Catal. Clarac. n. 662.). Ad Attica rettuli de coniectura.

ΟΔΗΜΟΣΛΥΣΙΚΛΗΝΚΑΛΛΙΣΘΕΝΟΥ
ΑΝΔΡΑΑΓΑΘΟΝΟΝΤΑΠΕΡΙΤΟΝΔΗΜΟΝ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΝΚΑΙΣΩΤΗΡΑΤΟΥΔΗΜΟΥ

Ὁ δῆμος Λυσικλῆν Καλλισθένου (ne corrige Καλλισθένους), ἄνδρα ἀγαθὸν ὄντα περὶ τὸν δῆμον καὶ εὐεργέτην καὶ σωτῆρα τοῦ δήμου.

131.

Athenis super muro aquaeductus. Ex schedis Fourmonti.

. Ρ Ι . . .
Ο Δ Η Μ Ο Σ

132.

In Monasterio D. Joannis Baptistae in monte Hymetto; ex schedis Fourmonti. Sunt novem coronae sculptae; in superioribus et inferioribus ternis haec scripta notantur:

ΗΒΟΥΛΗΗΕΠΙ ΛϘΚΕ ΑΥΧΟΝΤΟΣ	ΟΙΦΥΛΕΤΑΙ	ΟΙΦΥΛΕΤΑΙ
ΟΙ.....	ΟΙΔΗΜΟΤ..	ΟΙΣΥΜΠΥ...

Fortasse Ἀρκε[σιλάου] ἄρχοντος. Si non plurium hae coronae sunt, ille cuius sunt, ut a Senatu, ita a tribulibus, ab his saepius, item a demotis coronatus est. Pro συμπυ si συμφυλέται legeris, nescias cur non, ut in reliquis, simplex φυλέται positum sit; igitur legendum puto οἱ συμπρυτάνεις.

133.

Ex schedis Fourmonti, Athenis. Ed. Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. p. 184. (tab. 57. 2.), cf. p. 186 sq. In duabus coronis:

ΟΙΣΤΕΦΑΝΙΣ ΟΝΦΑΛΕΤΑΙ

Caylus omittit ΟΙ, et pro ΟΝ habet ΟΜ. Nomen coronati in alia parte monumenti scriptum erat: in priore corona fuerit . . . . . οἱ στεφανοῦσιν, in altera οἱ φυλέται.

134.

Athenis; ed. Pococke Inscr. P. I. cap. 5. s. 4. p. 53. n. 46.

ΟΔΑΜΟΣ
ΟΕΝΙΔΥΜΝΩ
ΤΑΝΒΟΥΛΗΝ

ΟΔΗΜΟΣ
ΤΗΝΒΟΥΛΗΝ

Ὁ δᾶμος ὁ Ἐπιδαυρίων τὰν βουλάν.

Ὁ δῆμος τὴν βουλήν.

Noli Ἐπιδαμνίων coniicere. Populus Epidauriorum coronat Senatum Atticum, eundem populus Atticus.

135.

Athenis in basi „in domo Σταυρωτοῦ Κονδοῦ". Ex schedis Fourmonti.

Α]ΛΕΞΑΝΔΡΟΝ
ΦΙ]ΛΙΡΠΟΥΥΙΟΝ

Sub statua Alexandri M. Littera Ξ pro verticali linea habet obliquatas duas ap. Fourm. haud dubie falso.

136.

Athenis in gradu domus. Ex schedis Fourmonti.

ΙΑΣΗΣΣΤ[Η
ΣΕΝΑΛΕΞΑ
Ν]ΔΡΟΣΘΕΙΟΙ
ΑΡΙΣΤΟΤΕΛ[Η

[Τὸν .... σοφίης .... π]άσης
στ[ῆ]σεν Ἀλέξα[ν]δρος Θεῖον Ἀριστοτέλ[η.

Vs. 4. Fourmontus T et E ligata praebet; quod eius videtur lusui tribuendum, de quo saepius dixi, vel error est transcribentis. Carmen basi inscriptum, quae statuam Aristotelis ab Alexandro M. positam sustinebat.

Hac classe typis iam excusa plura ad me sero pervenerunt inscriptionum apographa. Primum continet *decretum Aexonensium*, quod cum n. 93. repertum est et huic classi inserendum erat: id loco licet incommodo n. 214. edam, ne in supplementa differatur: ibidem etiam tituli n. 93. promam variam lectionem. Praeterea a Köhlero doctissimo inscriptionum interprete accepi apographum tituli n. 82. cuius variae lectiones hae sunt. Vs. 7. pro 𐅃 habet 𐅄, et vs. 9. ΣΠΑΝΔΙΑ𐅃Η, ubi nota ἐς, quod postulavi, et omissum Ι, in quo putabam Τ inesse. Idem vs. 10. extr. ΔΔΔ⊢⊢⊢ΙΙC, quo confirmatur correctio nostra. Vs. 11. diserte exhibetur Ξ et ΠΛΩΘΕΙΕΥΣΙΑΡΙΣΤΟΤΙΜΟΣ, vs. 12. extr. Ο⊢ (ἀξιόχρεως), vs. 13. extr. ΑΙ, vs. 14. extr. ΣΩΝ, vs. 16. extr. ΤΑΓ, vs. 18. ΟΣΟΝ, vs. 19. ΔΑΝΕΙΞΟΙΤΑΣ, vs. 21. ΑΡΧΟΝΤΑ, non recte; vs. 22. extr. ΤΟΚC, vs. 23. init. ΑΙ, vs. 24. init. ΡΑΛΑΙΩΝ, extr. Φ pro Ο, vs. 25. init. ΝΤΑ et diserte ΤΕ, vs. 26. init. ΟΙΝΑ ΚΑΙ, vs. 27. init. ΩΝ, vs. 28. init. ΔΑΣ et in fine ΔΕ, vs. 29. init. ΛΩΘΕΑΣ, fin. ΡΙC, vs. 30. init. ΙΕΡΑ, vs. 32. init. ΟΙΑΝ, fin. ΕΣΤ⊢, vs. 34. init. ΣΤΑ, vs. 35. ΠΛΩΘΗΣ, vs. 36. init. ΟΙΝΟ, vix vere; dein diserte ΤΑΑΛΛΑΙΕΡΑΜΕΧΡ, vs. 37. ΕΚΑ ΣΤΩΙΤΟΙΣΠΑΡΟΣΙΠΛΩΘΡ, quod esse videtur: ἑκάστῳ τοῖς παροῦσι Πλωθέων; vs. 38. init. diserte ΔΙ, vs. 40. ΔΗΜΙΟΡΙ.

CLASSIS SECUNDA.

TABULAE MAGISTRATUUM, IMPRIMIS QUAESTORUM ET SIMILIUM.

I. Actis Quaestorum Minervae potissimum, partim etiam aliorum deorum ordine temporum dispositis (n. 137 sqq.), addidimus alia ex genere haud dispari, primum praeter titulum 143. de quo posthac dicam, fragmentum rationum Curatoris redituum publicorum et eiusdem Quaestoris administrationis (ἐπιμελητοῦ τῆς κοινῆς προσόδου καὶ ταμίου τῆς διοικήσεως) n. 157. deinde binas tabulas Amphictyonum Deliacorum n. 158. 159. probationem aedis Poliadis ante Euclidem scriptam n. 160. et quattuor alios titulos, in quibus duo sunt metallici (n. 162. 163.). Et de ceteris quidem suis locis dicetur separatim: de tabulis Quaestorum Minervae quaedam praemonenda sunt. Nam, ut ab ipsius magistratus notitia exordiar, deni antiquitus fuerunt *Quaestores opum sacrarum Minervae*, ex Pentacosiomedimnis sorte creati, de quibus uberius exposui Oec. civ. Ath. T. I. p. 172 sqq. Ii ante Euclidem constanter audiunt ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας, post Euclidem n. 150. της Ἀθηνάας, et n. 151. τῆς Θεοῦ. Ad quorum normam, eodem plane modo creati, *Quaestores deorum* circa Olymp. 90. instituti deni sunt, qua de re certiores nos facit decretum n. 76. Sed Olymp. 95, 2–4. utrique coniuncti non plures sunt quam deni (n. 150.): rursum vero postea Olymp. 98. soli Minervae Quaestores totidem comparent (n. 151.); et horum sunt omnes, de quarum magistratibus ex ipsis titulorum verbis constat, quaestoriae hae tabulae, excepto titulo n. 150. qui utrorumque est. Ceterum Quaestores Minervae constat non solis deae opibus praefectos fuisse, sed simul aerarium populi Attici publicum, quod Minervae templo contiguum vel potius in ipsius templi parte fuit, administrasse: quo gravior eorum auctoritas et amplior rationum numerus. Quae rationes non unius sunt generis. Nam quum in plebiscito n. 76. Quaestoribus deorum praecipiatur, ut rationes reddant τῶν τε ὄντων καὶ τῶν προσιόντων τοῖς θεοῖς, καὶ ἐάν τι ἀναλίσκηται κατ᾽ ἐνιαυτόν, patet eadem Quaestoribus Minervae facienda fuisse; quorum ad exemplar Quaestores deorum instituti sunt: igitur hi quoque publice perscribere tenebantur, quas res traditas accepissent, quae accessissent, quae absumptae essent. Sed ea, quae accesserant, addi solebant iis, quae quique ab antecessoribus tradita accepissent: igitur hoc est unum tabularum genus, quod continebat ea, quae cuique magistratui tradita rursum succedenti tradebantur, una cum iis quae accessissent. Sed quae absumpta sint, in illis tabulis non reperias: itaque ea aliis tabulis inscripta erant. Sic n. 142. primo anno superest φιάλη χρυσῆ ἐξ ἧς ἀπορραίνονται: sed ea in sequentium annorum rationibus non iam comparet: ut necessarium sit aliis in rationibus dictum esse, quem in usum consumptum esset illud vas. Sed ad expensorum tabulas posthac redibo: nunc tabulas rerum traditarum accuratius distinguam.

II. Etenim ex his, qui servati sunt, titulis apertum est Quaestores Minervae eas, quae quoque loco sitae essent, opes secundum ipsos hos locos digestas edidisse, certe ante archontem Euclidem (n. 137–142.). Primum genus est donariorum in *pronao* (προνηΐῳ) magni Minervae templi in arce asservatorum (n. 138. 142.); nempe id pronaum tum clausum pariete fuit, licet nunc post tot re-

rum vicissitudines apertum sit: alterum donariorum in *Hecatompedo* (ἐν τῷ νεῷ τῷ ἑκατομπέδῳ, n. 137. 140. 141.); tertium donariorum in *Parthenone* (n. 139.): et quod imprimis tenendum, duo eorundem magistratuum tituli plane diversa donaria Hecatompedi et Parthenonis continentes supersunt, qui ad eosdem annos pertinent et eodem tempore scripti sunt (n. 139. 140.). Unde quid colligatur, manifestum est. Nam licet veteres vulgo universum templum aut Ἑκατόμπεδον aut Παρθένῶνα vocent, accuratus publicarum tabularum usus distinguit hos à ceteris templi partibus. Ὁ νεὼς ὁ ἑκατόμπεδος est ea templi pars, quae media est inter pronaum et opisthodomum, ipse ναὸς s. νεώς: ea pars, quum universum templum pedes CCXXV longum sit, in longitudinem centum pedum porrigitur, et una cum columnis totidem pedes lata est, ut area sit pedum decies mille in quadrum. Ita etiam ea intellige, quae olim scripsi Gr. trag. princ. p. 203. Ex hac mensura medium templum ὁ νεὼς ὁ ἑκατόμπεδος vocatur. Sed a reliquo Hecatompedo cancellis opinor separata ea pars fuit, ubi magna deae statua: et ea sola pars tum Parthenonis nomine vocata est. Parthenon igitur adytum est, post quod opisthodomus, ut accurate Schol. Luciani ap. Osann. Syll. p. 45. ὅτι ὀπισθόδομος ἱερὸν τὸ ὄπισθεν τοῦ ἀδύτου οὕτως ἔλεγον, ἐν ᾧ καὶ δημόσια ἀπέκειτο χρήματα (ex cod. Sangerm. 345. fol. 181. a.): quod adytum etsi pars est Hecatompedi, tamen hac parte iam exempta reliquus ναὸς simpliciter dicitur ἑκατόμπεδος. Ab utroque distinguitur τὸ προνήϊον, ubi quae donaria n. 138. recensentur, ea plane alia sunt ac n. 139. 140. in Parthenone et Hecatompedo, licet hae duae inscriptiones ea contineant, quae a prioris anni magistratu accepta erant, et n. 138. ipsius illius prioris anni opes in pronao asservatas recenseat. Vides, quae de Parthenonis et Hecatompedi notione dixi, undique esse confirmata. Quodsi n. 151. partim eaedem opes sunt quae n. 150., illic in Parthenone, hic in Hecatompedo: aut mutatus interim usus vocabulorum est, quod eo facilius fieri potuit, quum Parthenon omnino pars Hecatompedi sit; aut num. 151. Hecatompedi intercidit mentio, quum tituli huius maxima perierit pars. Adde quae dixi ad n. 150. §. 18. Ceterum ut diversorum locorum tabulae plane inter se diversae sunt, sic uniuscuiusque loci rationes ita cohaerent, ut succedens quaeque prioris donaria fere omnia contineat et insuper adventicia anni ipsius, quae ἐπέτεια dicuntur, ut n. 138. 142. quae Pronai sunt, et ternae Hecatompedi rationes n. 137. 140. 141. Minor quidem post Euclidem tabularum consensus, etsi ea quoque aetate in pluribus titulis eadem donaria redeunt (n. 150 sqq.): nec fortasse singulis locis post Euclidem singulae rationes tributae sunt; certe n. 150. Hecatompedus et opisthodomus eatenus coniuncti sunt, ut quaedam ex aliorum deorum opibus in opisthodomo condita post Hecatompedi supellectilem recenseantur. Item quum hae rerum traditarum rationes ante Euclidem secundum quadriennia compositae sint, post Euclidem annuae sunt: nam ante Euclidem diserte praescribitur, esse has quadriennii rationes; post Euclidem (n. 150. 151.) nihil huiusmodi praescriptum reperitur.

III. Sed in his rerum traditarum rationibus duo capita maxime desidero, *indicem partium singularum magnae imaginis Minervae Virginis a Phidia factae*, quam tamen illos Quaestores et traditam accepisse et custodisse constat (Harpocr. v. ταμίαι, Lex. Seg. p. 306. Philem. Lex. p. 151. Suid. Phot. v. ταμίαι), item *indicem pecuniarum publicarum et sacrarum in opisthodomo conditarum*. Nam etsi magna illa statua occasione basis et coronae, quam eius Victoria in capite gerebat quaeque separatim custodiebatur, memorata n. 150 sqq. est, et simili in re n. 151. vs. 26.: tamen ea ipsa nusquam in his tabulis traditur, nisi forte ebur eius n. 151. vs. 6. Sed haec difficultas ita expeditur. Ut Parthenonis donaria a reliquo Hecatompedo separata perscribebantur, ita magnae statuae, quae in ipso Parthenone fuit, recensio videtur a ceteris Parthenonis cimeliis separata et propriis tabulis inscripta esse. Opisthodomi autem pecuniae, quae non erogatae, sed successoribus traditae essent, potuerunt aut peculiaribus tabulis, quarum nulla supersit, inscriptae esse, aut annexae expensarum rationibus: posterius videtur n. 154. (cf. n. 146.) factum esse. Ceterum de opisthodomo ipso quas dubitationes Osannus movit, eae nullae sunt. Qui quum ea, quae de opisthodomo scripsi (Oec. civ. Ath. T. I. p. 473.), non legisset (non enim eum illa legisse, patet ex Syll. p. 45.), miratur me de opisthodomo non dixisse, ipse vero duos in arce opisthodomos statuit, alterum Parthenonis, alterum in vicinia Parthenonis (p. 62 sq.); quum tamen de opisthodomo, ut de uno, saepius ita dicatur, ut nulla accuratior addita definitio sit: veluti n. 76. in decreto a me dudum in Oec. civ. Att. edito, quod ut ineditum citat auctor Sylloges p. 62. et p. 80. Illum autem opisthodomum, in quo aerarium publicum, in arce putat fuisse extra templum Minervae, quod coniecerant Britanni nonnulli: sed talis aedificii, quod haud leve esse poterat, non ullum in arce Athenarum vestigium vidit quisquam; grammaticorum autem locos Osannus male intellexit. Nam ubi hi dicunt ὀπισθόδομον fuisse ὄπισθεν τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς (Lex. Seg. p. 286. Etym. M. p. 627. 52.), non quod ille vult, aedes a Parthenone, qui vulgo dicitur, seiunctas, quae pone eum fuerint, intelligunt, sed eam partem templi, quae re vera ὄπισθέν τοῦ ναοῦ est, hoc est post Ἑκατόμπεδον, qui proprie ναός: id quod etiam accuratius demonstrat Scholiastes Luciani, qui pone adytum fuisse opisthodomum dicit: quomodo enim potest aliud aedificium pone adytum templi esse, si pone adytum, quod certum est, ipsius templi opisthodomus fuit? Nam si alius opisthodomus in arce fuisset pone Parthenonem, fuisset is potius post Parthenonis opisthodomum, non post adytum. Sed nullus alius fuit

usquam: opisthodomus est solius Parthenonis, ubi pecuniae asservabantur et sacrae et publicae, partim in cubiculis, partim sub terra in favissis: et bene clausus fuit opisthodomus, quem ab adyto seiungebat paries, a porticu postica alius et firmissimus paries, qui adhuc remanet. Nam quod auctor Sylloges dicit, Parthenonis posticum in porticum apertam exire, falsum est, et potest ex unaquaque Parthenonis descriptione refelli; immo quum ibi cubicula fuerint, potuit in opisthodomo etiam habitari (Plutarch. Demetr. 23.). Postremo ex Schol. Aristoph. Plut. 1194. quem constat, quae de opisthodomo templi Poliadis dixit, debuisse de opisthodomo Parthenonis dicere, colligit Os. aerarium Atticum extra Parthenonem in media arce situm et *duobus muris circumdatum* fuisse: *Ὀπίσω τοῦ νεὼ*, inquit, *τῆς καλουμένης Πολιάδος Ἀθηνᾶς διπλοῦς τοῖχος ἔχων θύραν.* Tu animadverte *τοῖχον* non esse murum cingentem, sed parietem: etenim in aede Minervae Virginis opisthodomus ille est inter binos parietes, quorum altero separatur ab adyto, altero a porticu postica: in hoc altero est ianua etiam nunc. De muris cingentibus ne verbum quidem: quodsi duo muri cinxissent opisthodomum, duabus ianuis opus erat. Postremo quod apud Demosthenem opisthodomus ea aetate incensus dicitur, inde possit aliquis colligere, alium apud illum opisthodomum intelligi ac Parthenonis, qui nonnullis videtur totus lapideus fuisse: nec tamen video, quidni aut cum aliis putemus opisthodomum Parthenonis ligno tectum fuisse, aut solam tum supellectilem incensam.

IV. Altera classis rationum quaestoriarum *expensa*, ut dixi, continebat: ex quo genere sunt n. 144–149. Sed ea sola inscripta sunt, quae ex thesauris sive aerariis sumpta sunt, non quae ex ordinariis vectigalibus. Igitur pleraque necesse est ex opisthodomo data sint, partim de iis, quae annui Quaestores ipsi intulissent (*ἐξ ὧν αὐτοὶ ξυνελέξαμεν*, quae *ἐπέτεια* sunt, n. 145. 146.), partim de iis, quae tradita accepissent (*ἐξ ὧν παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν*). Aliquoties peculiares quidam thesauri memorantur, ut *Ἀθηναίας, Ἀθηναίας Πολιάδος, Νίκης* (n. 145. 146. 147. 148. cf. etiam n. 156.); sed horum ratio prorsus obscura est. Ne tamen credas Poliadis thesaurum in templo Poliadis conditum esse, sat est monuisse, Poliadis templum ea aetate nondum restitutum fuisse. Peculiarem *Ἀθηνᾶς Νίκης* thesaurum probabile est ex decimis praedarum conflatum esse. Ceterum ipsae quoque publicae thesauri pecuniae Minervae sacrae sunt, quod vel ex n. 76. patet, sed alia ratione atque ea, quae numinis propria sunt. Rursum aliae thesauri partes ex usu designantur, in quem repositae sint, vel ex origine, ut *τὰ ἐς τὰς τριήρεις* et quae socii contulerint (n. 145.). Certae praeterea pecuniae non ex opisthodomo, sed ex Parthenone depromptae sunt (n. 145. 146.), sive ibi nummi depositi erant, sive aurum vel argentum non signatum, ut vasa, quae in publicos sumptus converterentur. Atque his expensarum rationibus n. 145. 146. videmus additas esse rationes summarum universarum eius pecuniae, quae tradita Quaestoribus, quae ab ipsis collecta, opinor etiam quae expensa esset, postremo earum opum, quas successoribus tradidissent. In his coniicio etiam ea vasa perscripta esse, quae in rerum traditarum catalogis desiderabantur, ut quod n. 142. anno secundo deest vas aureum. Postremo has expensarum rationes non secundum quadriennia dispositas esse doceo ad num. 145. In fine tabularum quaestoriarum (num. 156.) posui simile monumentum, quod cuius generis sit, perspici non plane potest: et num. 143. interposui tributorum descriptionem, ex lege n. 75. factam, non quod Quaestorum Minervae eam esse putem, sed quod quaestoriis inscriptionibus simillima est.

V. Subsistendum nunc in *donariorum traditorum* tabulis, et de iis ea praemonenda sunt, quae sub uno conspectu poni utile et necessarium est. Quae quomodo integritati restitui queant, in libro de Oeconomia civitatis Atheniensis duobus exemplis docui (in n. 139. 141.): quod genus critices deinde Osannus in n. 138. et 142. exercuit non ea quam exspectabam sollertia. Etenim quum quaternorum singulis tabulis annorum recensiones ex parte maxima consentientes insint; alterius anni donariorum descriptio ex altera suppleri etiam tum potest, ubi longe plurima perierunt. Immo quum eiusdem loci tabulae diversae eadem tamen donaria contineant, si pauca quae consumpta aut quae addita sint exceperis; vel diversae tabulae altera ex altera suppleri possunt, quod nunc demonstravi in tabulis Pronai n. 138. et 142. atque Hecatompedi n. 137. 140. 141. Sed hae inscriptiones ubi restitutae fuerint, longe ampliorem ostendunt latitudinem, quam lapides, in quibus pars superstes perscripta est. Nempe in arce Athenarum magnum quasi vallum inscriptionum fuit, lapidibus pluribus coniunctis; in quibus una et eadem tabula quaestoria ita inscripta fuit, ut singuli versus in alio lapide inciperent, in alio continuarentur: deinde dissoluta marmorum compage accidit, ut alterum servaretur, alterum periret. Ita n. 138. dexter tantum lapis superest, sinister periit: et quia n. 142. in averso latere eiusdem inscriptionis positus est, n. 142. superest sinistra pars, intercidit dextera. Similiter n. 148. 149. 151. ex pluribus compositi lapidibus erant, atque etiam n. 144. dexter lapis deest. Sed omnium apertissimum exemplum praebet n. 141. qui ex duobus lapidibus compositus est, quorum sinistrum Pater Ludovicus Capucinus scalae suae inseruit, dexterum nunc servat Museum Britannicum: eos enim coniungendos docui: et quoniam in aversa parte est n. 140. huius numeri sinistra tantum regio in lapide Musei Britannici servata est, dextera in Capucini scala quaerenda. Simile quiddam docui n. 160. ubi inferior periit tabula. Iam vero quum donariorum tituli quaternos singuli annos complectantur, quaeritur, singulorum annorum rationes singulisne annis finitis inscriptae sint,

an universi quadriennii in fine simul omnes: prius ego dixeram Oec. civ. Ath. T. II. p. 265. alterum contendit Osannus Syll. p. 61. et provocat ad stili aequalitatem in omnium quattuor annorum recensionibus, quae omnes simul ab eodem quadratario incisas doceat. Verum ut taceam, unum et eundem quadratarium per quattuor annos, singulis annis finitis potuisse hos titulos exarare, atque etiam plures recepto et disciplina tradito charactere uti potuisse: non mihi constat Osannum tum, quum titulos n. 138. et 142. transcriberet, ad stili formam ita attendisse, ut quaternas utriusque partes ab eadem manu exaratas esse liquido possit affirmare, quum praesertim tum harum inscriptionum rationem adeo non perspectam haberet, ut mihi eas integras esse neganti subirasceretur. Quin etiam dispar valde litterarum in singulorum annorum descriptionibus numerus potest eo deducere, ut alio tempore aliae scriptae iudicentur. Sed missis his, quum Quaestores Minervae annui fuerint, rationes constat annuas fuisse, easque intra triginta dies a magistratu abdicato redditas (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 205.): nec qui rempublicam Atticam paulo accuratius norit, credet cuiquam affirmanti, Quaestores universi quadriennii usque ad magna Panathenaea potuisse ullis vinculis *ὑπευθύνους* teneri, aut iis post magna Panathenaea iterum rationes reddendas fuisse: unde quantum illi damnum facturi fuissent, potest ex Aeschine contra Ctesiphontem disci. Nec minus absonum et civilibus institutis contrarium est, quod idem proposuit (p. 59 sq. p. 61.), Quaestores fuisse quadraginta viros, qui per vices, deni singulis annis, magistratum gesserint et cuncti in fine quadriennii rationes reddiderint. Immo annui Quaestores deni erant annuasque reddebant rationes, quae exacto anno inscriptae sunt. Et annuos quidem fuisse omnia docent et maxime singulorum annorum in tabulis praescripta: sed insignis est auctoritas decreti n. 76. ubi de Quaestoribus deorum: *ταμίας δὲ ἀποκυαμεύειν τούτων τῶν χρημάτων, ὅταν περ τὰς ἄλλας ἀρχάς* (magistratus autem sorte creati annui omnes sunt), *καθάπερ τοὺς τῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας*. Rationes autem annuas fuisse et post singulos annos publice inscriptas, ex eodem decreto constat, ubi quae de Quaestoribus deorum dicuntur, sine haesitatione Minervae Quaestoribus adaptari debent: *καὶ τολοιπὸν ἀναγραφόντων οἱ αἰεὶ ταμίαι ἐς στήλην, καὶ λόγον διδόντων τῶν τε ὄντων χρημάτων καὶ τῶν προσιόντων τοῖς θεοῖς, καὶ ἐάν τι ἀναλίσκηται κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς τοὺς λογιστάς, καὶ εὐθύνας διδόντων καὶ ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια τὸν λόγον διδόντων, καθάπερ οἱ τὰ τῆς Ἀθηναίας ταμιεύοντες*: ubi v. not. Nam *οἱ αἰεὶ ταμίαι* non possunt hic alii esse quam annui, quum statim sequatur *κατὰ τὸν ἐνιαυτόν*, cum articulo, hoc est *suo illo anno:* nec verba *ἐκ Παναθηναίων* nisi de annuis Panathenaeis intelligi posse monui illo loco. Accedit quod tabulae expensi annuae sunt. Quibus in unum collectis etiam donariorum recensiones post exactos singulos annos inscriptas pronuncio: sed disponebantur per quadriennia, ut facilius perspici singularum descriptionum consensus et discrimina possent. Ut vero singuli anni Panathenaici sunt, et ex Panathenaeis ad Panathenaea rationes redduntur (n. 76. *καὶ ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια τὸν λόγον διδόντων*): ita cyclus, ex quo disponuntur tabulae, est *penteteris Panathenaica,* a magnis Panathenaeis ad magna, hoc est a primo mense tertii uniuscuiusque Olympiadis anni usque ad eundem subsequentis Olympiadis. Eundem cyclum sequebatur *ταμίου τῆς διοικήσεως* magistratus (Oec. civ. Att. T. I. p. 178.). Horum igitur quattuor annorum magistratus vocantur *αἱ τέτταρες ἀρχαὶ, αἳ ἐδίδοσαν τὸν λόγον ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια*, hoc est *singulae a Panathenaeis annuis prioribus usque ad Panathenaea annua sequentia,* quod pertinet ad *ἐδίδοσαν τὸν λόγον*. Haec formula omnibus ante Euclidem donariorum recensionibus praescripta est, quod nec ipse olim vidi, nec super Sylloges editor; nunc res certa est. Nam ex hac formula haec supersunt n. 137. ...*δοσαν τὸν λόγον ἐκ Παναθηναίων ἐ*..., n. 138. ...*δίδοσαν τὸν λό* .... *κ*..., ubi K superest ex vocula *ἐκ*: n. 139. *τάδε παρέδοσαν αἱ τέτταρες ἀρχαὶ, αἳ ἐδίδοσαν τ*..., n. 140. ...*ε παρέδο*..., num. 141. A. *τάδε παρέδοσαν αἱ τέτταρες ἀρχ*... B. A. *ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια* (v. nott.), postremo n. 142. ...*σαν αἱ τέτταρες ἀρ*... His verbis quae adduntur, ea modo prolixiore, modo breviore formula concepta sunt. Prolixior, quae in solo titulo 138. obtinere videtur, est haec, ut primo loco ponantur ultimi Quaestores penteteridis prioris, qui tradiderint primis Quaestoribus eius cycli, cuius hae rationes sunt; deinde hi ipsi donaria successoribus tradidisse dicantur. Ex contractiore formula autem, quam solam in reliquis titulis spatia patiuntur, omissa prioris magistratus significatione dicitur: *τοῖς ταμίασι* s. *ταμίαις*; ut supplendum sit, *οἱ πρότεροι ταμίαι τοῖς τ.* et statim ponitur primi in penteteride anni magistratus, ut qui acceperit et accepta successoribus tradiderit. De qua re, quae sane aliquid offensionis habet, si quis dubitet, poterit eum titulus n. 141. convincere, ubi ne una quidem littera incerta est; olim, nondum cognita formula *ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια*, nec ipse huius rei rationem perspexeram, et minus recte pluribus monumentis intuleram verba *οἱ πρότεροι ταμίαι*, quae iam exulant. Deinde in singularum annuarum recensionum capite designantur rursum magistratus et qui tradiderint et quibus traditum sit et a quibus tradentes acceperint: quae designatio duobus modis fit. Modo enim scribae solius nomen appellatur, neque id unquam omittitur; modo unius additur Quaestoris nomen: post Euclidem aliquoties omnes Quaestores nominantur; sed haec mea disputatio ad antiquiora monumenta pertinet. Is autem Quaestor, qui solus nominatur, est primus Quaestorum prytanis, hoc est qui primum eo anno praefuit collegio: eorum autem prytania haud dubie diurna fuit, ut Praetorum (*στρατηγῶν*); et prytaniarum quaestoriarum ordo non ex constante

tribuum ordine, sed ex variabili, qui in Senatus prytaniis obeundis quotannis obtineret, videtur constitutus esse (v. ad n. 150.): post Euclidem demum ordo Quaestorum constantem tribuum ordinem sequitur. Postremo iis annis, quibus recens addita (ἐπέτεια) accesserunt, haec ipsa adscripta sunt, praemissa aut longiore formula Ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶν ταμιῶν, οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, quae (excepto n. 138. a. 1.) usque ad n. 140. ann. 2. constans est, aut breviore Ἐπέτεια ἐπεγένετο, quae est n. 138. anno 1. deinde rursum a n. 140. anno 3. incipit, et deinceps constanter observatur tam n. 140. quam n. 141. 142.

VI. His expositis vellem de *temporibus* horum titulorum breviter disputari posset: sed eo longiore disputatione opus est, quo magis Sylloges editor universam rem perturbavit, quae inscriptionibus his nunc rectius restitutis componi potest. Tria autem indicia temporum repperi, de quibus ordine exponam. Primum in aliis est obsoleta forma ταμίασιν, n. 137. 138. 139. 140. in aliis vulgata ταμίαις, n. 141. 142. Illi tituli antiquiores, hi recentiores sunt. Deinde donariorum series et numerus in eiusdem loci tabulis temporis ordinem demonstrat. Ita n. 137. 140. 141. sunt Hecatompedi; ex quibus n. 137. tam pauca ostendit donaria, ut reliquis duobus antiquior ille titulus haud paucis annis esse intelligatur: sed n. 140. annus ultimus et n. 141. annus primus eadem donaria habent, quae deinde additiciis crescunt; igitur n. 140. et 141. continuo et sine ullo intervallo sese excipiunt. Similiter n. 138. et 142. Pronai supellectilem continent: in quibus n. 142. continet omnia, quae n. 138. sed praeterea nova permulta vel ante ἐπέτεια eius penteteridis; igitur n. 138. multis annis antiquior est titulo 142. Tertium indicium magistratus et scribae praebent, quantum eorum nomina servata sunt vel coniectura certa indagari queunt. Quorum ope intellexi n. 139. et 140. eiusdem penteteridis esse, et n. 138. esse praecedentis penteteridis, ita ut hae duae penteterides sese continuo excipiant: quod de n. 138. 139. vidit etiam Osannus. Iam vero n. 137. antiquior est quam n. 140. docentibus donariis; neque n. 137. est eius penteteridis cuius n. 138. quod ex scribis patet: igitur n. 137. est antiquior numero 138. Porro n. 141. est eius penteteridis, quae penteteridem n. 139. 140. sequitur continuo, monstrantibus donariis; et consentit mentio scribae Cydathenaeensis n. 140. ann. 4. quae redit n. 141. ann. 1.: sed penteteridem n. 138. sine intervallo sequitur penteteris num. 139. 140. igitur continuae tres hae penteterides sunt n. 138. n. 139 et 140. n. 141. Atqui n. 142. recentior est numero 138. docente forma ταμίασιν et ταμίαις ac donariorum serie; neque ille titulus eiusdem est penteteridis, cuius n. 139 et 140. nec cuius n. 141. docentibus magistratibus cum scribis: igitur n. 142. recentior est quam n. 141.

VII. Haec omnia quum geometrice certa sint, vix opus est, ut contrarias Osanni sententias removeam, qui neque omnes hos titulos novit, nec quos novit, diligenter examinavit. Ille igitur titulum 142. titulo 138. priorem iudicabat, ita quidem, ut illum hic exciperet sine intervallo, quod num. 142. ann. 4. idem scriba tradentium memoraretur, qui num. 138. ann. 1. ut scriba priorum Quaestorum nominatur: unde mirum esse neque explicari posse, qui tamen tam diversa utriusque tabulae donaria essent (Syll. p. 63.). Sed non modo eadem in utroque titulo donaria sunt, nisi quod num. 142. multo plura continet, quae interim per annos haud paucos accesserant; verum etiam quod de scriba dixit, prorsus vanissimum est. Etenim num. 138. init. Quaestorum praecedentium scriba est Εὔκολος ....γείτονος Ἀχαρνεύς: quem Sylloges editor eundem esse perhibet qui n. 142. ann. 4. est ....ίωνος (vel ίονος) Εὐωνυμεύς: sed eum interim demum mutasse. Lepida profecto excusatio diversitatis demi, ex qua sola intelligere poterat rationem suam esse falsissimam. Nam etiamsi ille scriba demum mutasset, quod fieri nisi in nova populi divisione aut per adoptionem non poterat; tamen in his formulis is demus retinendus erat, cui homo, quum scriba erat, accenseretur. Sed magis culpandus is error, quod non vidit editor, omnia quae n. 138. recensentur, ipsa etiam illorum annorum ἐπέτεια, diserte redire n. 142. eaque multis aucta: quippe falsis supplementis utrumque titulum obscuravit: nunc hoc solum moneo, expellenda esse supplementa, quae n. 142. praescriptis anni tertii et quarti intulit. Quodsi n. 138. et 142. qui aliquot Olympiadum intervallo distant, tamen in eiusdem lapidis oppositis lateribus leguntur, hoc et aliis multis modis et simplicissima ratione hac explicari potest. Nam in illo lapidum vallo, de quo supra dixi, uniuscuiusque loci donariorum recensibus sua videtur plaga data fuisse; in qua columnis iuxta positis, iisque haud dubie a sinistra incipientibus, alterius penteteridis tituli iuxta alterius inscribebantur. Iam ubi ad terminum dexterum perventum erat, transgrediebatur quadratarius in aversum valli parietem, ita ut ibi duae continuae penteterides in opposita eiusdem fere lapidis latera coniicerentur, quod in catalogis Hecatompedi contigit n. 140. et 141. Sed ubi pergebatur in averso pariete, accidere debebat, ut eae penteterides, quae pari utrinque intervallo a cardine, in quo ordo inversus erat, distarent, in eorundem fere lapidum opposita latera convenirent. Non accurate, sed fere: quoniam neque unum tantum lapidem quaeque inscriptio obtinebat, nec columnae pariter erant latae: unde nihil mirum, si inter num. 138. et 142. non duas vel quattuor, sed tres Olympiades intercessisse infra dicam. Accedit quod inter singulas columnas disparia potuerunt spatia vacua relicta esse.

VIII. Ceterum Sylloges auctor titulum n. 142. (Mus. Brit. 311. partem alteram) putat esse Olymp. 89, 3–90, 2. et titulum n. 138. (Mus. Brit. 311. in altero latere) Olymp. 90, 3–91, 2. deinde Stuar-

tianum n. 139. Olymp. 91, 3–92, 2. et Chandlerianum n. 141. A. Olymp. 93, 3 – 94, 2. atque inde progressus p. 64. tabulam Quaestorum inde ab Olymp. 89, 3. usque ad Olymp. 94, 2. contexuit, additis etiam posterioris aetatis Quaestoribus et scribis, quotquot certis annis assignari possunt. Sed et illa tabula prorsus falsa est, et argumenta, quibus titulorum aetatem definivit, nulla sunt; quod paucis demonstrabo. Negat enim illa marmora posse vetustiora esse, quod iis vestigia novae scripturae post Euclidem receptae insint, ut diphthongus ΟΥ et spiritus asperi Η omissio: quorum neutrum comparere in foedere Regino Olymp. 86, 4. scripto (n. 74.). At in Elginianis certe duobus (311. n. 138. et 142.) spiritus Η nusquam omissus est, nisi n. 138. vs. 34. in voce οἷς: et potest vel ibi prius Ν potius Η esse, ut eo assumpto habeatur ΗΟΙΣ: et in dictione ἐξ ἧς (ΕΧΣΕΣ), quae quum pro una voce sit, is spiritus pro intermedio censendus est, qui mature coeptus est omitti. Neque ΟΥ diphthongus in illis marmoribus usquam scripta est nisi in οὗτος, τούτου, etiamsi n. 142. etiam τοτο reperitur: et in οὗτος ΟΥ ante Euclidem multo frequentius est quam Ο. Quid vero foedus Reginum? Nempe in eo neque ullum vocabulum superest a spiritu aspero incipiens nec pronomen οὗτος: ut mirum fuerit, in eo vel Η omitti vel ΟΥ scribi, quum neutri rei ibi locus ullus sit. Nec post Euclidem statim ΟΥ in omnibus vocibus receptum est, sed aliquot Olympiadibus post. Praeterea tria priora quadriennia n. 142. 138. 139. quae ab Olymp. 89, 3–92, 2. posuit, ideo in iis collocavit annis, quod in iis non reperiatur Callistratus Marathonius, quem constat Olymp. 92, 3. primum Quaestorem fuisse. Iam vide mihi Osanni tabulam, et reperies in secunda et tertia penteteride (n. 138. 139.) in ipso primo penteteridum anno, Olympiadum tertio, vacuum esse Quaestoris locum, et tantum scribae nomen expressum esse, in altero Cephisophontis, in altero Presbiae: quidni igitur alterutro loco Callistratus Marathonius reponendus fuerit, ut proinde et secunda et tertia penteteris Osanniana potuerit ab Olymp. 92, 3. computari? Chandlerianum vero n. 141. A. auctor, ut dixi, ad Olymp. 93, 3 – 94, 2. rettulit, nec vult in Olymp. 94 – 95. demovere, quod Pythodorus, qui in illo quadriennio primi anni Quaestor est, possit idem esse, qui anno Anarchiae Olymp. 94, 1. eponymus fuerit, nec idem possit simul Quaestor et Archon eponymus esse (p. 64.), deinde etiam ob genus scripturae Proeuclideum. De scriptura assentior: sed quae de Archonte Pythodoro dixit, sensu cassa sunt. Nam si lapidem in Olymp. 94–95. rettuleris, Pythodorus Quaestor fuerit Olymp. 94, 3. non eodem anno quo Archon fuit. Sed lapidem illum nec in Olymp. 93, 3 – 94, 2. referendum esse, ex ipsa scriptura intelligi poterat. Nam quum Ionica litteratura Olymp. 94, 2. Athenis publice recepta sit, titulus autem ille, si eorum annorum esset, ex Osanni rationibus totus Olymp. 94, 3. anno incipiente deberet inscriptus esse, ex mea ratione eo tempore certe finitus: patet aut totam inscriptionem, si eorum annorum esset, aut certe partem ultimam debuisse Ionicis litteris scriptam esse. At secus est: nam tres priores partes Proeuclideam scripturam sequi, potuit vel ex Chandlero conspici: neque aliter comparatam quartam partem fuisse docet ΧΣ n. 141. B. vs. 47. Igitur his explosis proponamus meliora.

IX. Nam quum demonstratum a nobis §. VI. sit, titulos n. 138. n. 139 et 140. ac n. 141. tres continere continuas penteterides, quibus prior sit n. 137. posterior n. 142. quaero utrum titulus n. 137. titulum n. 138. praecedat continuo an ex intervallo, item utrum titulus n. 142. titulum n. 141. sequatur continuo an ex intervallo. Et primum ex scribarum notatione patet, inter n. 141. et 142. unam minimum penteteridem intercedere: nam n. 141. ann. 4. scriba Quaestorum recipientium est ..ΧΣΑ ΜΕ... (Δεξαμενὸς vel tale nomen aliud): sed eorum Quaestorum, qui n. 142. ann. 1. ut tradentes memorantur, scriba est Polymedes Cephisii. Igitur hi tituli non continui sunt. Alteram temporum notam praebent ἐπέτεια, de quibus paulo plura dicenda sunt, ut quot fere quaque penteteride ἐπέτεια singulis sacrariis accesserint, possit iudicari. Nam in Hetacompedon n. 137. ann. 1. unum illatum videmus; n. 140. ann. 1. unum, ann. 2. unum, ann. 3. unum, ann. 4. duo, in tota hac penteteride quinque: n. 141. ann. 1. tria, ann. 2. unum, ann. 3. unum minimum, triennio quinque. Sed Pronao accesserunt n. 138. ann. 1. unum, ann. 2. duo, ann. 3. unum, ann. 4. tria, in tota penteteride septem; n. 142. ann. 1. unum, ann. 2. unum, ann. 3. nullum, duo per triennium. Ex quibus etsi nihil definiti statui potest, tamen coniicere licet, singulis penteteridibus tria ad octo nova donaria inferri consuevisse. Iam vero Pronai recensus n. 142. a recensu n. 138. tribus minimum penteteridibus separatus est, eâ quae n. 139 et 140. et eâ quae n. 141. continetur, ac tertiâ, ex qua nihil superest; donaria interim accesserunt XII, quibus n. 142. excedit catalogum donariorum tituli n. 138. Probabile est singulis illis tribus penteteridibus plus minus quaterna addita esse; igitur non est verisimile, plus quam unam penteteridem inter n. 141. et 142. intercessisse. Ex altera parte n. 137. ann. 1. in Hecatompedo non plura tribus donaria sunt; accessit quartum, quod num. 140. 141. primo simul comprehensum est. Sed in titulo n. 140. accesserunt iam X; et hunc titulum continuo praecedit titulus n. 138. Igitur, ubi statuas tribus posterioribus tituli 137. annis quattuor vel tria, et in penteteride tituli n. 138. quo tempore Pronao septem ἐπέτεια accesserunt, sex septemve addita esse Hecatompedo; n. 137. proximam occupabit penteteridem ante n. 138.: contra ubi dimidia tantum pars in illo annorum spatio addita Hecatompedo fuerit, una intercesserit penteteris inter n. 137. et 138. Sed prius probabilius est, idque unice verum esse paulo post intelligetur.

X. Haec quum ita sint, a n. 137. usque ad n. 142. cum hoc ipso, sex effluxerunt penteterides, n. 137. n. 138. n. 139. et 140. n. 141. deinde alia, ex qua nihil superest, et n. 142. Sed titulus n. 137. ann. 1. tradita a prioribus nonnisi tria donaria continet, quae una haud dubie penteteride collecta sunt (§. IX.). Igitur n. 137. secunda est penteteris ab initio horum recensuum, quod a dedicatione magni templi, quem Parthenonem vocamus, repetendum esse non potest ambiguum videri. Iam vero magna in Parthenone statua dedicata est Olymp. 85, 3. haud dubie in magnis Panathenaeis (annum prodidit Philochorus Fragm. p. 54.), neque ante dedicationem statuae et templi donaria illata esse credibile est. Procedunt igitur hae penteterides, quas inde a magnis Panathenaeis computari ex ipsa re collegimus (§. V.), a magnis Panathenaeis Olymp. 85, 3. numero septem, ita ut ultima, quam tenemus, num. 142. sit Olymp. 91, 3-92, 2. Neque haec potest recentior esse. Nam si duabus Olympiadibus recentiorem statueris, quartus eius annus incidet in Olymp. 94, 2. eiusque recensus scriptus fuerit Olymp. 94, 3. quod fieri non potest, quia quartus quoque eius penteteridis recensus (vs. 52. 53.) Atticis litteris, non Ionicis scriptus est. Sin una Olympiade recentiorem dixeris, primus eius annus incidet in Olymp. 92, 3. ubi Quaestor Callistratus Marathonius; at n. 142. primi anni Quaestor est Tisamenus Paeaniensis. Vides quam accurate haec consentiant cum iis, quae ex ἐπετείων numero paulo ante collegi: nam quod ibi ex ἐπετείοις probabile iudicavi, inter n. 141. et 142. non plus una penteteride intercessisse, id nunc plane confirmatum est. Ac similiter, si inter n. 137. et 138. unam interponeres penteteridem, quod non faciendum dixi; initium harum penteteridum removeretur ultra Olymp. 85, 3. quod fieri non potest. Immo quidquid moliaris, nulla potest penteteris ex eo, quod posui, temporis spatio eximi, neque earum fines ex iis, quos constitui, terminis ultro citrove moveri. Postremo considera etiam hoc. N. 139. clypeos Lesbiacos continet, et Methymnaeorum donarium lyram: quas res iam olim conieci occasione Mytilenaei belli (Olymp. 88, 1.) dedicatas esse, clypeos ab Atheniensibus victoribus, lyram a sociis Methymnaeis: et eae res sub finem primi n. 139. anni memorantur, ut eas pateat ex ἐπετείοις proximorum priorum annorum esse. Quibus ad amussim conveniunt calculi nostri, secundum quos n. 139. est Olymp. 88, 3-89, 2. Igitur ut veriores tabulas proponam, accipe penteteridum quaestoriarum et ipsorum magistratuum ac scribarum descriptionem.

Statua Minervae Virginis et templum magnum dedicata Olymp. 85, 3. in magnis Panathenaeis.

PENTETERIDES.

I. deest, Olymp. 85, 3-86, 2.
II. n. 137. Olymp. 86, 3-87, 2.
III. n. 138. Olymp. 87, 3-88, 2.
IV. n. 139. 140. Olymp. 88, 3-89, 2.
V. n. 141. Olymp. 89, 3-90, 2.
VI. deest, Olymp. 90, 3-91, 2.
VII. n. 142. Olymp. 91, 3-92, 2.
et sic deinceps.

MAGISTRATUS ET SCRIBAE NOTI.

Olymp. 86, 3. Γραμματεὺς ... της Λαμπτρεύς (n. 137.).
4. Γραμματεὺς Εὔθυνος Ἀναφλύστιος (n. 137.).
87, 2. Γραμματεὺς Εὔκολος .... γείτονος Ἀχαρνεύς (n. 138.).
3. Γραμματεὺς Κηφισοφῶν Κηφισοδώρου Ἑρμεῖος (n. 138.).
4. Ταμίας Φωκιδ... ἐξ Οἴου,
Γραμματεὺς Λυσίστρατος Μορυχίδου Παλληνεύς (n. 138.).
88, 1. Γραμματεὺς Σμίκυθος .... (n. 138.).
2. Ταμίας Τιμοκλῆς Ἕλειος,
Γραμματεὺς Τελέστης Θεόγνιδος Ἁγνούσιος (n. 138.).
3. Γραμματεὺς Πρεσβίας Σημίου Φηγαιεύς (n. 138. 139. 140.).
4. Ταμίας Εὔφημος Κολλυτεύς,
Γραμματεὺς Νικέας Εὐθυκλέους Ἁλιμούσιος (n. 139. 140.).
89, 1. Γραμματεὺς Εὐγένης Λυσάνδρου Αἰγιλιεύς (n. 140.).
2. Ταμίας Λυκων........ πρ...
Γραμματεὺς Λυσίδικος .... (n. 140.).
3. Ταμίας Πυθόδωρος Ἁλαιεύς,
Γραμματεὺς Φορμίων Ἀριστίωνος Κυδαθηναιεύς (n. 141.).
4. Ταμίας Ἀναξικράτης Λακιεύς,
Γραμματεὺς Ε.... ενος Εὐφάνους Προσπάλτιος (n. 141.).
90, 1. Ταμίας Δεχ..........
Γραμματεὺς Λυσικλῆς Δρακοντίδου Βατῆθεν (n. 141.).
2. Γραμματεὺς .. τας Τι.. ίκου Περγασῆθεν (n. 141.).
3. Γραμματεὺς Δεξαμενὸς ..... (n. 141.).
91, 3. Ταμίας Τισαμενὸς Παιανιεύς,
Γραμματεὺς Πολυμήδης Κηφισίου Σ......ς (n. 142.)
4. Ταμίας Πολυξενίδης Ἀχαρνεύς,
Γραμματεὺς ... αῖος Κωμάρχου Ἀφιδναῖος (n. 142.).
92, 1. Ταμίας Κάλλαισχρος Εὐπυρίδης,
Γραμματεὺς ... οκλείδης Σωστράτου Φρεάῤῥιος (n. 142.).
2. Γραμματεὺς .... ίωνος Εὐωνυμεύς (n. 142.).
3. Ταμίαι Καλλίστρατος Μαραθώνιος (n. 147. init.).
.... μαχος Φλυεύς (ib. pryt. IX.).

Post Euclidem.

95, 2. Ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηνάας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, Σωκράτης Λαμπτρεύς,
Γραμματεὺς .. ων Ἐλευσίνιος (n. 150.).

95,3. Ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηνάας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν,
Ἐπιχάρης Εὐωνυμεύς
. . . . εύς,
Κηφισοφῶν Παιανιεύς,
Χαρίας Π . . . .
. . . . θεν,
Διογείτων Ἀχαρνεύς,
. . . .
. . . . στοκλῆς Ἁμαξαντειεύς,
Φιλοκράτης . . . . . .
. . . . Ἀναφλύστιος,
Γραμματεὺς Μνησίεργος Ἀθμονεύς (n. 150.).

95,4. Ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηνάας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν,
. . . . . ατος Εὐωνυμεύς,
Χαρίας Ἀραφήνιος,
. . . . ιειύς,
Εὔβιος Αἰθαλίδης,
Εὔαθλος ἐκ Κεραμέων,
. . . . μεύς,
. . . .
Φιλωτάδης Δεκελεύς,
Ε . . . .
. . . . Ἀναφλύστιος,
Γραμματεὺς Μόρυχος Βουτάδης (n. 150.).

98,4. Ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς θεοῦ,
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . της Κεφαλῆθεν,
Νικόμαχος Ἀχαρνεύς,
Αι . . αλ . . . .
. . . .
. . . .
. . . . (n. 151.).

99,1. Ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς θεοῦ,
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Θέρσιππος Κοθωκίδης,
Ἀ . . . . Πιθεύς,
Δεξίθεος . . . . . .
. . . .
. . . . (n. 151.).

104,4. Ταμίας τῶν τῆς θεοῦ Ἡγήσανδρος Τιμομάχου (Aesch. c. Timarch. p. 127. Argum. p. 19. ed. Reisk.).

137.

Lapis olim Choiseulianus, Catal. Dubois. n. 181. ubi duo fragmenta esse dicuntur, unius pedis latitudine, septem pollicum altitudine. Possidet Raoul-Rochette (v. Epist. ad Aberd. p. 69.), qui apographum ad me liberaliter transmisit, litterasque esse pulcherrimas nunciat. Supplementa ipse addidi utrinque.

ΤΑΔΕΓΑΡΕΔΟΣΑΝΗΑΙΤΕΤΤΑΡΕΣΑΡΧΑΙΗΑΙΕΔΙ]ΔΟΣΑΝΤΟΝΛΟΛΟΝΕΚΓ[Α]ΝΑΘ[ΕΝΑΙ]ΘΝΕ[ΣΓΑΝ
ΑΘΕΝΑΙΑΤΟΙΣΤΑΜΙΑΣΙΝΗΟΙΣ . . . ΤΕΣΛΑΜΓΤΕ]ΥΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΗΟΙ[Δ]ΕΤΑΜΙΑΙΗΟΙ[Σ . . .
ΤΕΣΛΑΜΓΤΕΥΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝΓΑΡΕΔΟΣΑΝΤΟΙ]ΣΤΑΜΙΑΣΙΝΗΟΙΣΕΥΘ[ΥΝ]ΑΣΑ[Ν]ΑΦΛΥΣΤ[ΙΟΣΕ
ΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝΕΝΤΟΙΝΕΟΙΤΟΙΗΕΚΑΤΟΜΠΕΔΟΙΦ]ΙΑΛΑΧΡΥΣΑ ΙΙ ΣΤΑΘΜΟΝΤ[Ο]ΥΤΟΙΝΧ[. . . .
. . . . ΚΟΡΕΧΡΥΣΕΕΓΙΣΤΕΛΕΣΑΣΤΑΘΜΟΣΑΓΟ]ΡΑΝΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥΡΟΝ ΑΣΤΑΘΜΟΝ
ΕΓΕΤΕΙΑΕΓΕΛΕΝΕΤΟΕΓΙΤΟΝΤΑΜΙΟΝΗΟΙΣ . . .]ΤΕΣΛΑΜΓΤΕΥΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΦΙΑΛ[ΕΧΡΥ
ΣΕΣΤΑΘΜΟΝΤΑΥΤΕΣ . . . . . . ΤΑΔΕΗΟΙΤΑΜΙΑΙ]ΤΟΝΗΙΕΡΟΝΧΡΕΜΑΤ[ΟΝ]. ΤΕ[ΣΑΘ]ΕΝΑΙΑ[Σ . . . .
. . . . ΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΝΤΕΣ]ΗΟΙΣΕΥΘΥ]ΝΟΣΑΝ[ΑΦΛ].ΥΣ[ΤΙΟ]ΣΕΛΡΑ[ΜΜΑΤΕ
[ΥΕ *etc.*]

V. Bull. Nap. VI pag 100
prima traduzione di epigrafe [illegible]
a q. classe

Marmor hoc, quod vs. 3. formam ταμίασιν offert, quodque certis demonstrationibus ad Olymp. 86, 3-87, 2. revocavi (Introd. §. IX. X.), continet donaria Hecatompedi, eadem quae num. 140. 141. sed multo pauciora. Latitudinem integri tituli indagare difficile fuit; sed repperi, maxime ex vs. 4-5. et 7-8. et consentiunt omnia supplementa ad amussim, etsi ex Rochetti apographo accuratissimo patet litteras non esse στοιχηδὸν dispositas. Ponam primum textum, deinde addam notularum quantum satis est.

(1) Τάδε παρέδοσαν αἱ τέτταρες ἀρχαὶ, αἳ ἐδί]δοσαν τὸν λόγον ἐκ Π[α]ναθ[ηναί]ων ἐ[ς Παν-
(2) αθήναια· τοῖς ταμίασιν, οἷς ...της Λαμπτε]ὺς ἐγραμμάτευε, οἱ [δ]ὲ ταμίαι, οἷ[ς...
(3) της Λαμπτεὺς ἐγραμμάτευεν, παρέδοσαν τοῖ]ς ταμίασιν, οἷς Εὔθ[υνο]ς Ἀ[ν]αφλύστ[ιος ἐ-
(4) γραμμάτευεν, ἐν τῷ νεῷ τῷ Ἑκατομπέδῳ· a) Φ]ιάλα χρυσᾶ ||, σταθμὸν τ[ο]ύτοιν· X....
(5) .... b) [Κόρη χρυσῆ ἐπὶ στήλης ἄσταθμος. c) Ἀπο]ρραντήριον ἀργυροῦν ἄσταθμον.
(6) [Ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶν ταμιῶν, οἷς ...]της Λαμπτεὺς ἐγραμμάτευε· d) Φιάλ[η χρυ-
(7) σῆ, σταθμὸν ταύτης .... Τάδε οἱ ταμίαι] τῶν ἱερῶν χρημάτ[ων] τῆ[ς Ἀθ]ηναία[ς ....
(8) .... καὶ ξυνάρχοντες, οἷς Εὔθυ]νος Ἀν[αφλ]ύσ[τιο]ς ἐγρα[μμάτε-
(9) υε, etc.]

De prima formula contractiore v. Introd. §. V. In magistratu primi anni solus scriba nominatus erat, omisso Quaestore, quem non patitur spatium. Scribam primi anni suppeditat vs. 6. ...της Λαμπτεὺς, unde vs. 2. superest ΥΣ. Dicitur Λαμπρεὺς et Λαμπτρεὺς: hoc loco tertia forma comparet Λαμπτεὺς, quam non audeo corrigere. Primi anni Quaestores tradunt Quaestoribus secundi anni, qui non nominantur nisi ex scriba, ut passim: eorum scriba est Εὔθυνος Ἀναφλύστιος, quem composui ex vs. 3. et 8. ubi redit. Vs. 3. ΑΣ muto in ΟΣ ex vs. 8. Ex coniectura solum Υ additum in voce Εὔθυνος est. Verba ἐν τῷ νεῷ τῷ Ἑκατομπέδῳ certa sunt ex n. 140. 141. In donariis numerandis quas hic et omnibus in titulis huius generis Latinas litteras praemisi, eae significant, quo loco quodque in affinibus titulis redeat, hoc est nunc n. 137. 140. 141. Primum est φιάλα χρυσᾶ ||: hae redeunt n. 140. 141. sed sunt ibi tres, de qua re statim dicam. Iam ex ordine reponenda fuit κόρη χρυσῆ, quam supplevi; tum sequitur ἀπορραντήριον ἀργυροῦν ἄσταθμον, ut n. 140. 141. Nam ordo donariorum in omnibus his ante Euclidem titulis unus idemque servatur. Hoc loco primi anni donaria a prioribus accepta desinere certum est. Nam si quartum additum donarium fuisset, debebat vs. 6. (litt. *d*) positum esse illud: στεφάνω χρυσῶ || etc. sed id spatia non patiuntur. Nam protinus comparet scriba, qui non ad praescripta sequentis anni pertinet, vs. 7. demum incipientia. Igitur ille scriba est primi anni, ex formula ἐπέτεια designante, ut in aliis titulis (v. Introd. §. V.). Sic expletur vs. 6. formulâ usitatâ; et scriba, ut passim fit, a nova linea ἐπετείων descriptionem incipit. Ἐπετείου initium est ΦΙΑΛ. Sed proximae in Hecatompedi donariis sunt phialae litt. *f*) n. 140. 141. quas hic inferri ordo receptus non patitur: nondum enim donaria litt. *d*) *e*) memorata sunt. Verum litt. *a*) desiderabamus tertiam auream phialam: haec est, quae hoc loco posita erat, duabus prioribus posthac coniuncta. Postremo a vs. 7. med. praescripta alterius anni incipiunt, cuius scriba Euthynus Anaphlystius: sed etiam Quaestorum primus prytanis καὶ ξυνάρχοντες more solito appellati erant. Haec praescripta potest unusquisque ex sequentibus titulis supplere, quantum licet. Deficiunt alterius anni catalogus, et annus tertius cum quarto. Vs. 7. 8. singulae lacunae relictae sunt, quas nota esse nullas: sed nolui puncta delere, quae in apographo posita erant, ut ne minimam quidem rem mutarem.

138.

Marmoris Elginiani Mus. Brit. n. 311. latus, quod in schedis Osanni est A. sed in Sylloge, ubi editum I, 9. p. 50 sqq. habetur, col. II. Alterum latus edidi n. 142. Ille lapis, in duobus lateribus latioribus scriptura tectus, Osanno est Viscontianae descriptionis n. 36. in quo erravit. Nam Visc. 36. est ille, qui a nobis n. 140. et 141. B. editur: marmor Mus. Brit. n. 311. est Visc. 37. cuius latera singula ultra versus XL continere Viscontus recte dicit, alterum autem incipere a verbis Ε]ΔΙΔΟΣΑΝΤΟΝΛΟΛΟΝ (hoc est nobis 138.), alterum ab ΗΗΗΗΔΔ (vide nott. ad n. 142.).

[*Textum vide pag.* 186. 187. *interpositum.*]

Vs. 1. ex Visc. addidi primas litteras ΔΙ; reliquum textum ex schedis Osanni dedi, et addidi supplementa mea. Iam textum emendatum accipe.

I. (1) Τάδε παρέδοσαν αἱ τέτταρες ἀρχαὶ, αἳ ἐ]δίδοσαν τὸν λό[γον ἐ]κ [Παναθηναίων ἐς Παναθήναια· οἱ τα-
(2) μίαι .... καὶ ξυνάρχοντε]ς, οἷς Εὔκολος ....γείτονος Ἀχαρνεὺς [ἐγραμμάτευε, το-
(3) ῖς ταμίασιν .... καὶ ξυν]άρχουσιν, οἷς Κ[ηφισ]οφῶν Κηφισοδώρου Ἑρμεῖος [ἐγραμμά-
(4) τευε· οἱ δὲ ταμίαι, οἷς Κηφισοφῶν Κηφισ]οδώρου Ἑρμεῖο[ς ἐγρ]αμμάτευε, παρέδοσαν τοῖς [ταμίασι, Φ-
(5) ωκιδ......... ἐξ Οἴου καὶ ξυνάρχουσιν,] οἷς Λυσίστρατ[ος Μορ]υχίδου Παλληνεὺς ἐγραμμ[άτευεν,
(6) ἐν τῷ προνηΐῳ· a) Φιάλη χρυσῆ, ἐξ ἧς ἀπορρ]αίνονται, ἄσταθ[μος. b) φι]άλαι ἀργυραῖ [Η]ΔΔ[Ι] σταθμ[ὸν τούτων
(7) ΤΤΗΗΗΗΔΔΔ⊦⊦ c) κέρατα ἀργυρᾶ || ||, σταθμὸν τ]ούτω[ν 🅟]ΔΔΓ⊦⊦⊦ d) [ποτήρι]α ἀργυρᾶ Γ, σταθμὸν τούτω[ν ..ΔΓ⊦⊦
(8) e) λύχνος ἀργυροῦς, σταθμὸν τούτου ΔΔΔΓ⊦⊦⊦ f) φι]άλαι ἀργυραῖ Γ[||, στα]θμὸν τούτων [🅟]ΗΗ g) στέφανος [χρυσοῦς,
(9) σταθμὸν τούτου ΔΔΔ⊦⊦⊦||| h) φιάλα ἀργυρᾶ ||, στ]αθμὸν τούτοιν [ΗΗ i) φι]άλαι ἀργυραῖ ||||, σταθμὸν του[των ΗΗΗΔ

(10) ΔΓ├├├├ k) ποτήριον ἀργυροῦν Χαλκιδικὸν, σ]ταθμὸν τούτου ΔΔ[ΔΔ
(11) Ἐπέτεια ἐπεγένετο· l) φιάλαι ἀργυραῖ ΓΙΙ, σ]ταθμὸν τούτων [𐅅]Η[ΗΗΗΔΔ
II. (12) Τάδε οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς] Ἀθηναίας Φωκιδ… ἐξ Ο[ἴ]ου καὶ ξυνάρχοντε[ς, οἷς Λυ-
(13) σίστρατος Μορυχίδου Παλληνεὺς ἐγραμμά]τευε, παρέδοσαν [τοῖ]ς ταμίασιν, οἷς Σμίκυθ[ος ……
(14) …………… ἐγραμμάτευε, παραδεξάμ]ενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν, οἷς Κηφισο[φῶν Κηφισο-
(15) δώρου Ἑρμεῖος ἐγραμμάτευε, ἐν τῷ προνη]ΐῳ· a) φιάλη χρυσῆ, ἐ[ξ] ἧς ἀποῤῥαίνονται, ἄστα[θμος. b) φιάλ-
(16) αι ἀργυραῖ ΗΔΔΙ, σταθμὸν τούτων ΤΤΗΗΗΗ Δ]ΔΔ├├ c) κέρατα ἀργυ[ρᾶ ΙΙ ΙΙ], σταθμὸν τούτων 𐅅ΔΔΓ├[├├ d) ποτήρι-
(17) α ἀργυρᾶ Γ, σταθμὸν τούτων ..ΔΓ├├ e) λύχνος] ἀργυροῦς σταθμὸν [τού]του ΔΔΔΓ├├├ f) φιάλαι ἀργ[υραῖ ΓΙΙ, σ-
(18) ταθμὸν τούτων 𐅅ΗΗ g) στέφανος χρυσοῦς Ι, στα]θμὸν τούτου ΔΔΔ├├[├ΙΙΙ h) φι]άλα ἀργυρᾶ, σταθμὸν τ[ούτοιν ΗΗ
(19) i) φιάλαι ἀργυραῖ ΙΙ ΙΙ, σταθμὸν τούτων ΗΗΗΔΔ] Γ├├├├ k) ποτήριον ἀργυροῦν Χαλκιδικὸν, σταθμ[ὸν τούτου ΔΔ
(20) ΔΔ l) φιάλαι ἀργυραῖ ΓΙΙ, σταθμὸν τούτων 𐅅ΗΗ] ΗΗΔΔ
(21) Ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶν ταμιῶν, οἷς Λ]υσίστρατος Μορυχ[ίδου] Παλληνεὺς ἐγραμμάτ[ευε·
(22) m) φιάλαι ἀργυραῖ ΙΙ ΙΙ, σταθμὸν τούτων ΗΗΗΗ Δ]Δ n) ποτήριον ἀργυροῦ[ν, στ]αθμὸν τούτου ΔΔΔΔ
III. (23) Τάδε οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθη]ναίας, Θουκυδίδης Ἀχερ[δ]ούσιος καὶ ξυνάρχοντες, [οἷς Σμίκυθο-
(24) ς ………………… ἐγραμμάτευε, παρέδο]σαν τοῖς ταμίασιν, οἷς Τελέστης Θεόγνιδος Ἁγ[νούσιος ἐγραμ-
(25) μάτευε, Τιμοκλεῖ Ἐλείῳ καὶ ξυνάρχουσιν, πα]ραδεξάμενοι παρὰ τῶμ προτέρων ταμιῶν, οἷς Λ[υσίστρατος Μ-
(26) ορυχίδου Παλληνεὺς ἐγραμμάτευε, ἐν τῷ προν]ηΐῳ· a) φιάλη χρυσῆ, ἐξ [ἧ]ς ἀποῤῥαίνονται, ἄσταθμο[ς. b) φιάλαι ἀργυ-
(27) ραῖ ΗΔΔΙ, σταθμὸν τούτων ΤΤΗΗΗΗΔΔΔ├├ c) κέρατ]α ἀργυρᾶ ΙΙ ΙΙ, σταθμὸν το[ύ]των 𐅅ΔΔ [Γ]├├├ d) ποτήρια ἀργυ[ρᾶ Γ, σταθμὸν τ-
(28) ούτων ..ΔΓ├├ e) λύχνος ἀργυροῦς, σταθμὸν τούτου Δ]ΔΔΓ├├├ f) φιάλαι ἀργυραῖ ΓΙΙ, σταθμὸν τούτων 𐅅ΗΗ g) σ[τέφανος χρυσ-
(29) οῦς, σταθμὸν τούτου ΔΔΔ├├├ΙΙΙ h) φιάλα ἀργυρᾶ, σταθμ]ὸν τούτοιν ΗΗ i) φιάλα[ι] ἀργυραῖ ΙΙ [ΙΙ], σταθμὸν τούτων [ΗΗΗΔΔΓ├├├├
(30) k) ποτήριον ἀργυροῦν Χαλκιδικὸν, σταθμὸν τούτου] ΔΔΔΔ l) φιάλαι ἀργυρα[ῖ ΓΙΙ], σταθμὸν τούτων 𐅅ΗΗΗΗΔΔ m) [φιάλαι ἀργυ-
(31) ραῖ ΙΙ ΙΙ, σταθμὸν τούτων ΗΗΗΗΔΔ n) ποτήριον ἀργυρ]οῦν, σταθμὸν τούτου ΔΔ[ΔΔ Ἐ]πέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶ[ν ταμιῶν, οἷ-
(32) ς Σμίκυθος ……………… ἐγραμμάτ]ευε· o) φιάλαι ἀργυραῖ Γ[ΙΙ, στ]αθμὸν τούτων 𐅅ΗΔΔΔΔ├├├
IV. (33) Τάδε οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθην]αίας Τιμοκλῆς Ἠλ[ε]ιος καὶ ξυνάρχοντες, οἷς [Τελέστη
(34) ς Θεόγνιδος Ἁγνούσιος ἐγραμμάτευε, παρέδ]οσαν τοῖς ταμίασιν, οἷς Πρεσβίας Σημίου Φηγαιεὺς [ἐγραμμά-
(35) τευε, ……………… καὶ ξυνάρχουσι, π]αραδεξάμενοι παρὰ [τῶμ] προτέρων ταμιῶν, οἷς Σμίκ[υθος ……
(36) ………… ἐγραμμάτευε, ἐν τῷ προνηΐ]ῳ· a) φιάλη χρυσῆ, ἐξ [ἧ]ς [ἀπο]ῤῥαίνονται, ἄσταθμος. b) φιάλ[αι ἀργυραῖ
(37) ΗΔΔΙ, σταθμὸν τούτων ΤΤΗΗΗΗΔΔΔ├├ c) κέρατα] ἀργυρᾶ [ΙΙ ΙΙ], σταθμὸν τού[των 𐅅]ΔΔΓ├├├ d) ποτήρια ἀργυρᾶ Γ σ[ταθμὸν τού-
(38) των ..ΔΓ├├ e) λύχνος ἀργυροῦς, σταθμὸν τούτου Δ]ΔΔΓ├├├ f) φιάλαι ἀργυρ[αῖ ΓΙΙ], σταθμὸν τούτων 𐅅ΗΗ g) στέφαν[ος χρυσοῦς,
(39) σταθμὸν τούτου ΔΔΔ├├├ΙΙΙ h) φιάλα ἀργυρᾶ, σταθμ]ὸν τούτοι[ν ΗΗ] i) φιάλαι ἀρ[γυ]ραῖ [Ι]Ι ΙΙ, σταθμὸν τούτων ΗΗΗΔΔ[Γ├├├├ k) πο-
(40) τήριον ἀργυροῦν Χαλκιδικὸν, σταθμὸν τούτου] ΔΔ ΔΔ l) φιάλαι ἀργυραῖ [ΓΙΙ, στ]αθμὸν τούτων 𐅅Η ΗΗΗΔΔ m) φιάλ[αι ἀργυρα-
(41) ῖ ΙΙ ΙΙ, σταθμὸν τούτων ΗΗΗΗΔΔ n) ποτήριον ἀργυρ]οῦν, σταθμὸν τούτου ΔΔΔΔ o) φ[ιάλ]αι ἀργυραῖ ΓΙΙ, σταθμὸν τούτ[ων 𐅅ΗΔΔΔ
(42) Δ├├├├ Ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶν ταμιῶν,] οἷς Τελέστης Θεόγνιδο[ς Ἁγ]νούσιος ἐγραμμάτευε· p) φιάλ[αι ἀργυρ-
(43) αῖ. σταθμὸν τούτων ΗΗ𐅅├ q) ποτήριον ἀργυροῦν,] σταθμὸν τούτου 𐅅Δ[Γ]├ r) λ[ύχνος ἀργυ]ροῦς, σταθμὸν τούτου ΔΔ[├]

Magna huius inscriptionis pars in sinistra deest, licet lapis non latior sit: quod quum animadverterem, Osanno erroris auctor fui, quem p. 60. proposuit, sinistram partem serra resectam esse: quod corrige ex Introd. §. V. ubi has inscriptiones docui haud raro ex pluribus lapidibus compositas fuisse. Quippe periit lapis sinister, qui num. 142. dexter est. Continentur donaria *Pronai* Olymp. 87, 3–88, 2. ut docui in Introd. §. IX. X. quae anno primo exceptis *ἐπετείοις* sunt decem numero, collecta prioribus duabus penteteridibus Olymp. 85, 3–87, 2. Ceterum magnam partem restituit Osannus; in aliis tamen magnopere falsus est: igitur retexto filo mea opera coepi lapidem restituere, idque ita perfeci, ut omnia aperta sint; quà in re me imprimis adiuvit n. 142. quem titulum antecessor noster, quasi ille diversa contineret, neglexit: sed quidquid n. 138. perscriptum est, id intellexi n. 142. redire, ut debet. Primum autem de omnibus praescriptis annorum dicam, deinde de supellectile.

Vs. 1. ex formula *ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια* superest K: de ipsa formula haud dubia v. Introd. §. V. Non admittendum supplementum *πΑρέδοσαν δ' οἱ πρότεροι ταμίαι,* quod K in A mutato Osannus intulit, et ipse olim aliis marmoribus intuleram. Vs. 2. patris scribae nomen incertum est: sine causa conicitur *Ἀστυγείτονος* vel *Διογείτονος*; prius tamen lacunae congruit. Vs. 4. extr. 5. init. non *ταμίαις τῆς θεοῦ* scribendum erat: *τῆς θεοῦ* ante Euclidem in his formulis non usitatum video, etsi ipse olim eo usus sum. Non *ταμίαις* autem scribendum esse,

 [*Continuatur p.* 188.]

ΤΑΔΕΠΑΡΕΔΟΣΑΝΗΑΙΤΕΤΤΑΡΕΣΑΡΧΑΙΗΑΙΕ]ΔΙΔΟΣΑΝΤΟ
ΜΙΑΙ..................ΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΝΤΕ]ΣΗΟΙΣΕΥΚΟ
ΙΣΤΑΜΙΑΣΙΝ....................ΚΑΙΧΣΥΝ]ΑΡΧΟΣΙΝΗΟ
ΤΕΥΕΗΟΙΔΕΤΑΜΙΑΙΗΟΙΣΚΕΦΙΣΟΦΟΝΚΕΦΙΣ]ΟΔΟΡΟΗΕΡΜ
ΟΚΙΔ..........ΕΧΣΟΙΟΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ]ΗΟΙΣLΥΣΙΣ
ΕΝΤΟΙΠΡΟΝΕΙΟΙΦΙΑLΕΧΡΥΣΕΕΧΣΕΣΑΠΟΡΡ]ΑΙΝΟΝΤΑΙΑ
ΤΤΗΗΗΗΔΔΔ⊦⊦ΚΕΡΑΤΑΑΡΛΥΡΑ‖‖ΣΤΑΘΜΟΝΤ]ΟΥΤΟΝΤΔΔΠ
LΥΧΝΟΣΑΡΛΥΡΟΣΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔΔΔΠ⊦⊦⊦Φ1]ΑLΑΙΑΡΛΥ
ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔΔΔ⊦⊦⊦|||ΦΙΑLΑΑΡΛΥΡΑ‖ΣΤ]ΑΘΜΟΝΤΟΥΤ
ΔΠ⊦⊦⊦⊦ΠΟΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥΡΟΝΧΑLΚΙΔΙΚΟΝΣ]ΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤ
ΕΠΕΤΕΙΑΕΠΕΛΕΝΕΤΟ ΦΙΑLΑΙΑΡΛΥΡΑΙΠ‖Σ]ΤΑΘΜΟΝΤΟΥ

Trium versuum

ΤΑΔΕΗΟΙΤΑΜΙΑΙΤΟΝΗΙΕΡΟΝΧΡΕΜΑΤΟΝΤΕΣ]ΑΘΕΝΑΙΑΣΦ
ΣΙΣΤΡΑΤΟΣΜΟΡΥΧΙΔΟΠΑLLΕΝΕΥΣΕΛΡΑΜΜΑ]ΤΕΥΕΠΑΡΕΔ
.............ΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΠΑΡΑΔΕΧΣΑΜ]ΕΝΟΙΠΑΡΑΤ
ΔΟΡΟΗΕΡΜΕΙΟΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΕΝΤΟΙΠΡΟΝΕ]ΙΟΙΦΙΑLΕΧ
ΑΙΑΡΛΥΡΑΙΗΔΔΙΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΤΤΗΗΗΗΔ]ΔΔ⊦⊦ΚΕΡΑΤ
ΑΑΡΛΥΡΑΠΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝ..ΔΠ⊦⊦LΥΧΝΟΣ]ΑΡΛΥΡΟΣΣΤ
ΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝ𐅅ΗΗΣΤΕΦΑΝΟΣΧΡΥΣΟΣΙΣΤΑ]ΘΜΟΝΤΟΥΤΟ:
ΦΙΑLΑΙΑΡΛΥΡΑΙ‖‖ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΗΗΗΔΔ]Π⊦⊦⊦⊦:ΠΟΤΕ
ΔΔΦΙΑLΑΙΑΡΛΥΡΑΙΠ‖ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝ𐅅ΗΗ]ΗΗΔΔ *Reliqua*
ΕΠΕΤΕΙΑΕΠΕΛΕΝΕΤΟΕΠΙΤΟΝΤΑΜΙΟΝΗΟΙΣL]ΥΣΙΣΤΡΑΤΟ
ΦΙΑLΑΙΑΡΛΥΡΑΙ‖‖ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΗΗΗΗΔ]ΔΠΟΤΕΡΙΟΝ

Unius versus

ΤΑΔΕΗΟΙΤΑΜΙΑΙΤΟΝΗΙΕΡΟΝΧΡΕΜΑΤΟΝΤΕΣΑΘΕ]ΝΑΙΑΣΘΟΚΥ
Σ.....................ΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΠΑΡΕΔΟ]ΣΑΝΤΟΙΣΤΑ
ΜΑΤΕΥΕΤΙΜΟΚLΕΙΗΕLΕΙΟΙΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝΠΑ]ΡΑΔΕΧΣΑΜ
ΟΡΥΧΙΔΟΠΑLLΕΝΕΥΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΕΝΤΟΙΠΡΟΝ]ΕΙΟΙΦΙΑLΕ
ΡΑΙΗΔΔΙΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΤΤΗΗΗΗΔΔΔ⊦⊦ΚΕΡΑΤ]ΑΑΡΛΥΡΑ:||||Σ
ΟΥΤΟΝ..ΔΠ⊦⊦LΥΧΝΟΣΑΡΛΥΡΟΣΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔ]ΔΔΠ⊦⊦⊦:ΦΙ
ΟΣΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔΔΔ⊦⊦⊦|||ΦΙΑLΑΑΡΛΥΡΑΣΤΑΘΜ]ΟΝΤΟΥΤΟΙ
ΠΟΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥΡΟΝΧΑLΚΙΔΙΚΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ]ΔΔΔΔΦΙΑL
ΡΑΙ‖‖ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΗΗΗΗΔΔΠΟΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥΡ]ΟΝΣΤΑΘΜΟ
ΣΣΜΙΚΥΘΟΣ.....................ΕΛΡΑΜΜΑΤ]ΕΥΕΦΙΑLΑΙΑ

Unius versus

ΤΑΔΕΗΟΙΤΑΜΙΑΙΤΟΝΗΙΕΡΟΝΧΡΕΜΑΤΟΝΤΕΣΑΘΕΝ]ΕΝΑΙΑΣΤΙΜΟ
ΣΘΕΟΛΝΙΔΟΣΗΑΛΝΟΣΙΟΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΠΑΡΕΔ]ΟΣΑΝΤΟΙΣΤΑ
ΤΕΥΕ....................ΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΠ]ΑΡΑΔΕΧΣΑΜΕ
..............ΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΕΝΤΟΙΠΡΟΝΕΙ]ΟΙΦΙΑLΕΧΡΥ
ΗΔΔΙΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΤΤΗΗΗΗΔΔΔ⊦⊦ΚΕΡΑΤΑ]ΑΡΛΥΡΑΙΗ:ΣΤΑ
ΤΟΝ..ΔΠ⊦⊦LΥΧΝΟΣΑΡΛΥΡΟΣΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔ]ΔΔΠ⊦⊦⊦ΦΙΑL
ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔΔΔ⊦⊦⊦|||ΦΙΑLΑΑΡΛΥΡΑΣΤΑΘΜ]ΟΝΤΟΥΤΟΙΗ⊦
ΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥΡΟΝΧΑLΚΙΔΙΚΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ]ΔΔΔΔΦΙΑLΑΙ
Ι‖‖ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΗΗΗΗΔΔΠΟΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥΡ]ΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤ
Δ⊦⊦⊦⊦ ΕΠΕΤΕΙΑΕΠΕΛΕΝΕΤΟΕΠΙΤΟΝΤΑΜΙΟΝΗ]ΟΙΣΤΕLΕΣΤΕ
ΑΙ.ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΗΗ𐅅⊦ΠΟΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥΡΟΝ]ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥ

NʟO[ΛO NE]K[ΠANAΘENAIONEΣΠANAΘENAIAHOITA
ʟOΣ. . . . ΛEITONOΣAXAPNEYΣ[EΛPAMMATEYETO
IΣK[EΦ IΣ]OΦONKEΦIΣOΔOPOHEPMEIOΣ[EΛPAMMA
EIO[Σ EΛP]AMMATEYEΠAPEΔOΣANTOIΣ[TAMIAΣIΦ
TPAT[OΣMO]OYXIΔOΠAʟʟENEYΣEΛPAMM[ATEYE
ΣTAΘ[MOΣΦI]AʟAIAPΛYPAIⰧΔΔIIΣTAΘM[ONTOYTON
ⱵⱵⱵK[OTEPI]AAPΛYPAΠΣTAΘMONTOYTO[N. .ΔΠⱵⱵ
PAIΠ[IIΣTA]ΘMONTOYTONNHHΣTEΦANOΣ[XPYΣOΣI
OIN[HHΦI]AʟAIAPΛYPAIIIIIΣTAΘMONTOY[TONHHHΔ
OΔΔ[ΔΔ *Reliqua vacua.*
TON𐅅H[HH]IA[Δ

spatium vacuum.

OKIΔ. . . .EXΣOPOKAIXΣYNAPXONTE[ΣHOIΣʟY
OΣAN[TOI]ΣTAMIAΣINHOIΣΣMIKYO[OΣ. . . . . .
ONΠPO[TE]PONTAMIONHOIΣKEΦIΣO[ΦONKEΦIΣO
PYΣEE[XΣ]EΣAΠOPPAINONTAIAΣTA[ΘMOΣΦIAʟ
AAPΛY[PA]EΣTAΘMONTOYTON:𐅄ΔΔΠⱵ[ⱵⱵΠOTEPI
AΘMON[TOY]TOΔΔΔΠⱵⱵⱵΦIAʟAIAPΛ[YPAIΠIIΣ
ΔΔΔⱵⱵ[ⱵIIIΦI]AʟAAPΛYPAΣTAΘMONT[OYTOINHH
PIONAPΛ[Y]PONXAʟKIΔIKONΣTAΘM[ONTOYTOΔΔ
vacua.
ΣMOPYX[IΔO]ΠAʟʟENEYΣEΛPAMMAT[EYE
APΛYPO[NΣT]AΘMONTOYTO:ΔΔΔΔ
spatium vacuum.
ΔIΔEΣAXEP[Δ]OΣIOΣKAIX:ΣYNAPXONTEΣ[HOIΣΣMIKYΘO
MIAΣINHOIΣTEʟEΣTEΣΘEOΛNIΔOΣHΔΔ[NOΣIOΣEΛPAM
ENOIΠAPATOMΠPOTEPONTAMIONHOIΣI[YΣIΣTPATOΣM
XPYΣEEXΣ[E]ΣAΠOPPAINONTAIAΣTAΘMO[ΣΦIAʟAIAPΛY
TAΘMONTO[Y]TON:𐅅ΔΔⱵⱵⱵ:ΠOTEPIAAPΛY[PAΠΣTAΘMONT
AʟAIAPΛYPAI:ΠII:ΣTAΘMONTOYTON:𐅅HH:Σ[TEΦANOΣXPYΣ
N:HH:ΦIAʟA[I]APΛYPAI:IIH:ΣTAΘMONTOYTOI[HHHΔΔΠⱵⱵⱵⱵ
AIAPΛYPA[IΠII]ΣTAΘMONTOYTON:𐅅HHHHΔΔ[ΦIAʟAIAPΛY
NTOYTOΔΔ[ΔΔE]ΠETEIAEΠEΛENETOEΠITO[NTAMIONHOI
PΛYPAIΠ[IIΣT]AΘMONTOYTON𐅅HΔΔΔΔⱵⱵⱵⱵ
spatium vacuum.
KʟEΣHEʟ[E]IOΣKAIXΣYNAPXONTEΣHOIΣ[TEʟEΣTE
MIAΣIN[OIΣ]ΠPEΣBIAΣΣEMIOΦEΛAIEYΣ[EΛPAMMA
NOIΠAPA[TOM]ΠPOTEPONTAMIONHOIΣΣMIK[YΘOΣ. . . . .
ΣEEXPYΣ[AΠO]PPAINONTAIAΣTAΘMOΣΦIAʟ[AIAPΛYPAI
ΘMONTOY[TON]ΠΔΔΠⱵⱵⱵΠOTEPIAAPΛYPAΠΣ[TAΘMONTOY
AIAPΛYP[AIΠII]ΣTAΘMONTOYTON𐅅HHΣTEΦAN[OΣXPYΣOΣ
ⱵΦIAʟAIAP[ΛY]PAIϥIIIΣTAΘMONTOYTONHHHΔ[ΔΠⱵⱵⱵⱵΠO
APΛYPAI[ΠIIΣT]AΘMONTOYTON𐅅HHHHΔΔΦIAʟ[AIAPΛYPA
OYTOΔΔΔΔΦ[IAʟ]AIAPΛYPAIΠIIΣTAΘMONTOYT[ON𐅅HΔΔΔ
ΣΘEOΛNIΔO[ΣHAΛ]NOΣIOΣEΛPAMMATEYEΦIAʟ[AIAPΛYP
TO𐅄ΔIⱵʟ[YXNOΣAPΛY]POΣΣTAΘMONTOYTOΔΔH

sed ταμίασιν, docent vs. 13. 24. 34. Vs. 5. nomen non potest Φωκίδης esse; est Φωκιδ... nominativus, tribus deficientibus litteris, docente vs. 12. Vs. 4. patris nomen videtur additum fuisse. Phocidem, quem putabat, Sylloges editor eundem esse posse putat, qui n. 141. A. sit scriba; potuisse enim eum *iam* ταμίαν factum esse. Mire sane, quum editor titulum n. 141. A. recentiorem iudicet hoc titulo n. 138. Sed omnino quis credet, eundem hominem Pentacosiomedimnum modo Quaestorem modo scribam fuisse? Ac ne n. 141. quidem Phocides scriba est, sed Phormio. Nec meliora sunt, quae de Lysistrato et Morychide dicuntur: quis enim putabit archontem Lysistratum Olymp. 102, 4. eundem hominem esse, qui in hoc titulo commemoratur? Phocidem filium [Δ]εξώρου facit editor, sed mavult demi nomen substitui, quod tamen inveniri non possit. Inveni facili opera, ἐξ Οἴου. Ceterum vs. 5. ΟΥΧΙΔΟ muta in ΡΥΧΙΔΟ. Brevior sum in ceteris praescriptis. Vs. 14. Smicythi nomen demoticum esse Πειραιεὺς probabiliter coniicit Osannus; cf. ad n. 77. Vs. 23. interpunctio post Χ nihili est; marmor ibi videtur exesum esse, nihil aliud: ut nescias, cur hic potissimum de interpunctione disputatum sit. Vs. 38. in ΗΕΙ·ΙΟΙ inesse nomen demoticum merito notat Osannus: vix reppereris aliud atque Ἑλείῳ, ut demus sit Ἕλος, cui nomini simile nomen Λίμναι. Mox ΣΕΜΙΟ simplici Μ nego posse Σεμμίου (Σιμμίου) esse, neque id demonstrant exempla nuper collata. Interpretor Σημίου: a Σήμῳ fit Σήμιος. Idem scriba redit n. 139. in Stuartiano titulo; ubi quum obscuratum nomen esset, deceptus Stuartiano exemplo patris nomen posueram esse Σεμμίας. Cetera aperta sunt. Convertor igitur ad donaria, in quibus omnes quattuor annos secundum litteras appositas coniungam, atque ut exiles hae disputationes contrahantur, simul ea occupabo, quae de iisdem capitibus n. 142. dicenda sunt.

a) Primum Pronai vas est aspersorium, ex quo lustrentur ingressuri; quod utpote in basi fixum ἄσταθμον est, ut Hecatompedi aspersorium n. 137. 140. 141. Idem vas habes n. 142. ann. 1. In ἐξ ἧς quasi in una voce omittitur spiritus intermedius, quod mature coeptum nec tamen constanter observatum est: v. ad n. 26. Vs. 36. ΕΧΡΥΣ muta in ΕΧΣΕΣ.

b) Male Sylloges editor ex priore articulo depromit vocem ἄσταθμος, quae manifesto iungenda prioribus, legitque ἄσταθμος φιάλη, eamque sibi ipse iniuriam facit, ut litteras ΑΡΛΥΡΑΙ ΗΗΔΔΙΙ ΣΤΑΘΜ deleat, quasi per errorem irrepserint in ipsius apographum vs. 6. Omnia sunt sana, nisi quod ΗΔΔΙ scribendum videtur, quod intemeratum extat n. 142. vs. 22. Sunt phialae CXXI sacris epulis destinatae, ad quas pertinent etiam cornua, quae sequuntur: cf. n. 139. Pondus est tal. 2. drachm. 432. ex cuius numero n. 138. vs. 16. superest finis ΔΔΗΗ; cetera perierunt per hoc marmor universum, si primum annum et ann. 4. vs. 36. ductus ΦΙΑΛ excеperis: sed n. 142. ann. 1. vs. 6. superest universus numerus praeter prima ΤΤ; deinde ann. 2. vs. 22. prope integer articulus superest, ubi tamen ultima ponderis nota Ⱶ mutanda est in Κ, et hoc sequenti articulo addendum; postremo ann. 3. vs. 39. finis ponderis superest ΔΔⱵⱵ.

c) Haec quoque et seqq. (litt. *d*) in Sylloge perturbata sunt: ego mea paucis demonstrabo. Anno 2. vs. 16. post litt. *b*) aperte sequuntur haec: κέρατα ἀργυρᾶ Ε, σταθμὸν τούτων ΡΔΔΓⱵ[ⱵⱵ], ubi ⱵⱵ addidi ex anno 1. vs. 7. et ann. 4. vs. 37. Ε autem ibi ut incertum notatum est in schedis; corrige ΙΙΙΙ ex ann. 3. vs. 27. unde ann. 4. vs. 37. superest Ι Η, hoc est [Ι]Ι Ι, quod non intelligens Osannus apographum suum immerito reprehendit (p. 76. ad vs. 42.). Iam ann. 1. vs. 7. in pondere Τ muta in Ρ; anno 3. vs. 27. post ΡΔΔ insere Γ, quod aut scriba aut quod magis puto Osannus omisit: unde apud nos deficit littera versui. Sed ann. 4. vs. 37. ponderis prima nota Γ mutanda in Ρ. N. 142. hoc nomen ex parte obscuratum est; attamen ann. 1. vs. 6. superest κέρατα ἀργυρᾶ. Ⱶ (corrige ΙΙ ΙΙ); ann. 3. vs. 39. salva omnia, nisi quod ΙΙΙ mutandum in ΙΙΙΙ, prius Γ in Ρ, et in lacuna periit ⱵⱵⱵ.

d) Vs. 7. littera decima tertia est Κ, unde cave κέρατα elicias: lacuna enim, et praecedentibus aliquot versibus et succedentibus monstrantibus, unâ litterâ quam haec vox amplior est. Κ ut incertum notatur in schedis; eo in Γ mutando scribendum Γ[ΟΤΕΡΙ]Α, quae *quinque* sunt, quum cornua illa sint *quattuor*; quos numeros commiscuit Osannus (p. 73. ad vs. 7.). Numerus Γ redit ann. 3. vs. 27. Idem caput habes n. 142. ubi ann. 2. vs. 23. pondus ex parte servatum est ..ΔΓⱵⱵ; in reliquis annis periit hic articulus.

e) Osanno est στέφανος ἀργυροῦς; quod ego dedi certum est, λύχνος ἀργ. Redit hic articulus ann. 2. vs. 17. ubi pondus integrum, quod ann. 3. vs. 29. mutilum est, ut ann. 4. vs. 38. Λύχνος ductum ex n. 142. ann. 1. vs. 7. ann. 2. vs. 23. Idem est ibid. ann. 3. vs. 40. ubi primum Ι muta in Ν, ex quo superest. Pondus periit n. 142. nisi ann. 3. vs. 40. ubi ⱵⱵⱵⱵ muta in ΓⱵⱵⱵ.

g) Osanno est στέφανος ἀργυροῦς: esse στέφανον χρυσοῦν docet n. 142. ann. 2. vs. 24. cf. ann. 3. vs. 41. ubi inde ΣΟΣ superest. Pondus n. 138. ann. 2. vs. 18. est ΔΔΔⱵⱵ.. idemque ann. 3. vs. 28. ΔΔΓ ⱵⱵⱵ:, sed plenius ann. 1. vs. 8. ΔΔΔⱵⱵⱵΓΙ, quod tamen necessario corruptum. Verisimillima correctio ea est, ut vs. 28. ΓⱵⱵⱵ: in ⱵⱵⱵΙΙΙ et vs. 8. ΓΙ in ΙΙΙ mutetur, qua retinentur traditarum litterarum plurimae.

h) Ann. 4. vs. 39. ΗⱵⱵ muta in ΝΗΗ: τούτοιν p. ταύταιν constans est in his inscriptt. Idem nomen recurrit n. 142. ubi ann. 3. vs. 41. post ἀργυρᾶ additur δύο.

i) Vs. 29. corrige ΤΟΥΤΟΝ, ex quo superest ΤΟΥΤΟΙ. Phialae sunt quattuor: ann. 2. vs. 29. Ι Η muta in ΙΙ ΙΙ, ann. 3. vs. 39. ΊΙΙ Ι in ΙΙ ΙΙ; pro tribus litteris debent duae esse: unde fit, ut vs. 39. unâ litterâ excedat ceteros. Pondus

Osannus non recte constituit; ex eo superest ann. 2. vs. 19. finis Γ⊢⊢⊢⊢, ann. 4. vs. 39. initium ΗΗΗΔ: inter quae unum inserendum Δ esse, docet n. 142. ubi ann. 1. vs. 9. pondus hoc est: ..ΗΜΑΓ⊢⊢⊢⊢, in quo ΜΑ in ΔΔ mutandum, quod ann. 2. vs. 25. superest in ΗΗΗΔΔΓ⊢...; postremo integrum pondus habes ann. 3. vs. 42. (n. 142.) ΗΗΗ ΔΔΓ⊢⊢⊢⊢. Ceterum n. 142. vs. 25. ΑΡΑΙ muta in ΑΙ̵ΑΙ.

k) N. 142. hoc, ut cetera omnia, redit; sed ibi per omnes, qui supersunt, tres priorum annorum recensus omissa est vox Χαλκιδικόν, docentibus spatiis ann. 2. 3. et ipsis, quae remanent, lapidis litteris ann. 3. vs. 42.

l) Haec ἐπέτεια esse fugit Osannum, qui p. 74. (ad vs. 24.) inanem comminiscitur causam, quare primus annus nulla habeat ἐπέτεια. Elegi autem breviorem formulam, qua vs. 11. supplevi, quae a sinistra desunt: prolixior enim formula, quae in seqq. est, non habet ubi reponatur, quod versus 10. dextera pars vacua est. Esse phialas septem, intellexi ex n. 142. ann. 2. vs. 26. Pondus ann. 1. vs. 11. (n. 138.) corruptum est: 𐅅Η..ΙΑ. Id restitutum dat ann. 2. vs. 20. ubi superest ...ΗΗΔΔ, ann. 3. vs. 30. et ann. 4. vs. 40. ubi integrum superest. N. 142. ann. 2. vs. 26. solum primum 𐅅 deest; et ann. 3. vs. 43. omnes notae supersunt, sed Γ est in 𐅅 mutandum. Ceterum memorabile est toties accedere septem phialas, haud dubie ratione sacrorum, in quibus sacer numerus observabatur.

m) Secundi anni haec ἐπέτεια redeunt ann. 3. 4. In hoc marmore ann. 2. nihil nisi ultimum Δ superest: numerum phialarum et pondus restitui ex n. 142. Ibi ann. 1. vs. 10. numerus phialarum servatus est, et pondus ΗΝΗΗΔΔ; pro Ν repone Η: ann. 3. vs. 43. tantum primum Η remanet.

n) Hoc vas redit ann. 3. 4. N. 142. deficit lapis in hoc articulo, nisi quod ann. 1. vs. 10. et ann. 2. vs. 27. vestigia remanserunt.

o) Ἐπέτεια anni tertii. Numerum phialarum docet ann. 4. vs. 41. pondus ann. 3. vs. 32. N. 142. ann. 1. vs. 11. ex numero superest Ν, mutandum in ΙΙ, et pondus praeter duas drachmas; ann. 2. vs. 27. numerus phialarum conspicitur, et ann. 3. vs. 44. tum numerus phialarum tum pondus, nisi quod in hoc ΙΙ in ⊢ mutandum.

p) Incipiunt quarti anni ἐπέτεια. Explevi hunc articulum ex n. 142. ann. 1. vs. 11. ubi nomen, ann. 2. vs. 28. ubi pondus superest; de phialarum numero non constat.

q) Hoc quoque restitui ex n. 142. Nam ibi ann. 1. vs. 12. superest pondus 𐅄ΔΓ⊢, ann. 2. vs. 28. nomen, ann. 3. vs. 45. totum caput prope integrum, sed numeri nota prima Γ in 𐅄 mutanda est. Ceterum n. 138. vs. 43. ΔΙ⊢ in ΔΓ⊢ mutandum.

r) Pondus Osanno est ΔΔΓ, mutato Η in Γ. Sed id aeque bene in ⊢ mutatur, id quod confirmat n. 142. ann. 1. vs. 12. Aliquid ex hoc articulo remanet etiam n. 142. ann. 3. vs. 43.

139.

Edidit Stuart Antt. Att. T. II. p. 15. (cf. p. 44.) in tabula aerea; explicui Oec. civ. Ath. tab. VI. n. 11. p. 275 sqq. T. II. Nunc est in Mus. Britann. Synops. n. 305. (Rosio tamen negante), Elgin. n. 45. Visc. Viscontus haec de hoc lapide dicit: *Le marbre offre un plus grand nombre de lignes que la planche de Stuart, mais en revanche le marbre est plus dégradé qu'il ne l'étoit au tems de ce voyageur.* Lapis in arce repertus.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Θεοῖς Ἐ[πικουρίοις].

(1) Τάδε παρέδοσαν αἱ τέτταρες ἀρχαὶ, αἳ ἐδίδοσαν τ[ὸν λόγον ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια, τοῖς τ-

(2) αμίασι, οἷς Πρεσβίας Σημί[ου Φη]γαιεὺς ἐγραμμάτευε, [οἱ δὲ ταμίαι, οἷς Πρεσβίας Σημίου Φηγαιεὺς

(3) ἐγραμμάτευε, παρέδοσαν τοῖς ταμίασι, οἷς Νικέας Εὐ-[θυκλέους Ἁλιμούσιος ἐγραμμάτευε, Εὐφήμῳ

(4) Κολλυτεῖ καὶ ξυνάρχουσι, ἐν τῷ Παρθενῶνι· [a]) Στέφανος χ[ρυσοῦς, σταθμὸν τούτου .. [b]) ...... στ-

(5) αθμὸν τούτων 𐅅ΗΗ𐅄ΔΔΔ⊢⊢ [c]) χρυσίον ἄσημον σταθμὸν τούτου [Η . [d]) .... [e]) ...

(6) ατρον ἔχον, ἱερὸν τοῦ Ἡρακλέους τοῦ ἐν .. αισι, σταθμὸν τούτ[ου .... [f]) ..... χρ-

(7) υσῶ, σταθμὸν τούτοιν Η....⊢⊢⊢⊢ [g]) πρόσωπον ὑπάργυρον κατά[χρυσον, σταθμὸν τούτου .... [h]) φιάλαι ἀρ-

(8) γυραῖ ΗΔΔΔΓΙΙΙ, κέρας ἀργυροῦν, σταθμὸν τούτων [ΤΤ]ΧΧΧΗΗΗΗΓ⊢.. [i]) .... [k]) [Θηρίκ-

(9) λειομ περίχρυσον, στάχυες ΔΙ. ἄνω ὑποξύλου καταχρύσου ..... [l]) ....

(10) Ι⁝ [m]) κόρη ἐπὶ στήλης κατάχρυσος. [n]) κοίτη ὑπόξυλ[ος] κατάχρυσ[ος. [o]) .... [p]) .... .

(11) ος, γρύψ, γρυπὸς προτομή, γρύψ, λέοντος κεφαλή, ... [q]) .... [r]) ..... [χ-

(12) ρυσοῦς. [s]) ἀσπίδες ἐπίχρυσο[ι] ὑπόξυλοι ΔΓ. [t]) .... [u]) ....

(13) ι ΓΙΙΙΙ [v]) ξίφη Γ [w]) θώρακες ΔΙ[Ι] [x]) ἀσπίδες ἐπίσημοι ΓΙ [y]) ἀσπίδε ...... [z]) .... [aa]) ..

(14) . αι ΓΙΙΙΙ [bb]) λύρα κατάχρυσο[ς] Ι [cc]) λύραι ἐλεφάντιναι ΙΙΙΙ [dd]) λύραι ΙΙΙΙ [ee]) .... [ff]) ...... [gg]) [κ-

(15) λινῶν πόδες .. ἀργυροῖ [hh]) .... [ii]) φιάλαι ἀργυραῖ ΙΙΙΙ [kk]) κύλι.... [ll]) .... [mm]) ...... [nn]) ..... [σταθμὸ-

(16) ν τούτων 𐅅ΗΗΗΗ [oo]) ἀσπίδε ἐπιχρύσω ὑποξύλω [pp]) ἀκινάκης ἐπίχρ[υσος .... [qq]) ...... στ-

(17) αθμὸν τούτων 𐅅ΗΗΗΓ⊢⊢ [rr]) ποτ[ή]ρια Χαλκιδικὰ ἀργυρᾶ [Ι]ΙΙΙ, σταθμὸν [τούτων .... [ss]) λύρα ἀνάθημα Μηθυ-

(18) μναίων ἐλεφαντίνη κατάχρυσος. [tt]) ἀσπὶς ἐγ Λέσβου ἐπίσημος χρυ[σῆ .... [uu]) ....

(19) . ἀργυρᾶ ΙΙ, καρχησίω ἀργυρῶ [ΙΙ], σταθμὸν τούτων 𐅅𐅄ΔΔΔ .... [vv]) ....

(20) Η𐅄ΔΔ [ww]) στέφανος χρυσοῦς, σταθμὸν τούτου ΔΓ ⊢⊢⊢ΙΙΙ [xx]) στέφανος χρυσοῦ[ς σταθμὸν τούτου ...... [yy]) .... Ν-

(21) ίκης στέφανος χρυσοῦς, σταθμὸν τούτου ΔΔΓ⊢⊢⊢⊢ [zz]) στέφανος χρυσ[οῦς, σταθμὸν τούτου ... [aaa]) ...... Ν-

[*Continuatur p. 191.*]

Θ Ε Ο Γ . [Σ] Ε
ΤΑΔΕΠΑΡΕΔΟΣΑΝΗΑΙΤΕΤΤΑΡΕΣΑΡΧΑΙΗΑΙΕΔΙΔΟΣΑΝΤ[ΟΝLΟΛΟΝΕΚΠΑΝΑΘΕΝΑΙΟΝΕΣΠΑΝΑΘΕΝΑΙΑΤΟΙΣΤ
ΑΜΙΑΣΙΗΟΙΣΠΡΕΣΒΙΑΣΣΕΜΙ[ΟΦΕ]ΛΑΙΕΥΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕ[ΗΟΙΔΕΤΑΜΙΑΙΗΟΙΣΠΡΕΣΒΙΑΣΣΕΜΙΟΦΕΛΑΙΕΥΣ
ΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΠΑΡΕΔΟΣΑΝΤΟΙΣΤΑΜΙΑΣΙ:ΗΟΙΣΝΙΚΕΑΣΕΥ[ΘΥΚLΕΟΣΗΑLΙΜΟΣΙΟΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΕΥΦΕΜΟΙ
ΚΟLLΥΤΕΙΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙ:ΕΝΤΟΙΠΑΡΘΕΝΟΝΙΣΤΕΦΑΝΟΣΧ[ΡΥΣΟΣΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ . . . . . . ΣΤ
ΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝ:𐅅ΗΗ𐅄ΔΔΔ⊢⊢:ΧΡΥΣΙΟΝΑΣΕΜΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΙ . . . .
⊦⊦ΑΡΑ[ΥΡΙΣΙΣΤΑΘΜΟΝΤΑΥΤΕΣΗΔ⊦⊦ΠΟΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥ
ΙΟΝΑ[ΡΛΥΡΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔΔΔΠ⊦⊦⊦ΑΡΛΥΡΙΣΙΣ
ΟΝΤΟΥ[ΤΟΔΔΔΑΡΛΥΡΙΔΕΣΙΙΙΙΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΗΗΗ𐅄Δ
ΘΜΟΝ[ΤΑΥΤΕΣΗ𐅄ΔΔΔΔ⊦⊦⊦⊦ΑΡΛΥΡΙΔΕΣΙΙΙΣΤΑΘΜΟΝΤ
ΙΠΡΟΝ[ΕΙΟΙΑΡΛΥΡΙΔΕΣ.ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΗΗΗΠ⊦⊦⊦
ΑΙΑΣΠΟ[ͰΥΧΣΕΝΙΔΕΣΑΧΑΡΝΕΥΣΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΝΤΕ
ΥΕΠΑΡ[ΕΔΟΣΑΝΤΟΙΣΤΑΜΙΑΙΣΗΟΙΣ...ΟΚͰΕΙΔΕΣ
ΟΙΕΥΠ[ΥΡΙΔΕΙΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΠΑΡΑΔΕΧΣΑΜΕΝΟΙ
ΙΣΙΟΣ[......ΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝΕΝΤΟΙΠΡΟΝΕΙΟΙ
ΔΔ⊦⊦[ΕΡΑΤΑΑΡΛΥΡΑΙΙΙΙΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝ𐅄ΔΔΠ⊦⊦⊦
ΟΣΑΡΛ[ΥΡΟΣΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔΔΔΠ⊦⊦⊦ΦΙΑͰΑΙΑΡΛΥ
ΑΘΜΟΝ[ΤΟΥΤΟΔΔΔ⊦⊦⊦ΙΙΙΦΙΑͰΑΑΡΛΥΡΑΙΙΣΤΑΘΜΟΝΤΟ
ΗΔΔΠ⊦[⊦⊦⊦ΠΟΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥΡΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔΔΔΔ
ΑͰΑ[ΙΑΡΛΥΡΑΙΙΙΙΙΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΗΗΗΗΔΔΠΟΤΕΡΙΟ
ΠΙΙΣΤΑ[ΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝ𐅄ΗΔΔΔΔ⊦⊦⊦⊦ΦΙΑͰΑΙΑΡΛΥΡΑΙ.
ΟΝΤΟΥ[ΤΟ𐅄ΔΠ⊦ͰΥΧΝΟΣΑΡΛΥΡΟΣΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔΔ⊦
⊦ΦΙΑͰ[ΑΙΑΡΛΥΡΑΙΠΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΗΗΗΗΔ⊦⊦⊦Α
ΟΝΣΤΑ[ΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔΔΔΔ⊦⊦ΑΡΛΥΡΙΣΙΣΤΑΘΜΟΝΤΑΥ
⊦⊦⊦ΑΡ[ΛΥΡΙΣΣΤΑΘΜΟΝΤΑΥΤΕΣΗ𐅄⊦⊦⊦ΠΟΤΕΡΙΟΝΑΡ
ΝΤΟΥΤΟ[ΝΗΗΗ𐅄ΔΔΔΠ⊦ΚΥͰΙΧΣΑΡΛΥΡΑΑΣΤΑΘΜΟΣΦΙ
ΙΔΕΣΙΙ[ΙΙΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝ..ΗΗ𐅄ΔΔΔΠ⊦⊦⊦ΑΡΛΥΡΙΔΕΣ
ΟΑΡΛΥ[ΡΙΣΣΤΑΘΜΟΝΤΑΥΤΕΣ.....
ΑΙΣΚΑ[ͰͰΑΙΣΧΡΟΣΕΥΠΥΡΙΔΕΣΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΝΤΕΣ
ΜΑΤΕΥ[ΕΠΑΡΕΔΟΣΑΝΤΟΙΣΤΑΜΙΑΙΣΗΟΙΣ.......
ΧΣΑΜΕ[ΝΟΙΠΑΡΑΤΟΝΠΡΟΤΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝΗΟΙΣ...
ΡΟΝΕΙΟ[ΙΦΙΑͰΑΙΑΡΛΥΡΑΙΗΔΔΙΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝ
ΠΔΔΠ⊦[⊦⊦⊦ΠΟΤΕΡΙΑΑΡΛΥΡΑΠΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝ..Δ
ΑͰΑΙΑΡ[ΛΥΡΑΙΗΕΠΤΑΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝ𐅄ΗΗΣΤΕΦΑ
ΡΑΔΥΟΣ[ΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΙΝΗΗΦΙΑͰΑΙΑΡΛΥΡΑΙΙΙΙΙΣΤ
ΤΑΘΜΟΝ[ΤΟΥΤΟΔΔΔΔΦΙΑͰΑΙΑΡΛΥΡΑΙΠΙΙΣΤΑΘΜΟΝ
ΥΤΟΝΗ[ΗΗΗΔΔΠΟΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥΡΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ
Δ⊦⊦⊦ΙΙ[ΦΙΑͰΑΙΑΡΛΥΡΑΙ.ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΝΗΗ𐅄⊦
ΑΡΛΥΡΟ[ΣΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΔΔ⊦ΦΙΑͰΑΙΑΡΛΥΡΑΙΙΙΙ
ΠΣΤΑΘΜΟ[ΝΤΟΥΤΟΝΗΗΗΗΔ⊦⊦⊦ΑΡΛΥΡΙΣΙΣΤΑΘ
ΥΤΟΔΔΔΔ[⊦⊦ΑΡΛΥΡΙΣΣΤΑΘΜΟΝΤΑΥΤΕΣ𐅄ΔΠΟΤΕΡΙΟΝ
ΘΜΟΝΤΑΥ[ΤΕΣΗ𐅄⊦⊦⊦ΠΟΤΕΡΙΟΝΑΡΛΥΡΟΝΣΤΑΘΜΟΝ
ΔΔΠ⊦ΚΥͰ[ΙΧΣΑΡΛΥΡΑΑΣΤΑΘΜΟΣΦΙΑͰΕΑΡΛΥΡΑΣΤ
ΟΝΤΟΥΤΟ[Ν..ΗΗ𐅄ΔΔΔΠ⊦⊦⊦ΑΡΛΥΡΙΔΕΣ.ΣΤΑΘΜΟΝ
..
Σ...............ΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΝΤΕΣΗΟΙΣ....
ΟΙΣΤΑΜΙΑΙΣ *etc.*

(30) ργυρὶς Ι, σ]ταθμὸν ταύτης ΗΔͰͰ [v]) ποτ[ήρ]ιον ἀργυροῦν, στα[θμὸν τούτου ΔΔΔΔͰͰ [w]) ἀργυρὶς Ι, σταθμὸν ταύ-
(31) της 𐅄Δ [x]) ποτ]ήριον ἀργυροῦν, σταθμὸν [το]ύτου ΔΔΔΓͰͰͰͰ [y]) ἀρ[γυρὶς, σταθμὸν ταύτης Η𐅄ͰͰͰ [z]) ποτήριον ἀρ-
(32) γυροῦν, στα]θμὸν τούτου ΔΔΔ [aa]) ἀργυρίδ[ες] ΙΙ ΙΙ, σταθμὸν τούτω[ν ΗΗΗ𐅄ΔΔΔΓͰ [bb]) κύλιξ ἀργυρᾶ, ἄσταθμος. [cc]) φι-
(33) άλη ἀργυ]ρᾶ, σταθμὸν ταύτης Η𐅄ΔΔΔ[ΔͰ]ͰͰͰ [dd]) ἀργυρίδες ΙΙ[ΙΙ, σταθμὸν τούτων .. ΗΗ𐅄ΔΔΔΓ ͰͰͰ [ee]) ἀργυρίδες
(34) ., σταθμὸ]ν τούτων 𐅅Η[Η]ΔΓͰͰͰ Ἐπέτε[ια] ἐπεγένετο· [ff]) ἀρ[γυρὶς, σταθμὸν ταύτης .....

III. (35) Τάδε οἱ] ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημά[τ]ων τῆς Ἀθηναίας, Κά[λλαισχρος Εὐπυρίδης καὶ ξυνάρχοντες,
(36) οἷς] ... οκλείδης Σωστράτου Φρεά[ρ]ριος ἐγραμμάτευ[ε, παρέδοσαν τοῖς ταμίαις, οἷς ....
(37) ...... ί]ωνος Εὐωνυμεὺς ἐγραμμάτευε, παραδεξάμε[νοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν, οἷς ...
(38) αῖος Κωμ]άρχου Ἀφιδναῖος ἐγραμμάτευε, ἐν τῷ προνηΐῳ· [b]) [φιάλαι ἀργυραῖ ΗΔΔΙ, σταθμὸν τούτων
(39) ΤΤΗΗΗΗΔ]ΔΔͰͰ [c]) κέρατα ἀργυρᾶ ΙΙΙ[Ι,] στ[αθ]μὸν τούτων [𐅄]ΔΔΓͰ[ͰͰ [d]) ποτήρια ἀργυρᾶ Γ, σταθμὸν τούτων .. Δ
(40) ΓͰͰ [e]) λύχν]ος ἀργυροῦς, σταθμὸν τού[τ]ου ΔΔΔ [Γ]ͰͰͰ [f]) φιάλαι ἀρ[γυραῖ ἑπτά, σταθμὸν τούτων 𐅄ΗΗ [g]) στέφα-
(41) νος χρυ]σοῦς, σταθμὸν τούτου ΔΔΔͰͰ[ͰΙΙ] [h]) φιάλα ἀργυρᾶ δύο, σ[ταθμὸν τούτοιν ΗΗ [i]) φιάλαι ἀργυραῖ ΙΙ ΙΙ, στ-
(42) αθμὸν τ]ούτων ΗΗΗΔΔΓͰͰͰͰ [k]) ποτήρ[ιο]ν ἀργυροῦν, σταθμὸν [τούτου ΔΔΔΔ [l]) φιάλαι ἀργυραῖ ΓΙΙ, σταθμὸν
(43) τούτων 𐅄]ΗΗΗΗΔΔ [m]) φιάλαι ἀργυρα[ῖ ΙΙ ΙΙ], σταθμὸν τούτων Η[ΗΗΗΔΔ [n]) ποτήριον ἀργυροῦν, σταθμὸν τούτου
(44) ΔΔΔΔ [o]) φι]άλαι ἀργυραῖ ΓΙΙ, σταθμὸ[ν τ]ούτων 𐅅ΗΔΔΔΔͰͰͰ[Ͱ [p]) φιάλαι ἀργυραῖ ., σταθμὸν τούτων ΗΗ𐅄Ͱ
(45) [q]) ποτήρι]ον ἀργυροῦν, σταθμὸν τού[του 𐅄]ΔΓͰ [r]) λύχνος ἀργυροῦ[ς, σταθμὸν τούτου ΔΔͰ [s]) φιάλαι ἀργυραῖ ΙΙΙ,
(46) σταθμ]ὸν τούτων ΗΗ𐅄ΔΔΔΔͰͰͰͰ [t]) φ[ιά]λαι ἀργυραῖ Γ, σταθμὸ[ν τούτων ΗΗΗΗΔͰͰͰ [u]) ἀργυρὶς Ι, σταθ-
(47) μὸν τα]ύτης ΗΔͰͰ [v]) ποτήριον ἀργυ[ροῦν], σταθμὸν τούτου ΔΔΔΔ[ͰͰ [w]) ἀργυρίς, σταθμὸν ταύτης 𐅄Δ [x]) ποτήριον
(48) ἀργυρ]οῦν, σταθμὸν τούτου ΔΔΔΓͰͰ[ͰͰ [y]) ἀ]ργυρὶς, σταθμὸν ταύ[της Η𐅄ͰͰͰ [z]) ποτήριον ἀργυροῦν, σταθμὸν
(49) τούτου] ΔΔΔ [aa]) ἀργυρίδες ΙΙ ΙΙ, σταθμὸ[ν τ]ούτων ΗΗΗ𐅄ΔΔΔΓͰ [bb]) κύλ[ιξ ἀργυρᾶ, ἄσταθμος. [cc]) φιάλη ἀργυρᾶ, στ-
(50) αθμὸ]ν ταύτης Η𐅄ΔΔΔΔͰͰͰͰ [dd]) ἀργ[υρίδ]ες ΙΙ ΙΙ, σταθμὸν τούτω[ν .. ΗΗ𐅄ΔΔΔΓͰͰͰ [ee]) ἀργυρίδες ., σταθμὸν
(51) τούτ]ων 𐅄ΗΗΔΓͰͰͰ [ff]) ἀργυρὶς, στ[αθμὸν ταύτης .....

IV. (52) Τάδε] οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημά[των τῆς Ἀθηναίας .... καὶ ξυνάρχοντες, οἷς ....
(53) ..... ίωνος Εὐωνυ[μεὺς ἐγραμμάτευε, παρέδοσαν τοῖς ταμίαις etc.

Periit huius tituli lapis dexter, qui n. 138. sinister est (v. ad n. 138.). Primam formulam restitui secundum ea, quae in Introd. §. V. monui; nota vero ταμίαις dici, non iam ταμίασιν. Primus, qui appellatur, Quaestor est Tisamenus, qui idem Osanno esse posse videtur atque ap. Andoc. de myst. p. 39. Παιανιεῖ idem bene scripsit; et deinde Πολιμήδης, assumpto vs. 21.: mihi probabilius visum Πολυμήδης. Hunc *Sphettium* fecit Osannus: quidni *Sybriden?* Idem scripsit Ἀθηναῖος, ubi ego ... αῖος: neque enim de nomine constat. Vs. 5. corrige ΠΡΟΝΕΙΟΙ. In secundi et tertii anni praescriptis Osannus *Timoclidem* dedit; poterat etiam *Ergoclidem* et alia nomina. Praeterea tertii et quarti anni praescripta vitiavit, ex num. 138. Eucolum Astygitonis f. et Cephisophontem Cephisodori f. Hermensem scribas inferendo: quam rationem refutavi in Introd. §. VI. Ceterum quarti anni recensus periit: quem ex priorum annorum catalogis explere, digitorum labor inutilis est. Inde a quarto anno autem latior videtur titulus fuisse, trium litterarum spatio in sinistram excedens reliqua (cf. n. 140.); fortasse tamen inde a vs. 53. rursum unius vel plurium litterarum spatio reductiores versus erant, ut n. 141. factum videtur.

De donariis paucissima dicenda sunt, quod plurima ad n. 138. occupavi, ubi quae iisdem litteris (*a*, *b*, *c*, *d* etc.) notata sunt, ea plane eadem sunt quae in hoc titulo. Quod quum Sylloges editor non animadvertisset, in utroque titulo restituendo plurimos commisit errores: ut statim litt. *a*) primo anno apud eum plane non extat, sed pro eo articulo articulus litt. *b*) positus est. Hoc memorabile, donarium litt. *a*) in solo primo anno referri, non in reliquis: igitur patet secundo id anno absumptum esse, et tabulis expensorum inscriptum. Vs. 9. litt. *i*) spatii causa omisi vocem τούτων.

m) In hac regione ann. 1. vs. 10–13. aliquoties ΤΟΤΟΝ pro ΤΟΥΤΟΝ scriptum est: quod rarum ante Euclidem.

r) In hoc articulo desinit n. 138.

s) Supplevi ex ann. 2. vs. 29. et ann. 3. vs. 46.

t) Extat ann. 1. vs. 13. et initia etiam in ceteris annis.

u) Initium habes ann. 1. vs. 13. ΑΡΑ, hoc est ΑΡΛ, pondus ann. 2. vs. 30. et ann. 3. vs. 47.

v) Post *u*) anno 3. vs. 47. infertur: ποτήριον ἀργυροῦν, σταθμὸν τούτου ΔΔΔΔ, idemque extat ann. 2. vs. 30. sed deficientibus ponderis notis. At ann. 1. vs. 13–14. haesi, quod lacuna tantum supplementum non capit: attamen certum est ibi hoc donarium reponendum esse. Nempe quadratarius ibi aliquid omisit, probabiliter formulam σταθμὸν τούτου, quod accidit n. 141. Ex numero ponderis vs. 14. init. superest finis ͰͰ: hinc ponderi ΔΔΔΔ duae minimum drachmae addendae sunt; nec verisimile

est inter ΔΔΔΔ et ⊢⊢ alias notas intercidisse. Si una exciderit, illa necesse est fuerit Π vel ⊢.

z) Pondus intercidit anno 1. vs. 15. sed anno 2. vs. 32. integrum servatum est ΔΔΔ. Contra ann. 3. vs. 49. est ΔΔΔΔ. Nempe primum Δ mutandum in O.

aa) Nomen donarii et phialarum numerus extat ann. 2. vs. 32. eadem cum pondere supersunt ann. 3. vs. 49.

bb) Ex nomine vasis ann. 3. vs. 49. restat initium ΚΥΛ, ann. 1. vs. 16. finis ΧΣ et reliqua ἀργυρᾶ ἄσταθμος: quantilli igitur fuit haec restituere? Sed etiam talia nobis relicta sunt. Ceterum hic calix haud dubie in basi firmus stetit: igitur non appenditur.

ee) Nomen vasculi nusquam superest; sed vox ἀργυρίδες sua se probabilitate commendat, et explet lacunam. Pondus superest ann. 3. vs. 51. et ann. 2. vs. 34. ubi primum Π ex vs. 51. in H mutandum est.

ff) Ἐπέτειον anni secundi vs. 34. una est ἀργυρίς, quae redit vs. 51. Tertius annus nulla habuit ἐπέτεια: nam vs. 51. vix patitur supplementum ἐπετείων mentionem addens.

143.

Athenis in arce, in pavimento porticus templi Turcici. Marmor στοιχηδὸν scriptum. Ed. Chandl. Inscr. II, 23. p. 53.

ΝΕΟΠΟΛΙΤΑΙ	
ΠΑΡΑΧΕΡΡΟΝΕ	
ΛΙΜΝΑ·ΙΟΙ	
ΤΥΡΟΔΙΖΑ	Χ
ΔΑΡΕΙΟΝΠΑΡΑ	Δ
ΝΤΕΜΜΥΣΙΑΝ	Δ
ΡΕΙΑΠΑΡΑ	Δ
ΛΛΕΙΟΝ	Τ
ΙΑ	Χ
ΤΕΙΧΟΣ	Τ
ΥΝΔΑΚΙ	ΧΧ
	ΧΧΧ

Exemplum hoc est descriptionis (ἀναγραφῆς) tributorum a sociis solutorum, quae imperatur lege n. 75. atque aut ab Hellenotamiis facta est aut cura Areopagitarum. Et hanc quidem tabulam cur tributorum intentione ab Alcibiade potissimum Olymp. 89, 1–2. facta antiquiorem iudicem, nullam causam video: eadem non potest anno Olymp. 91, 2. recentior haberi, quo circiter anno tributa sublata sunt, constituta in eorum locum vigesima rerum exportandarum et importandarum (Oec. civ. Ath. T. I. p. 348.). Loci, qui in hoc fragmento memorantur, sunt Thraciae et Mysiae potissimum. Vs. 1. Νεοπολῖται comparent, qui sunt inter Amphipolin et Abdera; vs. 2. intellige Thracicam Chersonesum: sitne παρὰ Χερρονησιτῶν an de urbe quadam παρὰ Χερρόνησον, nescio. Vs. 3. Λιμναῖοι sunt, Milesiorum coloni prope Sestum in Chersoneso (Steph. Byz. v. Λίμναι et intt.); vs. 4. Tyrodiza Thraciae prope Serrhium (v. Steph. v. Τυρέδιζα: vetustior forma Τυρόδιζα extat etiam ap. Herodot. et notatur ex Hellanico: cf. Steph. et intt.). Vs. 5. cave de Δαρείῳ Phrygiae cogites. Vs. 6. fortasse τὴν ἀκτὴ]ν τὴν Μυσίαν vel παρὰ τῶν οἰκούντω]ν τὴν Μυσίαν legendum. Vs. 10. possis Σέρριον τεῖχος intelligere: sed vix credo. Vs. 11. coniicias πρὸς τῷ Ῥύνδακι: sed debebat Ῥυνδάκῳ esse: cetera nomina nunc non expedio. Summae sunt partim Χ, ΧΧ, ΧΧΧ, 1000, 2000, 3000 drachmae; partim Τ, talentum; partim Δ (sic correxi Oec. civ. Ath. T. I. p. 432.), decem talenta. Ceterum et ex Mysiae mentione et ex postremae summae magnitudine patet, singula haec nomina non esse omnia singularum civitatum, sed plures ut συντελεῖς iunctim pependisse tributum: qua de re monui olim (l. c. p. 444.). Quam rem duobus aliis exemplis illustravi, altero Samothraciorum, altero Rhodiorum. Nam Rhodum insulam (urbem Rhodum, Olymp. 93, 1. conditam, tum nondum fuisse satis noram ex Diodoro, omnibusque notum putabam) docui tributariam pridem fuisse (Thuc. VII, 57.); quum tamen tria illa Rhodi oppida, Lindus, Ialysus, Camirus, una tributum pependisse antea videantur, Alcibiadem ea separasse non sine causa conieci. Inde a vs. 10. litterarum series discrepat a versibus prioribus.

144.

In arce, in pavimento porticus aedis Turcicae; unde marmor pedibus detritum et lectu difficile. Olim edidit Chandlerus Inscr. II, 2. p. 40. et ipse deinde supplevi et explicui Oec. civ. Ath. tab. I. n. 2. T. II. p. 182–198. Elginus lapidem in Britanniam attulit: est ap. Viscont. n. 55. Synops. Mus. Brit. n. 159. Ibi transcripsit Osannus, qui denuo edidit Syll. I, 7. p. 33–37. Ego nunc usus sum ipsis Osanni schedis et Rosii variis lectionibus; sed hic eas solas misit, quas indicabo. Litterarum formae eae sunt quas dedi: pro Λ tamen est Λ, ut fere ubivis, ubi Λ apud nos cernitur, in Atticis inscriptionibus Λ debet intelligi. Elementa in plurimis versibus Chandlero teste sunt XLI; neque tamen in omnibus eundem litterarum numerum fuisse constat, quod ipse annotat Chandlerus.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Varietas lectionis. Vs. 2. init. Ros. ΤΕΝΔΔΕΤΑΝ. Vs. 3. Chandl. Os. ΤΙΜΕΤΟΥΤΟΝΔΑΝ: pro his Ros. ΔΕΤΟΝΤΟΚ...ΑΝ: in quo etsi τὸν τόκον commodum videtur, nihil tamen inde profeceris. Vs. 5. Chandl. ΕΔΑΝΙΣΑ: Os. ΕΔΑΝΕΙΣΑ: vs. 7. ille ΠΡΥΤΑΝΙΑΣ, hic ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ. Vs. 9.

[*Continuatur p.* 191.]

ΑΤ]ΕΛΟΙΣΤΕ. . . . . [ΣΤΡ]
.ΤΕΝΑΔΕΙΑΝΕΠΙΤΕΣΑΙΑΝΤΙΔΟΣΤΕ[ΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣ - - ΗΕΜΕΡΑΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ - - - ΧΡΥΣΙΟ
ΛΥΞΙΚΕΝΟΗΗΔΔΔΔΠΣΣΣΤΙΜΕΤΟΥΤΟΝΔΑΝ[ΕΙΣΘΕΝΤΟΝ
ΣΣΣΣΣΣΣ
ΗΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣΕΔΑΝΕΙΣΑ[ΜΕΝ - - - - ΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝΗΟΥΤΟΙΔ
ΕΕΔΟΣΑΝΑΘⅬΟΘΕΤΑΙΣΕΣΠΑΝΑΘΕΝΑΙΑΑΜΕΜΠΤΟ[Ι - - ΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝΕΠΙΤΕΣΑΙΑΝΤΙΔΟΣΤΡΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕ
ΣΕΙΚΟΣΤΕΙΗΕΜΕΡΑΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ . . . .
ΕΠΙΤΕΣΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣΤΕΤΑΡΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣΗΕ - [ΕΙΗΕΜΕΡΑΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ - - ΚΡ
ΑΤΕΙΕΥΟΝΥΜΕΙΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΣΤΡΑΤΙΟΤΑΙΣΕΤ . . . .
ΕΠΙΤΕΣΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣΟΛΔΟΕΣΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣΔΕΚΑ[ΤΕΙΗΕΜΕΡΑΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ - - ΚΡΑ
ΤΕΙΕΥΟΝΥΜΕΙΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΣΤΡΑΤΙΟΤΑΙΣΕΜ[Π . . . .
ΕΠΙΤΕΣΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣΟΛΔΟΕΣΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣΤΡΙΤΕ[ΙΚΑΙΔΕΚΑΤΕΙΗΕΜΕΡΑΙΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ - ΚΡΑΤ
ΕΙΕΥΟΝΥΜΕΙΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΗΝΘΙΗΟΥΤΟΙΔΕΔΟΣΑΙ . . . .
ΕΠΙΤΕΣΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣΟΛΔΟΕΣΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣΕΙΚΟΣ[ΤΕΙΗΕΜΕΡΑΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ - - ΚΡΑ
ΤΕΙΕΥΟΝΥΜΕΙΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟΣΙΕΣΤΑΝΑΥΣΤΑΣΕΣΣΙ . . . .
ΕΠΙΤΕΣΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣΟΛΔΟΕΣΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣΔΕΥΤΕ[ΡΑΙΚΑΙ - ΚΟΣΤΕΙΗΕΜΕΡΑΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ - ΠΑΡΕΔΡΟΙΦΙⅬΟΜΕⅬΟΙΜ
ΑΡΑΘΟΝΙΟΙΚΑΙΣΤΡΑΤΕΛΟΙΕΝΤΟΙΘΕΡΜΑΙΟΙΚΟⅬΠ[ΟΙ . . . . ΠΑΡΕ
ΔΡΟΙΦΙⅬΟΜΕⅬΟΙΜΑΡΑΘΟΝΙΟΙΚΑΙΣΤΡΑΤΕΛΟΙΕΝΕΟ[ΙΘΕΡΜΑΙΟΙΚΟⅬΠΟΙ . . . .

ΚΕΦΑⅬΑΙΟΝΑΝΑ[Ⅼ ΟΜΑΤΟΝΣΥΜΠΑΝΤΟΝΤΕΣ
ΑΡΧΕΣΗΗΗΡΤΤΤ . . . .

ultima ET et vs. 10. ultimum A omittit Os. Vs. 11. ultima littera Osanno M, Chandlero est A. Vs. 13. retinui Chandleri lectionem, nisi quod in voce HOYTOI adscivi litteras HO ex Os. pro quibus Chandl. KΘ. Quae praecedunt tres litterae, pro iis Os. NE. Vs. 17. extr. Os. ꟼΓ, Chandl. IΓ Vs. 18. Chandl. ΦΙꟼΟΜΕΛΟΙ, Os. ΦΙꟼΟΜΜΕꟼΟΙ; ibidem ultimum O omittit Os. Vs. 20. Os. HHH habet, et omittit ultimum T; sed recte idem ꟼ, pro quo Chandl. male ꟼ. Plurima, quae nunc ex ipso lapide textui immissa sunt, iam olim correxeram. In *palaeographicis* nihil memorabile; οὗτος diphthongo OY scribi, ita usitatum ante Euclidem est, ut Oec. civ. Ath. T. II. p. 201. nunquam ante Euclidem aliter scriptum esse dixerim. Quippe contrarium exemplum (n. 142.) nondum editum erat; nec vere Osannus p. 35. dixit, fefellisse me in hac re memoriam, quod allato marmore Sandwicensi docet: quasi marmor Sandwicense Euclide prius sit.

Manifesto rationes expensarum continentur a Quaestoribus Minervae factarum ex pecuniis et publicis et sacris (de sacris v. prytan. III. §. 1.); initium igitur fere fuit quale n. 147. Ἀθηναῖοι ἀνήλωσαν ἐπὶ τοῦ δεῖνα ἄρχοντος κ. τ. λ. ταμίαι ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας κ. τ. λ. Deinde desunt expensae duarum priorum prytaniarum, si quae fuerunt; item tertiae prytaniae nomen certe unum: nam vs. 2. illud, quod primum superest, in media incipit linea; et quum quadratarius singula nomina saepius a novi versus initio inceperit, non est probabile novam eum prytaniam medio coepisse versu. Ex hoc igitur articulo prima verba στρατ]ηγοῖς τε.... supersunt, et deinceps vs. 2. τὴν ἄδειαν: quam ἄδειαν l. c. p. 185. explicui de *securitate debitoribus aerarii data*, additis vocis exemplis. Ceterum recta restitutionis ratio docet in dextera perisse plus quam dimidiam partem; quod fugisse Chandlerum non mirum est: neque enim ea, quae intercidit, pars in eodem lapide perscripta erat, sed in alio iuxta apposito. Cf. Introd. Sed missis Chandleri nugis accipe quae intelligi possunt.

Pryt. III. §. 1. (2) Ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος τ[ρίτης πρυτανευούσης -- ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας, --- χρυσίου

(3) Κυζικηνοῦ HHΔΔΔΔΓΣΣΣ. τιμὴ τούτων δαν[εισθέντων

(4) ΣΣΣΣΣΣΣ

(5) Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις ἐδανείσα[μεν, ---- καὶ ξυνάρχουσιν· οὗτοι δ-

(6) ὲ ἔδοσαν ἀθλοθέταις ἐς Παναθήναια, Ἀμέμπτῳ -- [καὶ ξυνάρχουσιν.

Vs. 2. TE non potest verum esse; nam τετάρτης scribi nequit, quod quarta prytania tum Cecropidis fuit. Igitur lenissima medela scripsi TP, licet E etiam Osannus legerit, ipse tamen monens lectionem incertam esse. Pecunia est *aureorum Cyzicenorum,* quibus Athenienses etiam publice usos esse docui Oec. civ. Athen. T. I. p. 25. Σ est nota stateris; igitur agitur de summa staterum 248: septem autem illa Σ sunt stateres septem: poterat tamen etiam ΓΣΣ scribi. De nota ipsa cf. lapidem Hesselianum, quem in Asianis edam. Haec autem summa staterum Cyzicenorum 248 est quidem expensa ex aerario, sed ea condicione, ut redderetur, utque pro ea ut mutua data usurae penderentur: quae usurae annotatae sunt. Pro τόκῳ dictum est τιμή: usurae enim sunt *pretium mutui dati.* Mutuo data est haec pecunia Hellenotamiis eorumque paredris, de quibus dixi l. c. p. 193. Hi autem Athlothetis in Panathenaeorum sumptus dederunt. Nempe ea aetate Hellenotamiae ex suo aerario debebant sumptus sacris faciendis praestare: igitur quum ipsorum aerarium non sufficeret, a Quaestoribus Minervae ex iis pecuniis, quae Minervae propriae essent, mutuam acceperunt pecuniam: deorum enim opes civitati mutuo datas haud raro esse docet decretum n. 76. Contra n. 147. ipsis Athlothetis ipsi Quaestores Minervae ex annuis aerarii publici reditibus numerant pecuniam, sed ibi ex plebiscito. In fine vs. 6. putabam olim post ΠΑΝΑΘΕΝΑΙΑ latere ΤΑΜΕΛΑꟼΑ: sed diserte in marmore est ΑΜΕΜΓΤΟ. In quo cave quaeras adverbium ἀμέμπτως, quo nihil hoc loco absurdius. Haud dubium est Ἀμέμπτῳ, nomen prytanis Athlothetarum, quod post Παναθήναια demum additur, ut n. 147. saepe inter magistratus designationem (Ἑλληνοταμίαις) et nomen proprium prytanis interiecta vox est. Cf. potissimum pryt. II. Ἀθλοθέταις παρεδόθη ἐς Παναθήναια τὰ μεγάλα, Φίλωνι Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν. Ceterum, quum proximus articulus ad prytaniae diem vigesimum referatur, patet hunc aut ad eundem, aut ad priorem aliquem prytaniae diem pertinere.

Pryt. III. §. 2. (6) [Ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος τρίτης πρυτανευούση]-

(7) ς, εἰκοστῇ ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας ---

Fuisse eandem quam prius prytaniam, inde colligo quod novam prytaniam a novo versu incipit quadratarius.

Pryt. IV. (8) Ἐπὶ τῆς Κεκροπίδος τετάρτης πρυτανευούσης, ἑ -- [η ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις -- κρ-

(9) άτει Εὐωνυμεῖ καὶ ξυνάρχουσι, στρατιώταις ἐ....

Quibus numeratur, eos esse Hellenotamias, non dubium est: Hellenotamiarum enim aerarium ea aetate simul militare fuit, militarique usui hoc nomen destinatum fuisse docet additum στρατιώταις. Cf. n. 147. et in hoc titulo pryt. VIII. Ultima ET non possunt certa ratione suppleri, et T, ut olim, ita etiam nunc suspectum habeo.

Pryt. VIII. §. 1. (10) Ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ὀγδόης πρυτανευούσης, δεκά[τῃ ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις -- κρά-

(11) τει Εὐωνυμεῖ καὶ ξυνάρχουσι, στρατιώταις ἐμ [Π.. ....

EM docet additum locum esse, ubi illi milites fuerint, quibus destinata pecunia: et debebat nomen a B, Φ, Γ incipiens sequi, ut Πελοποννήσῳ vel Πύλῳ. Hoc olim perspicere non licuit, quod lectio EM nota non erat. Prytaniis V. VI. VII. nihil ex aerario Quaestorum expensum erat, nec

prytaniis IX. X. neque enim spatia admittunt, ut ex iis prytaniis aliquid inferatur. Quippe quae ex hoc aerario solvuntur, tum tantum soluta sunt, quum non sufficiebant vectigalia ordinaria; suffecisse autem haec illis, quas dixi, prytaniis videntur, quod ordinaria vectigalia plurima quarta et octava prytania solverentur a debentibus. Hoc de octava prytania vel inde constat, quod debitoribus publicis, qui usque ad nonam prytaniam non solvissent debitum, dupla pecunia pendenda fuit: unde vides octavam prytaniam legitimam fuisse debitorum solvendorum diem. Similiter in locationibus fundorum, quae a demis et tribubus fiunt, constituitur, non ut singulis mensibus, sed ut uno vel duobus anni mensibus pecunia penderetur. Neque tamen ideo nego, certa quaedam vectigalia singulis prytaniis posse soluta esse, quod de omnibus contendit C. L. Blumius Prolegg. ad Dem. Timocr. p. XXXIII.

Pryt. VIII. §. 2. (12) Ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ὀγδόης πρυτανευούσης, τρίτη [καὶ δεκάτη ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις, -κράτ-

(13) ει Εὐωνυμεῖ καὶ ξυνάρχουσι Ｈ.. οὗτοι δ' ἔδοσαν ....

Certum est supplementum τρίτη καὶ δεκάτη, coll. §. 1. et 3. Post Ἑλληνοταμίαις excidit ἐδόθη vel tale quid, ni fallor, et initium nominis .... κράτει. Summa permagna est; intemeratum mansit Ｈ, *centum talenta;* reliquae duae notae vitiatae sunt, nec possunt restitui. Tantam pecuniam quis non viderit in belli usus versam esse?

Pryt. VIII. §. 3. (14) Ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ὀγδόης πρυτανευούσης, εἰκοσ[τῇ ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας, Ἑλληνοταμίαις, -κρά-

(15) τει Εὐωνυμεῖ καὶ ξυνάρχουσι, ἐς τὰ[ς] ναῦς τὰς ἐς Σι[κελίαν ....

Vs. 15. Σ post ΤΑ omisit quadratarius. In extremo ΣΙ me iudice *Sicilia* quaerenda est: Viscontus, ut videtur, *Siphas* intelligebat. De Sicyone vel Siphno vix cogitaveris.

Pryt. VIII. §. 4. (16) Ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ὀγδόης πρυτανευούσης, δευτέ[ρᾳ καὶ -κοστῇ ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας - παρέδρῳ Φιλομήλῳ Μ-

(17) αραθωνίῳ καὶ στρατηγῷ ἐν τῷ Θερμαίῳ κόλπ[ῳ ....

Dies prytaniae aut XXII. aut XXXII. est, quod patet ex §. 3. Philomelum paredrum Hellenotamiarum supplevi ex §. 5. Hic est Marathonius: alii noti sunt Philomeli Paeanienses.

Pryt. VIII. §. 5. (17) ...... παρέ-]

(18) δρῳ Φιλομήλῳ Μαραθωνίῳ καὶ στρατηγῷ ἐν [τ]ῷ [Θερμαίῳ κόλπῳ ....

Hoc nomen videtur eodem quo prius die solutum esse; fortasse praemissa fuit formula: ἕτερον τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, vel similis.

Summa. (19) Κεφάλαιον ἀνα[λωμάτων συμπάντων τῆς

(20) ἀρχῆς ＨＨＨ𐅅ΤΤΤ....

Post τῆς fortase aliquid excidit, ut ἡμετέρας. Summa est talentorum 353 et supra.

De anno inscriptionis quum ex ipsa nihil certi constet, coniecturae locus relictus est. Igitur Viscontus in Commentt. de marm. Elgin. rettulit illam ad octavum annum belli Peloponnesiaci, ex Thucyd. IV. 89. Siphas, ut videtur, vs. 15. restituens: quae ratio probari nequit, quod illa expeditio non potuit in octavam prytaniam incidere: fuit enim initio hiemis Olymp. 89, 1. quod in tertiam fere prytaniam incidit. Mihi contra probabile visum, quum magnae in paucis prytaniis expensae factae cernantur, Siciliensis expeditionis annum aliquem intelligendum esse, non prioris, quae Olymp. 88, 2–4. fuit, sed celebris illius et infaustae Olymp. 91, 1–4. Ex quibus annis excipiendus ultimus, quod Siculum bellum ipso Metagitnione, secundo mense, clade Demosthenis terminatum est; nec ex Olymp. 91, 1. vel 2. titulum commode explicari posse olim iam monui. Sed Olymp. 91, 3. Athenienses pecuniae inopia laborabant (Thucyd. VII, 29.): quo magis consentaneum, eo anno ex sacris pecuniis eam, quae in nostra inscriptione refertur, summam Hellenotamiis mutuam datam esse: et possunt eo anno assumpto singula, quae bellico usui destinata fuerunt, nomina satis apte explicari. Is annus secundum Metonis cyclum, quem tum Athenis receptum fuisse mihi cum Idelero persuasi, intercalaris est, incidunt que dies pecuniarum solutarum in ea tempora, quae rebus eius anni a Thucydide narratis bene conveniant. Nam quod vs. 1. aliquid Praetoribus datum memoratur ante diem XX. tertiae prytaniae, id aut Siciliensi exercitui missum esse potest Niciae rogatu, qui hiemis initio Atheniensium opem imploraverat (Thucyd. VII, 10.), aut Euetioni Amphipolin oppugnanti (ib. 9.). Iam vero circa solstitium hibernum magna missa expeditio est (Thucyd. VII, 16. 17. Diod. XIII, 8.): cui parandae ea potuerunt inservire, quae pryt. IV. in militum usum erogata sunt: solstitium hibernum enim in quintam prytaniam incidit. Expensas pryt. VIII. §. 1. rettuleris ad Pyli praesidiarios; cf. n. 147. pryt. III. Sed vere eius anni triginta naves in Peloponnesum, navesque et hoplitae atque argentum armaque et tormenta in Siciliam mittuntur (Thucyd. VII, 17. 20.): in quod tempus incidit octava prytania, in qua §. 2. plus quam centum talenta simul numerata sunt, et alia pecunia in naves τὰς ἐς Σι...... quod expleo Σικελίαν. Pecunia quanta in Siciliam tum missa sit, non traditur: attamen quum Diodorus Eurymedontem 140 talenta attulisse dicat (XIII, 8.), Thucydides autem eidem nonnisi viginti talenta data narret (VII, 16.); quid obest quominus dicamus, Demosthenem, qui Eurymedontis collega fuit, et qui vere eius anni cum magna illa expeditione in Siciliam missus est, 120 talenta secum apportasse? Quod satis accurate convenit expensis pryt. VIII, §. 2. Postremo pryt. VIII. §. 4. 5. non incommode rettuleris ad Euetionem, qui sese ex obsidione Amphipolitana hieme facile potest in Thermaeum sinum recepisse.

Ceterum quum olim putassem, hoc in titulo disertis verbis ἐς Παναθήναια τὰ μεγάλα commemorata esse magna Panathenaea, quae tertio cuius-

que Olympiadis anno celebrabantur, hoc quoque calculis nostris convenire notavi. Iam missa illa de magnis Panathenaeis coniectura nondum tamen mitto meam de anno inscriptionis sententiam, licet eam non magis quam olim certam putem. Nihilo quidem incertiorem fecit Osanni disputatio, qui quod *Panathenaea* simpliciter memorata sunt, necessario contendit *minora* intelligi debere; maiora autem quum eodem mense celebrata sint, mirum fore, si tantum ad minora celebranda sumptus praebiti essent; igitur non posse hunc titulum ad magnorum Panathenaeorum annum, Olympiadis tertium, referri, sed primum potius alicuius Olympiadis annum intelligendum esse. Cur obsecro primum potissimum, si non tertium? Supersunt enim secundus et quartus. Atque ut concedamus, Panathenaea in hac inscriptione posse minora esse, unde tandem constat, maiora Panathenaea in hoc titulo non memorata fuisse, quum pecunia in ea erogata potuerit vs. 7. perscripta esse? Accedit, quod haec pecunia Athlothetis post sumptus pridem factos numeratur, ut num. 147. pryt. II. nam Panathenaea utraque in prima aguntur prytania, quum pecunia in tertia numerata sit: quid igitur obest, quominus ea pecunia, quae in magna Panathenaea erogata erat, iisdem Athlothetis iam prius, exempli causa ut num. 147. in secunda prytania, numerata sit? Vides Osanni argumenta labascere undequaque. Qui sibi praeterea adeo non constat, ut n. 76. Panathenaea simpliciter dicta postulet maiora esse, et tamen neget maiora intelligi posse, ubi non additum sit *τὰ μεγάλα*. Et quis tandem credet, Panathenaea simpliciter nominata non posse maiora esse? Anne igitur etiam *Mysteria* et *Dionysia*, nisi addatur *τὰ μεγάλα*, semper erunt *parva?* Immo constat Dionysia magna omnibus fere locis intelligi, ubi simpliciter Dionysia nominentur. Et certe Pollux VIII, 93. utraque Panathenaea simpliciter *Παναθήναια* vocat, ubi de decem Athlothetis, quos constat utraque curasse: *δοκιμασθέντες δὲ ἄρχουσι τέσσαρα ἔτη ἐπὶ τῷ διαθεῖναι τὰ Παναθήναια, τόν τε μουσικὸν καὶ τὸν γυμνικὸν (ἀγῶνα) καὶ τὴν ἱπποδρομίαν.* Nempe, ut repetam quod ad n. 76. monui, Panathenaea simpliciter et minora et maiora dicuntur, prout quoque anno aguntur, et *μικρὰ* aut *μεγάλα* non additur, nisi aut altera ab alteris distinguere velis aut loqui accuratissime, quod n. 147. pryt. II. scribae placuit. Nec mihi certum est, tertio Olympiadis anno minora Panathenaea a maioribus separatim celebrata esse, sed si modo celebrabantur, nihil nisi maiorum *παρασκευὴν* ea fuisse dixerim. Quo minus necessarium erat, si de Panathenaeis magnis tertio Olympiadis anno dicebatur, addi illud *τὰ μεγάλα*.

145.

Lapis Musei Britannici Synops. n. 200. Hic titulus est in ampliori latere; in angustiori est n. 146. Utrumque latus edidit Osann. Syll. I, 8. p. 38–49. Ego ex Osannianis et Rosianis schedis hanc partem edo: fragmenta duo ex spurco Fourmonti apographo, in quo separata sunt, edidi Oec. civ. Ath. tab. II. n. 5. 6. et quantum fieri potuit commentatus sum T. II. p. 210–213.

[*Textum vide p.* 210. 211. *interpositum.*]

Varietas lectionis. Pro N Ros. ut plurimum Ν habet, quod vel in marmoribus Olymp. 100. scriptis observavi; v. ad n. 87. Vs. 1. omissus est ap. Ros. Vs. 3. prima littera Osanno est Σ, Rosio E; ibidem pro H Ros. N. Vs. 4. primum Γ, vs. 5. ultimum A omittit Ros. Vs. 7. pro primo Ͱ Ros. I. Vs. 12. ͰA addidi ex Ros. item vs. 13. primam notam, quae tamen ut incerta notatur. Vs. 15. pro ultimo ap. Osann. M dedi ex Ros. N. Post vs. 16. lapis fractus est; vs. 17. ex quo unum T superest, omittitur ab Os. In eiusdem apographo ΓAP (vs. 18.) est sub KEΦ (vs. 16.): mea dispositio ex Rosii apographo petita est. Vs. 18. incipit Fourmontianum fragmentum V. in quo vs. 18. tantum ΓO habetur. Vs. 19. init. Fourm. HM....IYOI, et in fine ut Os. ITAMIOI, in quo Ros. primum I omittit. Vs. 20. Ros. nihil nisi in fine Y.EIE: Os. ipse litteras M, KO et T ut incertas notavit: Fourm. omittit hunc versum. Vs. 21. ex Os. et Ros. a me datur: Fourm. vitiavit lectionem, sed vestigia tamen Osannianae servat. Vs. 22. Ros. pro ͰͰͰͰ nihil nisi N; Fourmontus pro eodem nihil nisi HI. Vs. 23. Ros. Os. HEΛΛENOΣ; Fourm. HEΛΛENOT: idem init. Y pro T. Vs. 24. Ros. Fourm. omittunt primum E; ibid. Ros. AΛKYΛEEKAΛYP. Vs. 25. init. Ros. H, Os. Ͱ In fine dimidiatum O ex Ros. addidi. Fourmontus initio habet ΔΔΔHHE etc. Vs. 26. 27. ubi ex Ros. 𐅅 dedi, Os. habet H; Fourm. priore loco Γ habet, et omittit versum 27. In fine vs. 26. Ros. coniunctim habet III. Vs. 28. Ros. EΓETEO, Fourm. ENETEIO, uterque omisso TO. Vs. 29. IΓΓOΘ omittitur ap. Fourm. Vs. 30. TOI omittitur ap. Ros. TO ap. Fourm. Vs. 31. Ros. omittit primum E; in ceteris consentit cum Os. Sed Fourm. habet OMEΛAΓONTOE. Vs. 32. extr. Os. et Fourm. AΔ, Ros. ΔΔ: praecedentia ap. Fourm. confusa sunt, ut alia plura, servat tamen numerum HΓ. Vs. 33. init. Ros. ΣYTOIX; X omittitur apud ceteros. Vs. 35. litteras AIΓ ex Fourm. addidi, et P ex eodem ac Ros. Littera O deest ap. Fourm. sine nota lacunae, neque in fine habet A. Hoc loco desinit Fourmonti fragmentum V. Vs. 36. extr. Os. N...Γ, Ros. NEMΓ. Vs. 37. incipit Fourmonti fragmentum VI. in quo ultima EY omittuntur: Ros. omittit litteras EΓIΣEYO; et EYO Osanno ut incertum notatur. Vs. 38. vitiosus ap. Fourm. Vs. 39. Os. ΘOIΣOΓPEIOIΣ, ultima littera ut incerta notata, Ros. .OIKOΓPEOIA, Fourm. .OIKOΠPE.OY, unde meam lectionem composui. Vs. 40. Fourm. Os. TTT, Ros. ͰͰͰ minus bene. Ibidem X additum ex Fourm. qui primum M omittit. Vs. 41. Os. ΣE.TT.ETT, Ros. pro his YEI...ETT; unde addidi I. Fourmontus integrum versum omisit. Post vs. 41. ab Os. in schedis novem versus deesse dicun-

 [*Continuatur p.* 212.]

T
EΠ]ITEΣEL[EXΘEIΔOΣΠP
YTANEIAΣ - - - - - - - - - EKTOEΠ]ETEIOHOAYTOI[XΣYNE
LEXΣAMEN - - - - - - - - - EΣΠELO]ΠONNEΣONAPΛYPIOI.
- - - - - - - - - EKTON..........H]ONΠAPELABOMENΠAPA
TONΠPOTEPONTAMION - - - - - - - EKTONEΣTAΣTPI]EPEΣHONΠAPEΛABO[ME
NΠAPATONΠPOTEPONTAMION - - - - - - - E]⊢TONEΠETEIONHONA[Y
TOIXΣYNELEXΣAMEN - - - - - - - EKT]ONEΠETEIONAYTOIHO[N
XΣYNELEXΣAMEN - - - - - - - - EΣΠE]LOΠONNEΣONXPYΣIOK[YΞ
IKENO - - - - - - - - - - EΠITEΣ]OINEIΔOΣΠPYTANEIA[Σ.
TOIA]LOΠEKEEIEΠIKOPOI...
LAΣIOIHEPMOAΠOΠPY[TAN
ϜEKTOΠAPΘENONOΣAP[ΛYP
IO - - - - - - - - - - XPY]ΣIOHOHOIXΣYMMAXO[IEΣE
NENOXAΣI] - - - - - - - - - - TXXXXAΘENAIAΣN[IKEΣ
XΣYM]ΠANKEΦALAI[ON.....
T.....
ΠOLY...
EKTON..........HONΠAPELABOMEN]ΠAP[ATONΠPOTEPO]ITAMIOI..
- - - - - - - - - - - - - MOIEKO..E.EYTEIE...
EKTON..........HONΠAPELABOMENΠAPATONΠPOTE]PONTAMIONΣTAΘMONTO[YTO
⊢⊢⊢⊢TOYTOEΔOΘEΠEPI...
EΠITEΣ.....IΔOΣΠPY]TANEYOΣEΣHELLENOT[AMIA
IΣ] - - - - - - - - - - - - EIAΛKYLEEIAPΛYPI[O..
- - - - - - - - - - - - - H.ΔΔΔΔ⊢⊢IIHETEPC[NTOI
ΣAYTOIΣHELLENOTAMIAIΣ] - - - - - - AΣTAΘMONXΓHET[EPON
TOIΣAYTOIΣHELLENOTAMIAIΣ] - - - - - - ΣTAΘMONΓHHHΠ⊢⊢II....
EK]TOEΠETEIOHOAYTOIX[ΣYN
ELEXΣAMEN - - - - - - - - - EΠITEΣH]IΠΠOΘONTIΔOΣΠPYTA[NEY
OΣEΣ] - - - - - - - - - - - TOIALOΠEKEEIΠOLY...
EMEΛAΠONTOΣ...
EKTOEΠETEIOHOAYTOIXΣYN]EΔEXΣAMENHΠΔΔ...

ΕΚΤΟΕΠΕΤΕΙΟΗΟΑ]ΥΤΟΙΧΣΥΝΕ[L ΕΧΣΑ
ΜΕΝ] - - - - - - - - - - - - - ΕΣΑΡΛΥΡΙΟΝ.....
- - - - - - - - - - - - - ΚΑΙΠΕΡΙΠΟLΙΣΙ.Α....
ΠΑΡΕΔΟΜΕΝΕΜΠ[ΟLΕΙ...
ΑΡΛΥΡΙΟΝΕΠΙΣΕΥΟ[Ν....
ΚΑΙΚΑΤ]ΑΛΕΝΚΑΙΚΑΤΑΘ[ΑLΑΤΤΑΝ.
ΘΟΙΚΟΠΡΕΙΟΙΑ........
- - - - - - ΕΚΤΟΕΠΕΤΕΙΟΗΟΑΥΤΟΙΧΣΥΝΕLΕΧΣΑ]ΜΕΝΔΔΔΤΤΤΧ........
ΣΕΙΤΤ.ΕΤΤ.........
....
....
....
- - - - - - - - - - - - - ....ΟΑ...
.....ΣΤΑ]ΟΜΟ[Ν.
....
........ΡΙ...
......ΟΝ.....
- - - - - - - - - - ΠΑΡΕLΑΒΟΜΕΝΠ]ΑΡΑ[ΤΟΝ]ΠΡΟΤ[ΕΡΟΝΤΑΜ
ΙΟΝ - - - - - - - ΠΑΡΕLΑΒΟΜΕΝΠΑΡΑΤΟΝΠ]ΡΟΙ[ΕΡΟΝΤ]ΑΜΙΟΙ.....
Ε.....ΕΕ.ΕΔΑΝΟ...
Π]ΑΡΕLΑΒΟ[ΜΕΝΠΑ]Ε[Α]ΡΟΝΠΡΟ[ΤΕΡΟΝ
ΤΑΜΙΟΝ] - - - - - - - - - ΔΕΚΑΣΤ[ΑΘΜ]Ο[Ν.ΧΡΥΣ]ΙΟΦΟΟ[ΙΔΑΣ.
- - - - - - - - - - ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥ]ΤΟΝΙΠΗΙΙΗΗΠΔ.ΑΙΑΥΡΙΟ.....
ΙΟΝΑΣ]Ε[ΜΟ]ΝΚΑΙΕΠΙΣΕΙ[ΟΝΗΟΠΑ]ΡΕΙ[ΑΒ
ΟΜΕΝΠΑΡΑΤΟΝΠΡΟΤΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ - - - Π]ΑΡΕLΑΒΟΜΕΝΠΑΡΑΤΟΜΠΡΟΤΕ[ΡΟ
ΝΤΑΜΙΟΝ - - - - - - - - - Χ]ΡΥΣΙΟΣΤΑΤΕΡΑΣΗΟΣΠΑΡΕL[ΑΒ
ΟΜΕΝΠΑΡΑΤΟΝΠΡΟΤΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝΣΤΑΘΜΟΝΗΕLΚΟΝΤΑΣ- - ΕΚΤΟΕΠΕΤΕΙΟΗ]ΟΑΥΤΟΙ[Χ]ΣΥΝΕLΕΧΣΑΜΕΝΑ[ΡΛ
ΥΡΙΟ - - - - - - ΕΚΤΟΕΠΕΤΕΙΟΗΟΑΥΤΟΙΧΣΥ]ΝΕLΕΧΣΑΜΕΝΗΔΔΔΔΑΡΛΥΡ[ΙΟ
ΣΤΑΤΕΡΑΣΑΙΛΙΝΑ]ΙΟΣΣΤΑΘΜΟΝΗΕLΚΟΝΤΑΣ..
ΕΚΤΟΕΠΕΤΕ]ΙΟΗΟΑΥΤΟΙΧΣΥΝΕLΕΧΣΑ[ΜΕ
Ν - - - - - - - - - - ΚΕ]ΟΑΙΑΤ[ΟΝΧ]ΡΥΣΙΟΚΑΙΑΙ[ΛΥ
ΡΙΟ - - - - - - - ΚΕΦΑLΑΙΟΝΧΡΥΣΙΟ]ΚΑΙΑΡ[ΛΥΡΙΟ..........

tur, in Rosianis tantum octo; et ex his vs. 45. 46. paucas litteras addidi. Fourmontus lacunam plane non annotavit, sed ante vs. 50. habet duos alios, in quibus nihil est nisi PI et ON. Quae ne perirent, interposui vs. 48. 49. neque enim probabile est ea post vs. 41. ab illo lecta esse, quum eum ipsum versum iam omittat. Vs. 50 sqq. Osanni apographum paulo perturbatius est; id correxi ex Fourm. et Ros. qui plurimis locis inter se consentiunt, nisi quod in finibus versuum locis aliquot Fourmontus plura legere potuit, quae posthac evanuerunt, contra vero in initiis pleraque omisit. Vs. 50. initio retinui Osanni ΑΡΛ, pro quo Ros. ΑΡ, Fourm. nihil: ex Fourm. autem solo addidi ΓΡΟΤ, quamquam hic id paulo ad sinistram remotius offert: nam in locis litterarum designandis negligentissimus est. Ros. eo fere loco, ubi hoc posui, solum O offert ex ΓΡΟΤ residuum, Os. nihil. Vs. 51. init. Os. ΓΟΙ, ultima littera ut incerta notata; Ros. solum O habet suo loco positum. Quarto post I spatio Os. praebet litteram O, quae irrepsit ex vs. 50. ubi eam Ros. et Fourm. habent. Eiusdem loco vs. 51. sed in ea sede, ubi Rosianae schedae habent, reposui ΑΜΙΟΙ, quod Os. vs. 52. habet: id enim vs. 51. ponendum esse docet apographorum Rosiani et Fourmontiani consensus, quorum illud ibi ΜΙΟ, hoc ΟΑΜΙΟ offert. Vs. 52. Ros. solum primum E cum Os. habet: post id solus Os. praebet haec: ...ΑΜΙΟΙ, quod ex superiore versu huc transtulit. Reposui, quod ibi Fourm. praebet, ΕΕ . ΕΔΑΝΟ, in quo numeri latent. Vs. 53. init. Ros. et Os. ΑΡΕΛΑΒΟ, quod Fourm. omittit; proximum E omittunt Fourm. et Ros., habet solus Os. Post id Os. habet ..ΓΟ, quod uno spatio ad E propius admovi. Rosius omittit litteram Γ, sed eo quo posui loco habet ON, et Fourm. paulo ad sinistram propius ΟΝΓΡΟ: igitur addidi ΝΓΡΟ, quod hoc versu Os. omittit. Vs. 54. init. Os. ΔΕΚΑΣΤ, Ros. ΔΕΚΑΣ, Fourm. nihil; post haec Osannus: ...Ο..ΟΝΝ, ex quibus nihil ap. Fourm. et Ros. Retinui tamen illud separatum O: sed litteras ΟΝΝ Os. ex prioris versus litteris ΟΝΓ falso huc transtulit. Consensu Fourm. et Ros. aliud habent, quod Osannus rursum in vs. seq. reiecit. Nam Fourm. ibi habet ΙΦΟΟ, Ros. ΟΦΟΟ; Os. (vs. seq.) ΙΟΦΟΟ. Hoc ut plenius reposui, sed eo loco, ubi Fourm. et Ros. repraesentant. Vs. 55. init. Os. ΤΟΜΛ, Ros. rectius ΤΟΝΙ, Fourm. nihil. Reliqua versus pars apud Ros. vacua est; sed Fourm. quattuordecim litteras praebet, quas addidi; neque enim illae, quae Osanni sententia est, aliunde illatae sunt; contra Osannus ipse ex antecedente versu perperam intulit litteras ΙΟΦΟΟ, de quibus paulo ante dixi. Ceterum illas quattuordecim litteras ita posui, ut super iis versus sequentis elementis sitae sint, super quibus sunt in apogr. Fourm. quum ille versus melius servatus sit: si cum priore versu comparentur, alio loco positae sunt; nam ΗΗΓΔ est apud illum sub praecedentis versus litteris ΙΦΟΟ, aberrantibus ob praecedentis versus lacunas oculis, ut videtur. Vs. 56. primum E omittit Fourm. deinde N dedi ex solo Fourm. et litteras ΚΑΙΕ ex Ros. et Fourm. et proximum Σ ultimumque ante lacunam I ex solo Fourm. postremo post lacunam ex Fourm. et Ros. litteras ΡΕΙ, sed eo loco, ubi habet Ros. Nam Fourmonto est sub ΙΟ. praecedentis versus. Haec omnia omisit Os. Vs. 57. primum A ex Ros. addidi: Fourm. legit: ΛΙΒΟΜΕΙ..ΓΑΡΑΙΟ...ΡΟΙ. Idem vs. 58. ΛΙΟΣΤΑΡΑΣΗΟΣΓΑΡΕΙ, et vs. 59. omissis ab initio ceteris ΙΤΟΙΙΣΥΝΕΙΕΧ etc. Vs. 60. primum N omittit Fourm. Mox ubi ex Ros. H dedi, Fourm. et Os. habent Ͱ; Fourm. omittit unum Δ. Vs. 61. pro ΗΕΛΚΟΝΤΑΣ Fourm. ΗΣ ΚΟΙΤΑΣ, quae me lectio olim delusit, et vs. 62. litteras ΤΟ vocis ΑΥΤΟΙ in lacuna omittit, item ultimas ΣΑ. Vs. 63. Os. ΙΑΤΕ..ΔΡΥΣΙΟΚΑΙΑΙ, Ros. ΙΑΤ . . . ΡΥΣΙΟΚΑΙΑ, Fourm. ΟΑΙΑΤ . . . ΡΥΣΟ. Itaque delevi apographi Osanniani elementa E et Δ, quas nec Ros. nec Fourm. agnoscit; atque initio ex Fourm. praefixi litteras ΟΑ. Vs. ult. a solo Fourm. servatus est.

Continentur rationes expensarum a Quaestoribus Minervae factarum, maxime opinor ex Opisthodomi opibus; ibi enim aerarium publicum (v. Introd. §. III.); aliquid tamen ex ipso Parthenone desumptum fuisse docet vs. 13. Esse autem expensas potissimum pecunias, non acceptas, inde liquet, quod aliquoties (vs. 22. 23. 4. 9.) et quibus datum sit et in quem usum, annotatur: nec formula ἐκ τοῦ Παρθενῶνος (vs. 13.) acceptae pecuniae rationibus convenit: obiter tantum, unde fluxerit pecunia expensa, notatur. Neque vero traditarum a praecedentibus Quaestoribus opum descriptio esse potest; nam traditae res non possunt secundum prytanias describi: hoc quoque obiter tantum annotatur, ex traditis quaedam numerata esse, sed alia ex iis, quae anni Quaestores aerario intulerint. Plurima autem Hellenotamiis, qui soli in hoc fragmento nominantur, in usum belli et sacrorum numerata videntur (cf. n. 147. et Oec. civ. Ath. T. I. p. 193.). Notatio originis pecuniarum, quae n. 147. tantum initio reperitur, hoc in lapide multiplex est: alia dicuntur ἐκ τοῦ Παρθενῶνος esse, alia aliunde fuerunt: permulta sunt ex iis, quae a prioribus Quaestoribus tradita erant (ἐξ ὧν παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν), permulta ex annuis, quae ipsi collegerant, (ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν). Formula enim neutralis est ἐκ τοῦ ἐπετείου s. ἐκ τῶν ἐπετείων. Praepositionem ἐκ suppeditat n. 147. eamque omnibus locis supplevi. Neutralem autem dictionem esse ne dubita: nam quod nobis ex hoc marmore ὁ ἐπέτειος sc. φόρος fingitur, non est quod refutemus. Ceterum inde a vs. 34. circiter, similiterque in titulo n. 146. summae generales expensorum, et fortasse acceptorum vel a prioribus Quaestoribus vel ab iis, qui reipublicae debebant, proponuntur; postremo in fine annotatum videtur, quantum pecuniarum, quum non consumptum sit, anni huius Quaestores tradiderint successoribus.

Rationes Quaestorum Minervae annuas fuisse, satis supra monuisse nobis videmur: attamen tabulae cimeliorum traditorum quaternos complectuntur annos, supra adscripta generali formula: Τάδε παρέδοσαν αἱ τέτταρες ἀρχαὶ, αἳ ἐδίδοσαν τὸν λόγον ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια. Et commode hoc ita institutum est, ut rerum earum, quae servatae essent, quae novae accessissent, quae absumptae essent, ratio per integrum quadriennium Panathenaicum perspici posset. Sed in expensarum tabulis nulla causa fuit, quare quaterni anni singulis coniungerentur tabulis; neque id factum esse, docet n. 147. Qui lapis quum penteteridem quaestoriam Olymp. 92, 3 - 93, 2. incipiat, si singulis titulis quaterni anni comprehensi essent, deberet initio generali formula instructus esse, qua eius quadriennii fieret mentio: sed unius tantum anni mentio fit. Itaque in nostro quoque titulo noli plurium annorum rationes quaerere. Quod fecit Osannus, de cuius sententia pauca moneo. Etenim ille hunc titulum explicans pro fundamento ponit tribuum ordinem fixum, ex quo sibi succedunt *Erechtheis, Aegeis, Pandionis, Leontis, Acamantis, Oeneis, Cecropis, Hippothontis, Aeantis, Antiochis;* atque ex hoc ordine tituli huius prytanias iudicat. Nam quum vs. 9. *Oeneidis* prytania memoretur, inde iam colligit, praecessisse *Acamantidem;* ante hanc intercidisse quattuor prytanias, *Erechtheidis, Aegeidis, Pandionidis, Leontidis.* Iam vero quum vs. 16. lapis fractus sit, quaerit num duo haec fragmina recte coniuncta sint, et ex fabricae similitudine colligens eiusdem has tituli partes esse, tamen negat fragmenta haec continuari posse, integrique anni intervallum inter utrumque intercedere pronunciat. Quippe vs. 16. *Oeneidis* prytaniam finiri; cui succedere ex ordine debeat *Cecropis* et deinceps *Hippothontis.* Atqui vs. 29. comparere Hippothontidem, et vs. 23. aliam nominatam prytaniam fuisse, quae esse debeat *Cecropidis;* igitur quae post vs. 16. usque ad vs. 22. hoc est post *Oeneidem* desinentem et ante *Cecropidem* incipientem leguntur, non habere quo referantur. Itaque post vs. 16. in lapidis fractura intercidisse integrum annum, a *Cecropide prioris anni* usque ad *sequentis anni Oeneidem,* ita ut vs. 17. incipiat *alius anni Oeneis.* Postremo vs. 34. esse finem *Hippothontidis;* post quem versum tot superesse versus, ut ii duabus reliquis prytaniis *Aeantidis* et *Antiochidis* expleri non potuerint: itaque tertium quoque annum in hoc titulo inscriptum fuisse. Nunc paucis accipe, quare haec omnia vana sint. Nam primum post vs. 34. ullas novas expensas notatas esse non constat; deinde vs. 23. novam prytaniam incipere unde tandem scias? Potuit prior continuari, repetito prytaniae nomine, ut fit n. 144. Sed quid in his rebus commoror? Nempe universae editoris rationes falso fundamento nituntur, qui quidem putaverit prytaniarum ordinem ex tribuum ordine fixo constitui, et ignoraverit prytanias tribubus quotannis alias sorte distribui, quod Corsinus aliique dudum docuerunt. Ita uno ictu concidunt omnia, quae ex prytaniarum ordine collecta sunt. Denique in universo titulo nihil quidquam inest, unde eum plures annos complecti pateat; neque ulla est causa, quare in fractura partem lapidis perisse putemus. Immo quis aut Elginum aut Musei Britannici praefectos tam fuisse absurdos putaverit, ut fragmina haec componerent, nisi commissuram agnossent?

Iam hoc titulo ad unum annum revocato, quis ille annus fuerit, quaerendum est. Et primum quidem, ut a certis exordiar, non est is annus Olymp. 92, 3. quem Osannus parti huius tituli tribuit. Etenim hic p. 40. titulum ad Euclidis magistratum proxime accedere ex scriptura TOYTO colligit, qua nihil plane demonstratur; ipsum autem annum Olymp. 92, 3. ideo eligit, quod vs. 11. et 30. Phalanthum Alopecensem et vs. 22. Periclem Cholargensem Hellenotamias reperit, qui eo munere Olymp. 92, 3. functi sunt; deinde ponit etiam hoc, tituli huius anno Panathenaea maiora celebrata esse, quae Olymp. 92, 3. celebrata sunt. Sed de Panathenaeis nihil huic titulo inest, nec ulla alia ex causa, nisi ex praecepta opinione, maiora Panathenaea celebrata eo anno dicuntur, ad quem pars tituli referenda sit. Neque illi Hellenotamiae certi sunt; nec si certi essent, Sylloges editor sibi constaret. Nam quum ex illius sententia vs. 11. sit alius anni atque vs. 22. et 30. et tamen utroque loco illos Hellenotamias agnoscat; uterque annus erit Olymp. 92, 3. Sed quomodo duo anni possunt unus esse? Praeterea si hic titulus aut universus aut ex parte ad Olymp. 92, 3. pertineret, prytaniarum series convenire debebat; quae docente n. 147. illo anno haec fuit: *Aeantidis, Aegeidis, Oeneidis, Acamantidis, Cecropidis, Leontidis, Antiochidis, Hippothontidis, Erechtheidis, Pandionidis.* Sed in nostro titulo vs. 1. haud dubia vestigia sunt *Erechtheidis,* post quam est *Oeneis,* contra quam Olymp. 92, 3. Itaque neque universus titulus eius anni est nec prima pars: quodsi prima pars non eius anni est, multo minus possent reliquae partes esse, etiamsi plures hoc titulo anni continerentur. Nam si plurium hic titulus annorum esset, deberet penteteridem quaestoriam complecti, cuius primus annus est Olympiadis tertius: igitur non posset nisi prima pars in Olymp. 92, 3. incidere. Postremo rationes expensarum anni Olymp. 92, 3. perscriptae sunt n. 147. quomodo igitur n. 145. easdem rationes continere potest? Sed dixeris n. 147. alias eiusdem anni expensas esse ac n. 145. At n. 147. eae perscriptae sunt, quae sunt ἐκ τοῦ ἐπετείου factae: et magna pars nominum n. 145. scriptorum indidem numerata est. Igitur non potest uterque titulus eiusdem anni esse, nisi forte alia ἐπέτεια fuerint. Et video Osannum p. 44. has n. 145. factas expensas ἐκ τοῦ ἐπετείου τῶν ξυμμάχων numeratas dicere, quae verba in tituli fronte posita fuisse coniicit. Verum ea formula prorsus inaudita et sine ulla causa conficta est, eoque minus apta huius inscriptionis fronti, quod permulta non ex ἐπε-

τείοις, sed ex iis numerata sunt, quae a prioribus Quaestoribus tradita erant: atque ut illa formula concedatur, tamen ista ἐπέτεια τῶν ξυμμάχων illis n. 147. ἐπετείοις simpliciter nominatis debebant comprehensa esse; ut videas nullo modo utrumque hunc titulum eiusdem posse anni esse. Alius igitur annus quaerendus erit. Et primum ex coniectura vs. 6. proposita, quam certam iudico, colligo titulum non priorem anno Olymp. 92, 1. esse. Nec facile potest in Olymp. 92, 4–93, 3. referri. Nam in annum Olymp. 92, 4. maxime probabile est incidere titulum n. 148.; ex reliquis tribus annis duos absumit titulus n. 149. qui uterque horum Quaestorum expensas continet. Et titulus n. 149. tot rebus differt ab hoc n. 145. ut probabile non sit uno illos anno distare. Nam ne de palaeographicis dicam, in quibus vel eiusdem anni inscriptiones pro scribarum cultu et more differre possunt, alia prorsus rationum forma est, quae quo recentiores tituli sunt, eo videntur accuratiores et prolixiores fieri. Ut n. 148. 149. una cum prytaniae die mensis dies notantur, quod nondum fit n. 144. et 147. (Olymp. 92, 3.), nec videtur n. 145. factum esse, quum ne prytaniae quidem dies notatus sit vs. 23. ubi de hac re certa ratione iudicari potest: ceteros locos et lacunarum causa omitto, et quod in iis non constat, utrum de nomine singillatim numerato dicatur, an de summa prytaniae generali. Praeterea ξὺν in hoc titulo constanter scribitur, quod iam n. 147. (Olymp. 92, 3.) tantum non prorsus obsolevit, nec n. 148. usquam comparet. Itaque n. 145. omnino antiquior annis Olymp. 92, 3-93, 3. iudicandus est, nec quidquam relinquitur, nisi ut n. 145. et 146. qui plane eiusdem formae et aetatis sunt, atque continui esse videntur, in annis Olymp. 92, 1. et 92, 2. ponantur. Sic n. 145. ad Olymp. 92, 1. referendus, et n. 146. ad Olymp. 92, 2. Ceterum n. 145. aliquot in Peloponnesum expeditiones memorantur, tenentibus tum Atheniensibus Pylum, quae Olymp. 92, 3. demum amissa est (v. Haackium l. c. ad n. 147. pryt. IX.). Quodsi Olymp. 91, 4. socii defecerunt, a quibus aliquid collatum esse dicitur, nolim huic rei multum tribuas. Socii enim in solo vs. 14. memorantur, ubi si verum Osanni supplementum est (et videtur verum esse), χρυσίου, οὗ οἱ ξύμμαχοι ἐσενηνόχασι, non potest ea pecunia in ἐπετείοις censeri. Nam summa illa generalis est expensi ex tributis sociorum, quae inde ab Olymp. 91, 2. in vectigal vigesimae mutata sunt (Oec. civ. Ath. T. I. p. 348.): igitur id aurum debet prius collatum a sociis esse. Vigesimae enim vectigal non potest *a sociis collatum* dici, quippe quod a publicanis, qui in sociorum terris constituti ab Atheniensibus sunt, penderetur civitati. Debebat igitur potius dici ἐκ τῆς εἰκοστῆς vel simile. Quod superest, qui illo anno prytaniarum ordo fuerit, non plane constat; remanent enim haec sola tribuum nomina, hoc ordine: *Erechtheis*, *Oeneis*, post quam vs. 17. nova prytania incipit, postremo *Hippothontis*. Inter has potuerunt aliae prytaniae interpositae fuisse: sed de hac re non liquet. Illud tamen certum videtur, initio perisse permulta, quae in lapide superius apposito perscripta erant.

In dextero lapidis angulo alia apposita inscriptio est, quam edidi n. 146. Igitur ad dexteram non multa perierunt, et quae supplenda sunt, debent in sinistram addi, ut factum vides. Illum autem titulum in dextero angulo esse, Rosianae schedae annotatum habent: eum angulum Osannus sinistrum dicit, ut anceps est harum vocum potestas: sed illum non alium intelligere, quam quem nos dexterum dicimus, inde patet, quod ipse quae n. 145. perierunt, in dexteram supplenda dicit, et tamen supplementa in sinistra apposuit (p. 42.), dexterum dicens quod nos sinistrum vocamus et vicissim (cf. p. 39.). Ceterum non dubito in sinistra lapidem alium fuisse appositum; unde tot litterae ibi perierunt. Tanta enim tituli latitudo fuit, ut nusquam fere versus versui connecti possit: vs. 56–59. tamen formularum ratio docet latitudinem esse fere eam, quam designavi.

Vs. 2. haud dubie *Erechtheis* commemoratur: EL superest ex EP: alia prytania inferri nequit nisi Erechtheidis, si servare traditam lectionem velis. Sylloges editor quae de hoc versu iisque, quae initio perissent, dixit, falsa esse vidimus.

Vs. 3. Ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν. Ita haec formula explicanda est, praemisso ἐκ; nec ὃ legendum sed οὗ: unde vs. 7. pluralis ἐκ τῶν ἐπετείων, ὧν αὐτοὶ ξυν.

Vs. 4. Fuit haud dubie tale quiddam: στρατηγοῖς ἐς Πελοπόννησον, ἀργύριον vel potius ἀργυρίου; neque aliter vs. 9. Cf. n. 144. Osanno sermo est de sociis Atheniensium Peloponnesiis *tributa* conferentibus: sed neque accusativus Πελοπόννησον huic sententiae aptus est, nec ulli unquam in Peloponneso ipsa Atheniensium socii *tributarii* fuerunt.

Vs. 5. [Ἐκ τῶν (e. c. ἱερῶν χρημάτων,)] ὧν παρελάβομεν παρὰ [τῶν προτέρων ταμιῶν].

Vs. 6. [Ἐκ τῶν ἐς τὰς τρι]ήρεις, ὧν παρελάβο[μεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν]. De supplemento τριήρεις non dubito: quo concesso etiam reliqua certa sunt. Hoc igitur nomen expensum est ex ea aerarii parte, quae triremibus constituta erat, et a prioribus Quaestoribus tradita. Manifesto designatur aerarium mille talentorum separatum a ceteris pecuniis et in usum centum triremium constitutum (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 311.): id Olymp. 87, 2. ex populi decreto institutum erat, neque inde quidquam ante Olymp. 92, 1. erogatum est (Thucyd. VIII, 15.): unde colligo hunc titulum hoc anno non esse priorem. Tempus ipsum, ex quo eas pecunias erogare licuit, recte in initium eius anni definivit Dodwellus Annal. Thucyd. p. 707. ed. Lips. ad Thucyd. VIII, 14. ubi ad VIII, 10. nota pro Olymp. 91, 4. legendum esse *Olymp.* 92, 1.

Vs. 7. primum ⊢ (Ros. I) muta in K: [Ἐκ] τῶν ἐπετείων, ὧν αὐτοὶ ξυνελέξαμεν. Eadem formula est vs. 8. nisi quod quadratarius inverso ordine scripsit αὐτοὶ ὧν, quod illud ὧν suo loco omiserat.

Vs. 9. [Ἐς Πε]λοπόννησον, χρυσίου Κ[υζικηνοῦ] ... Excidit ante haec, quibus datum sit, e. c. στρατηγοῖς; deinde additur ἐς Πελοπόννησον et pecunia ipsa. Nam verba ἐς Πελοπόννησον et χρυσίου non possunt diversorum articulorum esse. Quae quum eiusdem articuli sint, non potest de summa generali cogitari; nam formula talis: [ἐς] Πελοπόννησον χρυσίου καὶ ἀργυρίου ξύμπαν κεφάλαιον, absona est. Reiicio igitur supplementum χρυσίου κ[αὶ ἀργυρίου]: nomen est certo cuidam magistratui in usum belli numeratum, cui quis mixtam pecuniam appendat? Scripsi χρυσίου Κ[υζικηνοῦ], ut n. 144. init. Haec numerata sunt aut in Erechtheidis prytania aut in Oeneidis, quae vs. 10. nominatur, sed potuit antea iam nominata esse (cf. n. 144.), aut in alius tribus, quae inter illas intercesserit.

Vs. 11. [Ἐπὶ τῆς] Οἰνηΐδος πρυτανεία[ς] ... An Oeneidis prytania hoc demum versu incipiat, non constat. Dicitur πρυτανείας, ut n. 144. sed infra habetur πρυτανευούσης, variantibus diversarum prytaniarum formulis, ut nec n. 147. eaedem in omnibus prytaniis formulae sunt. Post haec Os. addit: [Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη :..... Φαλάνθῳ Ἀ]λωπεκεεῖ, annexis iis, quae vs. 11. supersunt; hunc enim Hellenotamiam postulare marmoris epocham (Olymp. 92, 3.), coll. n. 147. vs. 23. 24. Immo ipsam marmoris epocham ex hac coniectura constituit, quae ferri nullo modo potest; non posse enim hunc titulum ad Olymp. 92, 3. referri, satis docui. Et vs. 30. videtur idem homo recurrere, ubi eius nomen in τῳ desinit, non in θῳ. Alius igitur potius Alopecensis nominatus erat, non Phalanthus. Accedit quod Os. supplementum suum certe ita instituere debebat, ut lacunam expleret: quod non fecit. Ἀλωπεκεεὺς et paulo post Ἀγκυλεεὺς est a nomine Ἀλωπεκέα, Ἀγκυλέα, contr. Ἀλωπεκῆ, Ἀγκυλῆ: veteres enim Attici passim solutis formis utuntur, ut Περικλέης, Μεγακλέης ap. Aristoph. et saepius talia in Marm. Sandwic. Neque haec diversa sunt: sed ut Ἀλωπεκῆ natum ex Ἀλωπεκέα (Ion. Ἀλωπεκέη), ita Περικλῆς, Ἱπποκλῆς natum ex Περικλέης, Ἱπποκλέης (Dor. Ἱπποκλέας). Sequitur vs. 11. Ἐπικούρῳ, quem probabile est Hellenotamiam vel paredrum Hellenotamiarum fuisse.

Vs. 12. ⅃ΑΣΙΟΙ videtur ex demotico nomine Φυλασίῳ superesse. ΗΕΡΜΟ cave putes Ἑρμοῦ esse: litterae ΡΜΟ Osanno notante incertae sunt; coniicio numeros esse Η⊢⊢IIC. Nec quid sit ἀπὸ πρυ[ταν, liquet: videtur tamen designari, *inde a prytania Oeneidis* tantum expensum esse, quantum deinceps additum erat. Haud dubie enim summae expensarum sequuntur ex prioribus nominibus contractae; ex quadam summa vs. 13. una superest drachma (⊢): dein alia summa fuit ἐκ Παρθενῶνος ἀργυρίου ..... hoc est ex adyto Minervae (v. Introd. §. II.); aliae videntur ex Opisthodomo Parthenonis esse, ubi publicum aerarium. Huius pecuniae pars videtur vs. 14. designari, ex bono Osanni supplemento: χρυσίου, οὗ (Os. ὃ) οἱ ξύμμαχοι ἐσενηνόχασι. Vs. 15. finis alicuius summae est ΤΧΧΧΧ; in Sylloge tria Τ ante superstes Τ supplentur, miro iudicio. Sequitur alia summa ex peculiari Minervae Victoriae re: Ἀθηναίας Ν[ίκης .... cf. n. 147. pryt. I. et not. atque Introd. §. IV. Postremo quum in praegressis summae speciales expositae fuerint, separato etiam auro et argento (cf. n. 76.), vs. 16. additur ξύμπαν κεφάλαιον expensarum eius, de quo dictum erat, temporis. Recte dicitur ξύμπαν κεφάλαιον, quum *universa* summa summis *specialibus* opponatur. Sed n. 147. extr. postulavi κεφάλαιον ἀργυρίου σύμπαντος, quod ibi de una tantum *universarum* pecuniarum summa dicitur, ut n. 144. et in decreto n. 76. ubi habes κεφάλαιον ἀναλωμάτων συμπάντων. Contra quam sententiam quae in Sylloge disputantur, ea non attingo.

Vs. 17. incipit *alia prytania*. Vs. 18. restitui non potest; quae Sylloge suppleta praebet, nihili sunt, ut satis patet ex iis, quae diximus: nec quidquam addo, nisi hoc, quod vs. 30. ante ΠΟ⅃Υ (nominis proprium initium) legitur .... τῳ Ἀλωπεκεεῖ, inde non colligi, etiam vs. 18. eadem ante ΠΟ⅃Υ scripta fuisse. Vs. 19. manifesta verba sunt: [ἐκ τῶν ....; ὧν παρελάβομεν] παρ[ὰ τῶν προτέρω]ν ταμιῶν. In fine versus Ι bis superest ex Ν. Quae nuper suppleta sunt, ea et Graecitas et sensus communis respuit. Vs. 20. nihil intelligi potest: illati nuper sine ulla causa οἱ ξύμμαχοι sunt. Vs. 21. aliud nomen est eâdem qua vs. 19. formulâ, et servatum h. l. est σταθμὸν τούτου vel τούτων.

Vs. 22. comparet summae finis: ⊢⊢⊢⊢: τοῦτο ἐδόθη Περι....... Dixi olim Περικλεῖ suppleri posse, possunt et alia multa. Modo ne, si Periclem substitueris, inde colligas esse marmor anni Olymp. 92, 3. Nam etiamsi Hellenotamias in hoc marmore Pericles dictus esset, ut n. 147., nondum tamen eiusdem uterque titulus anni iudicandus esset: potuit enim idem rursum creatus esse.

Vs. 23. Aliud nomen aut eiusdem, cuius priora, prytaniae, aut alius. De Cecropide ne cogites. Vs. 24. extat finis nominis viri, qui Ἀγκυλεεὺς fuit, et ἀργύριον vel ἀργυρίου. Vs. 25. novus articulus inceperat, ex cuius pecunia superest finis Η . ΔΔΔΔ⊢⊢. Dictum erat quibus ea data esset; iisdem plura deinceps data sunt, haud dubie sacris bellicisque usibus; unde Hellenotamias restitui, qui fere omnibus locis in his titulis memorantur: ἕτερο[ν τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις. Vs. 26. finis summae primo loco comparet, σταθμὸν ΧΡ, dr. 1500: deinde ἕτ[ερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις etc. De dictione ἕτερον cf. n. 147. Ea non significat *rursus*, ut dicitur, sed *aliud nomen*. Vs. 27. pondus pecuniae cuiusdam, 807 dr. 3 ob. Vs. 28. redit formula ἐκ τῶν ἐπετείων etc.

Vs. 29. [Ἐπὶ τῆς] Ἱπποθωντίδος πρυτα[νευούση]ς. Hoc loco potest nova prytania incipere, potest tamen etiam prius. Vs. 30. duo nomina posita erant magistratuum, quibus pecunia numerata. Prima littera Τ ab Os. ut incerta notatur: retinenda tamen, certe non Phalanthi causa in Θ mutanda erit. Vs. 31. *Metapontum* infert Osannus, quae urbs Atheniensibus tributum solverit, quod ex Thucyd. VII, 57. colligit. Sed ut concedam, pro vulgari Μεταπόντιον

etiam Μετάποντος dictum esse, in quem finem multa Osannus disputavit; licet n. 143. variet usus, exspectes tamen potius populare nomen Μεταποντῖνοι; praeterea ne ante Siciliensem cladem quidem, nedum postea, ulli in Italia tributarii Atheniensium socii fuerunt; atque ex ipso Thucydide VII, 57. coll. VII, 37. satis patet, libera et aequa societate Metapontinos Atheniensibus iunctos fuisse. Nam priore loco non inter φόρου ὑποτελεῖς referuntur; altero autem Athenienses dicuntur Metapontinis ex foedere *persuasisse* (κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν πείσαντες), *ut mitterent copias.* Sed subditis sociis imperantur pecuniae et auxiliarii, non persuadetur, ut militares copias mittant, quas subditi habuerunt exiguas. Ni fallor, legendum est ἀπόντος, et ΕΜΕΛ superest ex fine verbi: ΕΜΕΝ, e. c. κατέθεμεν vel παρακατέθεμεν, ut dicatur pecunia eo, cui numeranda erat, absente, interim deposita esse.

Vs. 33. [Ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυν]ελέξαμεν, ΗΡΔΔ. Secunda littera Δ mutanda in Ͱ. Pro his quae Sylloge supplementa dat, etiamsi ea grammaticae convenirent, non possent probari.

Vs. 34. Nomen prytaniae: [ἐπὶ τῆς ....ίδος πρυτανευούσ]ης, possis h. l. quaerere; sed hoc incertum: alia substitui posse docet vel vs. 6. Nihil patet praeter ἀργύριον, neque aut h. l. aut postea prytaniae ulla mentio comparet. Immo quantum ex tenuibus versuum fragmentis iudicare licet, mutari formularum ratio videtur. Nam vs. 36. est, ni fallor, παρέδομεν ἐμ π[όλει], h. e. in arce; et interpositis vs. 37. verbis ἀργύριον ἐπίσημον, vs. 38. apertum est [καὶ κατ]ὰ γῆν καὶ κατὰ θ[άλατταν]; vs. 40. ingens est summa ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν ΔΔΔ ΤΤΤΧ... 33 tal. 1000 dr. Etiam vs. 41. talis latere summa videtur. Igitur eo inclino, ut circiter inde a vs. 34. summas esse generales expositas putem, posthac autem eas res, quas, quod non absumptae essent, annui Quaestores tradidissent successoribus. Immo n. 146. nonnullas res redeuntes agnosco: quod me in illa sententia confirmat. Substiti tamen in iis, quae simplicissima sunt, nec volui n. 145. et 146. ita explere, ut ex altero in alterum ea transferrem, quorum vestigia in ipso titulo nulla superessent. De singulis pauca dico. Vs. 39. etsi summas hoc loco generales expositas puto, tamen agnosco virum, cui data pecunia: nam potuit summa pecuniarum illi et collegis datarum computata esse. Ultimum Α incertum est: id omittit Fourmontus; Os. habet Σ. Potest etiam Κ fuisse, ut fuerit κ[αὶ ξυνάρχουσιν]. Utut est, litterae ΘΟΙ ΚΟΠΡΕΙΟΙ satis certae sunt, et ex variis lectionibus collatis has veras esse iam constitueram, priusquam quid illis facerem, scirem. Scribe: .....θῳ Κοπρείῳ. Κόπρειος s. Κόπριος est nomen demoticum hucusque ignotum, nec sane suavis odoris, a demo Κόπρος, qui posthac nomen tuebitur. Quinque illius hucusque vestigia repperi, quae mihi hoc nomen persuaserunt. Primum est in hoc ipso marmore. Alterum praebet Demosthenes de cor. p. 249. ubi vulgo: Εὔβουλος Μνησιθέου Κύπριος εἶπεν. Sed de Κύπρῳ demo Atticae nihil quidquam innotuit, nec Κυθήριος aut simile restitui debet. Bekkeri tres libri F. S. Q. habent Κόπριος, idemque Reiskius ex Aug. 2. et Bav. enotavit; et hoc verum est. Tertio loco redit hic demus in titulo Chandleriano P. II. n. 107. p. 70. post Euclidem scripto, quem ponam n. 172. ubi inter Hippothontidis demos habentur ΚΟΠΙΕΙΟΙ: scribe ΚΟΠΡΕΙΟΙ. Quid quod Κόπριος diserte est sub Hippothontide in Marm. Riccard. quod in Gymnasticis edam; interim id vide ap. Cors. F. A. T. I. p. 170. Postremo huc pertinet Aristophanes Eqq. 899. νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ πρὸς ἐμὲ τοῦτ' εἶπ' ἀνὴρ Κόπρειος (vulgo κόπριος): nam nisi Κόπρειος simul proprium nomen et adiectivum esset, ille iocus prorsus esset inficetus. Et eximie Scholiastes alter notat loci inesse significationem, qui sit νῆσος τῆς Ἀττικῆς; ubi si νῆσος verum est, insula demus fuit, ut Salamis: sed fortasse scribendum δῆμος τῆς Ἀττικῆς. Vs. 46. apertum est σταθμόν; vs. 50. [παρελάβομεν π]αρὰ [τῶν] προτ[έρων ταμιῶν]: non praemisi, ut supra, ἐκ τῶν ....ὧν, quod in hac regione aliae formulae reperiuntur, ut vs. 56. 58. Eadem formula recurrit in alio articulo vs. 51. ubi ΠΟΙ muta in ΠΟΤ, et ultimum Ι in Ν: item vs. 53. ubi Ε singillatim positum muta in Ρ, et ΠΟΝ in ΤΟΝ. Vs. 54. habes cimelia δέκα, σταθμὸν., et [χρυσ]ίου φθο[ίδας]... quae eodem ordine redeunt n. 146. vs. 43 sqq. ubi de restitutione dixi, quantum satis est: ΧΡΥΣ quidem, quod supplevi, uno spatio lacunam superat: sed lacunas non satis certa hoc loco spatia habere, ex varietate lectionis intelligas. Vs. 55. alias vides res, σταθμὸν τούτων ΤΡΗΗΗΗΡΔ.: ita enim numeri emendandi sunt: deinde aliam summam, ἀργυρίου s. ἀργύριον. Vs. 56. rursum aut χρυσίον aut ἀργύριον ἄσημον καὶ ἐπίσημον, ὃ παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν, σταθμὸν τούτου: quod supplementum haud ambiguum est. Hoc iam loco lapidis potest latitudo perspici: nam vs. 57. ubi lacuna relicta est, ponderis numeri deficiunt, et aliquid ex sequentis articuli nomine, ex quo vs. 57. superest παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν. Vs. 58. tenes χρυσίου στατῆρας, οὓς παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν, σταθμὸν ἕλκοντας... Duo ultima verba addidi ex similitudine vs. 61. Sequitur vs. 59. [ἐκ τοῦ ἐπετείου], οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν, ἀ[ργύριον (ἀργυρίου)] etc. Et vs. 60. [ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυ]νελέξαμεν, ΗΔΔΔΔ (140 dr. credo argenti, quod praecesserat); deinde aliud argentum in fine vs. 60. Mox vs. 61. vix dubito vere me scripsisse [στατῆρας Αἰγινα]ίους, σταθμὸν ἕλκοντας ... vs. 62. [ἐκ τοῦ ἐπετε]ίου, οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν. Vs. 63. retinui quidem Osannianam litterarum dispositionem, ex qua inter Τ et Ρ quattuor litterarum spatium est: sed Ros. nonnisi trium spatium habet. Et hoc verum. Nam ΟΑΙΑΤ mutandum in ΦΑΛΑΙ, et supplendum κεφάλαιον χρυσίου καὶ ἀργυρίου, idemque repetitum est vs. 64. Nempe plures designantur summae auri et argenti traditi, altera credo a prioribus Quaestoribus accepti, altera ab ipsis collecti. In fine aut nihil deest aut summa traditorum universa.

146.

In angustiori latere prioris lapidis, in angulo dextero, quem Osannus sinistrum vocat (v. ad n. 145.). Ex schedis Osanni: nam eruditus Britannus, qui Rosiana apographa confecit, legere hoc latus non potuit.

Κ . ΤΑΜΙ . . . . [ΑΡΛ
ΥΡΙΟΝΕΚ[ΤΟΝΗΙΕΡΟΝΧΡΕΜΑΤ
ΟΝΗΟΥΠΡ[ΡΕLΑΒΟΜΕΝΠΑΡΑΤ
Ο]ΝΠΡΟΤ[ΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝ . . . . ΤΟ
Υ]ΤΟΗΕΡ . . . .
. . . .
. . . . . [ΗΟΝΠΑΡΕLΑΒΟΜΕΝΠ]
ΑΡΑ]ΤΟΝΠΡ[ΟΤΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝ
. . ΗΗΗΗ𐅄Α . . . .
. Α]ΡΛΥΡΙΟΝ[ΚΑΙΧΡΥΣΙΟΝΑΣ
ΕΜ]ΟΝΚΑΙΕΙ[ΙΣΕΜΟΝΗΟΠΑΡ
ΕL]ΑΒΟΜΕΝ[ΠΑΡΑΤΟΝΠΡΟΤΕ
ΡΟ]ΝΤΑΜΙΟΝ[ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤ
Ο] . . Τ𐅆𐅅ΗΗ . . . .
. Α]ΡΛΥΡΙΟΝ[ΕΚΤΟΝΗΙΕΡΟΝΧΡ
ΕΜ]ΑΠΟΝΗΟΙ[ΠΑΡΕLΑΒΟΜΕΝΠ
ΑΡ]ΑΤΟΝΠΡΟ[ΤΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝ
. . Τ𐅆𐅅𐅄𐅃⊢⊢[. ΕΚΤΟΕΠΕΤΕΙ
ΟΗ]ΟΑΥΤΟΙΧ[ΣΥΝΕLΕΧΣΑΜΕ
Ν]ΑΡΛΥΡΙΟ𐅄 . . . .
. Η ||| ΑΘΕΝΑ[ΙΑΣ . . . . ΕΚΤΟΕΠ
Ε]ΤΕΙΟΗΟΑ[ΥΤΟΙΧΣΥΝΕLΕΧΣ
ΑΜ]ΕΝΑΡΛΥ[ΡΙΟ . . . .
. . || [Χ]ΣΥΜ[ΠΑΝΚΕΦΑLΑΙΟ
ΝΤ]ΟΑΡΛΥ[ΡΙΟΕΚΤΟΠΑΡΘΕΝΟ
ΝΟ]ΣΚΑΙΤ[Ο . . . .
. . . Η𐅅Δ . . . .
. . . . ΦΣ . . . .
. . . ΗΠΣ . . . .
. Α]ΡΛΥΡ[ΙΟΝ . . . .
. . ΧΧΧ𐅅 . . . .
. Σ]ΤΑΤΕΡ[ΕΣ . . . . ΣΤ
ΑΘ]ΜΟΝΤΟ[ΥΤΟΝ . . . .
. . ΤΙΤΧΧ . . . .
. ΟΙΣΤΑΤ[ΕΡΕΣ . . . .
. . ΤΑΙΤΕ . . . . [ΣΤΑΘΜΟ
ΝΤ]ΟΥΤΟΝΛ . . . .
. . Δ⊢⊢Ι Φ[ΘΟΙΔΕΣΧΡΥΣΙΟΕΚΣ
ΚΑ]Γ ΤΕΣΥL[ΕΣ . . . . . . ΣΤΑΘΜΟΝ
ΗΕ]LΚΟΝΤΕ[Σ . . ΣΤΑΘΜΟΝ . . . . Α
ΡΛ]ΥΡΙΟΝΤΟ . . . .
. . ΤΧΧΧ𐅅ΗΙ . . . .
. Δ]ΕΚ[Α]ΣΤΑ[ΘΜΟΝΗΕLΚΟΝΤΕΣ . ΧΡ
ΥΣ]ΙΟΦΘΟΙ[ΔΕΣ . . . . Κ
ΕΡ]ΑΤΕΔΥΟ[ΑΡΛΥΡΟΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥ
ΤΟ]ΜΧ𐅅ΗΗΗ . . . .
. . . . ΛΙΛΙ . . . .
. . . ΡΑΘΕ . . . .
. . ΤΑΣΙΟΙ . . . . [ΕΚΤΟΝΕΠΕΤ
ΕΙ]ΟΝΗΟΝ[ΑΥΤΟΙΧΣΥΝΕLΕΧΣ
Α]ΑΕΝΦΘΟΝ[ΔΕΣΧΡΥΣΙΟΕΚΣΚΑΠ
ΤΕ]ΣΥΦΙΚΟ[ΚΤΟΣΤΑΘΜΟΝΗΕLΚΟΝ
ΤΕ]ΣΗΗΗΑΙ . . . .
. . ΜΕΤΑΙΧ . . . .
. Δ]ΕΚΑΣΤΑ[ΘΜΟΝΕLΚΟΝΤΕΣ . .
. Σ]ΤΑΤΕΡΕ[Σ . . . . ΣΤΑΘΜΟ
ΝΤ]ΟΥΤΟΝΛ . . . .
. . . . . ΤΟ . . . .
. . . . ΠΑ . . . .

Ut incertae notatae sunt hae litterae: vs. 2. K, vs. 5. T, vs. 11. ultimum I, vs. 16. Γ, vs. 20. H, vs. 26. T, vs. 36. A, vs. 43. A, vs. 46. M, vs. 47. omnes, vs. 49. T, vs. 51. ultimum N, vs. 54. A, vs. 56. ultimum E, vs. 57. Λ. Primus versus in ea lapidis parte positus est, ubi n. 145. est vs. 11. Latitudo Os. referente (p. 39.) unius fere palmi Romani est, neque in dextera alium lapidem appositum fuisse, in quem transiret scriptura, statim intellexi. Sed superius in alio lapide maxima huius tituli pars posita erat: attamen non tam amplus videtur hic titulus fuisse quam praecedens. In fine perierunt non tot quam initio versus, sed tamen non pauci. Post vs. 5. lapis fractus est; sed si n. 145. inter vs. 16. et 17. nullus versus intercidit, ut nos statuimus, n. 146. duo tantum interciderunt (6. 7.), quoniam iuxta vs. 16. et 17. tituli n. 145. duorum versuum spatium n. 146. vacuum litteris nunc est, olim scriptura tectum. Titulus est prioris simillimus; quum in dexteram a priore positus sit, non potest facile priorem antecedere, propterea quod in scribendis columnis a sinistra incipitur. Sed si priorem sequitur, aut pars prioris esse potest, aut sequentis anni rationes continet probabiliter. At in priore nec multa deesse videntur et ex parte eaedem pecuniae consignatae esse (v. n. 145. sub fin.): igitur debet hic titulus proximo post n. 145. anno tribui, Olymp. 92, 2. Ceterum in hac, quae superest, parte neque quibus numeratum sit nec prytania ulla indicata est; neque intercidit utriusque rei mentio, quod ex ipso versuum nexu iudicari potest. Itaque hoc fragmentum ei parti prioris tituli respondere videtur, in qua nullae iam prytaniae nec magistratus, quibus pecuniae numeratae sint, memorantur. Ni fallor, usque ad vs. 23. summae priorum expensarum commemorantur; quae secundum varia genera dispositae sint, prout quaeque summa ex alio thesauro petita fuerit; quae tamen ob lacunas accurate dignosci nequeunt: eae vero summae partim minores, ut vs. 5. partim maiores fuisse videntur. Deinde vs. 24. universa summarum summa exposita videtur. Postremo a vs. circiter 28. ea videntur enumerari, quae quum non absumpta sint, annui Quaestores tradiderint successoribus, ut n. 145. extr. factum conieci: hae vero pecuniae partim illis, qui tradunt, a prioribus Quaestoribus traditae fuerint, (unde vs. 43. 44. redeunt, quae n. 145. vidimus), partim ab ipsis anni Quaestoribus collectae (vs. 49 sqq.). In iisdem sunt res quaedam, quas omnino probabilius dixeris traditas esse quam expensas, ut pastilli aurei et cornua argentea: quamquam ne hoc quidem argumentum plane certum iudico. Litterarum numerus manifesto non par in singulis versibus fuit; variat is, ut in permultis titulis; immo litterae fortasse ne στοιχηδὸν quidem scriptae erant. Quoniam vero connecti versus possunt, magna pars potest restitui: unde fit, ut haec inscriptio, quae levis momenti esse aliis visa est, priori longe praeferenda sit. Non tamen eius rationem perspexit Sylloges editor, cuius pleraque supplementa sensu cassa sunt.

1) Vs. 1–5. .... Ἀργ]ύριον ἐκ [τῶν ἱερῶν χρημάτ]ων, ὧν πα[ρελάβομεν παρὰ τῶ]ν προτ[έρων ταμιῶν, ... τού]του Η[ΗΗ ...

Ἱερῶν χρημάτων incertum est, sed commendatur vs. 16. ubi vide. Vs. 3. ΥΓΡ muta in ΝΓΑ. Vs. 5. ΗΕΡ numeros continet, ut n. 145. vs. 12. ΗΕΡΜΟ. Scripsi ΗΗΗ. Ceterum et hic et in sequentibus articulis videtur aliquid praemissum fuisse, unde pateret, ex quo eae summae thesauro petitae fuissent. Vs. 4. ante τούτου fuerit σταθμόν: spatium tamen angustum est.

2) Vs. 7–9. .... ὧν παρελάβομεν παρὰ] τῶν πρ[οτέρων ταμιῶν] .. ΗΗΗΗ𐅄 ....

Vs. 9. fortasse ultimum A in Δ mutandum, numerisque addendum est. Σταθμὸν τούτου modo additur modo omittitur, credo prout aut appenditur pecunia fisco inclusa, aut numeratur: quod etiam his summis expensorum generalibus accommodari potest, quatenus ea, quae inde sumpta erant, aut hoc aut illo modo expensa erant.

3) Vs. 10–14. .... Ἀ]ργύριον [καὶ χρυσίον ἄσημ]ον καὶ ἐπ[ίσημον, ὃ παρελ]άβομεν [παρὰ τῶν προτέρω]ν ταμιῶν, [σταθμὸν τούτου ... Τ𐅆𐅅ΗΗ ...

Uno pondere comprehendi aurum et argentum, non offendit in summa ex pluribus articulis contracta. Nam χρυσίον additum fuisse, ex spatiis arbitror colligi. Vs. 11. ultimum I superest ex Γ.

4) Vs. 15–18. ...... Ἀ]ργύριον [ἐκ τῶν ἱερῶν χρημ]άτων, ὧν [παρελάβομεν παρ]ὰ τῶν προ[τέρων ταμιῶν,] .. Τ𐅆𐅅𐅄ΓΗΗ .

Vs. 16. ΑΓΟΝ, in quo Γ incertum esse notatur, muta in ΑΤΟΝ, et ΗΟΙ in ΗΟΝ.

5) Vs. 18–21. ἐκ τοῦ ἐπετείου,] οὗ αὐτοὶ ξ[υνελέξαμεν,] ἀργυρίου. 𐅄 .... ΗΙΙΙ

Vs. 20. 𐅄 non potest verum esse; neque enim sic expleri lacuna potest. Est summa ex pluribus nominibus contracta; igitur 𐅄 (50 tal.) non nimia pecunia est.

6) Vs. 21–24. Ἀθηνὰ[ίας Νίκης? ἐκ τοῦ ἐπε]τείου, οὗ α[ὐτοὶ ξυνελέξαμ]εν, ἀργυ[ρίου .... ΙΙ

7) Vs. 24–27. Ξύμ[παν κεφάλαιον τ]οῦ ἀργυ[ρίου ἐκ τοῦ Παρθενῶνο]ς καὶ τ[οῦ .... Η[𐅄] Δ ....

Παρθενῶνος scripsi, ut n. 145. vs. 13. Post καὶ τοῦ videtur ὀπισθοδόμου fuisse. Est summa summarum, ni fallor, 160 tal. et supra. Quae sequuntur, perspici nequeunt; coniicio tamen, ut dixi, vs. circiter 28. rerum successoribus traditarum indicem incipere.

8) Vs. 30–31. ... ἀργύρ[ιον .... ΧΧΧ𐅅....

9) Vs. 32–34. .... στ]ατῆρ[ες .... σταθ]μὸν το[ύτων ...

Vs. 34. scribe ΤΤΤΧΧ; sed prioribus, quae vs. 32–34. leguntur, vix haec coniungenda.

10) Rursum .....οι στατῆρες (χρυσοῖ vel Αἰγιναῖοι vel tale quiddam), et ponderis nota σταθμὸν τούτων vs. 35–37. deinde Λ, quod ex pondere reliquum, et vs. 38. finis ponderis.

11) Vs. 38–40. Φ[θοῖδες χρυσίου ἐκ Σκα]πτησύλ[ης ...... σταθμὸν ἕ]λκοντε[ς ....

Aliquoties in hoc computo occurrit vox Φ continens et alios similes inter se ductus. Hoc loco solum Φ habes, vs. 44. ΙΟΦΟΟΙ, et num. 145. vs. 54. ΙΟΦΟΟ, postremo n. 146. vs. 51. ΦΟΟΝ. His comparatis intellexi in illo ΙΟΦΟΟΙ latere ..ίου φθοι; mox vidi de auro agi. Nam vs. 39. haud dubium est Σκαπτησύλης, ubi aurifodinae olim Atticae (Oec. civ. Ath. T. I. p. 334.); et nota non ΗΥΛΕΣ scriptum esse sed ΥΛΕΣ: quippe dudum coaluerant hae voces (cf. Poppo Thucyd. T. I. p. 320.), ideoque spiritus, ut intermedius, cessat ex usu. ΙΟ igitur superest ex χρυσίου: pro quo si ex ea observatione, quam Oec. civ. Ath. II. p. 213. posui, χρυσοῦ dicendum putaveris, quod de auro ex metallis ducto neque signato neque elaborato agatur, notes illam regulam non nimis adstringendam esse. Τοὺς φθοΐδας s. τοὺς φθοῖς (Aristoph. Plut. 677.) in re metallica auri quasdam formas significare, ex solo, quod sciam, Hesychio constat, cuius glossa extat: Φθοῖς, πλακοῦς, καὶ τὰ πρὸς λεπτὸν ἀληλεσμένα· καὶ τὸ ἀποῤῥέον ψῆγμα τοῦ χρυσίου. Non tamen *ramenta* intelligenda arbitror, quam significationem grammaticus ex altera illa, τὰ πρὸς λεπτὸν ἀληλεσμένα collegisse videtur, sed τροχίσκους, *pastillos*, quae vocis vis in Materia medica. Nam numerari videntur, pluraliter dicti; nostro loco post Σκαπτησύλης exciderit δώδεκα vel similis numerus. Ἕλκοντες apertum est, cui praefigendum fuit σταθμόν, ut n. 145. vs. 61. Ceterum Scaptesula num ea aetate adhuc in Atheniensium dicione fuerit, ob Thucydidis ibi exilium dubito: neque id postulat hic titulus. Hi enim pastilli iam dudum potuerunt in aerario positi esse: et si vs. 52. coniicio alios ex eodem loco aureos pastillos inter ἐπέτεια huius anni referri, quid obest quominus ii, qui illos Atheniensibus numeraverant, eosdem mercatura traditos acceperint?

12) Vs. 40–42. Ἀργ]ύριον το.............. ΤΧΧΧΧ ΡΗΙ....

13, 14) Vs. 43–44. .... δ]έκ[α], στα[θμὸν ἕλκοντες. χρυσ]ίου φθοῖ[δες .. σταθμὸν ....

Periit initio nomen rei. ΕΚΣΤΑ nihil est. Non dubitavi post ΕΚ inserere Α, ut fiat δέκα, plane ut vs. 55. Sic duos articulos sese excipientes habes eosdem quos n. 145. vs. 54. mutata tantum dictione. Nam n. 145. dictum simpliciter σταθμόν, quum nostro hoc loco priore addiderim vocem ἕλκοντες, lacunae explendae causa: et n. 145. in ea regione regnat accusativus, quum nostro loco sit nominativus, pro diversitate structurae a verbo non iam superstite pendentis. Ad verba χρυσίου φθοῖδες cf. quae paulo ante dixi: deinde videtur σταθμὸν fuisse absque ἕλκοντες; numerus pastillorum autem sigla expressus fuisse videtur: neque enim in his rebus sibi constant scribae.

15) Vs. 44–47. Κέρ]ατε δύο [ἀργυρῶ, σταθμὸν τούτω]ν ΧΡΗΗΗ....

Cornua esse vidit Osannus; addidi ἀργυρῶ, ut alia argentea cornua sunt in Atticis thesauris (n. 138. 139. 142.). Vs. 46. Μ muta in Ν. Pro τούτων fuit fortasse τούτοιν. Mitto quae sequuntur, nisi quod ΛΙΛΙ videtur ex Αἰγιναῖοι superesse: cf. n. 145. vs. 61.

16) Vs. 49–53. Ἐκ τῶν ἐπετεί]ων, ὧν [αὐτοὶ ξυνελέξαμ]εν, φθοῖ[δες χρυσίου ἐκ Σκαπτη]σύ[λης] ὀ[κτώ, σταθμὸν ἕλκοντε]ς ΗΗΗ[Δ]Ι.....

Vs. 51. ΑΕΝ muta in ΜΕΝ: neque enim dubia est formula, quam restitui. In fine vs. 51. Ν, quod ut incertum notatur, aut Ι aut ΙΔ fuit. Vs. 52. ΣΥΦΙΚΟ mirum est: mutato ΦΙΚ in ΛΕΣ poterit Σκαπτησύλης restitui, ut paulo ante; et Ο erit ex ὀκτώ. Pastilli hi pondo 310 dr. sunt et paulo supra: ut singuli, si octo fuerunt, quadraginta prope drachmarum fuerint.

17) Vs. 55. .... δ]έκα, στα[θμὸν ἕλκοντες ..

Nescio quae res decem.

18) Vs. 56. Σ]τατῆρε[ς ...... σταθμὸν τ]ούτων etc.

147.

Lapidis Choiseuliani (Catal. Dubois. n. 180.), qui in Museo regio Parisiensi est (Catal. Clarac. n. 597. p. 233.), latus adversum. Aeri incisum titulum dedit Barthelemius (Mem. Acad. Inscr. T. XLVIII.), cum commentario erudito quidem sed magnis erroribus referto et nimium prolixo (p. 337–407.): idem singillatim editus est Paris. 1792. 4. Ipse deinde edidi Oec. civ. Ath. T. II. tab. 1. et explicui p. 161–182. unde potissima repeto. Marmor non στοιχηδὸν scriptum est, numerusque litterarum in pluribus versibus valde dispar deprehenditur: attamen ex contiguis locis, lacunarum spatia quot litteras continuerint, potest probabiliter constitui. Lapis altus secundum Barthelemium 3′ 8″ 4‴ (Dub. 3′ 6″ 9‴). In superiore parte est anaglyphum, cuius delineationem Müllero acceptam refero: arbori, oleae ut videtur, in sinistram adstat femina, sinistra manu hastam tenens; in dextera est vir, oleam prehendens manu dextera, sinistra tenens hastam in solo fixam corporique appressam. Paulo aliter descripsit Barthelemius p. 338. Hirtio interprete repraesentantur sacerdos Minervae Poliadis et Cleomenes Lacedaemoniorum rex, quem illa Poliadis templum introire conantem arceat, qua de re constat ex Herodoto V, 72. Quod non male convenit et belli Peloponnesiaci aetati et Quaestorum Minervae personae. Haec pars lata est 1′ 11″; inferior pars, in qua inscriptio habetur, lata 2′ 4″ 6‴; lapis crassus 6″ 6‴. Litterae altae $3\frac{1}{2}$ lineas, intervalla versuum alta lineas fere duas: itaque inscriptio alta fere 18″; et infra superest spatium vacuum fere duorum pollicum. Litteras aliquot obscuriores Barthelemius non integris ductibus expressit, sed tantum punctis delineavit; equidem non dubitavi has quoque integras repraesentare. Certa supplementa uncis inclusa addidi, ut semper.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Praescriptum. Ἀθηναῖοι ἀνήλωσαν ἐπὶ Γλαυκίππου ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ Κλεογένης Ἁλαιεὺς πρῶτος ἐγραμμάτευε· ταμίαι ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας, Καλλίστρατος Μαραθώνιος καὶ ξυνάρχοντες, παρέδοσαν ἐκ τῶν ἐπετείων, ψηφισαμένου τοῦ δήμου.

Rationes esse vides Quaestorum Minervae anni Olymp. 92, 3. Hi ipsi, quae expensa sunt, numerarunt ex aerarii in arce annuis reditibus (ἐκ τῶν ἐπετείων), non quod Barthelemius putabat, Hellenotamiae: numerarunt autem illi non Theoricorum

 [*Continuatur p. 221.*]

ΑΘΕΝΑΙΟΙΑΝΕLΟΣΑΝΕΓΙΛLΑΥΚΙΓΓΟΑΡΧΟΝΤΟΣΚΑΙΕΓΙΤΕΣΒΟLΕΣΕΙΚLΕΛΕΝΕΣΗΑLΑΙΕΥΣΓΡΟ[ΤΟΣ
ΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΕΤΑΜΙΑΙΗΙΕΡΟΛΧΡΕΜΑΤΟΝΤΕΣΑΘΕΝΑΙΑΣΚΑLLΙΣΤΡΑΤΟΣΜΑΡΑΘΟΝΙΟΣΚΑΙΧΣΥΝΑΡΧΟ[Ν
ΤΕΣΓΑΡΕΔΟΣΑΝΕΚΤΟΝΕΓΕΤΕΙΟΝΦΣΕΦΙΣΑΜΕΝΟΤΟΔΕΜΟΕΓΙΤΕΣΑΙΑΝΤΙΔΟΣΓΡΟΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣΗΕ[LL
Ε]ΝΟΤΑΜΙΑΙΣΓΑΡΕΔΟΘΕ⁝ΚΑLLΙΜΑΧΟΙΗΑΛΝΟΣΙΟΙ⁝ΓΡΑΣΙΤΕLΙΔΕΙΙΚΑΡΙΕΙ⁝ΗΙΓΓΟΙΣΣΙΤΟΣΕΔΟΘΕ⁝ΑΘΕΝΑΙΑΣΓΟL[ΙΑ
Δ]ΟΣ⁝ΤΤΤΧΧΗΗΔΔΔΓͰͰC⁝ΝΙΚΕΣ⁝𐅄ΔΔΔΔͰΙΙΙↃ⁝ΕΓΙΤΕΣΑΙΛΕΙΔΟΣΔΕΥΤΕΡΑΣΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣ⁝ΑΘLΟΘΕΤΑΙΣΓΑΡΕΔ[Ο
ΘΕΕΣΓΑΝΑΘΕΝΑΙΑΤΑΜΕΛΑLΑ⁝ΦΙLΟΝΙΚΥΔΑΘΕΝΑΙΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝΑΘΕΝΑΙΑΣΓΟLΙΑΔΟΣ⁝𐅆Χ⁝ΗΙΕΡΟΓΟΙΟΙΣΚΑΤ[Ε
ΝΙΑΥΤΟΝ⁝ΔΙΥLLΟΙΗΕΡΧΙΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝΕΣΤΕΝΕΚΑΤΟΜΒΕΝ⁝𐅅ΗΔͰͰͰͰ⁝ΕΓΙΤΕΣΟΙΝΕΙΔΟΣΤΡΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝ[Ε
ΥΟΣΕΣ⁝ΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΓΑΡΕΔΟΘΕ⁝ΓΕΡΙΚLΕΙΧΟLΑΡΛΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝ΗΙΓΓΟΙΣΣΙΤΟΣΕΔΟΘΕ⁝ΤΤ𐅅ΗΗΗΗΔΔ[⁝
ΕΤΕΡΟΝΤΟΙΣΑΥΤΟΙΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΗΙΓΓΟΙΣΣΙΤΟΣΕΔΟΘΕ⁝ΤΤ𐅅ΗΗΗΗ⁝ΕΤΕΡΟΝΤΟΙΣΑΥΤΟΙΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑ[ΙΣ
ΗΕΡΜΟΝΙΕΔΟΘΕΑΡΧΟΝΤΙΕΣΓΥLΟΝ⁝𐅃Τ⁝ΕΤΕΡΟΝΤΟΙΣΑΥΤΟΙΣΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕLΙΑΝ⁝ΤΤ⁝ΕΓΙΤΕΣΑΚ
ΑΜΑΝΤΙΔΟΣΤΕΤΑΡΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣ⁝ΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΓΑΡΕΔΟΘΕ⁝ΓΕΡΙΚLΕΙΧΟLΑΡΛΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝Σ[Ι
ΤΟΣΗΙΓΓΟΙΣΕΔΟΘΕ⁝ΤΤΤ⁝ΕΤΕΡΟΝΤΟΙΣΑΥΤΟΙΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕLΙΑΝΕΔΟΘΕ⁝𐅃ΤΤΤΧΗΗΗ𐅄Γ⁝ΕΓΙΤ[Ε
ΣΚΕΚΡΟΓΙΔΟΣΓΕΜΓΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣ⁝ΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΓΑΡΕΔΟΘΕ⁝ΓΕΡΙΚLΕΙΧΟLΑΡΛΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝΕ[Σ
ΤΕΝΔΙΟΒΕLΙΑΝ⁝ΤΤΤΤΧΧΗΗ⁝ΕΓΙΤΕΣLΕΟΝΤΙΔΟΣΗΕΚΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣ⁝ΤΡΙΤΕΙΕΜΕΡΑΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ
ΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΓΑΡΕΔΟΘΕ⁝ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΚΥΔΑΘΕΝΑΙΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝ΧΗΗ𐅄ΔΔΔͰͰͰͰ⁝ΕΝΑΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕ[Ι
ΑΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΘΡΑΣΟΝΙΒΟΥΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝ΤΤΤΧ𐅄ΔΔΔͰͰͰΙΙ⁝ΗΕΝΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕ
LLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΓΑΡΕΔΟΘΕΓΡΟΧΣΕΝΟΙΑΦΙΔΝΑΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝ΣΤΡΑΤΕΛΟΙΕΧΣΕΡΕΤΡΙΑΣ⁝ΕΥΚLΕΙΔΕΙΑΝΟΜΟLΟΛ
ΕΜΑ⁝ΧΧΧ𐅅ΗΗΔΔΔΔΙↃ⁝ΤΡΙΤΕΙΚΑΙΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΓΕΡΙΚLΕΙΧΟLΑΡΛΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝.
ΧΧΧΧ𐅅ΗΗΗΗΓͰ⁝ΟΛΔΟΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ⁝ΣΓΟΥΔΙΔΙΦLΥΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝ΤΤΧΧ.
Η⁝ΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΤΑΕΧΣΑΜΟΑΝΟΜΟLΟΛΕΘΕ⁝ΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙ⁝ΑΝΑΙΤΙΟΙΣΦΕΤΤΙΟΙΚΑΙΓΑΡΕΔΡΟΙ[Γ
ΟLΥΑΡΑΤΟΙΧΟLΑΡΛΕΙ⁝𐅄𐅃ΤΤΧ⁝ΕΓΙΤΕΣΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣΕΒΔΟΜΕΣΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣ⁝ΓΕΜΓΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΓΑΡΕΔ[Ο
ΘΕΔΙΟΝΥΣΙΟΙΚΥΔΑΘΕΝΑΙΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕLΙΑΝ⁝Τ⁝ΕΒΔΟΜΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ⁝ΘΡ[Α
ΣΟΝΙΒΟΥΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕLΙΑΝ⁝ΤΧΗΗΔΔΔͰͰΙΙΙↃ⁝ΤΕΙΑΥΤΕΙΕΜΕΡΑΙΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΦΑLΑΝΘΟΙ[Α
LΟΓΕΚΕΘΕΝΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝΣΙΤΟΝΗΙΓΓΟΙΣ⁝ΤΤΤΤ⁝ΗΕΚΤΕΙΚΑΙΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΓΡΟ[ΧΣΕ
ΝΟΙΑΦΙΔΝΑΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝Χ𐅄ΔΔΔͰͰͰΙΙΙ⁝ΤΕΤΑΡΤΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΕΥΓΟL[ΙΔΙΑ
ΦΙΔΝΑΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝𐅅ΗΗΗΗ⁝ΕΒΔΟΜΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑLLΙΑΙΕΥΟΝΥΜ[ΕΙΚ
ΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝ΤΧΧ𐅅𐅄ΔΓΙΙΙΙC⁝ΕΓΙΤΕΣΗΙΓΓΟΘΟΝΤΙΔΟΣΟΛΔΟΕΣΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣΔΟΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ⁝ΗΕL[LΕΝΟ
ΤΑΜΙΑΙΣΓΑΡΕΔΟΘΕΓΡΟΧΣΕΝΟΙΑΦΙΔΝΑΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝ΤΤΤ𐅅ΗΔΔΔͰͰͰΙΙΙΙ⁝ΤΕΤΑΡΤΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΓΡ[ΥΤΑ
ΝΕΙΑΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΕΔΟΘΕΔΙΟΝΥΣΙΟΙΚΥΔΑΘΕΝΑΙΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝ΤΤΤΧΧΧΗΗΗΔΓͰͰͰΙC⁝ΗΕΚΤΕΙΚΑΙΤΡΙΑΚΟΣ[ΤΕΙ
ΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΕΔΟΘΕΘΡΑΣΟΝΙΒΟΥΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝ΤΧΧΧΗΗΗΔΔΓͰͰͰͰΙΙ⁝ΕΓΙΤΕΣΕΡΕΧΘΕΙΔ[ΟΣ
ΕΝΑΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣΔΟΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ⁝ΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΕΔΟΘΕΓΡΟΧΣΕΝΟΙΑΦΙΔΝΑΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ..
ΧΧΗ𐅄ΔΔΔΓͰͰͰΙ⁝ΤΡΙΤΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ⁝ΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΕΔΟΘΕΔΙΟΝΥΣΙΟΙΚΥΔΑΘΕΝΑΙΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣ[ΙΝ⁝
.ΤΤΤ𐅅ΗΗ𐅄ΔΔΔΔͰͰΙΙΙ⁝ΗΕΚΤΕΙΚΑΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ⁝ΗΕLLΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΕΔΟΘΕΘΡΑΣΟΝΙΒΟΥΤΑΔΕΙΚΑΙΣ[ΥΝ
Α]ΡΧΟΣΙΝ⁝ΤΤΧΧΧ𐅅ΗΗΗ𐅄ΙΙC⁝ΕΚΤΕΙΚΑΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΤΑΕΧΣΑΜΟΑΝΟΜΟLΟΛΕΣΑ[ΤΟ]........ΜΑΧ[ΟΣΦ
LΥΕ]ΥΣΣΤΡΑΤΕΛΟΙΣ⁝ΕΣΣΑΜΟΙΔΕΧΣΙΚΡΑΤΕΙΑΛΙLΙΕΙ⁝ΔΔΤΧ⁝ΓΑΣΙΦΟΝΤΙΦΡΕΑΡΡΙΟΙ⁝𐅃Τ⁝ΑΡΙΣΤΟΚΡΑ[ΤΕΙ].......Ι⁝𐅃⁝...
....ΕΥΟΝΥΜΕΙ⁝𐅆ΧΧΧ𐅅ΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔΓͰ⁝ΝΙΚΕΡΑΤΟΙΚΥΔΑΝΤΙΔΕΙΤΡΙΕΡΑΡΧΟΙ⁝ΧΧΧ⁝ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΕΙΑΝΑ.......[ΤΡΙΕ]ΡΑΡ[ΧΟΙ⁝
.......ΕΓΙΤΕΣΓΑΝΔΙΟΝΙΔΟΣΔΕΚΑΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣ⁝ΕΝΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΕLLΕΝΟ[ΤΑΜΙΑΙΣΕΔΟΘΕ]ΓΡΟ[ΧΣ
ΕΝΟΙΑΦΙΔΝΑΙΟΙ]ΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΝ⁝𐅅ΗΗΗΗΔΔΔΔͰͰΙΙΙΙ⁝ΤΡΙΤΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ⁝ΗΕLLΕΝ[ΟΤΑΜΙΑΙΣ.........
..............ΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟ]ΣΙΝ⁝ΤΤ𐅅𐅄ΔΔΔΙΙΙ⁝ΕΚΤΕΙΚΑΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΕL[LΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ.......
......................ΚΑΙΣΥΝΑΡΧ]ΟΣΙΝ⁝𐅃ΧΧΧΧ𐅅Η𐅄ΓͰΙΙΙΙ⁝ΚΕΦΑLΑΙΟΝΑΡΛΥΡΙΟΣΥΜΓΑΝΟΙ - - - - - - - - -

praefectis, qui ante Euclidem nondum fuerunt (Oec. civ. Ath. T. I. p. 193.), sed partim aliis magistratibus, partim Hellenotamiis, in usum militarem et sacrum; utriusque enim rei, et bellici apparatus et impensarum in festa faciendarum cura illa aetate Hellenotamiis commissa erat. Quae quum Barthelemius non animadvertisset, universam tituli rationem perturbavit. Cleogenes (ita enim corrigendum, nisi malis legere Κλειγένης, ut Κλειδικος) primus scriba Senatus fuit, hoc est primae prytaniae scriba, de quo cf. ad n. 81. Idem Cleogenes Aeantidis prytaniae scriba eodem anno memoratur ap. Andocid. de myst. p. 47. Is nominatur solius anni designandi causa (cf. ad n. 74.). Quaestorum primus prytanis tum fuit Callistratus Marathonius, Aeantidis (cf. ad n. 150.), idem ni fallor quem plebes in anarchia necavit (Xenoph. Hell. II, 4, 18.). Scriba Quaestorum, qui hunc titulum confecit, non nominatus est: Senatus scribas, qui secundum prytanias mutabantur, hunc titulum scripsisse, Barthelemius male censebat. Nec post singulas prytanias singulae inscriptionis partes exaratae sunt, qui eiusdem viri error est; exacto anno post rationes redditas universus titulus publice propositus est. Quae omnia quum luce clariora sint, ne monuissem quidem haec, nisi Barthelemius expeditissimam rem mire impeditam reddidisset.

Pryt. I. Ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος πρώτης πρυτανευούσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Καλλιμάχῳ Ἁγνουσίῳ, Φρασιτελίδῃ Ἰκαριεῖ, ἵπποις σῖτος ἐδόθη Ἀθηναίας Πολιάδος TTT XXXHHΔΔΔΓͰͰC, Νίκης 𐅄ΔΔΔΔͰIIIƆ

Praetuli *Phrasitelidis* nomen; in apogr. Barth. est Πρασιτ. Sed Γ incertum est. Σῖτος ἵπποις est pecunia equitibus Atticis pro frumento data: v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 269 sqq. Ea ex diversis aerarii partibus, Ἀθηναίας Πολιάδος et Ἀθηναίας Νίκης numeratur, ex illa 3 tal. 3237 dr. ½ ob. ex hac 91 dr. 3½ ob. si 𐅄 certum est: sed obscuratum illud esse notatur. De Νίκῃ Ἀθηνᾷ varia collegi Oec. civ. Ath. T. II. p. 294 sqq. Adde supra Introd. §. IV.

Pryt. II. Ἐπὶ τῆς Αἰγηΐδος δευτέρας πρυτανευούσης Ἀθλοθέταις παρεδόθη ἐς Παναθήναια τὰ μεγάλα, Φίλωνι Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν, Ἀθηναίας Πολιάδος 𐅆X. ἱεροποιοῖς κατ' ἐνιαυτὸν, Διύλλῳ Ἑρχιεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν ἑκατόμβην 𐅆HΔͰͰͰ

Panathenaea maiora anno Olympiadum tertio mense Hecatombaeone exeunte celebrata sunt; igitur quum pecunia in secunda demum prytania Athlothetis numerata sit, post expensas factas numeratam patet, atque haud dubie post rationes redditas, quae triginta post magistratum abdicatum diebus reddebantur. Athlothetae vero per quadriennium munus suum obtinebant, a magnis Panathenaeis ad magna Panathenaea; magistratus autem pecunias saepe ex suis opibus expendisse, quas aut restitutas acciperent aut reipublicae donarent, docet exemplum Demosthenis (de cor. p. 266.). Ἱεροποιοὶ κατ' ἐνιαυτὸν opponuntur ἐπιμηνίοις (Hesych. v. ἐπιμήνιοι et intt.). Hecatombe, de qua dicitur, videtur Panathenaica esse: nam etsi ἱεροποιοὶ non praesunt Panathenaeis celebrandis (Etym. Phot. Lex. Seg. p. 265.), tamen Panathenaicae hecatombae ducendae et immolandae praefuisse videntur: cf. n. 157. vs. 35. ubi de minoribus Panathenaeis agitur et ἱεροποιοὶ κατ' ἐνιαυτὸν probabiliter a me restituti sunt. Ceterum haec Hecatombe empta est; igitur huc non pertinet locus Schol. Aristoph. Nub. 385. ubi de bobus, quas coloniae Atticae ad Panathenaea dono miserint. ΔΙΥΛΛΟΙ in ΛΡΥΛΛΟΙ mutatur in Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 369. Diog. L. II, 48. Ξενοφῶν Γρύλλου μὲν ἦν υἱὸς, Ἀθηναῖος, τὸν δῆμον Ἑρχιεύς. Sed affirmavit mihi Rosius in marmore legi ΔΙΥΛΛΟΙ, quod nomen Graecum etiam ap. Pausan. X, 13, 4. extat.

Pryt. III. Ἐπὶ τῆς Οἰνηΐδος τρίτης πρυτανευούσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν, ἵπποις σῖτος ἐδόθη TT𐅆HHHHΔΔ. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις, ἵπποις σῖτος ἐδόθη TT𐅆HHHH. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις, Ἕρμωνι ἐδόθη ἄρχοντι ἐς Πύλον 𐅈T. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις ἐς τὴν διωβελίαν TT.

De Pericle Periclis f. v. Xenoph. Mem. Socr. III, 5. et intt. Hermon Olymp. 92, 1. iam copiis praefectus, nunc Pylum mittitur cum imperio. De eo v. Thucyd. VIII, 89 sqq. et Barthel. Paulo post amissa Pylus est, fine hiemis Olymp. 92, 3. (v. Haackii libellum ad Pryt. IX. citatum). Diobelia videtur duplex esse pro civibus 18000, fortasse in Eleusiniis et Oschophoriis, quae in hac prytania celebrantur: nam in Thesmophoriis, mulierum sollemnibus, datam diobeliam esse dubito.

Pryt. IV. Ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος τετάρτης πρυτανευούσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν, σῖτος ἵπποις ἐδόθη TTT. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις ἐς τὴν διωβελίαν ἐδόθη 𐅈TTTXHHH𐅄Γ

Quarta prytania eo anno est a Pyaneps. XVII. usque ad Maemact. XXII. In eam incidunt Apaturia trium dierum sollemnia. Sed diobelia permagna est, plus quam quadruplex: et quum haec expensa singula ex plebiscito de aerarii pecuniis facta sint, potuerunt etiam plura in diobeliam impensa sine plebiscito ex ordinariis vectigalibus esse. Quod semel annotatum etiam ad reliquas impensas pertinet.

Pryt. V. Ἐπὶ τῆς Κεκροπίδος πέμπτης πρυτανευούσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν TTTTXXHH

Diobelia videtur triplex esse pro civibus 18200. Haec prytania est a Maemact. XXIII. usque ad Posid. XXVII. Mense Posideone accidunt Haloa, Posidonia, Dionysia minora, in quibus sunt Piraeensia.

Pryt. VI. Ἐπὶ τῆς Λεοντίδος ἕκτης πρυτανευούσης, τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν XHH𐅄ΔΔΔͰͰͰͰ. ἐνάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν TTTX𐅄ΔΔΔͰͰͰII. ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν, στρατηγῷ ἐξ Ἐρετρίας Εὐκλείδῃ ἀνομολόγημα XXX𐅅HH ΔΔΔΔIƆ. τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν .. XXXX𐅅HHHHΓͰ.

ὀγδόῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Σπουδίᾳ Φλυεῖ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΧΧ.Η. τριακοστῇ τῆς πρυτανείας τὰ ἐχ Σάμου ἀνωμολογήθη Ἑλληνοταμίᾳ Ἀναιτίῳ Σφηττίῳ καὶ παρέδρῳ Πολυαράτῳ Χολαργεῖ 𐅈𐅆ΤΤΧ

Inde ab hac prytania dies pecuniae numeratae notatur, et dies plerumque iidem vel non longe dissiti sunt, ut dies 11, 12, 13, 23, 24, 36, quod ita iam olim explicui, ut aut eodem die, quo populiscitum factum est, aut paulo post numerata pecunia esset; expensae enim factae sunt ψηφισαμένου τοῦ δήμου; et comitia habita sunt die prytaniae 11. deinde ut videtur circa diem 20. et ut de tertiis nihil dicam, quarta sub finem prytaniae. Tertia summa numerata est, ut reliquae omnes, a Quaestoribus Minervae; hi numerarunt Hellenotamiis, ex quibus unus est Proxenus Aphidnaeus: quae noto ob Barthelemii interpretationem plane perversam. Ipsa pecunia dicitur ἀνομολόγημα στρατηγῷ ἐξ Ἐρετρίας Εὐκλείδῃ, hoc est *summa de qua ex pacto convenit cum Euclide duce copiarum ad Eretriam;* id vero pactum haud dubie convenerat inter Hellenotamias et Euclidem: hoc est, Hellenotamiae illam summam promiserant Euclidi; unde nunc ex promissione numeratur ab Hellenotamiis Euclidi, ideoque primum a Quaestoribus Hellenotamiarum collegio. Euboicae urbes tum defecerant ab Atheniensibus (Diod. XIII, 52.): igitur adversus eos missus Euclides erat. Mox pro ΣΠΟΥΔΙΔΙ correxi Σπουδίᾳ, nomen aliunde notum. Deinde ἀνωμολογήθη vix potest aliud esse quam *pecunia promissa est pacto convento:* sed quoniam promissa haec pecunia in expensis notatur, simul eo pacto tradita quodammodo esse debet. Quod ita fuerit factum, si ea pecunia adhuc quidem in Samo fuerit, sed aerario Minervae destinata, Quaestoresque eam iusserint Hellenotamiis tradi, quasi quadam cessione pecuniarum per syngrapham facta. Itaque ἀνομολογεῖσθαι verterim *syngraphâ scriptâ cedi.* Dictio ἐχ Σάμου non docet eas pecunias iam *ex Samo* asportatas esse, neque hic neque pryt. IX. sed tantum originem pecuniae designat: immo pryt. IX. apertum reddit, eas pecunias etiam tum in Samo fuisse. *Paredrus* est Hellenotamiarum, non Archontum. *Polyaratus* est idem, quem nominat Demosth. adv. Boeot. de dot. p. 1009. 25. p. 1015. 26. *Anaetius* potest idem esse, qui fuit inter Trigintaviros. Ceterum notabile est ἐχ Σάμου hic et pryt. IX. prorsus ut ἐχς pro ἐξ (ἐκς).

Pryt. VII. Ἐπὶ τῆς Ἀντιοχίδος ἑβδόμης πρυτανευούσης, πέμπτῃ τῆς πρυτανείας παρεδόθη Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν Τ. ἑβδόμῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν ΤΧΗΗΔΔΔΗΗΙΙΙϽ. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Ἑλληνοταμίαις Φαλάνθῳ Ἀλωπεκῆθεν καὶ συνάρχουσιν, σῖτον ἵπποις ΤΤΤΤ. ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν Χ𐅄ΔΔΔ ΗΗΗΙΙΙ. τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Εὐπόλιδι Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν 𐅆ΗΗΗΗ. ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Καλλίᾳ Εὐωνυμεῖ καὶ συνάρχουσιν ΤΧΧ𐅅𐅄ΠΙΙΙC

Mensis Anthesterionis d. 11–13. sunt Anthesteria, quibus destinata diobelia utraque, cuius hoc loco mentio fit: eius numeratio incidit secundum calculos meos in Anthest. d. 9. et 11. Non tamen eae summae triplici diobeliae sufficere videntur: igitur eam aliunde suppletam iudico. Σῖτον, in quo Barthelemius negligentiam vel scribae vel quadratarii agnoscit, Graecitatis est optimae, p. ἐς σῖτον. Quattuor talenta pro frumento unius fere prytaniae vel aliquot insuper dierum numerata videntur (cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 271.): videtur autem in Anthesteriis potissimum numerata esse, quod in iis equites pompam ducerent.

Pryt. VIII. Ἐπὶ τῆς Ἱπποθωντίδος ὀγδόης πρυτανευούσης, δωδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΤ𐅅ΗΔΔΔΗΗΗΙΙΙΙ. τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΤΧΧΧΗΗΗΔ ΠΗΗΗC. ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν ΤΧΧΧΗΗΗΔΔ ΠΗΗΗΙΙΙ

Quibus usibus hae summae inservierint, non additur, et omitto coniecturas alibi propositas. Ceterum Prytaniae VIII. IX. X. dies habent 36; nam in omnibus memoratur ipse dies 36. Igitur quum annus Olymp. 92, 3. videatur vulgaris fuisse, non intercalaris, si Athenis tum cyclus Metonis receptus fuit, ut arbitror; necesse est ea aetate sex priores prytaniae dies habuerint 35, quattuor posteriores 36, contra quam Suidas et Photius v. πρυτανεία tradiderunt: cautius Harpocr. v. πρυτανείας. De ἡμέραις ἀνάρχοις explosa res.

Pryt. IX. Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηΐδος ἐνάτης πρυτανευούσης, δωδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν ..ΧΧΗ𐅄ΔΔΔΠΗΗΗ. τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Διονυσίῳ Κυδαθηναιεῖ καὶ συνάρχουσιν .ΤΤΤ𐅅ΗΗ𐅄ΔΔΔΔΗΗΗΙΙ. ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν .ΤΤΧΧΧ𐅅ΗΗΗ𐅄ΙΙC. ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας τὰ ἐχ Σάμου ἀνωμολογήσατο ....μαχος Φλυεὺς στρατηγοῖς ἐς Σάμῳ, Δεξικράτει Αἰγιλιεῖ ΔΔΤΧ, Πασιφῶντι Φρεαῤῥίῳ 𐅈Τ, Ἀριστοκράτει .... 𐅈, Ε....... Εὐωνυμεῖ 𐅈ΧΧΧ𐅅ΗΗΗ𐅄 ΔΔΔΔΠΗ, Νικηράτῳ Κυδαντίδῃ τριηράρχῳ ΧΧΧ, Ἀριστοφάνει Ἀνα....... τριηράρχῳ ....

Quartus articulus Samiarum pecuniarum mentionem continet, sed aliarum ac pryt. VI. neque enim eaedem bis numerari possunt, nec summa eadem est. Has, quae pryt. IX. memorantur, ἀνωμολογήσατο ....μαχος Φλυεύς, Cecropidis, haud dubie unus ex Quaestoribus Minervae, cui id negotium datum erat: hoc est, *ille cessit has pecunias iis, qui nominantur* (v. ad pryt. VI.). Qui cessas pecunias recipiunt, quattuor sunt *praetores in Samo* (στρατηγοὶ ἐν Σάμῳ) et duo *trierarchi;* ΕΣΣΑΜΟΙ est ἐν Σάμῳ, ut ἐς Σιδῶνι, ἐστήλῃ n. 87. ἐς Σίγγῳ infra in militaribus titulis. Illi quum in Samo sint, pecunia *non praesentibus numeratur, sed absentibus ceditur;* eadem quum *ne Athenis quidem numeretur, sed tantum cedatur,* non dubito hanc quoque pe-

cuniam, ut priorem (Pryt. VI.), in Samo depositam fuisse. Hae pecuniae ex Samo, partim Pryt. VI. partim Pryt. IX. numeratae, praeter pauca quae interciderunt sunt 95 tal. et 2896 dr. Eae non potuerunt ex Samiorum tributo collatae esse: nam et nimia argenti vis est et Samus tum sui iuris fuit nec tributaria (Thucyd. VIII, 21.); nec de multa circa Olymp. 85, 1. Samiis imposita, quae talentorum 280 fuerat (Diod. XII, 27. 28. Thucyd. I, 117.), hoc loco cogitare licet tum alias ob causas, tum quod hae Quaestorum expensae ἐκ τῶν ἐπετείων fiunt. Potius Athenienses eas pecunias in Samo, quae iis tum imprimis fida fuit, videntur depositas habuisse; quas ex vicinis locis collegerant, sive armorum vi extortas sive ex vigesima (εἰκοστῇ), quam illis tum subditi praestabant, a publicanis collatas. Quae quum aerario in arce competerent, a Quaestoribus recipi debebant: igitur iidem eas, etiam priusquam in arcem delatae essent, cedere iis poterant, quibus ex plebiscito numerare certas summas debebant. Haec igitur harum pecuniarum expensarum videtur ratio esse. Ex quibus quae in sexta prytania numerata sunt, ea mihi olim visa sunt classi data esse, quae ex Dodwelli temporum computatione Olymp. 92, 3. exeunte fere Anthesterione vel ineunte Elaphebolione apud Cyzicum vicit (Diod. XIII, 49.); postea Thrasyllus cum novis copiis in Samum, Atheniensium stationem missus dicitur (Diod. ib. 52. Xenoph. Hell. I, 1, 34. et I, 2, 1.), aut, ut Diodorus (ib. 64.) narrat, Olymp. 92, 4. (ineunte quidem anno), aut, ut mihi videbatur, paulo prius, exeunte anno Olymp. 92, 3. si modo pugna Cyzicena hoc anno pugnata sit. Huic tempori proximus est nonae prytaniae dies ultimus, quo summa in hac prytania memorata praetoribus trierarchisque iam in Samo constitutis cedi potuit absentibus. Et in hac sententia offendere neminem hoc potest, quod Thrasylli mentio in titulo nostro nulla fit; potuerunt enim praetores illi eius collegae esse in administratione rerum bellicarum et sumptuum militarium magis quam Thrasyllus occupati. Sed haec ratio, ut dixi, ei temporum computationi accommodata est, quam hodie inde a Dodwello plurimi sequuntur, atque etiam Barthelemius secutus est, qui mihi illam sententiam aliqua ex parte praeierat. Aliam tamen rationem iniit *Chr. Frid. Ferd. Haacke* in docta dissertatione chronologica de postremis belli Peloponnesiaci annis secundum Xenophontis historiam Graecam recte digerendis (Stendal. 1822.) cuius ex calculis haec omnia anno priore, Olymp. 92, 2. gesta sunt. Ille igitur quum videatur verum assecutus esse, tam quae in sexta quam quae in nona prytania numerata sunt, Thrasylli copiis ceterisque in Asiae ora Atticis numerata videntur, anno post quam Thrasyllus in Samum profectus erat; ex qua statione progressi Athenienses bellum in Asia et Hellesponto gerebant. Pro ΑΛΙΙΛΕΙ corrige ΑΙΛΙΙΛΕΙ. Aristophanes aut Anaphlystius aut Anagyrasius fuit.

Pryt. X. Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος δεκάτης πρυτανευούσης, ἐνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν 𐅅ΗΗΗΗΔΔΔΔ⊢⊢ΙΙΙΙΙ. τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις [ἐδόθη] .... καὶ συνάρχουσιν ΤΤ𐅆𐅄ΔΔΔΔΙΙΙ ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις [ἐδόθη] .... καὶ συνάρχουσιν 𐅇ΧΧΧΧ𐅅Η𐅄Π⊢ΙΙΙ

Summa. Κεφάλαιον ἀργυρίου σύμπαν - - -

Post σύμπαν sequitur Ο: coniicio fuisse σύμπαντος: vide ad n. 145. vs. 16. Sequebantur notae numerales. Universa pecunia exceptis iis nominibus, quae evanuerunt, est 178 tal. 3864 dr. 3 ob. Nec multa perierunt. Certe in IX. pryt. quod trierarcho Aristocrati datum est, vix fuerit plus quam ΧΧΧΧ, ut alter trierarchus accepit ΧΧΧ. Omitto alias notas, quas in Oec. civ. Ath. posui.

148.

In averso latere eiusdem lapidis, in parte inferiore (v. ad n. 149.), titulus στοιχηδὸν scriptus. Ex schedis Mülleri et Rosii. De hac et seq. inscriptione conferri potest Catal. Mus. reg. Clarac. p. 237 sq.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Müllero referente, cuius apographum nostri exempli fundus est, hae litterae vix agnosci queunt: Vs. 1. litt. 25 sqq. ΕΠΙΣΤ, quas ipsas Rosius non habet; vs. 2. litt. 37 sqq. ΥΤΑ; vs. 3. litt. 60. Θ; vs. 5. litt. 33 sqq. ΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣ et deinceps litt. 59 sqq. ΑΔΕΙ; vs. 6. litt. 1. 3. 4. 5. Ε et ΔΟΜ. Litt. 36 sqq. Müllerus ΜΕΤΑΛΕΙΤΝΙ habet, et deinceps nihil usque ad τὴν διωβελίαν; sed notat litteras ΜΕΤΑΛΕΙΤΝΙ plane obscuras esse. Igitur dedi ibi Rosianam lectionem, de qua posthac dixi. Porro Müllerus notat obscuras esse vs. 6. in fine litteras ΑΝ; vs. 7. litt. 4. Δ, et litt. 18. Ν, deinde litt. 31 sqq. ΤΑΜΙΑΙΣ, et post lacunam ΠΑΡ; vs. 8. litt. 25 sqq. ΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ, et in fine ΤΕ; vs. 9. litt. 20. 21. ΤΑ, litt. 25. Ι, litt. 62. Σ, litt. 71. Ι, pro quo ex Ros. dedi Ε; vs. 10. litt. 33. 34. ΙΣ, pro quibus ex Ros. ΙΦ dedi: deinde integram vocem Μεταγειτνιῶνος; vs. 11. ultimum Τ; vs. 12. litt. 14. 15. ΕΝ; vs. 13. litt. 70. 73. Ν et Μ; vs. 16. litt. 43. 44. ΘΥ, litt. 60. Σ, et quae ipsi sunt ultimae ΕΣ (ΕΚ litt. 69. 70.); vs. 17. litt. 32. 33. ΙΣ, et litt. 53. Σ; vs. 18. ultimas inde a litt. 61. ΤΕΙ etc.; vs. 19. litt. 68 sqq. ΜΙΑΙ; vs. 20. litt. 27. 28. ΕΙ et ultimum ipsi elementum Ι (litt. 70.); vs. 22. litt. 10 sqq. ΙΣΙ, litt. 19 sqq. ΥΝΑ, litt. 67. 68. ΙΔ. Vs. 7. litt. 11. 12. ex Catal. Mus. reg. dedi ΤΤ pro Mülleriana lectione .Τ Litterarum numerum constat non in omnibus versibus prorsus eundem esse, referente Rosio, cui aliud apographum ab ipso factum sed sero a me visum debeo. Ex eius igitur schedis quaedam, quae Müllerus in lacunis apud ipsum marmor suppleverat, ut adhuc extantia

[*Continuatur p. 225.*]

ΕΠΙΤΕΣΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣΔΕ[Υ]ΤΕΡΑΣΕΠΙΣΤ[ΝΕΙΑΣ]ΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣΛΥΣΙΘΕΟΙΘΥΜΑΙΤΑ
Δ]ΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΤΡΙ[ΤΕΙ]ΚΑΙΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ[ΔΕΚΑΤΕΙΦΘΙΝΟΝΤΟΣ]Μ[ΕΤΑΛ]ΕΙΤΝΙΟΝΟΣ
Ε]ΣΤΕΝΔΙΟΒΕⅬΙΑΝΑΘΕΝ[ΑΙΑΣ]ΙΙ ΙΙCΕⅬⅬΕΝΟΤ[ΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠ]ΑΡΕ[ΔΡΟΙΣ]. . . . . Θ[ΡΑΣΥⅬ]ΟΧΟΙΘΟΡΙΚ
ΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΕΒΔΟ[Μ]ΕΙΚΑΙΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ[ΗΕΚ]ΤΕΙ[ΦΘΙΝΟΝΤΟΣ]ΜΕΤΑ[Λ]ΕΙΤΝΙΟΝΟ[Σ
Ε]ΣΤΕΝΔΙΟΒΕⅬΙΑΝΗΔͰͰͰ[Ε]ⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣⅬΥΣΙΘΕΟ.ΙΘΥΜΑΙΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙ
ΕΒΔΟΜΕΙΚΑΙΔΕΚΑΤΕΙΤΕ[Σ]ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΕΚΤΕΙΦΘΙΝ[ΟΝ]Τ[ΟΣΜΕΤΑ]ΛΕΙΤΝΙΟΝΟΣ[ΕΣ]ΤΕΝΔΙΟΒΕⅬΙΑΝ
ΤΕΣΔΙΛΙΝΙ[Σ]ΤΤ𐅅ΗΗΗΗΙΙ[Δ]Δ[Δ]ΠͰΙΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ[ΚΑΙ]ΠΑΡ[ΕΔΡΟΙΣΠΡΟΤΑΡΧΟΙΠΡΟ]ΒΑΛΙΣΙΟΙΚΑΙΣ
ΥΝΑΡΧΟΣΙ[ΟΛΔ]ΟΕΙΚΑΙΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΠΕ[ΜΠ]ΤΕΙΦΘΙΝΟΙΤΟΣΜΕΤΑΛΕΙΤΝΙΟΝΟΣΕΣΤΕ
ΝΔΙΟΒΕⅬΙΑΝ.ͰͰΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣΠ[ΡΟ]ΤΑ[Ρ]ΧΟΙ[Π]ΡΟ[Β]ΑⅬΙ[Σ]ΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΕΝΑ
ΤΕΙΚΑΙΔΕΚ[ΑΤ]ΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΤΕ[Τ]ΡΑΔΙΦΘ[ΙΝΟΝ]ΤΟΣΜΕΤΑΛΕΙΤΝΙΟΝΟΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕⅬΙΑΝΗΠ
ΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣⅬΥΣΙΘΕΟΙΘΥΜΑΙΤΑΔΕΙΚΑΙ[ΣΥΝΑΡΧΟ]ΣΙ[Δ]ΕΥΤΕΡΑΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙ
ΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΕΝΕΙΚΑΙ[Ν]ΕΑΙΜΕΤΑΛΕΙΤΝΙΟΝΟΣΕΣΤΗΝΔΙΟΒΕⅬΙΑΝΔΠΙ . . . ΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ[ΚΑΙ
ΠΑΡΕΔΡΟΙΣΘΡΑΣΥΛΟΧΟΙΘΟΡΙΚΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΤΡΙΤΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΝΟΥΜ[Ε
ΝΙΑΙΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕⅬΙΑΝΗ𐅄ΔͰͰΙΙΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣⅬΥΣΙΘΕΟΙΘΥΜ[ΑΙ
ΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΤΕΤΑΡΤΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΔΕΥΤΕΡΑΙΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣΕΣΤ[ΕΝ
ΔΙΟΒΕⅬΙΑΝΠͰΙΙΙCΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣΛΥΣΙΘΕΟΙΘΥΜΑΙΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΕΚΤΕΙ
ΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΤΕΤΡΑΔΙΙΣΤΑΜΕΝΟΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕⅬΙΑΝ𐅄ΔΔΔΠ. . ΕⅬ
Ⅼ]ΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣⅬΥΣΙΘΕΟΙΘ[ΥΜ]ΑΙΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝ[ΕΙ
ΑΣΟΛΔΟΕΙΙΣΤΑΜΕΝΟΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕⅬΙΑΝΑΘΕΝΑΙ[ΑΣ].ΕΧΗΠΠΙΙͰΙΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙ[ΣΚΑ
ΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣⅬΥΣΙΘΕΟΙΘΥΜΑΙΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΟΛΔΟΕΙΙΣΤ[ΑΜΕ
ΝΟΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕⅬΙΑΝ𐅄ΔΔΔͰͰΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣΠΡΟΤΑΡΧΟΙ[Π]ΡΟ[ΤΑΡ
Χ]ΟΙΠΡΟΒΑΛΙΣΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΕΚΤΕΙΚΑΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΤΕΤΡΑΔΙΕΠΙΔΕΚΑ[ΒΟΕ
Δ]ΡΟΜΙΟΝΟΣ[ΕΣΤΕΝ]ΔΙΟΒΕⅬΙΑΝΔΔΠͰͰͰΙΓΕⅬⅬΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣⅬΥΣΙΘΕΟΙΘΥΜΑΙΤ[ΑΔΕΙ
Κ]ΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙ[ΕΚΤΕΙΚΑΙΤΡΙΑΚΟ]ΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ[ΤΕ]ΤΡΑΔΙΕΠΙΔΕΚΑΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣ. . . . .

notavi, quippe quae Rosius agnoverit, vs. 1. litt. 35–67. vs. 2. litt. 66–70. et litt. 72. vs. 3. litt. 43–45. etsi in Rosiano apographo litterae plane aliter dispositae sunt et legitur Ἀθηναίᾳ Νίκῃ, qui dativus ferri non potest. Porro vs. 4. ex Rosii apographo extra uncos posui litt. 17. 19. 21. 22. 41–45. 49–51. 62. 72. 73. Ex eodem vs. 5. siglum 19. addidi, et versu eodem litt. 21. 45–58. 73. 74. vs. 6. litt. 18. 19. Sed inde a litt. 36. Rosius habet inverso verborum ordine φθίν[ον]τ[ος Μετα]γειτνιῶνος [ἐς] τὴν διωβελίαν Ἀ- vs. 7. θηναίᾳ Νίκῃ ᴾHHHH .Δ.ΓΗC, quod verum esse ob dativum non potest: assumpsi inde litteram Δ (vs. 7. litt. 20.), et φθίν[ον]τ[ος Μετα]γειτνιῶνος, quod usui in hac inscriptione recepto magis convenit. Vs. 7. praeterea ultimam litteram servavit Ros. idemque vs. 8. litt. 18. 19. 38. 39. Et litt. 42–44. ubi Müll. habet IΣ., ex Ros. adscivi TEI, eundemque secutus extra uncos praebeo ΦΘIN (litt. 45–48.) et litt. 51–53. 55–60. item vs. 9. litt. 28. 29. Mox vs. 9. litt. 39–58. Müll. Γ......XX I.ΠO.....IOI; Ros. ut dedi, nisi quod pro IOI habet .OI Ibidem litt. 60. 61. a Rosio servatae sunt, item vs. 10. litt. 27. 28. 32. Eodem versu litt. 34–36. Müll. ΣOY, Ros. ΦΘ. Ex eodem litt. 40. 58. 59. extra uncos praebeo, item vs. 11. litt. 57. 73. 74. Vs. 12. litt. 16. Müllero est Γ, Rosio E; ex eodem litt. 18–20. dedi KAI, ubi Müll. A.. Litt. 53 sqq. Müllerus .II..., Rosius ΔΓ.. Ego composui utrumque. Vs. 14. cum Ros. litteras 18. 20. 21. uncis exemi: ibidem Müllero numeri sunt ΓHΔI.. quos ex Ros. correxi. Vs. 15. Ros. litteram 20. extra uncos praebuit, et vs. 16. litt. 1. Ibidem numerus Müllero est ΓHHC: dedi Rosianum. Extremo versu Müllerus EΣ..., Ros. EKTEI. Vs. 17. litt. 54. cum Rosio uncis exemi: in fine Müll. ΔIOBEΛIA NAΘ et nihil praeterea; quod dedi, Rosianum est. Vs. 18. litt. 25. 35. cum Ros. extra uncos dedi, item litt. 57. 64–66. Vs. 19. litt. 49–59. Müllerus [AΣ].EXHΓΓIIH; Ros. [A]I[N]IKEIᴾΓΗ, cui non confido: dativus enim manifesto falsus est: retinui igitur Mülleri lectionem. Vs. 20. primum I Ros. habet, item litt. 49. 50. 69. 70. quae ap. Müll. desunt. Vs. 21. primum N Ros. legit; litt. 29. Ros. ᴾ, Müll. Γ: litt. 49. 50. cum Ros. sine uncis praebeo. Vs. 21. litt. 60 sqq. Müllerus ..O‾ΛINOI.ΓO... sed N ut incertum notans; Rosius ΓPOTAPXOI.PO... quod recepi. Vs. 22. litt. 48–50. 54. 55. Ros. extra uncos praebuit, item vs. 23. litt. 15. 18–21. Vs. 23. litt. 24. 25. Müllerus .A, sed A incertum esse notans: dedi Rosianum. Litteram 31. omittit Ros. idem litt. 70. extra uncos habet. Vs. 24. litt. 2. 3. ex eodem uncis exemi, item litt. 10–12. 27–30. Litt. 46–55. Müll. ΓPAI.KAI., Ros. TPAΔIEΓIΔE, recte.

Continentur rationes expensarum ex aerario in arce a Quaestoribus Minervae factarum; sed initio deest anni notatio et prima prytania; in fine deest, quid et cui usui expensum sit, quod vs. 24. memoratur, et plura fortasse; postremo interciderunt reliquae octo prytaniae. Quae omnia ubi perscripta fuerint, ad n. 149. perquiro. Cui titulo etsi hic n. 148. in lapide succedit, tamen illi plane diversi sunt. Nam n. 149. desinit in prima prytania, quae ibi Erechtheidis est, sed n. 148. incipit a secunda prytania, quae eiusdem Erechtheidis est; igitur hi tituli connecti non possunt. Praeterea n. 149. in media prytania desinit; sed inter n. 149. et 148. vacuum spatium relictum est: quod, etiamsi utriusque tituli prytaniae non essent diversae, tamen obesset, quominus utraque inscriptio coniungi posset. Nam in media eadem prytania non potuit vacuum intervallum admitti. Et n. 148. manifesto cum primae prytaniae ipso initio incipit, quod formularum ratio docet: neque enim verba ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηΐδος δευτέρας πρυτανείας plus semel posita sunt; ut pateat ea tantum initio praescripta esse. Postremo n. 149. non est στοιχηδὸν scriptus, ut est n. 148. et in illo titulo scriptura ad Ionicam propius accedit, in hoc magis antiqua est: nisi quod spiritus asper omitti solet, ut n. 147. et saepius in Attica scriptura (lacunae tamen explendae causa a me admissus est vs. 4. n. 148. quemadmodum is n. 149. vs. 24. reperitur, licet in reliqua inscriptione omittatur constanter), et quod Lambda diserte affirmante Müllero modo Ⱶ modo Λ scribitur, prout quoque loco repraesentatum a nobis est, exceptis locis ex Rosii apographo petitis, de quibus non constat. Gamma tamen semper Λ est. OY semel habes in νουμηνίᾳ vs. 13. Titulum esse anni Olymp. 92, 4. ac proinde initio Olymp. 93, 1. exaratum, probabilibus argumentis doceo ad n. 149. Est igitur uno anno recentior, quam n. 160. nec differt scriptura, nisi in littera A, quae n. 160. est A, et in iis quae dixi: ea autem diversitas ex scribarum et lapicidarum diversitate satis explicari potest. Ceterum ex n. 160. anni Olymp. 92, 4. primam prytaniam fuisse Cecropidis intelligimus: secunda iam Erechtheidis est, ex qua hoc fragmentum reliquum habemus. Quod universum versatur in diobeliae pecuniis ex aerario numeratis. Eam vero diobeliam notum est civibus Atticis omnibus, qui non nollent accipere, pensam esse, ut in reipublicae festis lautiore uti victu possent: et imperita eius sententia est, qui hanc diobeliam partim festis demorum Erechtheidis tribus celebrandis inservisse putat: quod enim in Erechtheidis prytania haec expensa fiunt, inde quis collegerit, Erechtheidis ea sumptibus praestandis erogata esse? Pecunia numerata est Hellenotamiis in usum diobeliae: quippe ea aetate theorica erogabant Hellenotamiae, ut supra iam diximus: igitur si Hellenotamiarum aerarium non sufficiebat, ex aerario in arce sumptui subveniebatur. In alios usus nihil tum impensum est, sufficientibus ordinariis vectigalibus. Praeter Hellenotamias horum paredri memorantur, ut in praegressis inscriptionibus. Nomina Hellenotamiarum supersunt vs. 3. 13. *Thrasylochus Thoricius* (in Catal. Mus. reg. audit *Thrasybulus*)*, vs. 5. 11. 14. 16. 18. 20. 23. *Lysitheus Thymaetades*, vs. 7. 9. 21–22. *Protarchus Probalisius*: in Catal. Mus. reg. p. 238. etiam Phyle demus inde memoratur, quem non reperio. Hos de-

mos non esse Erechtheidis, est cuidam memorabile visum, qui rerum imperitiâ quid sit notabile, quid non, nescit. Memorabilius est Hellenotamias hos omnes diversarum esse tribuum, quum in Glaucippea (n. 147.) aliquot eiusdem tribus sint (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 191.), duo vel ex eodem pago, Aphidnaei Proxenus et Eupolis, ex Aeantide (non Leontide: vide ad n. 172.). Desumptae pecuniae sunt partim ex communi aerario, partim ex eo, quod Minervae dictum est, ut in praecedentibus inscriptionibus habes pecunias Ἀθηναίας Πολιάδος, Νίκης. Sic igitur vs. 3. 19. supplevi Ἀθηναίας. Nam ne quis credat legendum ἐς τὴν διωβελίαν Ἀθηναίων, notet diobeliam, ubi Atheniensibus datur, simpliciter διωβελίαν dici, ut toties hic et n. 147. nec potest inter diobeliam Atheniensium universorum et demorum distingui, quod singulis demis diobelia peculiaris non unquam data est. Tantum ubi cleruchis extra Atticam constitutis diobelia datur, quod factum esse probabiliter docebo, additur cuius terrae incolis ea diobelia destinata sit.

Nunc priusquam ad singula accedam, de prytaniae mensiumque diebus paucula monenda sunt. Decem enim dies nominati sunt; ex quibus plurimi aperti sunt: ceteros observatis lacunarum spatiis et iis, quae supersunt, probe examinatis ita constitui, ut nullus dubitationi locus relictus sit. Sunt igitur dies hi:

Pryt. II. dies 13.	. . . Μεταγειτνιῶνος	φθίνοντος 10.
17.	. . . .	φθίνοντος 6.
18.	. . . .	φθίνοντος 5.
19.	. . . .	φθίνοντος 4.
22.	. . . .	ἕνη καὶ νέα.
23.	. . . . Βοηδρομιῶνος	νουμηνία.
24.	. . . .	ἱσταμένου 2
26.	. . . .	ἱσταμένου 4.
30.	. . . . ,	ἱσταμένου 8.
36.	. . . .	ἐπὶ δέκα 4.

Non verum igitur, quod Plutarcho (Symp. Qu. IX, 6. de frat. amor. 18.) creditur, Βοηδρομιῶνος δευτέραν (ἱσταμένου) fuisse exemptilem: haec enim in hoc marmore diserte scripta extat. Est autem δεκάτη φθίνοντος Metagitnionis (mensis d. 21.) prytaniae secundae dies 13, et ἕκτη, πέμπτη, τετάρτη φθίνοντος eiusdem prytaniae dies 17. 18. 19. Igitur quum Metagitnionis dies 21. 25. 26. 27. incidant in secundae prytaniae dies 13. 17. 18. 19. manifestum est secundae prytaniae diem primum esse Metagitn. 9. Iam vero Boedromionis novilunium sive primus dies incidit in eiusdem prytaniae diem 23: igitur Metagitnio hoc anno dies habuit triginta; quod cycli causa tenendum est. Sciens autem alio argumento abstinui. Etenim dicas idem colligi inde, quod δεκάτη φθίνοντος commemoretur; patere enim inde, tertiam decadem fuisse decem dierum. At non constat, δεκάτην φθίνοντος in solis iis mensibus statutam esse, qui plenam tertiam decadem haberent: Proclus enim (ad Hesiod. Opp. et D. 766.), quem olim secutus sum in Commentatione de Dionysiis, δευτέραν φθίνοντος in cavis mensibus omissâm perhibet: ut adeo in his ipsis, ut in plenis, dies mensis 21. fuerit δεκάτη φθίνοντος appellata. Igitur tutior illa ratio, qua paulo ante usus sum. Nec tamen Proclo, ut hoc obiter addam, fidem habeo, sed nunc cum Idelero ex Polluce VIII, 117. colligo, δευτέραν φθίνοντος non fuisse exemptilem: nisi quod illam omissam mense Boedromione statuo. Nam quum Plutarchus (de frat. amor. 18.) diserte dicat: τὴν γὰρ δευτέραν ἐξαιροῦσιν ἀεὶ τοῦ Βοηδρομιῶνος, quod nostrae inscriptioni prorsus contrarium est; Plutarchum arbitror rem ex alio scriptore petitam non accurate cepisse, et quod ille scriptor de δευτέρᾳ φθίνοντος dixisset, rettulisse ad δευτέραν simpliciter, quae est ἱσταμένου: ceterum φθίνοντος δευτέραν in solo Boedromione omissam esse: qua de re quum aliquid innotuisset Proclo, transtulisse hunc ad omnes menses, quod Boedromionis fuisset proprium. Superest, ut de prytaniarum spatiis et de mense Hecatombaeone dicam. Prytaniae enim in vulgari anno dierum 354 sex sunt dierum 35, quattuor 36: et has maiores Olymp. 92, 3. fuisse ultimas, videmus n. 147. si is annus vulgaris est; de quo non dubito. Unde coniicias in intercalari anno priores prytanias dies 38, posteriores dies 39 habuisse. Iam quum in titulo hoc secunda prytania incipiat Metagitn. d. 9, si Hecatombaeon dies 29 habuisset, prima prytania fuisset dierum 37: quod fieri nullo modo potuit: igitur Hecatombaeon habuit dies 30, et prytania prima dies 38, annusque fuit intercalaris. Accedit, quod secundae prytaniae dies sextus et tricesimus commemoratur; quodsi annus vulgaris esset, secundum n. 147. exspectares primam prytaniam non plus quam 35 dies habuisse. Igitur iis, quae dixi, in unum collectis, intelligitur annum huius inscriptionis intercalarem fuisse eiusmodi, in quo duo primi menses, Hecatombaeon et Metagitnion, tricenos dies haberent. Unde quid colligam, vide ad n. 149. Percenseamus nunc singulos articulos.

§. 1. vs. 1–3. Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηΐδος δευτέρας πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Αυσιθέῳ Θυμαιτάδῃ καὶ συνάρχουσι, τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, δεκάτῃ φθίνοντος Μεταγειτνιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν, Ἀθηναίας ΙΙΙC

Litterae ΕΠΙΣΤ, quae incertae, necessario mutandae in ΠΡΥΤΑ. Formula ipsa docet, incipere rationes huius prytaniae: igitur prioribus duodecim diebus nihil ex aerario numeratum est, sed coeperunt expensae post prima comitia, quae undecimo prytaniae die haberi solebant. Ceterum aut δευτέρας πρυτανείας aut δευτέρας πρυτανευούσης dici supra vidimus. Θυμαιτάδης novum est sed constans in hoc titulo: vulgo scribitur Θυμοιτάδης. Illud non dubito verum esse; etiam rex Atticus iam debebit Θυμαίτης scribi. Diobeliae summa, sive tantum $4\frac{1}{2}$ ob. est, sive corrigendum ΗΗC (200 dr. $\frac{1}{2}$ ob.), tantum complendis expensis inservit: nunquam enim dimidius obolus, numquam solae ducentae drachmae possunt in diobelia numeratae esse. Potuit autem hoc pecuniae complementum aut ad restituendam Hellenotamiis diobeliam iam prius expensam, aut ad praebendam paulo post, ministrari nunc a Quaestoribus. Omnino vero in quae sollemnia multae hae pecuniae numeratae sint, non iuvat exquirere, propterea quod non constat, utrum eodem die, quo

Hellenotamiae erogabant diobeliam, an ante illum diem vel paulo post Quaestores pecuniam Hellenotamiis numeraverint. Sufficit annotasse, mense Boedromione praeter Charisteria et Magna Mysteria, ipso mensis initio Boedromia, Eleutheria, Marathonia celebrata esse: quibus haud dubie inservierunt hae pecuniae.

§. 2. vs. 3–5. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, ... Θρασυλόχῳ Θορικίῳ καὶ συνάρχουσι, ἑβδόμῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, ἕκτῃ φθίνοντος Μεταγειτνιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΗΔΗΗ

Post παρέδροις ex Mülleri lectione lacuna est, quae nescio quomodo expleri possit. Fortasse litterae falso scriptae et de industria erasae sunt; quod etiam vs. 21. extr. 22. init. accidisse videtur. Thrasylochum restitui e vs. 13. In voce ἕκτῃ lacunae explendae spiritus assumendus erat alias omissus (v. supra): nisi me fallit Mülleri mei apographum. Nam Ros. quantam lacunam statuat, non mihi constat. Summa exigua integram diobeliam non efficit.

§. 3. vs. 5–7. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Αυσιθέῳ Θυμαιτάδῃ καὶ συνάρχουσι, ἑβδόμῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, ἕκτῃ φθίνοντος Μεταγειτνιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν τῆς Αἰγίνης ΤΤΡΗΗΗΗΡΔΔΔΓΗΗ

In summae correctione plurima certa sunt; ultima drachma pro obolo a me addita est, duce Catalogo Musei regii, in quo haec summa dicitur esse 2 tal. et 947 dr. ut proinde in fine ΗΗ, non ΗΙ vel ΗC legerit eius scripti auctor; idque Mülleri et Rosii lectione probabilius est. Sed quod ex Catalogi auctoritate Δ[ΔΔΔ] legitur, haud dubie falsum est. Nam pro primo Δ Müllerus habet ΙΙ: compone utramque lectionem, et habebis ΙΔΙ, hoc est Ρ. Sic oritur summa 2 tal. 987 dr. Sunt igitur drachmae 12987, hoc est 38961 ratae portiones diobeliae. Alia haec diobelia est atque ea quae §. 2. ut eodem die numerata proponitur, latetque hoc loco aliquid, quod ex eo ipso primum eruo. Etenim post vs. 6. in cuius fine nihil periit (ut nec vs. 8.), voci διωβελίαν initio vs. 7. additur ΤΕΣ ΔΙΛΙΝΙ. et deinde summa diobeliae. In quo cave quaeras Ἀθηναίας, cui voci nec litterarum ductus nec articulus τῆς conveniunt. Ne multa, quum Δ ut incertum notetur, legendum ΤΕΣΑΙΛΙΝΕΣ. Aegina tum habuit cleruchos Atticos, qui post pugnam ad Aegospotamos expulsi sunt: his igitur, et omnibus opinor cleruchis Atticis, diobelia ex Atticis reditibus pensa est, utpote civibus Atheniensibus. Nam etiamsi eos ut Aeginetas vigesimae rerum exportandarum et importandarum obnoxios fuisse alibi docui: tamen ut cives Attici debebant diobeliam accipere, quae civibus omnibus competit. Haud dubie autem haec pecunia una missione in Aeginam translata est, ut inde diobelia unius anni distribui posset. Portiones sunt, ut dixi, 38961: hae sufficient viris 1443 pro diebus 27, vel viris 481 pro diebus 81. Quot vero dierum diobelia numerata sit, non constat; nec satis certa coniectura mea de diebus 25–30 alibi proposita (Oec. civ. Ath. T. I. p. 241.): convenit tamen ea priori calculo, nec dissimile vero, colonos circiter 1400–1500 in Aegina fuisse. Ceterum Rosius longe aliter legit: sed a Mülleri apographo decedere hoc in loco intutum. Vide quae in var. lect. dixi, et cf. ad §. 10.

§. 4. vs. 7–9. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Πρωτάρχῳ Προβαλισίῳ καὶ συνάρχουσι, ὀγδόῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, πέμπτῃ φθίνοντος Μεταγειτνιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν . ΗΗ

Nomen Protarchi ex vs. 9. 21. restitui. Vs. 8. ΦΘΙΝΟΙΤΟΣ muta in ΦΘΙΝΟΝΤΟΣ.

§. 5. vs. 9–10. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Πρωτάρχῳ Προβαλισίῳ καὶ συνάρχουσι, ἐνάτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, τετράδι φθίνοντος Μεταγειτνιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΗΓ

§. 6. vs. 11–12. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Αυσιθέῳ Θυμαιτάδῃ καὶ συνάρχουσι, δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, ἕνῃ καὶ νέᾳ Μεταγειτνιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΔΓΗ...

Dedi Η pro Ι.

§. 7. vs. 12–14. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Θρασυλόχῳ Θορικίῳ καὶ συνάρχουσι, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, νουμηνίᾳ Βοηδρομιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΗΡ ΔΗΗΙΙ

§. 8. vs. 14–16. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Αυσιθέῳ Θυμαιτάδῃ καὶ συνάρχουσι, τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, δευτέρᾳ Βοηδρομιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΓΗΙΙΙC

Sunt dr. 6. ob. $3\frac{1}{2}$: quae inserviunt complendae diobeliae.

§. 9. vs. 16–17. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Αυσιθέῳ Θυμαιτάδῃ καὶ συνάρχουσι, ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, τετράδι ἱσταμένου Βοηδρομιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΡΔΔΔΓ..

§. 10. vs. 17–19. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Αυσιθέῳ Θυμαιτάδῃ καὶ συνάρχουσι, τριακοστῇ τῆς πρυτανείας, ὀγδόῃ ἱσταμένου Βοηδρομιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν, Ἀθηναίας ΤΤΧΗΗΡΓΗ

Numerus, ut videtur, est novem notarum; tertia est Χ: igitur secunda Ε fuit aut Χ aut Τ, ex quibus posterius est probabilius. Quod si posueris, prima debet Τ fuisse. Octavam et nonam notam retinui, prout est in Mülleri apographo. Supersunt intermediae hae: ΗΓΓΙΙ. Ultima ex his vix potest in aliud mutari quam Γ: quo posito duae praecedentes erunt aut ΗΗ aut ΗΡ; sed alterum est probabilius. Sic oritur summa 2 tal. 1256 dr. 1 ob. quae fere paulo plus quam duplex diobelia est, credo ad Eleusinia. Rosius quidem plane aliter legit: sed in eius lectione, quam duobus locis habet, Ἀθηναίᾳ Νίκῃ dativus sensu cassus, et illud ΝΙΚΕΙ neutro loco satis firmum est.

§. 11. vs. 19–21. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Αυσιθέῳ Θυμαιτάδῃ καὶ συνάρχουσι, τριακοστῇ τῆς πρυτανείας, ὀγδόῃ ἱσταμένου Βοηδρομιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΡΔΔΔΗΗ

Haec eodem quo priora die in eundem usum numerata sunt, sed ex aliis loculis. Priora enim ex Minervae thesauro separato sumpta sunt.

§. 12. vs. 21–23. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Πρωτάρχῳ Προβαλισίῳ καὶ συνάρχουσι, ἕκτῃ καὶ τρια-

κοστῇ τῆς πρυτανείας, τετράδι ἐπὶ δέκα Βοηδρομιῶνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΔΔΠΗΗΙΙ

Vox Πρωτάρχῳ bis scripta erat. Pro duobus in fine obolis, qui duo spatia complent, vide ne quattuor vel tres fuerint.

§. 13. vs. 23–24. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Λυσιθέῳ Θυμαιτάδῃ καὶ συνάρχουσι, ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας, τετράδι ἐπὶ δέκα Βοηδρομιῶνος ......

ΕΚΤΕΙΚΑΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙ accurate explet lacunam. Summa eodem quo prior die numerata est, ut bis in praecedentibus.

149.

In averso latere lapidis Choiseuliani, in parte superiore, litteris non ex serie dispositis. Transcripsit Müllerus, quae potuit: vix enim, ait, umbra litterarum superest. Idem etiam supplementorum partem occupavit.

[*Textum vide in pag. seq.*]

De lapidis forma et mensura quum ad n. 147. expositum sit, dicam nunc de situ huius et praecedentis tituli. In quo primum tenendum, tergum eius partis, in qua est anaglyphum, rude atque impolitum nec perscriptum esse: in tergo autem tituli n. 147. superius exaratus est titulus n. 149. et primus versus est is, qui incipit a voce λογισταί: supra quem nullum alium versum scriptum fuisse Müllerus notat. Post vs. 27. vacuum spatium conspicitur duorum vel trium versuum altitudine; subsequitur titulus n. 148. in cuius fine lapis accurate sectus est, nec infra vs. 24. vestigium scripturae ullum comparet; immo is versus in imo est margine. Iam vero quum tituli utriusque (148. 149.) initia finesque desint, patet eosdem titulos et coeptos et continuatos in aliis lapidibus esse. Et primum quidem n. 149. potuit aut in lapide ad sinistram apposito incipere, aut, quod mihi probabilius, in tabula tenuiore, quae anaglyphi tergum impolitum tegeret: eiusdem finis continebatur lapide in dextera adiuncto. Sed n. 148. non potuit alibi initium habere nisi in marmore in sinistra apposito in eadem altitudine, in qua est fragmentum superstes; ut singulae prytaniae iuxta essent positae: idem continuabatur aut in marmore infra addito aut in eadem altitudine lapidis in dextera appositi, in quo altius posita erat continuatio tituli n. 149. Nunc quaerimus uter titulus antiquior sit. Respondeo n. 148. esse antiquiorem. Nam quis tandem in exarando titulo n. 149. in media prima anni secundi prytania eo loco, ubi vs. 27. scriptus est, scribere desisset, quum spatium versuum fere viginti sex vel septem superesset, nisi alter locus, ubi titulus n. 148. legitur, iam occupatus fuisset? Contra, si titulus n. 148. antiquior est, potest sane causa indagari, quare hic non in superiorem lapidis partem, ubi n. 149. posthac scriptus est, sed in inferiorem coniectus sit. Nam in sinistra parte alius fuit lapis: is superius continuerit inscriptionem antiquiorem, relicto tamen infra spatio, quod perscribendae primae prytaniae tituli n. 148. suffecerit: ita lapicida hoc ipsum sinistri lapidis spatium occupare potuit, et deinde in dexterum lapidem transire, sed ita, ut secundam prytaniam in eadem altitudine inciperet, in qua primae prytaniae initium in sinistro lapide positum erat. Tum vero qui titulum n. 149. exaravit, occupavit eam lapidis superstitis partem, quae superius relicta erat. Praeterea stilus tituli n. 149. magis ad Ionicam litterarum formam accedit quam tituli n. 148. Igitur n. 148. ut dixi, antiquior iudicandus est titulo n. 149. Sed ipsos harum inscriptionum annos indagare difficile est. Nam quod earum partes superstites in eodem quo n. 147. lapide scriptae sunt, inde non colligitur, esse has anno Olymp. 92, 3. contiguas: nam n. 138. et 142. in eodem lapide scripti tamen aliquot distant Olympiadibus. Attamen n. 148. 149. vicinorum haud dubie annorum sunt, quod in eadem conspiciuntur plaga tabularum quaestoriarum positi. Sed n. 149. duos annos complectitur, quos litteris A. B. distinxi: utriusque vero anni rationes ita iunctim scriptae sunt, ut dubitari nequeat, duos hos n. 149. annos esse continuos. Itaque tres anni quaerendi sunt. Ex quibus primus anno Olymp. 92, 4. prior esse nequit. Nam marmor, in quo superstites particulae positae sunt, ab ipsis anni Olymp. 92, 3. Quaestoribus in suum usum comparatum et publice propositum esse, inde colligo, quod eorum titulo (n. 147.) anaglyphum insculptum est: itaque in eo lapide non potuerunt alii ante illos rationes suas consignare. Neque aut n. 148. aut n. 149. ad ipsum annum Olymp. 92, 3. referri potest. Nam utroque expensa ex aerario Quaestorum Minervae contineri manifestum est; sed quae ab illis anno Olymp. 92, 3. expensa erant, insunt iam titulo n. 147. quo excluduntur ceteri tituli. Praeterea Olymp. 92, 3. prima prytania est Acantidis, et secunda Aegeidis; sed n. 148. secunda est Erechtheidis, et n. 149. B. prima Erechtheidis. Ac si pars A. n. 149. ad Olymp. 92, 3. referretur, deberet n. 149. B. anni Olymp. 92, 4. esse; quod fieri non potest, quia n. 149. B. prima prytania est Erechtheidis, et Olymp. 92, 4. Cecropidis (vide n. 160.). Igitur, quod dixi, et n. 148. et n. 149. recentior est anno Olymp. 92, 3. Iidem vero Euclide priores sunt, quum in utroque pecuniae Hellenotamiis tum ipsum numeratae commemorentur: Hellenotamiae enim, quod iam olim monui (Oec. civ. Ath. T. I. p. 190.), inde ab Euclide nulli fuerunt, sed in eorum locum creati sunt Magistratus Theoricorum et Quaestor aerarii militaris; haud dubie vero Trigintaviri iam ante Euclidem aboleverant Hellenotamiarum magistratum, qui sublato imperio Attico retineri non poterat, neque a Spartanis victoribus tolerari. Igitur etiam annus anarchiae (Olymp. 94, 1.) excluditur: neque eo anno Senatus Quingentorum nec prytaniae fuerunt, nec in optimatium imperio diobelia ulla numerata esse

[*Continuatur p.* 230.]

A. . . . ΛΟΓΙΣΤΑΙ ΠΡ - - - - - - ΤΟΚΑΙΕ.ΤΡ
. . . ΥΝΟ.ΕΝΙΟ ΟΟΝΙΟ. - - - - - - ΟΣΙ - - - [ΜΟΙΠΑΙ]ΟΝΙΔΗΙ . . . .
. . ΟΙΡΡΑΙΝΛΙ ΙΟ - - - - - - - - - - - [Ι]ΟΝΟ[ΣΙΣΤΑ]
ΜΕ]ΝΟ.ΤΧΧΝ
. . ΑΙΕΚΤΕΙΚΑΙ . . . . [ΤΕΙΤΕΣ]ΠΡΥΤΑΝ[ΕΙΑΣ] - - - - - - - - - - -
. . . . . ΛΟ.ΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ. - - - - - - - - - - - [Τ]
ΕΣ]ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΕΚΤΕΙ . . . . ΛΙΟ[ΝΟΣ] - - [ΠΟΛ]ΥΞΕΝΟΙ
. . ΟΔΟΡΟΙ[Μ]ΕΛ[Ι]ΤΕΙ[ΚΑΙΣΥΝΑΡ]ΧΟΣΙ.ΚΤΕ - - - - .
. . ΚΙΑΝ ΟΛΙΛΕΑΙ ΛΕΔΕ - - - - - .
.ΟΝΙΕ.Ν ΡΟΛΔΟΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ - - - . - - - - -
ΛΟΛΙΣΤΑΙ - - ΛΛΙ ΟΙΚ - - - - . - - - - [ΤΕ]
ΤΑΡΤΗΙΚΑΙΔΕΚΑΤΗΙΟΙ . . . Ν - - - - - .ΓΟΝΝ
ΒΟ.ΟΣΛΟΓ.ΙΣΤΑΙΕΙΤΩΝΟΙΟ [ΙΟΝ]ΟΣΙΣΤΑ[Μ]Ε[ΝΟ] - - - - . .
ΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΕΙ - - - - [ΣΚΙΡΟΦ]ΟΡΙ[ΟΝΟΣ] - - ΝΤΙΟ
ΜΟΙΠΑΙΟΝΙΔΗΙΚΑΙΣ[ΥΝ]ΑΡΧ[ΟΣΙ - - - - - - . - - - [ΠΕΜ]
ΠΤΗΙΙΣΤΑΜΕΝΟΣΚΙΡΟΦΟΡΙΟΝΟΣΟΔΠΙΝ - - - - - - - .
ΤΟΙΨΑΛΙΟΙΠΡΑΙ:Υ - - - - [ΣΚΙ]ΡΟΦΟΡ[Ι]Ο[ΝΟΣ] .ΤΟ.ΟΙΟΜ - - [ΕΛΛΕΝΟΤΑ]
ΜΙΑΙΣΚΑΙ[Π]ΑΡΚΑ.ΛΥΝΟΙΔ [ΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙ] - - . . . . - - [ΕΛΛΕΝΟΤΑ]
ΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΓΛΡΟ[ΙΣ].ΡΟΣΤΑ ΚΑΙ[ΣΥΝΑΡΧΟΣΙ] - . Ν . . .
ΤΟ.ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΟΝΟΣ.Σ.ΟΟΙΙ [ΛΟΛΙ]ΣΤΑΙΙΛ - - - . ΑΙΛ. - - - -
B. ΝΙΚΟΓΡΕΙΣΙΚΑΙΛΚΑΡ - - ΤΗ - - - ΤΟΙΣ . . .
ΚΑΙΕ . . Γ.Ι.ΕΑΟΕΟΙΑΛΟΙ . . . ΟΣΕΚΤΟΝ[ΕΠΕΤΕΙΟΝ] - - [ΕΠΙΤΕΣΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣΠΡΟΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ]
ΚΑΙΣΥΝ]ΑΡΧΟΣΙΠΕΡΙ . . . ΚΑΙΠΙΑΙ . . [ΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ] . . . . [ΤΟΜΗΝΟΣΕΚΑΤΟΜΒΑΙΟΝΟΣ] . . . . [ΕΠΙΤΕΣΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣΠΡΟΤΕΣ]
ΠΡΥΤΑΝ[ΕΙ]Α[Σ]Η[ΕΛΛ]ΑΝΟΙ[ΑΜ]ΙΑΙ[Σ] . . . . [ΚΑΙΣΥΝ]ΑΡΧΟΣΙ . . . . [ΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ] . . . .
ΤΟΜΙΙΧ[ΟΣ]ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΟΝΟΣ . . . . ΙΔΙ - - [ΕΠΙΤΕΣΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣΠΡΟΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙ]
ΑΣΕΙΚΟΣΤ[ΕΙ]ΤΟΜΗΙΙ[ΟΣ]ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΟΝΟΣ - - - - - - - - - [Ε]
ΠΙΤΙΙ . ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣΠΡΟΤΕΡ[ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ]

potest; et n. 148. anarchiâ prior habendus etiam ob diobeliam Aeginae, si in ea restituenda verum vidi: Aeginam enim Atheniensibus Lysander eripuit aliquot mensibus antequam Athenae captae sunt (v. ll. cc. ap. Müller. Aeg. p. 186.). Athenae autem quum vere anni Olymp. 93, 4. mense decimo Munychione captae sint (Plutarch. Lysandr. 15.), et n. 149. B. tantum Hecatombaeonis rationes supersint, dixeris ultimum trium illorum annorum, quos hi tituli complectuntur, posse Olymp. 93, 4. esse: quo anno usque ad Munychionem Athenae liberae fuerunt. At hunc quoque annum eximendum censeo, quod eius rationes redditas esse non probabile est. Nam sublato populari imperio, in tantis praesertim turbis, rationes exactas esse Trigintaviris dominantibus, verisimile non videtur; nec abolita Trigintavirorum potestate (Olymp. 94, 2.) anni ante anarchiam ultimi (Olymp. 93, 4.) rationes reddendas fuisse, vel inde colligas, quod ii ipsi, qui ante anarchiam apud Logistas et Euthynos repetundarum accusati erant, tum non tenebantur amplius (vide legem ap. Andoc. de myst. quam explicui Oec. civ. Ath. T. I, p. 206.). Relinquuntur igitur anni Olymp. 92, 4–93, 3. Iam vero quum tituli n. 148. annus intercalaris sit, isque talis, in quo duo primi menses pleni fuerint; si Metonis cyclus tum Athenis receptus fuit, de quo post Idelerum (Diss. de cyclo Metonis et Callippi, et in libro de Chronol.) non dubito, ille titulus in annum Olymp. 92, 4. referendus est, qui solus in illorum quattuor annorum spatio et intercalaris est et duos primos menses plenos habet, utpote cycli secundi annus quintus; contra ii anni, qui ex proximis intercalares sunt, Olymp. 91, 3. 92, 2. 93, 3. 94, 2. non ambos illos menses plenos habent. Sequor enim cyclum, qualis ab Idelero in libro chronologico optime descriptus est. Postremo quum non liqueat, utrum titulus n. 149. titulum n. 148. continuo an ex intervallo sequatur, titulus n. 149. aut in Olymp. 93, 1–2. aut in Olymp. 93, 2–3. referri debet. Ceterum in hoc titulo ante legem Archini, Euclide archonte latam, qua Ionica litteratura in actis Atticis recepta est, ex usu tum vulgo iam percrebescente quadratarius vel scriba Ionicas aliquot litteras occupavit, sed rursum etiam Atticam scripturae formam admiscuit. Nam Lambda modo ⱶ modo Λ est, et Gamma nunc Λ nunc Γ; H modo vocalem Eta designat modo spiritum (vs. 24.), retenta insuper aliquoties littera E pro Eta, si modo lectio tam oblitterati lapidis certa haberi potest; Ω nusquam comparet, sed Ξ (ita corrige pro Ξ); contra Ψ vs. 18. haud dubie corruptum est.

Prior tituli annus terminatur, quantum video, vs. 16. Initium periit. Nam voce λογισταὶ titulus non potuit incipere; et quum vs. 16–20. ea sola contineantur, quae inde a Scirophorionis ultimi mensis die quinto numerata erant, non videtur prior anni pars longe maxima vs. 1–15. comprehendi potuisse. Supplementa in inscriptione adeo mutila non multa tentavi; nec diu morabor legentes. Vs. 1. 11. 13. et opinor 20. *Logistarum* mentio fit, quibus pecunias numeratas esse quis credat? Nec dativo casu nominati videntur, sed nominativo. Igitur notas Logistarum vel comprobationem memoratas iudico. Vs. 2. OONIO. fuit fortasse Μαραθωνίῳ; mox OΞI superfuerit ex tali dictione: ... φθίνοντ]ος Ἑ[λληνοταμίαις, sequente deinceps nomine ... μῳ Παιονίδῃ, quod ex vs. 15. suppletum dedimus. Vs. 3–4. agnosco ex mensis notatione ... ιῶνος ἱσταμένου, addita summa . TXX etc. Vs. 5. comparet ἕκτῃ καὶ .... τῃ τῆς πρυτανείας, vs. 6. Ἑλληνοταμίαις. Vs. 7. praecesserat dies τῆς] πρυτανείας; sequebatur ἕκτῃ, et mensis nomen, veluti [Ἐλαφηβο]λιῶ[νος, mox nomen proprium, ut Πολυξένῳ vel Δορυξένῳ. Vs. 8. restitui certa via: ... οδώρῳ Μελιτεῖ καὶ συνάρχουσι; sequitur non opinor ἕκτῃ, sed ἐς τὴν ... ni fallor διωβελίαν, ut vs. 9. KIAN arbitror fuisse [ΔIOBE]ΛIAN. Vs. 10. patet dies prytaniae: ὀγδόῃ τῆς πρυτανείας, vs. 12. τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ. Vs. 13. an est: ὡς λογισταὶ εἶπον? Deinde habes ... ιῶνος ἱσταμένου. Vs. 14. notatus erat dies τῆς πρυτανείας; sequebatur, ut videtur, dies mensis Scirophorionis non posterior quinto. Vs. 15. apertum ... μῳ Παιονίδῃ καὶ συνάρχουσι; nec dubius vs. 6. dies: πέμπτῃ ἱσταμένου Σκιροφοριῶνος. Vs. 17. videtur nomen demi latere, et PAI:Y vide ne sit KAI[Σ]Y[NAPXOΣI. Vs. 18. agnosco: Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις. Vox παρέδροις latet in . APKA (ΠAPEΔ) etc. Sequebatur nomen, et καὶ συνάρχουσι. Idem vides vs. 19. et apertius. Vs. 20. fuit φθίνοντος Σκιροφοριῶνος. Viri, qui in hac tituli parte memorantur, *Paeonides* alter, alter *Melitensis*, videntur Hellenotamiae esse, ex tribubus diversis.

Ubi prior annus terminatus erat, ibi alterius anni rationes coepit quadratarius, ut annus anno ex ordine adderetur. Videtur autem vs. 21. 22. index generalis rationum contineri, quo anno, quibus magistratibus expensae pecuniae sint; sed omnia ita oblitterata sunt, ut coniectando nihil proficias; vs. 22. tamen ἐκ τῶν [ἐπετείων] fuisse videtur, ut n. 147. Post haec praescripta inferri debebat prytaniae designatio: Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηΐδος πρώτης πρυτανείας (vide vs. 27.). Deinde vs. 23. καὶ συνάρχουσι patet; praecesserat igitur nomen, Hellenotamiae ut videtur. Post συνάρχουσι inferebatur dies prytaniae et mensis. Nomen mensis supplevi; ex numero diei prytaniae supersunt corruptae litterae ΠEPI ... KAIΠIAI. Iam quum ex vs. 27. liqueat, prytaniae designationem in singulis capitibus repetitam esse ut n. 144.; vs. 23. in fine, ubi novum caput incipiebat, repetita fuerunt verba: ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηΐδος πρώτης πρυτανείας; deinde sequitur Ἑλληνοταμίαις, Hellenotamiae nomen et καὶ συνάρχουσι, dies τῆς πρυτανείας, dies τοῦ μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος (vs. 25.). Vs. 24. superest πρυτανείας et vestigia vocis Ἑλληνοταμίαις; et patet inde, in hoc titulo non πρυτανευούσης dictum esse, sed πρυτανείας (ut n. 144. 148. et ex parte n. 145.). Nam πρυτανείας hic non ex diei notatione superesse potest, sed tantum ex prytaniae ipsius designatione; sequitur enim Ἑλληνοτα-

μίαις, quum, si dies prytaniae ibi designaretur, deberet iam mensis dies inferri. Postremo vs. 25. post vocem Ἑκατομβαιῶνος scriptum erat, in quem usum data pecunia esset, credo ἐς τὴ]ν δι[ωβελίαν. Tum aliud caput incipit, cuius dies vs. 26. servatus est, vigesimus Hecatombaeonis. Restitui igitur: Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηΐδος πρώτης πρυτανείας, εἰκοστῇ τῆς πρυτανεί]ας, εἰκοστῇ τοῦ μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος. Quibus numeratum esset, videtur post diei notationem additum fuisse: modo enim hoc ante diem notatur, modo post diem designatum. Ultimo loco vs. 27. novum caput incipit, ex quo prytaniam ipsam cognoscimus: ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηΐδος πρώτη[ς πρυτανείας.

150.

Athenis in arce, inter rudera magni Minervae templi, quem Parthenonem et Hecatompedum vocant, repperit Chandlerus et edidit Inscr. II, 4. p. 42–45. unde repetii Oec. civ. Ath. tab. IV. V. et explicui T. II. p. 287–310. Duo sunt latera *A*, *B*: in quibus quum nihil redeat, non diversorum annorum diversae ἀναγραφαὶ esse videntur, sed eiusdem inscriptionis duae columnae, ut in Marmore Sandwicensi. Titulus est στοιχηδὸν scriptus, non tamen totidem singulorum versuum litteris, diserte testante Chandlero. Nunc est in Mus. Brit. Synops. n. 305. ex Elginianis, apud Viscont. n. 42. 43. Varias lectiones haud contemnendas mecum communicavit Rosius; unde lectionem melius constitui.

[*Textum vide pag.* 232. 233. *interpositum.*]

Quae Rosius ex marmore enotavit, recepi omnia; sunt autem haec. *Col. A.* primum O supra scriptum non super prima vs. 1. littera N, ubi Chandl. habet, sed in medio versu ponendum esse Ros. monet: igitur id aliquot spatiis in dexteram movi. Vs. 1. Chandl. ΑΘΗΝΑΣ: Ros. diserte ΑΘΗΝΑΑΣ. Vs. 4. extr. Chandl. habet ΧΑΡΙΑΣΠ sub iisdem litteris prioris versus; id ex marmoris fide delevi. Vs. 6. Chandl. ΔΙΣΜΝΗΣ etc. lapis habet ΟΙΣΜΝΗΣ etc. quod olim coniecturâ repperi. Vs. 7. Chandl. ΣΥΝΙΑΔΟ, Ros. ΣΟΝΙΑΔΟ Vs. 9. Chandl. ΕΙΕΥΩΝΥΜΕΙ, Ros. ΙΕΙΕΥΒΙΩΙ; hinc concinnatum ΕΙΕΙΕΥΒΙΩΙ Vs. 13. Ros. ΛΑΜ, Chandl. ΔΑΜ. Vs. 16. Chandl. ΕΝΩΙΔ.Ο, Ros. ΕΝΩΙΔ.Ω Vs. 17. in lacuna binas interpunctiones ex Ros. addidi. Vs. 20. Chandl. ΧΡΗ: quod olim correxi ΧΡΗ, praebet lapis. Vs. 21. Chandl. ΚΑΤΩΡΕΔΕ, et vs. 22. ΑΚΡΟ.., vs. 24. ΧΑ..Α, pro quibus Rosiana dedi. Vs. 25. med. Chandl. ΤΟΥΤΩΝ: ΗΗΗ: sed Ros. ΤΟΥΤΟ:ΧΗΗ: quod recepi, etsi vacuum spatium unius litterae superest, nisi velis ΧΗΗΗ scribere. Vs. 38. Chandl. ΑΠΕΡΟΝ, Ros. ΑΠΕΡΩΝ. Litterarum in utroque fine dispositio olim a me non recte instituta nunc emendata est. *Col. B.* vss. 1. 2. ex Ros. addidi. Vs. 3. Ros. omittit ΕΛΕ, quod retinui, et habet ΥΣΙΝΟ pro Chandl. ΥΣΙΝΙ: reliqua in eo versu ex Ros. sunt, praeter supplementa, quae omnibus locis a me addita sunt: qua de re non soleo monere. Vs. 4. primum ΑΤ, vs. 5. primum Ρ omittit Ros. Ibidem quae post vocem Τηλεμάχου, et vs. 6. quae post vocem χρυσοῦς leguntur, addidi ex Ros. Vs. 11. Chandl. ΜΕΤΑΣ, Ros. ΜΕΓΑΣ Vs. 15. Chandl. ΕΥΡΕΘΗ, Ros. ΗΥΡΕΘΗ diserte. Vs. 19. Chandl. ΧΡΥΣΟΝΟΣΤΑ, Ros. diserte ΧΡΥΣΟΝ:ΟΙΣΤΑ Vs. 40. omissus ap. Chandl. erat. Vs. 42. ex Ros. additus est. In scriptura nihil memorabile est, nisi quod Ε, negante licet Visconto, aliquoties pro ΕΙ est, sed magna ex parte tantum in certis formis, σκέλει, ζεύγει (p. σκέλεε, ζεύγεε), χειρός, fortasse etiam ἀπείρων. Nempe in his ει non videtur plane distinctum ab ε fuisse, quod ex forma χερός, πέρας etc. intelligi potest. Una vox superest ex alio genere ΑΛΥΣΕΣ p. ἁλύσεις col. *B.* vs. 35.

Continetur recensus donariorum eorum, quae in *Hecatompedo* fuerunt, partim *a prioribus Quaestoribus tradita*, partim *ipso Quaestorum tradentium anno illata* (ἐπέτεια): illa, nisi aliud caput in fine col. *A.* vel initio col. *B.* incipiebat, pertinent usque ad *B.* vs. 12. haec inde a vs. 13. usque ad vs. 22. Deinde adduntur ea, quae in *Opisthodomo* fuerunt *ex arca Brauronia*. Opisthodomum intellige Parthenoni adhaerentem; Opisthodomum vero ab Hecatompedo diversum esse docui in Introductione huius classis. Et retracto quae olim de locis, ubi haec donaria, scripsi Oec. civ. Ath. T. II. p. 287. 302. 307. Ceterum quum haec inscriptio ad annum Olymp. 95, 3. referatur, nec solorum *Minervae* Quaestorum sit, sed etiam *deorum ceterorum*; nihil mirum est donaria inde a n. 141. magnopere mutata reperiri.

Monument important

Praescriptum. Θεοῖς. Τάδε οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηνάας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν οἱ ἐπὶ Ἰθυκλέους ἄρχοντος,

Ἐπιχάρης Εὐωνυμεύς,
..............εύς,
Κηφισοφῶν Παιανιεύς,
Χαρίας Π.....
............θεν,
Διογείτων Ἀχαρνεύς,
....
.....στοκλῆς Ἁμαξαντειεύς,
Φιλοκράτης ....
........Ἀναφλύστιος,

οἷς Μνησίεργος Ἀθμονεὺς ἐγραμμάτευε, παρέδοσαν τοῖς ταμίαις τοῖς ἐπὶ Σουνιάδου ἄρχοντος,

.........άτῳ Εὐωνυμεῖ,
Χαρίᾳ Ἀραφηνίῳ,
Δι..............ειεῖ,
Εὐβίῳ Αἰθαλίδῃ,
Εὐάθλῳ ἐκ Κεραμέων,
* * * *
...........μεῖ,
Φιλωτάδῃ Δεκελεῖ,
Ε...........
.....Ἀναφλυστίῳ,

οἷς Μόρυχος Βουτάδης ἐγραμμάτευε, παραδεξάμενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν τῶν ἐπὶ Ἀριστοκράτους ἄρχοντος,

[*Continuatur p.* 234.]

A.

[Θ] [Ε] Ο Ι [Σ]
ΤΑΔΕΟΙΤΑΜΙΑΙΤΩΝΙΕΡΩ]ΝΧΡΗΜΑΤΩΝΤΗΣΑΘΗΝΑΑΣΚΑΙΤΩΝΑ
ΛΛΩΝΘΕΩΝΟΙΕΠΙΙΘΥΚΛ]ΕΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΕΠΙΧΑΡΗΣΕΥΩΝΥΜΕ
ΥΣ . . . . Ε]ΥΣΚΗΦΙΣΟΦΩΝΠΑΙΑΝΙΕΥΣΧΑΡΙΑΣΠ
. . . . ΘΕΝΔ[Ι]ΟΓΕΙΤΩΝΑΧΑΡΝΕΥΣ. . . . . . .
. . . . Σ]ΤΟΚΛΗΣΑΜΑΞΑΣΤΕΙΕΥΣΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ
. . . . Α]ΝΑΦΛΥΣΤΙΟΣΟΙΣΜΝΗΣΙΕΡΓΟΣΑΘΜΟ[Ν
ΕΥΣΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΠΑ]ΡΕΔΟΣΑΝΤΑΜΙΑΙΣΤΟΙΣΕΠΙΣΟΝΙΑΔΟ[Α
ΡΧΟΝΤΟΣ]. . . . . ΑΤΩΙΕΥΩΝΥΜΕΙΧΑΡΙΑΙΑΡΑΦΗΝΙΩΙΔΙ.
. . . . ΕΙΕΙΕΥΒΙΩΙΑΙΘΑΛΙΔΗΙΕΥΑΘΛΩΙΕΚΚΕΡ
ΑΜΕΩΝ]. . . . . ΜΕΙΦΙΛΩ[Τ]ΑΔΗΙΔΕΚΕΛΕΙΕ. . . . .

. . . . ΑΝΑΦΛΥ]ΣΤΙΩΙΟΙΣΜΟ[Ρ]ΥΧΟΣΒΟΥΤΑΔΗΣΕΓΓΡΑΜΜΑ[ΤΕ
ΥΕΠΑΡΑΔΕΞΑΜΕ]ΝΟΙΠΑΡΑΤΩΝΠ[Ρ]ΟΤΕΡ[Ω]ΝΤΑΜΙΩΝΤΩΝΕΠΙ[ΑΡΙ
ΣΤΟΚΡΑΤΟΣΑΡ]ΧΟΝΤΟΣΣΩΚΡΑΤ[Ο]ΣΛΑΜΙ[Τ]ΤΕΩΣΚΑΙΣΥΝΑΡ[ΧΟΝ
ΤΩΝΟΙΣ]. . ΩΝΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ[Ε]ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΕΝΤΩΙΝΕΩΙΤΩΙΕ[Κ
ΑΤΟΜΠΕΔ]ΩΙΑΡΙΘΜΩΙΚΑΙΣ[ΤΑ]ΘΜΩΙΝΙΚΗΣΧΡΥΣΗΣΠΡΩΤΟΣΡ[Υ
ΜΟΣΚΕ]ΦΑΛΗΣΤΕΦΑΝΗΕΝΩΙΔ[Ι]ΩΟΡΜΟΣΥΠΟΔΕΡΙΣΗΛΩΔΥΟΧΡ[Υ
ΣΩΠΑ]ΡΑΡΙΣΤΕΡΑΑΜΦΙΔΕΑΧΡΥΣΙΔΙΑΜΙΚΡΑ:. :ΣΤΑΘΜΟΝΤΟ[Υ
ΤΩΝ:Χ]ΧΔΔΔΔͰͰͰͰ:III:ΔΕΥΤΕΡΟΣΡΥΜΟΣΘΩΡΑΞΣΤΡΟΦΙΟΝΣΤΑΘ[Μ
ΟΝΤ]ΟΥΤΩΝ:ΧΧΔ:ΤΡΙΤΟΣΡΥΜΟΣΑΠΟΠΤΥΓΜΑΠΕΡΟΝΑΙΔΥΟΠΟΔ[Η
ΡΗΣ]ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΩΝ:Χ𐅅ΗΗΗ[Η]ΔΔΔΠͰͰͰͰIII:ΤΕΤΑΡΤΟΣΡΥΜΟΣ[ΠΑ
ΡΑ]ΔΕΞΙΑΑΜΦΙΔΕΑΣΤΕΦΑΝΟΣΚΑΤΩΡΙΔΕΔΥΟΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤ[Ω
ΝΧ]𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΠͰͰͰ:ΠΕΜΠΤΟΣΡΥΜΟΣΑΚΡΩΤ[Η]ΡΙΟΝΧΡΥΣΙΟΝΟΠ[Ι
ΣΘ]ΙΟΝΣΚΕΛΕΔΥΟΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΩΝ:ΧΧΧΧͰͰIII:ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝ[Α
Ρ]ΓΥΡΟΝΟΚΛΕΟΣΤΡΑΤΗΑΝΕΘΗΚΕΝΝΙΚΗΡΑΤΟΧΑΛΚΑ[Δ]ΙΕΡΕΙ[Σ
ΜΑΤΑ]ΕΧΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ:ΧΗΗ: ΧΡΥΣΙΟΝΑΠΥΡ[ΟΝ]Σ[ΤΑ]ΘΜΟΝ[Τ
ΟΥΤΟ]. ΙC:ΑΜΦΙΔΕΑΙΧΡΥΣΑΙΛΕΠΤΑΙ[ΙΙ]ΠΟΛΥΙΠΠΗΜΕΛΕΤΕΩΝΟ
Σ]. . . . . ΕΩΣΑΝΕΘΗΚΕΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΙΝ:Ͱ II II:ΣΤΡΕΠΤΟΝΠΕΡ
Ι.ΧΡΥΣΟ]ΝΥΠΑΡΓΥΡΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ:𐅄ΠͰͰͰIIII:ΣΤΕΦΑΝΟΣΧΡΥ
ΣΟΣΑΡΙ]ΣΤΕΙΑΤΗΣΘΕΟΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ:ΗΗ𐅄ΔΔͰͰIIIC:ΟΙΝΟΧΟΑ
ΙΑΡΓ]ΥΡΑΙ:III:ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΩΝ:ΧΗΗΗ𐅄ΔΔΔͰͰII: ΣΤΕΦΑΝΟΣΧΡΥ[Σ
Ο]ΣΟΝΛΥΣΑΝΔΡΟΣΑΡΙΣΤΟΚΡΙΤΟΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΣΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ:𐅄ΔΠͰIII II:ΣΤΕΦΑΝΟΣΘΑΛΛΟΧΡΥΣΟΣΟΓΓΕΛΩΝΤ
ΛΗΣ]ΩΝΙΔΟΠΕΛΛΗΝΕΥΣΑΝΕΘΗΚΕΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ:ΔΠͰͰIII:ΣΤΕΦ
ΑΝ]ΟΣΘΑΛΛΟΧΡΥΣΟΣΟΝΙΕΡΟΚΛΗΣΦΑΣΗΛΙΤΗΣΑΝΕΘΗΚΕΣΤΑΘ
Μ]ΟΝΤΟΥΤΟ:𐅄Π[ͰͰ]ͰͰ:ΣΤΕΦΑΝΟΣΘΑΛΛΟΧΡΥΣΟΣΟΝΗΠΟΛΙΣΑΝΕΘ[Η
ΚΕΤ]ΑΝΙΚΗΤΗΡΙΑΤΟΚΙΘΑΡΩΙΔΟΣΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ:𐅄ΔΔΔΠ:ΣΤΕΦ
ΑΝΟ]ΣΘΑΛΛΟΧΡΥΣΟΣΟΝΑΡΙΣΤΟΜΑΧΗΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΣΑΝΕΘΗΚΕ
ΣΤΑΘ]ΜΟΝΤΟΥΤΟ:ΔΔΠͰIII:ΔΑΚΤΥΛΙΟΣΑΠΕΡΩΝΧΡΥΣΟΣΟΝΠΛΑΘΟ
. . ΑΙΓ]ΙΝΗΤΗΣΑΝΕΘΗΚΕΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ:ΙC:ΣΤΕΦΑΝΟΣΧΡΥΣΟ
ΣΟΝΗΝΙ]ΚΗΕΧΕΙΕΠΙΤΗΣΚΕΦΑΛΗΣΗΕΠΙΤΗΣΧΕΡΟΣΤΟΑΓΑΛΜΑ
ΤΟΣΤΟΧ]ΡΥΣΟΑΣΤΑΘΜΟΣΦΩΚΑΙΚΩΣΤΑΤΗΡΕ:II:ΕΚΤΑΙΦΩΚΑΙΔΕ
Σ]. . . . . ΛΟΙΜΗΔΙΚΟΙΑΡΓΥΡΟΙ:ΔΙ:ΥΠΟΣΤΑΤΟΝΧΡΥΣΟΝΑΣΤΑΘ
ΜΟΝΚΡΑΤΗ]ΡΥΠΑΡΓΥΡΟΣΕΠΙΤΗΚΤΟΣΑΣΤΑΘΜΟΣΕΚΤΗΦΩΚΑΙ[Σ
ΚΑΙΔΥΟΣΦΡ]ΑΓΙΔΕΛΙΘΙΝΩΧΡΥΣΟΝΕΧΟΣΑΤΟΝΔΑΚΤΥΛΙΟΝΗ[Δ
ΕΛ]. . . . . ΟΝΣΚΑΦΑΙΧΑΛΚΑΙ:Η:ΣΤΑΘΜΙΑΧΑΛΚΑ:Δ[Ι]Ι:ΜΑΧΑΙ[Ρ
ΑΑΡΓΥΡΑΚΟΛΕΟΝΑΡΓΥΡ]ΟΝΕΧΟΣΑΤΑΥΤΗΝΗΒΟΛΗΑΝΕΘΗΚΕΝ[Σ
ΤΑΘΜΟΝΤΑΥΤΕΣ. . . . . ΚΑΡΧ]ΗΣΙΟΝΔΙΟΣΠΟΛΙΩΣΑΡΓΥΡΟ[ΝΣΤ
ΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΗΗ]. . . . . ΑΡΤΕΜΙΔΟΣΒΡΑΥΡΩΝΙΑΣΧΡΥ[Σ. .
. . . . ΧΡΥΣΙΔΕΣ:III:[ΣΤΑΘΜΟΝ
[ΤΟΥΤΩΝ]. . . . .

B.

. . . ΑΙΑ . ΡΑ . ΛΠΑΡ . . . . . ΝΚΑΙΗΟΙΑ . Α . .
. ΥΠΑΡΓΥΡΟΝ . ΠΟ . . . . ΣΑΝΟ . .
. ΕΛΕΥΣΙΝΟ[Σ]. . ΔΔΠ ΒΟΙ[Δ]ΙΟΝ[ΕΛΕ]ΦΑΝ[ΤΙΝΟΝ . . . . ΚΡ
ΑΤΗΣΑΙΣΧΡΩΝΟΣΦΑΛΗΡΕΥ[ΣΑΝΕΘΗΚΕΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ:ΗΔ:. . . . . ΑΡΓΥ
ΡΑΗΝΛΥΣΙΜΑΧΗΤΗΛΕΜΑΧΟΜΗΤΗΡ[ΕΦ]ΗΙΤΙ[ΓΟΡΓΟΝΕΙΟΝΣΤΑΘΜΟΝ . . .
. ├├:ΔΑΚΤΥΛΙΟΣΧΡΥΣΟΣΗΠΙΝΑΚΙΩΙΟΝΚ . . . . [ΑΝΕΘΗΚΕΝΑΡΤΕΜ
ΙΔΙΒΡΑΥΡΩΝΙΑΙΔΑΚΤΥΛΙΟΣΧΡΥΣΟΣΚΑΙΧΡ[ΥΣΙΟΝΑΠΥΡΟΝΠΡΟΣΕΣΤ
Ι]ΔΕΔΕΜΕΝΟΝΟΝΦΡΥΝΙΣΚΟΣΘΕΤΤΑΛΟΣΑΝΕΘ[ΗΚΕΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΩΝ:. .
├├:ΕΝΩΙΔΙΩΧΡΥΣΩ:ΙΙ:ΑΡΤΕΜΙΔΟΣΒΡΑΥΡΩΝΙΑΣ. . . . .
ΟΣΑΝΕΘΗΚΕΣΤΑΘΜΟΝ:ΙΙΙC:ΣΤΑΤΗΡΕΣΚΙΒΔΗΛΟΙ . . . . . . [ΚΑΤΑΚΕΧΡΥΣΩ
ΜΕΝΟΙΟΙΠΑΡΑΛΑΚΩΝΟΣΟΝΥΞΜΕΓΑΣΤΡΑΓΕΛΑΦΟΠΡΙΑ[ΠΙΣΟΝΤΟΣΣΤΑ
ΘΜΟΝ:ΔΔΔ├├:ΧΡΥΣΙΑΣΥΜΜΕΙΚΤΑΔΙΑΛΙΘΑΚΑΙΕΝΩΙΔ[ΙΩΣΤΑΘΜΟΝ . . .
ΤΑΔΕΕΠΕΤΕΙΑΠΑΡΕΔΟΜΕΝΧΡΥΣΙΟΝΟΑΡΙΣΤΟΚΛΗΣΟΑΠΟ . . . .
ΗΣΑΠΗΝΕΓΚΕΝΤΟΑΠΟΤΟΒΑΘΡΟΤΟΑΓΑΛΜΑΤΟΣΣΤΑΘΜΟΝ:├ . . . . [:ΕΤΕΡΟ
ΝΧΡΥΣΙΟΝΟΠΑΡΑΤΩΙΧΡΥΣΟΧΟΩΙΗΥΡΕΘΗΣΤΑΘΜΟΝ:ΙΙΙC:ΣΤΕΦ[ΑΝΟΣΧΡΥ
ΣΟΣΑΡΙΣΤΕΙΑΤΗΣΘΕΟΣΤΑΘΜΟΝ:ΗΗΔΔΔΔΠΙC:ΠΑΛΛΑΔΙΟΝΕΛΕ[ΦΑΝΤΙΝ
ΟΝΠΕΡΙΧΡΥΣΟΝΚΑΙΗΑΣΠΙΣΕΠΙΧΡΥΣΟΣΟΑΡΧΙΑΣΕΜΠΕΙΡΑΙ[ΕΙΠΟΙΩ
ΝΑΝΕΘΗΚΕΑΝΔΡΩΝΕΛΑΙΟΣΙΟΣΑΠΗΡΞΑΤΟΧΡΥΣΑΣ:├├:ΘΡΑΣΥΛΛΟ[ΣΕΥΩ
ΝΥΜΕΥΣΧΡΥΣΟΝ:ΟΙΣΤΑΤΗΡΕ:ΙΙ:ΑΙΓΙΝΑΙΩΑΡΤΕΜΙΔΟΣΒΡΑΥΡΩΝΙΑΣ[ΧΡΥ
ΣΟΣΔΑΚΤΥΛΙΟΣΟΝΑΞΙΟΘΕΑΣΩΚΛΕΟΣΓΥΝΗΑΝΕΘΗΚΕΣΤΑΘΜΟΝ:├ΙΙΙ:[Α
ΡΓΥΡΙΟΝΣΥΜΜΕΙΚΤΟΝΑΣΗΜΟΝΣΤΑΘΜΟΝ:Π├├├ΙΙΙ:ΧΡΥΣΙΟΝΑΣΗΜΟΝ[ΣΤΑ
ΘΜΟΝ:├├├:ΤΑΔΕΕΝΤΩΙΟΠΙΣΘΟΔΟΜΩΙΕΚΤΗΣΚΙΒΩΤΟΤΗΣΒΡΑΥΡΩΝΙ[ΑΣΗ
ΝΙΠΠΙΚΟΣΚΕΚΡΥΦΑΛΟΣΕΧΗΝΙΑΞΕΝΟΤΙΜΟΣΚΑΡΚΙΝΟΑΝΕΘΗΚΕΕ[ΝΕΤ
ΕΡΩΙΚΙΒΩΤΙΩΙΣΙΡΗΝΗΕΛΕΦΑΝΤΙΝΗΚΑΤΑΧΡΥΣΟΣΕΝΚΙΒΩΤΙ[ΩΙΗΛ
ΩΔΥΟΥΠΟΔΕΡΙΣΔΙΟΠΩΝΔΥΟΙΣΕΥΓΕΤΑΥΤΑΥΠΟΞΥΛΑΚΑΤΑΚΕΧ[ΡΥΣΩΜΕ
ΝΑΦΥΣΗΤΟΝΜΗΛΩΔΥΟΥΠΟΞΥΛΩΚΑΤΑΚΕΧΡΥΣΩΜΕΝΩΔΑΚΤΥ[ΛΙΟΙΑΡΓΥ
ΡΟΙΟΚΤΩΠΡΟΣΕΝΙΧΡΥΣΙΟΝΑΠΥΡΟΝΠΡΟΣΕΣΤΙΝΣΦΡΑΓΙ[Σ . . . . . . ΚΑ
ΤΤΙΤΕΡΙΝΑΕΝΩΙΔΙΑΠΕΝΤΕΤΑΥΤΑΘΑΥΜΑΡΕΤΗΑΝΕΘΗΚ[Ε . . . . Γ
ΥΝΗΕΓΚΙΒΩΤΙΩΙΛΥΡΙΟΝΕΛΕΦΑΝΤΙΝΟΝΚΑΙΠΛΗΚΤΡΟΝ . . . .
ΝΟΝΞΥΛΙΝΟΝΕΓΚΙΒΩΤΙΩΙΠΟΙΚΙΛΩΙΟΚΛΕΙΤΩΑΡΙΣΤΟ . . . .
ΙΟΚΙΜΩΝΟΣΓΥΝΗΑΝΕΘΗΚΕΕΝΤΩΙΚΙΒΩΤΙΩΙΕΝΙΕΓΚΥΛ[ΙΟΜΕΝΑΣΦΡΑ
ΕΙΣΧΡΥΣΟΝΔΑΚΤΥΛΙΟΝΕΧΟΣΑΔΕΞΙΛΛΑΑΝΕΘΗΚΕΟΧΘΟΙ[ΒΟΣΧΡΥΣΙΑ
ΕΧΩΝΔΩΔΕΚΑΕΤΕΡΟΣΟΧΘΟΙΒΟΣΧΡΥΣΙΑΕΧΩΝ:ΔΙΙ:ΟΧΘΟΙΒΟΣΧ[ΡΥΣΙΑΕ
ΧΩΝ:ΠΙΙ:ΧΛΙΔΩΝΧΡΥΣΙΑΕΧΩΝ:Δ:ΣΥΝΤΩΙΑΠΥΡΩΙΣΦΡΑΓΙΔΕΥΑ[ΛΙΝΑΠΟΙ
ΚΙΛΑ:ΙΙ:ΠΕΡΙΚΕΧΡΥΣΩΜΕΝΑΙΑΛΥΣΕΣΧΡΥΣΑΣΕΧΟΣΑΙΟΝΥΞ[ΣΦΡΑΓΙΣΧ
ΡΥΣΟΝΔΑΚΤΥΛΙΟΝΕΧΩΝΣΦΡΑΓΙΣΙΑΣΠΙΣΧΡΥΣΟΝΔΑΚΤΥΛ[ΙΟΝΕΧΟΣΑ
ΣΦΡΑΓΙΣΙΑΣΠΙΣΠΕΡΙΚΕΧΡΥΣΩΜΕΝΗΣΦΡΑΓΙΣΙΥΑΛΙΝΗΓ[ΕΡΙΚΕΧΡΥΣ
ΩΜΕΝΗΧΡΥΣΟΝΔΑΚΤΥΛΙΟΝΕΧΟΣΑΣΦΡΑΓΙΔΕΣΔΥΟΑΡΓΥ[ΡΟΣΔΑΚΤΥΛΙ
ΟΣΕΧΟΣΑΙΣΦΡΑΓΙΔΕΣΥΑΛΙΝΑΙ:ΠΙΙ:ΠΟΙΚΙΛΑΙΠΕΡΙΚΕ[ΧΡΥΣΩΜΕΝΑΙ
ΣΦΡΑΓΙΣΠΕΡΙΧΡΥΣΟΣΠΟΔΕΡΙΣ . ΠΡΟΣ . . ΙΩΙΕΧΟΣΑ . . . .
. ΕΝΤΩΙΜΕΣΩΙΑΠΥΡΟΝΧΡΥΣΙΟΝΚΑΙΑΜΦΙ . . . .
. . . . ΩΝ . Κ . . . .

Σωκράτους Λαμπτρέως καὶ συναρχόντων, οἷς .. ων Ἐλευσίνιος ἐγραμμάτευε, ἐν τῷ νεῷ τῷ Ἑκατομπέδῳ, ἀριθμῷ καὶ σταθμῷ.

Initio nihil nisi θεοῖς videtur scriptum fuisse; n. 139. fuit θεοῖς ε......... idemque credo n. 151. cf. etiam ad marmor Sandwic. (n. 158.). Deinde memorabile Ἀθηνάας ex Ἀθηναίας factum, ut ἐλαία ἐλάα: ante Euclidem semper Ἀθηναίας reperies. Archontes supplevi, ut debent, *Aristocratem* (Olymp. 95, 2.), *Ithyclem* (Olymp. 95, 3.); *Suniades* (Olymp. 95, 4.) diserte et hic et ap. Lys. Or. Areop. ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ p. 271. servatus est, pro quo Diodorus et ex eo Scaliger in Olymp. descr. male offerunt Lysiadem. De Quaestorum nominibus, qui Ithycle et Suniade archontibus fuerunt, postquam ex Rosii variis lectionibus plurima emendata sunt, paucis nunc dici potest. Singulos quippe denorum Quaestorum ex alia esse tribu quum iam olim notassem, praeclare nuper Osannus Syll. p. 64. animadvertit, ex constanti tribuum ordine eorum nomina disposita esse, quod in proëdris docui ad n. 111. Ex eo autem ordine tribus hae sunt: *Erechtheis, Aegeis, Pandionis, Leontis, Acamantis, Oeneis, Cecropis, Hippothontis, Aeantis, Antiochis.* Et sic Ithycle archonte hi Quaestores enumerantur: Epichares Euonymiensis *Erechtheidis*, alter *Aegeidis*, Cephisophon Paeaniensis *Pandionidis*, Charias (Πήληξ, Ποτάμιος, Παιονίδης) *Leontidis*, quintus (Κεφαλῆθεν, Κικυννόθεν) *Acamantidis*, Diogiton Acharnensis *Oeneidis*, septimus *Cecropidis*, non ille Charias nominatus, quem expuli, octavus Hamaxastensis *Hippothontidis*, nonus Philocrates *Aeantidis*, decimus Anaphlystius *Antiochidis*. Pariterque Suniade archonte primus est Euonymiensis *Erechtheidis*, alter Charias Araphenius *Aegeidis*, tertius *Pandionidis*, cuius nomen excidit, sed eius solius, non etiam alius cuiusdam, ut olim putabam, hoc quidem loco; quartus Eubius Aethalides *Leontidis*, quintus Euathlus Ceramensis *Acamantidis;* sequebatur sextus *Oeneidis* vel septimus *Cecropidis*, alteruter autem hoc loco a quadratario omissus est, quum duobus restituendis non sufficiat spatium; qui vero omissus erat, eius nomen in vacuo spatio post vs. 10. suppletum esse, probabiliter statuit Osannus. Infertur octavus Philotades Decelensis *Hippothontidis;* Philotadis nomen notum ex Aeschine c. Timarch. p. 127 sqq. Dionys. Halicarnass. in vit. Dinarchi. Nonus fuit *Aeantidis;* eius nomen a littera E incipiebat, et vs. 10. extr. scriptum erat. Decimus est Anaphlystius *Antiochidis*. Anni Olymp. 95, 2. primus tantum Quaestor Socrates nominatur: eius demi nomen latet in lectione ΛΑΜΙ.ΤΕΩΣ; correxi ΛΑΜΠ[Τ]ΡΕΩΣ. Lamptra est *Erechtheidis:* itaque hic quoque incipiebatur ab Erechtheide. Post Euclidem igitur Quaestorum ordo secundum tribuum seriem fixam disponebatur, longe aliter atque ante Euclidem; nam qui Quaestor in titulis ante Euclidem scriptis ut princeps solus nominatur, modo huius, modo illius tribus est. Ante Euclidem autem princeps videtur Quaestor fuisse, qui esset ex primae prytaniae tribu: nam n. 147. Olymp. 92, 3. prima prytania est Aeantidis, et Quaestor primarius est Callistratus Marathonius, Aeantidis: Marathon enim et antiquis et recentioribus temporibus Aeantidis fuit, non Leontidis: v. Corsin. F. A. T. I. p. 237. Constat vero eiusmodi magistratus, ut Strategos, Poletas, alios, eadem ratione qua Senatores in Senatu, per vices sub alio fuisse praeside; ut in bello Marathonio alio die alius Strategus prytanis collegii fuit (Herodot. VI, 110). Hic igitur prytaniarum quaestoriarum, quae cum prytaniis Senatus non confundendae sunt, ordo ex prytaniarum, quas tribus sortitae essent, ordine definitus ante Euclidem videtur. Dixeris quidem potuisse etiam ipsos Quaestores suas prytanias sortiri, et casu posse accidisse, ut Olymp. 92, 3. Aeantidis, quae primam prytaniam nacta erat, civis in sortitione Quaestorum principem locum obtineret; sed quum post Euclidem ordo Quaestorum ex ordine tribuum constitutus sit, probabile est, etiam prius ordinem tribuum in Quaestorum ordine constituendo observatum esse, nec quidquam mutatum, nisi quod pro variabili tribuum in prytaniis senatoriis obeundis ordine, qui sortitione constitutus est, iam constans valeret tribuum ordo. Quae de hac re Osannus p. 65 sq. disputavit, non recte disputata sunt. Nostram rationem longe verisimillimam ubi amplexus fueris, ex primorum Quaestorum, qui singulis annis fuerint, demis potest primae prytaniae tribus inveniri. Igitur, ut tabulam p. 182. propositam et sufficientibus argumentis munitam sequar, Olymp. 87, 4. ubi Quaestor ἐξ Οἴου, prima prytania fuit Leontidis aut Hippothontidis; Olymp. 88, 4. ubi Κολλυτεύς, Aegeidis (vide num. 115. et Corsinum F. A. T. I. p. 233.); Olymp. 89, 3. ubi Ἁλαιεύς, Cecropidis vel Aegeidis; Olymp. 89, 4. si Λακιεὺς verum est, Oeneidis; Olymp. 91, 3. ubi Παιανιεύς, Pandionidis; Olymp. 91, 4. ubi Ἀχαρνεύς, Oeneidis; Olymp. 92, 1. ubi Εὐπυρίδης, Leontidis. Quae hoc loco exposui ut, si quando plura monumenta, ex quibus aliquid de tribuum ordine constitui possit, in lucem proferentur, inquiri facilius queat, verene an falso iudicaverim. Vs. 11. scribae nomen est *Morychus*, ex Aristophane, Platone, Grammaticis notissimum. Ibid. extr. duplex Γ vitio quadratarii irrepsit.

Sequitur recensus donariorum, quorum pars redit n. 151. unde utraque inscriptio altera ex altera suppleri potest. Initio describitur *aurea Victoria* partibus (ῥυμοῖς s. τάξεσι) separatis appensa: plures autem aureas Victorias habuerunt Athenienses, quarum partem in nummos vertebant Olymp. 93, 2. cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 24. Νίκη ἄπτερος fuit ad propylaea arcis; sed haec intelligi nostro loco nequit; nec reliquas, quarum notitia superest, nunc congeram. Si huius, quae nunc describitur, apud scriptores mentio fit, erit potissimum ea, quam memorat Demosthenes c. Timocrat. p. 739. 14. ubi v. Ulpian. Erat vero Ἀθηνᾶ Νίκη: quacum non confundendae aliae Athenis Minervae statuae,

Lemnia Phidiae aerea, Poliadis, Προμάχου Ἀθηνᾶς, Παρθένου (nam Cliduchus ap. Plin. XXXIV, 19, 1. dubium est an Minerva fuerit atque an Athenis posita). Et illa Virginis Minervae statua in manu habet Victoriam quattuor cubitos altam; sed ne hanc quidem Victoriam hoc loco designatam esse inde patet, quod si ea nunc tradita memoraretur, intelligi non posset, quare ipsius magni simulacri aurum non traderetur, quum id Lachares demum abstulerit (Pausan. I, 25. Plutarch. de Is. et Osir. c. 71.). Igitur alia haec nostra Victoria est, fortasse eadem, quae n. 140. 141. *e*) in donariis Hecatompedi proprie dicti refertur, hoc est in ea templi parte, quae inter Pronaum et Parthenonem proprie dictum est. Alia memoratur §. 18. de qua suo loco dixi. Plura de his statuis v. Oec. civ. Ath. T. II. p. 295 sq.

§. 1. Νίκης χρυσῆς πρῶτος ῥυμός· κεφαλὴ, στεφάνη, ἐνωδίω, ὅρμος, ὑποδερὶς, ἥλω δύο χρυσῶ, παρ' ἀριστερὰ ἀμφιδέα, χρυσίδια μικρὰ, σταθμὸν τούτων· XX ΔΔΔΔͰͰͰIII

Στεφάνη grammaticis est προκόσμημα γυναικεῖον; cf. Athen. V. p. 201. 202. c. nott. Casaub. De aurea in arce στεφάνῃ vide n. 140. 141. *k*). Vit. Sophocl. et Tertullian. de anima 46. De ea scripserat Hieronymus librum περὶ τῆς χρυσῆς στεφάνης. Ponderis primum X addidi collatis ceteris §. 2 sqq. ponderibus; nam T nimium haud dubie pro rerum appensarum ratione pondus est. Nempe caput cavum fuisse non ambigo. Plura v. in Oec. civ. Ath.

§. 2. Δεύτερος ῥυμός· θώραξ, στρόφιον, σταθμὸν τούτων XXΔ

N. 151. additur περιτραχήλιον. Θώραξ hoc loco non armorum partem significat, sed corporis.

§. 3. Τρίτος ῥυμός· ἀπόπτυγμα, περόναι δύο, ποδήρης, σταθμὸν τούτων XHHHHHΔΔΔΠͰͰͰͰIII

Ἀπόπτυγμα videtur plicatura de zona dependens esse; Müllerus de aede Min. Poliad. p. 42. interpretatur *lacinias diligenter sinuatas e latere ad suras dependulas.* Res omnino ambigua est. De περόναις vide eundem Dor. T. II. p. 264. Ποδήρης est vestis pars de zona ad pedes descendens.

§. 4. Τέταρτος ῥυμός· παρὰ δεξιὰ ἀμφιδέα, στέφανος, κατωρίδε δύο, σταθμὸν τούτων XHHHHHΔΠͰͰͰ

Coronam Victoria haud dubie dextera tenet, quum haec una cum dexteri brachii armilla commemoretur. De coronis Victoriae cf. ad n. 141. *e*). Κατωρὶς mihi videtur femininum substantivum a voce κατώρης, κάτω ῥέπων (Hesych.), et intelligo duos lemniscos ex corona utrinque demissos. Ad formam cf. vocem ἀντηρὶς ap. Schneider. Lex. c. Suppl.

§. 5. Πέμπτος ῥυμός· ἀκρωτήριον χρυσοῦν ὀπίσθιον, σκέλει δύο, σταθμὸν τούτων XXXXͰͰIII

Ὀπίσθιον supplevi ex n. 151. Ante id hic legitur XΡΥΣΙΟΝ, quod quum n. 151. omittatur, patet id esse additamentum non necessarium: igitur arbitror I vacare, et χρυσοῦν adiectivum reponendum esse. Iunge omnia: ἀκρωτήριον χρυσοῦν ὀπίσθιον, *pars postica prominens aurea,* hoc est *alae binae cum earum ligatura.* Demosth. c. Timocr. p. 739. 14. οἱ τὰ ἀκρωτήρια τῆς Νίκης περικόψαντες, ubi Ulpianus *alas* interpretatur. Plura de hac re disputavi Oec. civ. Ath. T. II. p. 294 sq.

§. 6. Θυμιατήριον ἀργυροῦν, ὃ Κλεοστράτη ἀνέθηκε Νικηράτου, χαλκᾶ διερείσματα ἔχον, σταθμὸν τούτου XHH

Hoc quoque redit n. 151. vs. 11. Διερείσματα sunt laminae, ex quibus craticula suffimento imponendo inserviens formata erat, a voce διερείδειν. Pondus fortasse XHHH fuit; v. var. lect.

§. 7. Χρυσίον ἄπυρον, σταθμὸν τούτου . IC

§. 8. Ἀμφιδέαι χρυσαῖ λεπταὶ II, Πολυΐππη Μελετεῶνος..... ἕως ἀνέθηκεν· σταθμὸν τούτοιν ͰII II

Polyippe Meleteonis filia est; si uxor significatur, additur γυνὴ, ut aliquoties col. B. Si Meleteon idem est, qui in agonistica inscriptione ut pater Eurymenis ex tribu Oeneide memoratur, Ἀχαρνέως vel alius Oeneidis demus h. l. restituendus est.

§. 9. Στρεπτὸν περίχρυσον ὑπάργυρον, σταθμὸν τούτου ΠͰͰͰII II

Στρεπτὸν est *catena.*

§. 10. Στέφανος χρυσοῦς, ἀριστεῖα τῆς θεοῦ, σταθμὸν τούτου HHΠΔΔͰͰIIIC

Haec corona haud dubie prioribus Panathenaeis magnis (Olymp. 94, 3.) oblata erat, ut infra in ἐπετείοις huius anni (Olymp. 95, 3.) alia redit, eodem nomine insignita. Cf. etiam n. 158. §. 5.

§. 11. Οἰνοχόαι ἀργυραῖ III, σταθμὸν τούτων XHHH ΠΔΔΔͰͰII

Eadem habes n. 151. vs. 21.

§. 12. Στέφανος χρυσοῦς, ὃν Λύσανδρος Ἀριστοκρίτου Λακεδαιμόνιος ἀνέθηκε, σταθμὸν τούτου ΠΔΠͰIIIII

Dedicavit Lysander captis Athenis. De patre Lysandri v. ad n. 60. Redit haec corona n. 151. 152.

§. 13. Στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν Γέλων Τλησωνίδου Πελληνεὺς ἀνέθηκε, σταθμὸν τούτου ΔΠͰͰIII

Τλησωνίδου correxit Chandlerus ex n. 151. vs. 32. Paulo ante non θαλλόχρυσος scribendum, sed θαλλοῦ χρυσοῦς; v. ad n. 151. 153.

§. 14. Στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν Ἱεροκλῆς Φασηλίτης ἀνέθηκε, σταθμὸν τούτου ΠΠͰͰͰͰ

§. 15. Στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν ἡ πόλις ἀνέθηκε, τὰ νικητήρια τοῦ κιθαρῳδοῦ, σταθμὸν τούτου ΠΔΔΔΠ

Articulus τὰ deest n. 151. vs. 33. ΚΙΘΑΡΩΙ ΔΟΣ pro ΚΙΘΑΡΩΙΔΟ vitium quadratarii est. Cur citharoedus non nominatus est? cur victor ipse coronam non accepit? In hoc olim haesi, neque expedit rem locus Aeschinis c. Ctesiph. p. 436. Sed res est simplicissima: corona illa vincenti destinata erat, sed vicit nemo; igitur deae dedicata est.

§. 16. Στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν Ἀριστομάχη Ἀριστοκλέους ἀνέθηκε, σταθμὸν τούτου ΔΔΠͰIII

§. 17. Δακτύλιος ἀπείρων χρυσοῦς, ὃν Πλαθο.. Αἰγινήτης ἀνέθηκε, σταθμὸν τούτου IC

ΑΠΕΡΩΝ, ἀπείρων, ut ΞΕΥΓΕ ζεύγει, ΣΚΕΛΕ σκέλει, quae forma dualis p. ζεύγεε, σκέλεε hodie ex grammaticis nota. Ἀπείρων δακτύλιος quid sit, discas ex Schol. Ven. Iliad. ξ, 200. Schol. Odyss. α, 98. Mai. Apud Polluc. VII, 79. lege ἀπείρονα, etsi ex Aristotelis auctoritate talis anulus etiam ἄπειρος vo-

catus est (v. intt. Polluc.). Hesychius tamen habet etiam ἀπέρονα, πέρας μὴ ἔχοντα.

§. 18. Στέφανος χρυσοῦς, ὃν ἡ Νίκη ἔχει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἡ ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγάλματος τοῦ χρυσοῦ, ἄσταθμος.

§. 1. vs. 1–9. *Ante Callimachum archontem.* Vs. 3. fortasse πο[ικίλον; vs. 6. ἀμαρά]ν[τι]νον vel ἐλεφά]ν[τι]νον; vs. 7. Ἀρτέμιδος ἱερ]ὸν ἐπεγέγραπτο, ut aliquoties deinceps: nisi potius ἐπιγέγραπται fuit: deinde pondus est ΗΗΗС, 4 dr. ½ obol. Tum periit nomen rei, quam τοῦ δεῖνα γυνὴ Ἀρχίππη obtulit. Deinde: κατάστικτον χε..ιδιο -- post quae periit nomen dedicantis sine verbo ἀνέθηκε positum. Mitto Osanni supplementa spatiis non congrua; sed vide ne χειριδωτὸν fuerit.

§. 2. vs. 9–12. Ἐπὶ Καλλιμάχου ἄρχοντος. Χιθωνίσκος ἀλουργ[ὸ]ς περιποίκιλος, Καλλίππη· οὗτος ἔχει γράμματα ἐνυφασμένα. Νεαρίππη, [λ]ευκολιν[ῆ] κατάστικτον φοινικίῳ. Φιλουμένη, χιτῶνα ἀμόργινον.

Χιθωνίσκος littera Θ vitium quadratarii est; ad illustrandam vocis vim Osannus citavit Salmas. in Tertull. de pall. p. 409 sq. Pierson. ad Moer. p. 416. Böttiger. de raptu Cassandr. p. 58. Ἁλουργὸς et ἁλουργὴς idem est, et utrumque in hoc titulo usurpatum. De vestibus litteratis docte egit Osannus: qua occasione provocat etiam ad Liban. Argum. in Dem. Aristogit. I. p. 767. ed. Reisk. et coniicit ἱερὸν κυνηγέσιον, quod ibi commemoratur, esse templum Dianae Brauroniae aut eius partem. Sed contra ex templo se in ἱερὸν κυνηγέσιον detulisse *vestes* dixerat ille, de quo Libanius narrat. Λευκολινῆ emendavit Os. ex vs. 17. Significatur vestis ex lino candido (λευκολίνῳ) texta et purpurâ distincta. *Philumenae* nomen ex comoedia notissimum. Ἀμόργινοι χιτῶνες sunt ex ἀμοργίδι lino facti, quae et ἀμοργίδες dicuntur: unde deminutum ἀμοργίδιον.

§. 3. vs. 12–13. Ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος. Πυθιάς, κατάστικτον ξυστιδωτόν.

Theophilus Archon Olymp. 108, 1. Ξύστις est stola, ut videtur, ad pedes defluens cum syrmate. Hinc ξυστιδωτόν. Plura dant Lexica vetera et nova.

§. 4. vs. 13–26. Ἐπὶ Θεμιστοκλέους ἄρχοντος. Χιτωνίσκος ἀλουργὸς ποικίλος ἐμ πλαισίῳ, Εὐαίν[η] καὶ Μαλθακὴ ἀνέθηκεν. Χιτωνίσκος ποικίλος ἐμ πλαισίῳ ἀλουργός, .ο.ταστω. λευκολινῆ ἀνέθηκεν Φίλη. [ζ]ῶμα, Φειδύλλα. ἱμάτιον λευκὸν γυναικεῖον ἐμ πλαισίῳ, Μνησώ. βατραχίδα, λευκὸν ἱμάτιον γυναικεῖον πλατυαλουργές, Περ.. ἱμάτιον, Κλεώ. ἀμπέχονον, Φίλη. περιήγητον, Τ[ε]ισικράτεια. κάνδυν ποικίλον, Μέλιττα. ἱμάτιον λευκὸν καὶ χιτωνίσκον, ῥάκος, Γλυκέρα Ξανθίππου γυνή. χιτωνίσκον περιήγητον ἔκπλυτῳ ἀλουργεῖ, καὶ τριβώνια δύο, Νικολέα. χιτῶνα ἀμόργινον π[ερ]ὶ τῷ ἕδει, ..τρόπ[ι]ον ἐλεφαντίνην λα[β]ὴν ἔχον πρὸς τῷ [κολεῷ], Ἀριστόλα νέα ἀνέθηκεν.

Themistocles Archon Olymp. 108, 2. Ἐμ πλαισίῳ idem esse quod τετράγωνον, observat Osannus: nota sunt ἱμάτια τετράγωνα, de quibus praeter Salmas. in Tertull. de pall. dixit Casaub. ad Ath. p. 213. b.

Deinde ΕΥΑΙΝΙ muto in ΕΥΑΙΝΗ; duas enim mulierculas nominari docet additum καί. Mox .ο.τασω. continet nomen mulieris dedicantis: nam quum repente ex nominativo χιτωνίσκος - ἁλουργός transeatur in accusativum λευκολινῆ, patet a voce λευκολινῆ aliud alius feminae donarium incipere. Deinde ζῶμα recte scripsit Os. comparato Polluc. VII, 51. Hesych. Etym. M. Lex. Seg. p. 261. Βατραχίδα cave hoc loco putes virile vestimentum esse: est muliebre, nomine a colore petito, aliunde satis notum. Πλατυαλουργὲς hic et infra vs. 49. est *lato clavo purpureo cinctum*. In Περ.π latet, ut videtur, nomen mulieris, nisi dices πέριξ legendum, quod iungatur voci πλατυαλουργές; sed prius praefero, ne simplex ἱμάτιον praegressis additum sit. Mox dedi Τεισικράτεια, ut alibi Τεισαμενός, mutatione minima. De περιηγήτῳ vide Polluc. VII, 57. Hesych. Phot. et iunge περιήγητον ἐκπλύτῳ ἁλουργεῖ, *elota purpura cinctum*: cf. Polluc. I, 44. Deinde περὶ ex vs. 37 sqq. recte dedit Os. Ἕδος est *simulacrum*; fuit id haud dubie ligneum (ξόανον), ut plurima priscorum simulacrorum. Aliud in templo fuit novicium simulacrum, non ligneum, sed lapideum; v. vs. 29. ubi τὸ λίθινον ἕδος vocatur. De illa vocis ἕδος significatione etiam in Lexicis annotata Osann. conferri iubet Müller. Aeginet. p. 160. Musgrav. ad Sophocl. Oed. T. 881. Schäfer. Sophocl. T. I. p. 247. semet ad Lycurg. p. 18. et Callim. Fragm. 105. Sed ἕδος nota non unumquodque signum dici; est id tantum de simulacro in sella sedentis dei vel deae. Igitur vs. 44. 45. utrique ἕδει, τῷ ἀρχαίῳ et τῷ λιθίνῳ, opponitur τὸ ἄγαλμα τὸ ὀρθόν. Ea vero signa omnia vestimentis induta videmus. Mox Os. dedit στρεπτὸν ἐλεφαντίνην λύραν ἔχον πρὸς τῷ κύκλῳ, Ἀριστοδάμεια ἀνέθηκεν. Sed ante ΣΤΡΟΠΤΟΝ deficit littera, ut facile videas latere aliquid aliud; litterae ΣΤΡ incertae sunt, notante Osanno. Quid illud fuerit, non extrico: neque ἔσοπτρον corrigi potest: potius ..τρόπιον fuerit. Et λαβὴν, non λύραν scribendum esse certum est. Hinc sperno illud πρὸς τῷ κύκλῳ: *ansae* (λαβῇ) melius convenit nostrum supplementum κολεῷ. Neque Ἀριστοδάμεια inferri potest, deficiente littera Ι. Equidem nihil nisi ultimum Λ in A mutans scripsi Ἀριστόλα νέα, h. e. ἡ νεωτέρα. Ἀριστόλαν habes n. 151. vs. 34.

§. 5. vs. 26–36. Ἐπὶ Ἀρχίου. Ἀρχεστράτη Μνησιστράτου Παιανιῶς θυγάτηρ, χιτῶνα πυργωτὸν ἐμ πλαισίῳ. Μνησιστράτη Ξενοφίλου, ἱμάτιον λευκὸν παραλουργές· τοῦτο τὸ λίθινον ἕδος ἀμπέχεται· χιτωνίσκιον καρτὸν πα[ί]δειον ἀνεπίγραφον· [π]αρυφὴν ἔχει θερμ[α]στί[α]. Ξενοφάντη, χιτωνίσκον ἐξ[έ]στω[ν] κτενωτόν· οὗτος ἐπὶ τῷ κανῷ. ...οβούλη, ἐπίβλημα ποικίλον καινόν· [ση]μεῖον ἔχει ἐν μέσῳ, Διόνυσος σπένδων καὶ γυνὴ οἰνοχοοῦσα. Ἀρίστεια, ἐπίβλημα ἐμ πλαισίῳ· ἐν μέσῳ ἔχει ζῴ[δια] ἐξι[θ]υμένα.

Archias Archon Olymp. 108, 3. Nomen dedicantis in hoc articulo semper praemittitur: quod tenendum, ne te in errorem inducat Censor Sylloges Osannianae (I. A. L. Z. n. 26. p. 208. a. 1823.), cui in fine *Exiumena* Dorica femina est. Persequamur singula, non paucis difficultatibus impedita. Post Ἀρχίου deesse ἄρχοντος, quadratario ab hoc ad vocem Ἀρχεστράτη aberrante, recte monet Os. Πυργωτὸν idem bene explicat, *cuius limbus ad modum fastigiorum turrium exsectus sit*, coll. Athen. V, p. 196. c. De λιθίνῳ ἕδει dixi ad §. 4. Παραλουργὲς explicat Pollux VII, 53. τὸ δὲ παρυφὲς καὶ παραλουργὲς τὸ ἑκατέρωθεν ἔχον παρυφασμένην πορφύραν. Dein καρτὸν est *rasum* s. *tonsum*: quod sequitur ΠΑΡ Δ.ΙΟΝ, Osanno est παιδικόν: propius accedit παίδειον. Si tamen verior Rosii lectio Π.Δ.ΙΟΝ, coniecerim πιλητόν, hoc est *pilorum instar dense contextum*, quod non male convenit praegresso καρτόν. Hoc autem dicitur ἀνεπίγραφον: quippe quum reliqua donaria solerent nomina dedicantium intexta habere, hoc eadem illa Mnesistrate una cum priori donario, cui nomen suum inscripserat, sine nominis notatione consecravit. Additur: παρυφὴν ἔχει θερμαστία, quae de coniectura haud ambigua dedi: *clavum habet forcipes*, hoc est: in clavo intextae sunt forcipes. Τὰ θερμαστία hoc fere significatu dicit Aeneas Tacticus c. 18. Sequitur Xenophantae donarium; de quo quae Os. protulit, omittenda censeo. Praecipua difficultate premitur vox ΕΞΥΣΤΩ., in qua Υ plane incertum. Schneiderus harum rerum peritissimus in Lex. Gr. docuit ἐξάστιας s. ἐξέστιας esse villos s. fimbrias, quae pannos tegunt: hinc videtur adiectivum nescio quomodo formatum esse ἐξέστως, ut accusativus sit ἐξέστων, vel si malis ἐξάστων, et intelligatur *vestis villosa pexa*, opposita τῇ καρτῇ, quae rasa est nec pexa sed condensata. Deinde additur, ubi ille χιτωνίσκος sit: οὗτος ἐπὶ τῷ κανῷ. Tegitur illo *canistrum sacrum*, quod in templo est. Quae deinde memoratur mulier, fuit Νικοβούλη, Κλεοβούλη aut alia quaecunque. Illa quod dicavit ἐπίβλημα, insigne intextum in medio habet; insigne quale fuerit, nominativo casu redditur, Διόνυσος etc. Similiter Aristiae vestis in medio aliquid intextum habet, haud dubie ζῴδια, qua voce in hac re nihil usitatius: nam quae Osanniani libri censor substituit, ab omni parte vacillant. Hoc unum me male habet, supplementum una littera quam debet amplius esse. In fine Δ erit in A mutandum. Ea ζῴδια Os. coniecit ἐξιθυμένα dici, quod mihi quoque in mentem venerat. Et potest haec vox non inepte explicari. Duplici enim ratione intexi emblemata possunt, ut aut extent supra reliquam texturam, aut cum hac exaequentur. Et ἐξιθυμένα ab ἐξιθύνω posterius significare potest.

§. 6. vs. 36–61. Ἐπὶ Εὐβούλου ἄρχοντος. Ἀμπέχονον, „Ἀρτέμιδος ἱερὸν" ἐπιγέγραπται, περὶ τῷ ἕδει τῷ ἀρχαίῳ, Θεανώ. Ἀμπέχονον περὶ τῷ ἕδει τῷ ἀρχαίῳ, ἐντ[α]τῆρ[α ἀμ]αράντινον περὶ τῷ ἕδει τῷ ἀρχαίῳ, Θεανώ. Κατάστικτον διπτέρυγον περὶ τῷ ἕδει τῷ ἀρχαίῳ, χλανὶς καρτὴ ἄγραφος παράβολον ἔχουσα, παιδίου χλανίσκιον λευκὸν καρτόν· „ἱερὸν" ἐπιγέγραπται „Ἀρτέμιδος", παράβολον ἔχει φοινίκιον· χιτωνίσκος κτενωτὸς περιποίκιλος περὶ τῷ ἀγάλματι τῷ ὀρθῷ, χιτωνίσκος κτενωτὸς περιήγητος, [λή]διον ἀνεπίγραφον, Ξεναρίστη Ἀντιφῶντος γυνὴ Περι-

ϑοί[δ]ου. χιτωνίσκ[ι]ον κτενωτὸν λ[εῖ]ον, χιτωνίσκος λευκὸς πυργωτὸς παρακυμάτιος πλατυαλουργ[ὴ]ς ἀνεπίγραφος, ἱμάτιον ἀνδρεῖον, Ἀργονιὰς ἀνέϑηκεν. βατραχὶς, ἔγκυκλον ποικίλον, Ἀϑηναῒς ἀνέϑηκεν. ἁλουργὶς ξενική, ὁλκὸς ἀνεπίγραφος, Μνησιστράτη. ἀμπέχονον ἐμ πλαισίῳ, Ἀντιβίου γυνὴ Φείδυλλα. χιτώνιον ἀμόργινον ἁπλοῦν, Καλλίππη. χιτωνίσκον κτενωτὸν, Νικώ. [χιτωνίσκ]ον περιήγητον, „Ἀρτέμιδι Ἱπποδάμη Θεοτέλους .... ως". χιτωνίσκον ἡμι[τελ]ῆ ἐμ πλαισίῳ καὶ .ρ............ καὶ ἁλουργίδιον, χιτωνίσκου ἀπ......, ... ἀνέϑηκεν. Φανοστράτη, καταστίκτου .... ἁλουργίδος . μ . . . ην. Ἀριστώ, κατάσ[τικτον] .... ἐν ὀϑονίῳ. Ἐρ[άσ]ιλλα, κανδύ[κ]η κρο[κωτὴ,] .... παιδίου ἄγραφον. Χαιρεστράτη, ...ς ὁλκός.

Eubulus Archon Olymp. 108, 4. Hoc quoque caput paulo aliter atque Osannus digessi, ita quidem, ut nomina dedicantium, quousque fieri poterat, succederent donarii designationi: in qua tamen re difficultas est, quum, si ita ad finem usque perrexeris, ultimo loco supersit ὁλκὸς sine nomine dedicantis. Et subnata mihi suspicio, ubicunque ἀνεπίγραφος additum est, non esse nomen dedicantis in titulo notatum: quamquam ne sic quidem videtur hic locus expediri posse. Itaque nihil superest, nisi ut in lacunis certo quodam loco ordo mutatus fuerit, ubi fieri sine ambiguitate poterat. Et poterat vs. 57. ubi ante ἀνέϑηκεν nomen dedicantis excidisse videtur: ..... ἀνέϑηκεν. Deinde praecedunt nomina: Φανοστράτη etc. Initio verba Ἀρτέμιδος ἱερὸν manifesto ea sunt, quae intexta erant: similiterque et in hoc capite et in ceteris, prout aut solum nomen positum est aut ἀνέϑηκεν vel aliquid praeterea additum, id ipsum puta inscriptum fuisse, nisi si ἀνεπίγραφον est. In Theanus donis posui ἐντατῆρα, quo velum aliquod inductum significari videtur; vix enim aliter constitui locus potest: nec credo vs. 38. extr. litteram perisse: aliquoties enim versus una littera ceteris breviores esse liquet. Statuo autem hoc loco accusativum, etsi paulo post nominativus infertur; variant enim casus hinc inde in hoc titulo. Διπτέρυγον est vestimentum ex duobus consutum pannis infra fissis, ut agitentur aëre et quasi alae sint. Παράβολον videtur *limbus* esse non attextus, sed *assutus*. Mox λήδιον de Osanni coniectura dedi, consulto omisso I subscripto, quod passim in hac voce omittitur. Vs. 47. corrigo χιτωνίσκ[ι]ον, ne nimium subito ex quarto casu transeatur deinceps in primum; deinde λεῖον scripsi, Os. λευκόν. Παρακυμάτιος vix potest de forma vestis intelligi, neque *cymatium* architectorum huc advocarim, licet vox πυργωτὸς eo deducere possit: potius enim de colore esse videtur *undulato et micante;* nostrates dicunt *gewässert,* ab aquae mobilitate: isque color non solum in sericis et bombycinis vestibus, sed etiam in laneis conspicitur. Mox βατραχὶς vestis est, ut supra, non mulier. Ὁλκὸς redit vs. 61. Non dubito esse aliquid *syrmati* simile, ab ἕλκειν, unde ἑλκεσίπεπλος. Vs. 55. in .... ω[ς] latet nomen demoticum. Ἡμιτελῆ praebuit Osannus: ceterum inde ab hoc versu lacunarum spatia non satis certa sunt; quod ob hanc emendationem et reliquarum §. 7. unam et alteram tenendum est. Vs. 60. offendit nominativus κανδύκη κροκωτή repente illatus: tamen si non κροκωτή, certe κανδύκη mihi certum est. Osanno est Κανδύλη mulier: sed potius nomen mulieris Ἐράσιλλα restituendum post vocem ὀϑονίῳ erat: et nominativus κανδύκη excusatur exemplis haud paucis in ipso hoc titulo positis. Vs. 60–61. Osannus supplevit ἄγραφος, ut vs. 41. quod idem atque ἀνεπίγραφος.

§. 7. vs. 61 sqq. *Ἐπὶ [Λυκίσκ]ου ἄρχοντος. .... :....οκράτου γυνὴ, κροκωτὸν διπλοῦν. ....[ι]ν[ῆ] ἀνεπίγραφο[ν. Φίλη, κροκωτὸν – – – Φιλουμένη ..... δήμου Λάμπρου .... [χιτωνίσκι]ον ἀμόργι[νον παραλουργ]ές. Καλλιστρ[άτη χιτῶνα ἀ]μόργινον διπ[λοῦν.* Etc.

Lyciscus Archon Olymp. 109, 1. Vs. 62. primum Ε fuit Κ. Mox ubi [ι]ν[ῆ] habeo, fuit fortasse λευκολινῆ. Λάμπρος videtur nomen patris esse eius, qui praecesserat. Παραλουργὲς dedi, ut supra §. 5. Ἀμόργινον διπλοῦν, ut §. 6. ἁπλοῦν. Ex reliquis tantum singulae voces extricari possunt; vs. 67. videtur δίπτυχες esse: sequitur bis vs. 67. 68. aliquid ἀνεπίγραφον, et χιτών, tum quiddam διπλοῦν, et κατάστικτον, tum vs. 71. quiddam παραλουργές, et rursum vs. 71. ἀμαράντινον, post quod Ὀλυμπιοδώρα satis certum est. Vs. 73. rursum κατάστικτον, et vs. 74. κρόκην.

156.

Edidit Dodwellus Itin. T. I. p. 372. sed errore annexuit decretis n. 113. editis. Ex Dodwello petiit Osannus Syll. p. 136. et attexuit lapidi Elginiano, a quo haec separanda esse docui ad n. 113.

ΚΙΦ
ΣΤΕΤ
ΝΤΑΛΑΝ[Τ
ΕΝΔΕΚΑΕΤΕΣ
ΔΑΔΗΙΙC
ΤΟΑΡΧΑΙΟΝ
ΕΝΔΕΚΑΕΤΕΣ
ΠΟΛΙΑΔΟΣ
ΠΟΛΙΑ]ΔΟΣΚΑΙΝΙΚ[ΗΣ
ΑΙΟΕΝΕΝΔΕΚΑ
ΝΕΝΔΕΚΑΕΤΕΣ
Π]ΑΣΙΤΟΙΣΘΕ[ΟΙΣ
ΕΝΔΕΚΑΕΤΕΣ

Titulus manifesto quaestorius est et pertinet ad pecuniam Minervae sacram et ceteris diis: igitur videtur Quaestorum Minervae et ceterorum deorum esse. Forma Λ (Lambda) probabile reddit, non esse ante Euclidem scriptum (cf. tamen n. 148. 149.). Videtur autem descriptio summarum mutuo datarum et usurarum inesse; vs. 1. fuit fortasse κεφάλαιον; vs. 3. τάλαντα vel alius huius vocis casus, deinde ἑνδεκάετες saepius redit, fortasse de usuris undecim annorum; quodsi vs. 8. ΠΟΙΙΑΔΟΣ scriptum foret, dicerem legendum ἑνδεκαέτης sc. τόκος. Vs. 5. est numerus, credo ΔΔΔΠΙΙC, 35 dr.

2½ ob. Sequitur *τὸ ἀρχαῖον, caput.* Vs. 8. 9. est Πολιάδος et Πολιάδος καὶ Νίκης, quarum separatae in arce pecuniae olim fuerant (cf. Introductionem huius classis). Vs. 12. apertum est πᾶσι τοῖς θεοῖς. Cui mutua data pecunia sit, nescio; fortasse reipublicae (cf. n. 76.): sed etiam privatos et exteras civitates ex templorum aerariis mutuam pecuniam accepisse docet n. 158.

157.

Athenis, ex schedis Fourmonti. Edidi Oec. civ. Ath. Tab. II. n. 8. et explicui T. II. p. 243–259.

ΑΡ . . . . . . ΑΠΟΥ
ΗΗΗͰ . [Δ]ΔΔΠͰΙ
ΚΕΦΑΛΑΙΟ]Ν : ΔΔΔΔΤΤΧΧ𐅅ΗΗΗΗΔ
Ι
ΕΚΤΟΥΔΕΡ]ΜΑΤΙΚΟΥ
ΕΠΙΚΤΗΣ]ΙΚΑΣΟΥΣΑ[ΡΧΟ]ΙΤΟΣ
ΕΓΔΙΟ]ΛΥΕΙΩΝΤΩΝ[ΚΑΤΑΓΡΟΥΣ]ΡΑ[ΡΑ
ΒΟΩΝ]ΩΝΞΗΗΗͰ
ΚΑΙ]ΤΟΠΕΡΙΓΕΝΟΜΕ[ΝΟΝΑΠΟ]ΓΗ[Σ
ΒΟ]ΩΝΙΑΣ‹ΗΗΠΔΔΔ
ΕΓ]ΔΙΟΝΥΣΙΩΝΤΩΝ[ΕΠΙΛ]ΗΝΑΙΩ[Ι
Π]ΛΡΑΜΥΣΤΗΡΙΩΝ[ΚΑΙΤ]ΕΛΗΤΩΝ
ΕΚΤΗΣΟΥΣΙΑΣΤΗ[ΙΔΗΜΗ]ΙΙΤΥ[ΑΡΑ
ΙΕΡΟΠΟΙΩΝ‹Η𐅄Δ . . . . .
ΕΞΑΣΚΛΗΠΙΕΙΩΝΙΙΑ[ΡΑ
ΙΕΡΟΠΟΙΩΝ‹ΗΗ𐅄ΔΔΔΔͰ
ΕΓΔΙΟΝΥΣΙΩΝΤΩΝΕΝΑΣΤΕ[Ι]Π[ΑΡΑ
ΒΟΩΝΩΝΞ𐅅ΗΗΗΠͰͰͰ . . . .
ΕΞΟΛΥΜΠΙΕΙΩΝΠΑΡΑ[ΤΩΝΤΟΥ
ΔΗΜΟΥΣΥΛ[ΛΟ]ΓΕΩΝΞ𐅅ΗΝΔΔͰ
ΕΚΤΗΣΟΥΣ[ΙΑΣ]ΤΩΙΕΡΜΗΙΤΩΙ
ΙΙΓΕΜΟΝΙΩΝΠΑΡΑ[Σ]ΙΡΑΤΗΓΩΙ
ΕΓΒΕΝΑΙΔΕΩΝΠΑΡΑΙΕΡΟΠΟΙ[ΩΝ
ΗΗΗΗ𐅄ΠͰͰ
ΕΚΤΗΣΟΥΣΙΑΣΤΩΙΔΙΙΤΩΙ
ΣΩΤΗΡΙΠΑΡΑΒΟΩΝΩΝ : Χ𐅄
ΚΕΦΑΛΑΙΟΝΔΕΡΜΑΤΙΚΟΥ
ΕΠΙΚΤΗΣΙΚΛΕΟΥΣΑΡΧΟΝΤΟΣ
𐅆ΙΙΔΔΔΔΠͰͰͰΙΙΙΙ
ΕΠΙΝΙΚΟΚΡΑΤΟΥΣΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΕΚΤΗΣΟΥΣΙΑΣΤΗΙΕΙΡΗΝΗΙ
ΠΑΡΑΣΤΡΑΤΗΓΩΝ‹ΗΗΗΗΗΔΔͰͰͰͰ
ΕΚΤΗΣΟΥΣΙΑΣΤΩΙΑΜΜΩΝΙΠΑΡΑ
ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ‹ΔΔΔΔͰͰͰͰΙΙΙΙC
ΕΚΠΑΝΑ]ΘΗΝΑΙΩΝΠΑΡΑ[ΙΕΡΟΠΟΙΩΝΚΑΤ
ΕΝΙΑΥΤΟ]Ν[:]𐅅ΔͰΙ
. . . . ΩΝΕΙ
. . . . ΔΔͰͰͰΙΙΙ

Fragmentum tituli *στοιχηδὸν* scripti, sed a Fourmonto haud satis accurate delineatum; certe lacunae aliquoties debent maiores poni, quam quas Fourmontus notavit; et vs. 30. fortasse una littera in sinistram movendus est, et sic deinceps ceteri, ita ut ΕΠΙ vs. 30. sit sub ΕΠΙ vs. 6. etsi res non tam certa, quam olim putabam. Universus titulus pluribus haud dubie columnis iuxta positis comprehendebatur; ea quae superest pars continet tantum reditus; sed expensa quoque in alia parte potuerunt perscripta esse. Reditus ipsi per capita dispositi erant, addita in fine uniuscuiusque capitis summa: talis summa superest vs. 3. haud minor 42 talentis et 2910 drachmis. Sequitur inde a vs. 5. *δερματικόν*: eius reditus per septem menses ne talentum quidem efficiunt (vs. 29.); quo argumento constat, priores rationes non esse dermatici, sed plura iis contineri redituum capita. Sed ex dermatici rationibus duorum annorum pars superest: igitur singula huius tituli capita plures continebant annos. Tales rationes non possunt alius magistratus esse quam τοῦ ἐπιμελητοῦ τῆς κοινῆς προσόδου καὶ ταμίου τῆς διοικήσεως, qui per quadriennium reditibus et sumptibus reipublicae ordinariis praefuit (Oec. civ. Ath. lib. II. cap. 5. 6.). Iam vero quum δερματικὸν annorum Olymp. 111, 3. et 4. hoc

titulo consignatum viderem, quaesivi, quis tum Curator redituum publicorum fuisset; necte mere mihi persuasi, fuisse hunc Lycurgum, de cuius administratione plura dixi l. c. lib. III. cap. 19. Nam Lycurgum constat duodecim per annos reditibus praefuisse, quattuor per annos suo, per reliquos amicorum nomine, et de talentis 18900 rationes reddidisse, partim prius aliquoties, partim paulo ante obitum (Decret. ap. auctorem vitt. X oratt. in Plutarcheis T. VI. p. 279. ed. Tub. et vit. Lycurg. ibid. p. 255.), qui Olymp. 113. accidisse videtur (cf. Taylori vit. Lycurg. in Reisk. oratt. T. IV. p. 117. et maxime Sophistam in Demosth. Epist. III.); ut consentaneum sit eius administrationem in hos ipsos annos Olymp. 111, 3. 4. incidisse, quum praesertim Lycurgus navalia et armamentarium Atticum absolverit, quorum exstructio Olymp. 110, 2. temporibus remissa erat (Fragm. Philochor. p. 76.). Praeterea Lycurgum scimus rationes suas ante palaestram ab ipso exstructam publice proposuisse; easdem defendit oratione adversus Menesaechmum (ἀπολογισμῷ ὧν πεπολίτευται), ex qua sola dermatici notitiam conservavit Harpocratio v. δερματικόν: ut certe ex talibus rationibus hoc fragmentum superesse pateat. Lycurgum autem ipsa Olymp. 111. maxima auctoritate fuisse et aliunde et ex Diodor. XVII, 15. colligitur; nec quod ei Alexander M. infensus fuit, inde coniiciat quisquam redituum ipsi curam ademptam esse. Denique Demadem, de quo quis cogitaverit, tum non Curatorem redituum et Quaestorem administrationis, sed theoricis praefectum fuisse, probabiliter docui l. c. T. I. p. 182 sq. Quapropter hoc fragmentum ex ipsis Lycurgi rationibus nobis servatum iudico. Accipe nunc titulum correctum.

- - αρ...... απου - -
- - HHHH.ΔΔΔΓ⊢
Κεφάλαιον· ΔΔΔΔTTXX𐅅HHHHΔ
Ἐκ τοῦ δερματικοῦ.
Ἐπὶ Κτησικλέους ἄρχοντος.
Ἐγ Διονυσίων τῶν κατ᾽ ἀγροὺς παρὰ
βοωνῶν : HHH⊢
καὶ τὸ περιγενόμενον ἀπὸ τῆς
βοωνίας : HH𐅄ΔΔΔ
Ἐγ Διονυσίων τῶν ἐπὶ Ληναίῳ,
παρὰ μυστηρίων καὶ τελετῶν,
ἐκ τῆς θυσίας τῇ Δήμητρι παρὰ
ἱεροποιῶν 𐅅𐅄Δ.....
Ἐξ Ἀσκληπιείων παρὰ
ἱεροποιῶν : HH𐅄ΔΔΔΔ⊢
Ἐγ Διονυσίων τῶν ἐν ἄστει παρὰ
βοωνῶν : 𐅅HHHΓ⊢⊢⊢...
Ἐξ Ὀλυμπιείων παρὰ τῶν τοῦ
δήμου συλλογέων : 𐅅HHΔΔ⊢
Ἐκ τῆς θυσίας τῷ Ἑρμῇ τῷ
ἡγεμονίῳ παρὰ στρατηγῶν: - -
Ἐγ Βενδιδέων παρὰ ἱεροποιῶν
HHHH𐅄Γ⊢⊢
Ἐκ τῆς θυσίας τῷ Διῒ τῷ
σωτῆρι παρὰ βοωνῶν : X𐅅
Κεφάλαιον δερματικοῦ
ἐπὶ Κτησικλέους ἄρχοντος·
𐅆HΔΔΔΔΓ⊢⊢IIII
Ἐπὶ Νικοκράτους ἄρχοντος.
Ἐκ τῆς θυσίας τῇ Εἰρήνῃ
παρὰ στρατηγῶν : 𐅅HHHHΔΔ⊢⊢⊢⊢
Ἐκ τῆς θυσίας τῷ Ἄμμωνι παρὰ
στρατηγῶν : ΔΔΔΔ⊢⊢⊢IIIIC
Ἐκ Παναθηναίων παρὰ ἱεροποιῶν κατ᾽
ἐνιαυτόν : 𐅄ΔH
...........ωνει
................ΔΔ⊢⊢III

Vs. 1. restitui nequit; nam quod Osannus Syll. p. 116. rescribit ἐπὶ ἄρχοντος Σπουδίου, quod initio tituli Archontis nomine opus sit, et Spudiam hunc pseudeponymum dicit ac fortasse eundem, qui n. 147. Hellenotamias est, de ea re quid dicas nescias. Neque enim hoc loco titulus incipit, nec qui Olymp. 92, 3. Hellenotamias fuit, potest Olymp. 111. Archon esse, nec pseudeponymi Archontes in inscriptionibus ulli esse possunt (cf. ad n. 111.); postremo vocabulum ἄρχοντος ex usu huius tituli et plerorumque nomini viri postponendum erat. Sequitur vs. 2. summa specialis, deinde universa summa quadriennii quaestorii ex certo quodam redituum genere, quod a dermatico diversum fuisse supra docui. Vs. 4. haud dubie nihil scriptum erat, sed spatium relictum separandis capitibus. Etenim vs. 5. incipiunt iam rationes *dermatici* per universum quadriennium quaestorium, quod est Panathenaicum, a tertio cuiusque Olympiadis anno ad tertium insequentis, ut in Quaestoribus Minervae (v. Introd.): igitur primus est Archon *Ctesicles* Olymp. 111, 3. alter *Nicocrates* Olymp. 111, 4. duo reliqui deficiunt. Similiter in prioribus aliud genus redituum per eosdem illos quattuor annos descriptum erat, et ad eundem modum omnia. Δερματικὸν est pecunia ex hostiarum pellibus, cornibus, vesicis, chordis et talibus contracta; id competebat, ut videtur, sacerdotibus in minoribus sacrificiis; sed in quibus id non antiquo iure sacerdotibus cederet, ut in ταῖς ἐπιθέτοις ἑορταῖς, civitati reddebatur. Festa ipsa Archonte Ctesicle a sexto mense *Posideone* incipiunt, in quo *Dionysia rustica;* sequuntur *Lenaea,* quae mense *Gamelione* septimo celebrata esse docui in Comm. de Dionysiis; tum *Mysteria parva* mense octavo *Anthesterione* acta, et *sacrificium Cereri; Asclepiea* octavo die mensis noni *Elaphebolionis* celebrata (Corsin. F. A. T. II. p. 308.), et *Dionysia urbana* eodem mense post Asclepiea; tum *Olympiea* et *sacrificium Mercurio,* quae hinc perspicimus inter magna Dionysia et Bendidea acta esse: *Bendidea* vero egerunt undecimi mensis *Thargelionis* d. 20. Ultimo loco memoratur sacrificium Iovi Servatori, credo in *Dipoliis Scirophorionis* duodecimi mensis d. 14. Sed archonte Nicocrate primum est sacrificium *Paci, Hecatomb.* d. 6. et post *Ammonis* sollemnia memorantur *Panathenaea*, intellige minora, eodem mense acta: tum deficit fragmentum. Vides secundo anno rationes ab ini-

tio anni procedere, sed primo anno a sexto fere mense: unde colligi potest, Curatorem redituum et Quaestorem administrationis magistratum non initio tertii Olympiadis anni, sed paulo ante medium annum inisse. Vs. 7. ΛΥΕΙΩΝ vix potuit aliud esse ac ΝΥΣΙΩΝ; neque in ea anni regione aliud festum, quod restituere queas, praeter rustica Dionysia invenies: itaque haec reposui, licet Fourmontus lacunam, ut passim, paulo minorem reliquerit. Litteras PA muto in ΓΑ; nisi malis lacunam etiam ampliorem fuisse quam quae a nobis statuitur. De *βοώναις* dixi Oec. civ. Ath. lib. II. cap. 12. Interpunctio vs. 8. et alibi ap. Fourm. est Ξ, aliisque locis < Neutrum verum puto, sed omnibus locis repono : ex vs. 26. Vs. 9–10. quoniam in expensis relata erat certa pecunia tauris emendis data, nunc quod inde superfuerat, in reditibus refertur. Vs. 13. *τῇ Δήμητρι* scriptum fuisse post Mysteriorum mentionem, vix dubites. Ex Lenaeis, Mysteriis et sacrificio Cereris, aut in Mysteriis aut in Demetriis Cereri actis oblato, uno nomine computatur *δερματικόν*, haud dubie quod sollemnia haec vicina erant. Nam vs. 11. 12. in fine non tantum suppleri potest, ut et magistratus, qui numeraverit, et summa addatur; igitur quae summa vs. 14. notatur, ex tribus illis sollemnibus collecta est. Mox comparent *συλλογεῖς τοῦ δήμου*, qui Olympieorum sacrificio praesunt, ut n. 99. ubi v. plura. Vs. 22. Mercurius dicitur *ἡγεμόνιος*, utpote *ἐνόδιος* (cf. Schol. Aristoph. Plut. 1160. Arrian. de venat. 35. Cornut. de diis c. 16.): idem Megalopoli *ἀγήτωρ* vocatus (Paus. VIII, 31, 4.). Is igitur belli vias monstrat, ut Iovi *ἀγήτορι* sacra faciunt Spartani expedituri (Xenoph. R. L. 13, 2. intt. Hesych. v. *ἀγήτωρ*). Hinc vere, qua tempestate bella incipi solent, Mercurio Hegemonio sacrificium offerunt Praetores, nimium ea aetate in sacris pompisque occupati (Demosth. Philipp. I. p. 47.). Vs. 23. non audeo *Βενδιδείων* scribere. Vs. 26. sacrificium Iovi Servatori memoratur, qui statuam in arce, templum in Piraeeo habuit. Id sacrificium ex Plutarch. Demosth. 27. notum Corsinus F. A. T. II. p. 332. male in Boedromionem rettulit: ex nostro titulo id sub finem anni oblatum esse patet, eodem fere, ut conieci, tempore, quo in arce agebantur Dipolia; sed illud sacrificium vide ne in Piraeeo peractum fuerit, ubi deinde post pompam et immolationem epularetur populus. Vs. 29. summam habes dermatici Archonte Ctesicle, 5148 dr. 4 obol. Iam quum vs. 14. dermaticum ex ternis sollemnibus collectum ap. Fourm. sit dr. 160 et aliquid supra, eaque summa manifesto iusto minor sit, rescripsi ibi 𐅅 pro H, ut sit dr. 560 et aliquid supra: quo facto, computatis singulis nominibus, desiderantur dr. 679, ob. 3. quae summa dividenda inter eos locos, ubi aliquid periit. Postremo archonte Nicocrate sacra fiunt primum *Paci*, cuius religio non post Timothei demum Leucadicam victoriam instituta Athenis est, ut ap. Nepot. Timoth. 2. traditur, sed antiquitus in *Συνοικεσίοις* Hecatomb. d. 6. sacra Paci fiebant (Aristoph. Pac. 1020. c. Schol.). *Ammonis* cultus diu ante Alexandrum M. per Cyrenaeos ad Graecos ceteros propagatus est, maxime ad Thebanos, Spartanos, Eleos, de quibus uberius egi Oec. civ. Ath. T. II. p. 259. sed Atheniensibus quoque colitur Iuppiter Ammon, oraculorum dispensator (Aristoph. Av. 716. 618.), miseruntque ad eum theorias, unde navis *Ammonis* iam Dinarcho commemorata (Harpocr. v. Suid. v. *ταμίαι*). Hesych. *Ἀμμών* (lege *Ἄμμων* vel *Ἀμμώνια*)· *ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἀγομένη*. Eodem pertinere videtur glossa Hesychii *Ἀμμαλῶ*. Ammoni immolant Praetores, credo quia theorias rerum bellicarum causa oraculum petentes ad Ammonem mittere solebant. Vs. 35. 36. haud dubium est supplementum *ἱεροποιῶν κατ' ἐνιαυτόν*, quod non nimium magnum est; certe solum *ἱεροποιῶν* vel *ἀθλοθετῶν* vel tale quid non sufficit lacunae explendae. Hecatomben in magnis Panathenaeis curare *ἱεροποιοὺς κατ' ἐνιαυτόν*, docet n. 147. pryt. II. Vs. 36. numerus 𐅅 nimius est; restitui igitur 𐅄.

158.

Olim Athenis in D. Eliae, ubi transcripsit Fourmontus; inde in Britanniam translatum est hoc marmor, quod vulgo *Sandwicense* dictum, edidit Io. Taylorus Cantabr. 1743. 4. cum commentario erudito sed nimis prolixo; ex tabula aeri incisa plures addidi litteras, quae in Taylori textu neglectae sunt: alias ex Fourmonti apographo prius facto adieci. Ex Taylori libro petiit Scip. Maffeius Mus. Veron. p. CCCCXXIX sqq. et ex ephemeridibus Batavis (Nouv. Bibl. T. XVI. p. 238.) Corsinus Nott. Gr. Diss. VI. cuius et textus corruptissimus est et notae Taylorianis inferiores sunt. Adde Corsin. F. A. T. II. p. 436. T. III. p. 302 sqq. notata ap. Chandl. Inscr. Syllab. p. XXXVII. et Larcherium Act. Ac. Inscr. T. XLVIII. p. 300 sqq. Edidi et ipse Oec. civ. Ath. T. II. tab. III. et explicui p. 214–242. *Col. A.* adversa est, *B.* aversa lapidis eiusdem, utraque *στοιχηδὸν* scripta; sed Fourmontus hoc non accurate servat.

[*Textum vide pag.* 253. 254. *interpositum.*]

Textus ex Tayloriano potissimum desumptus est, additis iis litteris, quae, licet in Taylori textu omissae, tamen in aerea tabula eius libro addita conspicuae sunt. His inserui, quae Fourmontus servavit: et quae ex hoc addidi, in *varia lectione* annotabo, missis meris eius erroribus, ubi Taylori lectio certa est. Corsinianae lectionis varietatem auctoritate carentem omitto. *Col. A.* vs. 9. Tayl. Ε... ΡΑ.. Σ, Fourm. Ε.. ΙΙΡΑ.. Σ: ego illud ΙΙ in duas litteras divisum recepi, quod veri inest vestigium. Vs. 11. in Ceorum usuris Fourm. numerum hunc habet: .... ΗΗΔΔΗΗΙΗC, vs. 12. in Siphniis ΗΙΙ pro ΙΙΙΙ, in Pariis ΧΧΧ𐅅ΗΗΗΗΔΔΔ, in Oenaeis vs. 12. extr. Ν pro Χ; ex eodem vs. 13.

[*Continuatur p.* 255.]

A.

Ε Θ

ΤΑΔΕΕΠΡΑΞΑΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΕΣΑΘΗΝΑΙΩΝΑΠΟΚΑΛΛΕΟΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΧΡ
ΙΤΟΘΑΡΓΗΛΙΩΝΟΣΜΗΝΟΣΤΟΕΠΙΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙ
ΕΝΔΗΛΩΙΔΕΑΠΟΕΠΙΓΕΝΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΧΡΙΤΟΘΑΡΓΗΛΙΩΝΟΣΜΗΝΟΣ
ΤΟΕΠΙΙΠΠΙΟΑΡΧΟΝΤΟΣΧΡΟΝΟΝΟΣΟΝΕΚΑΣΤΟΣΑΥΤΩΝΗΡΧΕΝΟΙΣΔΙΟ
ΔΩΡΟΣΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣΚΑΜΒΩΝΙΔΗΣΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΝΑΠΟΧΑΡΙΣΑΝΔΡ
ΟΑΡΧΟΝΤΟΣΙΔΙΩΤΗΣΘΕΟΓΕΝΟΣΑΧΑΡΝΕΥΣΜΕΧΡΙΤΟΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝΟ
ΣΜΗΝΟΣΤΟΕΠΙΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΣΩΣΙΓΕΝΗΣΣΩΣΙΑΔΟΞΥΠΕ
ΤΑΙΩΝΕΝΙΑΥΤΟΝΕΠΙΚΑΛΛΕΟΑΡΧΟΝΤΟΣΕΠΙΓΕΝΗ[ΣΜ]ΕΤΑΓΕΝΟΣΕΚΚΟ
ΙΛΗΣΑΝΤΙΜΑΧΟΣΕΥΘΥΝΟΜΟΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣΕ[Π]ΙΠΡΑ[ΤΗ]ΣΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟΠ
ΑΛΛΗΝΕΥΣΑΙΔΕΤΩΝΠΟΛΕΩΝ[ΤΟ]ΤΟΚΟΑΠΕΔΟ[Σ]ΑΝΜΥΚΟΝΙΟΙΧΗΗ𐅄ΔΣΥΡ
ΙΟΙΧΧΗΗΗΤΗΝΙΟΙΤΚΕΙΟΙ[𐅅ΗΗΗ]Η𐅄ΔΔ⊦⊦ΙΙΙΙCΣΕΡΙΦΙΟΙΧ𐅅ΗΣΙΦΝΙΟΙ
ΧΧΧΗ𐅄ΔΔΔΔΙΙΙΙΙΗΤΑΙ𐅅ΗΗΗ[ΠΑΡΙΟ]ΙΧΧ𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΟΙΝΑΙΟΙΕΞΙΚΑΡΟΧ
ΧΧΧΘΕΡΜΑΙΟΙΕΞΙΚΑΡΟΗΗΗ[ΗΚΕ]ΦΑΛΑΙΟΝΤΟΚΟΠΑΡΑΤΩΝΠΟΛΕΩΝΤΤΤ
Τ]ΧΧΧ𐅅ΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔΔ⊦⊦⊦⊦CΟΙ[Δ]ΕΤΩΝΙΔΙΩΝ̣ΤΟΤ[Ο]ΚΟΑΠΕΔΟΣΑΝΑΡΙΣΤΩ
Ν]ΔΗΛΙΟΣΥΠΕΡΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΔΗΛΙΟ𐅅ΗΗΗΗΑ[Ρ]ΤΥΣΙ[Λ]ΕΩΣΔΗΛΙΟΣΥΠΕΡ
ΓΛΑΥΚΕΤΟΔΗΛΙΟ𐅅ΗΗΥΨΟΚΛΕΗΣΔΗΛΙΟΣΗΗΗΑΓΑΣ[Ι]ΚΛΕΗΣΔΗΛΙΟΣΥΠ
ΕΡΘΕΟΚΥΔΟΣΔΗΛΙΟΗΗΔΔ[Π]ΘΕΟΓΝΗΤΟΣΔΗΛΙΟΣΥΠΕΡΥΨΟΚΛΕΟΣΔΗΛΙ
ΟΗ]ΗΗΗΔ⊦⊦ΙΙΙΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣΔΗ[ΛΙ]ΟΣΥΠΕΡΥΨΟΚΛΕΟΣΔΗΛΙΟΗΗ𐅄ΔΔΔΠ⊦⊦
ΙΙ]ΙΠΟΛΥ....ΣΤΗΝΙΟΣΥΠΕΡΜ...ΜΕΝΟΣΤΗΝΙΟΗΗΗΗΛΕΥΚΙΝΟΣΔΗΛΙ
ΟΣΥΠΕΡΚΛΕΤΑΡΧΟΔΗΛΙΟ𐅅ΗΗ[ΗΔ]ΔΔΚΛΕΩΦΩΝΔΗΛΙΟΣΥΠΕΡΠΙΣΤΟΞΕ
ΝΟΔΗΛΙΟΗΗΗ𐅄ΠΑΤΡΟΚΛΕΗΣΔ[ΗΛ]ΙΟΣΥΠΕΡΥΨΟΚΛΕΟΣΔΗΛΙΟΗΗΗΑΡΙΣ
ΤΕΙΔΗΣΤΗΝΙΟΣΥΠΕΡΟΙΝΑΔΟΤΗΝΙΟΗΗΔ[Κ]ΕΦΑΛΑΙΟΝΤΟΚΟΠΑΡΑΤΩΝΙ
Δ]ΙΩΤΩΝΗΗΗΗΔΔΠΕΙΣΕΠΡΑΧΘΗΜΗΝΥΘΕΝΕΚΤΩΝΕΠΙΣΘΕΝΟΣΔΗΛΙΟΗΗ
Η]𐅄ΔΔΔΕ[Ι]ΣΕΠΡΑΧΘΗΜΗΝΥΘΕ[ΝΠ]ΑΡΑΠΥΘΩΝΟΣΔΗΛΙΟΧ𐅅ΕΚΤΩΝΕΝΕΧΥΡ
Ω]ΝΤΩΝΩΦ[Λ]ΗΚΟΤΩΝΤΑΣΔΙΚΑ[Σ]ΤΙΜΗΣΚΕ[Φ]ΑΛΑΙΟΝΧ𐅅ΗΗΗΔΔΔΠΜΙΣΘΩ
ΣΕΙΣΤΕΜΕΝΩΝΕΞΡΗΝΕΙΑΣΕΠΙΑΡΧΟΝΤΩΝΑΘΗΝΗΣΙΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟΙΠΠ
ΟΔΑΜΑΝΤΟΣΕΝΔΗΛΩΙΔΕΠΑΛΑΙΟΙΠ[ΠΙ]ΟΤΤΧΗΗ[Δ]ΛΜΙΣΘΩΣΕΙΣΤΕΜΕΝΩ
ΝΕΓΔΗΛΟΕΠΙΤΩΝΑΥΤΩΝΑΡΧΟΝΤΩΝΧΧΗΗΗΗ𐅄ΔΔΔ⊦⊦⊦ΟΙΚΙΩΝΜΙΣΘΩ
ΣΕΙΣΕΠΙΙΠΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΑΘΗΝΗΣΙΕΝΔΗΛΩΙΔΕΙΠΠΙΟΗΗ𐅄
Δ]ΔΔΔΠ⊦⊦ΛΗΜΜΑΤΟΣΚΕΦΑΛΑΙΟΝ𐅈ΤΤΤΧΧΧ𐅅ΗΔΔΔΔ⊦⊦⊦⊦ΙΙΙΑΠΟΤΟΤΟ
ΤΑΔΕΑΝΗΛΩΘΗΣΤΕΦΑΝΟΣΑΡΙΣΤΕΙΟΝΤΩΙΘΕΩΙΚΑΙΤΩΙΕΡΓΑΣΑΜΕΝΩ
Ι]ΜΙΣΘΟΣΧ𐅅ΤΡΙΠΟΔΕΣΝΙΚΗΤΗΡΙΑΤΟΙΣΧΟΡΟΙΣΚΑΙΤΩΙΕΡΓΑΣΑΜΕΝ
Ω]ΙΜΙΣΘΟΣΧ.ΑΡΧΕΘΕΩΡΟΙΣΤΕΙΣΚΟΜΙΔΗΝΤΩΝΘΕΩΡΩΝΚΑΙΤΩΝΧΟΡΩ
Ν]ΑΝΤΙΜΑΧΩΙΦΙΛΩΝΟΣΕΡΜΕΙΩΙΤΡΙΗΡΑΡΧΩΙΤΧΑΡΙΘΜΟΣΒΟΩΝΤΩΝΕ
ΙΣΤΗ]ΝΕΟΡΤΗΝΩΝΗΘΕΝΤΩΝΗΠΙΙΙΙΤΙΜΗΤΟΤΩΝΤΧΧΗΗΗΗΔΠ⊦⊦⊦⊦ΠΕΤΑΛ
ΑΧΡΥΣ]ΑΚΑΙΧΡΥΣΩΤΕΙΜΙΣΘΟΣΗΔΔΙ..ΕΙΣΤΑΠΡΟΘΥΜΑΤΑΤΗΣΕΟΡΤΗΣ
...ΚΟΜ]ΙΔΗΤΩΝΤΡΙΠΟΔΩΝΚΑΙΤΩΝΒΟΩΝ[ΚΑΙΠΕ]ΝΤΗΚΟΣΤΗΚΑΙΤΡΟ[ΦΑ
ΙΤΩΝΒΟΩ]ΙΚΑΙΞΥΛΩΝΤΙΜΗΤΩΝΕΠΙ.....................ΝΤΙΜ...
.........ΚΑΤΑΛΛ...............................

B.

Α Ι Δ Ε Τ Ω Ν Π Ο Λ Ε Ω Ν Τ Ο Τ Ο[Κ]Ο Ο Ν Ε Δ Ε Ι Α Υ Τ Α Σ Ε Π Ι Τ Η Σ Η Μ Ε Τ Ε Ρ Α Σ
Α Ρ Χ Η Σ Α Π Ο Δ Ο Ν Α Ι[Ε]Ν Ε Λ[Ι]Π Ο[Ν]Κ Α Ι Ο Κ Α Π Ε Δ Ο Σ Α Ν Τ Ω Ν Τ Ε Τ Τ Α Ρ Ω
Ν Ε Τ Ω Ν Κ Ε Ι Ο Ι Χ Χ Χ Χ Η Δ Δ Π ⊢ ⊢ Ι Μ Υ Κ Ο Ν Ι Ο Ι Η Η Η Η Δ Δ Σ Υ Ρ Ι Ο Ι Χ Χ Χ
Χ 𐅅 Η Η Η Η Σ Ι Φ Ν Ι Ο Ι Χ Χ 𐅄 Δ Δ Δ Π ⊢ ⊢ ⊢ ⊢ ΙΙ Τ Η Ν Ι Ο Ι Χ Χ Η Η Η Η Θ Ε Ρ Μ Α Ι Ο
Ι Ε Ξ Ι Κ Α Ρ Ο Η Η Η Η Π Α Ρ Ι Ο Ι Τ Τ Τ Τ Χ 𐅅 Η Η Η Δ Δ Δ Ο Ι Ν Α Ι Ο Ι Ε Ξ Ι Κ Α Ρ Ο
Τ 𐅄 Δ Δ Δ Α Ι Δ Ε Τ Ω Ν Π Ο Λ Ε Ω Ν Τ Ο Ν Τ Ο Κ Ο Ν Ο Κ Α Π Ε Δ Ο Σ Α Ν Τ Ο Ν Ε Π Ι Τ Η
Σ Η Μ Ε Τ Ε Ρ Α Σ Α Ρ Χ Η Σ Τ Ε Τ Τ Α Ρ Ω Ν Ε Τ Ω Ν Ε Π Ι Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ω Ν Α Θ Η Ν Η Σ Ι
Κ Α Λ Λ Ε Ο Χ Α Ρ Ι Σ Α Ν Δ Ρ Ο Ι Π Π Ο Δ Α Μ Α Ν Τ Ο Σ Σ Ω Κ Ρ Α Τ Ι Δ Ο Ε Ν Δ Η Λ Ω Ι
Δ Ε Ε Π Ι Γ Ε Ν Ο Σ Π Α Λ Α Ι Ο Ι Π Π Ι Ο Π Υ Ρ Ρ Α Ι Θ Ο Ν Α Ξ Ι Ο Ι Τ Χ Χ Χ 𐅅 Η Α Ν Δ
Ρ Ι Ο Ι Τ Τ Κ Α Ρ Υ Σ Τ Ι Ο Ι Τ Χ Χ Η Η Η Η *Undecim litterae erasae* Ο Ι Δ Ε Τ Ω Ν Ι Δ Ι Ω
Τ Ω Ν Τ Ο Ν Τ Ο Κ Ο Ν Ο Κ Α Π Ε Δ Ο Σ Α Ν Τ Ο Ν Ε Π Ι Τ Η Σ Η Μ Ε Τ Ε Ρ Α Σ Α Ρ Χ Η Σ Τ
Ε Τ Τ Α Ρ Ω Ν Ε Τ Ω Ν Ε Π Ι Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ω Ν Α Θ Η Ν Η Σ Ι Κ Α Λ Λ Ε Ο Χ Α Ρ Ι Σ Α Ν Δ Ρ
Ο Ι Π Π Ο Δ Α Μ Α Ν Τ Ο Σ Σ Ω Κ Ρ Α Τ Ι Δ Ο Ε Ν Δ Η Λ Ω Ι Δ Ε Ε Π Ι Γ Ε Ν Ο Σ Π Α Λ Α Ι
Ο Ι Π Π Ι Ο Π Υ Ρ Ρ Α Ι Θ Ο Α Γ Α Θ Α Ρ Χ Ο Σ Α Ρ Ι Σ Τ Ω Ν Ο Σ Δ Η[Λ Ι]Ο Σ Η Η Η Η Α Γ
Α Κ Λ Ε Η Σ Υ Ψ Ο Κ Λ Ε Ο Σ Τ Η Ν Ι Ο Σ Η Η . . Ε Υ Φ Ρ Α Ι Ν Ε Τ Ο Σ Ε Υ Φ Α Ν Τ Ο Δ Η
Λ Ι Ο Σ Η Δ Α Λ Κ Μ Ε Ω Ν Ι Δ Η Σ Θ Ρ Α Σ Υ . . . Ο Α Θ Η Ν Α Ι Ο Σ 𐅄 Δ Γ Λ Α Υ Κ Ι Π Π
Ο Σ Κ Λ Ε Ι Τ Α Ρ Χ Ο Δ Η Λ Ι Ο Σ Η Η Η Η Δ . . . Ω Ν Κ Α Ρ Υ Σ Τ Ι Ο Σ Η Η Σ Κ Υ Λ Λ Ι
Α Σ Α Ν Δ Ρ Ι Ο Σ Η Η Υ Ψ Ο Κ Λ Ε Η Σ Θ Ε Ο[Γ Ν Η]Τ Ο Δ Η Λ Ι Ο Σ Η Η Η Η Π Ρ Ι Α Ν Ε Υ
Σ Σ Υ Ρ Ι Ο Σ Γ Α Λ Η Σ Σ Ι Ο Σ Δ Δ Δ Δ Π . . . . . . Κ Λ Ε Ι Δ Η Σ Θ Ρ Α Σ Υ Ν Ν Α Λ Ο
Δ Η Λ Ι Ο Σ 𐅄 ⊢ ⊢ Α Ρ Β Ω Ν Θ Ρ Α Σ Ω Ν Ο Σ Σ[Φ Η Τ]Ρ Ι Ο Σ Η Η 𐅄 Δ Δ Δ Λ Α Χ Η Σ Λ Α Χ
Η Τ Ο Σ Σ Τ Ε Ι Ρ Ι Ε Υ Σ 𐅅 Η Η . Μ Α Ι Σ Ι . . . . Ν Υ Μ Φ Ο Δ Ω Ρ Ο Δ Η Λ Ι Ο Σ Η Δ Δ
Δ Δ Θ Ρ Α Σ Ω Ν Α Ρ Ρ Ω Ν Ο Σ Σ Φ Η Τ Τ Ι Ο[Σ . . . Α]Ρ Ι Σ Τ Η Ι Δ Η Σ Δ Ε Ι Ν Ο Μ Ε Ν
Ο Σ Τ Η Ν Ι Ο Σ Υ Π Ε Ρ Ο Ι Ν Α Δ Ο Κ Λ Ε Ο . . . . [Τ]Η Ν Ι Ο Η Η Δ
Ο Ι Δ Ε Ω Φ Λ Ο Ν Δ Η Λ Ι Ω Ν Α Σ Ε Β Ε Ι Α Σ[Ε Π Ι Χ Α]Ρ Ι Σ Α Ν Δ Ρ Ο Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ο Σ
Α Θ Η Ν Η Σ Ι Ε Ν Δ Η Λ Ω Ι Δ Ε Π Α Λ Α Ι Ο Τ[Ι Μ Η Μ Α]Τ Ο[Ε Π]Ι Γ Ε[Γ]Ρ Α Μ Μ Ε Ν Ο Ν
Κ]Α Ι Α Ε Ι Φ Υ Γ Ι Α Ο Τ Ι[Κ Α Ι]Ε Κ Τ Ο Ι Ε Ρ[Ο Τ Ο Α]Π Ο Λ Λ Ω Ν Ο Σ Τ Ο Δ Η Λ Ι Ο Η
Γ Ο Ν Ι Ο Σ Α Μ Φ Ι Κ Τ Υ Ο Ν Α Σ Κ Α Ι Ε Τ Υ Τ[Τ Ο Ν Ε]Π Ι Γ Ε Ν Η Σ Π Ο Λ Υ Κ Ρ Α Τ Ο
Σ Μ Π Υ Ρ Ρ Α Ι Θ Ο Σ Α Ν Τ Ι Γ Ο Ν Ο Μ Π Α Τ Ρ Ο[Κ Λ Ε]Η Σ Ε Π Ι Σ Θ Ε Ν Ο Σ Μ *Octodecim litterae erasae* Α Ρ Ι Σ Τ Ο Φ Ω Ν Λ Ι[Υ Κ Ι]Π Π Ο Μ Α Ν Τ Ι Φ Ω Ν Τ . Ν Ν Ω
. Ο Σ Μ[Ο]Δ Ο Ι Τ Ε Λ Η Σ Α Ν Τ Ο Ν . . Ο Μ Τ Η Λ[Ε Φ Α Ν]Η Σ Π Ο Λ Υ Α Ρ Κ Ο Σ Μ
Ο Ι Κ[Ι Α Ι]Ε Ν Δ Η[Λ Ω Ι Ι]Ε Ρ Α Ι Τ Ο Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ο Σ Τ
Ο]\ Κ Λ Ι Ο Ο Ι Κ Ι Α Ε Ν Κ Ο Λ Ω[Ν Ω Ι]Η Η Ν Ε Υ[Φ Α Ν]Τ Ο Η Ι Γ Ε Ι Τ Ω Ν Α Λ Ε Ξ Ο Σ
Τ Α]Κ Ε Ρ Α Μ Ε Ι Α Α Μ Ν Ε Υ Φ Α[Ν Τ Ο]Ο[Ι]Σ Γ Ε[Ι Τ Ο Ν]Τ Ο Β Α Λ Α Ν Ε Ι Ο Ν Τ Ο Α[Ρ
Ι Σ]Τ Ω Ν Ο Φ Ε Μ Π Ε Δ Ι Ω Ι Ο Ι[Κ Ι Α]Η Η Ν Α Ε Υ[Κ Ι Π]Π Ο Η[Ι Γ]Ε Υ Φ Ω Ν Α Κ Ι . .
. . . Σ Ο Ι Κ Ι Α Η Η Ν Ε Π Ι Σ Θ Ε[Ν Ο]Σ Η[Ι]Γ Ε Ν[Τ Ω Ν]Π Ο . . Σ Χ Α Λ Κ Ε Ι Ο Ν Ο Η
Ν Λ]Ε Υ Κ Ι Π Π Ο Ω Τ Ε Ε Ν Τ Ω Ν Ι[Τ Α Τ Ω Ν] . . . . . . Ω Ν Ο[Ι] Κ Η Μ Α Τ Α Ο Ι Κ Ι Α
. . . . Ο]Ι Κ Ι[Α Η]Η Ν Ε Π Ι Σ Θ Ε Ν Ο
[Σ Η Ι Γ Ε Ι Τ Ω Ν . . . . Α Ι Η Σ Α]Ι Ω Ε Υ[Κ]Ι Π Π Ο Λ Ι Σ Γ Ε Φ
[Τ Ω Ν]. . . . . Ι Τ Ο Ο Ι Κ Η Μ[Α
. . . . Α Η Ν Ε Υ Κ
[Α Ν Τ Ο]. . . . . Ι Ε Ο .

primum X addidi. Vs. 14. in fine summae Fourm. ⊢⊢⊢KO pro ⊢⊢⊢⊢C. Ibid. lapicida scripserat IΔIΩN: adraso N deinde infra T, supra Ω addidit; mox ubi T[O]KO dedi, scripserat TAKO, adraso dein A. Vs. 16. in Glaucete Fourm. HHH, in Hypsocle HH.; deinde habet ΑΓΑΘΟΚΛΕΗΣ: sed litterae Σ (p. Θ) vestigium in aere est. Vs. 17. prima summa in aere est HHΔ.., apud Fourm. ΡΧΔΔ., ex quo assumpsi alterum Δ, et vs. extr. ultimum I. Vs. 18. fini primi numeri Fourm. addit Ρ; pro ultimo ⊢ vs. extr. habet I. Vs. 19. pro M...MENOΣ Fourm.: ....ΘENOΣ. Vs. 20. primum O Fourm. praebet; idem ΩΛETAPXOΔH ΛIO, unde Δ in Δηλίου addidi; deinde pro ΔΔΔ Fourm. .ΔΔ. Vs. 23. Tayl. Fourm.: .HHHΔΔΓ; ex tabula aeri incisa addidi primum H. Vs. 23. extr. pro HH Fourm. NΓ Vs. 26. primum Σ ex Fourm. est, item Ω in ἀρχόντων. Vs. 27. Λ (hoc est Δ) post alteram lacunam addidi ex Fourm. quod olim, ut alia nonnulla, neglexi. Vs. 28. init. Tayl. .E.ΔΗΛΟ, Fourm. NENΔΗΛΟ; in tabula aeri incisa agnosco verum, Γ pro altero N, etsi paulo obscurius. Numerus ap. Fourm. ..HHHHH ΔΔΔ⊢⊢ Vs. 29. primum Σ est ex Fourm. Vs. 30. idem in numero: Ρ.TTTXXXXΡHΔΔΔΔ⊢⊢ΓΓIIΞ Vs. 31. primum T est ex Fourm. item Θ in Θεῷ. Vs. 32. in τοῖς litteram I addidi ex Fourm. Vs. 35. in numero boum Fourm. IIΓHH; in pretio omisit ultimam drachmam. Vs. 36. T in XPYΣΩTEI ex Fourm. est, qui habet AKOINOYΣΩTEI. Ibidem post μισθὸς Fourm. HΔΔH.EAΣTA etc. Vs. 37. N vocis βοῶν ex eodem. Vs. 39. Fourm. TΛΛΩ et praeterea nihil. *Col. B.* vs. 3. Ceorum debito ex Fourm. addidi I. Vs. 7. P in τεττάρων indidem inserui. Vs. 9. pro NAΞIOI Fourm. IAEIOI. Vs. 11. Σ vocis ἀπέδοσαν ex Fourm. est, qui vel duplex habet. Vs. 14. A vocis Ἀρίστωνος ex Fourmonti falsa lectione APΦHTΩNOΣ adscivi, et ex eodem vs. 15. primum K. Vs. 19. Tayl. ΓΑΛΗ.ΣIO., Fourm. ΓΛΑΗΣΣIOΣ, quod licet difficile retinui, mutato tantum ΛΑ in ΑΛ. Vs. 20. Tayl. post vocem Δήλιος: ΡIKAPEΩNΘPAΣΩNOΣ..... IOΣ: sed post Θράσωνος aliud Σ in lapide agnosci ait; quod recepi. Fourm. ante IOΣ habet P, quod licet falsum recepi. Sed post Δήλιος Fourm. legit Ρ⊢⊢AB-BΩN. Hoc recepi, nisi quod pro priori B ex Tayl. retinui P: lectio APBΩN ex utroque exemplari conflata verae proxima est. Vs. 21. primum I in MAIΣI ex Fourm. est. Vs. 22. Fourm. ΩPΦΩNOΣ p. APPΩNOΣ. Vs. 22. etiam Fourm. HI in voce Ἀριστείδης habet. Vs. 23. Tayl. OINΑΛΟ, Fourm. OI NAΔO; post lacunam primum H addidi ex Fourm. Vs. 24. ex eodem est ultima littera vocis Χαρισάνδρου. Vs. 25. Tayl. post lacunam: TO... ΓE. PAΓME NON, rectius Fourm. TO..IΓE. PAMMENON, quod recepi. Vs. 26. ubi OTI habeo, Tayl. OPI, Fourm. ΘTI, unde utrumque concinnans feci OTI. Mox IEP Fourm. ubi Tayl. IE. Vs. 27. Tayl. initio .ON.OΣ, Fourm. ΓONIOΣ; deinde Tayl. ETY, Fourm. ΦTYT, unde ultimum T recepi ut vero proximum. Vs. 29. M ante vocem Ἀντιφῶν praebet Fourm. Vs. 30. Tayl. ANT.., Fourm. AN TON Vs. 32. prima duo elementa, quae ΔH fuerunt, ex Fourm. addidi. Vs. 32. pro HHN Fourm. HHH, quod etiam Tayl. sibi videbatur agnoscere; deinde EY pro E. Fourmontus habet; mox Tayl. .E..ΩN, Fourm. ΓEITΩN, recte. Vs. 33. med. Tayl. O.ΣΓ, Fourm. O.EΓE Vs. 34. Tayl. TΩ NOΦ, Fourm. TΩNOI; Tayl. ΓEΔIΩN, Fourm. quod dedi. Deinde Tayl. HHNAP...., Fourm. HXNAEY...; mox YΦ et ΛKI ex eodem addidi. Vs. 35. ex eodem est Σ vocis EΓIΣΘE..Σ, et deinde ΓEΝ: mox pro ΓO Fourm. HO Vs. 36. primas litteras EYK ex Fourm. addidi; deinde Tayl. Ω..E..Ω.I; dedi ex Fourm. quod habes. Vs. 37. Fourm. IKI, Tayl. IK. Vs. 37. Tayl. ..E.. IΓΓO ΛIΣΓEΦ, Fourm. IΩEY. IΓΓOΩIIΣΓEN Vs. 39. dedi Taylorianum; Fourm. EΞΩOKHM Vs. 40. E et K ex Fourm. addidi, et indidem O vs. 41. Et illius E vs. 40. etiam in tabula aerea vestigia insunt, item ultimi O.

§. 1. *Index.* E. Θ. Τάδε ἔπραξαν Ἀμφικτύονες Ἀθηναίων ἀπὸ Καλλέου ἄρχοντος μέχρι τοῦ Θαργηλιῶνος μηνὸς τοῦ ἐπὶ Ἱπποδάμαντος ἄρχοντος Ἀθήνησι, ἐν Δήλῳ δὲ ἀπὸ Ἐπιγένους ἄρχοντος μέχρι τοῦ Θαργηλιῶνος μηνὸς τοῦ ἐπὶ Ἱππίου ἄρχοντος, χρόνον ὅσον ἕκαστος αὐτῶν ἦρχεν, οἷς Διόδωρος Ὀλυμπιοδώρου Σκαμβωνίδης ἐγραμμάτευεν, ἀπὸ Χαρισάνδρου ἄρχοντος Ἰδιώτης Θεογένους Ἀχαρνεὺς μέχρι τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς τοῦ ἐπὶ Ἱπποδάμαντος ἄρχοντος, Σωσιγένης Σωσιάδου Ξυπεταιὼν ἐνιαυτὸν ἐπὶ Καλλέου ἄρχοντος· Ἐπιγένης Μεταγένους ἐκ Κοίλης, Ἀντίμαχος Εὐθυνόμου Μαραθώνιος, Ἐπικράτης Μενεστράτου Παλληνεύς.

Litteras E. Θ. Taylorus interpretabatur εὐνοίᾳ θεῶν: sed ob n. 139. praefero Corsinianum ἐπικουρίοις θεοῖς: nam n. 139. manifesto fuit θεοῖς ἐ - - In Marm. Oxon. Append. XIII. reperitur Θ.E. Continentur hoc titulo rationes Amphictyonum Atticorum templi Deliaci, quorum origo antiquissima, Ionibus et Cycladum incolis in Delo olim convenientibus, ut alii ἀμφικτίονες s. περικτίονες Delphis Pylisque, alii Calauriae, alii alibi conveniebant, ut sacra celebrarent. De prioribus temporibus v. Thucyd. III, 104. Polluc. IX, 61. Athenienses quoque mature theorias his sollemnibus frequentandis misisse, tum Deliastae docent, quorum mentio Athenaeo teste iam in Solonis legibus facta erat, tum Delia theoris, quae antiquissima fuisse fertur. Erant haec sollemnia penteterica (Pollux VIII, 107.); quae quum aetatum decursu obsolevissent, Olymp. 88, 3. ab Atheniensibus instaurata sunt (Thucyd. l. c.); ut secunda sollemnia Olymp. 89, 3. post lustratam iterum Delum (Thucyd. V, 1.), tertia Olymp. 90, 3. redierint et sic deinceps. Neque vero quarto mense, quae Dodwelli sententia est, celebrata sunt, sed Thargelionis d. VI. et VII. haud dubie, qui dies natales Dianae et Apollinis secundum Delios (Diog. L. III, 2. II, 44.): hinc in nostra inscriptione tempora a Thargelione ad Thargelionem computantur. Etiam minora sollemnia annua coniicio sexto Thargelionis acta esse, quo die Athenienses urbem suam lustrabant (Corsin. F. A.

T. II. p. 320 sq.). Ceterum ex quo Athenienses festum Deliacum restituerunt, ipsi per suos quos mittebant Amphictyones magistratus, quorum legem ex Athenaeo IV, p. 172 F sqq. cognitam habemus, sacra administrabant, templo Apollineo in ipsorum dicionem redacto; et retinuerunt templum etiam post pugnam ad Aegospotamos, atque ipsa Demosthenea aetate, invitis Deliis. V. Oec. civ. Ath. T. I. p. 441. Horum Amphictyonum acta per quattuor annos perscripta hoc lapide sunt, Archontibus Callea, quod eius nomen etiam in Pario marmore est, Olymp. 100, 4. Charisandro Olymp. 101, 1. Hippodamante Olymp. 101, 2. Socratide Olymp. 101, 3. et hoc quidem Archonte celebrantur ipsa maiora sollemnia, quorum impensae §. 5. relatae sunt. Quattuor quidem annos hunc titulum complecti, §§. 6-8. testantur diserte: tamen pecuniarum exactarum rationes procedunt tantum usque ad Thargelionem tertii anni Archonte Hippodamante (§. 1. 4.): credo quod imperatum erat, ut tertio Apollineo anno exeunte redituum redderetur ratio, ex quibus quarto deinceps anno possent impensae fieri. Scribae Amphictyonum ordine inverso memorati sunt, primo loco Diodorus Scambonides, quem necesse est tertio anno ministerium praestitisse: isque suum nomen primo loco posuit, haud dubie quod ipse priorem partem tituli §. 1-4. confecit et tabulam inscribi curavit: sequitur alter, qui inde a Charisandro usque ad initium Hippodamantis, ac proinde Olymp. 101, 1. scriba fuit; tertio loco memoratur, qui Callea Archonte ministravit Olymp. 100, 4. Patet quartum, Olymp. 101, 3. non nominatum esse, ut illius anni ne Archon quidem §. 1. nominatus est. Quibus in unum collectis apertum fit, priorem inscriptionis partem ad quartum annum prorsus non pertinere, adeoque anno tertio exeunte incisam esse: ita ut altera pars (§. 5 sqq.) postea demum a successore addita sit. Praeterea in fine §. 1. tria magistratuum nomina appellantur, qui ipsi sunt Amphictyones: ut tres Archontes, tres scribae, sic tres Amphictyones inscripti sunt, qui has res gesserunt χρόνον ὅσον ἕκαστος αὐτῶν ἦρχεν. Igitur singulis annis singuli Amphictyones Attici missi sunt, qui universo Amphictyonum concilio praeessent. Haec sufficient tituli rationi illustrandae, quam nec Taylorus nec Corsinus satis perspectam habuerunt. Idiotae pater Theogenes Acharnensis videtur idem esse, cuius meminit Aristoph. Ran. 1178. ubi cf. Schol.

In summarum supplementis perficiendis summa est difficultas: neque enim eae inter se ulla ratione consentientes reddi possunt, nisi quid omissum statuamus. Verum quum neque Taylorus neque Corsinus de hac re probabile quidquam attulerint, sed ex erroribus in errores implicentur, de solis dicam I. Sandfordi calculis, quos edidit Chandlerus: quibus meliores reperiri non posse, iteratis periculis intellexi. Etenim ille §. 2. ut summam universam et singulas pecunias aequaret, vs. 11. in Ceis restituit 𐅆HHH, vs. 13. in Thermaeis H; et summae vs. 14. addit in lacuna T, in fine eiusdem summae autem ⊢⊢⊢C (Fourm. ⊢⊢⊢KO) ab eo mutatur in ⊢⊢⊢IIC; sic §. 2. omnia perfecta sunt ita, ut aliter perfici non possint. Praeterea in summa summarum §. 4. ultimam siglam I (Fourm. Ɪ) mutat in C; nec quidquam usquam mutat, nisi quod §. 3. in summa pecuniarum a privatis numeratarum vs. 23. omissas statuit siglas initiales XXXX𐅅: quod eo minus negaveris, quum eo loco certa sit lectio HHHH ΔΔΓ, eaque tamen nullo modo possit vera esse. Quae ubi statueris, reliquae lacunae facile ita ut feci explentur, neque ulla remanet difficultas, nisi quod vs. 18. init. H addendum est, ubi littera O esse debebat. Sed Fourm. ibi incipit duas ab initio lacunas notare: unde probabile fit duas illo loco litteras scriptas fuisse, quod lapicida, qui omnino aliquoties erravit, omisisset unam litteram, eamque in sinistro margine addidisset. Ita restitutae rationes hae sunt:

§. 2. *Usurae civitatum solutae.*

Myconii . .	1260 dr.	–	ob.
Syrii . . .	2300 –	–	–
Tenii . . .	6000 –	–	–
Cei	5472 –	4½	–
Seriphii . .	1600 –	–	–
Siphnii . .	3190 –	4	–
Ietae . . .	800 –	–	–
Parii . . .	2970 –	–	–
Oenaei . . .	4000 –	–	–
Thermaei . .	400 –	–	–
Summa	4 tal. 3993 dr.	2½	ob.

§. 3. *Usurae privatorum solutae.*

Ariston . .	900 dr.	–	ob.
Artysileos . .	700 –	–	–
Hypsocles . .	300 –	–	–
Agasicles . .	225 –	–	–
Theognetus .	412 –	3	–
Antipater . .	287 –	3	–
Poly....s . .	400 –	–	–
Leucinus . .	840 –	–	–
Cleophon . .	350 –	–	–
Patrocles . .	300 –	–	–
Aristides . .	210 –	–	–
Summa	4925 dr.	–	–

§. 4. *Alii reditus.*

Ex bonis Episthenis .	380 dr.
A Pythone exactum .	1500 –
Pignorum pretium .	1845 –
Vectigalia ex Rhenea .	13220 –
Vectigalia e Delo . .	2484 –
Ex domibus . . .	297 –
Summa	3 tal. 1726 dr.

Summa §. 2. . .	4 tal.	3993 dr.	2½	ob.
Summa §. 3. . .	– –	4925 –	–	–
Summa §. 4. . .	3 –	1726 –	–	–
Summa Summarum	8 tal.	4644 dr.	2½	ob.

§. 2. *Usurae a civitatibus solutae.* Αἵδε τῶν πόλεων τοῦ τόκου ἀπέδοσαν·

Μυκόνιοι XHH𐅄Δ
Σύριοι XXHHH
Τήνιοι T
Κεῖοι [𐅆HHH]H𐅄ΔΔ⊢⊢IIIIC
Σερίφιοι X𐅅H
Σίφνιοι XXXH𐅄ΔΔΔIIII

Ἴηται ΡΗΗΗ
[Πάριο]ι ΧΧΡΗΗΗΗΡΔΔ
Οἰναῖοι ἐξ Ἰκάρου ΧΧΧΧ
Θερμαῖοι ἐξ Ἰκάρου ΗΗΗ[Η]
Κεφάλαιον τόκου παρὰ τῶν πόλεων ΤΤΤ[Τ]ΧΧΧΡΗΗΗΗ ΡΔΔΔΔ⊢⊢⊢[ΙΙ]C

Τοῦ τόκου est *ex usuris;* neque enim omnes numeratas esse docet §. 6. Icarus secundum Steph. Byzant. duo oppida habuit, Oenoen et Dracanum (Strab. lib. XIV.): tertium derelictum erat (Plin. H. N. IV, 12.), quod fuerat Thermaeorum. Parios ex §. 6. restituerunt Taylorus, Corsinus.

§. 3. *Usurae a privatis solutae.* Οἵδε τῶν ἰδιωτῶν τοῦ τόκου ἀπέδοσαν·

Ἀρίστων Δήλιος ὑπὲρ Ἀπολλοδώρου Δηλίου ΡΗΗΗΗ
Ἀρτυσίλεως Δήλιος ὑπὲρ Γλαυκέτου Δηλίου ΡΗΗ
Ὑψοκλέης Δήλιος ΗΗΗ
Ἀγασικλέης Δήλιος ὑπὲρ Θεοκύδους Δηλίου ΗΗΔΔ[Γ]
Θεόγνητος Δήλιος ὑπὲρ Ὑψοκλέους Δηλίου [Η]ΗΗΗΔ ⊢⊢ΙΙΙ
Ἀντίπατρος Δήλιος ὑπὲρ Ὑψοκλέους Δηλίου ΗΗΡΔΔΔ Γ⊢⊢[ΙΙ]Ι
Πολυ....ς Τήνιος ὑπὲρ Μ...μένους Τηνίου ΗΗΗΗ
Λευκῖνος Δήλιος ὑπὲρ Κλε[ι]τάρχου Δηλίου ΡΗΗ[ΗΔ] ΔΔΔ
Κλε[ο]φῶν Δήλιος ὑπὲρ Πιστοξένου Δηλίου ΗΗΗΡ
Πατροκλέης Δήλιος ὑπὲρ Ὑψοκλέους Δηλίου ΗΗΗ
Ἀριστείδης Τήνιος ὑπὲρ Οἰνάδου Τηνίου ΗΗΔ
Κεφάλαιον τόκου παρὰ τῶν ἰδιωτῶν ||ΧΧΧΧΡ|ΗΗΗΗΔΔΓ

Ἀρτυσίλεως nomen Deliacum ex Athen. IV, p. 173. A. restituit Tayl. Nomen Πολυ....ς fuit aut Πολυκλέης aut Πολύδωρος aut simile: minus placet Corsinianum Πολύαινος. ΚΛΕΤΑΡΧΟ est Κλειτάρχου, vide Col. *B.* vs. 17. Privati hi magna ex parte mercatores vel trapezitae fuerint; pecunia templi apud mensularium memoratur etiam n. 159.

§. 4. *Alii reditus et summa summarum.* Εἰσεπράχθη μηνυθὲν ἐκ τῶν Ἐπισθένους Δηλίου ΗΗ[Η]ΡΔΔΔ
Εἰσεπράχθη μηνυθὲν παρὰ Πύθωνος Δηλίου ΧΡ
Ἐκ τῶν ἐνεχύρων τῶν ὠφληκότων τὰς δίκας, τιμῆς κεφάλαιον ΧΡΗΗΗΔΔΔΔΓ
Μισθώσεις τεμενῶν ἐξ Ῥηνείας ἐπὶ ἀρχόντων Ἀθήνησι Χαρισάνδρου, Ἱπποδάμαντος, ἐν Δήλῳ δὲ Παλαίου, Ἱππίου ΤΤΧΗΗ[Δ]Δ
Μισθώσεις τεμενῶν ἐγ Δήλου ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀρχόντων ΧΧΗΗΗΗΡΔΔΔ⊢⊢⊢⊢
Οἰκιῶν μισθώσεις ἐπὶ Ἱπποδάμαντος ἄρχοντος Ἀθήνησι, ἐν Δήλῳ δὲ Ἱππίου ΗΗΡ[Δ]ΔΔΔΓ⊢⊢
Λήμματος κεφάλαιον ΡΤΤΤΧΧΧΧΡΗΔΔΔΔ⊢⊢⊢⊢ ΙΙ[C]

Episthenis bona publicata erant, fortasse Archonte Charisandro Olymp. 101, 1. de qua re dicam ad §. 9. 10. Hinc contracta summa prima, ex eius bonis latentibus, quae Amphictyonibus denunciata erant. Sequuntur pignora ex iis capta, qui multam a iudicio irrogatam non solvissent, credo ex illis, qui §. 9. scripti sunt. Pretia fundorum locatorum, qui ex parte donati erant, ut Nicias agros 10,000 drachmarum Delio Apollini ad epulum Deliis praebendum dedicavit (Plutarch. Vit.), tantum pro secundo et tertio anno numerata referuntur. Quippe quarti anni rationes acceptorum titulo non contineri supra annotavi. Primi autem anni eosdem reditus putabam olim in minora Deliaca sollemnia annua absumptos esse (de iis vide Corsin. F. A. T. II. p. 320. Larcher. Act. Acad. Inscr. T. XLVIII. p. 304.), ad quae et ipsa theoria Attica missa est: sed etiamsi iis sumptibus haec inservissent vectigalia, tamen debebant hoc loco referri. Itaque statuo primi anni vectigal iam anno ante numeratum secundum peculiares pacti condiciones esse. Quod vero domuum redemptarum vectigal unius tantum anni refertur, qui post Charisandrum fuit, id inde explico, quod illae domus §. 10. descriptae antea templi non fuerunt, sed Archonte Charisandro demum ex bonis publicatis acquisitae sunt; ut notabo iterum ad §. 9. 10.

§. 5. Ἀπὸ τούτου τάδε ἀνηλώθη·

Στέφανος ἀριστεῖον τῷ θεῷ καὶ τῷ ἐργασαμένῳ μισθὸς ΧΡ
Τρίποδες νικητήρια τοῖς χοροῖς καὶ τῷ ἐργασαμένῳ μισθὸς Χ.
Ἀρχεθεώροις Τ
Εἰς κομιδὴν τῶν θεωρῶν καὶ τῶν χορῶν, Ἀντιμάχῳ Φίλωνος Ἑρμείῳ τριηράρχῳ ΤΧ
Ἀριθμὸς βοῶν τῶν εἰς τὴν ἑορτὴν ὠνηθέντων ΗΓΙΙΙΙ τιμὴ τούτων ΤΧΧΗΗΗΗΔΓ⊢⊢⊢⊢
πέταλα χρυσᾶ καὶ χρυσωτῇ μισθὸς ΗΔΔ⊢.
Εἰς τὰ προθύματα τῆς ἑορτῆς ...
Κομιδὴ τῶν τριπόδων καὶ τῶν βοῶν καὶ πεντηκοστὴ καὶ τροφαὶ τῶν βοῶν καὶ ξύλων τιμὴ τῶν ἐπὶ ...... etc.

Sumptus praeter ea quae interciderunt est tal. 4. dr. 39. ob. 1. tantus, ut facile cernatur de maioribus sollemnibus agi; et de iis solis dici docet singularis ἑορτή. De singulis, ut de coronae magnitudine, de pretio boum etc. dixi passim in Oec. civ. Athen. ΧΡΥΣΩΤΕΙ scripsi, addito Τ, hoc est χρυσωτῇ, usu antiquo, qui huius marmoris aetate nondum abolitus erat. Olim legebatur χρυσώ[σ]ει; sed praestat alterum, ut antea dictum τῷ ἐργασαμένῳ, non τῇ ἐργασίᾳ. Πέταλα sunt *bracteae,* quibus cornua boum hecatombes inducta sunt. De foliis coronarum, quibus choreutae redimiti erant, noli cogitare: nam chori apparatum praebent architheori; hoc loco autem sumptus memoratur non per architheoros factus. Προθύμασι fortasse praeter reliqua, quae peculiariter numerata sunt, inserviebant aliquot ex illis bobus, qui plures sunt quam centum. Supplementum καὶ ante πεντηκοστὴ assumpsi ex Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 369. Nam quinquagesima in Piraeeo soluta commodissime uno capite comprehenditur cum tripodum et boum transvectione. Quinquagesima, quae de mercibus importandis et exportandis in finibus Atticae solvitur, hoc loco pro bobus exportandis penditur: de ea uberius dixi Oec. civ. Ath. T. I. p. 336 sqq. Τροφαὶ est Corsini et Larcheri; potest etiam ex correctione in Mus. crit. Cantabr. proposita τροφὴ τοῖς βουσὶ (ΒΟΣΙ) scribi: sed mire Taylor. supplebat ΤΡΟΧΗΛΙΑ, de cylindris, quibus uterentur ad res

et pecora navi imponenda: hic enim sumptus naucleri s. trierarchi est, qui pro transvectione pecuniam accipit, non Amphictyonum. Postremo Taylorus acute: καὶ ξύλων τιμὴ τῶν ἐπὶ τὴν γέφυραν: ut Nicias ex ratibus olim pontem construxerat, quo ex Rhenea in Delum iretur. De lignis rogo exstruendo adhibitis vix cogitaveris.

§. 6. *Usurae nondum numeratae a civitatibus, quae partem usurarum numeraverant.* Αἵδε τῶν πόλεων τοῦ τόκου, ὃν ἔδει αὐτὰς ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς ἀποδοῦναι, ἐνέλιπον καὶ οὐκ ἀπέδοσαν τῶν τεττάρων ἐτῶν·

Κεῖοι ΧΧΧΧΗΔΔΓΗΗ
Μυκόνιοι ΗΗΗΗΔΔ
Σύριοι ΧΧΧΧ𐅅ΗΗΗΗ
Σίφνιοι ΧΧ𐅄ΔΔΔΓΗΗΗΗΙΙ
Τήνιοι ΧΧΗΗΗΗ
Θερμαῖοι ἐξ Ἰκάρου ΗΗΗΗ
Πάριοι ΤΤΤΤΧ𐅅ΗΗΗΔΔΔ
Οἰναῖοι ἐξ Ἰκάρου Τ𐅄ΔΔΔ

Ἐνέλιπον dedit Tayl. rectius quam Corsinianum ἀνέλιπον. Summa est 7 tal. 4246 dr. 3 ob. OK pro OYK in Atticis novum est; apud alios tamen ipsum O pro OY non inusitatum: vide p. 43. ubi quae dixi, iis addendus est locus Plutarchi de garrulitate p. 39. Reisk. a Bekkero mihi ministratus: ἐκεῖνοι (οἱ Λακεδαιμόνιοι) Φιλίππου γράψαντος εἰ δέχονται τῇ πόλει, εἰς χάρτην οὖ μέγα γράψαντες ἀπέστειλαν. Notum est enim οὖ dici litteram O, et οὖ μέγα non elementum Ω, sed magnum O designat.

§. 7. *Usurae a civitatibus debitae, quae ne partem quidem solverant.* Αἵδε τῶν πόλεων τὸν τόκον οὐκ ἀπέδοσαν τὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς τεττάρων ἐτῶν ἐπὶ ἀρχόντων Ἀθήνησι Καλλέου, Χαρισάνδρου, Ἱπποδάμαντος, Σωκρατίδου, ἐν Δήλῳ δὲ Ἐπιγένους, Παλαίου, Ἱππίου, Πυῤῥαίθου·

Νάξιοι ΤΧΧΧ𐅅Η
Ἄνδριοι ΤΤ
Καρύστιοι ΤΧΧΗΗΗΗ

Summa est 5 talentorum. Naxii Olymp. 100, 4. parebant Spartanis (v. Diodor.); Euboea, ubi Carystus, male fida Atheniensium tum partibus. Hoc loco Archon Socratides primum nominatur; sed eundem tamen etiam §. 6. iam contineri, docet dictio τῶν τεττάρων ἐτῶν. Amphictyonem quarti anni nominare non placuit scribae. In fine unum nomen erasum, postquam numeraverant debentes: delebatur enim nomen eius, qui solvisset, iure Attico (Petit. IV, 9, 16.).

§. 8. *Usurae a privatis debitae.* Οἵδε τῶν ἰδιωτῶν τὸν τόκον οὐκ ἀπέδοσαν τὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς τεττάρων ἐτῶν ἐπὶ ἀρχόντων Ἀθήνησι Καλλέου, Χαρισάνδρου, Ἱπποδάμαντος, Σωκρατίδου, ἐν Δήλῳ δὲ Ἐπιγένους, Παλαίου, Ἱππίου, Πυῤῥαίθου·

Ἀγάθαρχος Ἀρίστωνος Δήλιος ΗΗΗΗ
Ἀγακλέης Ὑψοκλέους Τήνιος ΗΗ . .
Εὐφραίνετος Εὐφάντου Δήλιος ΗΔ
Ἀλκμεωνίδης Θρασυ . . . ου Ἀθηναῖος 𐅄Δ
Γλαύκιππος Κλειτάρχου Δήλιος ΗΗΗΗΔ
. . . ων Καρύστιος ΗΗ
Σκυλλίας Ἄνδριος ΗΗ
Ὑψοκλέης Θεο[γνή]του Δήλιος ΗΗΗΗ
Πριανεὺς Σύριος Γαλησσίο[υ] . ΔΔΔΔΓ
. . . . . . κλείδης Θρασυννάλου Δήλιος 𐅄ΗΗ
Ἀῤ[ῥ]ων Θράσωνος Σ[φήττ]ιος ΗΗ𐅄ΔΔΔ
Λάχης Λάχητος Στειριεύς 𐅅ΗΗ
. μαισι . . . : Νυμφοδώρου Δήλιος ΗΔΔΔΔ
Θράσων Ἄῤῥωνος Σφήττιος . . .
Ἀριστ[ε]ίδης Δεινομένους Τήνιος ὑπὲρ Οἰνάδου Κλεο . . . . Τηνίου ΗΗΔ

De scriptura Ἀλκμεωνίδης v. ad n. 33. Θρασυ . . . ου potest Θρασυβούλου, Θρασυμάχου, Θρασυλόχου esse, . . . ων autem Φίλων, Κλέων, Νίκων etc. Mox dedi Θεογνήτου ex §. 3. ubi eadem nomina coniuncta. ΓΑΛΗΣΣΙΟΣ nescio quid sit; coniicio pro ultimo Σ esse siglam numeralem reponendam, ut Γαλησσίου patris nomen sit postpositum, quod id scriba post vocem Πριανεύς casu omisisset: certe de Γαλλησίῳ Ephesiorum oppido (Steph. Byz. v.) nemo cogitaverit. Deinde vulgo Ἰκαρέων legitur: scribendum Ἄῤῥων (ΑΡΒΩΝ ex fide apographorum dedimus), qui Thrasonis f. Sphettius est, ut paulo post eius vel pater vel filius Θράσων Ἄῤῥωνος Σφήττιος. Mox Οἰνάδου verum est, cf. §. 3. Est idem homo, qui partem numeraverat, partem debebat: nam in privatis non distinguitur inter eos qui totum et qui partem debebant. Eius pater vel Κλεόβουλος vel Κλεώνυμος etc. Vs. 21. lectio .ΜΑΙΣΙ incerta est; Μ nec Fourm. nec Tayl. ipse habent, sed tabula aerea. Fortasse ΗΗ] Α[Ρ]ΣΙ[ΛΕΩΣ] scribendum, ut ΗΗ addatur Lachetis debito, et Ἀρσίλεως legatur cum Tayl. ex Athen. l. c. unde patet hoc nomen Deliacum esse. Athenienses miror nunc demorum nomine appellari, Σφήττιος, Στειριεύς, nunc simpliciter dici Ἀθηναῖος. Summa huius §. praeter ea, quae interciderunt, est 3857 dr. Omnibus autem quattuor annorum usuris computatis prope XIX talenta efficiuntur; ut singulis annis IV–V talenta ex usuris Deliaco templo accesserint. Quodsi usurae eae fuerunt, quibus tum vulgo utebantur, centesimae; caput fere quadraginta talentorum fuit. Fenus enim nauticum exercuisse Amphictyones, quod Corsino visum, mihi non persuadeo. Ut pupillorum (v. Oec. civ. Ath. T. I. lib. I. cap. 23.), ita templorum pecunias non opinor licebat nisi fenori tutiori terrestri dari; nec fenus nauticum deberi per tot annos potest, quod caput cum usuris, nave in locum constitutum delata, reddendum est: postremo quomodo civitates (§. 2. 6. 7.), quae publice mercaturam facere non solent, nautico fenore pecuniam sumere possint, non intelligo.

§. 9. *Multae Apollini cedentes.* Οἵδε ὦφλον Δηλίων ἀσεβείας ἐπὶ Χαρισάνδρου ἄρχοντος Ἀθήνησι, ἐν Δήλῳ δὲ Παλαίου· τίμημα, τὸ ἐπιγεγραμμένον καὶ ἀειφυγία· ὅτι καὶ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Δηλίου ἦγον τοὺς Ἀμφικτύονας καὶ ἔτυπτον·

Ἐπιγένης Πολυκράτους Μ
Πύῤῥαιθος Ἀντιγόνου Μ
Πατροκλέης Ἐπισθένους Μ
Nomen erasum
Ἀριστοφῶν Λευκίππου Μ
Ἀντιφῶν Τ . ννωνος Μ
[Ὁ]δοιτέλης Ἀντ . . . . ου Μ
Τηλ[εφάν]ης Πολυάρκους Μ

Hunc locum a Corsino et Tayloro ut desperatum relictum restitui iam olim via certissima. Inscripta sunt nomina eorum, qui deo multam debebant; unus deletus, qui solverat postea (cf. ad §. 7.); nisi etiam vs. 31. aliud nomen deletum est. Ceteros multam non solvisse, potest vel inde intelligi, quod haec pecunia non in acceptis refertur; atque etiam pignora de damnatis capta (§. 4.) huc pertinere videntur: quippe quum multam illi non solvissent, pignora de iis capta sunt. Multa ipsa est usitata *decem millium drachmarum* (μυρίων). Hoc est τίμημα, τὸ ἐπιγεγραμμένον: ut in oratoribus, τίμημα, θάνατος: τίμημα, πεντήκοντα τάλαντα. Τὸ ἐπιγεγραμμένον est *id quod inscriptum est*, nempe illud M. Additur καὶ ἀειφυγία: in quo iure haesit Meierus de bonis damnat. et deb. fisc. p. 217. miratus quid esset quod, quum Athenis ἀειφυγία semper cum bonorum publicatione coniuncta esset, Amphictyones autem Atticos aliis atque Atticis legibus esse usos veri videatur dissimillimum, his sacrilegii reis cum exilio multa esset imposita. Augetur difficultas, si rem putes Athenis iudicatam esse. Utut est, ἀειφυγία cum multa non bene convenit. Igitur hac de re ita iudico. Verba τίμημα, τὸ ἐπιγεγραμμένον καὶ ἀειφυγία sylleptice dicta sunt; aliis multa decies mille drachmarum, aliis exilium cum bonorum publicatione irrogata sunt. Hoc autem loco tantum ii scripti sunt, quibus multa irrogata, ut pateret, quantum quisque deberet. Illorum vero loco, quibus exilium impositum, iam §. 10. referuntur bona eorum publicata, quoniam hic non intererat referre, qui exilio affecti essent, sed quid inde lucri accessisset templo. Ceterum in multatis illis debitoribus sunt Epigenes et Pyrrhaethus. Eiusdem nominis viri supra nominati sunt, alter Archon Deliacus ante Charisandrum, alter item Deliorum Archon, sed duobus annis post Charisandrum: quaeras igitur sintne iidem an diversi Archontes hi, et illi debitores. Quae res etsi diiudicari certo non potest, tamen nihil impedit, quominus iidem sint. Quod in Epigene apertum: sed Pyrrhaethus quoque post condemnationem potuit a Deliis Archon creari, quum non constet, qui sub Atheniensium imperio condemnati deberent templo Attico (Atticum enim tum Delii Apollinis sacrum), eum non potuisse in Delo magistratu fungi. Nondum enim ea aetate Delus Atticae reipublicae pars fuit. Immo quo infensiores Delii Atheniensibus fuerunt, eo potuerunt libentius eum Archontem admittere, qui sese Atheniensium inimicum praebuisset. Talis autem fuit ille Pyrrhaethus, qui in multam incurrerat. Nam cum ceteris Amphictyones ex templo eiecerat et eiectos verberibus affecerat, litibus haud dubie et iurgiis exortis, quod Delii templum sibi ereptum aegre ferebant: qua de re conferri possunt, quae dixi in Oec. civ. Ath. T. I. p. 441. Haec fuit illorum ἀσέβεια, similis Midiae impietati, quam illi irrogat Demosthenes. De nominibus ipsis non est quod moneam, nisi Ὀδοιτέλης formatum esse ut ὀδοιπόρος. Patres condemnatorum Episthenes et Leucippus redeunt §. 10. ubi domus publicatae memorantur: non opinor, quod patrum res ob filios publicata erat; sed potius patres eiusdem cuius filii criminis damnati erant, ideoque eorum bona publicata sunt, quia ipsi erant exilio (ἀειφυγίᾳ) multati: quamquam una et altera domus potuit publicata ideo esse, quod multam non solvisset debitor (cf. §. 4.).

§. 10. *Domus Apollini sacrae.* Οἰκ[ίαι] ἐν Δή[λῳ ἱ]εραὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τ[οῦ Δη]λίου· Οἰκία ἐν Κολω[νῷ], ἣ ἦν Εὐ[φάν]του, ἧ γείτων Ἄλεξος. [τὰ] κεραμεῖα, ἃ [ἦ]ν Εὐφά[ντου], ο[ἷ]ς γε[ῖτον] τὸ βαλανεῖον τὸ Ἀ[ρίσ]τωνο[ς] ἐμ πεδίῳ. οἰ[κία,] ἣ ἦν [Λ]ευ[κίπ]που, ἧ [γ]ε[ίτ]ων Α . ι . . . . . ς . οἰκία, ἣ ἦν Ἐπισθέ[νου]ς, ἧ γε[ίτων] Πό . . ς . Χαλκεῖον, ὃ ἦ[ν Λ]ευκίππου, ᾧ [γ]ε[ί]τ[ο]ν[α τὰ τῶν] . . . . . ων ο[ἰ]κήματα. οἰκία - - - - [ο]ἰκί[α, ἣ] ἦν Ἐπισθένου[ς, ἧ γείτων] - - - - [αἳ ἦσαν Λ]ευ[κ]ίππου, [α]ἷς γε[ίτων] - - - - ίτου. οἴκημ[α] - - - - ἃ ἦν Εὐ[φάντου - - - -

Nunc tandem contigit hoc quoque caput magna ex parte restituere. Continentur domus Apollini sacrae, aut omnes aut plurimae ex bonis damnatorum, *Euphanti, Leucippi, Episthenis;* ex quibus secundus et tertius patres sunt multatorum (§. 9.), et hos patres arbitror exilio affectos esse archonte Charisandro, ut socios filiorum in Amphictyonibus violandis: cf. ad §. 9. et §. 4. ubi de bonis Episthenis publicatis. *Colonus* locus Deli satis notus. Vs. 33. AMN muta in AHN; vs. 34. primum Φ in Ξ. Aristonem Delium habes §§. 3. 7. Mox vs. 34. extr. ΕΥΦΩΝ muta in ΕΙΤΩΝ. Deinde Πό . . ς potest Πόθος vel simile esse. Vs. 36. ΩΤΕΕΝΤΩΝΙ mutandum in ΩΙΓΕΙΤΟΝΑ; quid deinceps supplendum sit, non exputo. Sed vs. 38. ΛΙΣ manifesto est ΑΙΣ: quod si tenueris, intelliges litteras ΙΩΕΥ. ΙΡΓΟΛΙΣΓΕΦ continere haec: [ΑΙΗΣΑ]ΝΛΕΥ[Κ]ΙΠ ΠΟΑΙΣΓΕΙ[ΤΩΝ]. Postremo vs. 40. ultimum Κ muta in Φ.

159.

Athenis inter rudera haud longe ab urbe, ex schedis Fourmonti. Ed. in Oec. civ. Ath. Tab. VII. n. 15. et explicui T. II. p. 326-334.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Fragmentum est tabulae, qua Amphictyones Atheniensium templi Apollinis in insula Delo opes successoribus traditas consignaverant: unde vs. 20. vox προςπαρέδοσαν. Ex scripturae forma, maxime quod diphthongus ΟΥ uno loco vs. 21. excepto plene scribitur, aliquot id Olympiadibus centesimâ recentius esse collegeris, nec mihi errare videor, ubi vs. 22. archontem Euaenetum (Olymp. 111, 2.) agnosco. Supplementa in dextera addidi, licet vs. 22. probabile reddat, plura perisse in sinistra. Figura = aut signum interpunctionis (:) aut pro eo spatium vacuum significat. Quae supersunt, ita emendo et suppleo:

. . . . ΕΒΔΟΜΟΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣΣΤΑΘΜ]ΟΝ . . Γ . . . [ΟΓΔΟΟΣΚΑΙΔ
ΕΚΑΤΟΣΣΤΑΘΜΟΝ] . . . . ΕΝΑΤΟΣΚΑΙΔ[ΕΚΑΤΟΣΣΤΑΘΜΟΝ
. . . . ΕΙΚΟΣΤΟ]ΣΣΤΑΟΝΟΝΑ : ΗΙ . . . .
. . . . ΑΣΤΑΤΟΙ=ΙΙΙ=ΠΡΟΣΤΩΙ . . . .
ΣΤΑΘΜΟ]ΝΕΚΑΣΤΗΣΠΙΔΡΙΣΟΝΑΣΤΑΥΡΟΜ . . . . [ΑΝΕΘΗ
ΚΕΝΦ]ΙΑΛΗΡΓΥΡΑΑΣΤΑΤΟΣΕΝΞΥΛΩΙΗΝ . . . .
. Α]ΘΗΝΑΙΟΣΑΝΕΘΗΚΕΣΤΕΦΑΝΟΣΧΡΥΣΟΥΣ[ΧΡΥΣΟΥΝΕΧΩΝΠΡΟ
ΜΕ]ΤΩΠΙΔΙΟΝΠΡΟΣΗΛΩΜΕΝΟΣΑΣΤΑΤΟΣ[ΟΝ] . . . .
ΓΑΘΗΝΑΙΟΣΑΝΕΘΗΚΕΝΣΛΕΓΓΙΑΣΣΕΠΙ[ΤΗΚΤΟΙΕΝΞΥΛΩΙΑΣ
Κ]ΑΛΛΙΑΣΙΠΠΟΝΙΚΟΥΑΘΗΝΑΙΟΣΑ[Ν]ΕΘΗΚ[ΕΝ . . . . ΣΤΛΕ
Γ]ΓΙΔΕΣΕΠΙΚΤΟΙΕΚΞΥΛΩΙΑΣΝΙΚΙ[ΑΣΝΙΚΗΡΑΤΟΥΑΘΗΝΑΙΟ
Σ]ΑΝ[Ε]ΘΗΚΕΝ=ΗΙΙΗΚΑΙΣΤΕΦΑΝΟΣΧΡΥ[ΣΟΥΣ . . ΑΡΓΥΡΙΟΝΕΠΙΤΡ
Α]ΠΕΞΗΙ=ΙΙΙ=ΑΤ.ΤΙΚΟΝΑΑΚΤΥΛΙΟΣ . . . .
. ΟΣΣΙΑΝΡΟΥΣΥΠΕΡΓΥΡΩΜΕΝΟΣΚΥΜ[ΒΙΟΝ . . . .
. ΥΙ=ΦΙΑΛΗΠΡΩΤΗ=ΠΑΛΛ=ΔΕΥΤΕΡΑ[ΦΙΑΛΗ . . ΤΡΙΤΗΦΙΑΛΗ . . Τ
Ε]ΤΑΡΤΗΦΙΑΛΗ=ΗΠΕΜΠΤ[Η]ΦΙΑΛΗ= . . . [ΕΚΤΗΦΙΑΛΗ . . . ΕΒΔΟΜΗΦΙ
ΑΛ]Η=ΝΑΑΔ=ΟΓΔΟΗΦ[Ι]ΑΛΗ=ΝΔΔΔ=[ΕΝΑΤΗΦΙΑΛΗ . . . . ΔΕΚΑΤΗΦ
ΙΑ]ΛΗ=Ν=ΕΝΔΕΚΑΤΑΦΙΑΛΗ=ΝΔ . . [ΔΩΔΕΚΑΤΗΦΙΑΛΗ . . ΚΥΜΒΙΟ
Ν]ΔΔΔΔ=ΔΕΥΤΕΡΟΝΚΥΜΒΙΟΝ=ΔΔΔΔ . . . .
. . . ΠΡΟΣΠΑΡΕΔΟΣΑΜΦΙΚΤΥΟΝ[ΕΣ] . . . .
. . . ΣΤΕΦΑΝΟΣΧΡΥΣΟΣΟΛΚΗ=ΗΡΙΙ . . . .
. . Α]ΜΦΙΚΤΥΟΝΩΝΤΩΝΕΠΡΥΑΙΗΕΤΟ[ΥΑΡΧΟΝΤΟΣ . . . . . . ΑΡΙΘ
ΜΩΙ]ΗΣΤΑΘΜΩΙΚΑΙΣΙΑΝΡΑΝΡΙ[ΘΜΩΙΗΣΤΑΘΜΩΙ - - -
. . . Α]ΡΙΟΜΟΝΗΣΤΑΟΜΟΚΚΑΙΦΙΑ[Λ - - - - - - - -
. . ΑΡΙΘΜ]ΩΙΗΣΤΑΟΜΩΙΚΑΙΕΙΤΙ - - - - - - - -
- - - ΤΟΙΣΑΜΦΙΚΤΥΟΣΙΝ - - - - - - -
- - - - ΑΡΧΟΝΤΟΣΚΑΙΤΩΙ - - - - - - -
- - - - - ΑΝΤΙΓΡΑΦΑ - - - - - - -

(1) . . . . ἕβδομος καὶ δέκατος, σταθμ]ὸν . . Γ . . . [ὄγδοος καὶ δ-
(2) έκατος, σταθμὸν] . . . . ἔνατος καὶ δ[έκατος, σταθμὸν
(3) . . . . εἰκοστὸ]ς, σταθμὸν [ΗΗ]ΗΙ - - - - - -
(4) . . . . ἄστατοι, ΙΙΙ. πρὸς τῷ - - - - - -
(5) σταθμὸ]ν ἑκάστης ΡΔΗ ἴσον, ἃς Ταυρομ . . . . [ἀνέθη-
(6) κεν. φ]ιάλη [ἀ]ργυρᾶ ἄστατος ἐν ξύλῳ, ἣν . . . .
(7) . Ἀ]θηναῖος ἀνέθηκε. στέφανος χρυσοῦς [χρυσοῦν ἔχων προ-
(8) με]τωπίδιον, προσηλωμένος, ἄστατος, [ὃν . . . .
(9) . Ἀθηναῖος ἀνέθηκεν. σ[τ]λεγγίδες ἐπί[τηκτοι ἐν ξύλῳ, ἃς
(10) Κ]αλλίας Ἱππονίκου Ἀθηναῖος ἀ[ν]έθηκ[εν . . . . στλε-
(11) γ]γίδες ἐπί[τη]κτοι ἐν ξύλῳ, ἃς Νικί[ας Νικηράτου Ἀθηναῖο-
(12) ς] ἀν[έ]θηκεν ΓΙΙΙ, καὶ στέφανος χρυ[σοῦς . . ἀργύριον ἐπὶ τρ-
(13) α]πέζῃ ΤΤΤ, Ἀττικόν. δακτύλιος - - - - - - -
(14) . ος σιδηροῦς ἐπηργυρωμένος. κυμ[βίον - - - - -
(15) . . . φιάλη πρώτη ΡΔΔΔ δευτέρα [φιάλη - - τρίτη φιάλη - - τ-
(16) ε]τάρτη φιάλη Η πέμπτ[η] φιάλη - - [ἕκτη φιάλη - - ἑβδόμη φι-
(17) άλ]η ΡΔΔΔ ὀγδόη φ[ι]άλη ΡΔΔΔ [ἐνάτη φιάλη - - δεκάτη φ-
(18) ιά]λη Ρ ἑνδεκάτη φιάλη ΡΔ - [δωδεκάτη φιάλη κυμβίο-
(19) ν] ΔΔΔΔ δεύτερον κυμβίον ΔΔΔΔ - - - - - -
(20) . . . προσπαρέδοσ[αν] Ἀμφικτύον[ες - - - - -
(21) . . . στέφανος χρυσοῦς, ὁλκὴ Η . . . - - - - - -
(22) . . Ἀ]μφικτυόνων τῶν ἐπ' [Ε]ὐαι[ν]έτο[υ ἄρχοντος . . . . . . ἀριθ-
(23) μῷ] ἢ σταθμῷ, καὶ σιδηρᾶ ἀρι[θμῷ ἢ σταθμῷ - - - -
(24) . . . ἀ]ριθμὸν ἢ σταθμόν, καὶ φιά[λ - - - -
(25) . . ἀριθμ]ῷ ἢ σταθμῷ, καὶ εἴ τι - - - - -
(26) - - - - τοῖς Ἀμφικτύοσιν - - - - - -
(27) - - - - - ἄρχοντος καὶ τῷ - - - - -
(28) - - - - - ἀντίγραφα - - - - - -

Primum enumerantur res nescio quae, numero ut videtur viginti, ponderatae, deinde non ponderatae tres vs. 4. Sequitur πρὸς τῷ, quod locum indicasse videtur, ubi fuerunt, quae deinceps enumerantur. Vs. 6. ξύλον est ligneum receptaculum. Vs. 7. sqq. nota Athenienses non secundum pagos nominari, sed simpliciter dici Ἀθηναῖος: quippe quod de rebus extra Atticae fines dedicatis agitur: in Attica Athenienses ex demis denominantur. Προμετωπίδιον est frontale equorum, asinorum, taurorum: quidni tamen etiam hominum? Cf. de voce Intt. Pollux. I, 140. Eam coronam cum frontali a sese gestam dedicaverit architheorus Atticus. Adduntur vs. 9. στλεγγίδες, non nunc strigiles, sed ornamenta capitis in formam pectinum: unde victoribus praemio dantur, Xenoph. Cyrop. I, 2, 10. ubi v. Schneider. Hinc dicitur στεφανοῦσθαι στλεγγίδι (cf. Sosibium ap. Athen. XV, p. 674. A. et ibi Casaub. Hippolochum ap. Athen. IV, p. 128. C. E.).

Easdem diis dedicatas esse exemplum Sybaritarum docet (Athen. XIII, p. 605. B.). Pollux VII, 179. sic interpretatur: δέρμα κεχρυσωμένον, ὃ περὶ τὴν κεφαλὴν φοροῦσι, Schol. Aristoph. Eqq. 577. Phot. Suid. χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τῇ κεφαλῇ τῶν γυναικῶν: gestabant tamen eas etiam viri, maxime theori. Heraclides Tarentinus ap. Erotian. στλεγγίδες, χρυσᾶ ταινίδια, οἷς χρῶνταί τινες τῶν θεωρῶν. Igitur eas haud dubie architheori dedicarant: et *Calliam Hipponici f.* Socratis aequalem probabile est post restituta Olymp. 88, 3. Deliaca sollemnia (v. ad n. 158.) aliquo anno architheoria functum esse. Ceterum vs. 9. 11. dedi ἐπίτηκτοι: quippe in bracteis illarum στλεγγίδων expressa emblemata erant (cf. ad n. 150. §. 21.). Vs. 11. prodit *Nicias*, cuius architheoria Deliaca apparatu maximo insignis fuit (Plutarch. Nic. 3.): ea, si recte auguror, Olymp. 90, 3. fuit. Nam Plutarcho teste ante eum iam plures theoriam in Delum duxerant: restituta autem sollemnia Olymp. 88, 3. erant, et redibant quinto quoque anno: de minoribus enim sollemnibus annuis in tanto apparatu non cogitandum; igitur ante Olymp. 90, 3. Niciae theoria statui vix potest: et Olymp. 91, 3. Nicias in Sicilia fuit. Vs. 12. numerum ΓΙΙΙ (VIII) ex probabilitate constitui, ut reliquos in hac inscriptione numeros: certa enim his in rebus erui ex Fourmonti sordibus nequeunt. Mox habes *pecuniam apud mensularios*: cf. n. 158. Additur *Atticam* eam esse, quod res Deliacae enumerantur. Vs. 14. *ferreum* quiddam memoratur, quod vidit Buttmannus; potest crateris basis fuisse; fuit autem id vas *argenteis* laminis variatum. ΥΓΕΡΓ mutavi in ΕΓΗΡΓ: nam vox ὑπηργυρωμένος in hoc nexu ferri nequit. De κυμβίοις, quibus in sacris utebantur, v. Athen. XI, p. 481–482. Sequuntur phialae numero ut videtur duodecim: pondera restitui, ut potui. Vs. 18–19. fortasse fuit κυμβίον πρῶτον, sequente tum δεύτερον κυμβίον (cf. vs. 15.). Et hucusque quidem procedunt ea, quae Amphictyones a prioribus accepta tradiderant: addita erant, quae ab ipsis collecta tradiderant successoribus: quod significatur voce προσπαρέδοσαν. Cf. tabulas Quaestorum Minervae. Vs. 21. ὁλκὴ idem est quod σταθμόν, ut passim, maxime in Asianis titulis. Vs. 22. novum recensum incipi, et vacuum spatium docet ante eum versum relictum, et archontis designatio: igitur in sinistra plura perisse supra dixi, quod ante primam vocem Ἀμφικτυόνων uberior formula suppleatur necesse est. Sed omnia inde ab eo versu ita mutilata sunt, ut nullus restitutioni locus relictus sit: de formula ἀριθμὸν ἢ σταθμόν cf. n. 150. 151. princ. Vs. 28. in voce ἀντίγραφα latet fortasse hoc, Amphictyones donariorum recensum inscripsisse tabulis; cf. n. 102. ἀναγράψαι δὲ τὸν δήμαρχον καὶ τοὺς ταμίας ἀντίγραφα τῶν συνθηκῶν εἰς στήλην λιθίνην etc.

160.

Marmor altum Brit. ped. 3, poll. 7. latum ped. 1, poll. 8. olim Athenis in arce: unde Chandleri opera allatum est Societati, qui dicuntur *Dilettanti*; nunc in Mus. Brit. Spat. VI, n. 26. Primus aeri incisum edidit *Chandlerus*, eamque tabulam parum accuratam posthac inseruit Inscript. Graec. P. II. n. 1. addito textu minusculis expresso et Latina translatione (p. 57–59.) ac Syllab. p. XIV. notis plane inutilibus. Accuratius deinde examinato lapide textum cum explicatione docta *Guil. Wilkins* addidit libro, qui inscriptus: *Atheniensia, or Remarks on the Topography and Buildings of Athens*, Lond. 1816. 8. p. 193–218. promissamque ibi tabulam aeri incisam edidit in *Rob. Walpolii Memoirs* p. 580 sqq. cum introductione notisque maximam partem prioribus, novisque aliquot Walpolii. Observavit aliquid de hoc marmore *Viscontus* Mus. Pio-Clem. T. IV. p. 89. quod repetiit in Litt. ad Canovam et duabus Commentt. de coll. Elgin. p. 114 sq. Textum ex Chandlero minusculis dedit *Schneider*. ed. Vitruv. T. II. p. 259 sqq. cum notis non optimis. Postremo eximie de hoc marmore meruit *Müllerus* noster *De Minervae Poliadis sacris et aede* p. 46–56. iure a Wilkinsii rationibus discedens. Idem quum marmor postea inspexisset in neglecto olim statu repertum (cf. Clark. Itin. P. II. S. II. p. 594.) et aliquatenus oblitteratum (vide Barthelem. Mem. Acad. Inscr. T. XLVIII. p. 348.) nec commode collocatum, pauca inde enotare potuit, quae suis locis affero. Legentium usibus ut consulerem, addidi tabulas aeri incisas: *Fig. I. ichnographiam* ex Stuarto et Müllero ductam cum paucis meis et Hirtii immutationibus; *Fig. II. III. sectiones* templi ab Hirtio factas; deinde *Fig. IV. V. VI. VII. orthographias* a Müllero delineatas et a me ad nostram rationem correctas, ut statum templi, qui in titulo describitur, demonstrarem: in quibus quattuor figuris partes plane deficientes punctis, non perfectas lineis interruptis significavi; praeterea ubi tantum antepagmenta desunt, levem induxi umbram, si intus desunt, lineis rectis, si in exteriore aedis parte, obliquis. Haec omnia ad communem mensuram redigi curavi: mensura est Attica; Atticus autem pes Anglicos pollices, quibus utitur Stuartus, continet 12, 137. Addidi *Fig. VIII–XVI. varias operis partes*, de quibus dicetur suis locis. Has figuras complectuntur *tabulae interpositae* p. 265. 267. 269. Ceterum in universa inscriptione explicanda plurimum adiutus sum Hirtii nostri eximia peritia, quocum crebros de illa sermones summo cum fructu contuli.

Iscrizione del tempio di Minerva Polia de in Atene, riguardante lo stato, e l'ispezione del tempio stesso innanzi il suo compimento, e della sua riedificazione cominciata sotto Pericle, e non compiuta nell'anno ol. 92. 4 — E il plebiscito, a cui si riferisce questa epigrafe, avea imposto ai curatori delle opere pubbliche, di prender nota delle cose o de' lavori che mancavano, e delle cose lasciate imperfette, non delle cose già portate a compimento.

ΕΠΙΣΤΑΤΑΙΤΟΝΕΟΤΟΕΝΠΟLΕΙΕΝΗΟΙΤΟΑΡΧΑΙΟΝΑΛΑLΜΑΒΡΟΣΥΝ
. ΕΣΚΕΦΙΣΙΕΥΣΧΑΡΙΑΔΕΣΑΛΡΥLΕΘΕΝΔΙΟΔΕΣΚΕΦΙΣΙΕΥΣΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝ
Φ Ι]LΟΚLΕΣΑΧΑΡΝΕΥΣΛΡΑΜΜΑΤΕΥΣΕΤΕΑΡΧΟΣΚΥΔΑΘΕΝΑΙΕΥΣ
ΤΑΔ]ΕΑΝΕΛΡΑΦΣΑΝΕΡΛΑΤΟΝΕΟΗΟΣΚΑΤΕLΑΒΟΝΕΧΟΝΤΑΚΑΤΑΤΟΦΣΕ
ΦΙΣ]ΜΑΤΟΔΕΜΟΗΟΕΠΙΛΕΝΕΣΕΙΠΕΝΕΧΣΕΡΛΑΣΜΕΝΑΚΑΙΗΕΜΙΕΡΛΑΕΠΙΔΙΟ
Κ]LΕΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΕΣΠΡΟΤΕΣΕΠΙΤΕΣΒΟLΕΣ
ΗΕΙΝΙΚΟΦΑΝΕΣΜΑΡΑΘΟΝΙΟΣΠΡΟΤΟΣΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΣΕ̣Ν

ΤΟΝΕΟΤΑΔΕΚΑΤΕLΑΒΟΜΕΝΗΕΜΙΕΡΛΑ
ΕΠΙΤΕΙΛΟΝΙΑΙΤΕΙΠΡΟΣΤΟΚΕΚΡΟΠΙΟ
ΠLΙΝΘΟΣΑΘΕΤΟΣΜΕΚΟΣΤΕΤΡΑ
IIII ΠΟΔΑΣΠLΑΤΟΣΔΙΠΟΔΑΣΠΑΧΟΣ
ΤΡΙΗΕΜΙΠΟΔΙΟΣ
ΜΑΣΧΑLΙΑΙΑΝΜΕΚΟΣΤΕΤΡΑΠΟΔΑ
I ΠLΑΤΟΣΤΡΙΠΟΔΑΠΑΧΟΣΤΡΙΟΝ
ΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝ
ΕΠΙΚΡΑΝΙΤΙΔΑΣΜΕΚΟΣΤΕΤΡΑΠΟ
Π ΔΑΣΠLΑΤΟΣΤΡΙΠΟΔΑΣΠΑΧΟΣ
ΤΡΙΟΝΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝ
Λ̄ΟΝΙΑΙΑΝΜΕΚΟΣΗΕΠΤΑΠΟΔΑ
Ι] ΠLΑΤΟΣΤΕΤΡΑΠΟΔΑΠΑΧΟΣ
ΤΡΙΟΝΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝ
Λ̄ΟΛΛΥLΟΣLΙΘΟΣΑΘΕΤΟΣΑΝΤΙΜΟ
Ι] ΡΟΣΤΑΙΣΕΠΙΚΡΑΝΙΤΙΣΙΝΜΕΚΟΣ
ΔΕΚΑΠΟΣΗΥΦΣΟΣΤΡΙΟΝ
ΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝ
ΑΝΤΙΜΟΡΟΤΟΙΣΕΠΙΣΤΥLΙΟΙΣ
II ΜΕΚΟΣΤΕΤΡΑΠΟΔΕΠL[ΑΤΟΣΠΕ]Ν
ΤΕΠΑLΑΣΤΟ
ΚΙΟΚΡΑΝΟΝΑΘΕΤΟΝ
I ΜΕΤΟΠΟΝΤΟΕΣΟΜΕΝ[ΟΝ]
ΠLΑΤΟΣΤΡΙΟΝΗΕΜΙΠΟ[ΔΙΟΝΠΑΧ]ΟΣ
ΤΡΙΟΝΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝ
ΕΠΙΣΤΥLΙΑΑΘΕΤΑΜ[ΕΚΟΣΟΚΤ]Ο
Π ΠΟΔΑΠLΑΤΟΣΔΥΟΙΝ[ΠΟΔΟΙΝ]
ΚΑΙΠΑLΑΣΤΕΣΠΑΧΟΣ[ΔΙΠΟΔΑ]
ΕΠΙΣΤΥLΙΑΑΝΟΟΝΤΑ[ΕΔΕ]
ΕΠΕΡΛΑΣΑΣΘΑΙΜΕΚΟΣΟΚΤΟΠΟ
III ΔΑΠLΑΤΟΣΔΥΟΙΝΠΟΔΟΙΝΚΑΙΠΑ
LΑΣΤΕΣΠΑΧΟΣΔΙΠΟΔΑ
ΤΟΔΕLΟΙΠΟΕΡΛΟΗΑΠΑΝΤΟΣ
ΕΛΚΥΚLΟΙΑΡΧΕΙΗΟΕLΕΥΣΙΝΙΑΚΟΣ
III LΙΘΟΣΠΡΟΣΗΟΙΤΑΞΟΙΑΚΑΙΕΤΕΘΕ
ΕΠΙΤΟΝΕΠΙΣΤΑΤΟΝΤΟΥΤΟΝ
ΤΟΝΚΙΟΝΟΝΤΟΝΕΠΙΤΟΤΟΙΧΟ
ΤΟΠΡΟΣΤΟΠΑΝΔΡΟΣΕΙΟ
IIII ΚΕΙΜΕΝΟΝΚΙΟΝΟΝ
Α̅ΤΜΕΤΑΕΚΤΟΕΝΤΟΣΑΝΘΕ
ΜΙΟΕΚΑΣΤΟΤΟΚΙΟΝΟΣΤΡΙΑ
ΗΕΜΙΠΟΔΙΑ
ΕΠΙΣΤΥLΙΟΟΚΤΟΠΟΔΟΣ
ΕΠΙΤΟΤΟΙΧΟΤΟΠΡΟΣΝΟΤΟΝ
ΚΥΜΑΤΙΟΝΕΣΤΟΕΣΟΕΔΕ
ΕΠΙΘΕΝΑΙ
ΤΑΔΕΑΚΑΤΑΧΣΕΣΤΑΚΑΙ
ΑΡΑΒΔΟΤΑ
ΤΟΝΤΟΙΧΟΝΤΟΝΠΡΟΣΝΟΤΟ
ΑΝΕΜΟΑΚΑΤΑΧΣΕΣΤΟΝ
ΠLΕΝΤΟΕΝΤΕΙΠΡΟΣΤΑΣΕΙ
ΤΕΙΠΡΟΣΤΟΙΚΕΚΡΟΠΙΟΙ
ΤΟΣΟΡΘΟΣΤΑΤΑΣΑΚΑΤΑ

ΤΟΥΤΟΝΗΕΚΑΣΤΟΟΥΚΕΧΣΕΡΛΑ
ΣΤΑΙΗΟΗΑΡΜΟΣΗΟΗΕΤΕΡΟΣΟΥΔΕ
ΗΟΙΟΠΙΣΘΕΝΗΑΡΜΟΙ
ΜΕΚΟΣΗΕΚΠΟΔΕΣΠLΑΤΟΣΔΙΠΟ
ΔII ΔΕΣΠΑΧΟΣΠΟΔΙΑΙΟΙ
ΤΟΥΤΟΝΗΕΚΑΣΤΟΟΥΚΕΧΣΕΡΛΑ
ΣΤΑΙΗΟΗΑΡΜΟΣΗΟΗΕΤΕΡΟΣΟΥΔΕ
ΗΟΙΟΠΙΣΘΕΝΗΑΡΜΟΙ
ΤΕΤΡΑΠΟΔΕΣΜΕΚΟΣΠLΑΤΟΣΔΙΠΟ
Π ΔΕΣΠΑΧΟΣΠΟΔΙΑΙΟΙ
ΤΟΥΤΟΝΗΕΚΑΣΤΟΟΥΚΕΧΣΕΡΛΑ
ΣΤΑΙΗΟΗΑΡΜΟΣΗΟΗΕΤΕΡΟΣΟΥΔΕ
ΗΟΙΟΠΙΣΘΕΝΗΑΡΜΟΙ
ΠΕΝΤΕΠΟΣΜΕΚΟΣΠLΑΤΟΣΔΙΠΟΣ
I ΠΑΧΟΣΠΟΔΙΑΙΟΣ
ΤΟΥΤΟΑΡΛΟΣΗΟΗΑΡΜΟΣΗΟΗΕΤΕ
ΡΟΣΚΑΙΗΟΙΟΠΙΣΘΕΝΗΑΡΜΟΙ
ΛΕΙΣΑΜΕΚΟΣΤΕΤΡΑΠΟΔΑΠLΑΤΟΣ
ΤΡΙΠΟΔΑΠΑΧΟΣΠΕΝΤΕΠΑLΑΣΤΑ
ΠII LΕΙΑΕΚΠΕΠΟΙΕΜΕΝΑΑΝΕΥΚΑΤΑ
ΤΟΜΕΣ
Π ΗΕΤΕΡΟΝΜΕΛΕΘΟΣΤΟΑΥΤΟΝ
ΚΥΜΑΤΙΟΚΑΙΑΣΤΡΑΛΑLΟΗΕΚΑΤΕΡΟ
ΑΤΜΕΤΟΕΣΑΝΤΕΤΤΑΡΕΣΠΟΔΕΣ
ΗΕΚΑΣΤΟ
II ΗΕΤΕΡΟΙΝ
ΑΤΜΕΤΟΙΕΣΑΝΤΟΚΥΜΑΤΙΟΤΕΤΤΑΡΕΣ
ΠΟΔΕΣΤΟΔΕΑΣΤΡΑΛΑLΟΟΚΤΟΠΟΔΕΣ
I ΗΕΤΕΡΟ
ΤΟΚΥΜΑΤΙΟΤΡΙΑΗΕΜΙΠΟΔΙΑΑΤΜΕΤΑ
ΑΣΤΡΑΛΑLΟΤΕΤΤΑΡΕΣΠΟΔΕΣ
I ΗΕΤΕΡΟΝ
ΤΕΝΜΕΝLΕΙΑΝΕΡΛΑΣΙΑΝΕΡΛΑΣΤΟ
ΤΟΔΕΚΥΜΑΤΙΟΑΡΛΟΙΠΟΔΕΣΕΣΑΝΗΕΧΣ
ΚΑΙΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝΑΣΤΡΑΛΑLΟΑΡΛΟΙ
ΠΟΔΕΣΟΚΤΟ
ΗΕΤΕΡΟ
ΚΥΜΑΤΙΟΕΧΣΠΟΔΕΣΑΡΛΟΙ
ΑΣΤΡΑΛΑLΟΟΚΤΟΠΟΔΕΣ
I ΗΕΤΕΡΟΝ
ΗΕΜΙΕΡΛΟΝΤΕΣLΕΙΑΣΕΡΛΑΣΙΑΣ
ΤΟΝΑΠΟΤΕΣΣΤΟΑΣΜΕΚΟΣΤΕΤΡΑΠΟ
IIII ΔΑΠLΑΤΟΣΤΡΙΠΟΔΑΠΑΧΟΣΠΕΝΤΕ
ΠΑLΑΣΤΑLΕΙΑΕΚΠΕΠΟΙΕΜΕΝΑ
ΑΝΕΥΚΑΤΑΤΟΜΕΣ
ΛΟΝΙΑΙΑΕΠΙΤΕΜΠΡΟΣΤΑΣΙΝΤΕΜ
ΠΡΟΣΗΕΟΜΕΚΟΣΗΕΚΠΟΔΕΠLΑΤΟΣ
II ΤΕΤΑΡΤΟΗΕΜΙΠΟΔΙΟΠΑΧΟΣ
ΠΕΝΤΕΠΑLΑΣΤΑ
ΤΟΥΤΟΝΤΟΗΕΤΕΡΟΗΕLΕΙΑΜΕΝΕΡΛΑ
ΣΙΑΣΕΝΕΡΛΑΣΤΟΤΟΔΕΚΥΜΑΤΙΟΝ
ΑΡΛΟΝΗΟLΟΝΚΑΙΗΟΑΣΤΡΑΛΑLΟΣ
ΤΟΔΕΗΕΤΕΡΟΑΡΛΟΝΚΥΜΑΤΙΟΤΡΕΣ


ΧΣΕΣΤΟΣΕΚΤΟΕΧΣΟΘΕΝΕLΚΥΚLΟΙ
ΠLΕΝΤΟΝΕΝΤΕΙΠΡΟΣΤΑ
ΣΕΙΤΕΙΠΡΟΣΤΟΙΚΕΚΡΟΠΙΟΙ
ΤΑΣΣΠΕΡΑΣΗΑΠΑΣΑΣ
ΑΡΡΑΒΔΟΤΟΣΤΑΑΝΟΘΕΝ
ΤΟΣΚΙΟΝΑΣΑΡΑΒΔΟΤΟΣΗΑΠΑΝΤΑΣ
ΠLΕΝΤΟΝΕΠΙΤΟΤΟΙΧΟΤΕΝΚΡΕΠΙΔΑΕL
ΚΥΚLΟΙΗΑΠΑΣΑΝΑΚΑΤΑΧΣΕΣΤΟΝ
ΤΟΤΟΙΧΟΤΟΕΚΤΟΣΑΚΑΤΑΧΣΕΣΤΑ
Λ̄ΟΛΛΥLΟLΙΘΟΤΕΤΡΑΠΟΔΙΑΣ ΠΙΙΙ
Τ̄ΟΕΝΤΟΙΠΡΟΣΤΟΜΙΑΙ . . . .
ΤΕΤΡΑΠΟΔΙΑΣ ΔΝ . . .
ΤΕΣΠΑΡΑΣΤΑΔΟΣ . . . .
ΤΕΤΡΑΠΟΔΙΑΣ . . . .
ΤΟΠΡΟΣΤΟΛΑLΜΑΤΟΣ
ΤΕΤΡΑΠΟΔΙΑΣ . . . . .
ΕΝΤΕΙΠΡΟΣΤΑΣΕΙΤΕΙΠΡΟΣ
ΤΟΘΥΡΟΜΑΤΟΣ
ΤΟΜΒΟΜΟΝΤΟ[ΘΥ]ΕΧΟ
ΑΘΕΤΟΝ
ΤΕΣΕΠΟΡΟΦΙΑΣΣΦΕΚ[ΙΣ]ΚΟΣ
ΚΑΙΗΙΜΑΝΤΑΣΑΘΕΤΟΣ
ΕΠΙΤΕΙΠΡΟΣΤΑΣΕΙΤΕΙΠΡΟΣΤΟΙ
ΚΕΚΡΟΠΙΟΙΕΔΕ
ΤΟΣLΙΘΟΣΤΟΣΟΡΟΦΙΑΙΟΣΤΟΣ
ΕΠΙΤΟΝΚΟΡΟΝΕΠΕΡΛΑΣΑ
ΙΙΙ ΣΘΑΙΑΝΟΘΕΝΜΕΚΟΣΤΡΙΟΝ
ΚΑΙΔΕΚΑΠΟΔΟΝΠLΑΤΟΣΠΕΝΤΕ
ΠΟΔΟΝ
Τ̄ΑΣΚΑLΧΑΣΤΑΣΕΠΙΤΟΙΣΕΠΙ
ΣΤΥLΙΟΙΣΕΧΣΕΡΛΑΣΑΣΘΑΙ
ΕΔΕL . . .
LΙΘΙΝΑΠΑΝΤΕLΟΣΕΧΣΕΡΛΑΣΜΕΝΑ
ΗΑΧΑΜΑΙ
ΠLΙΝΘΟΙΤΕΤΡΑΠΟΔΕΣΜΕΚΟΣ
ΠLΑΤΟΣΔΙΠΟΔΕΣΠΑΧΟΣ
ΔΙ ΤΡΙΟΝΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝΑΡΥΘΜΟ
ΜΑΣΧΑLΙΑΙΑΜΕΚΟΣΤΕΤΡΑ
Ι ΠΟΣΠLΑΤΟΣΤΡΙΠΟΣΠΑΧΟΣ
ΤΡΙΟΝΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝ


ΠΟΔΕΣΚΑΙΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝΤΟΔΕΑΣΤΡΑ
ΛΑLΟΑΡΛΟΙΠΟΔΕΣΠΕΝΤΕ
ΕΠΙΤΟΝΤΟΙΧΟΝΤΟΝΠΡΟΣΤΟΠΑΝΔΡΟΣΕ
ΜΕΚΟΣΗΕΠΤΑΠΟΔΟΝΚΑΙΗΕΜΙΠΟΔΙΟ
ΠLΑΤΟΣΤΡΙΟΝΠΟΔΟΝΚΑΙΗΕΜΙΠΟΔΙΟ
ΗΕΜΙΕΡΛΟΝΤΕΣLΕΙΑΣΕΡΛΑΣΙΑΣ
ΜΕΚΟΣΗΕΚΠΟΔΟΝΠLΑΤΟΣΤΡΙΟΝ
ΠΟΔΟΝΚΑΙΠΑLΑΣΤΕΣΠΑΧΟΣΠΕΝΤΕ
Ι ΠΑLΑΣΤΟΝΚΑΙΤΟΝΤΟΙΧΟΝΤΟΝΠΡΟΣ
ΤΟΠΑΝΔΡΟΣΕΙΟ . . . . .
ΤΟΥΤΟΑΣΤΡΑΛΑLΟΑΤΜΕΤΟΙΠΟΔΕΣ
ΠΕΝΤΕ
Λ̄ΙΕΤΙΑΙΟΙΤΟΝΑΠΟΤΕΣΣΤΟΑΣΜΕΚΟΣ
ΠΙ ΗΕΠΤΑΠΟΔΕΣΠLΑΤΟΣΤΡΙΟΝΠΟΔΟΝ
ΚΑΙΗΕΜΙΠΟΔΙΟΠΑΧΟΣΠΟΔΙΑΙΟΙ
ΗΟΥΤΟΙΗΕΜΙΕΡΛΟΙ
ΗΕΤΕΡΟΜΕΚΟΣΠΕΝΤΕΠΟΔΕΠLΑΤΟΣ
ΙΙ ΤΡΙΟΝΠΟΔΟΝΚΑΙΗΕΜΙΠΟΔΙΟΠΑΧΟΣ
ΠΟΔΙΑΙΟΙΗΕΜΙΕΡΛΟΙ
Λ̄ΕΙΣΑΕΠΙΤΟΣΑΙΕΤΟΣΠLΑΤΟΣ
ΠΕΝΤΕΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝΜΕΚΟΣΤΕΤΤΑ
ΡΟΝΠΟΔΟΝΚΑΙΗΕΜΙΠΟΔΙΟΠΑΧΟΣ
ΠΟΔΙΑΙΑΤΕΝLΕΙΑΝΕΡΛΑΣΙΑΝ
Ι ΕΚΠΕΠΟΙΕΜΕΝΟΝ
ΗΕΤΕΡΟΝΗΕΜΙΕΡΛΟΝΤΕΣ . . .
Ι LΕΙΑΣΕΡΛΑΣΙΑΣ
ΘΥΡΑΙLΙΘΟΙΝΑΙΜΕΚΟΣΟΚΤΟΠΟΔΟΝ
ΚΑΙΠΑLΑΣΤΕΣΠLΑΤΟΣΠΕΝΤΕ
ΙΙΙΙ ΗΕΜΙΠΟΔΙΟΝ
ΤΟΥΤΟΝΤΑΜΕΝΑLLΑΕΧΣΕΠΕΠΟΙ
ΕΤΟΕΣΤΑ⌶ΥΛΑΔΕΕΔΕΙΤΟΣLΙΘΟΣ
ΤΟΣΜΕLΑΝΑΣΕΝΘΕΝΑΙ
ΟΣΤΟΙΗΥΠΕΡΘΥΡΟΙΤΟΙΠΡΟΣΕΟ
Ι ΗΕΜΙΕΡΛΟΝ
ΤΟΙΒΟΜΟΙΤΟΙΤΟΘΥΕΧΟLΙΘΟΙΠΕΝ
ΤΕLΕΙΚΟΙΜΕΚΟΣΤΕΤΡΑΠΟΔΕΣ
ΙΙΙ ΗΥΦΣΟΣΔΥΟΙΝΠΟΔΟΙΝΚΑΙΠΑLΑΣΤΕΣ
ΠΑΧΟΣΠΟΔΙΑΙΟΙ
Ι ΗΕΤΕΡΟΣΤΡΙΠ[ΟΣ]
. . . .

Inscriptio versibus plane disparibus nec στοιχηδὸν scripta est. Memorabilis ea aetate forma A, pro qua Chandl. A; spiritus raro omissus: ΟΥ non habetur, nisi in οὐκ et οὗτος; pro ει constanter Ε est in εἴργασται et similibus (neque enim ἤργασται legendum videtur ut ἠργάζετο n. 162.), etiam in ἐπιθεῖναι, ἐνθεῖναι, ἔδει, nisi quod col. I. vs. 92. col. II. vs. 92. est ΕΔΕΙ: rursum in aliis, ut λεῖος, constans est ΕΙ. Nam in his rebus variant tituli: ut n. 147. ει semper scribitur ΕΙ, excepto vs. 1. nomine ΚLΕ ΛΕΝΕΣ, quod Κλειγένης esse (cf. p. 221.) nunc magis mihi persuasi, quum videam hoc nomen praebere Aristophanem Ran. 721. Numeros marginales, quorum vim primus Viscontus perspexit, Wilk. notat partim legi non posse: omnes tamen, opinor, in nostro textu recte scripti sunt; ponuntur autem ut plurimum ad medium eum, quo pertinent, articulum, etiam initio aut sub finem; tamen eos in textu minusculis expresso ut plurimum perspicuitatis causa in singulorum capitum initio posui. Apographi nostri fundum constituit tabula Wilkinsiana: in qua quae litterae punctis scriptae sunt, eas uncis seclusi, exceptis iis, quas Chandlerus plenis ductibus delineatas dederat: et ex huius quidem delineatione intelligitur, col. I. vs. 27–34. versuum fines magnam traxisse labem. Ceterum Chandlerianam varietatem non omnem addidi, quod ex ea re nullus potest fructus percipi. Quae ex diversis lectionibus notatu digna visa, ut nostrum exemplum quomodo constitutum sit intelligatur, haec sunt. *Col. I.* vs. 19. impositam primae litterae lineolam ex Chandl. addidi. Vs. 42. Chandl. ⌶ΟLΑ ΚΑΙΕΡΛΟΣ, Müll. ⌶ΟΙΑΚΑΙΕΤL.. Ibid. ex. Chandl. marginalem numerum ΙΙΙ in sinistrae columnae margine sinistro posui; ap. Wilk. est in dextrae margine sinistro ad vs. 41. Vs. 70. Chandl. ⌶ΟΛΛΥLΟ, Wilk. ΤΟΛΑΥLΟ, Müll. Λ̄ΟΛΛΥLΟ, supra apposita lineola, quam Wilk. inferius appositam dicit:

ea utrinque apponenda conciliaveris diversitatem lectionis; idque feci. Vs. 71. Chandl. in fine solum TONIN obscuratum praebet, Müll. ΠΡΟΣΙΟΝΙ, quattuor ultimas litteras insuper ut incertas notans. Vs. 72. extr. N ex Chandl. addidi. Vs. 75. Chandl. ΤΟΑΙ∆ΟΜΑΤΟΣ. Vs. 79. Wilk. ΤΟΝ: dedi ex Chandl. ΤΟΜ: ibid. Chandl. ΤΟΘΕΟΤΟ, sed obscuris litteris. Vs. 87. in margine ||| an |||| sit, Müll. dicit distingui non posse: tamen Chandlerum et Wilkinsium puto recte legisse |||. Vs. 92. puncta non habet Chandl. Vs. 97. extr. Chandl. ΑΡΙΘΜΟ, Wilk. in tabula ΑΠΟΜΑΤ.., quod etiam Müll. ex marmore enotavit: sed in impresso textu Wilk. ΑΠΟΜΑΤΑΙ legendum ex nupera marmoris inspectione nova annotat; postremo ex Rosii schedis mecum communicatis intellexi, in marmore diserte esse ΑΡΥΘΜΟ, idque ipsum nunc Wilkinsium agnoscere: igitur hoc dedi. *Col. II.* vs. 44. Wilk. ΗΕΤΕ ΡΟΝ: retinui Chandlerianum ΗΕΤΕΡΟ cum Müllero, qui neutrum in lapide satis dignosci posse nunciat. Vs. 53. bis Wilk. ΤΕΝ: ΤΕΜ dedi ex Chandl. Vs. 58. in vitio Chandl. Wilk. consentiunt: recte Müll. in lapide notat legi ΕΡΛΑΣΙΑ ... ΕΡΛΑΣΤΟ: scribendum est enim [ΕΧΣ]ΕΡΛΑΣΤΟ. Vs. 60. consentiunt Chandl. Wilk. at Müll. legebat ΑΡΛΟΙΣΚΥ ΜΑΤΙΟ, sed ΙΣ ut incertum notans. Vs. 63. Chandl. ΠΑΝ∆ΡΟΣΟ. Vs. 69. Chandl. Wilk. ΚΑΙΤΟΝ: Müll. notat legi haec non posse; potuisse esse ΚΑ ΤΑΤΟΝ. Vs. 71. Chandl. ΑΤΜΕΤΟ. Vs. 84. Wilk. ΕΚΠΕΠΟΙΕΜΕΝΟΝ, Müll. ΕΚΠΙΠ . Ι . ΜΠ . . . . . ., Chandl. ΗΕΜΙΕΡΛΟΙΕ. Vs. 86. in margine Wilk. ΙΙ: dedi Ι ex Chandl. Vs. 95. Chandl. ΘΥΕΣΟ.

Templum Minervae Poliadis, de quo historica collegit Müllerus (p. 18–21.), sanctissimum Athenarum delubrum, captis a Persico exercitu Athenis Olymp. 75, 1. crematum est (Herodot. Pausan.); cuius instauratio post Periclem coepta, et Olymp. 92, 4. nondum absoluta erat, sed deficiebant adhuc permulta, quorum partem hic titulus complectitur. Mox idem nuper demum perfectum incendio correptum esse dicitur Olymp. 93, 3. auctore chronologo, qui Xenophontem interpolavit, Hell. I, 6, 1. τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, [ᾧ ἥ τε σελήνη ἐξέλιπεν ἑσπέρας καὶ ὁ παλαιὸς τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς ἐν Ἀθήναις ἐνεπρήσθη, Πίτυος μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχοντος δὲ Καλλίου Ἀθήνησιν.] Quae quum Wilkinsius nescio quomodo ad Hecatompedon rettulisset, Müllerus concedit quidem de Poliadis templo dicta esse, sed falsa iudicat: non enim templum nuperrime instauratum posse παλαιὸν dici, sed errasse glossematis auctorem, Callia s. Calliade archonte Olymp. 75, 1. cum Callia archonte Olymp. 93, 3. confuso; et ineptum esse illud ἑσπέρας. Mihi hoc non credibile; neque ullam difficultatem in chronologi verbis video. Nam praeterquam quod constat Olymp. 93, 3. in illis locis lunae defectionem plenam accidisse, qua de re Petavius dixit, additumque illud ἑσπέρας etsi non magni momenti tamen commodissimum esse; Poliadis templum licet nuper restitutum, ut a Strabone appellatur ὁ ἀρχαῖος νεὼς τῆς Πολιάδος, ita etiam tum rectissime ὁ παλαιὸς νεὼς dicebatur, non opere, sed origine, ut a novicio Parthenone distingueretur: in quo fuit novum Palladis simulacrum Phidiacum, quum in Poliadis esset vetustissimum oleaginum: immo me iudice in Poliadis templo licet flammis prope absumpto semper permanserat vetus imago, nec loco mota erat, sed nova aedes ei superstructa est. Igitur quum nova aedes in prisca imaginis sede et ipsius prisci templi solo aedificata esset, aedes nova eadem quae prisca habita est; atque adeo, postquam a Persis vastatum vetus templum est, eius rudera, donec illud instauraretur, veterem religionem retinuerant. Hinc Herodotus VIII, 55. ἔστι δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθῆος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηός: quae etiamsi ante hanc, de qua in hoc titulo agitur, templi restitutionem scripta videntur, non tamen ideo de aedicula lignea templi vices gerente intelligenda sunt, sed de ipsa vetusta aede semiruta. Haec igitur ubi concesseris, satis patet, quomodo templum hoc ὁ παλαιὸς νεὼς dici potuerit. Quod vero templum adhuc superstes idem est atque illud, de quo nostra inscriptio, inde non colligitur, id templum Olymp. 93, 3. non esse incensum. Non enim absumptum igne dicitur, sed correptum (ad quod non satis attendi Oec. civ. Ath. T. I. p. 473.); et recte Viscontus (de Elgin. p. 113.) iudicat, in opere lapideo non potuisse nisi supellectilem et tectum incendio deleri: ut Pantheon Agrippae post incendium adhuc manet: quodsi quid marmorum laesum erat, facile id potuit restitui. Ceterum templum hodie superstes Wilkinsius et Müllerus adversus Stuartum docuerunt esse id ipsum, cuius exstructionem hic titulus memorat: de cuius templi dispositione a Müllero cap. IV. V. uberius explicita et ipse pauca dicam. Cella est quadrangularis oblonga tripartita, cum prostylo et duabus porticibus. In orientem patet prostylum hexastylum (*Fig.* I. *E*): hinc aditus (*F*) datur ad Erechtheum (*G*), in quo Neptuni ara inter aras Vulcani et Butae (*H, I, K*). Erechtheum cum prostylo aedificatum est in fundamento octo pedes altiore quam fundamentum reliqui templi est: sub illo Müllerus putat Erichthonium sepultum esse, quem constat situm in Poliadis (Clem. Alex. Coh. ad gent. p. 29. B. Sylb.). Pone Erechtheum est Minervae sacrarium pariete olim disiunctum (*L*). In hoc Müllerus ex Erechtheo putat introiri non potuisse; sed si statua Minervae eo loco posita fuit, ubi apponit Müllerus, et nos quoque apposuimus (*M*), vultu in orientem verso, probabilior est Hirtii ratio, qui ex Erechtheo in Minervium aditum (*N*) dat, ut e regione statuae introirent deae cultores. Porro ex Minervio, ut putatur, aditus est ad tertiam cellae partem, Pandroseum (*O*), ab oriente ad occidentem longe angustius: nec obest huic sententiae hoc, quod sic adytum utrinque pervium fit, modo ne ianuam Pandrosei in medio pariete prope statuam apponas, sed angustam portulam ad latus (*P*). Iam vero in Pandrosei pariete occidentali fenestrato quattuor sunt columnae dimidiae,


Septentrio
D
Fig. I
V
W
V
X
Y
O
a
M
L
b
P
S
N
I
G
H
G
K
E
F
E
A
Occidens
B
Oriens
Q
R
Q
T
U
C
Meridies


Fig. II
A
B



Fig. III
F
B
A
E
C
D

Fig. IV




Fig. V




Fig. VI





Fig. VII.



Car. Rolle sculp.

Fig VIII.



Fig IX



Fig X



Fig XI



Fig XII




Fig XIII




Fig XIV




Fig XV




Fig XVI



Sculpsit Guil. Voss ap. Car. Kolb.

interque has tres fenestrae: quae columnae atque insuper parastatae s. pilae columnis intus respondentes quum stylobate suffultae sint ita alto, ut paulo altius sitae sint quam columnae prostyli, merito colligit Hirtius, Pandrosei pavimentum (*Fig.* II. *F.* III. *B*) aeque altum atque hunc stylobaten fuisse, Minerviique pavimentum (*Fig.* II. *E.* III. *B*) in eadem altitudine atque Erechtheum. Igitur ex Minervio gradibus pauculis ascensum esse in Pandroseum; sub Minervio autem et Pandroseo fuisse conclavia subterranea, et Cecropium sepulcrum in subterraneis Pandrosei fuisse eo loco, ubi Müllerus apposuerat (*Fig.* I. *a*); Erichthonii autem sepulcrum sub Minervio (*Fig.* I. *b*); et ex Cecropio ad Erichthonii sepulcrum aditum fuisse (*Fig.* II. *C.* III. *A*). Pandroseo vero in austrum adiacet porticus minor, Caryatidibus suffulta (*Fig.* I. *Q*), in qua Müllerus aram Iovis Hercei (*Fig.* I. *R*) et ad hanc aram oleam sacram ponit: haec porticus pavimentum habet aeque altum ac prostylum; igitur ex eius pavimento in Pandrosei pavimentum gradibus aliquot (*S*) ascensum esse necesse est. In eiusdem porticus angulo orientali Leakius (Topogr. Ath. p. 263.) docet ianuam fuisse, quae extrinsecus daret aditum (*Fig.* I. *T.* IV. *a*), et ab hac ianua gradus (*Fig.* I. *U*) fuisse, quibus descenderetur ad ianuam ex porticu Caryatidum in Pandroseum perviam. Unde quae Leakius colligit, non mihi probanda videntur: potius ianuae hae iis inserviebant, qui subterranea adire vellent; perveniebatur per exteriorem ianuam et gradus appositos in subterranea porticus Caryatidum, deinde hinc per alteram ianuam (*Fig.* II. *D*) in Cecropis sepulcrum, atque ex hoc in sepulcrum Erichthonii. Sed ex adverso in septentrionem Pandroseo adiacet stoa maior (*Fig.* I. *V*), plano imposita octo pedes quam prostylum inferiori: in ea est ara sacrificuli (τοῦ θυηκοῦ *Fig.* I. *W*): stoa praeter duos parastatas (sive antam et parastaten) sex septa columnis est, ex quibus quattuor sunt in fronte in septentrionem. Ex hac septentrionali stoa aditus insigniter ornatus est ad Pandroseum (*Fig.* I. *X*): quod quum pavimentum habuisse multo altius debeat, pone ianuam in ipso Pandroseo gradus fuisse necesse est, quibus in altius Pandrosei pavimentum escenderetur (*Fig.* I. *Y.* *Fig.* III. *E*). Haec autem septentrionalis porticus, quod omnium maxime stoae formam refert, in titulo simpliciter ἡ στοά, item ἡ πρόστασις ἡ πρὸς τοῦ θυρώματος dicitur; porticus Caryatidum appellatur ἡ πρόστασις ἡ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ, prostylum ἡ πρόστασις ἡ πρὸς ἕω. Opus est Ionicum, a vulgari paulo differens, summa cura et nitore factum. In tituli ipsius interpretatione sequor potissimum Müllerum: sed post hunc quoque ingentes supererant difficultates, quae me invitum cogerent, ut ab eo multis locis discederem. Igitur dubitationes meas cum ipso communicavi: quo facto ille, qua est ingenuitate, in rebus plerisque omnibus mihi subscripsit. Et Müllerus quidem viam monstravit: itaque fieri non potuit, quin, ubi ab eo discederem, simul causas aperirem: quae tamen adversus eum disputavi, ita accipe, ut quae ex communi iam utriusque sententia disputata sint. Idem mihi ultro misit notitiam lapidum aliquot de hoc templo sumptorum, qui in Museo Britannico servantur; et hi quoque meam sententiam ita firmarunt, ut iam omnia plane aperta fierent. Ceterum summa difficultas haec fuit, quod tituli periit maior pars quam ante nos censuerunt docti. Nam col. I. extr. non connecti posse cum col. II. init. paucis infra demonstrabo: deficitque in utraque columna inferior tabula (ut in aliis huius classis lapidibus: v. Introd.), quae haud dubie satis larga fuit. Denique tituli ratio nunc ita comparata est, ut primo adspectu ex ipso non intelligatur, quantum operi tum, quum titulus scriberetur, defuerit: de qua re aliter atque olim Müllerus iudico. Nam quum hic plura deesse statuerit, meo iudicio parietes quidem omnes, praeter paucos australis lapides, exstructi, columnaeque omnes positae erant, et magna ex parte zophorus; tectum stoae Caryatidum pauculis exceptis absolutum erat, stoae maioris coeptum. Deficiebat cellae tripartitae tectum cum zophori et stoae tecti parte; permulta nec scalpta nec polita erant. Sed de his et aliis, quae defecerint, dicemus suis locis.

§. 1. Ἐπιστάται τοῦ νεὼ τοῦ ἐν πόλει, ἐν ᾧ τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα, Βροσυν..ης Κηφισιεὺς, Χαριάδης Ἀγρυλῆθεν, Διώδης Κηφισιεὺς, ἀρχιτέκτων [Φι]λοκλῆς Ἀχαρνεύς, γραμματεὺς Ἐτέαρχος Κυδαθηναιεύς, [τάδ]ε ἀνέγραψαν ἔργα τοῦ νεὼ ὡς κατέλαβον ἔχοντα, κατὰ τὸ [ψήφ]ισμα τοῦ δήμου ὃ Ἐπιγένης εἶπεν, ἐξειργασμένα καὶ ἡμίεργα, ἐπὶ Διο[κ]λέους ἄρχοντος, Κεκροπίδος πρυτανευούσης πρώτης, ἐπὶ τῆς βουλῆς ᾗ Νικοφάνης Μαραθώνιος πρῶτος ἐγραμμάτευσεν.

Curatores templi, quod in arce est, in quo vetus signum, Brosyn..es Cephisiensis, Chariades Agrylensis, Diodes Cephisiensis, architectus Philocles Acharnensis, scriba Etearchus Cydathenaeensis, haec descripserunt opera templi ut deprehenderunt habentia, ex populiscito quod tulit Epigenes, perfecta et semifacta, Diocle Archonte, Cecropide prima praesidente, eo Senatu, cui Nicophanes Marathonius primus scriba fuit.

Ἐπιστάται, operum publicorum curatores, ἐπιστάται τῶν δημοσίων ἔργων (cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 218.): hos autem templo exstruendo praefectos non dubito simul ceteram templi curam praeter sacra habuisse (cf. n. 76.). *Architectus* notante Müllero fuit simul redemptor operis (ἐργολάβος), quod etiam de Pericleis operibus dicendum (Plut. Pericl. 13.). Huius collegii scriba Etearchus titulum incidi curavit. Mox verba κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου non ad ἔχοντα pertinent, sed ad ἀνέγραψαν ὡς κατέλαβον ἔχοντα: Epigene iubente decreverat populus, *ut describerent opera, quo ea statu repperissent.* Etenim quum opus videretur nimium dilatum esse, probationem (δοκιμασίαν) institui iusserat populus, ante perfectum aedificium: ea fit alias post perfectionem, ut n. 102. ubi οἱ ἐπιτιμηταὶ iidem sunt qui alias δοκιμασταί. Simile populiscitum de exstructione templi semifacti fuit id, cuius fragmentum

n. 77. superest, et fortasse ibi quoque de aede Poliadis agebatur: certe aliud templum paulo illustrius ea aetate Athenis exstructum esse non memini. Non tamen illud fragmentum ex Epigenis decreto superesse coniecerim, sed si id ad templum Poliadis refertur, potius post probationem hanc factum fuerit, ut, quomodo absolvendum templum esset, constitueretur. Nam huic soli rei unice convenit illud fragmentum. Verba ἐξειργασμένα καὶ ἡμίεργα refer ad ἔχοντα, licet postposita. Diocles archon est Olymp. 92, 4. De primae prytaniae scriba v. ad n. 81. Eius nomen hac ipsa expressum formula, καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ᾗ ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, solet archontis nomini addi ad designandum annum (v. ad n. 74.). Sed nunc etiam ipsa prytania addita est; quod quum in anni designatione non videatur moris fuisse, coniicio ipsius probationis tempus indicari: ut haec facta sit in prima prytania anni Olymp. 92, 4. Ceterum insolens est aoristus ἐγραμμάτευσε p. ἐγραμμάτευε, nec debet is decretis inferri, ut nuper factum est. Epistatae autem, quorum auctoritate hic titulus a scriba confectus est, annuine fuerint necne, mihi incompertum: nec refert scire. Neque enim ea recensentur, quae facta vel infecta ab antecessoribus illi acceperint, quod est παραλαβεῖν, sed quae probatione instituta *deprehenderint* (κατέλαβον).

Iam priusquam ad singula accedam, de dispositione descriptionis dicam, quae mihi laborem longe maximum creavit. §. 1. docet, descripta ea esse, quae magistratus deprehenderint ἐξειργασμένα καὶ ἡμίεργα, idque ex decreto populi. Igitur exclusa ea videntur, quae ne coepta quidem essent; ἀργὰ enim describi non dicuntur. Attamen si non dictum esset quousque opus esset perductum, descriptio plane manca foret. Igitur ita censeo. §. 2. quidquid infra zophorum deest, describitur; deinde §. 3. designatur in reliquo opere initium fieri a zophori perfectione: unde sponte patebat, quousque deductum templum in altum esset. Similiter stoa septentrionalis quousque accreverit significatur §. 7. Sed etiam ea, quae plane perfecta essent, omissa sunt: nempe decreti sententia ea fuit, non ut singula quaeque, quae absoluta essent, perscriberentur, sed ut ea, quae essent semifacta vel in partibus iam prope absolutis deficerent, ut in stoa maiore iam factâ ara sacrificuli, praetereaque ea, quae operi infecto parata essent, notarentur. Itaque Curatores descriptionem hanc conficientes duas constituerunt partes: alteram *operis deficientis* (§. 2-8.), alteram *lapidum operi infecto paratorum* (§. 9–12.); priore tamen ea sola comprehendentes, quae coepta nec absoluta essent. Ex his prior pars generalem habet inscriptionem (§. 2.), Τοῦ νεὼ τάδε κατελάβομεν ἡμίεργα, convenientem iis, quae diximus: in qua νεὼν patet universam aedem, non solam cellam vel cellae partem dictam esse. Magis ambigua est vox ἡμίεργα: itaque hac parte comprehenduntur diversissima. Nam §. 2. enumerantur, *quae nondum erant collocata* (ἄθετα), sive parati lapides sive non parati (cf. ad §. 10.); §. 3. *pars partim collocata partim nondum collocata* inter ἡμίεργα est; deinde vero recensentur *collocata quidem sed non perfecta*, ut §§. 4. 6. 8. item §. 2. *k*); et rursum §§. 5. 7. quaedam *in opere magna ex parte perfecto nondum collocata*, sive parati iam lapides erant, ut ii, qui operi §. 7. designato destinati erant (vide §. 12.), sive nondum parati. Haec igitur omnia, varia ratione, ἡμίεργα dicuntur: quae videamus quomodo ordinata sint. Igitur §. 2. incipitur a lapidibus nondum collocatis *ad angulum Pandrosei apud Cecropium*, hoc est ab angulo parietum occidentalis et australis, cui proiecta est porticus Caryatidum (litt. *a–i*. nostri textus); certam ob causam, quam infra aperiam, adduntur litt. *k*) epistylia collocata quidem sed non perfecta. In qua re ex Mülleri interpretatione subibat mirari, quid esset, quod illi lapides soli deesse operi dicerentur, quum tamen alibi quoque permultos deesse etiam infra zophorum in pariete statueret, qui non enumerantur in iis, quae non collocata sint. In his primum sunt ianuae lapides (§. 12.): qui cur in prima parte omissi sint, non exputo, nisi forte moris fuit, ut ianuae exterioris lapides ultimi collocarentur, atque ita sponte intellectum est, nondum eos posse collocatos esse. De zophoro iam ante dixi, quem non perfectum esse satis patebat et §. 3. indicatum est: sed in septentrionali pariete Müllerus magnum etiam infra zophorum ponebat defectum; desunt enim ex illius interpretatione duo ordines lapidum parietinorum, epicranitides, epistylia: cur igitur ille defectus non designaretur in priore parte? Dixeris, decreto iussum fuisse, ut quae ad angulum propter Cecropium in pariete nondum collocata essent, enumerarentur nominatim: quae enim ibi desunt, pertinere ad parietem Pandrosei et Minervii, quae primum absolvenda fuerint; sed quae in septentrionali pariete deficiunt, ad Erechtheum proprie dictum referri, quod consentaneum sit postea demum absolvendum fuisse. Atque ita omnino statuendum foret, nisi alia succurreret ratio: quomodo vero ista sententia exornari posset, docui ad §. 10. Sed hoc repudio. Omnino enim nego quidquam in septentrionali pariete deesse: quippe varia lectio col. I. vs. 97. recens allata rem prorsus expedit (v. ad §. 10.). Nihil parietibus usque ad zophorum deest in ulla parte nisi in ea, quae §. 2. designatur, praeterquam quod §. 5. epistylii cymatium interius peculiari de causa antea omissum additur: ita remota est summa, quae in tituli dispositione reperiebatur, difficultas. Iam in describendo eo defectu, qui ad angulum apud Cecropium est, quum usque ad epistylia ascensum esset, §. 3. commode est annotatum, *reliquum opus universum incipere a zophoro cellae, qui ipse coeptus esset.* Nam ultra cellae zophorum in altum nihil factum erat; stoae quidem maioris tectum coeptum iudico, sed nec hoc cellae zophorum superat, et insuper §. 7. accurate definitur, quousque id in altum accreverit. Contra quae sub zophoro desunt, *omnia* de-

scripta esse necessarium est: quod in interpretatione dirigenda imprimis tenendum. Tum §. 4. describitur *opus deficiens in columnis Pandrosei ad parietem fenestratum iam collocatis*; §. 5. *ornamentum deficiens operi iam exstructo in pariete australi interiore.* Hoc non prius enumeratum est, quod extrinsecus non conspiciebatur defectus, ideoque introeundum erat, priusquam notari posset. Mox §. 6. comprehenditur, *quidquid in templi parte exstructa careat scalptura vel striatura*; §. 7. adduntur ea, *quae in stoa maiore*, ut maximam partem perfecta, *nondum posita erant*; §. 8. *defectus operis ad stoam Caryatidum.* Sic quidem constitutis partibus dispositio prodit satis commoda. Secunda vero maiorum illarum partium duarum complectitur, ut dixi, lapides operi infecto paratos. Haec pars incipit a verbis (§. 9.): *Λίθινα παντελῶς ἐξειργασμένα, ἃ χαμαί*, hoc est, *eatenus perfecta, ut collocari potuerint.* Sequuntur col. I. vs. 95–100. lapides nulla defectus nota instructi; sed col. II. omnes imperfecti sunt: et eodem vocabulo utuntur auctores, ut defectum notent, quo usi erant antea, ubi *παντελῶς ἐξειργασμένα* dixerunt: dicitur enim *τούτων ἑκάστου οὐ ἐξείργασται ὁ ἁρμὸς ὁ ἕτερος* etc. Immo non elaborato *ἁρμῷ* ne collocari quidem hi lapides poterant. Alia autem *ἡμίεργα* dicuntur; in aliis alia imperfecta vel infecta sunt. Praeterea col. I. extr. et col. II. init. aliud plane subiectum est. Nam col. I. extr. subiectum est *πλίνθοι* (§. 9.), unde etiam ad vocem *μασχαλιαία* intelligendum *πλίνθος*: et hoc est *femininum*: sed col. II. init. subiectum est *masculinum* (§. 10.). Quae quum ita sint, manifesto col. I. extr. perierunt quaedam saxa plane perfecta, deinde novus titulus: *Λίθινα ἡμίεργα, ἃ χαμαί*, et horum ipsorum aliqua pars. Igitur §. 9. posui *Λίθινα* illa *παντελῶς ἐξειργασμένα*; deinde §. 10–12. *Λίθινα ἡμίεργα, ἃ χαμαί*, et §. 10. quidem ea, quae *zophori* esse puto, §. 11. *lapides tecti*, §. 12. *saxa in interiore aede et ad ianuas ponenda.* In his deficit haec tabula, nec quantum lapidei operis descripti perierit, constat. Sed quum §. 9. diserte dictum sit *Λίθινα παντελῶς ἐξειργασμένα*, vide ne lapideo operi additum fuerit *ligneum: Ξύλινα, ἃ χαμαί*; ut tecti trabes quoque ligneae humi iacuerint. Alia enim infra tabula apposita erat, de quo paulo ante monui. Nunc transeo ad singula.

PARS PRIOR.

Defectus operis, §. 2–8.

§. 2. Τοῦ νεὼ τάδε κατελάβομεν ἡμίεργα·

Ἐπὶ τῇ γωνίᾳ τῇ πρὸς τοῦ Κεκροπίου·

a) IIII πλίνθους ἀθέτους μῆκος τετράποδας, πλάτος δίποδας, πάχος τριημιποδίους.

b) I μασχαλιαίαν μῆκος τετράποδα, πλάτος τρίποδα, πάχος τριῶν ἡμιποδίων.

c) Γ ἐπικρανίτιδας μῆκος τετράποδας, πλάτος τρίποδας, πάχος τριῶν ἡμιποδίων.

d) I γωνιαίαν μῆκος ἑπτάποδα, πλάτος τετράποδα, πάχος τριῶν ἡμιποδίων.

e) I γογγύλος λίθος ἄθετος ἀντίμορος ταῖς ἐπικρανίτισιν, μῆκος δεκάπους, ὕψος τριῶν ἡμιποδίων.

f) II ἀντιμόρω τοῖς ἐπιστυλίοις, μῆκος τετράποδε, πλ[άτος πε]ντεπαλάστω.

g) I κιόκρανον ἄθετον, [καὶ]

h) μέτωπον τὸ ἔσω, μῆ[κος δίπουν], πλάτος τριῶν ἡμιπο[δίων, πάχ]ος τριῶν ἡμιποδίων.

i) Γ ἐπιστύλια ἄθετα, μ[ῆκος ὀκτ]ώποδα, πλάτος δυοῖν [ποδοῖν] καὶ παλαστῆς, πάχος [δίποδα].

k) III ἐπιστύλια ἄνω ὄντα [ἔδει] ἐπεργάσασθαι, μῆκος ὀκτώποδα, πλάτος δυοῖν ποδοῖν καὶ παλαστῆς, πάχος δίποδα.

Aedis haec opera semifacta deprehendimus:

Ad angulum apud Cecropium:

IV *lapides non collocatos, longos* IV *pedes, latos* II *pedes, crassos sesquipedem.*

I *lapidem humeralem, longum* IV *pedes, latum* III *pedes, crassum sesquipedem.*

V *capitella parietina, longa* IV *pedes, lata* III *pedes, crassa sesquipedem.*

I *capitellum parietinum angulare, longum* VII *pedes, latum* IV *pedes, crassum sesquipedem.*

I *lapis rotundus non collocatus, respondens capitellis parietinis, longus* X *pedes, altus sesquipedem.*

II *lapides rotundi, longi* IV *pedes, lati pedem cum quadrante.*

I *capitulum columnae non collocatum,* [*et*] *frons pilae intus, longa* II *pedes, lata sesquipedem, crassa sesquipedem.*

V *epistylia non collocata, longa* VIII *pedes, lata* II *pedes et quadrantem, crassa* II *pedes.*

III *epistylia iam collocata debebant poliri, longa* VIII *pedes, lata* II *pedes et quadrantem, crassa* II *pedes.*

Μῆκος est spatium directum per longitudinem parietis, πλάτος per parietem transversum, πάχος s. ὕψος est altitudo ad perpendiculum. Ceterum haec omnia humi iacere putabat Müllerus, exceptis epistyliis litt. *k*), quae ἄνω ὄντα dicuntur et prioribus opponuntur. At hoc loco non ut humi iacentia referuntur, sed tantum defectus parietis usque ad zophorum (§. 3.) notatur: lapides ipsi operi parati et humi iacentes §. 9 sqq. enumerati erant; et in illis hi, qui §. 2. deesse dicuntur, aut omnes aut magna ex parte ut parati redibant. Vide quae ibi dixi. Sic, et sic quidem unice, commoda prodit tituli dispositio.

a) Nec tegulae sunt neque abaci capitulorum, sed, ut vidit Müllerus, quadrae lapideae parietis australis Pandrosei et Minervii, super tecto porticus Caryatidum, proximae lapidi humerali (*b*), infra ipsas epicranitides (*c*). Vide hos lapides *Fig. VI. a.* Longitudinem lapidum horum Stuartus nusquam designavit, sed in restitutionibus templi ex arbitrio delineavit, in prostylo (tab. IV.) ne quattuor quidem pedum, in pariete septentrionali (tab. VII.) quinque pedum: australis parietis nullam dedit restitutionem.

b) Lapis est angularis Pandrosei propter Cecropium, sub epicranitide parastatae (*d*). Ad hunc et seqq. repete vocem ἄθετον. Latitudo ap. Stuart. est ped. 3, poll. 2, 5. paulo maior quam in titulo. Lapidem vide *Fig. VI. β. Fig. V. a.*

c) Eximie Müllerus ἐπικρανῖτιδα perspexit id esse quod Athenaeo V, p. 205. B. est τὸ γεῖσον ἕως τοῦ περιτρέχοντος ἐπιστυλίου, parietis summam partem sub epistyliis, in eadem fere qua columnarum capitula altitudine, et capitulorum instar ornatam. Latitudo tripedalis summae est epicranitidis, cum proiectura utrinque exstante; et convenit ruderum mensura. Sunt hae epicranitides super lapidibus litt. *a*) nondum collocatis et contiguorum iam collocatorum spatio exiguo. Vide *Fig. VI. γ.* Ceterum ad ἐπικρανῖτιδας supple πλίνθους: non enim universum illud sub epistyliis chorium ἐπικρανῖτις dicitur, sed singuli lapides vocantur πλίνθοι ἐπικρανῖτιδες. Πλίνθοι enim sunt lapides parietis, comprehensis etiam parastatis.

d) Γωνιαίαν, sc. ἐπικρανῖτιδα, supra lapidem litt. *b*) et proximum litt. *a*). Vide *Fig. VI. δ.* Latitudo designata maxima est, quae in parastate cernitur; nam in pariete est reductior. Nota vero lapidem angularem vulgarem dici μασχαλιαίαν, ex usu opificum proprio haud dubie: alii lapides angulares, ut haec epicranitis et coronae partes §. 11. γωνιαίων nomine vocantur, non μασχαλιαίων.

e) Transitur hoc loco ex accusativo in nominativum, quod non mirum in tali recensu: idem offert n. 155. Quid quod in ceteris donariorum descriptionibus praemittitur τάδε παρέδοσαν, deinde sequuntur meri nominativi? Igitur cave hunc locum vitiatum esse putes: non γογγύλους λίθους etc. legendum est, sed est unus. Γογγύλος λίθος Müllero interprete est duplex cymatium cum astragalo et reliquis ornamentis, quae seorsim scalpenda fuerint et capitellorum parietinorum, postquam collocata sint, proiecturae apponenda; unde dicuntur ἀντίμοροι hi lapides, hoc est *respondentes*. Magnam tamen in hac re difficultatem video. Primum enim mensura longitudinis tantum decempedalis est, quum tamen epicranitides litt. *c. d*) multo longiores sint: ac si dicas reliquam γογγύλου λίθου partem nondum coeptam fuisse, tamen haec quoque ut deficiens annotanda erat: atque insuper haerebis in altitudine s. crassitudine sesquipedali. Nam quum haec antepagmenta aeque alta sint atque epicranitides (litt. *c. d*), quae item sesquipedali altitudine sunt; detrahunt illa latitudini epicranitidum tantum, quanta ipsorum latitudo est: quae quidem non designatur, neque tamen plane est exigua: certe epistyliorum γογγύλος λίθος (litt. *f.*) pedem et quadrantem latus est, neque epicranitidum haec antepagmenta potuerunt adeo angusta esse, quippe quae muro debuerint inseri, ut firmarentur. Sic epicranitides non iam possent latitudine tripedales esse. Dicas quidem summam epicranitidum proiecturam ex eodem cum reliqua epicranitide lapide factam esse, et inferius inseri antepagmenta: itaque nihil iam epicranitidum latitudini in summa certe parte antepagmenta detrahere. Sed neque illud probabile est factum esse, et hac ratione antepagmenta iam non potuerunt aeque alta atque epicranitides ipsae esse. Quapropter aliter statuendum est. Litt. *c. d*) epicranitides designatae simul continent γογγύλους λίθους iis apponendos; neutra enim collocata erant, sufficiebatque notatio epicranitidum deficientium, quippe quarum pars sit γογγύλος λίθος: toto enim designato simul pars designata est. Sed litt. *e*) intelligendus est γογγύλος λίθος epicranitidibus ceteris iam collocatis apponendus, iis quae sunt iuxta epicranitides *c*) in orientem. Ubi enim epicranitis iam collocata est, et deficit tamen γογγύλος λίθος, hic ipse debebat seorsim notari. Igitur huic γογγύλῳ λίθῳ in epicranitidibus demensus sum decem pedes *Fig. VI. τ*, ubi Müllerus Tab. V. litteram *y* habet: nam §. 6. *f*) doceo, quae ibi relata sunt, non illo loco, sed alibi apponenda esse. Sunt autem in Museo Britannico Elgin. n. 127. 129. 130. antepagmenta epicranitidum de hoc templo sumpta, alta prope 1′ 8″, lata supra 8″ 6‴, infra prope 6″, longa fere 4′: aliud angulare est n. 128. longum fere 5′ 4″, latum 2′ 6″: sed hoc et fortasse alii quoque lapides videntur tantum partes serra resectae esse. Ego (ex Stuarti Tab. VIII. fig. 2.) in parastate dedi exemplum huius γογγύλου λίθου epicranitidis *Fig. VIII.* Altitudo (αβ) est 1′ 7″ 2. Ceterum quod ἀντιμόρους modo dixi esse *respondentes*, brevitatis causa feci; nam accuratiore interpretatione ἀντίμοροι sunt *partes duae totius alicuius, quarum altera alteri opposita est*, ita ut si altera alteri apponatur, integretur illud totum. Germanice dixeris *gegentheilig*. Et sic in nostra quoque inscriptione γογγύλοι λίθοι, qui epicranitidibus et epistyliis sunt ἀντίμοροι, epicranitidum et epistyliorum partem constituunt, reliquae parti, quae per eminentiam epicranitis et epistylium vocatur, antepagmenti loco addendam. Γογγύλου λίθου potestas aliunde non constat, etsi eius mentio fit ap. Schol. Aristoph. Pac. 28. Quantum ex hoc titulo colligo, res haec est. Γογγύλου λίθου notio procedit a cymatii in modum rapi (γογγυλίδος) incurvi et ab echini rotundatione: igitur lapis, in quo unum vel plura cymatia, dicitur γογγύλος; adiectus vero cymatio astragalus esse solet. Iam vero cymatium cum astragalo solet una cum aliis ornamentis vel cum parte non ornata ex uno lapide fieri: igitur iam totus hic lapis dicitur γογγύλος λίθος. Et in nostra inscriptione γογγύλου λίθου nomine vocantur primum *antepagmenta epicranitidum*, quae continent plura cymatia cum astragalis et subiectum anthemium (§. 2. *e*. §. 6. *f. h. i.*); deinde *antepagmenta epistyliorum*, quae comprehendunt cymatium cum astragalo et quadrula, *Fig.* IX. (ap. Stuart. Tab. VIII. 1.) α. qui proprie est γογγύλος λίθος, et tres praeterea epistylii fascias inferiores *Fig.* IX. β. (§. 2. *f.*); postremo, nisi me coniectura fallit, *hyperthyri cymatium cum astragalo*, fortasse etiam cum quadrula imposita et cum parte non ornata astragalo subiecta (§. 6. *g.*).

f) Repete γογγύλω λίθω. Müllerus intelligebat quadrulam et cymatium cum astragalo, quae epistylio apponerentur sub zophoro, et apponebat epistyliis litt. *i*) nostri textus. Quod si verum esset, desiderarentur octo circiter eiusdem mensurae lapides iisdem

epistyliis apponendi. Sed cur tum non annotatum esset, deesse etiam hos? Praeterea si hi γογγύλοι λίθοι essent epistyliorum litt. *i*) enumeratorum, cur designarentur ante ipsa epistylia? Vides hoc fieri non posse. Immo γογγύλος λίθος, qui epistyliis litt. *i*) deest, comprehenditur ipsa illorum epistyliorum notatione, quod epistyliorum pars est (ut in epicranitidibus, v. ad litt. *e*): contra hi duo γογγύλω λίθω pertinent ad epistylia iam collocata, haud dubie in pariete fenestrato, ad quem ipsum litt. *f*. *g*) transitur. In quo ubi collocandi sint, dico ad litt. *g*). Ceterum in his γογγύλοις λίθοις crassitudo s. altitudo non designata est, non quod sex pollices non excedit, ut Müllerus olim putabat, sed aut per negligentiam, aut quod par est altitudini ipsorum epistyliorum. Nam in Museo Britannico in Elgin. marm. n. 85. tale extat epistylii antepagmentum, altum 2′ 1″, quae ipsa est epistyliorum altitudo, longum 8′, latum infra 8″ 6‴. Simile, sed prope 9′ longum et utrinque mutilum, est n. 291. In utroque cymatium cum reliquis tribus epistylii fasciis ex eodem lapide factum est. Patet igitur, γογγύλον λίθον dici universum antepagmentum etiam cum partibus non ornatis, ipso nunc Müllero monente: quo minus haec antepagmenta ad epistylia *i*) pertinere possunt, quorum latitudini, quae ex tituli fide bipedalis est, illa antepagmenta detraherent partem permagnam. Ceterum *Fig. X.* antepagmentum epistyliorum designavi littera *A*. Ibi linea γδ est 8″ 6‴, secundum mensuram antepagmentorum in Museo Britannico. Sed hac mensura constituta linea αβ minor est quam 1′ 3‴, quae eius mensura esse secundum inscriptionem debet. Igitur horum, de quibus agitur, antepagmentorum latitudo maior fuit, quam eorum, quae servat Museum Britannicum, et designavi eius summam latitudinem (1′ 3″) lineâ βκ, ita ut ima sit γε.

g) Recte intelligitur capitulum columnae in occidentali Pandrosei pariete eius, quae angulo propter Cecropium proxima est. Vide *Fig.* V. γ. Capitulum hoc deficiens comprehendit omnes quae capituli esse solent partes cum loris implexis (*Fig.* XI. α.), exceptis iis partibus, quae infra ea lora sunt inde ab echino; hae enim una cum scapo iam collocatae erant. Vide ad §. 4. Ceterum ei columnae, cuius capitulum deficit, proximus est parastates in eodem angulo. Cui parastatae quum desint lapis litt. *b*) et epicranitis litt. *d*), quum praeterea desit columnae illius capitulum et huic capitulo contiguum μέτωπον (litt. *h*), epistylium quoque dixeris nondum collocatum fuisse, quod illi parastatae et columnae illius capitulo adiectoque μετώπῳ imponendum erat; necdum collocatum esse etiam illi vicinum in septentrionem epistylium. Sed tum illa epistylia, ut cetera quae infra zophorum desunt, debebant designata esse. Potius igitur epistylia parietis fenestrati collocata omnia erant; sed iis deerat pars antepagmentorum in octo pedum longitudinem (litt. *f*). Quibus antepagmentis demptis epistylia parieti (*Fig.* I. *c*. II. *G*) firmiter incumbebant, etiamsi capitula columnae et angularis parastatae cum μετώπῳ interioris parastatae, quod columnae capitulo respondet, nondum erant posita. Contra antepagmenta collocari nondum potuerunt, antequam illa capitula posita essent; antepagmenta enim capitulis incumbunt, non parieti. Cf. *Fig.* II. *H*. *Fig.* X. *A*. ubi antepagmenta in latitudinem γε capitulo incumbunt, reliquo epistylio collocato in pariete (nondum in μετώπῳ, quod posthac subditum est), nisi quod exiguum capituli spatium (εζ) occupatur. Vides quam omnia conveniant exacte. Illa igitur duo antepagmenta epistyliorum apponenda erant *Fig.* V. δ. Ea vero non singula binis capitulis incumbunt, sed singulis: vel sic tamen firmiter posita erant, lapidibus sese invicem continentibus; reliquoque operi ea una cum capitulis columnae et angularis parastatae et μετώπῳ litt. *h*) facili negotio inserebantur. Ceterum vicina in septentrionem antepagmenta epistyliorum iam posita prius erant; incumbunt enim capitulis iam collocatis.

h) Nullo modo ferri potest Wilkinsianum: μέτωπον τὸ ἐσόμενον πλάτος; nec Wilkinsius probabilem vocis μέτωπον explicationem dedit. Müllerus scripsit: I κιόκρανον ἄθετον [ἐπὶ τὸ] μέτοπον τ[εθ]ησόμενον, in quo istud τεθησόμενον non convenit stilo huius tituli; praeterea μέτοπον illi erat *paries fenestratus*, vix bene credo. Quodsi dixeris μέτοπον esse *parietem inter binas fenestras:* non est illa columna inter binas fenestras. Praeterea mensurae capitulo non conveniunt. Nam in inscriptione tam latitudo quam altitudo est sesquipedis: sed capituli altitudo cum hypotrachelio maior, sine hypotrachelio minor est sesquipede; cum hypotrachelio enim habet fere altitudinem 1′ 9″, cui multo plus quam 3″ detrahit demptum hypotrachelium. Vide *Fig.* XI. Itidem latitudo, quae in transversum parietem computanda est, sesquipede minor deprehenditur; est enim *Fig.* X. *lin.* λζ, quae fere 1′ 2″ habet. Igitur latitudinem ubi Müllerus noster dicit esse 1′ 8″ 4, fallitur: haec enim non latitudo est capituli, sed scapi columnae ad capitulum diameter in parietem directum; quod ex Stuarti tab. XII. patet. Itaque aliter de hoc loco statuo. E regione columnarum in pariete Pandrosei intus sunt parastatae: talis parastatae summa pars capitulo respondens optime vocatur μέτωπον. Dicas quidem hanc dici ἐπικρανῖτιν (litt. *d*): sed hoc non est verum. Ibi enim (litt. *d*) lapis angularis septem pedes longus, quattuor pedes latus, dicitur πλίνθος ἐπικρανῖτις, et complectitur partem parietis cum parastate: at hoc loco solum capitulum parastatae designatur, et hoc nunc proprio nomine dicitur μέτωπον. Est sane hoc quoque ex genere epicranitidum; sed epicranitidis notio latius patet, et hoc loco, quoniam *solum parastatae capitulum* significatur, commodius erat proprio nomine uti quam generali epicranitidis. Iam vero capitulo columnae nondum collocato, consentaneum est parastatae frontem ei capitulo contiguam ne ipsam quidem collocatam fuisse.

Igitur in columnae capitulo mensuras puto nullas descriptas esse; neque opus iis in eo capitulo: omnes mensuras refero ad hoc μέτωπον. Vide id *Fig.* III. *F. Fig.* X. *B.* quae figura ex Stuarto Tab. XIII. 2. petita est, additis a me nonnisi interruptis lineis. Solet autem primo loco longitudo designari, quam habes una mutata littera, eaque lacunae proxima: μέτωπον τὸ ἔσω, μῆ[κος δίπουν]. Ἔσω aperte verum est; cf. §. 5. Conveniunt autem mensurae ad amussim. Longitudo μετώπου in summa parte ap. Stuart. tab. XIII. 1. est bipedalis, quam dedi. Crassitudo s. altitudo in titulo est sesquipedis: nempe capitulo subiecta pars scapi, quae in hypotrachelii loco posita est, annumeranda est necessario, ut hoc μέτωπον pari altitudine sit atque epicranitides parietis australis (litt. *c. d*); hae enim et illud μέτωπον intus in eodem parietis Pandrosei chorio posita sunt. Imum μετώπου limitem monstrat *Fig.* X. linea ϑι: nam ζϑ est sesquipes. Postremo latitudo in parietem transversum in titulo dicitur sesquipedis esse, et est re vera apud Stuartum; v. *Fig.* X. lineam ζη, quae sesquipedalis est, et huius μετώπου latitudinem constituit. Huic latitudini addita latitudine capituli columnaris, universa expletur parietis mensura. Ceterum quum in margine una tantum sigla I sit, videntur haec duo capitula, columnae (κιόκρανον) et parastatae (μέτωπον τὸ ἔσω), iunctim enumerata. Igitur insero καί: lapis enim hoc loco prorsus lacunosus est.

i) Quum horum epistyliorum longitudo non conveniat epistyliorum columnis Pandrosei impositorum mensurae ab axi alterius columnae ad axem alterius computandae, recte ea Müllerus posuit in pariete australi super parastatae propter Cecropium superque contiguas parietis epicranitides (litt. *c. d.* nostri textus) nondum collocatas, easque, quae his in orientem vicinae sunt, iam collocatas. Vide hos lapides *Fig.* VI. ε. *Fig.* V. ε. Cf. de h. l. etiam ad §. 5. et supra §. 2. litt. *f*). Super his epistyliis et super eo, quod litt. *g*) dixi in solo pariete collocatum fuisse, omninoque in ea parte, in qua deerant γογγύλῳ λίθῳ litt. *f*), patet zophorum nondum collocatum fuisse.

k) Haec epistylia iam collocata epistyliis litt. *i*) nondum collocatis contigua sunt in orientem, et pertingunt prope usque ad parastaten prostyli australem. Vide haec epistylia *Fig.* VI. φ. Ἐπεργάσασϑαι de poliendi labore intelligit Müllerus, recte haud dubie. Ceterum haec omnia ita in eadem regione posita sunt et inter sese conveniunt, ut Müllerum verum vidisse non dubitem: neque ullus desideratur lapis, quo nondum collocato lapides designati non potuerint collocari. Haec una in Mülleri explicatione inerat inconcinnitas, quod epistylia litt. *i*) sero commemorantur, occupatis (litt. *f*) γογγύλοις λίϑοις, qui iis apponendi erant: sed hanc sustuli. Postremo quaesiveris, cur haec epistylia litt. *k*), quum iam collocata sint, hoc loco referantur, non §. 6. in ἀκαταξέστοις. In sola enim vicinitate causa quaeri non potest. Ratio repetenda ex verbis §. 3. τοῦ δὲ λοιποῦ ἔργου ἅπαντος. Nam §. 2. designantur omnia quae ibi desunt, ubi zophorus nondum collocatus erat: in reliquo vero opere zophori tabulas iam collocari, additur §. 3. Iam quoniam zophorus super epistyliis litt. *k*) nondum collocatus erat, ea epistylia hoc loco addantur, ut verba τοῦ δὲ λοιποῦ ἔργου ἅπαντος excludant simul horum epistyliorum plagam.

§. 3. Τοῦ δὲ λοιποῦ ἔργου ἅπαντος ἐν κύκλῳ ἄρχει ὁ Ἐλευσινιακὸς λίθος, πρὸς ᾧ τὰ ζῷα, καὶ ἐτέϑη III ἐπὶ τῶν ἐπιστατῶν τούτων.

Reliqui vero operis universi per totum circuitum initium facit lapis Eleusiniacus, ad quem sigilla, et posita sunt tria in horum Curatorum magistratu.

Haec sententia secundum priores interpretes terminatur demum verbis πρὸς τοῦ Πανδροσείου (§. 4.); iidem voces ἐπὶ τῶν ἐπιστατῶν τούτων accipiunt de epistyliis super columnis parietis fenestrati ad Pandroseum, et his zophorum impositum esse dicunt, contra quam ad §. 2. *i*) docui. At epistylia non possunt ἐπιστάται vocari: nec quid in ea interpretatione valeat τούτων, intelligo, quum neque illae columnae neque illa epistylia *antehac nominata* sint. Igitur diu est ex quo in Elmsleii (ap. Wilk.) sententiam incidi: ἐπὶ τῶν ἐπιστατῶν τούτων est *in horum Curatorum magistratu*, quum antea alii fuissent; ut dicitur ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος. Nam quod obiicitur, epistatas prima persona loqui (κατελάβομεν §. 2.), igitur nunc non posse tertia de iis persona dici ἐπὶ τῶν ἐπιστατῶν τούτων; id quantum sit, potest vel ex verbo ἀνέγραψαν §. 1. intelligi. Neve offendas in eo, quod aliquid operis sub ipsis his Curatoribus facti commemoratur; nota non describi, quo statu Curatores templum receperint, sed *quem statum deprehenderint* (κατέλαβον), dum instituunt anagraphen. Vide ad §. 1. Nunc cetera persequor. In quibus est potissimum, quid sit τοῦ ἔργου ἄρχει. Hoc meo iudicio non esse potest *imperat, praecipuus est;* nam neque commoda hoc loco haec dictio fuerit, nec res vera est; nam zophori opus non tantum est, quantum tecti. Ἄρχειν ἔργου est *incipere opus;* τοῦ λοιποῦ ἔργου ἄρχει ὁ Ἐλευσινιακὸς λίϑος est: *opus incipit,* sive quod eodem redit, *incipitur a lapide Eleusiniaco,* ut ἄρχει τοῦ χρόνου ὁ ἐνιαυτὸς ὁ ἐπὶ τοῦ δεῖνα ἄρχοντος, et talia (cf. ad n. 11.). Ὁ Ἐλευσινιακὸς λίϑος autem, πρὸς ᾧ τὰ ζῷα, pertinet haud dubie ad *zophorum,* ipsis verbis πρὸς ᾧ τὰ ζῷα docentibus. Sed non ipsa zophori saxa ex lapide Eleusiniaco constabant; tabulae erant Eleusiniaci lapidis saxis zophori antefixae, diserte testante Wilkinsio p. 147. *The zophorus, or frize, is faced with thin slabs of greyish lime-stone; the fastigium of the pediment belonging to the north portico of the Pandroseum, the only one remaining, is formed of the same material.* Nec lapis est nimium vilis; calcarius quidem, sed ita durus, ut eo vitrum secari possit et ut politionem recipiat. Ab illis igitur tabulis collocandis incipit *reliquum opus,* idque ἐν κύκλῳ, *in universo circuitu aedis,* exceptis porticibus lateralibus, ad quas hic zophorus non pertinet. Vides igitur non de

zophoro occidentalis parietis Pandrosei dici, sed de universo zophoro; neque alia potest sententia esse nisi haec: *praeter locos iam designatos per universum aedis circuitum opus, quod supersit, incipere a collocandis tabulis zophori;* hoc est, *in locis antea designatis praeter ea quae descripta sunt zophorum adhuc deesse; at in reliquo templi circuitu zophorum esse collocatum, et tabulas antefigi, sed nusquam exstructionem templi ascendisse supra zophorum:* quod non incommode annotatur, ubi ad epistylia sub zophoro posita perventum erat (§. 2. extr.). Tabulae quidem si iamiam ponebantur, necesse est saxa zophori iam posita fuerint, idque τοῦ λοιποῦ ἔργου ἐν κύκλῳ, hoc est *omnibus locis praeter eos, de quibus nunc ipsum* (§. 2.) *dictum erat, et,* quod sponte intelligitur, *in locis proxime vicinis lapidum ibi non positorum.* Debet autem deficiens haec pars computari ab iis ipsis terminis, qui §. 2. descripti sunt, hoc est a γογγύλοις λίθοις litt. *f*), usque ad epistylia litt. *k*), quae ultimo loco nominata sunt. Hanc zophori partem deficientem vide *Fig.* V. ζ. VI. ζ. Est is in occidentali pariete circa ped. x, in australi circiter ped. LXVI. Reliqua zophori pars exceptis tabulis antefigendis et sigillis necesse est perfecta fuerit. Unde, ut hoc addam, satis intelligitur, parietem septentrionalem perfectum esse: de qua re iterum dicam ad §. 10. Postremo additur καὶ ἐτέθη etc. Hoc potest aut ad Ἐλευσινιακὸν λίθον aut ad τὰ ζῷα referri: sed quum sigla ΙΙΙ in margine posita necessario ad pluralem τὰ ζῷα referatur, eodem pertinet verbum ἐτέθη. Quae quum ita sint, tria sigilla sive prostypa dicuntur iam apposita esse in aliqua zophori parte, ubi tabulae iam erant antefixae. De illis sigillis, quae ferro in zophoro munita erant, cf. Müller. p. 38. et de orthographia vocis ΞΟΙΑ Maffei. crit. lapid. p. 63. quamquam nota res. Ea vero numerari non offendit; certe in partes ea quasdam distributa fuisse necesse est. Vestigia vincturae horum sigillorum in zophoro prostyli adhuc remanent, et sunt a nobis quoque *Fig.* IV. signata.

§. 4. Τῶν κιόνων τῶν ἐπὶ τοῦ τοίχου τοῦ πρὸς τοῦ Πανδροσείου·

ΙΙΙΙ κειμένων κιόνων ἄτμητα ἐκ τοῦ ἐντός, ἀνθεμίου ἑκάστου τοῦ κίονος τρία ἡμιπόδια.

Semifacta columnarum, quae sunt ad parietem apud Pandroseum:

IV *collocatarum columnarum nondum secti, inde ab interioribus, uniuscuiusque columnae anthemii* III *semipedes.*

Verba ΙΙΙΙ κειμένων κιόνων de quattuor prostyli columnis, quae ex senis nondum collocatae fuerint, intellexit Müllerus noster, quippe quum priora τῶν κιόνων – Πανδροσείου adderet verbis §. 3. Sed quum hoc fieri nequeat (v. ad §. 3.), necesse est illae columnae parietis fenestrati ad Pandroseum sint: et hae sunt quattuor (*Fig.* V. η). Igitur haec, τῶν κιόνων τῶν ἐπὶ τοῦ τοίχου τοῦ πρὸς τοῦ Πανδροσείου, generalem titulum constituunt, respondentem verbis §. 2. ἐπὶ τῇ γωνίᾳ τῇ πρὸς τοῦ Κεκροπίου: atque ut ad illa (§. 2.), ita ad haec repeti debet ἡμίεργα ex verbis primo loco positis: τοῦ νεὼ τάδε κατελάβομεν ἡμίεργα. Tum additur *accuratioris definitionis causa* ΙΙΙΙ κειμένων κιόνων, in quo nec repetitum κιόνων offendit neque omissus articulus; tamen κειμένων κιόνων omitti poterat. Κειμένων est *collocatarum:* κεῖται ἃ ἐτέθη. Si humi iacuissent, debebat τῶν χαμαί, ut infra, vel certe κειμένων χαμαὶ vel ἀθέτων dici: neque in prima parte enumerari debuissent, sed in altera inde a §. 9. Atque omnino omnes columnae iam videntur collocatae fuisse, etiam prostyli: certe §. 6. quaecunque inter ἀκατάξεστα et ἀῤῥάβδωτα commemorantur, manifesto iam sunt collocata: et inter ea ipsa recensentur *columnae omnes;* ut colligas etiam prostyli columnas collocatas fuisse. Illae autem Pandrosei columnae iam ita perfectae erant, ut praeter spirae torum superiorem etiam striatae essent (§. 6.): igitur opus in iis deficiens debet super striaturam quaeri. Iam vero unius harum columnarum capitulum nondum erat collocatum (§. 2. *g*); igitur ne in capitulis quidem proprie dictis quaeri opus deficiens potest. Ceterum ἄτμητα eo pertinet, nondum excisam ornamentorum formam esse. Infecta autem haec pars est ἀνθέμιον, non integrum, sed tres semipedes. Volutam non intelligi manifestum est; igitur *encarpum* interpretatur Müllerus, inter canalem et echinum (v. p. 36.), torum quasi ex loris implexis et contortis formatum, *Fig.* XI. (Stuart. Tab. XI. 1.) α. Sed illud ornamentum non est encarpum; solet eo fere loco encarpum esse, sed in hac columna non est. Deinde contortum istud quomodo ἀνθέμιον vocari possit, non video; ἀνθέμιον enim designat flores arte factos, ut, ne plura, ap. Xenoph. Anab. V, 4, 32. ἐστιγμένους ἀνθέμιον. Potius hypotrachelium intelligimus ego et Hirtius: id in his columnis flores repraesentat cum flexibus variis cochlearibus (v. *Fig.* XI. β), in quos quadrat glossa Hesychii: Ἀνθέμιον, τὸ ἔκλεκτον χρυσίον. ἢ γραμμή τις ἑλικοειδὴς ἦν ἐν τοῖς κίοσι. καὶ τόπος Ἀθήνησιν ἐν τῇ ἀκροπόλει. Quae glossa ad hanc ipsam inscriptionem pertinere videtur, ut ex arcis inscriptionibus alia nonnulla apud Pollucem et Athenaeum notata reperiuntur, ex Δημιοπράτων maxime collectione petita, cui etiam alios titulos immistos fuisse docui ad num. 151. vs. 37. Turbata autem glossa Hesychii; scribendum suspicor: καὶ τόπος Ἀθήνησιν ἐν τῇ ἀκροπόλει· ἢ γραμμή τις ἑλικοειδὴς ἦν ἐν τοῖς κίοσι. Nempe interpres dubitabat, locusne arcis in hoc titulo designaretur an columnae pars: quemadmodum etiam Chandlerus de arcis loco cogitabat, praeter rem advocata Anthemionis Diphili f. statua in arce sita (Polluc. VIII, 131.). Recte vero a nobis hypotrachelium intelligi, non illud implexum, etiam aliunde manifestum est. Nam paulo ante annotavi, defectum operis non esse in capitulo proprie dicto: lora vero illa plexa ipsius sunt capituli: contra anthemium non est capituli proprie dicti. Et defectum illum esse super striatura scapi docuimus: ubi ipsum est hypotrachelium. His addo hoc. Quum anthemium etiam eius columnae,

cuius capitulum nondum collocatum erat, memoretur ut in columna iam collocata: apertum est in his columnis anthemium scapo annumeratum esse, non capitulo, et separatum a capitulo excisum esse. Quippe in Doria quidem columna hypotrachelium capitulo accensetur: sed in Ionia, quod haec non solet hypotrachelio instructa esse, ea pars, ubi in columnis Erechthei anthemium est, scapi potius summa pars est quam capituli ima. Omnino vero Erechthei opifices varias operum partes ex pluribus lapidibus composuisse apertum est; quo magis consentaneum est, anthemium a capitulo separatum esse. Quod quum ex ipsa huius tituli ratione intellexissem, posthac cum Rabio architecto nostro coepi capitulum columnae prostyli examinare. Nam Elginus unam prostyli columnam in Britanniam detulit; eiusque capitulum cum adiecta parte scapi forma gypsea expressum apud nos habetur. Ex qua forma quantum iudicare licet, anthemium et echinus capituli cum scapo cohaerent et ex eodem lapide facta sunt: id quod in partibus laesis agnosci potest: sed capitulum superius, inde a loris implexis cum his ipsis, separatim factum est, quod ex fracturis capituli cognoscere licet. Nam quum in altero latere superius capitulum, quod supra echinum est, magna ex parte defractum sit, ac rursus etiam echinus infra positus laesus aliqua ex parte sit; partim superioris lapidis planum inferius, partim inferioris planum summum prominent nudata, eaque prorsus ad normam caesa: ut videas ea plana diversorum lapidum esse, qui eo loco essent commissi. Neque, ut hoc obiter addam, capitulum superius, supra echinum, unum lapidem constituit, sed latera capituli ex aliis lapidibus facta, et commissuris in eum finem incisis coniuncta cum reliquo capitulo sunt. Igitur in his quoque Pandrosei columnis dimidiatis consentaneum est columnam inter echinum et lora ista plexa sectam esse; ita ut reliquo capitulo nondum collocato, cum scapo anthemium astragalusque et echinus iam fuerint collocati. Locum ubi secta columna, signavi littera *a*. *Fig.* XI. in mensuris appositis. Haec hactenus. Ceterum summa difficultas in dictione *ἐκ τοῦ ἐντὸς* versatur. Nam primum coniungi potest *ἐκ τοῦ ἐντὸς ἀνθεμίου*, idque duplici ratione exponi: *ex eo quod intra anthemium est* (*ἐκ τούτου, ὅ ἐστιν ἐντὸς τοῦ ἀνθεμίου*), et: *ex interiori anthemio* (*ἐκ τοῦ ἀνθεμίου τοῦ ἐντός*). Sed in hac interpretatione exspectes potius hoc ipsum: *ἐκ τοῦ ἀνθεμίου* (vel *ἐξ ἀνθεμίου*) *τοῦ ἐντός*; in priore vero, quum necessarium sit mensuram sesquipedalem in altitudinem columnae accipi, *intra anthemium* erit illud, quod supra id est. At in ea sententia praestabat *ὑπέρ*; nec verisimile est anthemio, sive lora ista sive hypotrachelium intelligas, iam facto nondum caesa fuisse, quae supra anthemium sunt: ut taceam non in capitulo proprie dicto esse hunc defectum, quod supra docui. Postremo nec supra anthemium neque infra eius summum limitem tres capituli semipedes supersunt: idemque de loris istis dicendum. Vide modo *Fig.* XI. ipsum capitulum, et computa mensuras appositas. Igitur aliam plane rationem ineo, et verba *ἐκ τοῦ ἐντὸς* disiungo a voce *ἀνθεμίου*. Structura haec est: *τρία ἡμιπόδια ἀνθεμίου* (in singulis columnis) *ἄτμητα, ἐκ τοῦ ἐντός*. In separandis quidem genitivis *ἐκ τοῦ ἐντὸς* et *ἀνθεμίου* eo minus haerebis, ubi videris, quam saepe §. 11. genitivi iuxta positi, qui possint pro uno haberi, dividendi in duos sint, ut §. 11. litt. *f*) *ἑτέρου κυματίου*, hoc est *ἑτέρου γείσου κυματίου*, ubi ad *ἑτέρου* intelligendum illud *γείσου*. Neve quis postulet *τοῦ ἀνθεμίου*, consideret modo exempla ibidem obvia. Itaque *anthemii ipsius tres semipedes* infecti sunt; qui debent in circuitum columnae computari. Superest quid sit *ἐκ τοῦ ἐντός*. Columnae quum dimidiae sint, parietis partem constituentes, ea pars circuitus, quae plano parietis proxima est, recte dicitur *τὸ ἐντός*; media circuitus facies est *τὸ ἐκτός*. Igitur *ἐκ τοῦ ἐντὸς* sic intelligendum videtur: *ex interiore circuitus parte computanti*. Quippe quum columnae humi iacerent, ea utrinque anthemii pars, quae plano parieti proxima esset, perfecta est, ne collocatis iam columnis impedirentur opificis brachia, quominus eam commode elaboraret: sed media facies infecta relinquebatur, ut in columnis iam collocatis perficeretur: praeferebant enim hoc veteres, ubi fieri commode poterat. *Ab interiore* igitur *utrinque circuitus parte iam factâ computanti supersunt in media facie tres semipedes anthemii, qui faciendi sint.* Vide *Fig.* V. *η*. Non opinor opus erat, ut diceretur *ἐκ τοῦ ἑκατέρωθεν ἐντός*: si usitatum fuit interiores partes prius perfici, satis aperta dictio peritis erat, nec poterat, quod putes, in contrarium accipi, quasi ipsa interiora nondum facta essent. Unusquisque enim intelligebat, ex interioribus incipi, atque ubi substiterat opifex, ibi pergi ab interioribus ad mediam faciem. Quodsi medium anthemium iam factum esset, pars infecta procederet *ἐκ τοῦ μέσου* s. *ἐκ τοῦ ἐκτός*.

§. 5. *Ἐπιστυλίου ὀκτώποδος ἐπὶ τοῦ τοίχου τοῦ πρὸς νότον κυμάτιον ἐς τὸ ἔσω ἔδει ἐπιθεῖναι.*

Epistylii octo pedes longi ad parietem australem cymatium intus debebat apponi.

Ἐς τὸ ἔσω, intra ipsam cellam. Müllerus intelligit echinum in epistylio, sine astragalo et quadra: si astragalus et quadra adsint, *γογγύλον λίθον* vocari. Fuit id haud dubie in epistyliorum §. 2. litt. *k*) designatorum eo, quod proximum est epistyliis litt. *i*) nondum positis. Locum designavi *Fig.* VI. *η*. sed intus est. Tale antepagmentum de hoc templo sumptum et separatim factum vidit Müllerus Londini apud architectum *Linwood:* id tamen astragalum habet. Nec laborandum de discrimine *γογγύλου λίθου* et *κυματίου*: nam *γογγύλος λίθος* quum nomen generale sit, quo comprehendatur *κυμάτιον*, potest idem illud ornamentum aut *γογγύλος λίθος* aut *κυμάτιον* vocari. Attamen cymatium proprie non complectitur astragalum, sed ab hoc distinguitur (§. 11.): igitur ubi nunc cymatio comprehendi astragalus videtur, potius statuendum

est, deficientem lapidem designari a potiori. Etenim astragalus quasi appendix cymatii est. Ceterum sponte patet, etiam in epistyliis §. 2. litt. *i*) recensitis, sed nondum collocatis, deesse hoc cymatium interius; sed ibi hoc ipsis epistyliis comprehenditur, quod tota epistylia deficiunt, indeque apertum fuit deficere etiam epistyliorum cymatia, quae partem epistyliorum constituunt. Nam ubi totum deficit, deficit etiam pars.

§. 6. Τάδε ἀκατάξεστα καὶ ἀράβδωτα·

a) τὸν τοῖχον τὸν πρὸς νότου ἀνέμου ἀκατάξεστον, πλὴν τοῦ ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ.

b) τοὺς ὀρθοστάτας ἀκαταξέστους ἐκ τοῦ ἔξωθεν ἐγ κύκλῳ, πλὴν τῶν ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ.

c) τὰς σπείρας ἁπάσας ἀῤῥαβδώτους τὰ ἄνωθεν.

d) τοὺς κίονας ἀραβδώτους ἅπαντας, πλὴν τῶν ἐπὶ τοῦ τοίχου.

e) τὴν κρηπῖδα ἐγ κύκλῳ ἅπασαν ἀκατάξεστον.

f) τοῦ τοίχου τοῦ ἐκτὸς ἀκατάξεστα, γογγύλου λίθου τετραποδίας ΓΙΙΙ

g) τοῦ ἐν τῷ προστομιαί[ῳ] τετραποδίας δ[ύο],

h) τῆς παραστάδος [τῆς] . . . τετραποδίας . . .

i) τοῦ πρὸς τὠγάλματος τετραποδίας . . .

Haec scalpturâ et striaturâ destituta:

Parietem austrum versus impolitum, excepto eo qui est intra porticum ad Cecropium.

Orthostatas impolitos extrinsecus circumquaque, exceptis iis, qui sunt intra porticum ad Cecropium.

Spiras omnes non striatas superius.

Columnas omnes non striatas, exceptis iis, quae ad parietem sunt.

Crepidinem circumcirca universam non politam.

Parietis exterioris non scalptos rotundi lapidis pedes XXXII,

Parietis in labris ostii, pedes octo,

Parastadis . . . tetrapodias . . .

Parietis ad signum deae tetrapodias . . .

Pertinent haec ad universi templi varios locos. Κατάξεσιν de scalptura s. politione cum Müllero intelligo, ut idem sit quod ἐπεργάσασθαι: ῥάβδωσις est striatura columnarum. Negligenter modo ἀῤῥάβδωτος modo ἀράβδ. scriptum est.

a) Paries australis est is, qui adiectam porticum Caryatidum habet. Ceterum tantum de plana parietis facie dicitur. Nam de capitellis parietinis litt. *f*) seorsim refertur, et de spiris litt. *c*): nec pariete comprehendi epistylia iudico: certe eiusdem parietis epistylia nondum polita separatim descripta sunt §. 2. litt. *k*); cetera nondum collocata erant. Paries impolitus est *Fig.* VI. ϑ. politus *ibid.* ι. Dicitur autem h. l. et litt. *b*) πρὸς τῷ Κεκροπίῳ, non ut §. 2. πρὸς τοῦ Κεκροπίου. Πρὸς τῷ Κεκροπίῳ proprie est *quod adiacet Cecropio*, πρὸς τοῦ Κεκροπίου *quod in plaga s. regione Cecropii est.* Potuisse tamen h. l. etiam πρὸς τοῦ Κεκροπίου dici, docet vel §. 7. illud πρὸς τοῦ θυρώματος.

b) Intellige omnes pilas angulares: duas stoae maioris (parastatam versus orientem, antam in occidentem), totidem ad parietem fenestratum, item ad prostylum. Excipiuntur duo minores parastatae in angulis porticus Caryatidum interioribus ad parietem cellae australem. Orthostatae non politi sunt *Fig.* IV. β. V. ι. VI. κ. VII. α. politi *Fig.* V. ϑ. IV. γ.

c) De spiris columnarum, orthostatarum et universi exterioris parietis. Nam huic quoque spirae adiectae sunt. Vide Müller. p. 35. Τὰ ἄνωθεν refertur ad torum spirarum superiorem. Vide *Fig.* IV. δ. V. κ. VI. λ. VII. β. Müllerus: „Tori superioris sectio striaturam fere columnarum refert."

d) Ad parietem fenestratum positae columnae iam striatae erant (*Fig.* V. λ); ceterae positae quidem erant, sed nondum striatae.

e) Müllerus noster intelligebat alta hypobathra, quibus paries fenestratus et Caryatides suffulciuntur: sed illis non convenit vox ἐν κύκλῳ, quum illa hypobathra contigua sint nec plus quam quartam partem circuitus templi constituant. Igitur intelligo crepidinem templi universam cum gradibus. Vide *Fig.* IV. ε. V. μ. VI. μ. VII. γ.

f) Inde ab hac litt. usque ad §. 8. aliter olim coniunctae sententiae sunt, scripsitque Müller. sic:

τοῦ τοίχου τοῦ ἐκτὸς ἀκατάξεστα· γογγύλου λίθου
τετραποδίας ΓΙΙΙ τοῦ ἐν τῷ πρὸς [νότον τοίχῳ],
τετραποδίας [πέντε] τῆς παραστάδος,
τετραποδίας [ὀκτὼ] τοῦ πρὸς τὠγάλματος,
τετραποδίας [πέντε] ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος.
τὸν βωμὸν τοῦ θυηχοῦ ἄθετον.
τῆς ἐπορofίας σφηκίσκους καὶ ἱμάντας ἀθέτους ἐπὶ τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ.
ἔδει τοὺς λίθους ὀροφιαίους τοὺς ἐπὶ τῶν κορῶν ἐπεργάσασθαι ἄνωθεν κ.τ.λ.

Ubi γογγύλου λίθου ἀκαταξέστοις praemittitur generalis inscriptio: τοῦ τοίχου τοῦ ἐκτὸς etc. et tamen postea in singulis locis designandis refertur illud πρὸς τὠγάλματος, quod interioris parietis est; praeterea neque illud ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος est exterioris, neque ex Mülleri interpretatione illud τῆς παραστάδος: ne dicam p. πρὸς νότον τοίχῳ potius προστομιαίῳ legendum esse. Sic fere ista omnia non sunt τοῦ ἐκτὸς τοίχου, cui tamen subsumuntur. Praeterea hoc vide. Τοῦ ἐν τῷ προστ. et τοῦ πρὸς τὠγάλματος non refertur proxime ad vocem γογγύλου λίθου: quo si referretur, dictum foret etiam τοῦ τῆς παραστάδος: sed quoniam genitivus τῆς παραστάδος loci designationem continet, atque illi genitivo respondent hi, τοῦ ἐν τῷ προστ. et τοῦ πρὸς τὠγάλματος, manifesto ad hoc τοῦ repetendum τοίχου; et γογγύλου λίθου mente subintelligendum ex contextu, non ex illo articulo. Iam vero si verba ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος in eadem essent ratione posita, debebat τῆς προστάσεως vel τοῦ ἐν τῇ προστάσει dictum esse: unde mihi liquet haec verba non coniuncta esse γογγύλου λίθου designationi. Accedit quod, si ea verba praecedentis articuli fini apponas, desiderantur ea in sqq. τὸν βωμὸν τοῦ θυηκοῦ ἄθετον. Igitur haec omnia sunt aliter digerenda, atque ita quidem, ut loci designatio,

sicut solet, in singulis articulis praeponatur: et litt. *f*) quidem sola ad exteriorem parietem pertinet, *g–i*) autem ad interiora, deinde verba ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος, in quibus alia plane structura est, resecanda hinc, et praemittenda sequentibus illis, τὸν βωμὸν τοῦ θυηχοῦ ἄθετον: quo omnia, quae dixi, vitia evitantur. Simul addo hoc. In articulo τῆς ἐπωροφίας κ.τ.λ. inconcinne in fine additur notatio loci ἐπὶ τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ, eaque huic soli articulo, quum tamen sequens articulus illius ipsius loci sit; et ille sequens articulus insolito modo a voce ἔδει incipit, quae aptius post aliquot demum verba infertur. Quam vero incommode in hoc articulo ipso, ἔδει τοὺς λίθους ὀροφιαίους τοὺς ἐπὶ τῶν κορῶν ἐπεργάσασθαι ἄνωθεν, haec ἐπὶ τῶν κορῶν dicta sunt, quum iam ea ipsa ἐπωροφία, quae in priore articulo designatur, ex illa loci dispositione sit ἐπὶ τῶν κορῶν. Quodsi vera haec dispositio et explicatio esset, ita scribendum erat: Ἐπὶ τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ τῆς ἐπωροφίας τῆς ἐπὶ τῶν κορῶν σφηκίσκους καὶ ἱμάντας ἀθέτους. § τοὺς λίθους ὀροφιαίους ἔδει ἐπεργάσασθαι ἄνωθεν κ.τ.λ. ubi non opus erat repeti illud ἐπὶ τῶν κορῶν, ut nec posthac repetitur in verbis ἐπὶ τοῖς ἐπιστυλίοις. Patet igitur haec; τῆς ἐπωροφίας κ.τ.λ. addenda esse prioribus, neque haec de porticu Caryatidum dicta esse, sed subsumi praecedentibus verbis ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος; deinde novi loci designationem praemitti sequentibus: ἐπὶ τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ Κεκροπίου ἔδει τοὺς λίθους κ.τ.λ. Ita concinna omnia et apta sunt, quae antea inconcinna et perversa, faventque huic dispositioni etiam initia finesque versuum, maxime vs. 83–85. Vellem sane interpunxisset scriba; sed hoc non fecit. Nam lineola, primae versuum litterae hinc inde imposita, est quidem pro interpunctione quodammodo; sed inde tamen, quae disiungi debeant, non potest diiudicari, quum praesertim vs. 70. 71. uterque versus ea lineola instructus sit: nempe vs. 70. incipit quidem dictionem in se absolutam, sed loco in prioribus designato subiunctam, ut vs. 47. 90. deinde alius loci designatio incipit.

His ita constitutis litt. *f*) iudico designari γογγύλον λίθον nondum politum in pariete exteriore universo, sparsis fortasse hinc inde locis, in epicranitidibus partium iam exstructarum; neque iam opus est, ut is apponatur tab. V. litt. *y*. ap. Müller. (apud nos *Fig.* VI. τ et υ) in australi pariete: cuius loci partem occupavi §. 2. litt. *e*) nostri textus. Exempli causa apposui in pariete septentrionali, *Fig.* VII. δ.

g) Intellige: (τοῦ τοίχου) τοῦ ἐν τῷ προστ. (γογγύλου λίθου) τετραποδίας etc. Apographa omnia quum ducant ad lectionem ΓΡΟΣΤΟΜΙΑΙ, ob articulum τῷ scribendum est προστομιαίῳ, additis litteris ΟΙ, quarum locus in lacuna diserte notatus ap. Wilk. est. Mensura, addito ex Chandl. Ν, est τετραποδ. ΔΝ, hoc est aut ΔΙΙ, *ped.* 48, aut τετραποδίας ΔΥΟ; nam etsi paulo ante numerus ὀκτὼ siglis scriptus est, potest tamen, ut variant in his rebus tituli, δύο scriptum esse. Et praefero posterius. Vox nova προστομιαῖον formatur ex προστομία, de qua Pollux II, 90. ἡ δὲ εἰς ἄλληλα τῶν χειλῶν συμβολὴ προστόμιον (al. περιστόμιον) ἢ προστομία. Στόμα quum pro *ianua* dicatur, προστομιαῖον erit, quod labiis respondet, *antepagmenta cum supercilio.* Dicitur igitur de γογγύλῳ λίθῳ ad ianuam aliquam; ubi qui γογγύλος λίθος est, is dici potest esse τοῦ τοίχου τοῦ ἐν τῷ προστομιαίῳ. Quae tamen ianua sit, incertum est; una saltem, quae nondum collocata erat (§. 12 ε), excipitur, eaque nisi fallor est in prostylo: nec de interioribus ianuis dici videtur, quas mihi fingo iam perfectas fuisse. Sic relinquitur ea, quae in stoa maiore Pandroseum versus est; ita ut inscriptionis auctores, postquam exterioris parietis γογγύλον λίθον inspexerunt, introierint in stoam maiorem, eiusque ianuam examinaverint. Hanc vero eximie ornatam et operis Ionici specimen maxime insigne esse constat (vide Memorandum de Elginianis p. 25.); delinearunt comites Elgini, qui primus in porticum maiorem intromissus est; cuius intercolumnia rudi pariete clausa sunt, quod ipsa porticus pulveri pyrio asservando inservit. Ianuam magnificentissimam esse etiam Leakius testatur (Topogr. Athen. p. 265.). Nos nunc ex pulcherrima Lusierii delineatione particulam a Müllero inde petitam *Fig.* XIII. repraesentamus, ubi vides γογγύλον λίθον in hyperthyro (α). Cf. ad §. 2. *e*). Locus est *Fig.* VII. ε. In ea ianua singulare hoc est, quod antepagmenta cingit pars collateralis (β) hyperthyro ita respondens, ut antepagmenta supercilio. Nam locus γ non hyperthyrum est sed corona. Ceterum Hirtius προστομιαῖον putat Erechtheum esse.

h) Supple τῆς παραστάδος (γογγύλου λίθου) etc. Παραστὰς Schneidero ad Vitruvium VI, 7, 1. ubi de ea voce multa disputantur, singulari numero aliud esse videtur ac plurali; ut παραστὰς sit porticus vel schola: sed res est satis ambigua. Müllerus h. l. intelligit parietem ostio utrinque adiunctum pone prostylum; at hoc quoque dubium magnopere. Παραστὰς proprie est *anta*, quae ex Hirtii sententia est pila, in quam exit murus, qui in ea parte nulli alii muro iunctus sit: ut ναὸς ἐν παραστάσιν Vitruvio *templum in antis*. Una huius generis anta in hoc templo est ad porticum maiorem; in eam exit murus borealis in occidentem (*Fig.* I. *Z.*). Ea vero in vicinia est illius partis, quae litt. *g*) ex nostra explicatione designatur: quidni igitur in ea anta interiore et in adiecta parte parietis stoae interni ab anta usque ad ianuam una et altera tetrapodia γογγύλου λίθου nondum scalpta fuerit? Vide *Fig.* VII. ζ. Fortasse igitur supplendum: τῆς παραστάδος [τῆς ἔσω]. Sed incerta nostra quoque explicatio.

i) Supple (τοῦ τοίχου) τοῦ πρὸς τὠγάλμ. (γογγύλου λίθου) etc. Est in Minervio in pariete, quo illud a Pandroseo separatur, *Fig.* I. ad *M.*

§. 7. Ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος
a) τὸμ βωμὸν τοῦ θυηκοῦ ἄθετον·
b) τῆς ἐπωροφίας σφηκίσκους καὶ ἱμάντας ἀθέτους.
In porticu prope magnum ostium,
aram sacrificuli non collocatam;
tecti sphecisos et tigilla transversaria non collocata.

De contextus iunctura v. ad §. 6. *f*). Dicitur de stoa maiore s. septentrionali; sed mira est denominatio πρὸς τοῦ θυρώματος, quum etiam stoa Caryatidum et prostylum ianuis apposita sint. Anne igitur τὸ θύρωμα singulare aliquod genus ianuae designat? Haud dubie est ianua imprimis magnifica cum gradibus intus positis (*Fig.* I. *litt.* *X*.). Vide quae supra dixi. Nullo certe modo ἡ πρόστασις ἡ πρὸς τοῦ θυρώματος de prostylo explicari potest: nam prostyli et cellae unum et continuum tectum est; ut verisimile non sit tectum prostyli iam factum esse, quum cellae tectum nondum potuerit esse coeptum. Neque ara sacrificuli potuit in prostylo esse, quattuor minimum pedes longa et lata (§. 12.), sed in basi haud dubie latior, quum prostylum ipsum a columnarum basi usque ad spiram parietis non latius quattuor pedibus sit, et intercolumnia inter bases non sint multo maiora tribus pedibus.

a) Non θυηχοῦ ex col. II. vs. 95. scribendum est, sed θυηκοῦ, atque ita corrigendum etiam altero loco. Photio interprete θυηκόοι sunt οἱ ἱερεῖς οἱ ὑπὲρ ἄλλων θύοντες τοῖς θεοῖς: etsi ibi varia lectio θυηχόοι: sed etiam Hesychius habet θυηκόοι, ἱερεῖς; et analoga sunt θυοσκόος, πυρκόος, ἀπὸ τοῦ καίω. Ara est *Fig.* I. *W*. et *Fig.* V. *v*. *Fig.* VII. *η*.

b) Necessario haec de porticus maioris tecto intelligenda sunt; igitur σφηκίσκοι καὶ ἱμάντες non possunt denticuli cum taenia super epistyliis Caryatidum esse (*Fig.* VI. *ξ*. *Fig.* XII. *β*. *α*. ex Stuarti Tab. XVII. 1.), nec probabile est illos seorsim saxo excisos esse et deinde affixos. Ut porticus Caryatidum, ita maior stoa videtur prius ad aliquam perfectionem adducta esse; puto tecti tigna ex parte iam fuisse collocata; deficiebant corona cum aëtomate (§. 11.), canterii, templa et asseres, quibus tegulae incumbunt, tegulae ipsae, et praeterea hi σφηκίσκοι et ἱμάντες. Müllerus quidem eam partem muri septentrionalis, qua nondum perfecta stoae maioris tectum poni non poterat, infectam statuit; sed hanc difficultatem ad §. 10. argumentis etiam aliunde petitis removi. Itaque σφηκίσκους et ἱμάντας cum Wilkinsio, qui tamen haec ad porticum Caryatidum rettulit, de vinculis qualibuscunque interpretabar; sed essentne σφηκίσκοι *securiculae* (*Schwalbenschwänze*), ἱμάντες *uncini*, necne, non decernebam. Sic σφήκωμα esse δεσμὸν, συσφηκοῦν συνδεῖν, notarat Walpol. plura dant Lexica. Et ἱμάντας de vinctura dici, docet vel ἡ ἱμάντωσις, lignea vinctura in medio structurae ad continendos parietes (Hieronym. ad Habacuc. I, 2.). Denique etiamsi tigna tecti iam collocata erant, tamen deesse vincula poterant, tignis interim sese invicem continentibus. Attamen Hirtio potissimum monente reliqui hanc sententiam; verumque mihi nunc unice videtur, quod iam propono. Progredior autem a loco Polybii V, 89. ubi Rhodiis terrae motu afflictis Antigonus dicitur dedisse ξύλα ἀπὸ ἑκκαιδεκαπήχους ἕως ὀκταπήχους, εἰς σφηκίσκων λόγον, μύρια, στρωτῆρας ἑπταπήχεις πεντακισχιλίους. Quo loco σφηκίσκοι non magis pali sunt quam cunei: illud Schweighaeuserus, hoc Casaubonus putabat. Nam etsi grammatici, Suidas, Hesychius, Schol. Aristoph. Plut. 301. etc. σφηκίσκους interpretantur τὰ μικρὰ (Hesych. μακρὰ) τῶν ξύλων καὶ εἰς ὀξὺ συνηγμένα; tamen στρωτῆρες his coniuncti docent intelligi minora tecti tigna. Στρωτῆρες enim, Harpocratione et Suida interpretibus, sunt tigna minora, quae maioribus e transverso imponuntur, quod notavit iam Schweighaeuserus. Verba haec sunt: τὰ μικρὰ δοκίδια τὰ ἐπάνω τῶν δουροδόκων (Suid. δοκῶν) τιθέμενα. Plura Vales. ad Harpocr. ex quibus appono tantum haec ex Etym. M.: ἢ τὰ εἰς ὀροφὰς πεποιημένα, ἄλλοι δὲ πλέγμα ἀπὸ ῥάβδων εἰς ὄροφον πεποιημένον. Vides στρωτῆρας esse lacunaris. Δοκοὶ proprie sunt tigna tecti primaria, quae incumbunt epistyliis: super illis quae tigilla ponuntur, vulgo latiore sensu videntur στρωτῆρες dicta esse. Ita etiam in loco Theophrasti, quem citavit Schneiderus v. στρωτήρ, minora tigna, quae δοκοῖς inponuntur, στρωτῆρες audiunt; idemque videtur in loco Aristophanis a Schneidero expenso significatus vocis esse. Ex iis vero locis simul patet, στρωτῆρας in ipso lacunari conspici. Iam vero apud Polybium σφηκίσκοι et στρωτῆρες coniunguntur; haud dubie igitur similis sunt usus; et priores longiores, alteri breviores sunt. Ne dubita, σφηκίσκους et στρωτῆρας Polybii, notionibus accuratius distinctis dictos, contineri illis στρωτῆρσι latiore vocis vi appellatis. Sunt utrique tigilla tignis primariis imposita, σφηκίσκοι longiora, ἱμάντες breviora, illi in longitudinem, hi in latitudinem tecti positi. Porro σφηκίσκοι apud Polybium primo loco ponuntur, secundo στρωτῆρες, prorsus ut in titulo nostro σφηκίσκοι et ἱμάντες. Ne multa: in tecto stoae septentrionalis iam collocata erant tigna lacunaris primaria (*Fig.* XV. *α*.): his imponuntur longa tigna exiliora, ex quorum prominentia nati sunt denticuli, qui super zophoro in aedium facie apponi solent; haec longa tigna exiliora ut contineantur, transversaria tigna alia imponuntur, quae in aedium facie repraesentantur taeniâ, ex qua denticuli super zophoro pendere solent. Vide de hac re Hirtii Architect. Vett. Sect. VI. et imprimis p. 33. ac tab. III. fig. 4. Priora tigna exilia sunt σφηκίσκοι, qui iure primo loco memorantur; altera illa tigna breviora, quibus continentur priora, sunt στρωτῆρες Polybii s. magis technice dicti ἱμάντες. Vide illa *Fig.* XV. *β*, haec *γ*. Canterios et cetera deesse sponte patebat: satis erat dici, σφηκίσκους et ἱμάντας nondum collocatos esse, ut significaretur, quousque stoa in altum facta esset. Ceterum nec σφηκίσκοι neque ἱμάντες hi in exteriore facie conspicui in hac stoa sunt; respondent tamen illis, ut dixi, denticuli et taenia, qui solent super zophoro esse, et in porticu

Caryatidum super epistyliis appositi sunt. Vox ἐπωροφία aliunde non cognita videtur; significat ea aut tectum universim, aut lacunaris contignationem superiorem.

§. 8. Ἐπὶ τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ

a) ἔδει τοὺς λίθους ὀροφιαίους τοὺς ἐπὶ τῶν κορῶν III ἐπεργάσασθαι ἄνωθεν, μῆκος τριῶν καὶ δέκα ποδῶν, πλάτος πέντε ποδῶν.

b) Τὰς κάλχας τὰς ἐπὶ τοῖς ἐπιστυλίοις ἐπεργάσασθαι ἔδει ....

Ad porticum prope Cecropium debebant lapides tecti, qui supra puellas sunt, III *scalpi, in longitudinem ped.* XIII, *in latitudinem* V.

Conchulas in epistyliis perfici oportebat ....

De coniunctione formularum v. ad §. 6. litt. *f*). Dicitur nunc de porticu Caryatidum.

a) Κόραι, puellae ornatu Panathenaico, quae vulgo Caryatides: cf. Viscont. Mem. de Elg. p. 115 sq. Tectum factum est ex lapidibus quattuor in fronte stoae VI fere pedes longis; ita ut longitudo tecti sit in sima ped. 23, poll. 4, 6. mens. Angl. Igitur XIII pedum longitudo in fronte stoae porrigitur per duos lapides et partem tertii; nec video cur sigla III in IIII mutanda censeatur. Latitudo marmorum est plus quam XII pedum; sed impolita pars tantum V pedes lata est. Si longitudinem circiter XXIV, latitudinem fere XII pedum et semissis statuimus, superficies tecti, de qua agitur, erit pedum quadratorum circiter CCC, ex quibus LXV nondum politi. Nam locus de superficie tecti plana intelligendus est: hoc est ἄνωθεν. Partem impolitam designavi *Fig.* XIV. α.

b) Τὰς κάλχας, in summis epistyliis supra Caryatides. Κάλχην Hesychius exponit μέρος κεφαλῆς κίονος, quod huc non pertinet; sed sunt similes etiam in columnarum capitulis. Eas vide *Fig.* IV. ο. V. ο. VI. ο. et distinctius *Fig.* XII. γ. (ex Stuarti Tab. XVII. 1.).

PARS POSTERIOR.

Lapides operi parati §. 9 sqq.

§. 9. Λίθινα παντελῶς ἐξειργασμένα, ἃ χαμαί.

a) ΔI πλίνθοι τετράποδες μῆκος, πλάτος δίποδες, πάχος τριῶν ἡμιποδίων, ἄρυθμο[ι].

b) I μασχαλιαία μῆκος τετράπους, πλάτος τρίπους, πάχος τριῶν ἡμιποδίων.

* * *

Opus lapideum plane perfectum, quod humi iacet.

XI *lapides,* IV *pedes longi, lati* II *pedes, crassi sesquipedem, rationibus non congruis facti.*

I *lapis humeralis, longus* IV *pedes, latus* III *pedes, crassus sesquipedem.*

* * *

De huius §. ratione et lacuna, quae in ea est, dixi post §. 1. Cetera tractabo ad §. 10.

§. 10. [Λίθινα ἡμίεργα, ἃ χαμαί.]

* * *

a) .... τούτων ἑκάστου οὐκ ἐξείργασται ὁ ἁρμὸς ὁ ἕτερος οὐδὲ οἱ ὄπισθεν ἁρμοί.

b) ΔII μῆκος ἕκποδες, πλάτος δίποδες, πάχος ποδιαῖοι. τούτων ἑκάστου οὐκ ἐξείργασται ὁ ἁρμὸς ὁ ἕτερος οὐδὲ οἱ ὄπισθεν ἁρμοί.

c) Γ τετράποδες μῆκος, πλάτος δίποδες, πάχος ποδιαῖοι. τούτων ἑκάστου οὐκ ἐξείργασται ὁ ἁρμὸς ὁ ἕτερος οὐδὲ οἱ ὄπισθεν ἁρμοί.

d) I πεντέπους μῆκος, πλάτος δίπους, πάχος ποδιαῖος. τούτου ἀργὸς ὁ ἁρμὸς ὁ ἕτερος καὶ οἱ ὄπισθεν ἁρμοί.

[*Opus lapideum imperfectum, quod humi iacet.*]

* * *

....

Horum uniuscuiusque non perfecta est altera commissura, nec posticae commissurae.

XII *lapides, longi* VI *pedes, lati* II *pedes, crassi pedem. Horum uniuscuiusque non perfecta est altera commissura, nec posticae commissurae.*

V *lapides,* IV *pedes longi, lati* II *pedes, crassi pedem. Horum uniuscuiusque non perfecta est altera commissura, nec posticae commissurae.*

I *lapis* V *pedes longus, latus* II *pedes, crassus pedem. Huius altera commissura nondum inchoata est, nec posticae commissurae.*

De universae §. ratione et lacuna v. post §. 1. Lapides autem §. 9. 10. descriptos Müllerus imponebat parieti septentrionali sub epicranitidibus, ita ut lapides §. 9. litt. *a*) ab humero s. angulo apud prostylum disponerentur in parietinorum saxorum serie ea, quae sub epicranitidibus secunda est, in chorio, cui *Fig.* VII. adscripsi ι, et porrigerentur ab ipso apud prostylum angulari saxo, quod esset §. 9. litt. *b*), usque in ipsam porticum maiorem; deinde his imponerentur lapides §. 10. litt. *b*), collocandi in prima sub epicranitidibus saxorum parietinorum serie (*Fig.* VII. θ.), atque hi porrigerentur ab humero prostyli usque ad antam occidentalem porticus maioris, ubi cella desinit intrantes zophorum posticum porticus maioris; postremo lapides §. 10. litt. *c*) sub his ipsis disponerentur in zophoro postico illius porticus inde ab anta occidentali, apud nos *Fig.* VI. π. De §. 10. litt. *d*) nihil addit. Sed, ne de ceteris dicam, lapides §. 9. 10. non ita in titulo coniuncti sunt, ut in opere coniunxit Müllerus: intercedit enim lacuna haud exigua; deinde §. 10. aliud subiectum est atque in prioribus, non πλίνθοι, quae vox feminina propria de parietinis saxis, sed alia masculina: ut lapides plane diversi generis esse intelligas. Et alio praeterea illa dispositio nomine laborat. Nam ex ea in boreali pariete prima sub epicranitidibus saxorum series alta est pedem unum, altera sesquipedem; sed in opposito latere australi prima lapidum sub epicranitidibus series alta est sesquipedem (§. 2. litt. *a*, *b*): quum tamen per universum cellae ambitum necesse sit ordines lapidum convenire, et quae in eadem altitudine posita sunt saxa, ea aeque alta sive crassa esse, ne serierum turbentur ordines. Igitur de his lapidibus omnibus aliter statuendum est. Et primum, si paries septentrionalis nondum perfectus esset, lapides §. 9. litt. *a*, *b*), qui

soli πλίνθοι vocantur, solos dicerem parietinos muri borealis, et *b*) quidem angularem lapidem summum sub angulari epicranitide; sub quo alius angularis, sed ille iam collocatus: neque enim arbitrarer eius notitiam in lacuna perisse, quod non probabile est inferiores post superiores designatos esse. Iam vero undecim lapides §. 9. litt. *a*) non in una inde ab angulari lapide (litt. *b*) serie, eaque summâ disponeres: ita enim porticum maiorem ingrederentur, quae parietem iam perfectum habuit (§. 7. *b*): sed inter duas distribueres series, ut quinque essent in inferiore, sex in superiore. Vide *Fig.* VII. ubi μ esset lapis angularis ad prostylum iam collocatus; κ essent undecim illi lapides §. 9. *a*), et λ lapis angularis §. 9. *b*). Sic iam concineret ordinum eorundem in utroque latere templi altitudo, sesquipedalis utroque loco; nec lapides ultra progrederentur, quam ex prostylo usque ad parietem intergerinum Erechthei proprie dicti et Minervii. Attamen in hac re summa difficultas est. Primum enim sic dispositio tituli maxime laboraret: cur enim in prima parte magnus hic parietis defectus non notatus? Deinde ex §. 3. patet, zophorum praeter eos locos, qui §. 2. designantur, iam collocatum esse, excepta tabularum parte. Denique lapides hi peculiari nomine designantur: quod ex priore lectione est ἀπωμάται. Vox haec non est nota; si ἀπωμάτης adiectivum fuit, de quo dubito, tamen dicendum erat ἀπωμάτιδες: intelligitur enim πλίνθοι. Chandleri lectio ΑΡΙΘΜΟ ferri non potest; scripserit quidem aliquis ἀριθμὸν ΔΙ, sed hoc non est ex usu huius tituli. Müllerus dedit ἀπ᾽ ὤμου, ex Vitruv. IV, 8, 4. *columnis adiectis dextra ac sinistra ad humeros pronai facta est aedes Athenis in arce,* ut legendum notat; sed *humerus* videtur potius μασχάλη dictus esse architectis: unde μασχαλιαία denominata est, sc. πλίνθος. Ne multa, qui lapidem maxima cura examinarunt, consentiunt nunc, proxime ad Chandleri lectionem in lapide conspici ΑΡΥΘΜΟ, hoc est ἄῤῥυθμοι, non duplicata littera Ρ, ut modo ἀῤῥάβδωτος modo ἀράβδωτος extat §. 6. Ῥυθμὸν esse *convenientem* etiam immotarum rerum *formam et rationem* notum est; igitur πλίνθοι ἄῤῥυθμοι sunt lapides non rectis rationibus facti. Itaque hi lapides *reiecti* sunt. Haud dubie ii facti erant, ut in loco §. 2. *a*) et vicinis locis ponerentur: mensura enim eadem est: sed sepositi sunt, quod *non quadrarent accurate:* interim septem alii collocati erant, ut quattuor tantum adhuc ponendi superessent: reiecti vero, quod inter ceteros humi adiacebant, una cum reliquis in ipso initio descriptionis memorantur. Ita fit, ut non iam horum lapidum causa paries cum zophoro septentrionalis pro imperfecto habendus sit. Iam vero lapis §. 9. *b*) est ille ipse, qui §. 2. litt. *b*) ut nondum collocatus enumeratur; et sic deinceps in lacuna plurimi aut omnes lapides, qui §. 2. nondum positi dicuntur, ut perfecti videntur enumerati esse. Quamquam non nego illorum lapidum partem potuisse etiam in ἡμιέργοις ἃ χαμαὶ recensitam esse. Simul ita intelligitur, cur paries australis nondum perfectus sit: dilatum enim opus erat, quod lapides in eum usum parati vitio operarum male facti erant. Ceterum ut §. 9. lapides ii recensebantur, qui §. 2. dicebantur deficere, ita quae §. 7. *a*) deficere dicuntur, certe ex parte ut parata recensentur §. 12. *c*).

§. 10. non iam πλίνθοι sunt feminino genere, ut §. 9. sed aliud subiectum est. Quippe πλίνθοι sunt tantum parietis lapides: igitur nunc alii, non parietini lapides intelliguntur, masculino nomine instructi. Intellige λίθοι, ut §. 11. litt. *l*, *m*); et §. 8. *a*) hoc habes diserte. Mensura alia est ac §. 9. sunt enim hi lapides omnes *unum* tantum pedem alti. De epistyliis quum cogitari nequeat, solus superest zophorus, cuius saxa nondum collocata sunt in australi pariete ped. circiter LXVI (§. 3.), et in occidentali pedum circiter decem super deficientibus epistyliorum γογγύλοις λίθοις (§. 2. *f.* cf. ad §. 2. litt. *i*), *Fig.* V. ζ. VI. ζ. Iam vero zophorus altus est mens. Angl. 1′ 11″ 75, quod convenit fere mensurae bipedali; sed quod tabulis antefixis obtegebatur, potuit in altum ex binis lapidibus compositus esse, ut in aliis templis. Latitudo bipedalis non obest; tabulae enim antefixae tenues fuerunt. Quodsi zophorus in altum ex uno lapide factus est, de qua re non liquet, latitudo hoc loco erit in altum computanda, crassitudo in parietem transversum, ut §. 12. *c*), et tum duo saxa pedem crassa iuxta posita esse debent. Sed priorem rationem praefero, et ad eam solam comparabo, quae posthac de ἁρμοῖς dicam. Longitudo lapidum dispar, ut in γείσοις (§. 11.), atque in his vel in eodem parietis tractu (§. 11. litt. *k*). Hos igitur lapides omnes, qui §. 10. perscripti sunt, refero ad zophorum: longitudo eorum, qui supersunt, est pedum LXXXVII, pro zophori parte ped. XLIII longa; sed litt. *a*) periit numerus et mensura lapidum generis eiusdem. Ceterum in lacuna praeterea interciderunt epicranitides et epistylia (§. 2.) deficientia: sic a saxis parietinis (§. 9.) ad epicranitides, epistylia, dein ad zophorum (§. 10.) atque inde ad tectum (§. 11.) transitur aptissime; et zophori quidem et tecti lapides utpote post omnia collocandi adhuc infecti sunt.

Lapides hi et ceteri (§. 11: 12.) omnes imperfecti sunt; et his quidem (§. 10.) desunt aliquot ἁρμοί. Vox ambigua; possunt *margines planorum,* possunt *plana ipsa,* possunt *foramina* intelligi: ἁρμὸς est enim unaquaeque commissura vel quod commissurae inservit. Sed plana statim excludo; nam in posticis lapidibus plures ἁρμοὶ sunt, quum tamen, si plana intelligas, ne unus quidem in postico ἁρμὸς sit, quod planum posticum non committitur alii lapidi. Margines autem planorum singuli lapides duodenos habent: ex quibus quaterni antici potuerunt graphice elaborari, vel insuper etiam quaterni postici. Sed praeterquam quod hoc in zophori saxis fieri non potuit, nec quaternis anticis nec octonis (anticis et posticis) convenit dictio ὁ ἕτερος ἁρμὸς οὐδὲ οἱ ὄπισθεν ἁρμοί. Nam quum ὁ ἕτερος

opponatur τοῖς ὄπισθεν, necesse est praeter τοὺς ὄπισθεν fuisse tantum *binos*, ex quibus *alter* non perfectus. Igitur ἁρμοὶ nunc sunt *foramina*. Ex his sunt quidam ὄπισθεν, quod non potest nisi de interiore facie verticali lapidis intelligi. Sed ubi sunt illi duo alteri? An ἔμπροσθεν? Minime vero; nam ἔμπροσθεν est lapidis facies exterior verticalis, ubi nulla possunt foramina esse, nisi si uncinis firmatos lapides putes, quod factum esse non est verisimile. Nec de foraminibus tabularum firmandarum causa factis cogitari potest. Immo si illi ἁρμοὶ essent ἔμπροσθεν, dictum fuisset. Sed cur omnino non dictum est ubi sint? cur nihil opponitur illi voci ὄπισθεν? Nempe quod fieri non poterat: diversi enim plane generis ἁρμοὶ fuerunt. Haud dubie priores ἁρμοί, quorum alter primo loco memoratus est, foramina sunt intus facta et ἱμαντώσει inservientia (v. ad §. 7. litt. *b*): sed diversi omnino sunt οἱ ὄπισθεν ἁρμοί. Hi sunt ὀπαὶ zophori, in quas a tergo immitterentur tigna tecti; quae fuerunt opinor maxime in utroque fine lapidum, v. *Fig.* XVI. Ceterum non universam zophori altitudinem secant hi postici ἁρμοί, sed superiorem tantum lapidem pedalem et inferioris partem exiguam.

§. 11. Γεῖσα μῆκος τετράποδα, πλάτος τρίποδα, πάχος πεντεπάλαστα·

a) ΓΙΙ λεῖα ἐκπεποιημένα ἄνευ κατατομῆς.

b) Γ ἑτέρων, μέγεθος τοαυτόν, κυματίου καὶ ἀστραγάλου ἑκατέρου ἄτμητο[ι] ἦσαν τέτταρες πόδες ἑκάστου.

c) ΙΙ ἑτέροιν ἄτμητοι ἦσαν τοῦ κυματίου τέτταρες πόδες, τοῦ δὲ ἀστραγάλου ὀκτὼ πόδες.

d) Ι ἑτέρου τοῦ κυματίου τρία ἡμιπόδια ἄτμητα, ἀστραγάλου τέτταρες πόδες.

e) Ι ἕτερον τὴν μὲν λείαν ἐργασίαν εἴργαστο, τοῦ δὲ κυματίου ἀργοὶ πόδες ἦσαν ἓξ καὶ ἡμιπόδιον, ἀστραγάλου ἀργοὶ πόδες ὀκτώ.

f) [Ι] ἑτέρου κυματίου ἓξ πόδες ἀργοί, ἀστραγάλου ὀκτὼ πόδες.

g) Ι ἕτερον ἡμίεργον τῆς λείας ἐργασίας.

h) ΙΙΙΙ τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς, μῆκος τετράποδα, πλάτος τρίποδα, πάχος πεντεπάλαστα, λεῖα ἐκπεποιημένα ἄνευ κατατομῆς.

i) ΙΙ γωνιαῖα ἐπὶ τὴμ πρόστασιν τὴμ πρὸς ἕω, μῆκος ἕκποδε, πλάτος τετάρτου ἡμιποδίου, πάχος πεντεπάλαστω. τούτων τοῦ ἑτέρου ἡ λεία μὲν ἐργασία [ἐξ]είργαστο, τὸ δὲ κυμάτιον ἀργὸν ὅλον καὶ ὁ ἀστράγαλος· τοῦ δὲ ἑτέρου ἀργὸν κυματίου τρεῖς πόδες καὶ ἡμιπόδιον, τοῦ δὲ ἀστραγάλου ἀργοὶ πόδες πέντε.

k) Ἐπὶ τὸν τοῖχον τὸν πρὸς τοῦ Πανδροσε[ίου]·

[Ι] μῆκος ἑπτὰ ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, ἡμίεργον τῆς λείας ἐργασίας.

Ι μῆκος ἓκ ποδῶν, πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ παλαστῆς, πάχος πεντεπάλαστον, [ἐπὶ] τὸν τοῖχον τὸν πρὸς τοῦ Πανδροσείου. τούτου ἀστραγάλου ἄτμητοι πόδες πέντε.

l) ΓΙ αἰετιαῖοι τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς, μῆκος ἑπτάποδες, πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, πάχος ποδιαῖοι. οὗτοι ἡμίεργοι.

m) ΙΙ ἑτέρω, μῆκος πεντέποδε, πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, πάχος ποδιαῖοι. ἡμίεργοι.

n) Γεῖσα ἐπὶ τοὺς αἰετούς, πλάτος πέντε ἡμιποδίων, μῆκος τεττάρων ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, πάχος ποδιαῖα·

Ι τὴν λείαν ἐργασίαν ἐκπεποιημένον.

Ι ἕτερον ἡμίεργον τῆς λείας ἐργασίας.

Lapides coronae longi IV *pedes, lati* III *pedes, crassi pedem cum quadrante:*

VII *levi opere perfecti sine sectione.*

V *aliorum, eadem magnitudine; cymatii et astragali utriusque non secti erant in unoquoque pedes* IV.

II *aliorum non secti erant cymatii* IV *pedes, astragali* VIII *pedes.*

I *alius cymatii non secti* III *semipedes, astragali* IV *pedes.*

I *alius levi quidem opere factus erat, sed cymatii infecti erant pedes* VI *cum semisse, astragali infecti pedes* VIII.

I *alius cymatii* VI *pedes infecti, astragali* VIII *pedes.*

I *alius semifactus levi opere.*

IV *ex iis, qui ad stoam pertinent, longi* IV *pedes, lati* III *pedes, crassi pedem cum quadrante, levi opere perfecti sine sectione.*

II *angulares in porticum ad orientem, longi* VI *pedes, lati* III *pedes cum semisse, crassi pedem cum quadrante: horum alterius leve opus perfectum erat, cymatium autem totum et astragalus infecta; alterius infecti de cymatio* III *pedes cum semisse, astragali pedes* V.

In parietem ad Pandroseum:

I *longus* VII *pedes et semissem, latus* III *pedes et semissem, semifactus levi opere.*

I *longus* VI *pedes, latus* III *pedes cum quadrante, crassus pedem cum quadrante, in parietem ad Pandroseum: huius de astragalo non secti pedes* V.

VI *lapides tympani eorum, qui de stoa sunt, longi pedes* VI, *lati pedes* III *cum semisse, crassi pedem: hi semifacti.*

II *alii, longi* V *pedes, lati* III *pedes et semissem, crassi pedem: semifacti.*

Lapides coronae in fastigium, lati II *pedes et semissem, longi* IV *pedes et semissem, crassi pedem:*

I *levi opere perfectus.*

I *alius semifactus levi opere.*

Coniunxi hac §. omnia tecti saxa: deficiunt alia in parte certe superstite non enumerata. Recte Müllerus notat γεῖσα complecti ipsam coronam cum cymatio tum superiori tum inferiori subter proiecturam posito: utrique quum astragalus subditus sit, memoratur ἑκάτερον κυμάτιον et ἑκάτερος ἀστράγαλος; indeque fit, ut in lapide quattuor pedes longo de octopedali cymatio et astragalo dicatur, computato utroque. Primo loco γεῖσα VII, V, II, I, I, I, I memorantur, paria omnia: crassitudo est pedis et quadrantis, quum apud Stuartum vix pedis sit, quod etiam de γείσοις litt. *h*) monuit Müllerus. Haec uni generali indici subiunxi (litt. *a–g*), quod fieri debere apertum est. Longitudo est pedum LXXII, quae ipsa non multum abest quin singulorum maiorum laterum cellae in γείσοις longitudo sit: γείσων enim in utroque latere longitudo est

fere LXXVIII pedum. Iam vero utrinque sunt angularia, ex quibus quod in orientem est, id latum pedes III et semissem dicitur (litt. *i*). Igitur ubi occidentale statuas paulo angustius fuisse, pro reliquis γείσοις intermediis relinquuntur fere LXXII pedes, et probabile est haec fuisse parti septentrionali destinata, quae iam erat magis perfecta. Igitur haec apposui *Fig.* VII. ν. Separantur ea γεῖσα, quae prostyli (*i*), parietis fenestrati (*k*), stoae (*h*) sunt. Unde simul intelligitur *stoam* esse porticum maiorem s. septentrionalem: nam porticus Caryatidum tecto iam dudum instructa erat; prostyli autem mentio fit seorsim.

a) Accedo Müllero in distinguenda λείᾳ ἐργασίᾳ s. λεῖον ποιεῖσθαι et κατατομῇ s. τέμνειν. „Λεῖον ποιεῖται", ait, „si coronae facies plana caeditur et cymatii rotundatio indicatur; τέμνεται, si membra singula simata, undata, supinata ad normam cuiusque et amussim exiguntur." Nolim premas, quod p. 23. ad n. 9. dixi λειουργοὺς esse qui marmora *poliant*, quae in hoc nostro titulo sit λεία ἐργασία; *plana* efficiebant λειουργοί, haud dubie tamen ita, ut eadem et ipsi *polirent*. Ac vide ne hanc ob causam, quod planum opus solum est λειουργῶν, etiam n. 9. seorsim memorentur anaglypha (οἱ ἔκτυποι).

b) Τοαυτὸν p. ταὐτόν. Utriusque cymatii et astragali coniuncti longitudo est ped. VIII: dimidia infecta.

c) In utroque lapide dimidia pars amborum cymatiorum non secta, et uterque astragalus totus non sectus.

d) Astragali utriusque dimidia pars infecta.

e) Uterque astragalus nondum coeptus.

f) Vide var. lect. col. II. vs. 44. Astragalus uterque infectus.

h) In stoa maiore. Non necessarium haec sub αἰετοῖς poni; possunt etiam ad latera porticus referri. Apposui tamen cum Müllero *Fig.* VII. ο. Ceterum ad litt. *h, i, k*) ex superioribus repete vocem γεῖσα.

i) Ad prostylum, *Fig.* IV. η. VI. σ. VII. π. De lectionibus vide var. lect. col. II. vs. 58. 60. In verbis τοῦ δὲ ἑτέρου ἀργὸν in lapide haud dubie habetur ἀργόν (p. ἀργοί), errante lapicida ob praegressum τὸ δὲ κυμάτιον ἀργὸν ὅλον.

k) Ad parietem fenestratum, *Fig.* V. π. Prioris lapidis crassitudo omittitur negligenter; eius cymatia et astragalos intellige nondum coepta. Mox ἐκ ποδῶν, ad analogiam compositi ἔκπους (§. 10. *b*). Dein negligenter repetitur formula [ἐπὶ] τὸν τοῖχον τὸν πρ. τοῦ Πανδρ. quae iam posita erat. ΚΑΙ mutandum in ΕΠΙ, quod modo habuisti; κατὰ (cf. var. lect.) ferri nequit. Hic lapis alter perfectus erat praeter quinque astragalorum pedes.

l, m) De tympano porticus maioris, *Fig.* VII. σ. et τ. ubi exempli causa apposui. Wilkinsius: Αἰετιαῖοι, sc. λίθοι, *are the slabs forming the face of the tympanum of the pediment. The facing of this part of the building is done with vertical joints, one course of stone in height. Like the facing of the frize, the stone is that called Eleusinian.* Antefixae igitur tabulae Eleusiniaci lapidis sunt: sed hoc loco de saxis dicitur: tabulis enim tenuibus non conveniunt mensurae. Lapides tympani esse non dubium est. Sed quomodo quaeso tympani lapides possunt *tres pedes et semissem* lati esse per parietem transversum, quum paries et zophorus non sint latiores ped. II, epistylia certe non multo latiora? Immo ipsa fastigii γεῖσα, quae illis lapidibus imponuntur, non sunt latiora ped. II. et semisse (*n*), et γεῖσα stoae inferiora non latiora tribus pedibus (*h*). Quodsi πάχος nunc velis de latitudine accipere, et πλάτος illud pedum trium et semissis de altitudine (ut §. 12. *c*. πάχος latitudo est, opposito ὕψει), ne sic quidem quidquam promoveris: tum enim lapides hos non capiet tympani angustia. Ne multa, licet bis scriptum sit τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, erratum est, non tamen a lapicida, sed a scriba ipso. Lapides haud dubie habebant πλάτος τριῶν ἡμιποδίων: sed scriba cum Curatoribus circumcurrens dictata ex ore architecti excepta festinanter in libello annotabat, et notis s. siglis in ea re utebatur. Scribebat igitur fere ita: πλ. III ἡμ. hoc est: πλάτος τριῶν ἡμιποδίων. Deinde domi titulum in ordinem redigens notata sua falso ipse intelligens, ut fit in talibus, dedit πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, et errore non animadverso transiit hoc in lapidem.

n) Locum vulgo perturbatum rectius divisis formulis restitui: primum posita est generalis inscriptio de γείσοις super tympano; deinde duo saxa speciatim enumerantur, *Fig.* VII. υ. Non recte correctum est ἐκπεποιημένα, nec quidquam vitii inest in numeris, prout eos ex Chandl. dedi. Errat Wilk. qui eos inde a vs. 84. omnes uno versu altiores, quam debebant, positos esse iudicat, et vs. 86. siglam I (ipsi II) in Γ mutat, et hoc ad vocem θύραι refert, deinde IIII ad τούτων. Γεῖσον extat in Museo Britannico Elgin. n. 165. longum circiter 4′ 7″, altum s. crassum in antica parte fere 10″ 8‴, in postica paulo plus, latum nunc 1′ 7″. Mensura haec prorsus congruit his γείσοις de aëtomate, nisi quod minus latum illud fragmentum est. Quippe rescissa est pars non ornata, quae parieti incumbebat. Nam nisi latius illud γεῖσον fuisset, non potuisset tuto collocari.

§. 12. *a*) IIII θύραι λίθιναι, μῆκος ὀκτὼ ποδῶν καὶ παλαστῆς, πλάτος πέντε ἡμιποδίων. τούτων τὰ μὲν ἄλλα ἐξεπεποίντο, ἐς τὰ ζυγὰ δὲ ἔδει τοὺς λίθους τοὺς μέλανας ἐνθεῖναι.

b) I οὖς τῷ ὑπερθύρῳ τῷ πρὸς ἕω, ἡμίεργον.

c) Τῷ βωμῷ τῷ τοῦ θυηκοῦ λίθοι Πεντελεικοί,
III μῆκος τετράποδες, ὕψος δυοῖν ποδοῖν καὶ παλαστῆς, πάχος ποδιαῖοι.
I ἕτερος τρίπ[ους μῆκος] . . . .
. . . .

IV *lapides ostii, longitudine* VIII *pedum et quadrantis, latitudine* V *semipedum: horum cetera perfecta erant, supercilio vero debebant lapides nigri imponi.*

I *parotis hyperthyro ostii orientalis, semifacta.*

Arae sacrificuli parati lapides Pentelici,
III *longi* IV *pedes, alti* II *pedes et quadrantem, crassi pedem.*
I *alius,* III *pedes [longus]* ....
....

a) Non dici de quattuor integris ianuis, apertum est; nusquam enim integrae aedis partes commemorantur, sed lapides singuli: ac si quattuor integrae ianuae designarentur, quomodo iis hae, quae referuntur, mensurae aptandae fuerint, non video. Igitur ut θύρα etiam de tabulis (σανίσι) dicitur, ita postem s. lapidem ianuae designare videtur hoc loco; ut quattuor lapides intelligendos censeam, longos ped. VIII cum quadrante, latos (per parietem transversum) ped. II cum semisse; crassitudo, quae in antepagmentis debet per parietem directum computari et in supercilio in altum, non definita est. Unum ex his lapidibus constat esse *supercilium;* hoc est enim τὰ ζυγά: igitur supercilium ianuae fuit pedes octo cum quadrante longum. Unde liquet antepagmenta eiusdem ianuae lateralia debuisse multo altiora esse (v. Vitruv. IV, 6.). Quapropter si hi lapides unius omnes ianuae sunt, non possunt iis antepagmentorum nisi partes contineri: coniecerim autem haec quattuor saxa eiusdem ianuae supercilium, hyperthyrum, et utriusque antepagmenti partem superiorem esse. Ianua ipsa non videtur ex interioribus esse, quas probabile est iam fuisse perfectas (cf. ad §. 6. *g*): neque intellexerim ianuam in stoa maiore, quae mihi §. 6. *g*) significata videtur; quum praeterea ea stoa iam parte tecti instructa fuerit. Credo igitur de ianua ad prostylum dici, eâdem cuius deinceps parotis memoratur (*Fig.* IV. ι): neque tamen inde colligitur, quae ibi supra ianuam essent, nondum collocata fuisse; potuit enim super ianuae partibus deficientibus corona et epicranitis ex singulis lapidibus facta esse, et super his epistylium longius, quae parieti utrinque incumberent. Ceterum hi ianuae lapides magna ex parte facti erant eatenus, ut collocari possent: excipe politionem, quae post collocationem perficitur; praeterea supercilio nondum immissi erant *lapides nigri.* Müllerus haec ornamenta esse putat; Hirtius lapides duriores, in quibus versarentur cardines, qui supercilio infiguntur. Cavendum certe ne rosas, quae *Fig.* XIII. ε. in alia ianua cernuntur, huc trahamus: eae enim non in supercilio sunt, sed in hyperthyro et laterali cinctura antepagmentorum, quae respondet hyperthyro. De lapide Eleusiniaco, quem Wilkinsius hic quoque affert, prorsus non cogitandum.

b) De parotidibus s. anconibus ad hyperthyrum forium Ionicarum v. Vitruv. IV, 6. Dicitur de ianua apud prostylum. Parotidem ipsam vide in ianua Pandrosei *Fig.* XIII. δ.

c) Vide ad §. 7. *a*).

161.

Alopecae in ecclesia, fragmentum. Ex schedis Fourmonti edidi Oec. civ. Athen. tab. IV. n. 9. et explicui T. II. p. 260 sqq.

\ΝΕΩΣΟΡΙΧΑΙΚΕ
\ΧΑΛΚΙΑΘΕΡΜΑΝΤΗΡΙ
ΙΙΙΥΟΜΗΡΥΣΕΣΔΧΥΤΙ
ϹΑΛΚΩΝΚΡΕΑΙΔΕΞ
ΙΙΙΚΥΛΚΟΣΧΑΛΚΑΙΙΙΙΙ
ΡΙΙΙΚΑΛΟΙΧΑΛΚΟΙΙΙΙΙΚ
ΓΣΦΑΓΕΙΑΚΑΙΧΕΡΟ
.ΧΑΛΚΑΙΓΙΙΙΕΣΧΑΡ.ΙΧ
.ΛΚΟΣΙΠΙΝΑΚΕΟΧΑΛΚϹ
..ΜΟΘΟΝΕΣΧΑΛΚΟΙΔΗ
ΙΟΜΟΧΑΛΚΟΝΣΤΥΡΑ
\ΙΙΓΡΑΓΙΕΜΓΙΙΙΚΡΗ
ΙUΘΕ.ΑΛ.ΣΤΕ.Τ.ΡϹ..
ΚVΡΕΟΣΓΑΡ.ΛΟ.Α..
..ΙΣΝΕΔΙΕΥΣΕΓΡΑ..
ΕΜΙΔ.. ΑΡΑΟΝΗΔΙΟ

........νεως ὀρίχαλκ[ος ...
...Δ], χαλκία θερμαντήρι[α ...
...III, [ζω]μηρύσεις Δ, χύτ[ραι ...
.χαλκῶ [II]. κρεά[γρα]ι Δ, ἐξ[αυστηρ..
III, κύ[κλ]ο[ι] χαλκ[ο]ῖ IIII...
Γ]III, κάλοι χαλκοῖ IIH κ....
Γ, σφαγεῖα καὶ χειρό[νιπτρα ..
.χαλκαῖ ΓIII, ἐσχάρ[α]ι χ[αλκαῖ ..
.χα]λκοῦς I, πινακέ[ω] χαλκῶ [II..
.κ]ώθωνες χαλκοῖ Δ..
ἡθμῶ χαλκῶ [II]. στυρα...
.α II, ... ΓIII, κρη... *etc.*

Pro Ξ est ductus qui n. 135. Est index supellectilis culinae et mensae: igitur non donaria esse puto sed *bona publicata* (δημιόπρατα), quae partim Athenis in arce partim Eleusine tabulis proposita extitisse monui in Oec. civ. Ath. T. I. p. 212. quidni vero una et altera tabula etiam Alopecae vel in vicinia collocata fuerit? Similia multa ex Δημιοπράτων collectione ab aliquo docto facta affert Pollux lib. X. quae contuli l. c. T. II. p. 260. Vs. 1. ὀρίχαλκος p. ὀρείχ. ut passim in libris, e. c. ap. Polluc. VII, 100. Vs. 2. χαλκία substantivum esse videtur p. χαλκεῖα, addito θερμαντήρια, ut ἀνὴρ πολίτης. Sic in Inscr. Aeginet. extat

χαλκίον θερμαντήριον et χαλκίον ἐγλουτήριον; et ex nostra hac inscriptione in Δημιοπράτων librum recepta Pollux X, 66. ipsa verba χαλκία θερμαντήρια servasse videtur. Ita enim ibi legendum deleta interpunctione. Vs. 3. sunt ζωμηρύσεις, a ζωμήρυσις, ut ἐτνήρυσις, οἰνήρυσις: cf. Polluc. VI, 88. X, 98. Athen. X, p. 169. B. Casaub. ad Theophr. Char. 9. Ibidem χύτραι aut χύτροι legendum. Vs. 4. paulo audacius restitui: de vocibus v. Polluc. VI, 88. κρεάγραν, ἣν καὶ ἁρπάγην ἐκάλουν καὶ λύκον καὶ ἐξαυστῆρα. X, 99. καὶ ἐτνήρυσις καὶ ζωμήρυσις καὶ κρεάγρα καὶ ἁρπάγη καὶ λύκος καὶ ἐξαύστήρ. Cf. etiam VII, 25. X, 31. Athen. IV, p. 169. B. Vs. 6. κάλως s. κάλος est catena, quae est in culinae utensilibus (Polluc. X, 31.). Vs. 7. de σφαγείῳ et χειρονίπτρῳ cf. Polluc. X, 65. 90. 97. et de ἐσχάραις (vs. 8.) eundem X, 95. Mox vs. 9. πινακέω est p. πινακίω; intellige hic quoque supellectilem culinariam, licet Pollux X, 83. huius usus nullum exemplum in promptu habuerit. Κώθωνες noti ex Polluce et Athenaeo. Vs. 12. aut κρηπὶς aut κρητὴρ vel κρατὴρ scribendum. Reliqua intelligi non possunt.

162.

Marmor Elginianum Viscont. n. 63. Synops. Mus. Brit. n. 233. litteris satis perspicuis insigne. Edidit Osannus Syll. I, 31. p. 105. nos damus ex schedis Rosianis, ipsius Osanni et Mülleri.

. . . ΙΚΙΩΝΙΟΙ≤ΓΕΙ[ΤΟΝ
. ΠΡΑΧΟΔΗΜΗΤΡΙΑΚΟ[Ν - - - - - - - - - - - - - - - - Ο - -
ΤΩΝΚΑΛΟΥΜΕΝΟ≤ ΩΝΗ : ΑΓΝΟΘΕΟ≤
ΑΦΡΟΔΙ≤ΙΑΚΟΝ : ΕΠΙΘΡΑ≤ΥΛΛΩΙ : ΑΡ[ΤΕΜΙ≤ΙΑΚΟΝ - - - - - - - ΚΑΙΝΟ
ΤΟΜΙΑΝΑΦΡΟΔΙ≤ΙΑΚΟΝΕΝΤΟΙ≤ΕΔΑΦ[Ε≤ΙΤΟΙ≤ - - - ΗΛΙΟΥΑΝΙΟΝΤΟ≤Ο - - ΤΩΝΚΑΛΟΥ
ΜΕΝΟ≤ΔΥΟΜΕΝΟΥΤΟΕΡΓΑ≤ΤΗΡΙΟΝΤΟΔ[ΙΦΙΛΕΙΟΝΚΑΛΟΥΜΕΝΟΝ - - -
Ο]ΗΡΓΑΞΕΤΟΤΕΛΕ≤ΙΚΛΗ≤ΚΑΛΛΙΟΥΑΡΑΦ:
ΘΟΡΙΚΟΙ : ΔΗΜΗΤΡΙΑΚΟΝ : ΗΧΑΡΑΔΡΑΚΑΛΟΥΜ[ΕΝΗ
ΕΠΙΤΗ≤ΕΡΕΧΘΗΙΔΟ≤ΔΕΥΤΕΡΑ≤ΠΡΥΤΑΝΕ[ΥΟΥ≤Η≤ - - - - - ΤΟΕΡΓΑ≤ΤΗΡΙΟΝ
ΤΟΔΙΦΙΛΕΙΟΝΚΑΛΟΥΜΕΝΟΝΟΑΠΕΓΡΑΨΑΤΟ
ΩΝ : ΚΑΛΛΙΜΕΔΩΝΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥΚΟΛΛ : ΕΓΠΟ
ΑΝΑ≤ΑΞΙΜΑ .
Α]ΜΦΙΤΡΟΠΗ≤ΙΝΑΘΗΝΑΙΙΚΟΝΚΟΝΩΝΚΟΝ[ΩΝΟ≤
Α]ΘΗΝΑΙΙΚΟΝΚΑΙ≤ΥΝΤΟΜΑ≤ΑΜΦΙΤΡΟΠΗ[≤ΙΝ
Ο]ΔΟ≤ : ΗΛΙΟΥΔΥΟΜΕΝΟΥΟΔΟ≤ : ΑΝΙΟΝΤ[Ο≤
ΑΡΤΕ]ΜΙ≤ΙΑΚΟΝ : ΘΟΡΙΚΟΙΕΥΦΗΜΙΔΗ≤ΚΗ
ΕΝΤΟΙ≤]ΕΔΑΦΕ≤ΙΤΟΙ≤ΕΠΑΜΕΙΝΟΝΟ≤C
. . . . Κ]ΗΦΙ≤ΟΔΩΡΟΥΑΘΜΟ : ΗΓ
. . . . ΕΡΓΑ≤ΤΗΡΙΟ]ΝΠΑΛΑΙΟΝΑΝΑ≤Α[ΞΙΜΟΝ
≤Ι . . ΛΑΥΡ[ΕΙ
ΚΥΠ

Varietas lectionis schedarum. Vs. 1. Müller. ΚΙΩΝΙ etc. Os. ΙΚΥΩΝΙ, Ros. quod dedi. Vs. 2. Müller. ΠΡΑ≤Ο, Ros. ΡΑΧΟ, Os. ΡΑΧΑ. Vs. 3. Ros. Müll. ΓΩΝ: Os. ΤΩΝ. ≤ in voce καλούμενος solus Müllerus habet, ceteri lacunam. Interpunctionem et ultimum ≤ omittit Os. Vs. 4. Ros. Os. ΘΡΑ≤ΥΜΩΙ: Müll. pro Μ praebet ΛΛ, sed litteris artissime positis. Nihil hac commutatione notius: ut pro voce Δίδυμος Athenaeum XIII, p. 593. F. irrepserat Δίϋλλος, quem expellendum esse satis docuit Casaubonus, accedente Maussaco ad Harpocr. p. 91. ed. Gronov. neque enim cogitandum ibi de Diyllo Atheniensi, historiarum scriptore (Voss. H. Gr. p. 360.): quem adde Diyllis n. 147. Pryt. II. memoratis. Mox vs. 5. Müll. ΑΦΡΟ≤ΙΑΚΟΝ; in fine Os. Ε.Φ, Ros. ΕΔΑΦ, Müll. ΕΔ.Φ Vs. 6. Müll. ΙΜΕΝΟ≤; ceteri, ut dedi. Vs. 7. duo puncta addidi ex Rosii fide. Vs. 11. priorem interpunctionem ex Müll. inserui: tertiam a fine litteram Γ Ros. omittit, sed habent Müll. Os. hic ut incertam. Vs. 12. Os. ΑΝ≤ΑΞΙΜΑ. Vs. 16. extr. dedi ΚΗ ex Os. pro quo ΚΙ est ap. Ros. Müll. Vs. 17. Os. ΦΕ≤Ι, Müll. ΑΦΕ≤Ι, Ros. ¯ΛΛΦΕ≤Ι; unde concinnatum quod dedi. Ultimum vs. 17. ductum omittit Müll. Vs. 20. Ros. quod dedi; Os. habet ≤. . . . . ΛΑΥΡ, Müll. solum ΛΑΥΡ. Vs. 21. omittitur a Müll. In litterarum dispositione, quae non στοιχηδὸν facta est, Rosium potissimum secutus sum; omnia tamen apographa in eo consentiunt, ut marmor in sinistram latius non fuerit. Sigma, quantum ex Müll. et Ros. colligo, medium inter ≤ et Σ videtur esse. Verba haec esse videntur:

. . . Ι, κίων Ι, οἷς γεῖ[τον - - -]
. . . . . . Δημητριακὸ[ν - - - - - - - - - - - - ὁ - -]
των καλούμενος· ὠνη. Ἁγνόθεος - - -
Ἀφροδισιακόν. Ἐπὶ Θρασύλλῳ, Ἀρ[τεμισιακὸν - - -
- - καινο-]
τομίαν, Ἀφροδισιακὸν ἐν τοῖς ἐδάφ[εσι τοῖς - - -
- - ἡλίου ἀνιόντας ὁ - - των καλού-]
μενος, δυομένου τὸ ἐργαστήριον τὸ Δ[ιφίλειον καλού-
μενον - - -
ὃ] ἠργάζετο Τελεσικλῆς Καλλίου Ἀραφ. - - -
Θορικοῖ, Δημητριακόν, ἡ χαράδρα καλουμ[ένη - - -]
Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθηΐδος δευτέρας πρυτανε[υούσης - - -
τὸ ἐργαστήριον]
τὸ Διφίλειον καλούμενον, ὃ ἀπεγράψατο - - -
ὢν. Καλλιμέδων Καλλικράτου [Χ]ολλ. . . . . - - -
Ἀνασάξιμα·

᾿Α]μφιτροπῆσιν, ᾿Αθηναϊκὸν, Κόνων Κόν[ωνος - - -
᾿Α]θηναϊκὸν καὶ συντομὰς ᾿Αμφιτροπῆ[σιν - - -
ὁ]δός· ἡλίου δυομένου ὁδός· ἀνιόντ[ος - - -
᾿Αρτε]μισιακόν. Θορικοῖ, Εὐφημίδης Κη - - -
ἐν τοῖς] ἐδάφεσι τοῖς ᾿Επαμείνονος .... - - -
.... Κ]ηφισοδώρου ᾿Αθμο. Η[Ρ] - -
..... ᾿Εργαστήριο]ν παλαιὸν ἀνασά[ξιμον
- - - - σι.. Λαυρ[ει - - -
- - - - - Κυπ - - -

Viscontus quum monumentum hoc ad instaurationem viarum pertinere dixisset, ab illo inductus Sylloges editor vera tituli explicandi ratione excidit, quam paucis proponam. Etenim et hic et n. 163. exemplum habes *διαγραφῆς μετάλλων*, eorum quae latiore vocis usu *Lauria* dicuntur: de quibus peculiari commentatione uberius dixi in Commentariis Acad. Boruss. a 1814–1815. class. hist. et philol. p. 85–140. Quippe metalla Attica privatis, civibus et *ἰσοτελέσιν*, a republica venditione in perpetuam possessionem (*Erbpacht*) addicta sunt, non ad tempus locata, quod olim fecerant Romani (vide Comm. p. 111. ubi vs. 22. corrige *Zeitpacht*); et emptor *pretium* semel pro metalli possessione pendebat, ac perpetuo *vectigal* quartae et vigesimae metalli ex caminis provenientis. Venditioni praefecti erant Poletae. Harpocr. Suid. Phot. Lex. Seg. p. 291. v. *πωληταί: διοικοῦσι δὲ τὰ πιπρασκόμενα ὑπὸ τῆς πόλεως πάντα, τέλη καὶ μέταλλα καὶ μισθώσεις καὶ τὰ δημευόμενα* (cf. Comm. p. 113.). Qui ut *Δημιοπράτων*, ita venditorum indicem metallorum proponebant publice, ex ordine prytaniarum dispositum, simul limitibus uniuscuiusque metalli descriptis: et haec est *διαγραφή*. Harpocr. Suid. Zonar. v. *διαγραφή: ἡ διατύπωσις τῶν πιπρασκομένων μετάλλων, δηλοῦσα διὰ γραμμάτων, ἀπὸ ποίας ἀρχῆς μέχρι πόσου πιπράσκεται πέρατος.* Patet autem hanc inscriptionem quum Poletae conficerent, multa simul metalla esse vendita, ut Demosthenis aetate aliquando (v. Comm. p. 116.). Metalla ipsa iam Strabonis aetate deficiebant (v. Comm. p. 93. et adde Plutarch. de def. orac. c. 43.); quam superat haud dubie hic titulus: sed duae tantum temporis notae haud satis disertae insunt. Primum memoratur *τὸ ἐργαστήριον τὸ Διφίλειον καλούμενον*: unde liquet inscriptionem Lycurgi aetate recentiorem esse, quo auctore Diphilus metallorum possessor capitis damnatus est et bona eius publicata sunt. Deinde occurrit *Callimedon Callicratis f. Chollides*, ex eadem manifesto familia ex qua n. 101. *Callidamas Callimedontis f. Chollides.* Sed n. 101. antiquior videtur, Demostheneae fere aetatis; et probabile mihi Callimedontis patrem Callicratem fuisse fratrem Callidamantis, ita ut Callimedon Callicratis f. (n. 162.) fuerit nepos prioris Callimedontis (n. 101.), ab avo denominatus, sic:

Callimedon (n. 101.)
Callidamas (n. 101.) — Callicrates (n. 162.)
Callimedon (n. 162.)

Ita hic titulus poterit circa Olymp. 120–130. poni.

Latitudo scripturae non potest definiri, quod versus connecti non possunt; videtur tamen permagna fuisse. Vs. 1–8. metalla referuntur in prima prytania vendita. Vs. 1. cave de Sicyone vel Sicyoniis cogites: credo partes metalli designari, nec me ab hac sententia retrahit, quod in numeris (!) exspectes interpunctiones. *Κίονες* sunt *ὅρμοι* s. *μεσοκρινεῖς* (v. Comm. p. 102.). Dein limites designati erant: *οἷς γεῖτον* vel *γείτων* aut *γείτονες* etc. Vs. 2. prima vox superfuerit ex finium descriptione prioris alicuius metalli, cui vicinum sit *Demetriacum* vs. 8. descriptum; et fortasse ΓΡΑΧΟ, in quo Γ et Χ dubia, fuit *παρὰ τό.* Quattuor officinas (*ἐργαστήρια*) a deabus denominatas vides, *Δημητριακόν, ᾿Αρτεμισιακόν, ᾿Αφροδισιακόν, ᾿Αθηναϊκόν*; sive haec mera nomina sunt ex voto vel ob vicina sacella indita, sive deabus illis sacra illa metalla fuerunt, reditusque inde habuerunt templorum aeraria. Vs. 3. init. ex metalli designatione vel finium superest *των* vel *τῶν καλούμενος*; additur redemptor: *ὠνητὴς ῾Αγνόθεος* ... Vox *ὠνητὴς* decurtata est, ut vs. 11. *ὠν. Καλλιμέδων* etc. *᾿Ωνεῖσθαι* et *πρίασθαι* veteres dicebant de metallis, recentiores *μισθοῦσθαι* (v. Comm. p. 112 sq. 115. 116.); solet autem vox *ὠνητὴς* praescribi redemptoris nomini, ut n. 102. *ὠνηταὶ ᾿Αριστοφάνης Σμικύθου* etc. Deinde haud dubie pretium adiectum erat, ut vs. 11. 18. et n. 102. Vs. 4. init. *᾿Αφροδισιακὸν* ultima videtur vox ex limitum descriptione esse, ita ut hoc loco fines post redemptoris nomen positi fuerint. Quamquam de his rebus ambiguum iudicium est.

Vs. 4. a verbis *ἐπὶ Θρασύλλῳ* videtur alius metalli descriptio incipi; certe vs. 13. docet locum, ubi situm metallum, primum solere designari. *᾿Επὶ Θρασύλλῳ* esse in territorio Maroneae notavi in Comm. p. 89. non, ubi alii ponunt, Amphitropae, qui error ex prava distinctione ap. Aeschin. c. Timarch. p. 121. R. (p. 335. ed. Bekk.) fluxit: quamquam etiam Amphitrope in argentifodinarum regione sita. Locum ipsum Demosthenes adv. Pantaen. p. 973. 29. secundum libros omnes dicit *ἐπὶ Θρασύλλου*; sed ibi quoque Harpocr. v. ut apud Aeschinem legit *ἐπὶ Θρασύλλῳ*, et pronunciat hoc Atticum esse p. *ἐπὶ Θρασύλλου μνήματι.* Nomen metalli paulo confidentius supplevi ex vs. 16. ubi meo id iudicio in limitibus redit, *᾿Αρτεμισιακόν.* Vs. 5. limitesne an ipsius metalli nomen habeamus, nescio: nam etsi vs. 15. limites primo casu designantur, alibi tamen potest etiam accusativo hac in re locus fuisse. Ceterum certum est legendum esse *καινοτομίαν, metallum nuper coeptum* (cf. Comm. p. 102.), absonumque plane de lapicidinis sive aliis sive Piraeensibus cogitare, quae non sunt in cuiusquam hominis fundis. Ea *καινοτομία* videtur *Aphrodisiacum* esse, idem fortasse quod vs. 4. eaque erat in *fundis* nescio cuius, hoc est sub solo eorum fundorum. Vs. 6. superest ex confiniis descriptis; *δυομένου* dictum est sine *ἡλίου*: praecesserat igitur *ἡλίου ἀνιόντος* (cf. vs. 15.). Reliquum supplementum petii ex vs. 3. Vicina enim haec metalla fuisse omnia

videntur; unde saepe eadem in confiniis nominata redeunt. Τὸ Διφίλειον καλούμενον ex vs. 9. restituit Os. recte: v. de Diphilo vit. Lycurgi in X Oratt. vitt. p. 256. ed. Tub. Ἐργαστήριον dici metallum quodvis notum est: apposite Os. ex Walpol. Mem. p. 431. notat locum apud Thoricum etiam nunc εἰς τὰ ἐργαστήρια dici. Vs. 7. nominatur metallum, quod olim exercebat (ἠργάζετο pro εἰργ.) *Telesicles Calliae f. Araphenius.* Ne cogita de Hipponici gente, de cuius opibus egi in Oec. civ. Ath. T. II. p. 14 sqq. etsi enim Hipponicus III. Periclis aequalis metalla habuit (v. Comm. de Laur. 124 sqq.), eius tamen filius Callias dilapidaverat bona paterna: ut illius proles vix metalla exercuerit. Alius fuit Callias Cimonis affinis, ex metallico quaestu dives factus (Plutarch. Cim. 4. Nep. Cim. 1.): hunc enim ut olim ita etiamnunc post Clavierium (Mém. sur la famille de Callias, Comm. Inst. reg. Gall. Hist. et Litt. T. III.) et Meierum (de bonis damn. p. 121.) prorsus alienum ab Hipponici familia iudico. Certe plures Athenis Callias divites fuisse uno et eodem tempore, vel Pausan. X, 18, 1. docet: ex quo discas praeter Calliam Λακκόπλουτον Hipponici f. temporibus belli Persici florentem, alium eadem aetate vixisse, Lysimachidis f. qui ex ipso bello opes sibi paraverat. Alius rursum Callias in metallis Thoriciis minium (κιννάβαρι) invenit circa Olymp. 93, 4. de qua re egi Comm. de Laur. p. 97. Et fortasse huius filius fuit Telesicles, qui olim exercebat hoc metallum. Vocem ΑΡΑΦ: non explevi: demotica enim nomina in hoc titulo decurtantur. Vs. 8. Θορικοῖ adverbium esse ex Steph. Byz. notat Os. Aliud rursum videtur metallum appellari, *Demetriacum;* additur autem ἡ χαράδρα καλουμένη. Igitur aut plura fuere Demetriaca, ex quibus hoc unum est χαράδρας nomine dictum, aut verba ἡ χαρ. καλ. ad limites describendos pertinent, postposita plagae notitia, licet haec in ceteris locis praemittatur. Omnino hinc aliena est fossa (χαράδρα), cuius mentionem facit vit. Lycurg. l. c. p. 251.

Vs. 9. ubi secunda prytania incipit, aut πρυτανευούσης aut πρυτανείας legendum; vocem τὸ ἐργαστήριον addidi ex vs. 6. Diphileum deinceps memoratur, fortasse tantum in finium numero: quod aliquis ἀπεγράψατο, *scripsit, professus est,* quippe ut redemptor, qui id exercere vellet. Inscr. Orchom. ἀπογραφέσθη δὲ Εὔβωλον κατ' ἐνίαυτον, et: μεὶ ἀπογραφέσθω δὲ πλίονα τῶν γεγραμμένων. Auctor Oec. Aristot. II, 2, 5. ἀπογράψασθαι ἅπασι συνέταξαν τὰς οὐσίας, μὴ ἀθρόας εἰς τὸν αὑτοῦ δῆμον ἕκαστον. Cf. Meier. l. c. p. 202. Qui non ἀπεγράψαντο τὸ μέταλλον, obnoxii δίκῃ ἀγράφου μετάλλου. Suid. Zonar. ἀγράφου μετάλλου δίκη: οἱ τὰ ἀργύρεια μέταλλα ἐργαζόμενοι, ὅπου βούλοιντο καινοῦ ἔργου ἄρξασθαι (Zonar. ἅψασθαι), φανερὸν ἐποιοῦντο τοῖς ἐπ' ἐκείνοις τεταγμένοις ὑπὸ τοῦ δήμου (poletis), καὶ ἀπεγράφοντο τοῦ τελεῖν ἕνεκα τῷ δήμῳ εἰκοστὴν τετάρτην τοῦ καινοῦ μετάλλου. Diphileum tamen non novum metallum fuit: igitur videtur neglectum esse et postea ab alio repetitum, qui id professus sit. Vs. 11. redemptor alicuius metalli comparet: ὠνητής (v. ad vs. 3.) Καλλιμέδων Καλλικράτου Χολλείδης. De forma Καλλικράτου v. ad n. 45. Non ille Κολλυτεύς est, sed Χολλείδης, quod patet coll. n. 102. In litteris ΕΓΠΟ altera ab Os. ut incerta notatur: sed omnes falsae videntur, excepto fortasse Π. Notae sunt numerales, pretium redemptionis continentes, ut vs. 18. Cf. ad vs. 3.

Vs. 12. nihil deest, nec vox ἀνασάξιμα commode videtur potuisse prioribus adiuncta esse. Immo est *index generalis* ceterorum, quae in secunda prytania vendita sunt, metallorum, quae quidem omnia sint ἀνασάξιμα, quum priora ex alio fuerint genere; et convenit, quod vs. 19. unum ex illis diserte vocatur ἀνασάξιμον. Vox admodum obscura est; ex vs. 19. tamen colligo fuisse speciem vetustorum metallorum; unde dicitur ibi παλαιὸν ἀνασάξιμον: hinc etiam pretium exiguum (vs. 18.). Σάττειν propria vi est *firmiter et pressim imponere vel apponere, onerare, implere,* ut in milite armis onerato, et de iumentis (σάττειν ὄνον etc.): unde σάγμα *clitellae.* Ita terra, quae stipatur circum plantam, σάττεται περὶ τὸ φυτόν; et quae in saccum (σάκταν, σακτῆρα inde dictum) constipantur, vel in aliud quodvis vas, ea σάττονται: ut dicitur σάττειν εἰς ἀγγεῖα, ἀγγεῖα σαττόμενα, ἀγγεῖον ὕδατι σεσαγμένον, κεράμιον ψάμμῳ σεσαγμένον, quae praebent Lexica. Quodsi varia Lexica Graeca, ut Cyrilli ms. apud intt. Hesych. v. σάξαι et Etym. Gud. p. 496. 11. etc. τὸ σάξαι καὶ σάττειν explicant στρῶσαι et στρωννύειν, est hoc tantum de iumentis sternendis vel onere imponendo intelligendum. Eodem redeunt composita, κατασάττειν, παρασάττειν, περισάττειν, maxime de terra stipanda dicta; et ἐνσάττειν, *implere farciendo,* ut ἀλλᾶντα ἐνσάττειν (Alciphr. III, 7.); et ἐπισάττειν, e. c. ὄνον, ἵππον, quare explicatur ἐπιστρῶσαι (Hesych. v. ἐπισάξαι et intt.) et ἐπιγεμίσαι (Lex. Seg. p. 94.). Etiam ἀποσάττειν est *implere*: Harpocr. ἀποσάξαντα, ἀντὶ τοῦ φράξαντα τὸ τρῆμα καὶ ἀποπληρώσαντα, quod Herodoti auctoritate hodie non extante confirmat Harpocratio, sed Dinarchi Suidas et Lex. Seg. p. 435. Idem tamen etiam contrarium τῷ ἐπισάττειν est, *onus deponere* (v. Schneider. Lex. et Hesych. c. intt.). Sed neutra significatio aptari potest glossae Lex. Seg. p. 205. ἀποσέσχεν τοὺς ὅρμους τοῦ μετάλλου: ἀποσέξαι τὸ διασεῖσαι καὶ κινῆσαι (cf. Comm. de Laur. p. 102.): ut non intelligam, quomodo in illam vox ἀποσάσσειν et ἀποσάξαι nuper corrigendo inferri potuerit. Iam vero quid sit ἀνασάσσειν, plane ignoramus: nec quidquam lucramur ex glossa Philoxeni (Labb. Glossar. p. 12.) ab Os. collata: ἀνασάσσει, *luxatur.* In metallis ἀνασάσσειν de *sternendo* esse non potest; nec de lignorum in puteis cuniculisque structura et fulciendis cavernis σάττειν vel ἀνασάττειν dici posse; satis mihi videtur ex iis, quae dixi, manifestum esse. Contra σάττειν commode dicebatur de *egerenda ex metallis materia,* quod fit vasis implendis: ac si puteus rursum implebatur scoria et egerie inutili, quid hoc aliud erat nisi ἀποσάξαι? Denique si puteus obrutus denuo exercebatur, et iniecta materia, qua erat ἀποσεσαγμένος,

iterum egerebatur, nonne hoc dici potuit *ἀνασάξαι*? Igitur *μέταλλον ἀνασάξιμον* me iudice illud est, quod scoria et egerie completum sit, sicut hodie fit in puteis relictis, sed deinceps iterum exerceatur, quod illa materia olim abiecta retractanda esse videatur; et *ἐργαστήριον ἀνασάξιμον* aut talis est puteus, aut etiam locus caminorum, ubi egeries et scoria congesta sit, quae iterum tractari possit. Strabo IX. post initium: Τὰ δ' *ἀργύρεια τὰ ἐν τῇ* Ἀττικῇ *καταρχὰς μὲν ἦν ἀξιόλογα, νυνὶ δ' ἐκλείπει· καὶ δὴ καὶ οἱ ἐργαζόμενοι, τῆς μεταλλείας ἀσθενῶς ὑπακουούσης, τὴν παλαιὰν ἐκβολάδα καὶ σκωρίαν ἀναχωνεύοντες εὕρισκον ἔτι ἐξ αὐτῆς ἀποκαθαιρόμενον ἀργύριον, τῶν ἀρχαίων ἀπείρως καμινευόντων.* Vides *ἀναχωνεύειν* dici: quod priusquam fieret, debebant operarii materiam *ἀνασάξαι.*

Vs. 13. inter *ἀνασάξιμα* primum est Ἀμφιτροπῆσιν Ἀθηναϊκόν: Conon Cononis f. sitne redemptor an pristinus aliquando possessor, nescio. Amphitropen demum in metallorum regione situm esse, ex Aesch. c. Timarch. p. 121. recte interpuncto colligi non poterat: sed ex hac id inscriptione patet. Ita nunc quattuor in ea parte demos novimus, *Amphitropen, Thoricum, Anaphlystum*, et inter hos duos *Besam;* praeterea alios duos vicos, *Maroneam*, ubi locus ἐπὶ Θρασύλλῳ, et *Laurium;* postremo locum alium *Aulonem.* De his uberius dixi in Comm. de Laur. p. 86–91. de Besa nunc addenda est eximia Isaei auctoritas de Pyrrhi hered. p. 27. postquam Bekkerus ex libris restituit verum Βήσαζε (p. 34.). Ceterum Amphitrope quum Leontidis sit, ut Anaphlystus et Besa, his ipsis proximam fuisse Amphitropen probabile est; quum Thoricus contra sit Acamantidis. Nam etsi non omnes eiusdem tribus demi omnibus temporibus vicini erant, videntur tamen ab initio ii, qui vicini essent, in unam tribum coniuncti esse.

Vs. 14. Ἀθηναϊκόν, praesertim simpliciter dictum, vix potest aliud haberi ac vs. 13. Itaque necesse est vs. 13. extr. alius metalli nomen positum fuisse, et vs. 14. verba Ἀθηναϊκὸν *καὶ συντομὰς* Ἀμφιτροπῆ[σιν esse ex finium descriptione. Συντομὰς non videtur quartus pluralis casus, sed primus singularis, ut dicitur *ἡ ἀποτομάς*: sed vis vocis latet. Vs. 15. rursum fines habes, ex meridie vel septentrione ὁδόν, item ex occidente, ex oriente nescio quid. Vs. 16. Ἀρτεμισιακὸν aut metalli Thoricii nomen est (vs. 4. idem nomen supplevi, sed in metallo ἐπὶ Θρασύλλῳ, ut plane haec diversa esse possint), aut quod magis probo, ex finibus prioris metalli superest, quum consentaneum sit, officinae situm Θορικοῖ primum designari, ut vs. 13. Et quum non omnibus metallis necessario peculiare nomen fuerit, accuratioris definitionis causa sequitur continuo vel redemptoris vel pristini possessoris nomen: Εὐφημίδης Κη (e. c. Κηφισοδώρου etc.). Fortasse idem est qui vs. 18. Vs. 17. memoratur metallum in fundis Epaminonis (cf. vs. 5.). Vs. 18. Cephisodori f. Athmonensis certo est redemptor: nomen demi decurtatum est, ut supra. Additur pretium ΗΠ vel ΗΠ. Pretia metallorum Atticorum collegi Comm. p. 121. ampliora omnia: sed cogites hocce metallum esse *ἀνασάξιμον*: igitur non mirum id haud pluris vendi quam 150 dr. vel aliquot insuper. Vs. 19. aliud nominatur *ἀνασάξιμον.* Vs. 20. *Laurii* mentio fit, quo casu nescio. Dici Λαύριον et Λαύρειον, docui Comm. p. 86.

163.

Athenis, ex schedis Fourmonti.

. . . . . . Α Ι . Τ Ι Μ . . .
. . . . . Ε Ι Σ Ο Δ Ο Τ Ο . . .
. . . . Τ Ο Υ Κ Ι Ι . . Ν . . Κ .
. . . . Γ Ε Α Τ Ε Τ Ο . . . . .
. . . . Η Η Κ Λ . . . . Κ
. . Λ Κ Λ Ρ Γ Χ . . . .
. . . Ν . Μ Υ Λ Ι Κ . . . .
. . Α Π Ε Γ Ρ Α Ψ Α Τ Ο . . . Ι Ν Ο Τ . . Γ Α Ν Γ Ρ Ι Α
. Η Κ Ο Ν Ι Ν Τ Ω Ν . . . . . Λ . . . .
Σ . Ͱ Ε Ι Τ Α Ν Π . . . Σ Η Λ Η . . Ν Λ Ι Ν ο ο ∠
. Λ Ι Ο Γ Υ Ρ Ι . Σ Δ Υ Ο Μ Ε Δ Ι Α . . Ι Α Κ Λ Ι Ο . . C
Α Ν Ο Μ Ο Σ Δ Ι Ο Φ Ε Ι Ω Ν Ε Π Ι Τ Ω Ν Τ Ε Λ Π Ε . Υ .
. Α Ν Τ Ι Δ Ο Τ Ο Υ Ι . Ι Γ Α Σ Τ Η Ρ Ι Ε Ν Ν Ο Υ
Υ Λ Λ Ι Ω . . . .
. Ρ Α . Ι Λ Ε Ι Δ Ε Σ Σ Ω Σ . Τ . Ρ . Α . Τ Ι . . . Υ Λ Χ . Ρ
. Α Ρ Ι Κ . . . . ^ ^ Ε Ξ Ι Μ Ε Ν Ο Ι Π Ε Ρ Ι Α Σ
Ε Π Ι Τ Ι . Ι Α Ν

Fragmentum *descriptionis metallorum* foedissime habitum. Vs. 2. videtur nomen Εἰσιδότου (Ἰσιδότου) esse, vel Κηφεισοδώρου (Κηφισοδώρου, cf. n. 162. vs. 18.) ut Κηφεισιεὺς invenitur; vs. 8. est [ὃ] *ἀπεγράψατο*, *metallum quod professus est* .... (vide ad n. 162.); vs. 10. *γείτων* vel *γεῖτον*, de finibus; vs. 11. *δυομέ(δυομένου) διακρία καὶ ὁδός*, cf. n. 162. Διακρία h. l. est appellativum, non illud proprium, de quo ad n. 82. Vs. 12. vide ne lateat ὑπό]νομος, *cuniculus.* Vs. 13. Ἀντιδότου *ἐργαστήριον*; vs. 15. Ἡρακλείδης, et fortasse Σωστρατίδου Ἀχαρ[νεύς; vs. 16. an Ἀλεξιμένου? Vs. 17. fuit credo ἐπὶ τῆ[ς Α]ἰαν[τίδος ...... πρυταν. etc. cf. n. 162.

164.

Athenis in ecclesia Michaelis Archangeli. Ex schedis Fourmonti. Edidi Oec. civ. Athen. tab. VI. n. 16. et explicui T. II. p. 334 sqq.

ΝΕΞΑΑΓΟΡΑΝΕΠΙ
ΘΚΡΑΤΕΟΣΕΥΟΥ
ΟΥΝΑΥΣΙΘΕΟΚΛΕΟΣΘΕΟ
ΘΕΟΔΩΡΟΣ.ΔΔΔΓΡΡΙΙΙ
ΙΡΙΙΙΞΩΙΔΟΣΡΔΔΓ
ΙΡΙΙΙΑΡΙΣΤΟΚΙΤΟΣΜΕΜΝ.ΔΔΔΙΙΙ
ΤΥΦΝΟΣΚΑΑΔΔΔΓΡΡ⊢ΙΙΙ
ΛΓ⊢ΙΙΙΚΛΕΙΤΟΣΦ.ΣΔΔΓΡΡΙΙΙ
ΔΑΜΟΦΙΛΟΣΑΡΕΝΔΔΓ
ΠΥΡΡΟΣΑΡΙΣΤΙΩΝΝΔΔΓ
ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑΣΑΡΙΝΔΔΓ
ΚΑΛΛΙΑΣΟΛΥΜ.ΔΔΔ
ΓΡ⊢ΙΙΙ.ΔΙΦΙΛΟΣ.ΤΙ.Η.
ΜΙΚΥΘΟΣ.ΛΛ.ΔΔΔΓ⊢⊢ΙΙΙ
ΑΡΙΣΤΑΝΩΡΔΔΔΓ⊢⊢FΙΝ
ΑΓΡΙΡΥΛΙΣΩΝΓΥΡ.ΔΔΔΓ⊢..
ΛΙΣΩΝΓΥΡ.ΔΔΔΓ..

Nomina pleraque Dorica sunt; vs. 2. fortasse etiam terminatio *οκράτεος* non Attica scripta erat. Vs. 1. fortasse *ἀγορὰν* legendum; deinde potuerunt magistratus designati esse *ἐπὶ - - οκράτεος, Εὐθυ - - Ναυσιθέου, Κλεοσθέ[νεος.* Non tamen de publicis civitatis magistratibus cogitandum, sed collegii alicuius peregrinorum, fortasse *eranistarum.* Patrum eorum, qui recensentur, nomina decurtata sunt: in unoquoque designatur pecuniae summa, quam contulisse singuli videntur. Numeri, ut solent apud Fourmontum, hinc inde depravati sunt; plurimi sunt drachmarum $37\frac{1}{2}$, vel 75: ut videatur hoc simplum et duplum legitimum esse: vs. 13. centum drachmae comparent, ut ille aut sua sponte plus contulerit, aut vitiatus sit numerus: ubi vero minus $37\frac{1}{2}$ drachmis inscriptum est, corruptas notas esse non dubito. Pro Ρ multis locis est ⊢ restituendum. Postremo appono verba ipsa inde a vs. 4. retentis tamen ut plurimum notarum corruptelis.

... Θεόδωρος ΔΔΔΓ[⊢⊢]ΙΙΙ
..⊢⊢]ΙΙΙ Ζωΐλος ΡΔΔΓ
..⊢⊢]ΙΙΙ Ἀριστόκριτος Μέμν. ΔΔΔΙΙΙ
.. τυφνος Κα[λ]. ΔΔΔΓ[⊢⊢]⊢ΙΙΙ
Δ]Γ⊢ΙΙΙ Κλεῖτος Φ.σ. ΔΔΓ[⊢⊢]ΙΙΙ
Δαμόφιλος Ἀρε. [Ρ]ΔΔΓ
Πύῤῥος Ἀριστίων. [Ρ]ΔΔΓ
Ἀρισταγόρας Ἀρι. [Ρ]ΔΔΓ
Καλλίας Ὀλυμ. ΔΔΔ
Γ[⊢]⊢ΙΙΙ Δίφιλος .τι. Η.
Μίκυθος Αλ. (Λα.) ΔΔΔΓ⊢⊢ΙΙΙ
Ἀριστάνωρ ΔΔΔΓ⊢⊢[⊢ΙΙΙ]
ΔΓ⊢]... Αἴσων Πυρ. ΔΔΔΓ⊢..

Ultimus versus videtur ex priore esse repetitus. Vs. 6. in voce Ἀριστόκριτος litterae Κ brachium superius obliquatum apud Fourm. rotundatione insigne est, quasi Ρ per ligaturam appositum sit: quod in nostro exemplo non expressum.

CLASSIS TERTIA.

TITULI MILITARES.

165.

Monumenti Nointeliani s. Baudelotiani tabula prior. Hanc cum lapide n. 169. Marchio de Nointel, regis Galliarum apud Turcam tum orator, a. 1674. Gallandi et Giraldi opera sibi comparavit, qui tabulas pavimento ecclesiae Crucifixi (τοῦ Σταυρωμένου) insertas reppererant. Eae postea venerunt in manus Melchisedeci Thevenoti, Bibl. reg. custodis, post huius fata autem ad Car. Caes. Baudelotium, indeque in Museum Academiae Inscriptionum. Vide Montf. et Gallandi epistolam ad Graevium. Tabula quinque pedes regios longa, sesquipedem lata; litterae ut plurimum στοιχηδὸν exaratae, non tamen accurato ordine. Quinque priores versus aeri incisos dedit Montfauc. Palaeogr. Gr. p. 134. additis notis; cf. eundem Antiq. expl. Suppl. T. V. p. 6. Quattuor priores versus dederunt Benedictini Nov. Tract. Diplom. T. I. p. 626. cf. p. 636. Deinde universam tabulam edidit Maffeius Gall. Antiqq. sel. epist. XIX. p. 91 sqq. in primis versibus cum Montf. prorsus consentiens, et inde Murator. Nov. Thes. Inscr. T. II. p. DCCCLXXVIII. iterumque Maffeius Mus. Veron. p. CCCCVII sqq. Partem dedit ex Maffeio Corsinus F. A. T. I. p. 154 sqq. cf. eiusdem Nott. Gr. Prolegg. p. XVIII. Priores versus repraesentat Lanzius Sagg. di ling. Etr. T. I. tab. 1. cf. p. 106. et eosdem commentatus est Rosius Mus. crit. Cantabr. T. II. n. 7. 1821. p. 394 sqq. Lapis nunc in Museo Parisino servatur, Catal. Clarac. n. 222. p. 105. ubi transcripsit Rosius, cuius apographum damus, paucis ductibus auctum ex prioribus apographis. Iac. Sponius Misc. erud. antiq. p. 317. ubi alteram tabulam edidit, praeter hanc duo se fragmenta vidisse testatur, eodem modo quo n. 169. ὀρθογραφοῦυμενα; de formis litterarum in illis fragmentis nihil dicit, sed Pandionidis et Leontidis nomina iis contineri narrat. Quod quum in hanc n. 165. tabulam non quadret, dixeris Sponium hanc non vidisse. Sed idem ex illis fragmentis haec exempli causa nomina profert: ΚΑLLΙΧΣΕΝΟΣ, ΗΙΠΠΟΔΑΜΑΣ, ΗΙΕΡΟΝΥΜΟΣ, ΧΣΕΝΟΦΙLΟΣ, ΕΡΧΣΙΜΕΝΕΣ, ΗΥΠΕLΕΙΟΣ, ΔΙΟΝ, ΑΝΤΙΦΟΝ, ΧΣΕΝΟΚLΕΣ. Haec excepto Dione et Xenocle omnia n. 165. obvia sunt: ΗΥΠΕLΕΙΟΣ enim haud dubie male lectum est, fuitque ΗΥΠΕΡΒΙΟΣ (col. II. vs. 56.): videtur igitur Sponius etiam hanc tabulam vidisse, sed quod luto et quisquiliis obtecta esset, initium non conspexisse, indeque unum tantum et alterum nomen deprompsisse, Pandionidis autem et Leontidis nomina ex altero fragmento petiisse una cum Dionis et Xenoclis nominibus. Ceterum has tabulas n. 165. 169. et tertiam a Sponio memoratam eatenus diversorum monumentorum partes esse, ut nec n. 165. et 169. nec n. 169. et Sponianum fragmentum ineditum eiusdem monumenti partes sint, moneo ad n. 169. Sed idem fragmentum potuisse cum n. 171. iunctum esse, ad n. 171. dixi.

Ε R Ε Χ Θ Ε Ι Δ Ο Σ

ΗΟΙΔΕ:ΕΝΤΟΙ:ΓΟLΕΜΟΙ:ΑΓΕΘΑΝΟΝ:ΕΝΚΥΓRΟΙ:ΕΝΑΙΛ
ΥΓΤΟΙ:ΕΝΦΟΙΝΙΚΕΙ:ΕΝΑLΙΕΥΣΙΝ:ΕΝΑΙΛΙΝΕΙ:ΜΕΛΑRΟ

Τ Ο : Α Υ Τ Ο : Ε Ν Ι Α Υ Τ Ο :

ΣΤRΑΤΕΛΟΝ
Θ....ΧΟΣ
Γ...ΑLΕΟΝ
ΓΟLΥΣΤRΑΤΟΣ
..ΑΚΟΝΤΙΔΕΣ
..ΜΟΣΤPΑΤΟΣ
..ΜΕΑΣ
...LΕΙΔΕΣ
..ΚPΑΤΕΣ
..ΙPΕΔΕΜΟΣ
..ΕΣΙΑΣ
..ΕΣΑΝΔRΟΣ
.ΥΚΟΦRΟΝ
ΑΓΟLLΟΔΟRΟΣ
ΑRΙΣΤΟΤΕLΕΣ
ΕRΟΤΙΑΣ
ΔPΑΚΑLΟΣ
ΜΕΧΑΝΙΟΝ
ΦΙLΙΣΤΙΔΕΣ
ΤΙΜΟΛΕΝΕΣ
ΧΑRΙΣΑΝΔPΟΣ
ΜΕΝΕΚLΕΣ
ΜΕLΑΝΟΓΟΣ
ΚLΕΟΝΒRΟΤΟΣ
ΑPΙΣΤΟΚLΕΙΔΕΣ
ΘΟΚΥΔΙΔΕΣ
ΕΥΘΥΔΕΜΟΣ
ΚΑLLΙΚRΑΤΕΣ
ΑΦΣΕΦΕΣ
ΑPΙΣΤΕΙΔΕΣ
ΦΙLΟΔΕΜΟΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΤΟΣ
.ΟΦΙLΟΣ
.ΝΤΙΜΕΝΕΣ
.ΓΑΙΝΕΤΟΣ
.RΑΛΑΙΟΣ
ΔΙΟΛΕΝΕΣ
ΦRΥΝΟΣ
.ΤΕΣΙΑΔΕΣ
.ΟRΟΙΒΟΣ
.RΑΤΥLLΟΣ
.ΥΝΦΕRΜΙΟΣ
ΝΙΚΙΑΣ
LΥΣΙΚLΕΙΔΕΣ
ΦRΟΥRΑRΧΟΣ
ΧΑ...ΑΝΔPΟΣ
Ο....ΙΑPΑΤΟΣ
Σ....ΟΣ
ΜΝ...ΦΙLΟΣ
ΣΟΣΙΑΣ
ΑRΧΙΝΟΣ
LΥΚΙΝΟΣ
ΚΑLLΙΑΣ
ΜΝΕΣΙΛΕΝΕΣ
ΣΙΚΟΝ
ΑΜΦΙΜΕΔΕΣ
ΧΣΕΝΥLLΟΣ

ΦΑΝΥLLΟΣ
ΧR.ΝΙΟΣ
Ε.ΛΕΙΤΟΝ
ΑLΚΙΓΓΟΣ
LΥΣΙΚLΕΣ
ΚΕLΕΥΣΟΣ
ΕΥΘΥΔΕΜΟΣ
ΔΙΝΑΙΟΣ
ΦΙLΙΝΟΣ
ΚΑLLΙΚLΕΣ
ΝΑΥΣΙΚLΕΣ
.ΙΜΕΣΙΘΕΟΣ
.ΝΕΣΙΛΕΝΕΣ
ΓΟLΥΚLΕΣ
ΑLΕΧΣΙΑΣ
ΑΜΥΔRΙΓΓΟΣ
ΑΓΟLLΟΔΟRΟΣ
ΛΟRΛΙΑΣ
ΝΟΘΑRΧΟΣ
ΓΑRΜΟΝΙΔΕΣ
ΒΑΚΟΝ
ΓΙΘΟΝ
LΥΣΙΑΣ
ΣΟΣΤRΑΤΟΣ
ΦΙLΙΝΟΣ
ΦΙLΑΙΘΟΣ
ΦΙLΕΤΑΙRΟΣ
ΣΟΤΕLΕΣ
LΥΣΙΑΣ
ΑRΙΣΤΟΛΕΝΕΣ
ΦΙLΙΝΟΣ
ΔΙΟΤΙΜΟΣ
ΚΑLLΟΝΙΔΕΣ
ΚΑLLΙΧΣΕΝΟΣ
ΔΕΙΝΙΑΣ
ΣΜΙΚΥΘΟΣ
ΤΙΜΟΔΕΜΟΣ
LΥΣΙΣ
ΑΚΕΣΙΑΣ
ΕΓΙΧΑRΕΣ
ΗΙΕRΟΝΥΜΟΣ
ΑΝΑΧΣΙLΑΣ
ΧΑΙRΙΑΣ
ΗΕRΑΚLΕΙΔΕΣ
ΛΛΑΣΙΚLΕΣ
ΑLΚΑΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΤΟΣ
ΚΑLLΙΚLΕΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟRΟΣ
ΝΟΜΕΝΙΟΣ
ΧΣΕΝΟΦΙLΟΣ
ΗΥΓΕRΒΙΟΣ
ΗΑΛΝΟΝ
ΓΟLΥΧΣΕΝΟΣ
ΕRΧΣΙΜΕΝΕΣ
ΝΙΚΟΝ

ΑΚRΥΓΤΟΣ
ΤΙΜΟΚRΑΤΕΣ
ΑRΧΕLΑΣ
ΕΥΘΥΚRΑΤΕΣ
ΓΑΤRΟΚLΕΙΔΕΣ
ΑLΚΜΕΟΝΙΔΕΣ
ΛLΑΥΚΟΝ
ΔΕΜΟΝΙΚΟΣ
ΑΝΑΧΣΙΔΟRΟΣ
ΛLΑΥΚΟΝ
ΓRΟΚLΕΣ
ΑΝΤΙΦΟΝ
ΑΝΑΧΣΙLΑΣ
ΑRΧΕΓΟLΙΣ
ΚΑLLΕΑΣ
ΘΑLΙΑRΧΟΣ
ΦΙLΟΝΙΧΟΣ
ΕΥΚLΕΙΔΕΣ
ΔΙΟΔΟRΟΣ
ΝΙΚΑRΧΟΣ
ΕΓΙΤΕLΕΣ
ΚΥΒΟΝ
ΧΑΙRΙΑΣ
ΔΕΜΕΤRΙΟΣ
ΑRΧΕΣΙLΑΣ
ΕΥΘΟΙΝΟΣ
ΔΕΜΕΤRΙΟΣ
ΛΟRΛΟΝ
ΣΤRΑΤΟΝ
ΑRΙΣΤΟΦΑΝΕΣ
ΛLΑΥΚΟΝ
ΦΥΣΟΝΙΔΕΣ
ΗΑΛΝΟΔΕΜΟΣ
ΔΙΟΚLΕΣ
ΦΑΝΟΣΤRΑΤΟΣ
ΕΥΜΕΝΙΟΣ
ΘΕΟΔΟRΟΣ
...ΥLΕΟΣ
..RΔΟΝ
..ΙΧΑRΕΣ
Ε.ΔΟΧΣΟΣ
ΓΟLΥΞΕLΟΣ
ΛLΑΥΚΙΑΣ
ΕΓΙΛΕΝΕΣ
ΑΝΤΙΧΑRΕΣ
ΦΙLΙΣΤΙΔΕΣ
ΑΜΦΙΚLΕΙΔΕΣ
ΦRΟVRΟΣ
ΤΙΤΟΝ
ΕΥΒΙΟΣ
ΚΑLLΙΒΙΟΣ
ΣΜΙΚRΟΣ
ΝΕΑΙΟΣ
ΕRΛΟΤΕ
ΦΟΚΙΟΝ
ΑRΑΙΟ

ΣΤRΑΤΕΛΟΣ:ΕΝΑΙΛΥΓΤΟΙ
ΗΙΓΓΟΔΑΜΑΣ·
ΕΥΘΥΜΑΧΟΣ:ΤΕLΕΝΙΚΟΣ
ΕΥΜΕLΟΣ :ΜΑΝΤΙΣ
ΑΝΔRΟΣΘΕΝΕΣ
ΤΟΧΣΟΤΑΙ:ΦRΥΝΟΣ
ΤΑΥRΟΣ
ΘΕΟΔΟRΟΣ
ΑLΕΧΣΙΜΑΧΟΣ

Varietas lectionis. Vs. 1. primum E ex Montf. praemisi; vs. 2. ex eodem dedi ΚΥΓΡΟΙ⁝, quum hodie omissa distinctione legatur ΚΥΓΡΟΙΝ, quod Ros. recte iis imputat, qui litteras omnes rubro pinxerunt. Praeterea vs. 2. in Rosii apographo mecum communicato post ΕΝΤΟΙ et post ΑΓΕΘΑΝΟΝ omittitur distinctio, quam Montf. p. 138. diserte affirmat ibi esse, ubi ex illius tabula a nobis posita est: hodie potest detrita esse. Vs. 3. omnes ΑΛΙΕΥ ϟΙΝ, sine spiritu, quod illa aetate notabile; sed v. ad n. 170. Ibidem in fine Montf. et, qui cum eo consentit in his versibus, Maff. diserte ΜΕΛΑΡΟϟ (etiam cum angulari P, quod inde reposui pro Rosii R), et init. vs. 4. ΕΝ⁝ΤΟ⁝; ipse tamen Maffeius in Museo Veronensi ϟ detritum esse fatetur, idque omnino non legi testantur Bimardus, Rosius, Thierschius Act. philol. Monac. T. II. F. III. p. 406. Et hic quidem adesas litteras superesse has testatur: ΑΙΛΙΝΙ⁝.. ΜΕΛΑΡΟ, et vs. 4. abesse ΕΝ, quod etiam Ros. omittit. His auctoribus confisus abieci et istud ΕΝ vs. 4. et finale ϟ, in quibus et alii haeserant et haesi olim ipse. Nam in Catal. lect. aestiv. Univ. Berol. a. 1815. scribendum conieceram Μεγάροις ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ, vs. 4. punctis ⁝ ter in Ι mutatis; et in idem incidit Osannus Syll. p. 21. qui praeterea Μεγαροῖ volebat. Thierschius coniecit καὶ Μεγάροις; ego ap. Müller. Aegin. p. 179. dedi ἐν Μεγάροισιν, ut ΕΝ vs. 4. ex ΙΝ natum videretur; inserui autem ἐν ante ΜΕΛΑΡΟ, secutus Thierschii descriptionem. Sed ΕΝ ante ΜΕ ΛΑΡΟ neque esse neque unquam fuisse diserte notat Maffeius. Itaque cum Rosio et Osanno Μεγαροῖ supplendum videtur medelâ lenissimâ. Bimard. et Lanz. Μεγάροις τε, pessime; nec tamen meliores Montfauconii et Maffeii rationes, quas referre taedet. Denique abiecto (vs. 4. initio) altero isto ΕΝ ante ΤΟ, manifesto legendum est τοῦ αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ, quod et ego (ap. Müller. l. c.) et Thierschius commendavimus. Vs. 4. interpunctiones omittit Ros. fortasse verius: nolui tamen in hac re a Montf. et Maff. discedere. In nominum catalogo Ros. haud raro plures litteras exsculpsit quam Maff. sed haec annotare putidum est: igitur tantum ea refero, quae ex Maff. addidi vel mutavi, et ex ceteris Maffeii varietatibus potiores. Col. I. vs. 5. Ros. .Τ..ΤΕ ΛΟΝ, Montf. Maff. ϟΤRΑΤΕΛΟΝ. 11. et Ros. et Maff. .. ΜΕΑϟ; nec recte Osann. Syll. p. 62. corrigit ΚΑLLΕΑϟ: fuit aut Δημέας aut Τιμέας. 20. Maff. ΚΟΤΙΑϟ. 22. Ros. ΜΕΚΑΝΙΟΝ, Maff. .ΕΧΑΝΙΟΝ, unde Χ recepi. 27. Maff. ΜΕLΑΝΟΡΟϟ, 35. ΙϟΟ ΔΕΜΟϟ, 37. ...ΟΙLΟϟ, 42. ΟΡΥΝΟϟ. Mox alicubi litteram L addidi ex Maff. ubi Ros. lacunam habebat. Vs. 58. Maff. ΜΝΕϟΙΜΕΝΕϟ. Vs. 62. apud Maff. maioribus litteris scribitur. Vs. 66. 67. bis dedi Ͷ ex Maff. qui ita scriptum esse diserte testatur: nec raro Ͷ et Ν in marmoribus promiscua sunt; idem vs. 67. Ι pro Υ, vitiose, et inde a vs. 63. omittit interpunctiones, ac verba ΤΕLΕΝΙΚΟϟ et ΜΑΝΤΙϟ longius ad dextram removet: vs. 67. 68. autem Σ pro ϟ scriptum narrat; quod mihi incredibile prorsus, quum tantae in Atticis titulis inconstantiae nullum norim exemplum. Nec sic Rosius. Col. II. vs. 5. Montf. Φ, Ros. Φ. 8. Maff. Γ (hoc est Λ) ... ΚΙΓΓΟϟ. Vs. 9. vacuus apud Rosium; dedi Maffeianum. Vs. 10. ubi ex Maff. L dedi, Ros. lacunam habet. Vs. 11. Maff. Θ, Ros. Φ. Vs. 25. Maff. ΕΑΚΟΝ; vs. 31. et 38. finale ϟ ex Maff. addidi. Vs. 56. Maff. habet ΗΥΓΕΡΛΙΟϟ (hoc est ΗΥΓΕRLΙΟϟ); Sponius legerat ΗΥΓΕLΕΙΟϟ. Vs. 58. Maff. ΓΟLΥΧϟΕΝΟϟ; Ros. ΓΟLΥΧΕΝΕϟ, nisi ego in schedis illius, quae nunc non praesto sunt, transcribendis falsus sum. Col. III. vs. 5. Montf. R, Ros. R, vs. 7. Maff. ΑΡΚΕLΑϟ, 20. ΘΑLLΙΑRΧΟϟ. Vs. 21. et 22. ϟ finale ex Maff. est, item vs. 28. Vs. 29. et Ros. et Maff. ΑRΧΕϟΙLΑϟ, quo, si verum est, defenditur ea vox n. 2. ubi v. not. Vs. 31. ϟ finale ex Maff. addidi. Vs. 37. Maff. ΗΑΛΑΘΟΔΕΜΟϟ, quod correxi ex Ros. cf. Osann. Syll. p. 25. Vs. 38. Ros. Λ pro L, haud dubie errore. Vs. 43. Maffeius ...... ΑΟΝ. Vs. 50. ex Maff. ϟ, et vs. 51. ex eodem Εϟ addita sunt. Vs. 54. Maff. ΕΥΛΙΟΣ, hoc est ΕΥLΙΟϟ: idem vs. 58. ΕRΛΟΤΕϟ, non recte credo. Vs. 60. Maff. ΑΚΑ .... Θ ... Ceterum vs. 1. et 3. et quantum ex Maffeio video, etiam vs. 62. maioribus litteris scripti sunt. Nunc accipe titulum quantum licet restitutum.

Ἐρεχθηΐδος

οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον, ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν Φοινίκῃ, ἐν Ἁλιεῦσιν, ἐν Αἰγίνῃ, Μεγαρο[ῖ], τοῦ αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ· (uno eodemque anno)

στρατηγῶν, - -	Φάνυλλος.	Ἄκρυπτος
φ[ύλαρ]χος, - -	Χρ[ό]νιος.	Τιμοκράτης
Π[αντ]αλέων	Ε[ὔ]γείτων	Ἀρχέλας
Πολύστρατος	Ἄλκιππος	Εὐθυκράτης
[Δρ]ακοντίδης	Λυσικλῆς	Πατροκλείδης
.. μόστρατος *)	Κέλευσος	Ἀλκμεωνίδης †††)
.. μέας **)	Εὐθύδημος	Γλαύκων
[Εὐκ]λείδης	Διναῖος	Δημόνικος
.. κράτης ***)	Φιλῖνος	Ἀναξίδωρος
[Χα]ιρέδημος	Καλλικλῆς	Γλαύκων
.. ησίας ****)	Ναυσικλῆς	Προκλῆς
.. ήσανδρος †)	[Τ]ιμησίθεος	Ἀντιφῶν
[Λ]υκόφρων	[Μ]νησιγένης	Ἀναξίλας
Ἀπολλόδωρος	Πολυκλῆς	Ἀρχέπολις
Ἀριστοτέλης	Ἀλεξίας	Καλλέας
Ἐρωτίας	Ἀμύδριππος	Θαλίαρχος
Δράκαλος	Ἀπολλόδωρος	Φιλόνι[κ]ος
Μηχανίων	Γοργίας	Εὐκλείδης
Φιλιστίδης	Νόθαρχος	Διόδωρος
Τιμογένης	Παρμονίδης	Νίκαρχος
Χαρίσανδρος	Βάκων	Ἐπιτέλης
Μενεκλῆς	Πίθων	Κύβων
Μελάνωπος	Λυσίας	Χαιρίας
Κλεόνβροτος	Σώστρατος	Δημήτριος
Ἀριστοκλείδης	Φιλῖνος	Ἀρχεσίλας?
Θουκυδίδης	Φίλαιθος	Εὔθοινος
Εὐθύδημος	Φιλέταιρος	Δημήτριος
Καλλικράτης	Σωτέλης	Γόργων
Ἀψήφης	Λυσίας	Στράτων
Ἀριστείδης	Ἀριστογένης	Ἀριστοφάνης

Φιλόδημος	Φιλῖνος	Γλαύκων
Κηφισόδοτος	Διότιμος	Φυσωνίδης
[Σ]ώφιλος ††)	Καλλωνίδης	Ἁγνόδημος
[Ἀ]ντιμένης	Καλλίξενος	Διοκλῆς
[Ἐ]παίνετος	Δεινίας	Φανόστρατος
[Ἀ]ργαῖος	Σμίκυθος . ..	Εὐμένιος
Διογένης	Τιμόδημος	Θεόδωρος
Φρῦνος	Λύσις	. . . ύλεως
[Κ]τησιάδης	Ἀκησίας	[Κέ]ρδων
[Κ]όροιβος	Ἐπιχάρης ..	[Ἐπ]ιχάρης
[Κ]ράτυλλος	Ἱερώνυμος	Ε[ὔ]δοξος
[Σ]υνφέρμιος	Ἀναξίλας	Πολύζηλος
Νικίας	Χαιρίας	Γλαυκίας
Λυσικλείδης	Ἡρακλείδης	Ἐπιγένης
Φρούραρχος	Ἀγασικλῆς	Ἀντιχάρης
Χα[ρίσ]ανδρος	Ἄλκας	Φιλιστίδης
Ο. . . . ιάρατος	Κηφισόδοτος	Ἀμφικλείδης
Σ. . . . ς	Καλλικλῆς	Φροῦρος
Μν[ησί]φιλος	Κηφισόδωρος	Τίτων
Σωσίας	Νουμήνιος	Εὔβιος
Ἀρχῖνος	Ξενόφιλος	Καλλίβιος
Λυκῖνος	Ὑπέρβιος	Σμῖκρος
Καλλίας	Ἅγνων	Νεαῖος
Μνησιγένης	Πολύξενος	Ἐργοτέ[λης]
Σίκων	Ἐρξιμένης	Φωκίων
Ἀμφιμήδης	Νίκων	Ἀραιο . . .
Ξένυλλος.		

Στρατηγὸς ἐν Αἰγύπτῳ,
Ἱπποδάμας.
Εὐθύμαχος Τηλένικος,
Εὔμηλος μάντις.
Ἀνδροσθένης.
Τοξόται, Φρῦνος
Ταῦρος
Θεόδωρος
Ἀλεξίμαχος.

*) Vel Δημόστρατος vel Τιμόστρατος. **) Δημέας aut Τιμέας. ***) Εὐκράτης vel Σωκράτης. ****) Κτησίας, Ἀγησίας. †) Credo Στήσανδρος. ††) Vel Σοφίλος. †††) Vide ad n. 49.

Tabula haec haud dubie in Ceramico extra urbem posita erat, ubi publica sepulcra: videritne eam Pausanias necne, non diiudicaverim; eorum quidem, qui Megaris occubuerint, mentio (I, 29, 10.) huc non pertinet, sed ad bellum Peloponnesiacum, et οἱ πλεύσαντες ἐς Κύπρον ὁμοῦ Κίμωνι (ibid. 11.) incertum est sintne hi, de quibus nostra tabula, an qui in ultima Cimonis expeditione perierunt (Thuc. I, 112. Diodor. XII, 3.). Quo tempore vero tot Erechtheidis tribules occubuerunt, etiam ceteras tribus magnopere accisas esse conieceris: igitur plures, novem fortasse, tabulae eiusdem monumenti desiderantur; prima tamen haec fuit. Nam his in monumentis ordo tribuum constans observatur (v. sqq.), ex quo prima Erechtheis. Rerum gestarum memoriam tradidit Thucydides I, 104. 105. ubi primum de Aegyptiaca expeditione dicit, quam Cypro relicta Athenienses susceperint; dein continuo proelia ad Halias, Cecryphaliam, Aeginam, et Megarense duce Myronide narrat; et eodem tempore in Aegypto et apud Aeginam ac Megara dimicatum esse, narrat etiam funebris oratio Lysiaca (p. 108 seq. ed. Reisk.). Diodorus tamen expeditionem in Cyprum assignat Olymp. 77, 3. et hoc recte, Aegyptiacae initium Olymp. 79, 3. reditumque ex Aegypto Olymp. 80, 1. pugnam ad Halias Olymp. 80, 2. eidemque anno Cecryphalensem et Aegineticam, postremo Megarensem Olymp. 80, 3. (XI, 74-79.). Sed haec perturbata esse, vidit ex parte iam Bimardus. Nam ex Aegypto Athenienses sexto demum anno post res Megarenses, immo post pugnas ad Tanagram et Oenophyta redierunt (Thucyd. I, 109. 110.), Olymp. 81, 1. Huius autem inscriptionis auctoritas docet, uno eodemque anno (civili haud dubie) et in Cypro Aegyptoque et Phoenice, et apud Halias atque Aeginam et Megara dimicatum esse: quippe quum Athenienses in Aegypto essent, eorum classe simul Phoenicen et Cyprum infestatas esse, recte monuit Bimardus. Annus ipse, docente rerum gestarum nexu, est archontis Bionis, Olymp. 80, 3. Cf. Dodwell. Annal. Thucyd. Olymp. 80, $\frac{2}{3}$. 80, $\frac{3}{4}$. Corsin. F. A. T. I. p. 163. T. III. p. 201. sed eos corrige ex commentatione nostra de Sophoclis Antigone, ubi paucis docui, civilem Atheniensium annum tum non a Gamelione incepisse, sed ab Hecatombaeone. Postremo pugnam ad Aeginam cave de Aeginae expugnatione intelligas, quae Olymp. 80, 4. demum accidit. Vide Müller. Aeginet. l. c.

Quum omnia nomina Erechtheidis sint, etiam duces debent eiusdem tribules esse. Ex singulis autem tribubus quum singuli quotannis Strategi s. Praetores creati sint, unus tantum Praetorum ex Erechtheide creatus est; si plures, ceteri debebant extraordinarii duces esse, qui nescio an ea aetate non στρατηγῶν nomine vocati sint. Iam vero duos in hac inscriptione vel plures στρατηγοὺς nominatos esse credideris; nam vs. 5. extat στρατηγῶν et vs. 62. στρατηγὸς ἐν Αἰγύπτῳ Ἱπποδάμας. Non me movet, quod hic cum vate et militibus tribus ac quattuor sagittariis in fine separatim enumeratur: qui nihilo minus civis Erechtheidis cum ceteris censendus est; casu autem eius et ceterorum mors videtur sero nunciata esse, reliquo catalogo, in quo iam alii Aegyptiaci exercitus milites inscripti erant, antea perfecto. Igitur quaeritur, sitne Hippodamas dux extraordinarius an ordinarius, et quid de voce στρατηγῶν vs. 5. statuendum sit. Et primum quidem, quoniam in Hippodamante dictum est στρατηγὸς ἐν Αἰγύπτῳ, dixeris hunc extra ordinem illius expeditionis ducem cum aliis fuisse; sed hoc argumentum non validum videtur. Equidem potius Hippodamantem Praetorem ordinarium iudico, qui solus propria appellatione στρατηγὸς dictus sit. Nam vs. 5. non constat formam στρατηγῶν esse a substantivo στρατηγός. Quippe quum in ceteris locis omnibus nominativus scriptus sit, ut vs. 62. 67. στρατηγός, τοξόται, non probabile est στρατηγῶν esse genitivum pluralem, ad quem vel nomina Φάνυλλος et Ἄκρυπτος vel alia quaedam referenda sint. Immo στρατηγῶν est participium de industria positum, ut ille,

qui significatur, non στρατηγὸς propria appellatione fuisse diceretur, sed dux *Praetoris loco* exercitum ducens, quod haud infrequens apud Athenienses fuit. Etenim στρατηγός, dum στρατηγὸς est, στρατηγεῖ: non tamen qui στρατηγεῖ, ideo στρατηγὸς proprie est, sed potest pro Stratego exercitum ducere. Igitur qui στρατηγὸς est, haud raro dicitur ὁ στρατηγῶν: non tamen invicem ὁ στρατηγῶν est στρατηγὸς civili denominatione. Sed quis est ille στρατηγῶν? Dixeris nomen inesse versui sexto, coll. vs. 62 sq. Sed aliter haud dubie de vs. 6. statuendum est; itaque, licet inconcinna dispositio videatur, iungendum: στρατηγῶν Φάνυλλος. Similiter vs. 6. legendum: φ[ύλαρ]χος Χρ[ό]νιος, cf. n. 169. vs. 54. ubi ut hic initio Phylarchus nominatur. Contra vs. 49. Φρούραρχος haud dubie nomen viri proprium est, non magistratus sive praefecti.

166.

Fragmentum marmoris, quod Stuartus olim ad stoam Poecilen viderat; in Britanniam delatum possidebat Iones, Finchleii; edidit et commentatus est Dan. Wray Archaeol. Brit. T. II. p. 216 sqq. cum tabula aeri incisa. Litterae sunt elegantes, bene et incisae et servatae, altitudine $\frac{3}{5}$ poll., στοιχηδὸν dispositae.

\ Σ
Ͻ I·N I H
I ⊢ E A Σ
R A + A Σ
T E ⊢ E Σ Σ T A Σ
D A M O Φ A N E Σ
⊕ V M A R E Σ
D A I K ⊢ E Σ
Σ V ⊢ I + O Σ
D E R K E T O Σ
⊢ V Ϙ O D O R K A Σ
K ⊢ E O N
K R A T I A D A Σ
I Σ + V ⊢ O Σ
^ R + I ^ Ϟ

— — Σ > R N > ⌐

. . . . . . ς
Φ]οίνιξ
Φ]ιλέας
Τ]ράχας
Τελέσστας
Δαμοφάνης
Θυμάρης
Δαϊκλῆς
Σύλιχος
Δέρκετος
Λυκοδόρκας
Κλέων
Κρατιάδας
Α]ἴσχύλος
. . αρχί[δ]ας

Iuxta: - - - μαρναμ[ενο . . - -

Titulus hic ex omnibus lateribus mutilus nomina militum, qui in proelio occubuerant, continet: quae ex Attico more publico illorum sepulcro inscripta sunt. In dextera additum erat epigramma metricum, unde superest μαρνάμ[ενοι vel alius eiusdem participii casus. At publica sepulcra quum in Ceramico extra urbem fuerint, praeter ea quibus Marathonii victores conditi erant in campo Marathonio sepulti (Thucyd. II, 34. Pausan. I, 29.); lapis a Stuarto ad porticum, quam Poecilen esse iudicabat, repertus, aut casu eo delatus erat, aut certa de causa ibi antiquitus collocatus, quemadmodum fortia Atheniensium facinora in ea stoa picta erant. Et omnino singularis ratio est huius inscriptionis. Quam si ob locum, ubi Stuarto teste reperta est, Atticam dixi (ad n. 7. 12. 25.) et inter Atticas refero, tamen nego Atheniensem esse: primum quod nominum formae prope omnes Doricae sunt, ut aut sociorum Atticorum aut mercenariorum, exempli causa sagittariorum Cretensium (Pausan. I, 29, 5.), esse nomina debeant; deinde, quod gravius etiam, ob litterarum et scripturae characterem minime Atticum. Ita vs. 11. extat Koppa, idque cum puncto, ut in antiquissimis Crotonis nummis; Koppa vero per tot Atheniensium titulos satis antiquos ne semel quidem reperies. Admistum quidem etiam K, ea tamen ratione, ut K scriptum sit, ubi non sequatur O, Koppa vero sit ante O, ut n. 29. in voce Κορινθόθεν tituli, ut mihi videtur, Argivi, ut n. 31. in voce Κοῖος vel Κῷος, n. 37. in Phliasii tituli vocabulo ὄρκον: quo etsi etiam n. 7. lectio ΠΑϘΟΝ defendi potest, adhuc tamen quod ibi dedi praefero. Neque vero nego, etiam praeter sequens O Koppa scriptum esse, quod et n. 32. et nummi docent; sed ante O frequentior videtur litterae Koppa usus fuisse, quemadmodum apud Latinos *Q* post se habet *V*. Igitur Ϙόρινθος, Συραϙοσίων (in nummis) et talia frequentiora fuerunt quam ἔθηϘε, Ϙειρίλεως etc. De industria hic omitto Petrizzopuli titulum (n. 43.), quem me spurium iudicasse, eo minus paenitet, quo nunc certior factus sum illum non usquam extare: cuius accuratius apographum quum Comes Guilfordus in Rosii usum a Petrizzopulo petiisset, malae fidei homo sese istam inscriptionem in Museum Nanianum intulisse ementitus est; neque enim ibi repertus est a quaerentibus. Hactenus de littera Koppa. Praeterea litterae Lambda forma ⊢ non est Attica, sed ante Euclidem scribitur Ⱶ, posthac Λ. Porro in hac inscriptione comparet Σ, idque constanter: nam vs. 15. extr. ultimi ductus apex infimus fractura lapidis periit. Sed Athenis ea aetate, qua formis + (cf. n. 9.), D, V, ⊕, O (hoc est O) utebantur, Ϟ scriptum est, non Σ: Σ quidem in iis quae notae sunt inscriptionibus primum Olymp. 86. prodit (n. 74. 137.), dein Olymp. 87, 1. (n. 170.); Olymp. 80, 3. (n. 166.), licet non iam +, D, V, ⊕, O (pro O) scribatur, tamen Ϟ, necdum Σ exaratum est. Contra hoc loco Σ, +, D, V, ⊕, O componuntur: quod si in inscriptione non Attica fit, fero; in Atticis *publicis* usus tam constans deprehenditur, ut

litterarum formas non promiscue usurpatas, sed successu temporum alteram alteri substitutam ordine quodam quasi legitimo intelligamus. Postremo in tanta ceterarum litterarum antiquitate plurimum offendimur ductu vs. 2. posito Ꟈ, hoc est Ξ obliquato: nam ante Euclidem constanter Athenis XΣ sive XS scriptum est. Quin ipsa etiam forma Ꟈ nondum, quod sciam, alibi reperta est: ut ea proinde in locis litterarum flore minus insignibus delituisse videatur. Denique ut dialectus, ita scriptura potius Dorica, et Argolica potissimum, habenda est. Ita littera Ξ apud Dores et affines Aeoles iam ea aetate usitata deprehenditur, qua antiquissima scripturae forma obtinebat; ut in aere Petiliensi n. 4. ubi + est Ξ, et n. 37. in Phliasio lapide, in quo Ξ cum Koppa, Θ (pro O) et aliis priscis ductibus coniunctum habes. Deinde ΣΣΤ, quod vs. 5. comparet, etsi etiam in aliis titulis, quorum partem ad n. 25. indicavi, partem brevitatis causa omisi, positum est, tamen Doricum potissimum fuisse videtur (vide ad n. 25.); et Koppa maxime Dores scribebant. Θ pro O semel fortasse in Attica inscriptione n. 12. fuit; sed frequens est in Doricis titulis, ut in Phliasio n. 37. in Argivis n. 14. 17. 18. 19. et in nummis vetustissimis Crotonis et Cauloniae. Et formam Σ prius apud Dores quam apud Athenienses in usu fuisse docet n. 16. Iam vero litterae Lambda formam ⊦ remotiore hac aetate in solis reperio Argolicis inscriptionibus, n. 14. 17. 18. 19. et si Koppa exceperis in titulo Argivo n. 29. obvium, insigniores huius inscriptionis litteras Σ, Θ, ⊕, Ϙ, +, ⊦ omnes coniunctas habes in titulo Argivo n. 17. Quae quum ita sint, non dubito hunc catalogum esse Argolicorum hominum, qui Atheniensium exercitui coniuncti in proelio ceciderint, et ab illis publica sint sepultura conditi, tituli inscribendi cura popularibus mandata. Licet autem titulus inter vere priscos referendus sit, tamen non poterit commode ante Olymp. 80, 4. scriptus iudicari. Quo anno primum Argivi post foedus nuper ictum Atheniensibus auxilio venerunt et ad Tanagram fortiter depugnaverunt (vide nos Explicatt. ad Pind. Isthm. VI.); nec prius ex aliis Argolidis oppidis Atheniensibus esse auxiliarios missos probabile est, donec Lacedaemonii principatum Peloponnesi retinebant. At ne Argivi quidem, qui apud Tanagram ceciderant, videntur Athenis sepulti esse; Pausanias certe (I, 29.), licet de aliis Argivis in Ceramico sepultis dicat, tacet de illis, quos dixi; contra Cleonaeos docet Athenis sepultos esse, qui occubuerint tum, quum Argivi in Atticam profecti sint, Atheniensibus opem laturi (I, 29, 5.), hoc est ad Tanagram. Nec quidquam obest, quominus hic titulus Cleonaeorum sepultorum nomina referat.

167.

Athenis, ex schedis Fourmonti.

XAPIKLEEM

API
AꟈX
ANTIMAXOS
SMIKYΘOS
KEΦALION
NOMIOS
. . ILOI
. . STION
M . ESON
ꟺMENETIMOS
EYΦPONIOS
ΔPOΓYLION
MNESIKLEIΔOS
ΓYPPOS
TPEMΓON
EΓIAENE
SMIKPOS
HEPMOΔOY
EΘEIOSIOS
TLESIMENE
EΓIXAPIΔOS
SMIKYΘION
XAIPEΔEMOS
MELANΘIOS
HEPMOTION
LYSANΔPIΔES
EYKLEIΔES
AISXYLIΔES
MNESIKIΔES
ANTIBIOS
SOSIAS
ΞΠISIΔEIOI
ϹEΘISOΔOPOS
Y T I O I
. . . . ΔIAI⁝KXΩLL
N
ΛΛES

Manifesto est fragmentum catalogi militaris funebris, prioribus aetate suppar: pro Θ repone O; Ω vs. 35. haud dubie falsum est, nec Ξ in voce Χαρικλέης verum habeo. Vs. 34. nomen ethnicum vel demoticum fuit, maioribus litteris scriptum. In sinistro maioribus litteris est Χαρικλέης; cetera quae intelligere possum, nomina haec sunt:

. . . . .
. . . . .
Ἀντίμαχος
Σμίκυθος
Κεφαλίων
Νόμιος
. . . . .
. . . . .
Μνήσων
Μενέτιμος
Εὐφρόνιος
Δρωπυλίων
Μνησικλείδης
Πύῤῥος
Τρέμπων? (Πέμπων?)
Ἐπιγένης
Σμῖκρος
Ἑρμόδοτος? (Ἑρμόδωρος?)
Ἐθελούσιος
Τλησιμένης
Ἐπιχαρίδης
Σμικυθίων
Χαιρέδημος

Μελάνθιος	Σωσίας
Ἑρμοτίων	. . . . .
Λυσανδρίδης	Κηφισόδωρος
Εὐκλείδης	. . . . .
Αἰσχυλίδης	. . . . .
Μνησιχίδης?	. . . . .
Ἀντίβιος	

168.

„Ambourakiae in ecclesia B. Virginis," ex schedis Fourmonti, inter Atticos titulos.

ΥLΙΟƧΔ
ΙΡΤΕƧΩL
>ΟΝΤΙΔΗƧ
ΝΟƧ
ΓΟΙΟƧ
ΝΘΙΟƧ
ΓΙΟƧ
ΤΟΔΕΜΟƧ
\ΕΝΙΟƧ
ΙΜΟΚLΕΟ
Ν Τ Ι Ο Ι
ΤΟΔΕΜΟƧ
ΑΡΜΟƧΤΟ
ΟΚLΕƧ
ΟΧƧΕΝΟ
ΥΒΟƧ

Fragmentum ex eodem opinor ex quo priora genere, valde antiquum; pro Θ vs. 6. corrige Θ. Plurima nomina ab initio mutila sunt. Vs. 11. maioribus litteris scriptum nomen ethnicum vel demoticum fuit. Fortasse n. 167. et 168. coniungendi sunt.

168. *b*.

Athenis, ex schedis Guil. Gellii, Britanni. Misit Rosius; sed sero allatum hoc fragmentum est.

ΛΗΜΝΙΩΝΕΓΜΥΡΙΝ

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ	ΗΙΓΟ⊕ΟΝΤΙΔΟΣ
ΣΟLΟΝ	ΟΑΕΝΟΣ
ΕΥΤΕLΕΣ	ΑΝΔΡΙΣΚΟΣ
ΓΕΙΣΙΓΓΟΣ	ΟLΥΜΓΙΧΟΣ
ΛΙΛΕΔΟΣ	
ΑΡΧΙΑΣ	ΑΙΑΝΤΙΔΟΣ
ΚΑLLΙΣΘΕΝΕΣ	ΦΟLLΟΣ
ΝΕΑΙΟΣ	ΔΕΧ. . ΦΙLΟΣ
ΓΑΙΟΝΙΟΣ	ΑΡΤ. . Ε
ΦΙLΟΧΣΕΝΟΣ	ΘΟΤΙΝ. .
ΔΡΑΚΑLΙΟΝ	ΑΜΕ
ΑΡΙΣΤΟΤΕLΕΣ	Α

Versum 1. nunciat Rosius huic titulo supra inscriptum esse; sitne tamen eo, quo collocavi, loco positus necne, ignoro. Utut est, recens addita haec verba post Euclidem esse, quamquam vera, non dubito. Lemnii erant cleruchi Attici: quos haud dubium est retinuisse Atticam civitatem, ideoque in tribubus censitos esse. Cf. ad n. 108. Ex quibus qui in bello quodam occubuerant, ii ex ordine tribuum inscripti sunt. Tribuum series est eadem, quae in ceteris huius generis inscriptionibus, constans, non per annos varians: col. I. habes primas duas, *Erechtheidem, Aegeidem*, col. II. octavam et nonam, *Hippothontidem, Aeantidem*: ceterae interciderunt. Col. II. vs. 2. ⊕ non arbitror verum esse: certe in ceteris vocabulis habetur Θ. Ibidem nota simplex Γ, de quo moneo ad n. 171. Verba haec sunt:

Λημνίων ἐγ Μυρίν[ης.

Ἐρεχθηΐδος	Ἱπποθωντίδος
Σόλων	. . . ενος
Εὐτέλης	Ἀνδρίσκος
Πείσιππος	Ὀλύμπιχος
Αἰγη[ΐ]δος	
Ἀρχίας	Αἰαντίδος
Καλλισθένης	Φόλλος
Νεαῖος	Δεξ[ί]φιλος
Παιώνιος	. . . . .
Φιλόξενος	. . . . .
Δρακαλίων	. . . . .
Ἀριστοτέλης	. . . . .

169.

Monumenti Nointeliani s. Baudelotiani tabula altera (vide ad n. 165.). Dixit de ea Montfauc. Palaeogr. Gr. p. 140. universam, quae superest, partem edidit Maffei. Gall. antt. sel. epist. XIX. p. 93 sqq. Mus. Veron. p. CCCCIX sq. Olim magis mutilam dederat Spon. Misc. erud. antiq. p. 315 sq. Particulas decerptas ex Maffeio dedit Corsin. F. A. T. I. p. 160. Nunc est Parisiis in Museo regio, Catal. Clarac. n. 222. p. 105.

[*Textum vide pag. seq. interpositum.*]

Initium et finis desunt. Sponii varietates affero tantum potissimas, eas praesertim, quae Maffeiana lectione meliores sunt. Col. I. vs. 8. Spon. Τ pro Γ; idem vss. 13. 14. ut unum praebet, quasi Ἐρετριεὺς ethnicum vel demoticum Callippi nomen fuerit. Vs. 20. Spon. L, ubi Maff. Δ: praetuli prius. Vs. 45. Spon. ΕΚΦΡΑΝΟΡ. Vs. 54. Maff. ΛΟΡΔΟΣ, Spon. ΛΟΡΛΟΣ, recte: v. n. 165. In Emendandis tamen Spon. inepte corrigit LΟΡLΟΣ. Desinit autem Spon. vs. 60. et Col. II. incipit demum vs. 9. ubi ex ipso addidi litte-

[*Continuatur pag. 299.*]

LΥΚΙΝΟΣ	. . . .	. . . .
ΑΡΧΙΑΣ	ΚΑ.	. . . .
ΦΟΚΙΟΝΤΡΙΕ	ΠΥΘ	. . . .
ΘΟΚΥΔΙΔΕΣ	ΝΙΚΟ.	. . . . . .
ΑΝΔΡΟΝ	ΝΙΚΟ	. . . . . .
ΘΕΟΔΟΤΟΣ	ΚΤΕΣ.	. . . . . .
LΥΣΙΜΑΧΙΔΕΣ	ΑΥΧ	. . . . . .
ΠΥΡΡΑΝΔΡΟΣ	LΥΣΙΜΑΧΟΣ	. . . . . .
ΒLΕΠΥΡΟΣ	ΦΙLΟΚΡΑ. .	. . . . . .
ΤΙΜΟΔΕΜΟΣ	ΠΙΝΔΑΡΟΣ	. . . . . .
ΧΑΡΙΑΔΕΣ	ΧΑΡΙΔΕΜΟΣ	. . . . . .
LΥΣΙΣ	ΣΟΚΡΑΤΙΔΕΣ	. . . .
ΚΑLLΙΠΠΟΣ	ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΣ	. . . . . .
ΕΡΕΤΡΙΕΥΣ	ΔΙΟΦΑΝΕΣ	. . . . . .
ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ	ΜΕΝΕΚLΕΣ	. . . . . .
ΚΕΦΙΣΟΔΟΤΟΣ	ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ	Χ. . . . . .
ΑΝΤΙΚLΕΙΔΕΣ	ΣΟΣΙΠΠΟΣ	Ν. . . .
ΕΥΦΡΑΝΟΡΙΔΕΣ	ΑΙΣΧΥLΙΔΕΣ	ΟΝ. . . . .
ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΣ	ΕΦΙΑLΤΕΣ	ΔΕΜΟ. . . .
ΕΠΙLΕΘΕΣ	ΑLΚΑΜΕΝΕΣ	ΑΝΑΧΣ . . .
ΜΝΕΣΙΚΡΑΤΕΣ	ΦΙLΕΑΣ	ΦΙLΟΝ . . .
ΜΙΜΝΟΝ	ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ	Η. . ΣΤΙΑ. . .
ΘΕΟΛΕΝΕΣ	. . . .	ΜΕΝΙ. . ΟΣ
ΑΘΕΝΟΔΟΡΟΣ	. . . .	LΕΟΝΤΙΔΟΣ
ΑΜΦΙΑΝΑΧΣ	. . . .	ΑΡΙΣΤΕΙΔΕΣ
ΣΟΣΤΡΑΤΟΣ	. . . .	ΠΑΡ . . . ΒΑΤΕΣ
ΕΥΦΑΝΕΣ	ΚΑLLΙΘΑLΕΣ	ΦΥΣΙ . . ΟΣΔΙΟΚL. .
ΑΡΧΙΚLΕΣ	ΝΕ. . LΕΙΔΕΣ	ΑΡΧΕΔΑΜΑΣ
ΦΑΝΟΚLΕΙΔΕΣ	ΠΑΝΘΑΡΟΣ	LΥΣΙΣΤΡΑΤΟΣ
ΕΥΕΡΛΙΔΕΣ	ΕΣΙ. . . ΧΟΣ	ΠΟLΥΚΡΑΤΕΣ
ΑΡΙΣΤΟΝΥΜΟΣ	ΦΙLΙΠΠΟΣ	ΝΙΚΟΚLΕΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΡΟΣ	ΤΙΜΟΚΡΑΤΕΣ	ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟΣ
ΘΕΟΦΑΝΕΣ	ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ	ΟLΥΝΠΙΑΡΑΤΟΣ
ΟΦΣΙΑΔΕΣ	ΜΝΕΣΙΚΡΑΤΕΣ	ΑΥΤΟΜΑΘΕΣ
ΝΙΚΙΑΔΕΣ	ΠΕΡΙΚLΕΣ	LΕΟΝΙΔΕΣ
ΚΑLLΙΤΕLΕΣ	ΑΝΤΙΔΟΤΟΣ	ΔΕΜΕΤΡΙΟΣ
ΣΑΤΥΡΟΣ	ΘΕΟΦΑΝΕΣ	ΡΙΝΟΝ
ΑΡΙΣΤΥLLΟΣ	ΘΕΟΛΝΕΤΟΣ	ΑLΕΧΣΙΠΠΟΣ
ΕΡΛΟΤΙΜΟΣ	LΥΣΙΜΑΧΟΣ	ΑΡΧΙΑΣ
ΕΥΦΙLΕΤΟΣ	ΑΡΙΣΤΟΚLΕΣ	ΧΑΙΡΕΦΟΝ
ΕΠΙΔΡΟΜΟΣ	ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ	ΟΙΝΕΙΔΟΣ
LΥΚΕΑΣ ΤΡΙΕ	ΦΙLΟΔΕΜΟΣ	ΔΙΟΚLΕΙΔΕΣ
ΤLΕΣΟΝΙΔΕΣ	ΧΣΕΝΟΧΑΡΕΣ	ΑΜΕΙΝΟΚΡΑΤΕΣ
ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ	ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ	ΤΙΜΟΘΕΟΣ
ΕΥΦΡΑΝΟΡ	ΧΑΡΙΝΟΣ	ΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΕΣ	ΚΑLLΙΦΟΝ	ΤΕLΕΣΕΛΟΡΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΜΕΔΕΣ	ΝΙΚΙΑΣ	ΣΑΤΥΡΟΣ
LΥΣΙΦΑΝΕΣ	ΚΑLLΙΑΣ	ΔΙΕΙΤΡΕΦΕΣ
ΚΑLLΙΦΟΝ	ΦΙLΕΑΣ	LΕΟΧΑΡΕΣ
ΑΝΤΙΚLΕΣ	ΑΝΤΙΧΑΡΕΣ	ΔΟΡΟΘΕΟΣ
ΚΑLLΙΑΣ	ΕΥΘΟΙΝΟΣ	ΑΡΧΙΑΣ
ΕΥΠΟLΙΣ	ΧΑΙΡΕΣΤΡΑΤΟΣ	ΠΡΟΜΑΧΟΣ
ΑΝΤΙΦΑΝΤΟΣ	ΔΙΦΙLΟΣ	ΗΙΠΠΟΘΟΝΤΙΔΟΣ
ΛΟΡΛΟΣ	ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ	ΠΥΘΟΔΟΡΟΣΦΥLΑΡΧ
ΣΟΤΙΜΟΣ	ΗΑΛΝΟΝ	ΦΑΝΟΚLΕΣ
ΑΡΙΣΤΟΚLΕΣ	ΣΜΙΚΥΘΟΣ	ΦΙLΟΝ
ΑΠΟLLΟΔΟΡΟΣ	ΚΤΕΣΙΦΟΝ	ΔΕΙΝΙΑΣ
ΕΥΘΥΚLΕΙΔΕΣ	ΕΠΙLΥΣΑΜΕΝΟΣ	ΣΠΕΥΣΟΝ
ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΣ	ΧΑΙ . . . ΟΝ	ΑΝΤΙΑΣ
ΑΜΕΝΙΤΟΣ	ΧΑΙΡΕΣΤΡΑΤΟΣ	ΣΙLΑΝΟΣ
ΗΙΠΠΟΝ	ΜΝΕΣΙΚLΕΣ	ΑΙΣΙΜΙΔΕΣ
ΠΥΘΟΔΟΡΟΣ	. . . .	ΣΟΣΙΜΑΧΟΣ
ΗΑΛΝΟΣΤΡΑΤΟΣ	. . . .	ΠΡΟΜΑΧΟΣ
. . . . ΜΑΣΟΣ	. . . .	. . . .

ras ΚΡΑ.. Vs. 28. ᛚ additum est ex Spon. Vs. 37. Spon. ΙΟΦΑΝΕΣ: idem vss. 38. et 39. transpositos habet; vs. 45. Spon. ΑᛚΤΙΝΟΣ; vs. 56. Maff. ΣΜΥΚ etc. quod ex Spon. correxi. Vs. 59. Spon. ΧΛΙ...ΟΝ, Maff. ΧΑᛚ...ΟΝ, ex quibus nostra lectio composita est. Col. III. incipit Spon. a vs. 22. Vs. 22. addidi Η ex Spon. et indidem Ι vs. 23. Vs. 25. Maff. ΑΡΙΣΤΙΔΕΣ, quod correxi ex Spon. qui vss. 26–28. omittit. Vs. 46. Spon. habet Δ, ubi Maff. Γ, hoc est Λ, quod dedi. Vs. 61. Spon. ΑΙΣΙΜΕΔΕΣ; eadem differentia est ap. Pausan. IV, 5. extr. et I, 3. sed praestat ΑΙΣΙΜΙΔΕΣ, quod Maff. habet. Igitur nomina haec sunt:

Λυκῖνος		
Ἀρχίας	. . . .	
Φωκίων τριή. *)	. . . .	
Θουκυδίδης	. . . .	
Ἄνδρων	. . . .	
Θεόδοτος	. . . .	
Λυσιμαχίδης	. . . .	
Πύῤῥανδρος	Λυσίμαχος	
Βλέπυρος	Φιλοκρά[της]	
Τιμόδημος	Πίνδαρος	
Χαριάδης	Χαρίδημος	
Λύσις	Σωκρατίδης	
Κάλλιππος	Ἀριστοκράτης	
Ἐρετριεύς	Διοφάνης	
Ἀντίμαχος	Μενεκλῆς	
Κηφισόδοτος	Ἀρίσταρχος	. . . .
Ἀντικλείδης	Σώσιππος	. . . .
Εὐφρανορίδης	Αἰσχυλίδης	. . . .
Ποσείδιππος	Ἐφιάλτης	. . . .
Ἐπιλήθης	Ἀλκαμένης	. . . .
Μνησικράτης	Φιλέας	. . . .
Μίμνων	Παυσανίας	Ἑστια[ῖος] ***)
Θεογένης		Μηνί[θε]ος
Ἀθηνόδωρος		Λεοντίδος
Ἀμφιάναξ		Ἀριστείδης
Σώστρατος		Παρ[αι]βάτης
Εὐφάνης	Καλλιθάλης	Φυσι..ος, Διοκλ[ῆς] ****)
Ἀρχικλῆς	Νε[οκ]λείδης	Ἀρχεδάμας
Φανοκλείδης	Πάνθαρος	Λυσίστρατος
Εὐεργίδης	Εστ...χος **)	Πολυκράτης
Ἀριστώνυμος	Φίλιππος	Νικοκλῆς
Κηφισόδωρος	Τιμοκράτης	Ἀκαμαντίδος
Θεοφάνης	Θεόκριτος	Ὀλυνπιάρατος
Ὀψιάδης	Μνησικράτης	Αὐτομάθης
Νικιάδης	Περικλῆς	Λεωνίδης
Καλλιτέλης	Ἀντίδοτος	Δημήτριος
Σάτυρος	Θεοφάνης	Ῥίνων
Ἀρίστυλλος	Θεόγνητος	Ἀλέξιππος
Ἐργότιμος	Λυσίμαχος	Ἀρχίας
Εὐφίλητος	Ἀριστοκλῆς	Χαιρεφῶν
Ἐπίδρομος	Ἀδείμαντος	Οἰνηΐδος
Λυκέας τριή.	Φιλόδημος	Διοκλείδης
Τλησωνίδης	Ξενοχάρης	Ἀμεινοκράτης
Ἀρίσταρχος	Παυσανίας	Τιμόθεος
Εὐφράνωρ	Χαρῖνος	Κεκροπίδος
Αὐτοκράτης	Καλλιφῶν	Τελεσήγορος
Ἀριστομήδης	Νικίας	Σάτυρος
Λυσιφάνης	Καλλίας	Διειτρέφης
Καλλιφῶν	Φιλέας	Λεωχάρης
Ἀντικλῆς	Ἀντιχάρης	Δωρόθεος
Καλλίας	Εὔθοινος	Ἀρχίας
Εὔπολις	Χαιρέστρατος	Πρόμαχος
Ἀντίφαντος	Δίφιλος	Ἱπποθωντίδος
Γόργος	Ἀρίσταρχος	Πυθόδωρος φύλαρχ.
Σώτιμος	Ἅγνων	Φανοκλῆς
Ἀριστοκλῆς	Σμίκυθος	Φίλων
Ἀπολλόδωρος	Κτησιφῶν	Δεινίας
Εὐθυκλείδης	Ἐπιλυσαμενός	Σπεύσων
Ἀρχέστρατος	Χαι[ρεφ]ῶν	Ἀντίας
Ἀμήνιτος	Χαιρέστρατος	Σιλανός
Ἵππων	Μνησικλῆς	Αἰσιμίδης
Πυθόδωρος		Σωσίμαχος
Ἁγνόστρατος		Πρόμαχος
. . . .		

*) Τριήραρχος decurtatum, ut col. I. vs. 42. et φύλαρχ(ος) col. III. vs. 54. **) An Ἑστίαρχος omisso Η? ***) Maff. et Spon. pro littera Ε duas lacunas habent, ut frequenter alibi. ****) Duo nomina per incuriam eodem in versu posita. Nam Διοκλέους patris nomen etiam insolentius foret in hoc titulo.

Litterae sunt vulgares, quae ante Euclidem fuerunt; quas dedi, esse testantur Montf. Maff. et auctor Catal. Mus. reg. Igitur ex tanta ductuum diversitate merito Montf. collegit, hanc tabulam aliquo post n. 165. tempore positam esse; addit Os. Syll. p. 6. ut diversa haec duo monumenta esse evincat, n. 165. litteras multo grandiores et crassiores, n. 169. graciliores minutioresque esse, iure idem monens, etiam ideo has tabulas pro monumentis diversis haberi debere, quod, quum n. 165. Erechtheidis tot cives interempti memorentur, n. 169. singularum tribuum multo pauciores sint (quamquam col. I. haud pauci eiusdem sunt tribus), et quod, quum Erechtheidis nomen n. 165. in fronte totius tabulae positum sit, n. 169. plures sese tribus continuo excipiant ordine. Quae argumenta si non certa, tamen probabilia sunt. Sed postquam Maffeius, spretis palaeographicis rationibus, quas ego in Atticis titulis non spernendas iudico, utramque tabulam iungendam contendit, exornavit hanc sententiam Corsinus, n. 165. primam, n. 169. tertiam, et Sponianum fragmentum deperditum, quo Pandionidis et Leontidis nomina continebantur (vide ad n. 165. init.), secundam eiusdem monumenti partem esse pronuncians, simul Erechtheidis plures cives perisse suspicatus, quod ea, utpote ex ordine constanti prima tribus, prima in conflictu fuisset. At in acie instruenda Athenienses non constantem, sed variabilem secundum prytanias ordinem secutos esse, ita ut tribus ex hoc ordine inde a dextero cornu disponerentur, docui in Comment. de pugna Marathonia (Prooem. Lect. Univers. Berol. aestiv. a. 1816.). Praeterea etsi Corsinus has tabulas sepulcrales ita adornatas esse, ut ordo tribuum constans observaretur, rectissime intellexit; tamen ceterae eius rationes falsissimae sunt. Nam quum in Sponiano fragmento inedito Pandionis et Leontis inscriptae fuerint, si hoc fragmentum et n. 169.

eiusdem monumenti essent, a n. 169. abesse debebant Pandionis et Leontis. Sed contra n. 169. col. III. vs. 24. incipit Leontis, et quae praecedunt, sunt Pandionidis et aliarum tribuum, quae ante Pandionidem numerantur. In fine tabulae post Hippothontidem desiderantur Acantis et Antiochis.

170.

Marmor Elginianum Musei Britannici Synops. n. 290. Olim in planitie Academiae. Primus edidit Frid. Thierschius a. 1816. folio singulari Monachii impresso, et deinde de eo optime meruit ampla commentatione Act. phil. Monac. T. II. F. III. p. 399 sqq. inserta. Ex priori folio petiit Eichstadius in Prooem. Catal. lect. Univ. Ien. aestiv. 1816. p. 2. Praeterea edidit Viscontus: Mémoire sur une Epigramme Grecque, qui servoit d'épitaphe au tombeau des guerriers Athéniens morts sous Potidée; quae commentatio in Classe hist. et litt. Inst. reg. Franc. lecta est a. 1815. et repetita in libro: A letter from the Chev. Antonio Canova and two Memoirs read to the Royal Institut of France on the Sculptures in the collection of the Earl of Elgin, by the Chev. E. Q. Visconti. Vide ibi n. 64. et p. 179 sqq. Ex Thierschianis et Viscontianis repetiit etiam Iacobs. Anthol. Palat. T. III. p. 971. et Addend. p. CIV. Postremo edidit et tractavit Osann. Syll. I, 4. Aliud apographum editum est in Diar. class. T. XIV. p. 185. et adiectae sunt variae lectiones, quas diligens quidam vir ex lapide enotavit.

L Λ U I
AΘANAI
ΣEMAINEN
KAIΓPOΛONO
NIKENEYΓOLEMOM
AIΘEPMEMΦΣYXAΣYΓEΔEXΣATOΣO
TONΔEΓOTEIΔAIAΣΔAMΦIΓYLAΣEL
EXΘPONΔOIMENEXOΣITAΦOMEPOΣHO
TEIXOΣΓIΣTOTATENHELΓIΔEΘENTO
ANΔPAΣMEMΓOLIΣHEΔEΓOΘEIKAIΔI
ΓPOΣΘEΓOTEIΔAIAΣHOIΘANONEMΓP
ΓAIΔEΣAΘENAIONΦΣYXAΣΔANTIPPO
E... AXΣANTAPETENKAIΓAT... ΓYKL

Secutus sum Thierschii apographum in Act. Monac. propositum, pauculis aliunde receptis, quae in var. lect. indicabo. Vs. 1. ex Visc. addidi. Vs. 2. Diar. cl. AΘANA[I]: quae enim incertae lectionis visa sunt, uncis ibi includuntur. Vs. 3. Visc. Os. ΣEMAINEI, Diar. cl. ΣEMAIN.[I], sed cum var. lect. ΣEMAINEN. Vs. 4. Os. ΓPOΛON., Diar. cl. ΓPOΛO.[O], cum var. lect. ΓPOΔO[I]. Vs. 5. extr. Visc. MOI, Os. MOΛ, Diar. cl. MO[N]. Vs. 7. Visc. Os. ΓOTEIΔAIAΣAMΦI: Thiersch. et Diar. cl. ΓOTEIΔEIAΣΛAMΦI, var. lect. in Diar. cl. ΓOTEIΔAIAΣΔAMΦI, quod recepi. In fine vs. 8. Visc. HL, Os. H., Diar. cl. H[O]. Vs. 10. Visc. omittit ultimum I. Diar. cl. Δ[I]. Vs. 11. extr. Visc. ΓI.. Vs. 12. Visc. desinit in litteris ΔA; Thiersch. in prima editione ΔA \⁻ιPPO, in altera ΔA...PPO; Os. diserte ΔANTIPPO, Diar. cl. ΔA[NTI]PPO. Vs. 13. Visc. omittit primum E; Os. idem omittit et habet deinde ΛXΣANT; Diar. cl. [E]..[ΛΛ]ΣANT. In fine Visc. ΓYKL, Os. ....YKE, Diar. cl. ΓA[T]...[I]YK[L]: hinc Viscontianum Γ apice dimidio auxi. Thiersch. ....YKL. Litterae sunt *στοιχηδὸν* dispositae, non alia de causa, quam quod haec ratio elegantissima est; nec verum est omnia Atheniensium acta publica ante Christum natum *στοιχηδὸν* scripta esse; contrarium docent exempla certissima haud pauca, ut n. 147. 149. 160. 124. alia. Primi versus etsi certa via restitui nequeunt, appono tamen epigramma, quale a Thierschio propositum est, nisi quod vs. 2. 3. et 7. ab eo discessi:

Ἀθάνατ[ον κλέος οἵδε φίλῃ περὶ πατρίδι θεῖναι
σημαίνειν [τ' ἀρετὴν ἱέμενοι σφετέρην,
καὶ προγόνω[ν τὸν θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φέροντες
νίκην εὐπόλεμομ [μαρνάμενοι κάθελον.
αἰθὴρ μὲμ ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώ[ματα δὲ χθὼν
τῶνδε· Ποτειδαίας δ' ἀμφὶ πύλας ἔ[πεσον.
ἐχθρῶν δ' οἱ μὲν ἔχουσι τάφου μέρος, οἱ [δὲ φυγόντες
τεῖχος πιστοτάτην ἐλπίδ' ἔθεντο [βίου.
ἄνδρας μὲμ πόλις ἥδε ποθεῖ καὶ δ[ῆμος Ἐρεχθέως,
πρόσθε Ποτειδαίας οἱ θάνον ἐμ πρ[ομάχοις,
παῖδες Ἀθηναίων· ψυχὰς δ' ἀντίρρο[πα θέντες
ἠ[λλ]άξαντ' ἀρετὴν καὶ πατ[ρίδ'] εὐκλ[έϊσαν.

Lapidi in Ceramico extra urbem olim in publicis sepulcris posito sex sunt disticha elegiaca inscripta, ex more vulgo recepto; v. Pausan. I, 29, 9. Demosth. de cor. p. 322. cf. n. 174. atque etiam n. 166. His praedicantur non qui in obsidione Potidaeae, sed qui in prima apud Potidaeam pugna occisi sunt, qua hostilis manus intra moenia confugit (*ἐς τὸ τεῖχος κατέφυγεν* Thucyd. I, 62.); cf. potissimum vs. 9. Hostium tum caesi fere trecenti, Atheniensium centum et quinquaginta, in his Callias dux, et plures viri insignes (Plat. Charmid. init.), quorum nomina vel supra vel infra adscripta fuisse apertum est; neque obsum Thierschio, qui ea supra scripta fuisse putat. Vs. 1. ex supra scriptis nescio quid superest; Viscontus id ex voce *στρατηγῷ* superesse putabat, et fingebat ibi tituli indicem positum fuisse, non satis ad antiquum morem ab ipso excogitatum. Ceterum ea pugna, quam Diodorus (XII, 4.) male sub Olymp. 86, 2. narrat, accidit Olymp. 87, 1. quarto fere mense (vide Dodwell. Ann. Thucyd.), eoque ipso anno conditum monumentum esse non dubito: neque enim huc pertinet Thucyd. II, 34. ubi Olymp. 87, 2. eos sepultos narrat, qui *bello Peloponnesiaco* primi occubuerant: nam haec pugna

sex mensibus ante bellum Peloponnesiacum pugnata est. Coniecturas doctorum non omnes affero. Vs. 2. 3. Thierschius supplet:

᾿Αθάνατ[ον κλέος οἵδε φίλην περὶ πατρίδ᾿ ἔθεντο,
σήμαινεν [δὲ μάχη δυσμενέεσσι βίην,

coll. Simonid. Epigr. Anthol. Pal. T.I.

῎Ασβεστον κλέος οἵδε φίλῃ περὶ πατρίδι θέντες.

At molesta est tautologia; redit enim idem vs. ult. Igitur formam orationis et aliquot verba mutavi: quamquam ludibundus est hic conatus restituendi tam mutila. Vs. 3. dedi *ἱέμενοι*, ut Simonides in epigr. Megar.

῾Ελλάδι καὶ Μεγαρεῦσιν ἐλεύθερον ἆμαρ ἀέξειν
ἱέμενοι θανάτου μοῖραν ἐδεξάμεθα.

Possis et *ἐσσύμενοι* vel *μαιόμενοι* (Pind. Olymp. VIII, 5. *μαιομένων μεγάλαν ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν*). Ceterum ΣΕ ΜΑΙΝΕΝ puto legendum *σημαίνειν*, ut Ε sit pro ΕΙ, usu tritissimo; nec probo coniecturam *σῆμ᾿ αἰνεῖ*: *θεῖναι* et *σημαίνειν*, tempora diversa, hic non offendunt, nec ter positum verbum *τιθέναι*; certe idem habes in elegis ap. Dem. l. c. Vs. 5. *νίκην εὐπόλεμον* dedit Visc. ex Hymn. Hom. in Mart. 4. Vs. 6. 7. Thierschius noster quod dedit, id mihi quoque in mentem venerat:

αἰθὴρ μὲμ ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώματα δὲ χθὼν
τῶνδε Ποτειδαίας γ᾿ ἀμφὶ πύλας ἔλαχεν.

At non solum *γ᾿* licet a Thierschio excusatum et exemplo epigrammatis ap. Pausan. V, 10, 2. defensum aliquid relinquit offensionis, quum praesertim pro Λ varia lectio sit Δ (nam quod alii et Λ et Δ omittunt, negligentiae tribuendum), verum etiam in sententia est quod reprehendas. Non enim apud Potidaeam sepulti sunt hi, quorum hoc sepulcrum est. Qui Athenis publice sepeliuntur, eorum ossa lecta deferuntur in Ceramicum; cremantur caesi ibi, ubi castra sunt, sed iusta fiunt cineribus in patria. Cf. Thucyd. II, 34. Et hic eos humatos censeri, et Thucydides et Pausanias aliique docent; docet etiam epigramma iis positum, qui apud Chaeroneam ceciderunt, ap. Dem. l. c.

Γαῖα δὲ πατρὶς ἔχει κόλποις τῶν πλεῖστα καμόντων
σώματα.

Victores autem Athenienses praeter morem apud Potidaeam sepultos esse, quis credet? Immo semper ossa Athenas deportata et sepulta ibi sunt, diserte testantibus Thucydide l. c. et Pausania I, 29. qui tempus, ex quo id factum est, accuratius definit; soli Marathonii victores in ipso pugnae loco sepulti sunt: qui vero reperiri non potuerunt, iis cenotaphium condi solebat. His perpensis non concedes, quod nuper dictum est: ,,Nihil autem impedit, quominus statuas Athenienses cives in illo proelio una cum duce Callia caesos, prope Potidaeam sepultos esse. Athenas quidem eorum cineres relatos esse, nemo veterum tradidit.'' Quae quum ita sint, illa loci restitutio ferri non potest; nihilque potuit eo loco dictum esse, nisi ad Potidaeam caesos hos viros esse. Vs. 7. in fine est ΕᏓ: sed incerti fines mutilorum versuum esse solent; ut statim vs. 8. pro ΗΟ Visc. legebat ΗᏓ. Me iudice in lapide fuerit ΕΙ, et Ι vitio marmoris diffracti Ꮣ visum est; Ι superest ex Γ. Igitur scripsi:

αἰθὴρ μὲμ ψυχὰς ὑπεδέξατο, σώ[ματα δὲ χθὼν
τῶνδε· Ποτειδαίας δ᾿ ἀμφὶ πύλας ἔπ[εσον.

Quodsi vs. 11. fere idem dicitur, notes ibi premendum esse *ἐν προμάχοις*: et prope Potidaeam eos cecidisse, poeta ideo iam vs. 7. dixit, quod vs. 8. ad hostes transire volebat: sic apertius erat, qui illi hostes essent. Vs. 9. 10. recte restituerunt Visc. et Thiersch. Qui hostium ceciderant, eorum corpora Thucydide I, 63. teste reddita sunt (*τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν τοῖς Ποτειδαιάταις*): igitur sepulti sunt, habentque *τάφου μέρος*. Attamen non haec loci est sententia; ipse nexus docet, hoc solum dici: *Hostium pars caesa, pars fugata est et moenibus sese tutata.* Fugisse partem hostilis exercitus intra moenia, tradit etiam Thucydides, non ex hoc, opinor, epigrammate, sed ex certiore notitia rerum. Ceterum vs. 8. in *δ᾿ οἱ* omittitur spiritus, ut paulo ante in *ὑπεδέξατο*; idem iam Olymp. 80, 3. fit in dictione *ἐν ῾Αλιεῦσιν* n. 165. ubi tamen nota *ἐν* esse procliticum, et quasi in unam vocem cum *῾Αλιεῦσιν* coalescere. Etiam ΔΟΙ pro *δ᾿ οἱ* ab apostropho excusationem habere Thierschio largior, quamquam haec excusatio non necessaria est. Poterat sane etiam ΔΗΟΙ scribi, ut n. 12. post apostrophum est ΗΕΡΜΕΣ: abstineo enim ab exemplo, quod Os. attulit, quum id nullum sit. Notabilius est ΗΕᏓ ΠΙΣ, ad quod vocem *ἀφελπίζω* et Latinorum titulorum vocabula *Helpis*, *Helpidius*, *Helpidianus* alii contulerunt. Vs. 10. quod ΔΙ, non Δ/ in marmore est, repudiavit Thierschius Viscontianum *δάκρυσι τιμᾷ*, adscita Dobraei coniectura *δῆμος ᾿Ερεχθέως*. Eam retinui, licet mihi loco Tyrtaei III, 15. non satis defendi videatur neque satis elegans sit. Nam Athenis *πόλις* et *δῆμος* vix diversa sunt, diversa sunt Spartae. Sed non novi melius. Mox omnes recte *ἐμ προμάχοις*: cetera absolvit Thierschius, nec Viscontiana memoratu digna sunt. Certum est *ἠλλάξαντο*, quod Langio, Schäfero, viro docto in Diar. cl., aliis placuit. Postremo Thierschius aptissime contulit versus Tyrtaei III, 23.

Αὐτὸς δ᾿ ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε θυμόν,
ἄστυ τε καὶ λαοὺς καὶ πατρίδ᾿ εὐκλεΐσας.

171.

Athenis olim ,,apud Mich. *᾿Αστρακάρη*'', ex schedis Fourmonti, cuius apographum, contra quam solet, praestantissimum est. Hinc integerrimum tituli exemplum edidi in Prooem. Catal. lect. Univers. Berol. hib. a. 1816–1817. recteque ibi conieci non esse alium lapidem atque Elginianum n. 23. Visc. Edidit etiam Clarkius Itin. P. II. S. II. p. 593 sqq. postremo Osannus Syll. I, 5. uterque magis mutilum quam ipse dedi, quum Fourmontus lapidem adhuc minus oblitteratum vidisset. Lapis nunc servatur in Mus. Britann. Synops. n. 92. Plures enim lapides, qui postea in Britanniam venerunt, tractaverat Fourmontus: ex quibus tamen eximendus n. 119. Nam ibi in autographo meo est: ,,*ex schedis Rosianis*''; sed typotheta aliud agens dedit ,,*ex schedis Fourmonti*'', quae isti formula ex prioribus plagulis obversabatur. Sed redeo ad nostrum titulum. Qui quum post pauca virorum nomina ab Oeneide incipiat, praeter alias tribus initio perierunt

Pandionis, Leontis et pars Acamantidis; igitur Sponianum fragmentum, quod intercidit, Pandionidem et Leontidem complexum, partem huius tituli constituisse coniicio (vide de eo fragmento ad n. 165.), probante Thierschio in Act. phil. Monac. l. c. ad n. 170. Ceterum Viscontus Mem. de Elgin. sculpt. p. 144 sq. singulari hunc titulum commentatione sese illustraturum esse pollicitus erat.

. Ρ Α Σ . . . Ο
Ο Ι Ν Α Σ Φ Λ Ο Σ
Α Ρ Ι Σ Τ Ο Ν Υ Μ Ο Σ
Α Ι . . . Ν Ε Σ
Σ Μ . . . . Σ

Ο Ι . . . . .
L Υ Σ Ι Π Π Ο Σ
Κ Α L L Ι Φ Ο Ν
Σ Π Ο Υ Δ Ι Α Σ
Φ Ε Ρ Ε Κ L Ε Σ
Π Α Υ Σ Ι Α Δ Ε Σ
Φ Ι L Ι Π Π Ι Δ Ε Σ

Κ Ε Κ Ρ Ο Π Ι Δ Ο Σ
L Υ Κ Ο Μ Ε Δ Ε Σ
Θ Ε Ο Δ Ο Τ Ο Σ
L Υ Κ Ι Ν Ο Σ
Α Ν Α Ι Τ Ι Ο Σ
Μ Ε Ν Ε Κ L Ε Σ
Φ Ρ Υ Ν Ι Χ Ο Σ

Η Ι Π Π Ο Θ Ο Ν Τ Ι Δ Ο Σ
Θ Ε Ο Τ Ι Μ Ο Σ
Σ Κ Υ Ρ Ο Κ L Ε Σ
Χ Α Ρ Ι Α Σ
Ε Υ Α Λ Λ Ε L Ο Σ
Ν Ι Κ Ο Σ Τ Ρ Α Τ Ο Σ
Θ Ρ Α Σ Υ Μ Α Χ Ο Σ
Φ Α Ν Ι Α Σ
Κ Α L L Ι Κ L Ε Σ
Ε Χ Σ Ο Π Ι Α Δ Ε Σ

Α Ι Α Ν Τ Ι Δ Ο Σ
Κ Ρ Α Τ Ι Ν Ο Σ

Α Ν Τ Ι Ο Χ Ι Δ Ο Σ
Α Ρ Ι Σ Τ Ο Μ Ε Δ Ε Σ
Α Μ Ε Ι Ν Ο Κ L Ε Σ
Α Ι Σ Χ Ι Ν Ε Σ
Π Α Ν Τ Α Κ L Ε Σ
Χ Α Ρ Ι Δ Ε Μ Ο Σ
Τ Ι Μ Ο Χ Σ Ε Ν Ο Σ
ΑΝΤΙΦΑΝΗΣ
Ε Μ Π Ο Τ Ε Ι Δ Α Ι Α Ι
Π Α Ν Τ Α Κ L Ε Σ
Α Λ Ν Ο Δ Ε Μ Ο Σ
Α Ρ Χ Ι Α Σ
Ε Ν Α Μ Φ Ι Π Ο L Ε Ι
Φ Ι L Ο Φ Ρ Ο Ν
Ε Π Ι Θ Ρ Α Ι Κ Ε Σ
Ε Υ Κ Ρ Α Τ Ε Σ
Ε Μ Π Υ L Ο Ι
Ε Λ . Σ Ι Α Σ
Ε Ν Σ Ε Ρ Μ Υ L Ι Α Ι
Π Ο L Υ Μ Ν Ε Σ Τ Ο Σ
Ε Σ Σ Ι Λ Λ Ο Ι
Π Α Υ Σ Ι Α Ε Σ
Α Ν Τ Ι Σ Α Μ Ο Ι Σ

. . . . . Ι Φ
. . . . Σ Τ Ρ
Τ Ι Μ Α Ν
Ε Υ Β Ο Υ
Μ Ν Ε Σ

Ο Ι Ν Ε
Τ Ε L Ι Κ Ρ Α
Χ Α Ρ
Δ Ε Μ Ο Σ Τ Ρ Α Τ

Κ Ε Κ Ρ Ο Π Ι Δ Ο Σ
L Υ Κ Ο Ν . . . .
Τ Ι Μ Ο Λ Ε Μ Ι Γ Ε
Σ Ο Ι Ν Α Υ Τ Ι . .
L Ε Ο Χ Α Ρ Ι

Α Ι Α Ν Τ Ι Δ Ο Σ
Λ L Α Υ Κ Ο
Θ Ρ Α Σ Ο Ν

Α Ν Τ Ι Ο
Α Ν Τ Ι Ο Φ Ε Μ Ο Σ
Ε Π Ι Τ Ε L Ι Δ Ο Σ
Ε Υ Θ Υ Μ Α Χ Ο Σ
Ν Ι Κ Ι Π Π Ο Σ

Ε Ν Λ Ρ Α
Η Ι Ε Φ Ο Ν
Α Ν Τ Ι Φ Α Ν Ε Σ
Τ Ο Χ Σ Ο Τ Α Ι
Φ Ι L Ι Π Π Ο Σ
Ν Α Υ Π Α Κ Τ Ο Σ
Δ Ε Χ Σ Ι Ο Σ
Μ Ν Ε Σ Α Π Ο Ρ Α Σ
Η Ε Ρ Α Κ L Ε Ι Δ Ε Σ
Η Ε Ρ Ο Φ Ι L Ο Σ
Ο Ν Ε Σ Ι Μ Ο Σ
Η Ι Ε Ρ . Κ L Ε Σ
Α Ν Α Χ Σ Ι . .
Χ Σ Ε Ν Ο Ι
Α Θ Ε Ν Ο Δ Ο Ρ Ο Σ
Ε Υ Φ Ρ Α Ι Ο Σ
Χ Α Ι Ρ Ι Α Σ Ν Ε Σ
Π Ο Σ Ε Ι . . Π Π Ο Σ
Μ Ε Ν Ο Ι Ι
Σ Τ Ρ Α Τ Ο Ν

Varietas lectionis. In plurimis Fourmontum secutus sum, paucis aliunde constitutis; spatia vacua, quae Fourm. neglexit, ex Os. et partim ex Cl. assumpsi, et col. I. vs. 6. ex analogia. Pauca vocabula in Rosii schedis ex hoc titulo petita suis locis memoravi: ubi eae non afferuntur, ibi ex illis nihil annotatum est. *Col.* I. vs. 1–9. omittunt Cl. Os. Vs. 10. Cl. EPI..PEYΣ, Os. .EL...EΣI, vs. 11. Cl. ΠΑΥΣΑΔΕΞΙ, Os. ΠΑΥΣ.ΔΕΣΙ, vs. 12. Fourm. ΦΙΛΙΠΠΔΕΣ, Os. ΦΙL.ΠΠΙΔΕΣ, Cl. quod dedi. Vs. 13. Fourm. Os. omittunt Δ; schedae Ros. praebent quod dedi, Cl. LYNOMEΔEY. Vs. 15. Cl. ΘΕΟΔΟΡΟΣ, Os. ΘΕ.ΔΟ.ΟΣ, 16. Cl. LYKI.O., Os. LYK...ΟΣ, 17. Cl. ANA.I.IOΣ, Os. ANAL.IOΣ, 18. Cl. AENEKLEΣ, Os. .MEKLEΣ, 19. Fourm. Cl. ΦΡΥΝΙΚΟΣ, quod ex Os. correxi. Vs. 20. consentiunt omnes in singulari scriptura Ἱποϑ. nisi quod Fourm. O pro Θ habet. Vs. 23. Cl. XIAPEAΣ. Vs. 24. Cl. ΕΥΑΛΛΕΙΟΣ: editam lectionem habent etiam Rosianae schedae. Vs. 28. Cl. KALLIKIEΣ; ceteri cum Ros. KALLIKLEΣ. Vs. 29. Cl. EXEO ΠΙΑΔΕΣ: ceteri consentiunt, etiam schedae Rosianae. Vs. 34. Cl. AMEINOKTEΣ. Vs. 39. ap. Fourm. maioribus litteris scriptus est; in litteris ipsis consentiunt Fourm. Os. et schedae Rosii; Cl. falso ANTIΦANEΣ. Characteres huius vocis, praeterquam quod H inest, in schedis Rosianis dicuntur plane esse diversi a reliquis huius tituli litteris, spatioque inscripti, quod iis vix sufficeret: ipse etiam Rosius mihi nunciavit, eos manifesto a recentiore manu additos esse. Igitur illos alio litterarum genere exarandos curavi. Vs. 40. pro ultimo I, quod Os. omittit, Cl. habet Σ. Vs. 41. Fourm. ΠΑΝΤΟ KLEΣ, ceteri ΠΑΝΤΑΚLEΣ, quae forma satis nota. Vs. 42. citat Viscont. Mem. de Elgin. p. 190. Vs. 45. Fourm. omittit P. Vs. 46. Os. ΘΡΑΙΚΕΣΙ, falso adiecto ultimo I (ut vs. 10. 11.), quod nec Fourm. nec Cl. habet, quamvis Os. Fourmontum dicat secum consentire: quo errore in alium errorem induxit censorem in Ephem. Ien. 1823. n. 26. p. 204. ut de forma Θρᾴκησι a loci nomine Θρᾶκαι cogitaret. Vs. 48. Cl. ΠΥLΟΙΣ, 49. Fourm. ΕΛ..ΙΑΣ, Cl. ΕΛ....ΙΑΣ, Os. EM.ΣΙΑΣ. Vs. 53. Cl. ΠΑΥΣΙΑΣΙΣΣ, Fourm. ΠΑΥΣΙΑΣΙ, Os. ΠΑΥΣΙΑΕΣ... Dedi Osanni lectionem, sed omissis punctis. Vs. 54. Fourm. rursum maioribus litteris ANTIΦΑΝΗΣ; sed hunc expuli hoc loco: nam Cl. Α.Σ., Os. Α..ΙΣΑΜΟΙΣ. Dedi Osanni lectionem licet corruptam, et lacunam ex Fourmontiana explevi. *Col.* II. apud Fourm. in eadem qua col. I. altitudine incipit: equidem Osanni dispositionem eatenus secutus sum, ut vs. 6. ante quem ap. Os. haud exigua lacuna est, eo loco ponerem, ubi Os. habet. Vs. 1. ex solo Fourm. est, qui super TP ponit; vs. 2. Fourm. ΣΤΡ paulo ad sinistram remotius; Os. ..ΣΤΡ, Cl. ut dedi. Vs. 3. Cl. TF..AN..., Os. Y..AN, vs. 4. Cl. EΝ..BA..., Os. E.PA; et deinceps Os. vacuum spatium quattuor versuum habet, omisso vs. 5. ubi Cl. IΝΕΣ. Post hunc vacuum est ap. Cl. ut dedimus. Vs. 6. Cl. ON....., Os. Θ.ΜΕ, 7. Cl. EΝ, 8. XAE. Vs. 9. Os. ΔΕ..Σ..Α, Fourm. et Cl. quod dedi, nisi quod ultimum T Fourm. omittit. Vs. 10. Cl. KEΝ.ΟΠΙΔΕΙ, Os. NE..ΟΠ..., 11. Fourm. LYK.N, Os. LYKON, Cl. LYKEN.... Vs. 12. Fourm. TIMOΛEMI, Os. TIMO.IMO., Cl. TIMO Σ..I..ΝE, unde ultima Fourmontianis addidi. Vs. 13. Fourm. ΣOINAY, Cl. ΣΟΙΛΙΥΤΙ.., Os. ΣOL.AY: nostra lectio ex duabus prioribus composita est. Vs. 14. Cl. LEOKΔ...., Os. LEOΔAM, 15. Cl. AIAI...., Os. AIAN, 16. Cl. ALAYKΛ..., Os. ALAY, 17. Cl. O pro Θ, 18. Cl. ANTIΦO, 19. Cl. ANTIOΦ, Os. ANTIO, 20. Cl. EI.ITELIΔ, Os. E.ITEL, 21. Cl. EYΘY..ΔXO, Os. EYΘY, 22. Cl. omittit litteram Σ, Os. omittit OΣ; 23. Cl. habet ENAK, Os. solum E, 24. Cl. N.E..., Os. EΔ, 25. Cl. A.Σ..., Os. ANTIX, 26. Cl. ΣΟΧΣΟΙΑL, Os. .ΟΧΣΟΤΑL, 27. Os. ΦΙLΙΠΠΙ, Cl. vacuum habet, 28. Cl. ΑΥΠΙΧ, Os. .ΑΥΠΑ, 29. Cl. post vacuum ΔΕΧΜΟΣ, Os. .ΕΧΣΥΟΣ, 30. Cl. MNEAΘΡΑΣ, Os. MNEMOKLEΣ, 31. Cl. ΠΕΡ/ ΓΙΔΕΣ, Os. HEP..LEIΔΕΣ, schedae Rosianae HEP.IΓΕΙΔΕΣ, 32. Fourm. HEPOΦΛΟΣ, Cl. HIEI.ΦΙΛΟΣ, schedae Rosianae HEPIΦILOΣ, ex quibus lectionibus mea composita est: Os. HELAO PIOΣ. Vs. 33. Os. ONEΣ.ΔΟΣ, 34. Cl. HIE...E., Os. HIEP.K.E, 35. Cl. ANA..., Os. ANA, 36. Cl. ΧΣΕΝΦΙ, 37. Cl. AΘEN APIΣ, 38. Os. ΕΥΦΟΔΙΟΣ, 39. Cl. XAIPYΣ N, Os. XAIO...NE, Fourm. quod dedi, nisi quod pro P habet Γ. 40. Cl. ΠΟΣΕ... ΤΟΣ, Os. ΠΟΣΕΝ..ΠΠΟΣ, 41. Cl. MENO..., Os. MENO, 42. Cl. ΣΤΡΑΤΟ, Os. ΣΤΡΑΤΟΚ.

.ϱασ....ο. *)
Ὀν[η]σ[ί]φ[ι]λος
Ἀριστώνυμος
Αἰ[σχί]νης
Σμ[ῖκρο]ς

Οἰ[νηΐδος]
Λύσιππος
Καλλιφῶν
Σπουδίας
Φερεκλῆς
Παυσιάδης
Φιλιππίδης

Κεκροπίδος
Λυκομήδης
Θεόδοτος
Λυκῖνος
Ἀναίτιος
Μενεκλῆς
Φρύνιχος

Ἱποϑωντίδος
Θεότιμος
Σκυροκλῆς
Χαρίας
Εὐάγγελος
Νικόστρατος
Θρασύμαχος

.....ιφ..
....στρ[ατ]..
Τιμάν... **)
Εὔβου[λ].. ***)
Μνησ....

Οἰνη[ΐδος]
Τηλικρά[της]
Χαρ...
Δημόστρατ[ος]

Κεκροπίδος
Λυκων[ίδης]
Τιμοδημί[δ]η[ς]
...ναυτ....
Λεωχάρ[ης]

Φανίας	Αἰαντίδος
Καλλικλῆς	Γλαυκ.. ****)
Ἐξωπιάδης	Θράσων
Αἰαντίδος	Ἀντιο[χίδος]
Κρατῖνος	Ἀντιόφημος
	Ἐπιτελίδ[η]ς
Ἀντιοχίδος	Εὐθύμαχος
Ἀριστομήδης	Νίκιππος
Ἀμεινοκλῆς	
Αἰσχίνης	Ἔνγρα[φοι]
Παντακλῆς	Ἱέ[ρ]ων
Χαρίδημος	Ἀντιφάνης
Τιμόξενος	Τοξόται
Ἀντιφάνης	Φίλιππος
Ἐμ Ποτειδαίᾳ	Ναύπακτος
Παντακλῆς	Δέξιος
Ἁγνόδημος	Μνη[σ]α[γ]όρας
Ἀρχίας	Ἡρακλείδης
Ἐν Ἀμφιπόλει	Ἡρόφιλος
Φιλόφρων	Ὀνήσιμος
Ἐπὶ Θρᾴκης	Ἱερ[ο]κλῆς
Εὐκράτης	Ἀναξι.. †)
Ἐμ Πύλῳ	Ξένοι
Ἡγ[η]σίας	Ἀθηνόδωρος
Ἐν Σερμυλίᾳ	Εὔφραῖος
Πολύμνηστος	Χαιρ[εμέ]νης
Ἐς Σίγγῳ	Ποσεί[δι]ππος
Παυσιά[δ]ης	Μένων
Ἀντι......	Στράτων

*) Credo Ἐράσιππος. **) Τίμανδρος vel Τιμανδρίδης. ***) Εὔβουλος vel Εὐβουλίδης. ****) Γλαῦκος vel Γλαύκων. †) Ἀναξικράτης, Ἀναξίων vel simile.

In scriptura sunt pauca memorabilia: OY in nominibus propriis, ut ΣΠΟΥΔΙΑΣ, ΕΥΒΟΥΛ, usitatum est etiam ea aetate, ubi diphthongus solebat littera O signari, et ipsum ΣΠΟΥΔΙΑΣ habes n. 147. In voce Ἁγνόδημος, item in voce Ἡγησίας aspirationis nota omissa est; simplex Π pro duplici in nomine Ἱπποθωντὶς ex usu antiquo resedit: cf. n. 2. et 168. *b*. Ἐς Σίγγῳ p. ἐν Σίγγῳ alia exempla habet (n. 87. 147.) Sed H in voce Ἀντιφάνης col. I. vs. 39. olim me male habuit, quod idem Fourm. etiam vs. 54. praebet, utramque lineam maioribus litteris delineans; igitur eius nominis putabam peculiarem rationem esse et Antiphanem scribam nomen suum diverso litterarum genere subscripsisse: nunc, postquam patefactum est, vs. 54. lectionem esse incertissimam, vs. 39. autem esse insiticium, litterae H usus, quem in solo titulo n. 149. ante Euclidem, sed paucis annis ante, reperimus, iam non offendit; haud dubie enim hoc nomen multis annis post reliquum titulum additum est, credo quod singulari de causa olim omissum erat, ut Niciae nomen in simili catalogo (Pausan. I, 29, 9.), postea autem, mutata populi sententia, addendum videbatur.

Duplex est series nominum per tribus dispositorum; utrique deest pars superior, quae complectebatur tribus Erechtheidem, Aegeidem, Pandionidem et Leontidem, dein Acamantidem, cuius pauca utrobique nomina supersunt; his succedunt ex ordine constante (de quo v. Corsin. F. A. T. I. p. 154. sqq.) Oeneis, Cecropis, Hippothontis, Aeantis, Antiochis. Nomina ipsa sunt eorum, qui in proeliis caesi et in Ceramico sepulti erant; duae vero quum series sint, patet eos, quibus nullus locus adscriptus est, in duobus perisse proeliis, in altero alterius seriei milites. Nam etsi ex n. 165. et ex ipso Thucydide (II, 34.) colligitur, Athenienses subinde omnes, quotquot uno anno variis locis occubuissent, simul humasse et uni monumento nomina omnium inscripsisse, tamen quod col. I. vs. 40 sqq. singuli loci nominantur, ubi unus et alter obierat, inde apparet, praecedentia nomina sub unius pugnae, quae in fronte memorata erat, nomine posita fuisse; a quibus quum divisa altera tribuum series sit, ad aliam haec pugnam refertur. Haud dubie vero, qui locis illis singulis occisi sunt, Antiochidis tribules omnes fuerunt, ex qua videtur a reliquo exercitu separata manus in illos locos (excepta Pylo) missa esse: nam sub ea sola tribu singuli loci commemorantur, iique ne vacuo quidem spatio a ceteris nominibus divisi. In secundae autem columnae fine alii quidam milites post Atticos cives nominantur, de quibus paulo post dicam. Hactenus de tituli dispositione. Cuius maximam partem quum Viscontus ad eos rettulisset, qui Olymp. 89, 1. apud Delium perierant (Thucyd. IV, 90 sqq. Diod. XII, 69 sqq.), et in Ceramico sepulti erant (Pausan. I, 29, 11.); equidem de ea re dubitavi, tum quod duplex tribuum series uni pugnae convenire non videbatur, tum quod apud Delium prope mille Athenienses et praeterea levis armaturae et ministrorum permulti ceciderunt, quum tamen in hac tabula singularum tribuum pauci cives inscripti sint: ceterum Viscontum arbitrabar Delii nomen in parte tituli a Fourmonto non transcripta agnovisse. Nunc quum neminem melius quam Fourmontum hanc inscriptionem legisse videam, illius sententiae etiam minus tribuo. Attamen ut olim, ita nunc in anno a Visc. indicato subsisto; id quod etiam Osannus fecit. Nam loci, qui col. I. extr. memorantur, rebus eo anno gestis conveniunt mediocriter. Primum vs. 40. comparet *Potidaea* et vs. 44. *Amphipolis*, deinde vs. 46. *Thracia*. Nam ἐπὶ Θρᾴκης vera lectio est, ut docui in varia lectione, uniceque congrua usui sermonis (Thucyd. I, 59. I, 68. II, 9. II, 29. IV, 82. IV, 102. Isocr. de antid. p. 68. ed. Orell. Demosth. Phil. III. p. 117. 21.), de quo non recte statuerunt nonnulli, et nuperrime Gailius in Nov. Act. Acad. Inscr. T. V. Hist. p. 41 sqq. Succedunt *Pylus* vs. 48. et *Sermylia* vs. 50. postremo vs. 52. *Singus*, vicinum Sermyliae oppidum. Ex his Sermylia est urbs Chalcidica, quam Schol. Thucyd. (ad I, 65. ubi v. intt.) Sermylidem et Hermylidem vocat, Steph. Byz. Sermyliam, Herodotus (VII, 122.) Sermylen, nisi apud hunc legendum Σερμυλίην. Atque utrumque oppi-

dum, et Sermylia et Singus, ea tempestate Atheniensibus parebat: Sermylia Olymp. 89, 3. pace facta Atheniensibus confirmata est; Singaeis meliores condiciones concessae sunt, eaedem quae Olynthiis et Acanthiis aliisque, ita tamen ut tributum ab Aristide imperatum pendere tenerentur (Thucyd. V, 18.). Post Singum vs. 54. novum loci nomen latere vix crediderim: certe si in fine nihil periit, non potest vs. 54. loci nomen positum esse, quod locorum designatio defunctorum nominibus praemissa est manifesto. Iam Olymp. 89, 1. Amphipolis a Brasida capta est (Thucyd. IV, 102 sqq. Diod. XII, 68.); mox quum Lacedaemonii Toronen et Lecythum aggrederentur, ubi Attici agebant praesidiarii (Thucyd. IV, 110 sqq. Diod. XII, 68.), pauci etiam apud Sermyliam et Singum, loca proxima, possunt caesi esse; neque apud Amphipolin multos perisse consentaneum est, quum proelio ibi decretum non sit. Vicinae quoque Thracia et Potidaea: de hac tamen quae ap. Thucyd. IV, 135. narrantur, ea nuperus editor advocare non debebat, quum anno insequenti gesta sint. Unus vero, qui apud Pylum Olymp. 88, 4. captam occubuisse traditur, hoc demum anno potest ex vulnere ibi accepto mortuus videri. Sed duo illa proelia, ad quae plurima nomina referenda sint, Osannus recte iudicat in eorum, qui nominati sunt, locorum vicinia quaerenda esse, commodeque huc advocat obsidionem Mendae et Scionae Olymp. 89, 1. duce Nicia coeptam (Thucyd. IV, 129. coll. Dodw. Annal. Thucyd. et Diod. XII, 72 sqq. qui haec sub Olymp. 89, 2. narrat). Aderant autem huic expeditioni praeter Atticos hoplitas sagittarii sexcenti, Thraces mille mercenarii, aliique levis armaturae milites, quos Thucydides peltastas vocat, ex sociis in ea regione contracti: quae omnia huic titulo explicando eximie conveniunt.

Nam in fine alterius columnae post tribus Atticas spatio divisum triplex militum genus hoc ordine designatur: Ἔγγραφοι, ut vere Os. coniecit, τοξόται, ξένοι. Ubi quum ξένοις opponi τοξότας putarem, ut n. 165. τοξόται sunt Erechtheidis, quippe ἀστικοί (n. 80.), ita hic quoque τοξότας cives esse iudicabam (Oec. civ. Ath. T. I. p. 285.): nunc mitto hanc sententiam, quod cives in tribubus censentur, hi autem extra tribus positi sunt: quod olim, quum de vacuo spatio et de voce ἔγγραφοι non constaret, non poterat perspici. Sed eodem argumento labefactantur, quae Os. de ἐγγράφοις disputavit: quos ille dicit ephebos esse, utpote ἐγγεγραμμένους τῷ ληξιαρχικῷ γραμματείῳ, et extra tribus versari censet; eos vero, dum περίπολοι sunt, militasse non solum in Attica, sed etiam extra Atticae fines, quod demonstrat exemplo Megaricae expeditionis ap. Thucyd. IV, 67. cui praeter hoplitas affuerunt Πλαταιῆς τε ψιλοὶ καὶ ἕτεροι περίπολοι; postremo confert ἐπεγγράφους, qui in titulis gymnasticis post eos, qui in tribubus et pagis censentur, reperiuntur additi. At ephebi non extra tribus sunt, sed in tribubus inscripti, quod fit ipsa in lexiarchicum relatione; itaque hi tituli nostri ἔγγραφοι non possunt ephebi esse. Neque ephebos extra fines Atticae militasse Os. demonstravit: cuius cetera argumenta, quae nihili sunt, omittam, et in loco Thucydidis consistam. In quo si concesseris περιπόλους esse ephebos, etiamsi ephebi in Megaride, hoc est in ipsis confiniis Atticae militaverint, nondum tamen illos in longinquas expeditiones missos esse concesseris. Sed nego apud Thucydidem περιπόλους esse ephebos. Nam si ephebi περίπολοι fuerunt, non ideo omnes περίπολοι sunt ephebi. Περίπολοι sunt *circuitores, speculatores,* quibus opus cuivis exercitui, etiamsi nulli ephebi adsint: quos περιπόλους quum Thucydides cum ψιλοῖς Πλαταιεῦσι componat et hoplitis opponat, patet illos περιπόλους fuisse leviter armatos, quum tamen ephebi panoplia usi sint (v. comment. nostram de Ephebia Attica). Porro qui in titulis Atticis ἐπέγγραφοι dicuntur, ephebi quidem sunt, sed opponuntur aliis ephebis, qui in tribubus censentur: igitur illi ephebi non Attici sunt, ideoque dicuntur ἐπέγγραφοι; sed quibus opponuntur, ii sunt Attici tribubus inscripti, et quod ceteri ἐπέγγραφοι audiunt, sunt pro ἐγγράφοις censendi (cf. ad n. 272.): ut videas, si ex illis titulis iudicetur, ἐγγράφους potius cives tribubus inscriptos significare, non tribubus non adscriptos. Quamquam ne hoc quidem verum est: nam illorum titulorum alia prorsus atque huius ratio est. Ut enim meam sententiam paucis aperiam, ἐγγραφῆς ratio pro rerum diversitate alia est. Ubi de civitatis iure exercendo agitur, ἐγγεγραμμένος dicitur, qui ut vir in lexiarchicum relatus est; ubi de gymnasio, ἐγγεγραμμένος est, qui nomen in gymnasio professus est. Rursum alia ἐγγραφῆς ratio in publicis debitoribus, qui etiam ἐγγεγραμμένοι dicuntur, sed in arce. At in nostro titulo de *militia* agitur: igitur militaris haec ἐγγραφή est. Nunc videndum, quinam in militia, quum non cives essent, potuerint ἔγγραφοι dici. In quo primum constat, omnes tres classes has, ἐγγράφους, τοξότας, ξένους esse peregrinos: illud quaerendum, quomodo, si etiam duae priores classes peregrinorum erant, tamen iis ξένοι opponi queant. Sed ex hac me difficultate facile expedio. Exemplum peto ex republica pacata. Constat enim ξένους in republica varii generis esse: sunt alii simpliciter ξένοι, alii ξένοι μέτοικοι, qui etiam simpliciter μέτοικοι dicuntur: quae res ita nota et certa est, ut mireris de ea nuper dubitatum esse. Item μέτοικοι varii sunt, aut μέτοικοι simpliciter, aut meliori iure μέτοικοι ἰσοτελεῖς, qui vulgo breviter ἰσοτελεῖς audiunt. Qui etsi omnes ξένοι sunt, possunt tamen ξένοι, μέτοικοι, ἰσοτελεῖς opponi. Eodem modo in hoc titulo ξένοι dividuntur a τοξόταις et ἐγγράφοις, licet omnes sint ξένοι. Singulae autem hae peregrinorum militum classes quales fuerint, potest ex ipso, quo positae sunt, ordine intelligi: nam ut loco, ita dignitate primi ἔγγραφοι iudicandi, medii τοξόται, tertii ξένοι: et cum hoc ordine fere convenit Thucydideus ordo in huius expeditionis militibus recensendis (IV, 129.):

ὁπλίταις χιλίοις ἑαυτῶν, καὶ τοξόταις ἑξακοσίοις, καὶ Θρᾳξὶ μισθωτοῖς χιλίοις, καὶ ἄλλοις τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων πελτασταῖς: in quibus fuere Methonaei, iique ψιλοί (ibid.). Iam ut ab infimo ordine incipiamus, ξένους intellige eos, qui non erant in copiis Atticis censiti, sed aut mercenarii aut socii: utrique enim proprie ξένοι sunt, sive Athenis sive foris versantes. His meliores sunt τοξόται, qui videntur omnes Athenis adducti, et in copiis Atticis censentur, licet non Athenienses sint: intellige sagittarios ex inquilinis ignobilioribus conscriptos. De Thracibus ne cogita: Thraces enim ex sagittariis eximit Thucydides. Supersunt ἔγγραφοι, dignitate primi. Hi quales fuerint nisi hoplitae? Nam hoplitae etsi potissimum ex civibus superiorum classium, rarius ex quarta classe (Θησίν) lecti sunt, fuerunt tamen etiam μέτοικοι ὁπλῖται (Thucyd. II, 13.), et sola equestris militia μετοίκοις occlusa erat (Xenoph. de vectig.): eosque etiam extra Atticam in pedestri militasse exercitu docet Thucydides (IV, 90.). Sed ditiores tantum et primores inquilinorum possunt hoplitae fuisse, in iisque haud dubie ἰσοτελεῖς. Igitur hos peregrinos, utpote hoplitis adscriptos, arbitror ἐγγράφους dictos esse, hoc est ξένους ἐγγεγραμμένους ὁπλιτῶν καταλόγῳ. Qui si civibus oppositi essent, potuissent etiam ἐπέγγραφοι dici: nunc quum ἔγγραφοι dicantur, hoc nomine a ceteris distinguuntur peregrinis non inscriptis. Ceterum, quod Θῆτες ὁπλῖται opponuntur ὁπλίταις ἐκ καταλόγου, unde patet Θῆτας non in catalogo hoplitarum censitos esse; hinc aliquis μετοίκους dixerit multo minus potuisse hoplitarum catalogo inscriptos esse: quam difficultatem etsi habeo quomodo removeam, tamen ne longus sim, hoc unum addo, in sententia mea constituenda hanc me rem non latuisse.

172.

In pavimento Ecclesiae semirutae in via, quae ex oppido in arcem ducit. Edidit Chandlerus Inscr. ant. P. II. n. 107. p. 70. cf. Syllab. p. xxx. ex quo dedi, retentis etiam Chandleri supplementis, quae prope omnia bona sunt.

[*Textum vide pag. seq. interpositum.*]

Verba haec sunt:

Κεκροπίδος	Ἱπποθωντίδος	Αἰαντίδος	Ἀντιοχίδος
Μελιτεῖς	Πειραιεῖς	Φαληρεῖς	Ἀλωπεκῆθεν
Εὐθύδημος	Μενεκλέης	Κτησικλῆς	Ἡγησίας
Εὐθυδόμου	Αὐτομένους	Κηφισοφῶντος	Ἱπποκράτους
Ἀντίχαρμος	Ἐροιάδαι	Χάριππος	Κλεινίας
Εὐδόξου	Ἀπολλόδωρος	Χαρίππου	Ἐξηκεστίδου
Ξυπεται[ῶ]νες	Πιστοδώρου	Ναυκλῆς	Θέογνις
Εὔδημος	Κορυδαλλεῖς	Μνησικλέους	Δεινοστράτου
Εὐφράνορος	Ἀλκίμαχος	Χαρίας	Ἀπολλόδωρος
Διονύσιος	Ἀρκεφῶντος	Θευνίωνος	Δημοκράτους
Ἐπιχάρους	Βόηθος	Κτησικράτης	Θόρα[θ]ε[ν]
Δημόστρατος	Ἀθηνίχου	Κτησιφῶντος	Κλέανδρος
Ἀνδροσθένους	Ἐλευσίνιοι	Ἀφιδναῖοι	Ἐνιφωνίδου ††)
Ἐπιθέτης	Εὐξενίδης	Τει[σικλῆ]ς	Κάλλαισχρος
Ἀντικλέους *)	Ἀντιφάνου[ς]	Τεισικλέους	Καλλαίσχρου
Κλεινίας	Σάτυρος	Ἀθηνόδωρος	Ἀγγυλῆθε[ν] †††)
Φίλωνος	Ἐργοφίλου	Θεοκλέους	... θάνωρ ††††)
Τιμόστρατος	Πρόξενος	Κλεώνυμος	Σωκρατίνου °)
Μενεστράτου	Εὐδώρου	Φιλωνίδου	Σμί[κ]υθος
[Π]ιθεῖς	Κόπ[ρ]ειοι	Σμικείας ****)	Δεινοστράτου
[Ἥγ]υλλος	Νικοτέλης	Φράδμονος	Ἀ[τ]ηνεῖς
Φαίδρου	Ξενοτίμου	Κτησάσων †)	. . . . .
Τιμόθεος	Οἰναῖοι	Λυσ[ίππ]ου	Λυσανίου
[Τ]ιμοθέου	Λεώστρατος	Μολοττὸς	Λυσιππίδης
.. ίνων	Λεωκράτους	Εὐνόμου	Λυσίου
.. ίνου	Λυσίστρατος	Διόδωρος	Ἀναφλύστιοι
[Φλ]υεῖς	Βίου	Διοδωρίδου	Χαιρεφῶν
.. οιττοφῶν	Με . ίας	Οἰναῖοι	Χαιρίου
.. υθίου	Θρασυκλέους	Λεύκων	Καλλιάδης
Κομητίδης	Τιμ.....	Σωκράτους	Μνησιφάνους
Ἀντιγενίδου	Ἐπι[κρ]άτους	Λεύκων	Θεόδοτος
Ἀντιγένης	Ἐλ[αι]ούσιο[ι]	Ἱπποκράτους	Νικίου
Ἀντιγενίδου	Ξενοκλῆς	Μαραθώνιοι	Ἄντανδρος
Χαρί[σανδ]ρος	Ὀνομακλέους	Αὐτοφῶν	Κηφισοδότου
Ἀντιγέν[ους]	Δεκελεῖς	Πολυκτήτου	Βησαιεῖς
Κ[ικυν]νεῖς	Ἰάννιος	Λυσικράτης	Μνησίμαχος

[*Continuatur pag.* 308.]

	T		A	I
....	ΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣ	ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΔΟΣ	ΑΙΑΝΤΙΔΟΣ	ΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣ
....	ΜΕΛΙΤΕΙΣ	ΠΕΙΡΑΙΕΙΣ	ΦΑΛΗΡΕΙΣ	ΑΛΩΠΕΚΗΘΕΝ
....	ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ	ΜΕΝΕΚΛΕΗΣ	ΚΤΗΣΙΚΛΗΣ	ΗΓΗΣΙΑΣ
....	ΕΥΘΥΔΟΜΟΥ	ΑΥΤΟΜΕΝΟΥΣ	ΚΗΦΙΣΟΦΩΝΤΟΣ	ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
	ΑΝΤΙΧΑΡΜΟΣ	ΕΡΟΙΑΔΑΙ	ΧΑΡΙΠΠΟΣ	ΚΛΕΙΝΙΑΣ
	ΕΥΔΟΞΟΥ	ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ	ΧΑΡΙΠΠΟΥ	ΕΞΗΚΕΣΤΙΔΟΥ
	ΞΥΠΕΤΑΙΟΝΕΣ	ΠΙΣΤΟΔΩΡΟΥ	ΝΑΥΚΛΗΣ	ΘΕΟΓΝΙΣ
	ΕΥΔΗΜΟΣ	ΚΟΡΥΔΑΛΛΕΙΣ	ΜΝΗΣΙΚΛΕΟΥΣ	ΔΕΙΝΟΣΤΡΑΤΟΥ
	ΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣ	ΑΛΚΙΜΑΧΟΣ	ΧΑΡΙΑΣ	ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ
	ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ	ΑΡΚΕΦΩΝΤΟΣ	ΘΕΥΝΙΩΝΟΣ	ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΣ
	ΕΠΙΧΑΡΟΥΣ	ΒΟΗΘΟΣ	ΚΤΗΣΙΚΡΑΤΗΣ	ΘΟΡΑΚΕΙΣ
	ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΣ	ΑΘΗΝΙΧΟΥ	ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΟΣ	ΚΛΕΑΝΔΡΟΣ
	ΑΝΔΡΟΣΘΕΝΟΥΣ	ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΙ	ΑΦΙΔΝΑΙΟΙ	ΕΝΙΦΩΝΙΔΟΥ
	ΕΠΙΘΕΤΗΣ	ΕΥΞΕΝΙΔΗΣ	ΤΕΙ[ΣΙΚΛΗ]Σ	ΚΑΛΛΑΙΣΧΡΟΣ
	ΑΝΤΙΚΛΕΙΟΥΣ	ΑΝΤΙΦΑΝΟΥ[Σ]	ΤΕΙΣΙΚΛΕΟΥΣ	ΚΑΛΛΑΙΣΧΡΟΥ
	ΚΛΕΙΝΙΑΣ	ΣΑΤΥΡΟΣ	ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ	ΑΓΓΥΛΗΘΕΙΣ
	ΦΙΛΩΝΟΣ	ΕΡΓΟΦΙΛΟΥ	ΘΕΟΚΛΕΟΥΣ	...ΘΑΝΩΡ
	ΤΙΜΟΣΤΡΑΤΟΣ	ΠΡΟΞΕΝΟΣ	ΚΛΕΩΝΥΜΟΣ	ΣΩΚΡΑΤΙΝΟΥ
	ΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟΥ	ΕΥΔΩΡΟΥ	ΦΙΛΩΝΙΔΟΥ	ΣΜΙΝΥΘΟΣ
	.ΙΘΕΙΣ	ΚΟΠΙΕΙΟΙ	ΣΜΙΚΕΙΑΣ	ΔΕΙΝΟΣΤΡΑΤΟΥ
	[ΗΓ]ΥΛΛΟΣ	ΝΙΚΟΤΕΛΗΣ	ΦΡΑΔΜΟΝΟΣ	ΑΞΗΝΕ[Ι]Σ
	ΦΑΙΔΡΟΥ	ΞΕΝΟΤΙΜΟΥ	ΚΤΗΑΣΩΝ	. . . . .
	ΤΙΜΟΘΕΟΣ	ΟΙΝΑΙΟΙ	ΛΥΣ[ΙΠΠ]ΟΥ	ΛΥΣΑΝΙΟΥ
	[Τ]ΙΜΟΘΕΟΥ	ΛΕΩΣΤΡΑΤΟΣ	ΜΟΛΟΤΤΟΣ	ΛΥΣΙΠΠΙΔΗΣ
	..ΙΝΩΝ	ΛΕΩΚΡΑΤΟΥΣ	ΕΥΝΟΜΟΥ	ΛΥΣΙΟΥ
	..ΙΝΟΥ	ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΟΣ	ΔΙΟΔΩΡΟΣ	ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΙ
	..ΔΥΕΙΣ	ΒΙΟΥ	ΔΙΟΔΩΡΙΔΟΥ	ΧΑΙΡΕΦΩΝ
	..ΟΙΣΤΟΦΩΝ	ΜΕ.ΙΑΣ	ΟΙΝΑΙΟΙ	ΧΑΙΡΙΟΥ
	..ΥΘΙΟΥ	ΘΡΑΣΥΚΛΕΟΥΣ	ΛΕΥΚΩΝ	ΚΑΛΛΙΑΔΗΣ
	ΚΟΜΗΤΙΔΗΣ	ΤΙΜ.....	ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ	ΜΝΗΣΙΦΑΝΟΥΣ
	ΑΝΤΙΓΕΝΙΔΟΥ	ΕΠΙ[ΚΡ]ΑΤΟΥΣ	ΛΕΥΚΩΝ	ΘΕΟΔΟΤΟΣ
	ΑΝΤΙΓΕΝΗΣ	ΕΛΛΕΟΥΣΙΟ[Ι]	ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ	ΝΙΚΙΟΥ
	ΑΝΤΙΓΕΝΙΔΟΥ	ΞΕΝΟΚΛΗΣ	ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΙ	ΑΝΤΑΝΔΡΟΣ
	ΧΑΡΙ...ΑΡΟΣ	ΟΝΟΜΑΚΛΕΟΥΣ	ΑΥΤΟΦΩΝ	ΚΗΦΙΣΟΔΟΤΟΥ
	ΑΝΤΙΓΕΝ...	ΔΕΚΕΛΕΙΣ	ΠΟΛΥΚΤΗΤΟΥ	ΒΗΣΑΙΕΙΣ
	Κ[ΙΚΥΝ]ΝΕΙΣ	ΙΑΝΝΙΟΣ	ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ	ΜΝΗΣΙΜΑΧΟΣ
	ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ	ΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥΣ	ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ	ΑΘΗΝΙΩΝΟΣ
	ΘΕΟΞΟΤΙ..ΟΥ	ΘΕΟΔΩΡΟΣ	ΤΡΙΚΟΡΕΥΣΙΟΙ	ΠΑΛΛΗΝΕΙΣ
	ΕΥΚΡΑΤΗΣ	ΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥΣ	ΕΥΒΟΥΛΙΔΗΣ	ΦΕΙΔΙΑΣ
	ΠΟΛΥΚΡΑΤΟΥΣ	ΠΥΘΩΝ	[ΦΙ]ΛΙΠΠΟΥ	ΦΕΙΔΙΟΥ
	. . . . . .	ΣΑΝΝΙΟΥ	Ε.....	ΙΙ.ΝΕΥΣ
	..ΟΣΤ...	ΕΡΩΙΝΑΥΤΗΣ	ΛΥΣΙΟΥ	ΔΗΜΟΝΙΚΟΥ
	. . . . . .	. . . . . .	ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΙ	ΕΥΦΙΛΗΤΟΣ
	ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ	..ΦΙΛ..	ΔΙΟΔΩΡΟΣ	ΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣ
	Π......	..ΡΙΩ..	ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ	ΧΑΙΡΕΣΤΡΑΤΟΣ
	Λ......	.ΞΟΙΝΟΥ	ΧΑΡΙΝΟΣ	ΘΟΥΧΑΡΙΩΝΟΣ
	..ΞΕΝΙ...	[Κ]ΛΕΙΝΟΜΑΧΟΣ	ΝΑΥΣΙΚΛΕΟΥΣ	ΚΟΛΩΝΕΙΣ
	...ΠΠΟ...	[Α]ΝΘΕΜΟΚ[ΡΙΤΟ]Υ	ΔΙΟΓΕ[ΝΗΣ]	ΑΡΝΙΠΠΟΣ
	ΛΕΟΦΙΛΟΣ		.ΙΥΚΛΟΥ	ΠΟΛΥΝΙΚΟΥ
	...ΙΚΟΥ		ΘΕΟΔΗΜΟΣ	[ΔΙ]ΟΓΕΙΤΩΝ
	ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ		ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥ	...ΩΝΟΣ
	ΕΥΦΙΛΗΤΟΥ		ΚΑΛΛΙ[ΠΠ]ΟΣ	ΕΡΟΙΑΔ[ΑΙ]
	Α...ΕΙΣ		ΜΗΝ..ΟΥ	ΦΟΡΜΙ.ΟΣ
	ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΣ		ΕΥΠΕΙΤΩΝ	ΧΑΡΟΙΑΔ..
	ΦΕ..ΟΥ			ΕΙΤΕΑΙΟ..
	ΦΙΛΟΝΕΟ.			
	. . . . . .			

Νικόστρατος	Στρατοκλέους	Λυσιμάχου	Ἀθηνίωνος
Θεοξοτι . . ου	Θεόδωρος	Τρικορεύσιοι	Παλληνεῖς
Εὐκράτης	Στρατοκλέους	Εὐβουλίδης . .	Φειδίας
Πολυκράτους	Πύθων	[Φι]λίππου	Φειδίου
[Nomen demi]	Σαννίου	Ε	. . . νεὺς
. . οστ . . .	Ἐρωϊναύτης?	Λυσίου	Δημονίκου
. . . . . .	. . . . . .	Ῥαμνούσιοι	Εὐφίλητος
Μενεκράτης	. . φιλ . .	Διόδωρος	Εὐφράνορος
Π	. . ριω . .	Ἰσιγένους	Χαιρέστρατος
[Αἰξωνεῖς] **)	[Ἐ]ξ Οἴου ***)	Χαρῖνος	Θουχαρίωνος
[Εὐ]ξενί[δης]	[Κ]λεινόμαχος	Ναυσικλέους	Κολωνεῖς
. . . [ι]ππο . . .	[Ἀ]νθεμοκ[ρίτο]υ	Διογέ[νης]	Ἄρνιππος
Λε[ώ]φιλος		. ικλου	Πολυνίκου
. . . ίκου		Θεόδημος	[Διο]γείτων [b])
Δημοκράτης		Θεομνήστου	. . . ωνος
Εὐφιλήτου		Κάλλι[ππ]ος	Ἐροιάδ[ης] [c])
Ἁ[λαι]εῖς		Μην . . ου	Φόρμι[δ]ος
Ἀρχέστρατος		Εὐ[γ]είτων	Χαροιάδ[ης]
Φε . . ου		. . . .	Εἰτεαῖο[ι] [d])
Φιλόνε[ως]			. . . .
. . . . . .			. . . . . .

*) EI pro E corruptum videtur. **) Αἰξωνεῖς legendum esse infra docui. ***) Vitiose Chandl. OINOY. ****) An Σμικρίας? †) Nomen suspectum; credo Κτήσων legendum. ††) Ἐπιφωνίδου an Ἐπιφανίδου? †††) Vide notas. ††††) An Πορθάνωρ? [a]) Credo Σωκρατίδου: nam Σωκρατῖνος non analogum est, licet nomen sit Κρατῖνος. [b]) Ita Chandl. potest tamen etiam Θεογείτων esse. [c]) Errat Chandl. qui Ἐροιάδαι demum infert: hunc enim habemus col. II. in Hippothontide; neque usquam traduntur duo hoc nomine demi fuisse. Praeterea vs. 54. videtur genitivus esse, non nominativus: igitur praecessit nominativus. [d]) Si vera sunt, quae modo dixi, hoc loco debet genitivus esse; sed legendum Εἰτεαῖο[ι], ut hoc sit pro Ἰτεαῖοι, ex Itea demo Antiochidis (in Marm. gymnast. n. 275.) vel Acamantidis secundum alios. Scriptura Εἰτεαῖος habetur etiam n. 174. et 647. Quodsi hoc loco Ἰτεαῖοι intelliguntur, Chandl. omisit versum post nomen Χαροιάδης.

Praeter quattuor has columnas, quae singulae singulas tribus complectuntur, alia fuit in sinistra, ex qua quum Chandlerus pauca nomina transcripsisset, nec tribus nec pagi mentionem continentia, omisit ea propter spatii angustias; plura, ut putat, continebat marmoris pars, quae latebat; sed quae pars latuerit, non indicatur. Ni fallor, hic lapis tantum quinque tribus complexus est; in sinistra appositus fuit alius, in quo totidem inscriptae erant. Quae supersunt, sunt quattuor ultimae tribus ex ordine constante. Neque vero potest dubium esse, marmor hoc esse eius aetatis, qua decem adhuc Athenis tribus erant. Litterae Chandlero teste magnae et pulchrae sunt; Γ est frequentissimum, raro Π comparet, neque hoc puto in lapide fuisse: Ξ est constans, diserte affirmante Chandlero; unde aliquot locis, ubi per incuriam Ξ ap. Chandl. excusum est, reposui prius. Pro Σ haud dubie ≤ fuit, quae Chandl. non solet distinguere. Postremo universa litteratura eiusmodi est, quae Alexandri M. et Demosthenis aetati conveniat, nec quidquam inest quod recentiorem aetatem sapiat. Nullum reperitur nomen ex Macedonicis regum familiis petitum, nullus Seleucus, Ptolemaeus, Attalus; nihil quidquam Romani; demi omnes antiqui sunt, qui ante XII tribus fuerunt, et iis tribubus accensiti, sub quibus antiquitus positi erant: contra in titulis duodecim tribuum aetate scriptis et in veterum locis ad eam aetatem referendis partim aliis tribubus hi demi accensentur. Universa tituli forma dissimilis recentiorum temporum catalogis. Immo col. II. vs. 4. resedit etiam antiqua forma Μενεκλέης. Denique quum in dextera integer lapis sit, certo certius est, eum non posse post Olymp. 144, 4. perscriptum esse, quo anno Attalis instituta est (v. ad n. 121.): nam Attalis ex ordine constante ultima est. V. Cors. F. A. T. I. p. 176. Iam vero quum Ptolemais et deinceps Attalis instituerentur, probabile est in has tribus coniectos eos pagos esse, qui fuerant Antigonidis et Demetriadis: igitur quum ii demi, qui Ptolemaidis et Attalidis fuerunt, in hoc titulo inter antiquiores tribus recenseantur, hunc titulum etiam hanc ob causam ante Olymp. 118, 3. scriptum iudico: quamquam hoc argumento ne opus quidem. Virorum, qui inscripti sunt, nullum alibi me legere memini, excepto Euthydemo Euthydomi f. (col. I. vs. 4.). Id nomen habetur manifesto n. 94. ubi quod *Euthydomi* nomini in Fourmontiano titulo non confidebam, Euthydemi appellationem praetuli: sed hoc titulo collato ibi quoque Euthydomi nomen agnoscendum. Et accedit alia inscriptio, in qua Euthydomi nomen reperitur: quam edo in Agonisticis n. 232. Ceterum redeunt in iisdem familiis eadem nomina, ut Diodorus Halaeensis est ap. Demosth. adv. Eubulid. p. 1310. 17. et alius in titulis n. 123. 124. etc. aetate plane diversa: sed quum hic noster titulus aetati tituli n. 94. omnino conveniat, eundem in utroque hominem designari coniicio; ita ut n. 94. pagi Melitae monumentum habendum videatur. Est autem illa inscriptio archonte Theophrasto scripta, Olymp. 110, 1. vel 116, 4. Iam si quaeras, cur hunc titu-

lum in militaribus posuerim, brevis responsio est. Qui non multa huiusmodi monumenta examinaverit, possit de catalogo aut gymnico aut prytanum cogitare: sed prytanum catalogi non ex ordine tribuum constante confici potuerunt, quum potius prytaniarum ordo sequendus esset; gymnicos autem catalogos, quibus adolescentes in gymnasiis exercitati inscriberentur, ante Romanam aetatem confectos esse nemo docebit: postremo utrisque catalogis, quorum ex genere tot supersunt, dissimilis hic est. Accedit quod col. II. integra videtur; nec nominum numerus prytanum aequat numerum. Nihil igitur superest, nisi ut bello caesorum catalogus sit, ex Ceramico extra urbem translatus in ecclesiam: id quod etiam Chandlere et Visconto (Hist. Institut. Gall. class. hist. et ant. litt. T. III. 1818. p. 45.) visum est. Supra comparet TAI, ex generali reliquum titulo, quales militaribus his catalogis supra iuxtaque adscriptos esse patet ex prioribus inscriptionibus. Sed hoc novum, quod etiam pagi annotati sunt: cf. Pausan. I, 29, 4. *καὶ σφῶν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι τὰ ὀνόματα καὶ τὸν δῆμόν ἑκάστου λέγουσαι.* Pugnam ipsam reperire non licet; plures suppeditabit Pausanias (ib. 7, 11.): modo ne de Chaeronensi cogites, in qua multo plures interierunt.

Superest ut de pagis dicam, quorum causa hoc monumentum praestantissimum iudico. Insunt autem hi:

Κεκροπίδος	Ἱπποθωντίδος	Αἰαντίδος	Ἀντιοχίδος
Μελιτεῖς	Πειραιεῖς	Φαληρεῖς	Ἀλωπεκῆθεν
Ξυπεταιῶνες	Ἐροιάδαι	Ἀφιδναῖοι	Θόρα[θ]ε[ν]
[Π]ιθεῖς	Κορυδαλλεῖς	Οἰναῖοι	Ἀγγυλῆθε[ν]
[Φλ]υεῖς	Ἐλευσίνιοι	Μαραθώνιοι	Ἀ[τ]ηνε[ῖ]ς
Κ[ικυν]νεῖς	Κόπ[ρ]ειοι	Τρικορεύσιοι	Ἀναφλύστιοι
.....	Οἰναῖοι	Ῥαμνούσιοι	Βησαιεῖς
Α[ἰξωνεῖς]	Ἐλ[αι]ούσιοι		Παλληνεῖς
Ἁ[λαι]εῖς	Δεκελεῖς		Κολωνεῖς
	[Ἐ]ξ Οἴου		Εἰτεαῖο[ι]

In his quae memorabilia sunt, ceteris omissis annoto. *Melite* Stephano Byz. est Oeneidis, sed et grammatici et recentiora marmora, et cum nostro lapis n. 85. qui est Olymp. 101, 1. Cecropidi tribuunt. *Phlya* Hesychio et lapide Romanae aetatis testibus est Ptolemaidis, quae Philadelphi honori instituta erat (cf. ad n. 120.), et mansit Ptolemaidis etiam recentiore aetate (v. Cors. F. A. T. I. p. 246.): Cecropidi tribuunt grammatici, optima tempora spectantes. Κικυννεῖς nunc primum Cecropidi vindicantur: postea fuerunt Acamantidis, cui tribuunt grammatici et marmor recentis aetatis. Vs. 47. solum Α superest; reponendi sunt Αἰξωνεῖς: sequuntur enim vs. 54. Ἁλαιεῖς, ex certo supplemento. Hae sunt *Halae Aexonides*, quas constat Cecropidis fuisse: ante Halas Aexonides autem legitimo ordine memorabantur Aexonenses. Hoc docet col. II. ubi post Δεκελεῖς infertur ἐξ Οἴου, intellige Οἶον Δεκελεικόν. Inter Aexonenses est Δημοκράτης Εὐφιλήτου, quem non dissimile vero esse filium Euphileti Simonis f. Aexonensis in Orat. c. Neaer. p. 1353. De Κοπρείοις dixi ad n. 145. De Οἰναίοις duplicibus (Hippothontidis et Aeantidis) cf. ad n. 105. ubi quae ex Harpocrat. rettuli, hic lapis firmat. Postea alteri fuerunt Ptolemaidis teste Hesychio v. Οἶναι: alteri videntur Attalidi tributi esse, si vera est Scaligeri ad Hesych. emendatio, de qua non dubito. Φαληρεῖς ex vetusto librarii errore ap. Harpocr. et Suid. videntur Antiochidi tribui; Aeantidis, ut hic, ita recentissima aetate fuerunt (v. Cors. ad Sponii marmor provocantem, quod infra edetur n. 275. adde n. 304.). *Aphidnaei* ap. Steph. Byz. Leontidis sunt, in marmore recentiore Adrianidis. At primis temporibus eos fuisse Aeantidis, de Marathonia pugna agens docet Plutarchus Qu. symp. I, 10. et in ea tribu eos hoc marmor ponit. Deinde videntur in Leontidem transpositi esse. Harpocr. v. Θυργωνίδαι: *Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνὸς ἐν τῷ περὶ τῶν δήμων, Μετετέθησαν, φησὶν, ἐξ Αἰαντίδος Ἀφιδναῖοι, Περσίδαι, Τιτακίδαι, Θυργωνίδαι*; et Thyrgonidas quidem in Ptolemaide posthac censitos esse docetur ex Demetrio Scepsio. Sed haec, de qua Nicander, transpositio antiquior videtur quam Ptolemais tribus: certe reliqui pagi non in Ptolemaidem ex Aeantide transpositi erant, sed Aphidnaei in Leontidem, Perrhidae in Antiochidem, Titacidae in eandem. Quae Cors. l. c. p. 225. de ea re dixit, confusa sunt. Aeantidi vero Aphidnaei recte tribuuntur etiam ap. Schol. Plat. T. II. p. 350. ed. Bekkeri, cuius scripturam qui nuper reprehendit, temere fecit. *Marathonii* omnibus, de quibus constat, aetatibus sunt Aeantidis: qui si ap. Steph. Leontidi tribuuntur, librario hoc imputandum. Cf. Cors. l. c. p. 237. Dein memorabilis scriptura Τρικορεύσιοι, si modo vera est. *Rhamnusios* Steph. Byz. recte tribuit Aeantidi; sed duodecim tribuum aetate non fuisse Aeantidis videntur: v. ad n. 81. 124. Adde ad n. 304. Mox de voce Ἀγγυλῆθεν quid statuendum sit, nescio; ne corrigas Ἀγγελῆθεν: potest aut Ἀγρυλῆθεν aut Ἀγκυλῆθεν scribi: sed Ἀγρυλεῖς Erechtheidi vel Attalidi tribuuntur, Ἀγκυλεῖς certe duodecim tribuum aetate sunt Aegeidis (n. 115.). Deinde correxi Ἀ[τ]ηνεῖς: dicitur enim Ἀζηνιεύς, non Ἀζηνεύς: et Atene Antiochidis fuit, deinde ut videtur Attalidis (v. Meurs.). In Βησαιέων tribu consentiunt Harpocr. et Suid. cum marmore nostro: posteriori tempore Adrianidi tributi sunt. *Colonenses* iam aetate duodecim tribuum Aegeidis fuerunt (n. 115.); in eadem eos recenset alius titulus in catalogis prytanum edendus (n. 183.): sed hic sunt Antiochidis. Et cave duos putes Colonos fuisse demos: sunt duo Coloni, alter urbicus, alter rusticus, ut Melite, non tamen duo demi, ut nec Melitae duo demi sunt, nec alia nomina, demis et urbis regionibus communia, duorum demorum sunt (cf. de hac re Mülleri Topogr. Att.). Postremo, si vere conieci, *Iteaei* prodeunt, qui a grammaticis dicuntur Acamantidis esse; n. 275. tamen sunt Antiochidis, ut hic.

173.

Athenis, ad ecclesiam Catholicon. Edidit Pocock. Inscr. P. I. c. 5. sect. 4. p. 55. vidit Chandlerus (Syllab. p. xxx.). Priorem partem solam misit Mustoxydes, ex cuius schedis edo, una littera mutata.

ΤΟΙΩΝΔΕΑΝΔΡΩΝΕΗΓΟΛΙΣΟΓΟΤΑΝΑΥΤ . . .
ΧΘΡΟΙΣΤΗΣΑΙΕΝΖΗΝΙΤΡΟΓΑΙΟΝΕΔΟΣ

In altero latere eiusdem lapidis:

ΤΟΛΕΝΟΝΕΥΚΛΕΑΛ . ΟΡΙΚΑΙΧΕΡΙΤΟΝΔΕΠΡΟΣΑ . ΡΟΣ
¯ . . . ¯Σ . ΟΚΡ . . ΚΟΝΩΛΕΣΕΘΟΥΡΟΣΑΡΕΑ
. . . . . ΞΟΧΑΣ .

In priore parte Poc. omittit primum Δ vs. 1.; idem et Must. vs. 2. ΧΟΡΟΙ: sed Chandl. notavit esse in lapide Θ, et supplevit Ε]ΧΘΡΟΙ. Mox Ζ et Γ dedi ex Must. et Chandl. (qui Π), pro quibus Poc. Ξ et Τ. Vs. 1. ΕΗ videtur vitium quadratarii esse. In ὀπόταν littera Γ pronunciatione duplicanda. Lego:

Τοιῶνδ' ἀνδρῶι ἡ πόλις ὁππόταν αὖτ[ις ἁμάρτῃ,
ἐ]χθροὶ στήσαιεν Ζηνὶ τροπαῖον ἕδος.

Ἁμαρτάνειν p. στέρεσθαι e lexicis notum est. Epitaphium est in plures milites. Sed alterius lateris epigramma unum laudare videtur; neque id expedio. Coniicio:

Κ]τώμενον εὔκλε[ι]α[ν δ]ορὶ καὶ χερὶ τόνδε πρὸς ἀ[νδ]ρός
. . . . ., ... ον ὤλεσε θοῦρος Ἄρ[ης.

Initio secundi versus videtur adiectivum ad ἀνδρὸς perisse, deinde nomen viri celebrati, e. c. Πλειστόκριτον. In productione syllabae ον nullam difficultatem esse sciunt metrici. Vs. 3. fuit ἔξοχα. Ad finem pentametri confer epigramma Atticum simile ap. Pausan. X, 21, 3.

174.

Athenis. Ex schedis Fourmonti.

ΝΙΚΟΒΟΛΟΣΜΥΝ
ΝΙΧΟΕΙΙΤΕΛΙΟΣ
ΣΗΣ ΛΡΕΤΗΣ ΙΙΣΤΗΚΕΝΕΝΕΛΛΑ
ΠΛΕΙΣΤΑΤΡΟ

Post communia pluribus epitaphia militaria addo hoc et n. 175. quae singulorum sunt. Lego:

Νικόβουλος Μυννίχου Εἰτεαῖος.
Σῆς ἀρετῆς ἕστηκεν ἐν Ἑλλά[δι] πλεῖστα τρο[παῖα.

Nota Ο pro ΟΥ. De forma Εἰτεαῖος cf. ad n. 172. Nomen Μυννίχου incertum videtur.

175.

Athenis inter sepulcra ad urbem prope portam Acharnensem a. 1810. repperit Fauvel. Edidit et explicuit Viscontus Hist. Instit. Franc. class. hist. et litt. ant. T. I. (1815.) p. 230 sqq. Inde minusculis repraesentatur in Gallica ephemeride *Journal des Savans* Sept. 1816. p. 20. Dedit etiam Iacobs. Anthol. Palat. T. III. Addend. p. ci. Lapis Athenis remansit; Fauvelii apographum hoc est:

ΜΝΗΜΑΙ . . . . . ΠΙΣΑΜΑΤΙΚΕΙΜΕΝΟΗΑΝΔΡΟΣΑΡΙΣΤΟΥΠΥΘΙΩΝ
ΕΓΜΕΓΑΡΩΔΑΙΩΣΑΣΕΠΤΑΜΝΑΝΔΡΑΣΕΠΤΑΑΕΑΠΟΡΡΗΣΑΣΑ
ΟΓΧΑΣΕΝΙΣΩΜΑΤΙΕΚΕΙΝΩΝΕΙΛΕΤΟΤΑΝΑΡΕΤΑΝΠΑΤΕΡΑΕΥΚ
ΛΕΙΞΩΝΕΝΙΔΗΜΩΙΟΥΤΟΣΑΝΗΡΟΣΕΩΙΣΕΝΑΘΗΝΑΙΩΝΤΡ
ΕΣΦΥΛΑΣΕΚΠΑΓΑΝΑΓΑΓΩΝΔΙΑΒΟΙΩΤΩΝΕΣΑΘΗΝΑΣΕΥΚΛ
ΕΙΣΑΝΔΟΚΙΔΑΝΔΙΣΧΙΛΟΙΣΑΝΔΡΑΠΟΔΟΙΣΙΝΟΥΔΕΔΕΝΑ
ΠΗΜΑΝΔΕΠΙΧΘΟΝΙΩΝΑΝΘΡΩΠΩΝΕΣΑΙΔΚΑΤΕΒΑΠΑΣΙΝΜΑ
ΚΑΡΙΣΤΟΣΙΔΕΣΘΑΙΦΥΛΑΙΑΙΔΕΙΣΙΝΠΑΝΔΙΟΝΙΣΚΕΚΡ
ΟΠΙΣΑΝΤΙΟΧΙΣ

Carmen est non satis elegans, versibus uno tenore scriptis; quae elidenda sunt, maxima ex parte retenta sunt, ut passim. Memorabile ΤΡΕΣ vs. 4. 5. quod supra vidimus aliquoties. Viscontus rettulit ad bellum Phocense Olymp. 107–108. sed nihil magnopere affert, quo coniecturam legenti probet. Ceterum plurima emendavit Viscontus, a quo in paucissimis discedo. Vs. 1. Visc. Μνῆμ' ἰδὲ τοῦτ', Iacobs. Μνᾶμα βλέπεις. Σώματι correxit Bekkerus. Vir, qui laudatur, Visconto est Πύθων; sed ferri potest Πυθίων, ut paulo post δισχιλίοις trisyllabum, idque multo magis, quod in nomine proprio plus poetae licet. Dein ΔΑΙΩΣΑΣ Visc. mutavit in δαΐξας; in ephemeride doctorum Galliae extat δηώσας: sed retineo δᾳώσας ut Doricum. Mox ΑΠΟΡΡΗΣΑΣ Visconto non recte est ἀποῤῥίψας; verum vidi etiam Iacobsium intellexisse. Deinde vs. 6. 7. (metr. 8.) Visc. corrigit: οὐδεὶς δ' οὐ πημαντὸς ἐπ. in quo damni facti mentionem desideramus; igitur Iac. scripsit: οὐδένα πημάνας δ' [ἄρ'] ἐπ. Sed in hoc quoque aliquid offendit; et maxime ἐπιχθονίων displicet in hac sententia. Ceteras Iacobsii coniecturas vide apud ipsum. Versus fere hi sunt:

Μνᾶμα βλέπεις ἐπὶ σώματι κείμενον ἀνδρὸς ἀρίστου·
Πυθίων ἐγ Μεγάρων, δᾳώσας ἑπτὰ μὲν ἄνδρας,
ἑπτὰ δ' ἀποῤῥήξας λόγχας ἐνὶ σώματι κείνων,
εἵλετο τὰν ἀρετάν, πατέρ' εὐκλήζων ἐνὶ δήμῳ.
Οὗτος ἀνὴρ ἐσάωσεν Ἀθηναίων τρεῖς φυλάς,
ἐκ Παγᾶν ἀγαγὼν διὰ Βοιωτῶν ἐς Ἀθήνας·
εὐκλέϊτ' Ἀνδοκίδαν δισχιλίοις ἀνδραπόδοισιν.
οὐδένα πημάνας δ' ὅ γ' ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
εἰς Ἀΐδα κατέβα, πᾶσιν μακαριστὸς ἰδέσθαι.
Φυλαὶ αἵδ' εἰσίν· Πανδιονὶς, Κεκροπίς,
Ἀντιοχίς.

176.

Coniunxi hoc numero aliquot plumba missilia, quae in Attica reperta sunt.

a. ΚΛΕΟΝΙΚΟΥ *b.* ΠΕΡΔΙΚΚΑΣ *c.* ΔΕΞΑΙ

a repertum Athenis: glans plumbea missilis oblonga, edita ap. Dodwell. Itin. T. II. p. 159. *b* et *c* sunt apud Burgonum Britannum, ex schedis Mülleri. Δέξαι videtur acclamatio sarcastica vulnerando. Stuartus tamen, qui Antt. Att. T. III. p. 27. (cf. p. 29.) huius generis glandes aeri incisas dedit, legit ΔΕΞΑC. Inveniuntur hae glandes, quae in altera parte fulgur ostendunt, in Ilisso fluvio. Ex eodem genere plures supersunt, maxime Corcyraeae.

CLASSIS QUARTA.

ARCHONTES, PRYTANUM CATALOGI, TESSERAE IUDICUM.

177.

Athenis in platea, parieti infixum. Primus dedit Gallandus in Epistola inedita ad Graevium, deinde Chandlerus Inscr. P. II. p. 55. n. 30. Habeo etiam ex schedis Fourmonti et Mustoxydis, atque ex apographo Guil. Gellii a Rosio misso.

ΑΝΤΙΚΡΑΤΗΣΛΥΣΑΝΙΟΥΠΡΟΒΑΛΙΣ[ΙΟΣ]
ΘΕΣΜΟΘΕΤΗΣΑΣΕΠΙΚΗΦΙΣΟΦΩΝΤ[ΟΣ]
ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΝΕΘΗΚΕΝ

In corona laurea: ΟΔΗΜΟΣ *In corona laurea:* ΗΒΟΥΛΗ

Primo loco posui titulos aliquot magistratuum honorarios, quorum rationem paucis significavi ad n. 128. Hi pertinent usque ad n. 179. et videntur omnes dedicationibus coronarum inservisse. Dedicavit qui coronatus est; infra ut plurimum erant coronae sculptae, quibus qui coronassent inscriptum est. In hoc titulo vs. 1. primam litteram addidi ex Gall. Must. Gell. et partim Fourm., qui dimidiatam praebet. Formam Α bis dedi ex Must. et ex eodem ac Gell. Θ pro Θ. Vs. 2. Chandl. male ΘΕΣΜΟΦΟΡΗΣΑΣ: ceteri consensu id quod dedi habent. Ibidem ultimum Τ addidi ex Must. Coronis inscripta nomina eo ordine posui, quo habent Gall. Fourm. Gell. Chandlerus quoque secundo loco habet nomen ΗΒΟΥΛΗ, primo loco vacuo relicto, licet et ipse duas coronas insculptas dicat: sed Must. inverso ordine in sinistra habet nomen ἡ βουλή, in dextera ὁ δῆμος. Archon est Olymp. 112, 4. qui ap. Dionys. Halic. falso Cephison scribitur.

178.

In promontorio Sunio repperit Fauvel, est tabula marmoris candidi, Collect. Choiseul. n. 191. catal. Dubois. nunc in Mus. reg. Catal. Clarac. n. 603. Ediderunt Dubois l. c. Dodwell. Itin. T. I. p. 545. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 102. n. 7. Transcripsit etiam Müllerus, qui litteras eleganter exaratas testatur.

ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΣΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥΞΥΠΕΤΑΙΩΝ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣΧΕΙΡΟΤΟΝΗΘΕΙΣΥΠΟΤΟΥΔΗΜΟΥ
ΕΠΙΤΗΝΧΩΡΑΝΤΗΝΠΑΡΑΛΙΑΝΕΠΙ
ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΑΝΕΘΗΚΕΝ

Θεόμνηστος Θεομνήστου Ξυπεταιὼν στρατηγὸς χειροτονηθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου ἐπὶ τὴν χώραν τὴν παραλίαν ἐπὶ Μενεκράτου ἄρχοντος ἀνέθηκεν. Archon est eius aetatis, ubi Fasti deficiunt, post Olymp. 123, 2. Praetor regionis Paraliae in vetustioribus monumentis quantum scio non memoratur. Litterae Π apices ut plurimum lineola horizontali terminati sunt.

179.

In monasterio Calo-Livadi, apud locum Calamo; edidit Pouquevill. Itin. T. IV. p. 100. n. 1.

ΣΤΡΑΤΗΓΟΣΕΠΙΤΗΝΧΩΡΑΝ
ΤΗΝΠΑΡΑΛΙΑΝΘΩΡΙΤΟΣ
ΑΛΚΙΜΑΧΟΥΜΥΡΗΝΟΥΣΙΟΣ
ΣΤΕ.ΑΝΘΕΙΣΥΠΟΤΗΣΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΑΝΕΘΗΚΕΝ

Στρατηγὸς ἐπὶ τὴν χώραν τὴν παραλίαν Θώριτος? Ἀλκιμάχου Μυῤῥινούσιος στεφανωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου ἀνέθηκεν.

180.

Olim Athenis in equili Turcae, marmor quadratum litteris pulchris inscriptum, sed mutilatum. Choiseulio miserat Fauvel; ex collectione Choiseuliana (Catal. Dubois. n. 194.) venit in Museum regium, Catal. Clarac. n. 664. Edidit Chandlerus Inscr. P. II. n. 54. p. 59.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΟΙΝΟΦΙΛΟΣΑΜΦΙΟΥΑΦΙΔΝΑΙΟΣ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ
ΦΙΛΩΤΑΣΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣΣΟΥΝΙΕΥΣ
ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ
ΜΟΣΧΙΩΝΜΕΝΑΝΔΡΟΥΦΙΛΑΙΔΗΣ
ΑΤΤΙΝΑΣΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥΦΛΥΕΥΣ
ΓΑΤΡΩΝΓΟΛΕΜΩΝΟΣΓΕΡΙΘΟΙΔΗΣ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥΑΙΞΩΝΕΥΣ
ΓΟΣΗΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣΦΑΛΗΡΕΥΣ
ΓΑΣΙΩΝΕΡΜΑΙΣΚΟΥΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΣ
ΚΗΡΥΞΒΟΥΛΗΣΕΞΑΡΕΙΟΥΓΑΓΟΥ
ΕΙΡΗΝΑΙΟΣΕΙΡΗΝΑΙΟΥΣΚΑΜΒΩΝΙΔΗΣ

Formam Α dedi ex fide Chandleri in Syllabo; Γ tale est quale ad n. 178. descripsi, Φ est Φ teste Müllero. Initio periit Archon (eponymus), alia desunt in fine; v. num. 181. Inscriptio est eiusdem generis ac n. 181. et 182. Verba haec sunt:

....
....
Βασιλεὺς
Οἰνόφιλος Ἀμφίου Ἀφιδναῖος,
Πολέμαρχος
Φιλώτας Σοφοκλέους Σουνιεύς,
Θεσμοθέται
Μοσχίων Μενάνδρου Φιλαΐδης,
Ἀττινᾶς Ἡρακλείδου Φλυεύς,
Πάτρων Πολέμωνος Περιθοίδης,
Ἀθηνόδωρος Ἀθηνοδώρου Αἰξωνεύς,
Πόσης Ἀρίστωνος Φαληρεύς,
Πασίων Ἑρμαΐσκου Ἀναφλύστιος.
Κῆρυξ βουλῆς ἐξ Ἀρείου πάγου
Εἰρήναιος Εἰρηναίου Σκαμβωνίδης,
....
....

181.

Marmor pedes circiter duos et semissem longum, sesquipedem latum, Athenis olim Constantinopolin ad Regis Galliarum oratorem, et inde Parisios in bibliothecam Colbertinam translatum. Paulo vitiosius edidit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 106. aeri incisum dedit Montfauc. Palaeogr. Gr. p. 148. cum notis, et iteravit Antiq. expl. Suppl. T. II. p. 100. tab. 30. Ex Montfauc. petiit Murator. T. I. p. CCC. 2. ex Montfauc. et Spon. Corsinus F. A. T. II. p. 154.

ΑΡΧΩΝ
ΚΑΙΙΕΡΕΥΣΔΡΟΥΣΟΥΥΠΑΤΟΥ
ΞΕΝΩΝΜΕΝΝΕΟΥΦΛΥΕΥΣ
ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΗΡΑΚΛΙΤΟΣΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΣΦΗΤΤΙΟΣ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ
ΑΛΚΕΤΗΣΑΛΚΕΤΟΥΠΕΡΙΘΟΙΔΗΣ
ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ
ΛΕΥΚΙΟΣΣΕΠΠΙΟΣΚΗΦΕΙΣΙΕΥΣ
ΦΙΛΩΤΑΣΘΕΟΔΩΡΟΥΕΓΜΥΡΙΝΟΥΤΤΗΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΚΙΝΕΟΥΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΣ
ΣΕΞΣΤΙΟΣΛΕΥΚΙΟΥΔΙΡΑΔΙΩΤΗΣ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣΕΥΓΙΤΟΝΟΣΦΡΕΑΡΡΙΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΘΡΙΑΣΙΟΣ
ΚΗΡΥΞΤΗΣΕΞΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΣ
ΛΕΩΝΙΔΗΣΛΕΩΝΙΔΟΥΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΚΗΡΥΞΑΡΧΟΝΤΙ
ΔΙΟΔΩΡΟΣϿΕΡΜΕΙΟΣ
ΑΥΛΗΤΗΣ
ΙΣΙΦΙΛΟΣΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥΑΘΜΟΝΕΥΣ
ΛΙΤΟΥΡΓΟΣ
ΕΣΤΙΑΙΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥΜΙΛΗΣΙΟΣ

Ἄρχων
καὶ ἱερεὺς Δρούσου ὑπάτου
Ξένων Μεννέου Φλυεύς,
Βασιλεὺς
Ἡράκλιτος Ἀριστοκλέους Σφήττιος,
Πολέμαρχος
Ἀλκέτης Ἀλκέτου Περιθοίδης,
Θεσμοθέται
Λεύκιος Σέππιος Κηφεισιεύς,
Φιλώτας Θεοδώρου ἐγ Μυρινούττης,
Δημήτριος Κινέου Κυδαθηναιεύς,
Σέξστιος Λευκίου Διραδιώτης,
Ἀθηνόδωρος Εὐγίτονος Φρεάῤῥιος,
Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Θριάσιος,
Κῆρυξ τῆς ἐξ Ἀρειοπάγου βουλῆς
Λεωνίδης Λεωνίδου Μελιτεύς,

Κήρυξ ἄρχοντι
Διόδωρος Διοδώρου Ἕρμειος,
Αὐλητὴς
Ἰσίφιλος Ἀσκληπιάδου Ἀθμονεύς,
Λιτουργὸς
Ἑστιαῖος Διονυσίου Μιλήσιος.

Montf. etsi tabulam suam aeri incisam Sponiano apographo iure praefert, noli tamen ei prorsus confidere; nec dubitavi quaedam ex Sponio vel addere vel corrigere. Litterarum formae sunt, quas dedi, nisi quod litterae P linea verticalis super semicirculum porrigitur; pro H bis est I-I: A scribitur praeter duos locos, ubi certe Montf. A habet. In variis lectionibus omitto Sponii vitia manifesta: memorabilia haec sunt. Vs. 1. 2. Spon. pessime: ΑΡΧΟΝ ΤΟΣΚΑΙΙΕΡΕΩΣ, quae lectio induxit Vandalium Diss. Antiqq. et Marm. illustr. II. p. 221. ut de Druso archonte Attico cogitaret, quod etiam ipse Sponius putaverat. Vs. 10. Spon. ΜΥΡΙΝΟΥΝΤΙ, vs. 11. ΚΥ ΝΕΟΥ: sed notum nomen Κινέας. Vs. 12. Spon. ΣΕΞ ΣΤΙΟΣ, Montf. ΣΕΞΤΟΣ. Vs. 13. 14. nomina Φρεάῤῥιος, Θριάσιος ex Spon. addidi. Vs. 15. Spon. ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ, quod omnino praestat; nolui tamen hac in re a tabula aerea decedere. Vs. 18. Montf. ΕΡ ΜΕΙΟΥ, Spon. ΔΙΟΔΩΡΟΣΕΡΜΕΙΟΣ, unde recepi Σ, quod verum esse paulo post monstrabo. Sub titulo est uva cum racemis inter flores quattuor in penicilli formam exeuntes: igitur ad Dionysia refert Montf. eaque magna. Sane fieri potuit, ut in Dionysiis magnis causa esset conficiendae talis archontum descriptionis: neque tamen hoc certum est, nec tibicinis liturgique mentio me iudice huc pertinet. Id certum, nihil hoc titulo comprehendi nisi magistratuum tabulam; mireque Spon. eo memoriam aedificii communi plurium sumptu exstructi conservari putabat. Primo loco designatur archon, qui vulgo eponymus dicitur; sed is a veteribus simpliciter archon nominatur, neque antiquiore aetate unquam aliter. Is archon simul fuit ἱερεὺς Δρούσου ὑπάτου, non quod Montf. putabat, *sacerdos Consule Druso*, sed *Drusi Consulis*. Drusum et Germanicum Caesarem θεοὺς φιλαδέλφους in Asiano nummo audire ex Spanhem. de V. et P. N. Diss. XI. p. 321. 340. monuit Cors. Sed Drusus Tib. f. Consul fuit a. u. c. 768. (a. Chr. 15. Olymp. 198, 3.) et a. u. c. 774. (a. Chr. 21. Olymp. 200, 1.): cuius sacerdotium haud dubie quidem etiam post consulatus retentum est: at si ille, de quo dicitur, Drusi sacerdos post consulatum eius fuisset, dicas non potuisse ὑπάτου addi. Igitur ille archon in ipso consulatu Drusi sacerdos eius fuisse videatur. Quodsi in secundo Drusi consulatu sacerdos fuisset, putaveris dicendum fuisse ὑπάτου τὸ β′: itaque Xenon et sacerdos Drusi et archon videatur a. Chr. 15. Olymp. 198, 3. Sed haec quantumvis probabilia infringit titulus n. 264. ubi Mithridates quoque archon Drusi Consulis sacerdos dicitur, neque additur τὸ β′, ut videas id sacerdotium plures per annos archontibus Atticis perpetuum fuisse, nec posse in ipsos consulatus Drusi annos referri. Sequuntur ex ordine ceteri archontes, adiectis pagis: et tum ex hoc titulo tum ex n. 182. (taceo de n. 180.) colligitur, novem archontes esse ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων sorte creatos, neque opus fuisse, ut ex diversis singuli tribubus essent. Vs. 10. memorabilis forma ἐγ Μυρινούττης, non Μυῤῥινοῦντος: quo considerato eo inclino, ut etiam n. 115. vs. 37. ἐγ Μυῤῥινούττης scribatur, quod ad Pocockii scripturam propius accedit. Plura exempla v. n. 297. ubi cf. not. Additur Areopagi praeco, tum archontis praeco, in quo si Ἑρμείου legeris, deest nomen demoticum: sed Spon. habet Ἕρμειος deficiente patris nomine, cuius loco positum est signum ∂. Hoc quidquid est, non de nihilo est; significatur eo deficiens patris nomen, ut n. 182. vs. 8. Σώστρατος Ο Παλληνεύς, et similiter vs. 9. Ἀλέξανδρος Ο Μαραθώνιος, et vs. 10. Signum idem est quod toties formâ semicirculi recurrit in titulis hac et sequenti classe comprehensis. Eius vis haec est, ut patris nomen idem ac filii esse significetur: Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Μαρ. Quod semel moneo: docent autem epheborum potissimum catalogi, ubi fratres coniungi apertum est, e. c. n. 284. col. I. Νικόστρατος), Τιμοκράτης Νικο. Ζώπυρος Νικο. col. II. Συμφέρων Μελίσ. Μέλισσος); col. III. Φοῖβος Δορυφ. Δορύφορος), Ἀγαθοκλῆς) Ζώσιμος Ἀγα. Πρῖμος) Ζωσᾶς Πρί. Quodsi n. 268. coniunguntur fratres Σίμων) et Ἡρακλέων Ἀσκληπιάδου, possunt uterini intelligi vel patrueles, latiore vocis usu. Nam Simon est Simonis filius. Ibidem initio est Ἀρχικλῆς) Λακκιάδης: Archiclem vero Archiclis f. esse ipse versus pronunciat. Aliud exemplum haud minus perspicuum habes n. 574. Imperita autem eius sententia, qui in Archontis praecone demoticum nomen omissum censebat, quod ille ex Cerycum familia esset: nam Cerycum familia praecones sacros in Eleusiniis sistebat, non archontum praecones; neque ideo quod quis ex hac illave familia est, demoticum nomen omitti potest. Supersunt *tibicen* et *liturgus*. Quorum illum Montf. censebat magnis in Dionysiis occupatum fuisse: quam vere nescio: hoc scio, non huc pertinere eos tibicines, qui antiquitus a choregis Dionysiorum legebantur, ut choris modos facerent (Demosth. c. Mid.); hi enim plures fuerunt, singulis choregis singuli. Accedit quod infra etiam in prytanum catalogis αὐλητὴς (n. 200.) et ἱεραύλης memorantur, qui certe non ad Dionysia pertinent. Denique similis titulus n. 182. non ad Dionysia pertinet: est enim prope templum Dianae Amarysiae repertus. Mox liturgus non est choregus, sed minister nescio quis: nam λειτουργία hac aetate ministerium qualecunque designat, partim δημοσίων (servorum publicorum), partim liberorum; v. n. 123. §. 7. et alios titulos infra in hac classe edendos. Is liturgus est demo *Milesius*: unde constat Miletum iam hac aetate demum Atticum fuisse.

182.

„Στῇ Μαρούσῃ (prope Athenas, ubi olim templum Dianae Amarysiae) in ecclesia Salvatoris", ex schedis Fourmonti.

ΔΗΘΖ
ΘΕΣΜΟΘΕΤΜΙ
ΠΑΜΦΙΛΟΣΝΕΣΤΩΡΟΣΦΛΥΕΥ[Σ]
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΣΦΗΤΤΙ[ΟΣ]
ΛΕΥΚΙΟΣΘΕΜΙΣΟΝΟΣΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΠΑΜΜΑΧΟΣΤΙΜΟΘΕΟΥΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΜΑΡΑΘΩΝΙ[ΟΣ]
ΣΩΣΤΡΑΤΟΣΟΠΑΛΛΗΝΕΥΣ
[Κ]ΗΡΥΞΑΡΧΟΝΤΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΟΜ[ΑΡΑ]ΘΩ[ΝΙΟΣ]
[Α]ΥΛΗΤΗΣΔΙΟΓΕΝΗΣϽΤΙΟΥΤ...ΙΣ
ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΣΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣΘΕΟΔΩΡΟΥ
ΜΙΛΗΣΟΣ

Deficit pars superior: quae supersunt, ita lege:

Θεσμοθέται
Πάμφιλος Νέστορος Φλυεύς,
Δημήτριος Ἀλεξάνδρου Σφήττιος,
Λεύκιος Θεμίστωνος Ἀζηνιεύς,
Πάμμαχος Τιμοθέου Μαραθώνιος,
Νικόστρατος Ἀπολλωνίου Μαραθώνιος,
Σώστρατος Σωστράτου Παλληνεύς.
Κῆρυξ ἄρχοντος Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Μαραθώνιος,
Αὐλητὴς Διογένης Διογένους Τιθ[ράσιο]ς,
Λειτουργὸς Θεόφραστος Θεοδώρου Μιλήσιος.

De singulis v. ad. n. 181. Ξ pro verticali linea ap. Fourm. obliquatas duas habet ut n. 135.

183.

„Athenis, in loco monasterii Cyriani appendice", ex schedis Fourmonti.

ΓΛ..ΑΙ.Δ.ιΝ....	ΚΥΛΙ	ΙΤΤΙΟΥ
ΑΝΤΙΓΕΝΗΣΑΝΤΙΔΩΙΟ	ΔΕΙΝΟΣΤΡ . . . ΔΕ..ΑΛΟΥΔ	ΜΕΓΑΛΙΣΤΟΥΑΙΝΕΤΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΗΦΛΙΣΤΙΩΝΟΣ	ΠΑΙΣΙΑΣΣΩΚΡΑΤΟΥΣ	ΕΥΝΟΜΟΣΕΥΘΥΝΟΜΩΙ
.ΥΣΙΚΛΗΣΘΡΑΣΙΜΕΝΟΥΣ	ΚΥΔΑΝΤΙΔΑΙ	ΔΗΜΟΧΑΡΗΣΧΑΡΙΝΟΥ
ΝΙ ΑΙ	ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥ	ΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟΣΣΤΡΑΤΩΝΟΣ
ΕΕΜΗΣΦΙΛΟΤΙΟ	ΕΚΚΟΛΩΜΟΥ	ΚΟΛΛΣΙΤΕΕΣ
ΠΙΓΕΝΗΣΑΝΔΡΟΚΛΕΟΥΣ	ΑΝΘ.ΣΝΙΚΗΡΑΤΟΥ	ΑΜΕΙΝΑΣΛΕΩΚΙΙΔΟΥΣ
ΔΛΙΕΕΣ	ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΣΠΕΥΣΙΚΡΑΤΟΥ	ΝΑΥΣΙΕΥΡΑΤΟΣΜΕΓΑΚΛΕΟΣ
ΝΙΚΗΡΑΤΟΣΝΙΚΟΚΡΑΤΟΣ	ΒΑΤΗΣ	ΠΟΛΥΞΕΝΟΣΜΙΚΥΟΟ
ΑΝΤΙΚΡΑΤΗΣΦΑΛΑΝΩΩ	ΠΥΟΕΑΣΡΥΘΙΡΡΟ	ΠΛΩΘΕΗΣ
ΕΥΠΟΛΙΣΑΡΡΙΛΕΩ	ΑΜΥΝΟΜΑΚΟΣΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥΣ	ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ . . . . ΝΟΥΣ
ΕΠΙΚΡΑΤΗΣΝΙΚΟΜΕΝΟΣ	ΑΡΑΦΙΝΙΟΙ	
.ΩΚΡΑΤΗΣΑΒΡΩΝΟΣ	ΜΥΡΩΝΙΔΗΣΚΚΕΩΝΟΣ	
..ΓΑΙΕΕΣ	ΜΝΗΣΙΘΕΟΣΝΙΚΟΣΤΑΤΟΥ	
.ΙΚΕΣΤΙΔΗΣΑΝΤΙΦΑΡΟΥΣ	ΓΡ.ΜΜΑΤΕΥΣΠΕΙΒΟΥΛΕΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙ	
ΣΩΤΙΜΙΔΗΣΑΙΣΑΙΝΟ	ΕΠΥΡΟΣΠΕΙΘΑΝΔΡΟΠΑΙΟΝΙΔΗΣ	
ΡΙΣΤΕΙΑΝΦΙΛΙΣΤΙΔΟ		
ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣΠΟΛΥΟΥΚΤΟ		

Haec in hunc fere modum restituenda sunt:

. . . . .	Ἀγκυλέες	. . . . .
Ἀντιγένης Ἀντιδώρου	Δεινόστρατος	. . . . Εὐαινέτου
Διονύσιος Ἡφαιστίωνος	Παυσίας Σωκράτους	Εὔνομος Εὐθυνόμου
Λυσικλῆς Θρασυμένους	Κυδαντίδαι	Δημοχάρης Χαρίνου
Ἰωνίδαι	Θεόμνηστος Θεομνήστου	Μενέστρατος Στράτωνος
. . . γένης Φιλοτι . . .	Ἐκ Κολωνοῦ	Κολλυτέες
Ἐπιγένης Ἀνδροκλέους	Ἄνθος Νικηράτου	Ἀμεινίας Λεωκήδους
Ἁλαιέες	Δημήτριος Σπευσικράτους	Ναυσίστρατος Μεγακλέους
Νικήρατος Νικοκράτους	Βάτης	Πολύξενος Μικύθου
Ἀντικράτης Φαλάνθου	Πυθέας Πυθίππου	Πλωθέες
Εὔπολις Ἀρρίλεω	Ἀμυνόμαχος Φιλοκράτους	Πολυκράτης . . . .
Ἐπικράτης Νικομένους	Ἀραφήνιοι	
Σωκράτης Ἅβρωνος	Μυρωνίδης Κλέωνος	
Φηγαιέες	Μνησίθεος Νικοστράτου	
Ἐξηκεστίδης Ἀντιφάτους	Γραμματεὺς τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ	
Σωτιμίδης	. . πυρος Πειθάνδρου Παιονίδης	
Ἀριστείδης Φιλιστίδου		
Πολυκράτης Πολυεύκτου		

Catalogus est prytanum tribus *Aegeidis*, sed magna parte mutilatus et a Fourmonto pessime habitus: demos ex n. 115. potissimum restitui, cuius aetatem hic quoque titulus referre videtur: certe Colonus hic quoque Aegeidis est, ut n. 115. ubi v. not. Prytanes quidem cum scriba tantum XXXIII sunt; sed multi possunt perisse. In Phegaeensibus habes Polycratem Polyeucti f. ut n. 115. duos alios Polyeucti filios, fortasse eiusdem. Col. II. vs. 15. additur scriba Senatus et Populi, qui et ipse Senator est, sed non prytanis, quippe Paeonides Leontidis: atque ita semper. Vide ad n. 81. 190. Nam scribas Senatorum, Prytaniae, et Senatus ac Populi iterum moneo Senatores fuisse, ut n. 115. scriba Senatorum Antisthenes prytanis est: quo provocavi n. 81. (ubi pro n. 115. casu expressum est n. 116.) Postremo ut de Fourmonti lectione et tituli orthographia dicam, diphthongus ου modo O modo OY scribitur: sed prius nescio an Fourmonto debeatur. Certius videtur pro terminatione εῖς in hoc titulo scribi έες. De correctionibus non est quod dicam: col. I. vs. 15. dedi Ἀντιφάτους, quae forma extat n. 128. Col. II. vs. 8. de industria scripsi Σπευσικράτους addito Σ, quod in ceteris huius formae nominibus in hoc titulo constanter additum est. Col. I. vs. 5. ap. Fourm. maioribus litteris scribitur.

184.

Athenis, in lapide ad oleum excipiendum excavato, in domo Nic. Misalaroti, prope Παναγίας τοῦ Βλαστάρου. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 116. et inde Corsin. F. A. T. II. p. 209.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

. . . ΔΗΜΟΣΤΡΑ	
ΤΟΥ ΜΑ . . .	
. . . ΟΙ ΠΑΙΑΝΙ	
ΕΙΣ ΤΗΣ ΑΔ . .	
. . . . ΑΝΤΕΣΕΑΥ	. . ΑΙΕΣ
ΤΟΥΣ . . .	ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ
. . . . ΑΥΤΟΚΡΑ	ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ
ΤΩΡ . . .	ΕΠΙΒΩΜΟΙ
. . . ΟΣΑΔΡΙΑ	ΚΗΡΥΞ ΙΟΥΛ.
ΝΟΣ	ΝΕ . .
. . . .	ΜΟΥ,ΟΥΟΠΙ
ΕΛΕΟΥΣ . . .	ΣΚΟΥ
ΕΥΠΑΙΔΕΙΟΣ	ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ
ΟΑΘΕΝ	βουΛΗΣ ΚΑΙ
. . . ΟΣ ΕΡΜΕΙΟΥ	ΔΗΜΟΥ
ΦΙΛΕΡΩΣ ΚΑΛ	ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ
ΛΙΣΤΟΥ	ΠΕΡΙ ΤΟ ΒΗΜΑ
ΓΕΝΕΘΛΙΟΣ	ΟΝΗΣΙΜΟΣ
ΠΡΩΤΟΥ	ΕΥΤΥΧΙΔΟΥ
ΣΥΜΦΕΡΩΝ	ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΥΣ
ΑΛ . . .	ΕΥΠΟΡΙΣΤΟΣ
. . . ΜΙΑΝΟΣ	ΙΕΡΑΥΛΗΣ
ΠΛ . . . ΗΩΝ . . .	ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΣ
ΩΤΟΥ	ΙΕΡΕΥΣ ΦΩΣΦ . .
ΦΙΛΩΝ ΕΛΕΥ	ΚΑΙ ΕΠΙ ΣΚΙΑ
ΣΙΝΙΟΥ	ΔΟΣ
ΑΓΝΕΑΝΔΡΟΣ	ΕΡΜΕΙΑΣ
ΕΛΕΥΣΙΕΥ	ΑΞΗΝΙΕΥΣ
Κ . . Δ . . Ν	ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ
ΦΙΛΟΚΛΗΣ	ΤΕΥΣ
. . . .	ΜΥΡΩΝ
. . . .	
. . . .	

Pessime habita inscriptio. Initio Corsinus correxit: Ἐπὶ ἄρχοντος Δημοστράτου Μαραθωνίου οἱ πρυτάνεις τῆς Ἀδριανίδος φυλῆς τιμήσαντες ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἀειτίτους ἀνέγραψαν. Assentior: idemque fortasse Archon redit n. 186. ubi v. notam. Quamquam possit Demostratus etiam στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα esse, qui aliquoties sine archonte designatur in his titulis: sed illud praefero. Demostratum novimus ex Philostrato, ut Herodis adversarium, M. Aurelio Imp. (Vit. Soph. II, 1, 8. II, 2.). Sequuntur iam ipsa nomina:

[Ἐπώνυμος]
Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τ. Αἴλιος Ἀδριανός,
Ἐλεούσιοι
Εὐπαίδειος?
Ὄαθεν
. . . ος Ἑρμείου
Φίλερως Καλλίστου
Γενέθλιος Πρώτου
Συμφέρων . . . . .
. . . . .
. . . . .
. . . . .
Φίλων Ἐλευσινίου
Ἁγνέανδρος (Ἀλέξανδρος?) Ἐλευσινίου
. . . . .
Φιλοκλῆς
. . . .

Initio aliis titulis ducibus supplevi vocem Ἐπώνυμος. Quippe hac aetate inter prytanes primo fere loco numeratur unus nomine Ἐπώνυμος, quem cave Archontem esse censeas: contrarium enim docet n. 189. etc. V. ad n. 190. Is videtur eponymi herois loco esse, qui Adrianidi ipse est Hadrianus vel eius successor eodem nomine utens. Adrianidis institutionem Corsinus T. IV. p. 167. in Olymp. 225, 1. refert: praeterea hanc inscriptionem Hadriano Athenis degente exaratam esse sine causa censet T. II. p. 152. Immo fortasse post Ἀδριανὸς addendum Ἀντωνεῖνος. Ἐλεούσιοι sunt iidem qui Ἐλαιούσιοι, olim Hippothontidis, posthac Adrianidis: male utrosque distinguunt novitii scriptores, in his Corsinus. Col. II. vs. 1. Corsinus coniicit Ἀειτίτους nominatos fuisse, vere haud dubie: hi deinde ipsi adduntur, sed nominum pars deest. Sunt autem hi:

[Ἰου.] Ἱεροφάντης,
. . . Ἱεροκήρυξ,
[Μευ.] Ἐπὶ βωμῷ,
Κήρυξ [β]ουλ.[ῆς καὶ δήμου] Νε . . . .
[Μαξιμιαν]οῦ Οὐοπίσκου,
Γραμματεὺς βουλῆς καὶ δήμου

Ἀλέξανδρος,
Περὶ τὸ βῆμα
Ὀνήσιμος Εὐτυχίδου,
Ἀντιγραφεὺς
Εὐπόριστος,
Ἱεραύλης
Ἀφροδείσιος,
Ἱερεὺς Φωσφ[όρων] καὶ ἐπὶ Σκιάδος
Ἑρμείας Ἀζηνιεύς,
[Ὑπ]ογραμματεὺς
Μύρων.

Hi omnes non prytanes sunt sed prytanum parasiti, posthac identidem redeuntes. Initio quae restitui, sunt ex ceteris titulis ducta, ubi de his rebus disputabo. Vocem Μαξιμιανοῦ restitui ex n. 185. quid tamen Maximianus Vopiscus hoc sibi loco vult? An is Praeconis est pater? Omnino titulus ita mutilus est, ut nihil certi definire liceat. De muneribus data opera dixit Corsin. F. A. T. II. p. 148 sqq. ego, quum pleraque pervulgata sint, haec sola annoto, et quae in ceteris memorabilia sunt, ad n. 190. coniicio. Κῆρυξ est βουλῆς καὶ δήμου: ex voce βουλῆς superest ΙΟΥΛ. Mox ἱερεὺς Φωσφόρων a me restitutus est ex decreto in L. Septimii Severi honorem (n. 353.); Corsinus Φωσφορίων vel Φωσφόρου voluerat, intelligens *Antinoum*, qui Phosphorus dictus in titulo Latino: *Deo. Amabili. Bono. Deo. Puero. Phosphoro.* Plures dein huius generis Latinos titulos edidit I. M. Gesnerus Comm. Gott. cl. phil. et hist. T. IV. (1754.) p. 104 sqq. ubi eleganter et erudite hoc ipsum explicat, Antinoum esse Phosphorum. Attamen non unum esse Φωσφόρον, docet titulus n. 353., docet ipse, quo usus est Gesnerus, Plutarchi locus adv. Colot. c. 22. τίνι γὰρ προτέλεια θύομεν, τίνι σωτήρια, πῶς δὲ φωσφόρεια, βακχεῖα, προτέλεια γάμων ἄξομεν, μὴ ἀπολιπόντες μηδὲ βακχεῖς καὶ φωσφόρους καὶ προηροσίους καὶ σωτῆρας; nam hic certe pluralis non pro singulari positus est rhetorice, sed plures sunt θεοὶ βακχεῖς, φωσφόροι, σωτῆρες. Itaque ut Antinoum Phosphorum esse concedo, ita plures cum illo φωσφόρους cultos contendo. Sic Diana est φωσφόρος θεὰ tum apud Messenios (Pausan. IV, 31, 8.), tum Euripidi, Callimacho, Diotimo: v. Eurip. Iphig. T. 21. et ibi Musgr. Sic φωσφόρος θεὰ in titulo, quem in Smyrnaeis referam; sic *Lux dubia* in ora Hispaniae culta Straboni lib. III. dicitur ἡ Φωσφόρος: sic haud dubie etiam Apollo, et ni fallor Vesta quoque prytanum dea, in Tholo s. Sciade culta. Immo Minerva quoque φωσφόρος dicitur Eustathio ad Odyss. I. p. 134. Bas. Plura affundi possunt de Hecate, Cerere et aliis πυρφόροις et δᾳδούχοις θεοῖς, quae pervulgata sunt. Idem qui ἱερεὺς Φωσφόρων est ἐπὶ Σκιάδος, de quo vide ad n. 190. Ultimo loco prodit ὑπογραμματεύς: sic enim ex ceteris titulis iam olim scribendum monui Oec. civ. Ath. T. I. p. 201.

185.

In eodem lapide. Edidit Spon. l. c. p. 117 sq. unde petiit Corsin. F. A. T. II. p. 206. et partem Taylorus ad Demosth. Mid. p. 598. Appar. Reisk. T. I.

. . ΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
. . Σ . . Μ . ΜΟΥΝΑΤΙΟΥ ΜΑΞΙ
ΜΙΑΝΟΥ ΟΥΟΠΙΣΚΟΥ
. . . ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΟΙ ΠΡΥΤΑ
ΝΕΙΣ ΤΗΣ ΚΕΚΡΟ . .
ΤΙΜΗΣΑΝΤΕΣ ΑΥΤΟΥΣ ΚΑΙ
ΤΟΥΣ ΑΙΣΙΤΟΥΣ ΑΝΕΓΡΑ
ΨΑΝ

ΑΛΑΙΕΙΣ	ΑΙΣΙΤΟΙ
ΑΝΝΙΟΣ ΠΙΣ	ΙΟΥΛ . ΙΕΡΟ
ΤΟΚΡΑΤΗΣ	ΦΑΝΤΗΣ
ΙΕΡΕΥΣ ΔΗΜΗ	ΑΙΛ . ΔΑΔΟΥ
ΤΡΙΟΣ	ΧΟΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ	ΕΡΕΝΝΙΟΣ ΙΕ
ΣΚΡΙΤΟ....ΚΟΣ.	ΡΟΚΗΡΥΞ
ΝΙΚΩΝ...ΔΩ	ΜΕΜ . ΕΠΙ ΒΩ
ΡΟΥ	ΜΟΙ

ΑΙΞΟΝΕΙΣ
ΣΤΕΦΗΦΟΡΟΥ
ΑΓΝΟΣ ΣΤΕΦΗΦΟΡΟΥ
ΟΝΗΣΙΜΟΣ ΣΤΕΦΗ
ΦΟΡΟΥ
ΕΡΜΕΙΑΣ
ΕΡΜΕΙΑΣ
ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ ΕΡΜΕΙΟΥ
ΠΙΘΕΙΣ
ΗΛΙΟΔΩΡ . . ΗΜΟ
ΔΩΡΟΥ
ΕΠΙ ΚΛ . . . . .
ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥ
ΛΕΥΤΩΝ ΣΤΡΑ
ΤΩΝ ΟΛΥΜΠΙΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ

Ἀγαθῇ τύχῃ.
. . . . Μ. Μουνατίου Μαξιμιανοῦ Οὐοπίσκου,
. . πρυτανείας, οἱ πρυτάνεις τῆς Κεκροπίδος
[φυλῆς] τιμήσαντες αὐτοὺς καὶ τοὺς Ἀϊσίτους ἀνέγραψαν.

Ἁλαιεῖς	Ἀΐσιτοι
Ἄννιος Πιστοκράτης	Ἰούλ. Ἱεροφάντης,
Ἱερεὺς Δημήτριος	Αἴλ. Δᾳδοῦχος,
Δημήτριος	Ἑρέννιος Ἱεροκήρυξ,
Titulus hic inscriptione n. 93. manifesto recentior est, quod et scripturae ratio docet et vs. 16. haud ambigua *Neaechmi* archontis mentio, qui signat annum Olymp. 115, 1. In eius nomine dele ductus ΗΙ, ut vs. 9. in voce Χαιριγένους Ι delendum est. Ἱεροποιοὶ non reipublicae nunc sunt, sed pagi. Vs. 4. 5. nota duplicem structuram θυσία τῆς Ἥβης καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. Λόγον et εὐθύνας dederunt haud dubie non apud rempublicam, sed in pago: cf. ad n. 88. *Nauson* idem credo est qui n. 93.; fratresque videntur Antichares et Callisthenes esse. Decreti ipsius inscriptio in sequentem annum praecipitur; unde dictum τὸν δήμαρχον τὸν μετὰ Νέαιχμον ἄρχοντα. Altera decreti parte primum laudantur *Sophronistae*, gymnici alias magistratus; qui in pannychide ne quid petulanter ageretur, curabant: ea pannychis celebratur Iuventae (cf. de eius templo n. 93.), cui iuncta socrus Alcmena. ΔΡΙΟΝΤΑ mutavi in ΔΡΩΝΤΑ: δρᾶν vox est propria de peragendis mysticis sollemnibus, quae in ea pannychide acta esse probabile est. Et cave ἄρχοντα coniicias, cui nullus hic locus. Haec hactenus. Nunc addam in altero Aexonensium decreto (n. 93.), ubi bis Φιλαεῖδα vidimus, priore loco Pittacum praebere ΦΕΛΛΙΔΑ, aliud apographum a Niebuhrio communicatum ΦΕΛΛΕΙΔΑ, altero loco utrumque ΦΕΛΛΕΙΔΟΣ: quod videndum ne melius sit quam alterum, in quo difficultatem inesse notavimus. Φελλὶς γῆ nota est ex Polluce I, 227. de vi vocis v. Schneider. Lex. Gr. et cf. Ruhnk. ad Tim. p. 269 sq.

215.

Athenis. Edidit Stuartus Antt. Att. T. II. p. 51. in interpretatione alius tituli.

ΠΡΟΝΟΜΟΣΗΥΛΕΙΔΙΟΤΡΕΦΗΣΗΡΧΕ

Formas Π et Σ ipse dedi. Fragmentum ad Olymp. 99, 1. pertinens. De Pronomo v. ad n. 225. Archon est idem qui aliâ formâ n. 151. Διειτρέφης.

216.

Marmor Athenis praefurnio infixum. Edidit Chandlerus Inscr. II, 52. p. 59. In deversorio Turcico viderat iam Fourmontus.

ΙΙ/ ΖΙΑΣΕΡΥΞΙΜΑΧΟ
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΣΕΧΟΡΗΓΕ
ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΙΕΡΕΧΘΗΙΔΙΠΑΙΔΩΙ

Initio paucas lineolas ex Fourm. praemisi: Chandl. nihil nisi ΙΑΣ. Mox Chandl. Ξ; dedi Ξ, pro quo Fourm. similem formam habet; unius tamen verticalis lineae loco duas obliquatas offerens. Vs. 3. ultimum Ι addidi ex Fourm. Quum patrum filiorumque nomina soleant similia esse, haud dubie Ἐρυξίας scribendum:

Ἐρυξίας Ἐρυξιμάχου
Κυδαθηναιεὺς ἐχορήγει
Πανδιονίδι, Ἐρεχθηΐδι παίδων.

Hic igitur et suae tribui et Erechtheidi choregus fuit, sed uno et eodem cum choro: ut dubium non sit tum non singulas, sed binas tribus singulos choregos praebuisse ob rei familiaris angustias. Eryxias hic quum n. 213. scriptus non reperiatur, patet hunc haud paucis post Euclidem annis vicisse, quum victorum nomina inscribendi mos n. 213. a Pandionide iussus iam obsolevisset. Ita hunc titulum circa Olymp. 104–106. posuerim.

217.

Athenis ad ecclesiam Catholicon. Vitiosius edidit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 90. rectius Chandlerus II, 53. p. 59. Cf. Vandal. Diss. ad Antt. et Marm. illustr. p. 674.

ΕΡΕΧΘΗΙΣΑΝΔΡΩΝΕΝΙΚΑ
ΜΕΝΕΤΕΛΗΣΜΕΝΗΤΟΣΑΝΑΓΥΡΑΣΙΟΣΕΧΟΡΗΓΕ
ΑΡΑΤΟ[Σ]ΗΥ[ΛΕΙ
ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ.....

Ἐρεχθηῒς ἀνδρῶν ἐνίκα,
Μενετέλης Μένητος Ἀναγυράσιος ἐχορήγει,
Ἄρατος ηὔλει,
Νικόμαχος .....

Suppletur Νικόμαχος ἦρχεν: sed, quod iam Vand. monuit, suppleri etiam ἐδίδασκε potest. Non certum igitur, inscriptionem hanc pertinere ad Olymp. 109, 4. Nota hic quoque ΕΧΟΡΗΓΕ, ex antiquo usu retentum. Spon. falso ΕΧΟΡΗΓΕΙ.

218.

Athenis, „apud Dgika Guppa"; ex schedis Fourmonti.

ΙΠΠΟΘΩΝΤ]ΙΣΑΝΔΡΩΝ⁝ΕΝΙΚ[Α
..........\ΛΟΥΠΕΙΡΑΙΕΥΣ[ΕΧΟ
ΡΗΓΕ.....ΣΚ]ΑΡΦΙΚΟΣΕΛΙΛΛ[ΣΚ]Ι
........ΣΣΙΚΥΩΝΙ[ΟΣΗΥΛΕΙ

Ἱπποθωντ]ὶς ἀνδρῶν ἐνίκα, ...λου Πειραιεὺς [ἐχορήγει, ...Σκ]αρφ[αῖ]ος ἐδίδα[σκε], ...ς Σικυώνι[ος ηὔλει. ΟΥ in terminatione scriptum docet non admodum vetustum monumentum esse.

219.

„In villa Menidi, in ecclesia S. Virginis, quae Ἀναγαλιώτισσα cognominata"; ex schedis Fourmonti.

..\Ι/ΟΣΚΡΑΠΟΙΝΙΝΙΚΗΣΑΣΑΝΕΘΗΚ
ΧΟΡΙΩΙΚΑΙΚΩΜΟΙΔΟΙΣΧΑΡΗΣΘΗΒΑΙΟΣ
ΥΛΕΙΣΠΕΥΣΕΛΔΗΣΑΘΗΝΑΙΟΣ

Initio scriptus esse debuit victor choregus cum tribu, e. c. Κεκροπίδι. Deinde debuit esse χορηγῶν, ut n. 224. quod latet opinor in ΚΡΑΠΟΙΝΙ, in quo ultimum Ι ut vs. 2. litt. 3. delendum; Κ fuit Χ, deinde Fourm. omisit Ο, et ΡΑΠΟΙΝ dedit p. ΡΗΓΩΝ. Est igitur: χορηγῶν νικήσας ἀνέθηκε κυκλίῳ χορῷ καὶ κωμῳδοῖς· Χάρης Θηβαῖος ηὔλει, Σπευσεάδης Ἀθηναῖος ἐδίδασκε.

220.

Athenis, in Panagiae Gorgopiko (s. Catholicon dicta ecclesia). Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 135. (cf. Corsin. F. A. T. I. p. 256.) Habeo etiam ex schedis Fourmonti.

ΣΦ
ΣΕΥΦΙΛΗΤΟ...
ΕΧΘΗΙΔΙΙΠ....
ΘΗΒΑΙΟΣΗΥ....

....
ς Εὐφιλήτου ..... [ἐχορήγει
Ἐρ]εχθηΐδι, Ἱπ[ποθωντίδι ......
Θηβαῖος ηὔ[λει.

Vs. 1. omittitur ap. Spon. qui vs. 2. male ΜΕΥΦΙΛΗΤΟΣ. Vs. 4. ΗΥ ex Fourm. addidi.

Tibicines solent Thebani Boeoti esse; maleque hinc et ex aliis quibusdam titulis Theben Atticum demum finxerat Sponius. Ceterum cf. ad n. 216.

221.

In monumento, quam vulgo laternam Demosthenis vocant. Cyriac. p. x. n. 76. Murat. T. II. p. DCXLIV. 1. ex suis et Farnesiis schedis. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 21. Wheler. Itin. p. 398. ed. Angl. Le Roy Mon. Gr. T. I. p. 28. et in aere tab. XXXIV. sed vitiosissime. Stuart. Antt. Att. T. I. p. 28. cap. IV. tab. 3. Pomard. Itin. T. I. p. 135. Vandal. Diss. p. 673. ut alios taceam.

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣΛΥΣΙΘΕΙΔΟΥΚΙΚΥΝΝΕΥΣΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΣΠΑΙΔΩΝΕΝΙΚΑΘΕΩΝΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΑΔΗΣΑΘΗΝΑΙΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΕΥΑΙΝΕΤΟΣΗΡΧΕ

Secutus sum tabulam Stuarti aeri incisam, nisi quod ex ceteris exemplis prope omnibus dedi ΚΙΚΥΝΝΕΥΣ, quum ibi et in Wheleri apographo pessimo habeatur ΚΙΚΥΝΕΥΣ. Whel. solus ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ. Pro Κ est Ⲕ. Euaenetus archon Olymp. 111, 2.

Λυσικράτης Λυσιθείδου Κικυννεὺς ἐχορήγει,
Ἀκαμαντὶς παίδων ἐνίκα, Θέων ηὔλει,
Λυσιάδης Ἀθηναῖος ἐδίδασκε, Εὐαίνετος ἦρχε.

222.

Athenis transcripsit Cyriacus „ad gymnasii" (credo theatri) „sedem exornatam" p. x. n. 77. et ex eiusdem schedis a Compagnonio missis dedit Murat. T. II. p. DCXLII. 2. A Fulvio Ursino habuit Andr. Schottus Vit. Aristotel. et Demosth. indeque edidit Reinesius Synt. Inscr. V, 36. p. 377. Athenis in domo transcripsit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 214. unde petierunt Vandal. Diss. p. 672. Corsin. F. A. T. IV. p. 46. Mutilum titulum praebent Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. et schedae Fourmonti.

ΑΙΓΗΙΣΑΝΔΡΩΝΕΝΙΚΑΕΥΑΓΙΔΗΣΚΤΗΣΙΟΥΦΙΛΑΙΔΗΣΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣΗΥΛΕΙΧΑΡΙΛΑΟΣΛΟΚΡΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕ
ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣΗΡΧΕ

Αἰγηῒς ἀνδρῶν ἐνίκα, Εὐαγίδης Κτησίου Φιλαΐδης ἐχορήγει, Λυσιμαχίδης Ἐπιδάμνιος ηὔλει, Χαρίλαος Λοκρὸς ἐδίδασκε, Εὐθύκριτος ἦρχε.

Cyriaci et Sponii apographa prope consentiunt, nisi quod Cyr. habet ΕΥΘΥΜΕΙΤΟΣ: uterque etiam ΦΙΛΑΙΔΗΣ, licet Murat. aliud narret: sed Spon. ΗΡΧΕΝ, Cyr. ΗΡΧΕ, quod retinui, licet ΗΡΧΕΝ Ursinus habuisse videatur. Ceterum Ursinianum s. Reinesianum apographum vitiis scatet: bene tamen ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣ ibi ut ap. Spon. habetur. Postremo Cyriacus, Ursinus, Sponius versus ex arbitrio divisos repraesentant: Pocockius et Fourmontus consensu secundum versum incipiunt a litteris ΙΜΑΧΙ ΔΗΣ, primum ab ΗΙΣ vel ⊢ΗΙΣ (sic Fourm.): patet igitur vs. 2. coepisse a verbo Λυσιμαχίδης. Secundus versus apud utrumque desinit in litteris ΧΑ ΡΙΛ (Poc. ΧΑΜΙΔ, Fourm. ΧΑΡΙΑ): quippe perierant reliqua, quae ex primi versus mensura usque ad ἐδίδασκε produxi. Tertii versus vestigia Fourm. haec sola habet: Ε . . . . . Λ . . . ΗΙ . . . quae superesse videntur ex his, Εὐθύκριτος ἦρχε. Sic igitur versus digessi. Vs. 2. formam Γ ex Cyr. Fourm. dedi. Euthycritus archon Olymp. 113, 1.

223.

Athenis super porta Bazari. Ediderunt Spon. Itin. T. III. P. II. p. 73. (indeque et alii et Vandal. Diss. p. 673.) ac Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. n. 70. p. 61. postremo Stuart. Antt. Att. T. I. p. 27. qui aere expressum titulum praebet.

ΛΥΣΙΚΛΗΣΒΙΟΤΤΟΥΟΗΘΕΝΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΟΙΝΗΙΣΦΥΛΗΠΑΙΔΩΝΕΝΙΚΑ
ΠΑΜΦΙΛΟΣΑΓΝΟΥΣΙΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΝ . . . . . .
ΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΣΗΡΧΕΝ

Ap. Spon. versus non recte ordinati sunt, melius ap. Poc. qui tamen alia vitia admiscuit: ego et in versuum ordine et in litterarum formis Stuartum sequor. Vs. 2. Spon. Poc. diserte ΠΑΙΔΩΝ: ap. Stuart. Ι est evanidum. Vs. 3. ultimum Ν omittit Stuartus, et lapidis ibi fracturam notat, ut etiam Poc. lacunae ibi signa posuit.

Λυσικλῆς Βιόττου Ὀῆθεν ἐχορήγει,
Οἰνηῒς φυλὴ παίδων ἐνίκα,
Πάμφιλος Ἁγνούσιος ἐδίδασκεν, ... [ηὔλει,]
Κηφισόδωρος ἦρχεν.

Pertinet ad Olymp. 114, 2. Βιόττου omnes editores habent: et recte. Vide n. 621.

224.

In epistylio monumenti choragici Thrasylli, in radice arcis ad meridiem in rupe incisi, hodie Παναγίας Σπηλιωτίσσης. Primus transcripsit Cyriacus Anconitanus (p. IX. n. 71. ubi hi tituli reperti dicuntur *sub arce, ad statuam Gorgonis, ad marmoream et ornatissimam scenam, prope incisam rupem et mira ope fabrefactum specus*); ex suis et Cyriaci schedis (ex quibus etiam Muratorii schedae fluxerunt) edidit Murat. T. II. p. DCXLI. Olim dederant Ursinus Imagg. p. 28. in aere, Spon. Itin. T. III. P. II. p. 111. Wheler. Itin. p. 369. ed. Angl. et ex Sponio Vandal. Diss. p. 673. Corsin. F. A. T. II. p. 20. T. IV. p. 56. habent. Hunc et alios ex his titulis vulgo notos dedit etiam Tayl. ad Marm. Sandw. p. 70. Postremo dederunt Le Roy Mon. Gr. T. II. p. 35. Stuart. Antt. Att. T. II. p. 29. in tabula aerea, Pomard. Itin. T. I. p. 132. cuius exigua auctoritas. Praeterea usus sum apographo Villoisoni ex schedis Franc. Giamberti petito, et alio Mustoxydis.

ΘΡΑΣΥΛΛΟΣΘΡΑΣΥΛΛΟΥΔΕΚΕΛΕΕΥΣΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΧΟΡΗΓΩΝΝΙΚΗΣΑΣΑΝΔΡΑΣΙΝΙΠΠΟΘΩΝΤΙΔΙΦΥΛΗΙ⁝
ΕΥΙΟΣΧΑΛΚΙΔΕΥΣΗΥΛΕΙ ΝΕΑΙΧΜΟΣΗΡΧΕΝ⁝ΚΑΡΚΙΔΑΜΟΣΣΩΤΙΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

Tertius versus minoribus litteris. Fundum apographi huius constituit tabula Stuarti, ex qua etiam versuum divisionem dedi, in qua ceterorum plurimi variant. Ursinus ubi nihil annoto consentit cum Giamberto, omittit tamen interpunctiones, quas post singula verba habet Giambertus singulis punctis notatas: sed post φυλῇ et ἦρχεν terna puncta offert Giambertus, et haec adscivi. Vs. 1. Giamb. ΘΡΑΣΥΛΟΣ ΘΡΑΣΥΛΟΥ: ceteri consentiunt in recepto. ΔΕΚΕΛΕΥΣ Spon. Whel. etc.; sed Cyr. (non tamen Muratorianus), Giamb. Urs. Stuart. ΔΕΚΕ ΛΕΕΥΣ, quorum fides maior quo insolentior forma. Dicitur igitur Δεκελεύς, Δεκελεεύς et Δεκελειεύς (hoc est ap. Steph. Byz. v.). Vs. 2. male Stuarti tabula ΧΩΡΗΓΩΝ, et peius etiam impressus Stuarti textus: id correxi e ceteris. ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΔΙ, quae vetusta forma, extat in tabula Stuarti et ap. Giamb. ac Cyr. sed vulgare ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΔΙ ex notiore usu intulerunt Whel. Stuarti impressus textus, Murat. Must. Pom. Le Roy, immo ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΔΙ Urs. Spon. Pro ΦΥΛΗΙ Stuarti impressus textus ΦΥΛΕΙ. Vs. 3. male Cyr. ΕΥΟΣ; ib. Stuarti tabula ΗΥΛΕ, ceteri quod dedi. Postremo Le Roy ΣΩΤΟΣ, Stuarti impressus textus ΣΟΤΙΟΣ.

Θράσυλλος Θρασύλλου Δεκελεεὺς ἀνέθηκεν
χορηγῶν νικήσας ἀνδράσιν Ἱπποθωντίδι φυλῇ,
Εὔϊος Χαλκιδεὺς ηὔλει, Νέαιχμος ἦρχεν, Καρκίδαμος
Σώτιος ἐδίδασκεν.

Neaechmus archon Olymp. 115, 1. De aedicula rupi incisa, in qua tripus dedicatus, Pausanias dixit I, 21, 4. ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου σπήλαιόν ἐστιν ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν· τρίπους δὲ ἔπεστι καὶ τούτῳ· Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ καὶ Ἄρτεμις τοὺς παῖδάς εἰσιν ἀναιροῦντες τοὺς Νιόβης. Tripus, quem Pausanias super specu vidit, potest aut Thrasylli aut unus ex iis fuisse, ad quos pertinent n. 225. 226. aut ille quem post puerorum victoriam posuit Aeschraeus Anagyrasius, inscriptione addita ἐπὶ τὴν κατατομὴν τῆς πέτρας (Philochor. ap. Harpocr. v. κατατομή, coll. Müller. l. c. ad n. 211.). Alii tripodes prope hoc monumentum duabus insistebant columnis marmoreis (Stuart. T. II. c. 4). Super hac vero ad quam scribimus inscriptione fuit statua, quae nunc in Britannia est. Attamen tripodem etiam a Thrasyllo dedicatum fuisse vix dubium est: qui olim fortasse eo loco positus erat, ubi illa statua reperta est, quae videtur tripodis loco substituta postea esse. Argumentum, quod repraesentatum esse Pausanias dicit, etsi Apollineum est, cave tamen Thrasyllum putes Thargelia vicisse: tibicen enim cyclium et Dionysiacum chorum significat, ut dixi ad n. 111. Potius dithyrambi, quo Thrasyllus vicerat, argumentum ab artifice exhibitum iudico. Postremo Gorgo, quam Cyriacus nominat, videtur Medusae caput auratum in aegide esse, quae in australi arcis muro posita erat (Pausan. I, 21, 4. coll. V, 12, 2.); quamquam hanc in Cyriaci aetatem perdurasse non est verisimile.

225.

In alta basi, quae exstructa est super zophoro monumenti Thrasyllei, ad statuae dextram. Edita inscriptio in titulis Cyriaci l. c. n. 69. Murat. l. c. (ex iisdem schedis, ex quibus n. 224.), Ursin. l. c. Spon. l. c. p. 109. Wheler. p. 368. ubi aeri incisum monumentum, et ex Sponio ap. Vandal. p. 678. (Corsin. F. A. T. I. p. 256. aliquot inde verba decerpsit), deinde ap. Taylor. l. c. Postremo dederunt Le Roy, Stuart. Pomard. ll. cc. Habeo etiam ex schedis Mustoxydis; apud Fourmontum tantum primus versus est et duae ultimae tertii voces, atque is inscriptionem dicit in domo Christoduli Chatergari esse.

ΟΔΗΜΟΣΕΧΟΡΗΓΕΙΠΥΘΑΡΑΤΟΣΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΘΡΑΣΥΚΛΗΣΘΡΑΣΥΛΛΟΥΔΕΚΕΛΕΕΥΣ

ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΣΠΑΙΔΩΝΕΝΙΚΑ
ΘΕΩΝΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΙ
ΠΡΟΝΟΜΟΣΘΗΒΑΙΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

Fundum huius exempli constituit aerea Stuarti tabula; vs. 1. dedi Θ ex Urs. Whel. plurimi habent Θ. Vs. 2. ΑΓΟ etc. est in Stuarti tabula, quod ex impresso textu et ex ceteris correxi. Ibidem Urs. ΘΡΑΣΥΛΟΥ, Cyr. Urs. Stuart. ΔΕΚΕΛΕΕΥΣ (cf. ad n. 224.). Vs. 3. Cyr. ut tabula Stuartiana, ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΣ; reliqui et Stuarti impressus textus ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΣ, praeter Pomardum, qui ΙΠΠΟΘΩΟΝΤΙΣ, et Wheleri tabulam, in qua ΙΠΠΘΟΩΝΤΙΣ, falso quidem, sed non sine veri vestigio. Mox plurimi ΗΥΛΕΝ, Urs. ΗΥΛЄΙ; alii cum Stuarto vere ΗΥΛΕΙ, in his etiam Murat. quae rara eius laus est.

Ὁ δῆμος ἐχορήγει, Πυθάρατος ἦρχεν,
Ἀγωνοθέτης Θρασυκλῆς Θρασύλλου Δεκελεεύς,
Ἱπποθωντὶς παίδων ἐνίκα,
Θέων Θηβαῖος ηὔλει,
Πρόνομος Θηβαῖος ἐδίδασκεν.

Pytharatus archon Olymp. 127, 2. Deficientibus choregis populus ipse et Hippothontidi et Pandionidi (n. 226.) subvenit; cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 494. Sed quoniam Thrasylli filius eius, qui monumentum n. 224. dicaverat, agonothetae tum munere fungebatur, populus hunc ei honorem tribuit, ut et hic, ad quem haec inscriptio pertinet, et alter tripus (n. 226.) in paterno collocaretur monumento. Theonem nota peregrinum esse, non Atticum, ut Spon. putabat; cf. ad n. 220. Thebanus est etiam chorodidascalus Pronomus, hic haud dubie ex posteris tibicinis Pronomi, quem n. 215. Olymp. 99, 1. repperimus. Pronomi barba ridetur ap. Aristoph. Eccles. 102. ubi tibicinem intelligit Schol. ex quo hausit Suid. v. Is potest idem esse qui n. 215. si Aristophanis fabula Olymp. 96, 4. acta est. Sed pater eius videtur fuisse vel patruus, qui Alcibiadem docuit tibiis canere (Athen. IV. p. 184. D.), magna tum fama musicus, cuius artem celebrat Pausanias (IX, 12, 4); qui primus iisdem tibiis plures modos cecinit (Pausan. ib. Athen. XIV, p. 631. E.), Chalcidensibus Euboeae prosodium fecit, Thebis statua ornatus est (Pausan. l. c.); cuius harmoniae etiam Olymp. 102. quo tempore restituta Messene est, vigebant maxime (Pausan. IV, 27, 4.).

226.

In altera basi eiusdem monumenti zophoro imposita, ad laevam statuae. Ediderunt iidem qui n. 225., Cyr. n. 70. ceteri ll. cc. Misit etiam Mustoxydes.

ΟΔΗΜΟΣΕΧΟΡΗΓΕΙΠΥΘΑΡΑΤΟΣΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΘΡΑΣΥΚΛΗΣΘΡΑΣΥΛΛΟΥΔΕΚΕΛΕΕΥΣ

ΠΑΝΔΙΟΝΙΣΑΝΔΡΩΝΕΝΙΚΑ
ΝΙΚΟΚΛΗΣΑΜΒΡΑΚΙΩΤΗΣΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΠΠΟΣΑΡΚΑΣΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

Vs. 2. Urs. rursum ΘΡΑΣΥΛΟΥ, Cyr. Urs. et Stuart. ΔΕΚΕΛΕΕΥΣ, quod hic quoque ut n. 224. 225. retinui; deinde Stuarti tabula ΠΑΝΔΙΩΝΟΣ, textus impressus et sch. Mustox. ac Whel. Pomard. ΠΑΝΔΙΟΝΟΣ, Cyr. ΠΑΝΑΓΩΝΙΣ, Urs. ΠΑΝΔΙΩ ΝΙΣ; ceteri recte. Vs. 6. ultimum Ν omittit Stuartus; id addidi ex tot aliis apographis. De singulis v. ad n. 225.

῾Ο δῆμος ἐχορήγει, Πυθάρατος ἦρχεν,
᾿Αγωνοθέτης Θρασυκλῆς Θρασύλλου Δεκελεεύς,
Πανδιονὶς ἀνδρῶν ἐνίκα,
Νικοκλῆς ᾿Αμβρακιώτης ηὔλει,
Λύσιππος ᾿Αρκὰς ἐδίδασκεν.

Lysippus hic nec tragicus nec comicus poeta est, sed dithyrambici chori magister et fortasse poeta. Cf. praeter alios Oderic. de marm. didascal. p. LXXII.

227.

Athenis in lapide, ad portam novae civitatis. Cyriac. p. XVI. n. 115. Murat. T. II. p. DCXLIV. 2. ex suis schedis.

ΑΙΓΗΙΣΑΝΔΡΩΝΕΝΙΚΑ
ΔΙΦΙΛΟΣΔΙΦΙΛΟΥΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ.....

Dedi dispositionem Muratorii, ex quo patet lapidem in dextera parte fractum esse. Murat. male ΓΑΡΓΕΤΤΙΟΣ. Post Γαργήττιος adde ἐχορήγει.

227. *b*.

Interponam hoc loco tripodum titulos Romanae aetatis. Alter subscriptus plintho columnae orientalis prope monumentum Thrasylli (Stuart. Antt. Att. Vol. II. p. 30. aeri incisus cap. IV. tab. 5. cf. ad n. 224.):

ΚΟϹϹΤΡΑΤΟΝΕΙΚΟϹ
...κος Στρατόνεικος.

Alter profundis litteris in sinistra rupis prope idem monumentum parte incisus est, versibus cavo lineari divisis: quem memorat Stuartus Antt. Att. T. II. p. VII. dedit Clarkius Itin. T. II. S. II. p. 547. sed plura desunt:

ΑΠΕΙΣWΝΙΑΝΟΣΔΑΙ...
ΤΡΙΠΟϹΑΝΕΘΕϹΑΝ

Vs. 1. fortasse Α. Πεισωνιανὸς δαί[μονι ἀγαθῷ; vs. 2. τρίπος sitne nominativus poeticus an accusativus pluralis τρίπους (pro τρίποδας) fuerit, nescio: accusativum certe postulat verbum ἀνέθεσαν.

228.

Rhamnunte in basi exedrae, cuius generis plures supersunt. E Raikesii Diario edidit Walpol. Mem. p. 308. Corruptius extat in schedis a D. St-Martin ad me missis.

..ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣ
..ΚΩΜΩΙΔΟΙΣ

Ex schedis, quas dixi, in duos versus divisi. Vicerat Rhamnusius aliquis (choregus fortasse) comoedis.

229.

Fragmentum tabulae marmoris Parii, litteris optime incisis, repertum Romae in Maffeiorum aedibus (Oderic. p. VII.). Edidit *Gasp. Aloys. Odericus* in libello *de marmorea didascalia in Urbe reperta, ad Caietanum Marinium* Rom. 1777. 8. p. LXVII. unde translatus titulus in Biblioth. crit. Amstel. Vol. II. P. VII. p. 47. Venit tum in villam Albanam; unde iterum editum marmor est a Marinio Inscr. Alb. p. 160.

. . . .
. . . . ΠΙΑΝΤΙΟΧΙΔΟΥ ΚΥ . .
. . . . . ΣΚΩΜΩΙΔΙΑΙ $\overline{Δ}$ ΕΝΑ . .
. . . ΜΩΙΔΙΑΙ ΕΠΙ ΤΙΜΟΚΛΕ .
. . ΕΠΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥΣΑΤΥΡΟΙΣ .
. . ΕΡΟΙΣ ΣΙΔΗΡΟΙΣ ΕΠΙ ΠΥ .
. . ΟΙΣ $\overline{Ε}$ ΕΠΙ ΑΝΤΙΟΧΙΔΟΥ .
. . . ΥΣΙΠΠΟΣ ΕΝΙΚΑΜΕΝ . .
. . . . ΠΟΥ ΚΑΤΑΧΗΝΑΙΣ . .
. . . ΛΙΣ ΑΥΤΑΙΜΟΝΑΙΣΩΙ .
. . . ΠΙ ΔΙΟΦΑΝΤΟΥ ΔΙΟΝΥ .
. . . ΤΕΙ ΕΠΙ ΝΙΚΟΤΕΛΕΟΥΣ .
. . . . . ΕΕΠΙ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ . . .
. . . . . Ι ΕΠΙ ΜΟΡΙΧΙΔΟΥ . . .
. . . . . ΥΣΚΟΛΕΟΦΟΡΟΙΣ . .
. . . .

.... ἔ]πὶ ᾿Αντιοχίδου Κυ.......
.....ι]ς κωμῳδίᾳ $\overline{Δ}$, ἐν ἄ[στει....
..κω]μῳδίᾳ. ἐπὶ Τιμοκλέ[ους ...
..ἐπὶ Θεοδώρου Σατύροις ......
...εροῖς σιδηροῖς. ἐπὶ Πυ[θοδώρου..
...οις $\overline{Ε}$. ἐπὶ ᾿Αντιοχίδου .....
...ύσιππος ἐνίκα Μεν[ελάῳ...
ἐπὶ ......]που Καταχήναις ....
...αις. αὗται μόναι σώ[ζονται....
ἔ]πὶ Διοφάντου Διονύ[σ........
ἐν ἄσ]τει. ἐπὶ Νικοτελέους ....
.....$\overline{Ε}$. ἐπὶ Λυσιμάχου ....
.....ι. ἐπὶ Μοριχίδου ....
....ο]υς Κολεοφόροις ....

Coniunxi n. 229–231. tria fragmenta didascalica, ex quibus duo priora licet Romae reperta argumenti causa huc transferre non dubitavi. Quae si ea aetate scripta essent, in quibus argumentum versatur, posses ea Athenis Romam translata putare, id quod Odericus, Marinius et Camaldulensis interpres (v. n. 230.) arbitrabantur: sed quoniam multo post, ex doctorum haud dubie libris compositae hae inscriptiones sunt, ut paulo post pa-

tebit; Romanum quempiam hominem eas confici iussisse censeo, ut imaginibus eorum, quos spectant, poetarum apponerentur, sicut Euripidis imagini Romae positae index tragoediarum eius adscriptus est, ibidemque repertae Menandri imagini inscriptio varias res continens adiecta est, quae, si Athenis confectus titulus esset, longe aliter dictae essent: qua de re suo loco exponam.

De *didascaliis* erudite disputavit Casaubonus ad Athen. VI, p. 235. E. quo usus est Fabricius B. Gr. T. II. p. 288. Harl. nos de iis pauca dicemus, neque omnia a Casaubono occupata. *Aristotelis* fuit opus Διδασκαλίαι inscriptum, quod sine causa recentiori Aristoteli tribuendum suspicabatur Ionsius Scr. H. P. I, 11. p. 63 sq. Id saepe memoratur; unum locum addo a prioribus non notatum, Schol. Plat. Apol. Socr. p. 330. Bekk. ubi Meleti inde Oedipodia affertur. Deinde *Carystius Pergamenus* non διδασκαλίας quidem, sed περὶ διδασκαλιῶν scripsit; nec *Dicaearchus* singulari opere de didascaliis disseruit, sed didascalica in alio libro nescio quo tractavit. Eandem rem a *Callimacho* pertractatam constat πίνακι τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκαλιῶν (al. διδασκάλων): et is quidem didascaliarum reprehensor extitit, ab Eratosthene adversus eum vindicatarum (Schol. Aristoph. Nub. 549.). Nec tamen *Eratosthenes* peculiarem de iis librum edidit, sed eas in opere de antiqua comoedia attigit. Quae vero de superstitibus tragicis et Aristophane didascalica supersunt, videntur magna ex parte *Aristophanis Byzantii* commentariis deberi; alia possunt ex *Aristarchi* et *Cratetis* didascalicis propagata esse. Late enim patebat didascaliarum usus, ex quibus optimos quosque chronographos, in his *Apollodorum* et *marmoris Parii auctorem* profecisse, mihi non dubium; neque ullum genus monumentorum didascaliarum fidem superare monui iam olim in Comm. de Dionysiis cap. 17. Quippe *vetustissimae didascaliae* ipsis iis temporibus publice confectae sunt, quibus ii docebant, quorum opera didascaliae commemorant: ut Olympici victores, ut aliorum gymnicorum ludorum victores inscribebantur, ita poetarum certamina consignabantur tabulis ex ordine annorum (fere ut victores Pandionidis n. 213.); ex quo genere superest fragmentum n. 231. Et hae quidem vetustae didascaliae posthac collectae a scriptoribus sunt, imprimis ab Aristotele: atque ubi, quod saepe fit, ad didascalias simpliciter provocatur, haec videtur collectio intelligenda esse; ut quas vituperabat Callimachus, quas defendebat Eratosthenes didascalias, vetustae sunt a doctis collectae: ut, ubi Rhesus fabula Euripidea in didascaliis ut genuina scripta dicitur, non aliae nisi illae vetustae intelligendae sunt. Quamobrem Rhesus debet Euripidi tribui, quamquam non illi celebri; neque enim quis Euripides Rhesum docuisset, in didascalia vetusta scriptum erat. Vetusta etiam didascalia intelligenda, ubi Sophoclis Αἴας μαστιγοφόρος, quam Dicaearchus Αἴαντος θάνατον vocavit, in didascaliis simpliciter Αἴας dicta esse perhibetur (Argum. Soph. Ai.): nempe illa didascalia tum ipsum scripta est, quum Aiacem docuisset Sophocles; quo tempore non, ut a grammaticis factum est, alteram Aiacem Sophoclis ab altera accuratiore denominatione distingui intererat. Has vetustas didascalias potuerunt deinde grammatici ex scriptoribus aliisque monumentis, ut ex choregicis, augere varieque illustrare et digerere.

Nunc quo apertius de didascaliarum ratione constet, aliquot componam didascalicarum notarum specimina; quibus posthac utemur. Alia sciens omitto. Argum. Aeschyl. Pers. Ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα; Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ: ubi nota τραγῳδῶν esse genitivum, ut παίδων ἐνίκα in choregicis titulis. Schol. Aristoph. Ran. 1155. τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστίαν αἱ διδασκαλίαι, Ἀγαμέμνονα; Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν, etc. Argum. Aeschyl. Agam. Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ (sic leg.) ἔτει δευτέρῳ· πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ· ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς: ex quibus verbis patet, archontem integris tetralogiis unum tantum choregum dedisse, id quod etiam ex Themistoclis choregico monumento (v. ad n. 211.) colligitur, si Phrynichus tetralogiâ certavit. Argum. Sophocl. Philoct. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου· πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς. Aristoph. Byz. ap. Schol. Eurip. Med. Argum. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα· πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης· Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ Σάτυροι, οὐ σώζεται. Argum. Eurip. Hippol. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνονος (qui Corsino Ἐπαμεινώνδας) ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι πζ' ἔτει δ'· πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. Aelian. V. H. II, 8. Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐννενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης· καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅστίς ποτε οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι καὶ Λυκάονι καὶ Βάκχαις καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῷ· τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Παλαμήδῃ καὶ Τρωσὶ καὶ Σισύφῳ σατυρικῷ. Ex tragicis didascaliis petita etiam, quae de Oed. Col. archonte Micione post Sophoclis obitum acta narrat Schol. ap. Thiersch. Act. philol. Monac. T. I. F. III. p. 322. et de Euripidis Iphig. Aul., Alcmaeone, Bacchis ἐν ἄστει doctis a minore Euripide post patrui obitum, Schol. Aristoph. Ran. 67. Plura servarunt Argumenta Comici. Nub. Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ (utpote δεύτερος). Plut. Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασιφάῃ. Ran. (Brunck.): Ἐδιδάχθη δὲ ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετ' Ἀντιγένη ἐπὶ Ληναίῳ· Φιλωνίδης ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα, Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις, Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι. Avium: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου ἄρχοντος εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου, ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι· πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. ἔστι δὲ λε' (fabula xxxv. ut Antigona Sophoclis xxxii. sec. Argum.). Eqq. Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα

ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ εἰς Λήναια, δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους· πρῶτος ἐνίκα, δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις, τρίτος Ἀριστομένης Ὀλοφυρμοῖς. Pac. Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην. ἄδηλον οὖν φησιν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις οὐ σώζεται, etc. Lysistr. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρξαντος· εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου. Acharn. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους (Εὐθυδήμου) ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν· δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις· οὐ σώζεται· τρίτος Εὔπολις Νουμηνίαις. Vesp. ubi sic scribendum videtur (vide Palmer. et nos de Dionys. c. 9.): Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου [ἐν τῇ πθ' Ὀλυμπ. ἔτει β'.] διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια· καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης, ... δεύτερος, Γλαύκων Πρέσβεσι τρίτος.

Ex his didascaliis videmus et archontem et festum, deinde poetas, qui quoque festo certassent, et fabularum nomina, et qui cuique a iudicibus locus datus esset, postremo actores primarum (ut in Terentii fabulis) designatos esse: quota quaeque poetae fabula in operum numero esset, quod in Sophoclis Antigona et Aristophanis Avibus notatum est, non potuit in vetustis didascaliis additum esse, sed ex didascaliis hoc collectum a criticis est. Choregus semel notatur in Aeschyli Orestia, ne hoc quidem ex didascalia vetusta opinor, sed ex choregici tripodis titulo: Olympiadum vero annos docti post Timaeum addiderunt. Praeterea vetustae didascaliae necesse est ex ordine temporum dispositae fuerint, neque in iis posteriores anni potuerunt prioribus praepositi esse, aut fabulae secundum poetas dispositae. His vetustae didascaliae indiciis convenit n. 231. ubi festi nomen videtur supra scriptum fuisse (v. ad n. 231.), deinde secundum archontes enumerantur singulae commissiones: poetarum, fabularum, actorum primarum nomina, ex ordine disposita, et victor annotantur. Longe aliter vero n. 229. 230. dispositi sunt: unde intelligitur, non esse eas didascalias, sed tantum didascalica monumenta ex didascaliis ducta: quod Odericum prorsus fugit. Nam primum in utroque fragmento archontes non ex ordine temporum dispositi sunt, sed aliquoties a posterioribus ad priores reditur, et diversis locis vel idem archon scriptus est, ut n. 229. Antiochides, n. 230. Chion: quod Odericum eo deduxit, ut poetarum ordinem, non temporum observatum diceret: at hoc ipsum fieri in vera didascalia non potuit. Deinde n. 229. 230. nusquam poetae nomen scriptum est, nisi n. 229. vs. 7. eum agnoscere velis, ubi potius histrionem agnosco: neque in tot versibus, si in singulis fabulis poeta nominatus esset, verisimile est nusquam ne unius quidem poetae nomen servatum esse: neque in utroque versuum fine multa perisse videntur. Immo singula haec fragmenta fabulas enumerant singulorum poetarum, quorum nomen supra adscriptum erat: et in unaquaque fabula, quo anno data esset, omissis ceteris qui simul docuerant poetis, praemisso archontis nomine annotatum est, ordine non secundum annos, sed nescio quomodo instituto: nisi quod n. 229. vs. 1–9. eae enumerantur, quae supersint, deinde quae interciderint: quod ipsum vetustae didascaliae non convenit. Igitur, quod dixi, haec fragmenta non didascaliarum sunt, sed catalogorum, quibus singulorum poetarum fabulae enumerantur, qui haud dubie statuis eorum poetarum sive protomis appositi erant. Et n. 229. quidem ad poetam vetustae comoediae pertinet, qui Olymp. 84–97. docuerit (Sophocles etiam diutius docuit); n. 230. autem refertur ad mediae comoediae poetam, Olymp. 101–107. Nec quare haec fragmenta putemus unius tabulae esse, ulla causa est (v. ad n. 230.). Denique utrumque eadem litteraturae forma utitur: sed n. 229. partim ad tempora ante Euclidem pertinet; forma tamen scripturae ea est, quae multis post Euclidem annis invaluerit: et n. 229. vs. 9. *fabulas non iam omnes superstites esse* annotatur. Unde satis patet didascalica haec monumenta n. 229. 230. ex doctorum libris composita esse, neque veras didascalias, ne didascaliarum apographa quidem esse. Contra n. 231. nihil neque in scriptura neque in ceteris rebus obstat, quominus vera illa et vetusta didascalia videatur.

Superest ut de *festis*, de *actoribus*, de *numeris*, qui in his didascalicis monumentis comparent, paucis dicam. N. 229. *Dionysia urbana*, n. 230. haec et *Lenaea* memorantur. De *Lenaeis* magna contentione actum est; Odericus ea rustica Dionysia esse perhibebat, Ruhnkenius, cuius placita tueri Bibliotheca critica studet, Lenaea esse Anthesteria docebat: sibi patrocinatur adversus Bibliothecam criticam Odericus in Epistola, quam Marinius l. c. p. 161 sqq. publici iuris fecit. Utrumque errasse docui in Commentatione de discrimine Lenaeorum, Anthesteriorum et rusticorum Liberalium (Comm. Acad. Boruss. a. 1817.). *Actorem primarum* videmus n. 231. constanter inscriptum esse: ὑπε. (ὑπεκρίνετο) Ἀριστόμαχος etc. Idem intelligendus in notis ad Aristophanem didascalicis, ubi poeta dicitur Aves, Acharnenses, Lysistratam διὰ Καλλιστράτου commisisse. Neque aliter vita Isocratis (Vitt. X Oratt.) de Aphareo: διδασκαλίας ἀστικὰς καθῆκεν ἕξ, καὶ δὶς ἐνίκησε διὰ Διονυσίου καθείς, καὶ δι' ἑτέρων ἑτέρας δύο Ληναϊκάς. Haec est formula, qua utuntur grammatici; quam n. 230. vs. 9. agnosco cum Oderico p. xciii. Quodsi poeta ipse actor primarum est, fabula committitur δι' αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ: quod in Equitibus Aristophanis factum constat; unde ibi notatur: δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους. Porro in Ranarum didascalica nota nonnulli libri: ἐδιδάχθη δὲ ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Ἀντιγένη διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια; sed Brunckius aliunde edidit: Φιλωνίδης ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα. Unde patet ipsum actorem primarum pro poeta vincere dici. Idem liquet ex Argum. Av. διὰ Καλλιστράτου, ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι, tum ex Argum. Acharn. διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν (sc. Καλλίστρατος), et Argum. Vesp. διὰ Φιλωνίδου εἰς Λήναια· καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης. Hinc explica n. 229. vs. 7. ..ὑσιππος ἐνίκα, ubi de

poeta vix cogitari potest. Est quidem comicus Lysippus (Fabric. B. Gr. T. II. p. 310.), non tamen confundendus cum Arcade Lysippo (n. 226.); et sane illum Lysippum veteris comoediae poetam fuisse colligitur ex Athen. VIII, p. 344. E. Sed quum in ceteris nonnisi unius illius poetae, de quo id fragmentum agit, fabulae relatae videantur, non admistis aliorum poetarum, qui simul certaverant, comoediis, probabilius est hic nominari histrionem primarium; quo agente vicerit ille poeta. Postremo de *numeris* dico. Et primum in didascalicis ad Tragicos et Aristophanem notis nominantur πρῶτος, δεύτερος, τρίτος: hi manifesto sunt qui πρωτεῖα, δευτερεῖα, τριτεῖα rettulerunt: quarti et quinti non solent referri, nec videntur iis ulla praemia data, neque arbitror quis quartus quis quintus esset, iudicatum esse, sed tantum quis primus, secundus, tertius. De eo, qui primas tulit, etiam dicitur πρῶτος ἐνίκα, et simpliciter ἐνίκα. Sed in vetusta didascalia n. 231. res aliter habet. Quini in ea comici poetae ex ordine recensiti erant in utroque anno: hinc constat quinas simul fabulas commissas esse, ita tamen, ut unus poeta pluribus decertare posset, quod fecit Diodorus, et ille pro totidem computaretur poetis, quot doceret fabulas. Totidem fabulas recenset Argum. Aristoph. Plut. totidem iudices comoediarum fuerunt, credo quod quinque tribus quinque comoediis choregos praebebant, et ex reliquis quinque tribubus iudices legebantur. Ibi autem anno secundo vs. 6. supple πρω. ceteris additum est δευ. τρι. τε. πεμ. Sed primo anno post quintum vs. 5. victor inscriptus est: ... ώνυμος ἐνίκα: unde apertum fit in hac didascalia numeros non ad praemiorum ordinem, πρωτεῖα, δευτερεῖα, τριτεῖα referri, sed ad eum ordinem, quo sibi comoediae in commissione successerant. Quodsi recte conieci, nemini neque quartum neque quintum a iudicibus locum assignatum post commissionem esse, sed tantum de πρωτείοις, δευτερείοις, τριτείοις decretum, etiam n. 229. 230. numeri Δ, Ē, Γ̄ non ad iudicum sententias referendi, sed ad ordinem commissionis. Neque tamen verum est, quod Odericus p. XCIV. putabat, in his fragmentis solas eas, quae primas rettulissent, fabulas perscriptas esse: immo aliae vicerant, aliae non, et illis vox ἐνίκα addita erat, ut n. 229. vs. 7. n. 230. vs. 15. Ceterum Odericus illas litteras Γ̄, Δ, Ē male de totidem victoriis (III, IV, V) ea fabula reportatis intelligebat. His praemissis singula percenseamus breviter.

N. 229. de quo poeta agitur, is ante Aristophanem docere coepit. Vs. 1. est *Antiochides* archon Olymp. 86, 2. ut in duobus libris Diodori XII, 34. Vulgo male Antilochides dicitur. Vs. 2. fuit tale quid: Μοῦσαι]ς κωμῳδίᾳ Δ̄ ἐν ἄστει. Liquet inde unius tantum poetae fabulas hoc titulo perscriptas esse: nam si omnes, qui simul decertabant, inscripti essent, debebat ante ἐν ἄστει quinta quoque comoedia appellata esse. Idem censeo de n. 230. ubi vs. 3. Ἀμπρακιώτιδι Γ̄ ἐν [ἄστει supplendum videtur. Vs. 3. κωμῳδίᾳ ad priora pertinet, quae interciderunt: nihili sunt, quae Odericus profert, cuius errores plerosque omitto. *Timocles* archon Olymp. 84, 4. igitur reditur in priora tempora. Vs. 4. *Theodorus* archon Olymp. 85, 3. Cum umbra pugnat Odericus, ubi adversus Schol. Aristoph. Acharn. 65. docet ex hoc monumento, Morychide, Glaucide, Theodoro archontibus licuisse comoedias docere: licuit κωμῳδίας διδάσκειν, non licuit κωμῳδεῖν (σκώπτειν vivos ac spirantes cives nomine suo appellatos); hoc vult Schol. Σάτυροι, si comoediae nomen est, Phrynichi vel Cratini intelligi possunt, ut taceam alios. Sed Cratini Satyri acta est Olymp. 88, 4. (Didascal. Eqq.), quod non convenit: nec tum iterata esse dicitur. Vs. 5. σιδηροῖς est epitheton praecedentis vocis, ex qua superest ΕΡΟΙΣ: fabulae nomen erat. *Pythodorus* archon Olymp. 87, 1. qui solus ex Pythodoris archontibus huc pertinere videtur. Vs. 6. reditur ad *Antiochidem* archontem Olymp. 86, 2. De vs. 7. dixi supra: ΜΕΝ potest Μενελάῳ esse, quae Platonis fabula. Vs. 8. descenditur in inferiora tempora, vel Θεοπόμπου vel Γλαυκίππου Olymp. 92, 2. 3. Fabulae nomen Καταχῆναι, *Sannae*. Vs. 9. ΛΙΣ Oderico visum ex Εὔπολις superesse: sed in fine sententiae poetae nomen non fuerit positum. ΛΙΣ fuit ΑΙΣ, ex nomine fabulae reliquum. Dein Αὐταιμοναίσῳ (fabulae nomen) posuit Odericus p. XCII. sed apertum est: αὗται μόναι σῷ[ζονται, vel σῴ[ζονται ut n. 231. Sic saepius in Argumentis supra propositis: οὐ σῴζεται. Anne vides catalogum nobis exhiberi fabularum certi cuiusdam poetae, quae partim superfuerint, partim perierint, non didascaliam? Sequebantur eae, quae interciderant. Vs. 10. est *Diophantus* archon Olymp. 96, 2. Fabula fuit Διόνυσος, Διονύσου γοναὶ vel simile: cuius argumenti nominisque comoedias dederunt plurimi; nec libet earum nomina sine fructu congerere. Vs. 11. archon est *Nicoteles* Olymp. 97, 2. sed debebat Νικοτέλους scribi. Vs. 12. reditur ad *Lysimachum* archontem Olymp. 86, 1. tum vs. 13. ad *Morychidem* Olymp. 85, 1. Is male etiam nunc a nonnullis Myrichides dicitur: in hoc vero titulo falso scribitur ΜΟΡΙΧΙΔΗΣ. Vs. 14. ο]υς finis fuit nominis archontis, e. c. Στρατοκλέους Olymp. 88, 4. ut vs. 4. 8. 10. archontis nomen ante nomen fabulae habes. Quodsi varii poetae hoc recensu continerentur, inter archontis fabulaeque nomina intercedere poetae nomen debebat: id vero nusquam fit neque hic neque n. 230.

230.

Fragmentum a. 1762 in vinea prope Romam erutum cum alio fragmine gymnastici tituli, quod in Romanis reliqui. Editum est in libro, qui inscriptus: *Gasp. Aloys. Oderici Dissertationes et Adnotationes in aliquot ineditas veterum inscriptiones et numismata. Accedunt inscriptiones et monumenta, quae extant in bibliotheca Monachorum Camaldulensium S. Gregorii in monte Coelio.* Rom. 1765. 4. p. 360. Nam lapis in eam bibliothecam illatus est. Interpretationem addidit Commentator: sunt autem commentarii ad has inscriptiones a Monachis Camaldulensibus, Clemente Blasio et Franc. Sandrio scripti. Rectius deinde explicuit Odericus l. c. ad n. 229. Titulus impressus etiam in Bibl. crit. l. c. ibid.

. . . .
. . . . ΕΠΙΧΙΩΝΟΣΜΑΙ . . . .
. . . . . . ΞΔΙΟΝΥΣΟΥΓΟΝΑ . . . .
. . . . . ΑΜΠΡΑΚΙΩΤΙΔΙΓ ΕΝ . . . .
. . . . ΤΡΑΤΟΥ ΕΡΕΧΘΕΙ Ε . . . .
. . . ΛΕΙ ΕΠΙΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟ . . . .
. . . . ΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣ ΙΟΙ Ε . . . .
. . ΟΔΥΣΣΕΙ ΕΠΙΚΗΦΙΣΟΔ . . . .
. . ΕΠΙΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΑΓ . . . .
. . ΞΙΠΠΟΥ ΛΗΝΑΙΑ ΕΠ . . . .
. . ΟΙΩΙ ΕΠΙΝΑΥΣΙΓΕΝΟΥ . . . .
. . . ΞΝΑΣΤΕΙ ΕΠΙΧΙΩΝΟΣ . . . .
. . . . . ‾ΕΙ ΕΠΙΑΓΑΘΟΚΛΕ . . . .
. . . . ‾ΠΙΘΟΥΔΗΜΟΥΑ . . . .
. . . . ΟΥΑΝΤΕΡΩΤΙΙ . . . . .
. . . . ΝΙΚΑ ΛΗΝΑΙ . . . . .
. . . . ΙΕΝΑΣΤ . . . . . .
. . . . ΙΙ ΕΤ . . . .
. . . . ΑΡ . . . .

Vs. 4. litt. 1. dedi Τ pro Γ, vs. 6. ΙΟΙ pro ΙCΙ, vs. 9. ΞΙΠΠΟΥ pro ΙΠΠΟΥ, vs. 10. ΟΙΩΙ pro ΩΙΩΙ, vs. 15. ΝΙΚΑ pro ΙΙΚΑ; vs. 18. ΑΡ pro ΛΡ, omnia ex Oderico, ceterum Camaldulenses secutus.

. . . . ἐπὶ Χίωνος Μαι[νομένῳ . . .
. . . . Διονύσου γοναῖ[ς . . . . . .
. . . . . Ἀμπρακιώτιδι Γ̄ ἐν [ἄστει . .
ἐπὶ . . . ισ]τράτου Ἐρεχθεῖ ε . . . .
. . . . λεῖ. ἐπὶ Χαρισάνδρο[υ . . . . . .
ἐπὶ Ἱπ]ποδάμαντος Ἰοῖ ε . . . .
. . . . Ὀδυσσεῖ. ἐπὶ Κηφισοδ[ώρου . .
. . . . ἐπὶ Ἀπολλοδώρου Ἀγ . . . . . .
διὰ . . .]ξίππου Λήναια. ἐπ[ὶ . . . . . .
. . . . . π]οιῷ. ἐπὶ Ναυσιγένου[ς . . . . . .
. . . . . . ἐν ἄστει. ἐπὶ Χίωνος . . . . .
ἐν ἄστ]ει. ἐπὶ Ἀγαθοκλέ[ους . . . . .
. . . . ἐπὶ Θουδήμου Α . . . .
ἐπὶ . . . . .]ου Ἀντέρωτι . . . .
. . . . ἐ]νίκα Λήναι[α . . . .
. . . . ἐν ἄστ[ει . . . .

Plurima occupavi ad n. 229. Interpres Camaldulensis athleticum hunc putabat titulum esse, quod refutavit Odericus, qui p. xcii. quia marmoris species et characterum forma n. 229. 230. eadem est, inde colligit utrumque fragmentum coniungendum esse. Mihi eas ob causas, quas ad n. 229. exposui, bina haec fragmenta ad diversos poetas pertinere videntur, quorum imaginibus appositae erant tabulae, ex quibus ista fragmenta reliqua sunt: quas tabulas ab eodem homine confici iussas prorsus esse similes non mirum est. Vs. 1. *Chion* archon Olymp. 103, 4. Fabula videtur Μαινόμενος esse, non tamen Diphili, sed alius. Etiam Diodori Μαινόμενον habes n. 231. Vs. 2. Διονύσου γοναὶ est; talem comoediam scripsit Polyzelus. Vs. 4. fortasse *Lysistratus* est archon Olymp. 102, 4. potest etiam *Callistratus* inferri (Olymp. 106, 2.); ceteri eius terminationis remotiores sunt. Reditur autem a Chione in antiquiora tempora. Erechtheus hoc loco est comica fabula, ut Erechtheum scripsit Aristophanes. Vs. 5. fuit Ἡρακ]λεῖ, qualem scripserat Anaxandrides, vel simile. Archon est *Charisander* Olymp. 101, 1. et vs. 6. *Hippodamas* Olymp. 101, 2. Ἰὼ nunc comoedia; Io fuit Platonis fabula, sed maioris, si Suidae fides. Vs. 7. Ὀδυσσέα scripserunt plurimi comici, in his Eubulus, Alexis, Anaxandrides, qui huius aetatis sunt. *Cephisodorus* archon Olymp. 103, 3. 105, 3. Nam in Olymp. 114, 2. non descenderim. Vs. 8. *Apollodorus* archon Olymp. 107, 3. ceteri huius nominis archontes nimium remoti. Vs. 9. . . . ξίππου non ex archontis nomine reliquum, quod locus, ubi positum, satis docet. Actor primarum significatur: v. ad n. 229. Accusativus Λήναια coll. vs. 15. probabile reddit sic explendum locum esse: Ἐπὶ Ἀπολλοδώρου Ἀγ[ροίκῳ, exempli causa, ἐνίκα διὰ . . .]ξίππου Λήναια. Ἄγροικον, etiam Ἀγχίσην, scripserat Anaxandrides. Vs. 9. extr. sequens articulus incipiebat: ἐπὶ τοῦ δεῖνα. Vs. 10. Λουτροποιῷ vel Ἐκπωματοποιῷ vel tale quiddam: illa Anaxilae, haec Alexidis fabula; nec tamen de alterutro agi constat. Ibidem *Nausigenes* archon, Olymp. 103, 1. igitur reditur in priora tempora; pergitur ad *Chionem* Olymp. 103, 4. (vs. 11.). Sequitur vs. 12. archon *Agathocles* Olymp. 105, 4. postremo vs. 13. *Thudemus* Olymp. 106, 4. Attice p. Θεόδημος, ut Θούκριτος. Corsino est Eudemus ex Diod. Sic. sed apud Dionysium (Dinarch. p. 115. Epist. ad Amm. p. 121. Sylb.) inter Εὔδημον et Θεόδημον variatur. Vs. 14. Ἀντέρωτι, fabulae nomen: in Bibl. crit. coniicitur Ἀντερῶντι, quae fabula Anaxandridis ap. Athen. XIV, p. 654. B. Ἀντερῶσα laudatur Nicostrati et Antiphanis. Neque vero inepte fecerit, qui hunc titulum ad Anaxandridem pertinere putarit.

231.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

[*Textum vide in pag. seq.*]

. . . . τε . . . .]στιδι,
ὑπε. Ἀριστόμ]αχος.
Ἀντιφάνη]ς πεμ. Ἀνασῳζο[μένοις,]
ὑπε. Ἀντ]ιφάνης.
. . . ώνυμος ἐνίκα.
Ἐπὶ Δι]οτίμου Σιμύλος [πρω. . . .
σίᾳ, ὑπε. Ἀριστόμαχος.
Διόδωρος δευ. Νεκρῷ,
ὑπε. Ἀριστόμαχος.
Διόδωρος τρι. Μαινομένῳ,

. . . .
υ]πε. Κηφίσιος.
. . . . ης τε. Ποητῇ,
ὕπε. . . . . . .]ης.

De plerisque rebus v. ad n. 229. Utraque columna ad eadem haud dubie sollemnia pertinet, quorum nomen suprascriptum fuerit: unde fit, ut sollemnium in titulo nulla mentio facta sit. Prior autem columna comicos, altera tragicos continet. Sed in Lenaeis tragoediae primo loco positae videntur, in urbanis rusticisque Liberalibus secundo

. . . . ΤΕ...]ΛΣΤΙΔΙ	ΕΙΡ
ΥΠΕΑΡΙΣΤΟΜ]ΑΧΟΣ	ΥΠΕ
ΑΝΤΙΦΑΝ].ΙΣ : ΠΕΜ : ΑΝΑΣΩΙΖΟ[ΜΕΝΟΙΣ]	ΥΠΟ
ΥΠΕΑΝΤ]ΙΦΑΝΗΣ	ΕΠΙ/
. . . ΩΝΥΜΟΣΕΝΙΚΑ	ΑΓΑ
ΕΠΙΔΙ]ΟΤΙΜΟΥΣΙΜΥΛΟΣ[ΠΡΩ:	ΥΠΙ
ΣΙΑΙ:ΥΠΕΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΣ	ΕΠΙΑΡΧΗ
ΔΙΟΔΩΡΟΣ:ΔΕΥ:ΝΕΚΡΩΙ	ΗΡΑ
ΥΠΕΑΡΙΣΤοΜΑΧΟΣ	ΘΗΣΗ
ΔΙΟΔΩΡΟΣΤΡΙΜΑΙΝΟΜΕΝΩ[Ι]	ΙΥΠΟ
Υ]ΠΕΚΗΦΙΣΙΟΣ	ΤΥΡΟΙ
ΙΝΙΚ...ΗΣΤΕ:ΠΟΗΤΕΙ	ΥΠΕ⁝ΛΥΣΙΚΡΑΤ
ΥΠΕ. . . . .]ΗΣ	ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ
	ΑΜΦΙΛΟΧΩΙΙΞΙΟ
	ΥΠΕ⁝ΚΑΛΛΙΠΠΙ
	Ο:ΚΑΛΛΙΠΠΙΙ
	ΝΤΙ

(v. Comm. de Dionys. c. 13.): igitur, quum rustica non veniant in censum, urbanorum Liberalium didascalia haec habenda est. *Col.* I. duos complectitur annos; secundus incipit a vs. 6. ubi archon *Diotimus* Olymp. 106, 3. Versus, in quo archon scriptus, in sinistram ultra reliquos exstabat. Praecedens annus haud dubie fuit *Callistrati* Olymp. 106, 2. In utroque anno quini poetae cum fabulis et actoribus primarum enumerati erant, et poetae quidem nomen primo loco ponitur. Sed vs. 5. post quintum commemoratur victor: igitur numeri I. II. III. IV. V. non ad victoriam referuntur, sed ad commissionis ordinem. V. ad n. 229. Victor ipse qui sit, incertum; possit esse Ἱερώνυμος, Κλεώνυμος etc. Nec constat hunc esse poetam: potuit etiam histrio pro poeta inscriptus esse (v. ad n. 229.): illud certum, eiusdem nomen primo vel secundo vel tertio loco iam prius nominatum fuisse. Hoc enim, quod superest, fragmentum, quarto demum loco incipit. Vs. 1. primum positus erat poeta cum fabula: ὁ δεῖνα τε. (τέταρτος) . . . . στιδι, credo Ἀλκήστιδι, quae est *Antiphanis*. Et is ipse inferri potest; nam quod idem quinto redit loco, non obest: Diodorus enim anno altero itidem bis positus est. Sequitur actor primarum in ea fabula: ὑπε. (ὑπεκρίνετο) Ἀριστόμαχος, quem restitui ex vs. 9. Vs. 3. 4. quinta fabula memoratur, Ἀνασωζόμενοι, et eius actor, manifesto Antiphanes: et hunc constat Ἀνασωζομένους docuisse: v. Fabric. Catal. Comicc. ed. Harl. Itaque non dubitavi etiam vs. 3. poetae Antiphanis nomen restituere, unde superest ΙΣ: saepe enim poetae in suis fabulis primas egerunt. Fuit etiam Eubuli fabula Ἀνασωζόμενοι; sed Eubuli nomen hoc loco reponi non potest. Diphili autem fabulam Ἀνασωζομένους excludit aetas. In voce Ἀνασῳζόμενοι nota Iota subscriptum. Iam vs. 5. huius commissionis victor additur. Secundo anno primo loco poeta *Simylus* inscriptus est; huius versus servavit Stob. Serm. περὶ τεχνῶν: non alius fortasse Simylus histrio licet tragicus ap. Dem. de cor. p. 314. 11. Eius fabula fortasse Ἐφεσία, ut Antiphanis, vel simili titulo insignita. Additur histrio, idem qui mox Diodori. *Diodorus* videtur Sinopensis esse, de quo Fabric. B. Gr. T. II. p. 437. eius fragmentum haud exiguum servavit Athenaeus: aetas ex hoc titulo noscitur. Huius histriones sunt Aristomachus et Cephisius, fabulae Νεκρός, Μαινόμενος, quas simul commisit (cf. ad n. 229.). Quartus locus datur comico, cuius nomen obscuratum est vs. 12. Ante ΝΙ licet Fourm. videatur lacunam ponere, tamen nihil perisse videtur; an est *Nicochares* Philonidis filius? Philonides Aristophanis fuit histrio: eius filius, etsi iam Olymp. 97, 4. docuit (Argum. Aristoph. Plut.), quidni etiam Olymp. 106. docuerit? Fabula fuit Ποιητής: ΕΙ pro ΗΙ, ex antiquo usu. Deest quintus poeta et cetera. *Col.* II. vs. 4. 7. archontes designati erant; vs. 7. videtur *Archias* fuisse (Olymp. 108, 3.): remotior enim Archippus. Histrionis mentio facta erat vs. 2. 3. 6. 10. vs. 12. ὑπε. Λυσικράτης, 15. ὑπε. Καλλιππίδης, idemque vs. 16. fuisse videtur: sed alius hic Callippides ac Sophoclis aequalis. Ex fabularum nominibus supersunt vs. 5. fortasse Ἀγα[μέμνονι, vs. 8. Ἡρα[κλεῖ, vs. 9. Θησε[ῖ, vs. 11. Τυροῖ vel Σα]τύροι[ς, vs. 14. Ἀμφιλόχῳ, Ἰξίο[νι. Haec duo nomina docent tetralogiam hoc loco nominatam esse: unde constat in hac columna tragoedias esse recensitas.

CAPUT SECUNDUM.

VICTORIAE EX LUDIS GYMNICIS REPORTATAE.

232.

„Athenis, in ecclesia B. Virginis, quae 'Ροδάκη vocatur''; ex schedis Fourmonti.

. ΧΑΡ
. ΗΣΔΩΡΟ
ΠΑΙΔΑΣΣΤΑΔΙC[ΝΤΗΣΠΡΩΤΗΣΗΛΙΚΙΑΣ
Σ.ΙΛΟΜΑΧΟΥΙΡΟΘΟΝ[ΤΙΔΟΣΦΥΛΗΣ
ΠΑΙΔΑΣΣΤΑΔΙΟΝ[ΤΗΣΔΕΥΤΕΡΑΣΗΛΙΚΙΑΣ
.ΤΟ. . ΙΚΟΣΔΥΣ. . . . . ΟΥΠΟΘΩΝΠΙΔ[ΟΣΦΥΛΗΣ
ΠΑΙΔΑΣΣΤΑΔΙΟΝΙΟΣΤΡΙΤΗΣΝΑΙ[ΚΙΑΣ
. . ΗΣΤΙΜΟΚΛΕΟΣ. . ΣΟ. . ΔΟΣΦΥΛΙ[Σ
ΠΑΙ]ΔΑΣΕΜΠΑΝΤΩΝ[Σ]ΤΑ[Δ]ΙΝ . . .
. . ΗΣΕΡΓΟΧΑΡΟΥΛΚΜΙΙΤΙΔΟΦΥ[ΛΗΣ
ΑΝΔ]ΡΑΣΣΤΑΔΙΟΝ
. . ΚΛΕΩΝΟΣΑΙΓΕΙΔΟΣΦΥΛΗΣ
ΠΑΙΔΑΣ]ΔΙΑΥΛΟΝΤΗΣΠΡΩΤΗΣΗΛΙΚΙΣ
. . ΑΣΕΥΘΥΔΟΜΟΥΠΠΟΘΩΝ[ΤΙΔΟΣΦΥΛΗΣ
ΠΑΙΔΑ]⁻ΔΙΑ[ΥΛ]ΩΝΤΗΣΔΕΥΤΕΡΑΣΚΙΛΣ
. . . ΣΑΙ. . ΟΚΛΕΟΥΣΠΤΟΛΕΜΑΙΔΟΣ[ΦΥΛΗΣ
ΠΑΙΔΑ]ΣΔΙΑ. . ΝΤΗΣΤΡΙΤΗΣΗΛΙΚΙΑΣ
. . . . ΓΙΔΟΣ. . Ω. ΓΙΔΟΣΟΥΛΗΣ
ΠΑΙΔΑ]ΣΕΚΠΙΧΤΩΝΔΙΑΥΛΟΝ
. . . Π]ΟΛΥΜΝΗΣΤΟΥΕΕ. ΧΟΕΙΔΟΣΦΣΛΗΣ
ΑΝΔΡΑ]ΣΔΙΑΥΛΟΝ
. . . . . ΓΝΑΔΡΟΣΑΚΑΜΑΝΤΙΛΛΥΥΝ

Supplevi quantum fieri potest; in sinistra desunt nominum initia. Verba haec sunt:

. . . . χαρ. . . . .
. . . . ης Δωρο. . . .
Παῖδας στάδιον τῆς πρώτης ἡλικίας
. . . . . ς . . . ομάχου, Ἱπποθωντίδος φυλῆς.
Παῖδας στάδιον τῆς δευτέρας ἡλικίας
. . . . το. . ικος Δυσ. . . . . ου, Ἱπποθωντίδος φυλῆς.
Παῖδας στάδιον τῆς τρίτης ἡλικίας
. . . . . ης Τιμοκλέους, ... ίδος φυλῆς.
Παῖδας ἐκ πάντων στάδιον
. . . . . ης Ἐργοχάρου, Ἀκαμαντίδος φυλῆς.
Ἄνδρας στάδιον
. . . . . Κλέωνος, Αἰγεῖδος φυλῆς.
Παῖδας δίαυλον τῆς πρώτης ἡλικίας
. . . . . ας Εὐθυδόμου, Ἱπποθωντίδος φυλῆς.
Παῖδας δίαυλον τῆς δευτέρας ἡλικίας
. . . . . . ς Ἀριστοκλέους, Πτολεμαΐδος φυλῆς.
Παῖδας δίαυλον τῆς τρίτης ἡλικίας
. . . . γιδος, Λεωντίδος? φυλῆς.
Παῖδας ἐκ πάντων δίαυλον
. . . . . . Πολυμνήστου, Ἐρεχθεῖδος φυλῆς.
Ἄνδρας δίαυλον
. . . . ρος, Ἀκαμαντίδος φυλῆς.

Catalogus est victorum in ludis gymnicis, fortasse Panathenaicis, initio, fortasse etiam in fine mutilus. Singulis victoribus cuius tribus sint additur, quippe quod per tribus disponebantur certantes: in iis est *Ptolemais*, aetatis indicium. Romani tamen nihil inest: igitur titulus mediae fere aetatis censendus. Vs. 18. fortasse Λεωντίδος scribendum, retento Ω, de qua re infra dicam ad n. 275. Ludi sunt *stadii* quattuor puerilis, unius virilis, et totidem *diauli*. Puerorum ludi terni sunt ternarum aetatum, unus omnium, ut videtur, aetatum: scripsi enim ἐκ πάντων, coll. vss. 9. 19. Simile est διὰ πάντων, de quo in Boeoticis titulis, et κατὰ πάντων n. 425. Aetatum puerilium πρώτη est eorum, qui cunctorum cursorum natu minimi sunt, δευτέρα robustior, τρίτη robustissima et virili proxima, qui vulgo ἀγένειοι dicuntur. Nam ἀγένειοι, etsi passim παισὶ comprehenduntur, tamen saepe ab iisdem distinguuntur, utpote viris proximi; ita ut, alia atque hic ratione, tres aetates sint hae: παῖδες, ἀγένειοι, ἄνδρες. Docuit iam Vandal. Diss. p. 654 sqq. Vide imprimis Plat. Legg. VIII, p. 833. A. Dionys. Hal. Archaeol. VII, p. 474. Pausan. VI, 6, 1. (de Nemeis), VI, 14, 1. (de Smyrnaeis ludis). Adde inscriptt. ut Neapolitanam suo loco edendam. Non tamen hoc παίδων et ἀγενείων discrimen antiquitus, certe nondum Pindari aetate obtinuisse videtur. De Euthydomi nomine (vs. 14.) v. ad n. 172.

233.

Athenis in arce, litteris στοιχηδὸν dispositis. Inscriptio priore haud dubie antiquior est, sed de industria post illam a me posita. Edidit Chandler. Inscr. II, 8. p. 49.

ΔΙΟΦΑΝΗΣ
ΕΜΠΕΔΙΩΝΟΣ
ΝΙΚΗΙΣΘΜΟΙ
ΕΜΠΕΔΙΩΝΟΣ . . . .
ΘΕΟΦΑΝΗΣ . . . .

Dicitur de victoria Isthmia Diophanis: Διοφάνης Ἐμπεδίωνος, νίκη Ἰσθμοῖ: sed nihil continui tenoris extricari potest. Nomen Ἐμπεδίων redit n. 289.

234.

„Athenis, prope domum consulis Franciae"; ex schedis Fourmonti. Ediderunt Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. ex suis schedis, et ex Fourmontianis Caylus Rec. d'ant. T. VI. p. 3. tab. 56. 2. (cf. p. 180.), hic in aere, postremo itidem in aere Stuartus Antt. Att. Vol. I. p. 1. cf. p. x. Ultimus versus litteris paulo maioribus scriptus est, et vox Παναθήναια multo minoribus.

In vase oleario: *In corona pinea:* *In scuto:* *In corona quernea.*

ΠΑΝΑΘΗ ΙΣΘΜΙΑ ΕΞΑΡΓΟΥΣ ΝΕΜ . .
ΝΑΙΑ ΑΣΠΙΣ
ΞΑΝΔΡΟΥΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣΑΝΙ . . .

Παναθήναια, Ἴσθμια, ἐξ Ἄργους ἀσπίς, Νέμ[εα,
, ... Ἀλε]ξάνδρου Ῥαμνούσιος ἀν[έθηκεν.

In formis litterarum Stuartum secutus sum, nisi quod haec aliunde mutavi: Γ dedi ex Fourm. (Caylus.), et ex eodem primum Ξ; alterum est Ξ ap. Fourm. Stuart. sed Pocock. E, cuius linea verticali addita dedi Ξ. M vocis Νέμεα ex Poc. dedi integrum, cum ceteri mutilum habeant. Fourm. ΡΑΜΝΟΣΙΟΣ: sed ΟΥ habent Poc. Stuart. Ultimam lineolam addidi ex Poc. Ludi noti sunt omnes: de illo ἐξ Ἄργους ἀσπίς cf. Explicatt. ad Pind. p. 175. Aliter de ea re olim disputavit Ignarra Pal. Neapol. IV, 6. sed me iudice non verius.

235.

Lamptrae (Λάμβδα Fourm.) in ecclesia prope Castrum; ex schedis Fourmonti. In quinque coronis; n. I. II. in primo, III. IV. in altero, V. in tertio latere eiusdem lapidis.

I.
. . . . . ΙΟΙ
. . ΥΣΙΟΣ
. . ΣΩΙ
ΗΚΕΝ

II.
. . ΟΝ . Ρ
ΠΥΘΙΑ
. . ΩΚ
ΣΜ
ΘΕΟ

III.
ΕΠΙΕΝΗΝ
Ariobarzanes Eusebes Philoromaeus diserte filius dicitur Philopatoris, hoc est eius, qui n. 357. honoratus est: nihilo minus tamen Corsinus utrumque, Philopatorem prioris, et Euseben Philoromaeum huius tituli, eundem perhibet. Rectius iudicavit Belleius; Philopatoris filii fuerunt Ariobarzanes III. Eusebes Philoromaeus, et Ariarathes Eusebes Philadelphus, quos nominat Cic. ad Fam. XV, 2. 4. 5. ad Att. VI, 2. V, 20. Hic Ariobarzanes occisus est a. u. c. 712. (Appian. B. C. IV, 63.). Igitur hic titulus inter a. u. c. 703-712. ponendus. Fortasse autem Ariobarzanes III. Odeum, opus a patre inceptum, absolvit. Ceterum ut nummi Ariobarzanas tres et tertii fratrem Ariarathen reges Cappadociae demonstrant, ita illos tres hae duae inscriptiones accurate distinguunt, et simul Strabonem illustrant, qui familiam hanc per tres generationes regnasse scribit. Athenais Φιλόστοργος Philopatoris uxor cognominis est uxori Ariobarzanis I. (n. 357.), qua in re nulla est difficultas. Altera haec Athenais Philopatoris uxor videtur ea esse, cuius meminit Cicero ad Fam. XV, 4.

359.

Athenis. Ex schedis Akerbladii misit Münterus Episcopus.

ΒΑΣΙΛΕΑ ΚΟΥΤΥΝ ΒΑΣΙΛΕΟΣ
ΡΑΙΣΚΟΥΠΟΡΙΔΟΣ ΥΟΝ ΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣ ΑΥΤΟΝ

In eodem lapide:

NƎƸHIO⊔ƎƸONO⅃I⊥N∀

[Ὁ δῆμος]
Βασιλέα Κούτυν (Κότυν), βασιλέ[ω]ς
Ῥαισκουπόριδος ὑόν, ἀρετῆς
ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτόν.
Ἀντίγονος ἐποίησεν.

Cotyis nomen, ne de Armenia dicam, inter Thraciae et Bospori Cimmerii reges frequentissimum: de quibus vide quae ex nummis potissimum contulerunt *De Boze* (Mem. Acad. Inscr. T. VI. p. 549.), qui tamen de solis antiquioribus Bospori regibus disputat, *Souciet* (Histoire chronologique des Rois du Bosphore Cimmerien, Opp. T. III. Paris. 1736. 4.), *Cary* (Histoire des Rois de Thrace et de ceux du Bosphore Cimmerien, Paris. 1752. 4.), deinde ut alios omittam, *Eckhelius* (D. N. T. II. p. 55 sqq. p. 360 sqq.), *Viscontius* (Iconogr. Gr. T. II. P. II. c. 5 et 7.), *Rochettus* (Antt. Gr. Bosp. Cimm.) et *Köhlerus* (Remarques sur un ouvrage intitulé Antt. Gr. du Bosp. Cimm. Petrop. 1823. 4.). Sed nullum apud illos inveni Cotyn, quem constaret Rhescuporidis filium esse: ac qui Alexandro Severo Imp. in Bosporo Rhescuporidi successit Cotys, qui vulgo III. vocatur, is etiamsi fortasse filius Rhescuporidis fuerit, recentior quam pro huius tituli simplicitate est. Nec de Cotye I. Bospori rege cogitaverim, fratre Mithradatis, Aspurgiano (v. Köhler.), qui Nerone Imp. floruit. Ni fallor, Thraciae regem hic tenemus ex eadem familia, ex qua Rhoemetalces archon Atticus (n. 265.), si vere ibi coniecimus: qui Cotys antiquior fuisse videtur quam ii, qui in Bosporo hoc nomine reges fuerunt, omnes: unde non opus fuit, ut adderetur, Thraciaene rex esset an Bospori. Cotys V. Thraciae rex, Rhoemetalcis filius fuit; is Rhoemetalces fratrem habuit Cotyn IV. qui ante Rhoemetalcen regnavit, ab Augusto, ut recte Cary iudicat, impositus Odrysis. De hoc Dio LIV, 20. Et Cotys IV., quum Cotys V. a Strabone (XII, p. 383. ed. Par. 1587.) Sapaeus dicatur, et ipse origine Sapaeus fuit. Iam vero ex eadem Sapaeorum gente dynastes est Rhescuporis (Ῥασκούκολις Appiano B. C. IV, 87. 103 sq. 136.), qui quum antea a Pompeianis, deinde a Bruti partibus stetisset (Caes. B. C. III, 4. Dion. Cass. XLVII, 25.), fratris Rhasci precibus ab Octaviano et Antonio veniam impetravit. Non dissimile igitur vero, huius Rhescuporidis filium fuisse Cotyn IV. ab Octaviano Sapaeorum regem relictum, dein etiam Odrysis praefectum, eumque hic intelligi. Etiam huius Cotyis filius rursum Rhescuporis vocatus est (Dio LIV, 34.); item Cotyis eiusdem et Rhoemetalcis frater appellatus Rhescuporis (Tac. Ann. II, 64.). Ceterum Ῥησκούπορις, Ῥασκ. Ῥαισκ. scribitur: cf. Eckhel. D. N. T. II. p. 59. Köhler. p. 114. Antigonus statuarius, qui circa Olymp. 130. ponitur, notus est: sed hic, qui Cotyn fecit, alius censendus.

360.

Athenis, in gymnasio Ptolemaei. Ed. Stuart. Antt. Att. Vol. III. p. 1. Habeo etiam ex schedis Akerbladii a Müntero missis, „Athenis, in domo Xanti".

ΟΔΗΜΟΣ
ΒΑΣΙΛΕΑΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝΒΑΣΙΛΕΩΣΙΟΥΒΑ
ΥΙΟΝΒΑΣΙΛΕΩΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΕΚΓΟΝΟΝ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΤΗΣΕΑΥ
ΤΟΥ

Dedi lectionem Stuarti: Akerbl. vs. 5. ΤΟΝ, quasi sit ΤΗΣΕΙΣΑΥΤΟΝ.

Ὁ δῆμος
Βασιλέα Πτολεμαῖον, βασιλέως Ἰούβα
υἱόν, βασιλέως Πτολεμαίου ἔκγονον,
ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς ἑαυ-
τοῦ.

In gymnasio Ptolemaei ipsius Ptolemaei et Iubae Libyis statuas positas esse narrat Pausanias I, 17. Et sane hic quoque titulus Ptolemaei statuae subscriptus erat: sed statua a Pausania memorata fuit fortasse alia antiquioris Ptolemaei Aegypti regis, qui illud condiderat gymnasium; sublataque Pausaniae aetate haec, cui hic titulus subscriptus, statua erat, postquam eum, cuius effigiem gestabat, sustulerat Imperator. Nam hic noster Ptolemaeus Libys est; sed is, de quo Pausanias, non videtur Libys esse: certe Pausanias solum Iubam Libyn vocat. *Iuba Iubae f.* ab Octaviano Caesare paternum regnum recepit, dataque ei in matrimonium Cleopatra Selene, M. Antonii Triumviri et celebris Cleopatrae filia (Dio LI, 16.). Ex quo connubio genitus *Ptolemaeus*, qui patri Iubae successit (Strab. XVII. p. 570. ed. Par. 1587.). Huius filius est *Iuba*, cuius hic titulus mentionem facit: cui successit filius *Ptolemaeus*, quem nunc statua collocanda honorant Athenienses, Iubae F. Ptolemaei N. Iuvenis is Tiberio imperante, a. u. c. 777. antiquis Patrum muneribus, scipione eburneo et toga picta ornatus est (Tac. Ann. IV, 24. 26.), a Caio Caligula autem interemptus (Dio LIX, 25. Sueton. Calig. 26. cf. Senec. de tranq. 11.): unde tituli aetas cognoscitur.

361.

Athenis, in aedibus olim Iani Mistrigo, in basi magna. Edidit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 55. et versibus rectius divisis Misc. erud. ant. X, 6. p. 319. cum nota longe pessima. Corruptum mutilatumque titulum dedit Wheler. Itin. p. 404. cuius pravas lectiones non excerpo. Minusculis praebet Meletius Geogr. vet. et nov. p. 351. Praeterea ex Sponio potissimum dederunt plures, ut Fabrett. Inscr. ant. p. 440. Vandal. Diss. p. 621. Fleetwood p. 148. 2. Ryck. ad Tac. Hist. II, 2. Marin. Act. fratr. Arval. T. II. p. 725. Eckhel. D. N. T. III. p. 482. Tractarunt Harduinus de nummis Herodiad. p. 89 sqq. Riemann. Lucubratt. de Inscriptt. Iud. Gr. et Lat. p. 16 sqq. Litterarum formam dedi ex Chandl. Syllab. Inscr. p. XXVII. Habeo etiam ex schedis Fourmonti.

ΗΒΟΥΛΗΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΚΑΙ
ΗΒΟΥΛΗΤΩΝΧΚΑΙΟΔΗΜΟΣΙΟΥ
ΛΙΑΝΒΕΡΕΝΕΙΚΗΝΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ
ΜΕΓΑΛΗΝΙΟΥΛΙΟΥΑΓΡΙΠΠΑΒΑΣΙ
ΛΕΩΣΘΥΓΑΤΕΡΑΚΑΙΜΕΓΑΛΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΩΝΕΥΕΡΓΕΤΩΝΤΗΣΠΟ
ΛΕΩΣΕΚΓΟΝΟΝΔΙΑΤΗΣΠΡΟΝΟΙ
ΑΣΤΟΥΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥΤΗΣΠΟΛΕ
ΩΣΤΙΒ.ΚΛΑΥΔΙΟΥΘΕΟΓΕΝΟΥΣ
ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ

Vs. 2. vulgo Χ, Spon. in Itin. $\overline{Χ}$, Whel. et Fourm. $\overline{\underline{Χ}}$. Vs. 3. Melet. Βερενίκην βασίλεισσαν. Vs. 8. Whel. ΓΟΛΕ. Verba haec sunt: Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου καὶ ἡ βουλὴ τῶν χʹ καὶ ὁ δῆμος Ἰουλίαν Βερενείκην, βασίλισσαν μεγάλην, Ἰουλίου Ἀγρίππα βασιλέως θυγατέρα, καὶ μεγάλων βασιλέων εὐεργετῶν τῆς πόλεως ἔκγονον, διὰ τῆς προνοίας τοῦ ἐπιμελητοῦ τῆς πόλεως Τιβ. Κλαυδίου Θεογένους Παιανιέως. Missis quae Harduinus de hoc lapide commentus est, a Marino merito inepta vocata, paucis complectar omnia. Senatus est *Sexcentorum* (χʹ), qui cu[illegible] reopagitis et populo statuam collocavit Iuliae Berenicae. Non haec maior Berenice est, Aristobuli Herodis f. uxor, sed Berenice minor, filia Agrippae I. et Cypri Phasaelo Herodis M. fratre gnatae. Fratres Berenices huius fuerunt Agrippa minor, Drusus, qui impuber obiit, Mariamne, Drusilla; maritus Berenices primum patruus Herodes Chalcidis rex, post huius obitum Polemo II. rex Ponti, a quo tamen discessit levis et lasciva mulier, quam Titi amor celebriorem reddidit. Chalcidico Herode defuncto post octo regni annos, etiam tum Imp. Claudio, Berenices frater Agrippa Chalcidem, mox huius loco tetrarchiam Philippi et deinceps partem Galilaeae regio nomine retento obtinuit; quocum familiarius, quam fas est, vixit Berenice, quae praeterea commune cum fratre regnum videtur habuisse. Una ambo Hierosolymis versantur Act. Apost. 25 sq. Titulum hunc Harduinus falsis argumentis innixus ad Traiani principatum revocat, quem Berenicen attigisse non constat: potest ille aut tum positus esse, quum Berenice Herodis erat

uxor, aut quum Polemonis, aut postea. Μεγάλη βασίλισσα cur vocetur, non exputo, nisi patris honos in filiam cessit. Agrippa I. enim Magnus vocatus est (cf. Eckhel. D. N. T. III. p. 492.); hoc tamen loco Magni titulus ei non tributus est. Berenice autem dicitur μεγάλων βασιλέων εὐεργετῶν ἔκγονος. Ἔκγονοι solent nepotes dici: nec tamen avis Berenices, paterno Aristobulo, materno Phasaelo Cypri patri, conveniunt haec vocabula μεγάλοι βασιλεῖς εὐεργέται τῆς πόλεως. Igitur ἔκγονον latiore sensu ad originem a *maioribus* remotioribus refero. Nam Aristobuli pater est Herodes M. cuius donariis, Iosepho libro primo de bello Iudaico teste, aucti erant Lacedaemonii, Nicopolitae, *Athenienses*. Aristobuli autem mater est Mariamne, Herodis M. uxor, gentis Maccabaeorum, inter quos Iudas s. Aristobulus, Io. Hyrcani f., ob benevolentiam erga Graecos Φιλέλλην dictus est. Statuae Berenices dedicandae munus suscepit Tib. Claudius Theogenes ὁ ἐπιμελητὴς τῆς πόλεως. Τῆς πόλεως (non ἄστεος dictum esse nota) videtur praeses quidam esse, qualis olim Demetrius Phalerensis eodem nomine vocatus, sed non perpetuus; idem munus offert titulus n. 480. in quo simul idem hic Theogenes memoratur; sed hic tum fuit στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα.

362.

In colle Museo Syri cuiusdam monumentum esse notat Pausanias I, 25, 6. Ἔστι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου (τοῦ ex cod. addit Bekk.) ἀρχαίου τὸ Μουσεῖον, ἀπαντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως λόφος, ἔνθα Μουσαῖον ᾄδειν καὶ ἀποθανόντα γήρᾳ ταφῆναι λέγουσιν· ὕστερον δὲ καὶ μνῆμα αὐτόθι ἀνδρὶ ᾠκοδομήθη Σύρῳ. Hoc monumentum ex marmore candidissimo constructum superest magna ex parte, a multis descriptum et delineatum, ut a Whelero Itin. p. 380. Marino l. c. infra, Clarkio Itin. P. II. S. II. p. 544. et ante hunc optime ab eo, quem hic quoque sequitur, a Stuarto Antt. Att. Vol. III. cap. 5. p. 35 sq. ubi vide imprimis tab. I. III. Ne de anaglypho infra posito dicam, in fronte aedificii sunt quattuor parastatae Corinthii, duo medii, totidem angulares: inter medios cellula est rotundata, ceteris maior, in eaque statua sedens, cui subscriptus titulus *d*. Mediorum parastatarum scapi pars superior inscriptionibus tecta; qui adspectanti laevus est, habet titulum *a*, in dextero titulus fuit *b*. Inter laevos medium et angularem in cellula rectangula est statua sedens, sub qua titulus *c*; et eodem modo inter dextros olim cellula erat collocata cum statua sedente et titulo *e*. Haud procul ab hoc monumento Stuartus vidit statuas duas, habitu Romano, quae erectae steterant, tum humi iacentes: quas olim super duobus mediis parastatis collocatas fuisse rectissime monet Stuartus. Dextera monumenti pars non iam superest, neque huius titulos novit Stuartus: sed omnes quinque edidit Marinus Act. fratr. Arv. T. I. tab. LVI. p. CLXXV. (cum erudita explicatione T. II. p. 721.) ex schedis Barberinis a. 1465. coeptis a Iuliano de S. Gallo, architecto, quas ex Cyriaci Anconitani chartis fluxisse notat Marinus. Nos eosdem praeter *a*. habemus ex schedis eiusdem architecti Villoisonianis, ubi vocatur Iulianus Francisci Giambertus, et suprascriptum est monumenti delineationi: *Marmorea triumphalia ornamenta Philopappi Regis et Consulis* etc. Tituli *a*, *c*, *d* sunt ap. Whel. Spon. Itin. T. II. p. 205 sqq. Pocock. Inscr. ant. p. 51. qui tamen Latini paucula tantum verba habet, Stuartum, Le Roy Mon. Gr. T. II. p. 35. Clarkium (qui ex Stuarto habet), Pomard. Itin. T. I. p. 148. Solus *a*. est ap. Grut. T. I. p. CCCCXXI. 2. (ex Scaligeran. Apian.), ubi male Hadrianopoli collocatur, Hadriani urbe novis Athenis confusa cum Hadrianopoli. Ad Sponii apographum varietatem lectionis annotavit Chandler. Syllab. Inscr. p. XXX. quae summam Stuartiani exempli fidem demonstrat. Titulos *c*, *d* habeo etiam ex schedis Fourmonti, *d* est ap. Riedesel. „Bemerkungen auf einer Reise durch die Levante" p. 97. sed vitiatus; solum *e* dederunt Dodwell. Itin. T. I. p. 392. ex schedis Barberinis iis, quas diximus, et Leak. Topogr. Ath. p. 429. ex Dodwello.

a.

C·IVLIVSC·F·
FAB·ANTIO
CHVSPHILO
PAPPVSCOS·
FRATERAR
VALISALLE
CTVSINTER
PRAETORI
OSABIMP·
CAESARE
NERVATRAIA
NOOPTV
MOAVGVS
TOGERMA
NICODA
CICO

b.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΑΝΤΙΟΧ
ΟΣΦΙΛΟ
ΠΑΠΠΟΣ
ΒΑΣΙΛΕ
ΩΣ ΕΠΙ
ΦΑΝΟΥΣ
ΤΟΥ ΑΝ
ΤΙΟΧΟΥ

c.

ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΙΟΧΟΣΒΑΣΙΛΕΩΣΑΝΤΙΟΧΟΥ

d.

ΦΙΛΟΠΑΠΠΟΣΕΠΙΦΑΝΟΥΣΒΗΣΑΙΕΥΣ

e.

ΒΑΣΙΛΕΥΣΣΕΛΕΥΚΟΣΑΝΤΙΟΧΟΥΝΙΚΑΤΩΡ

In *a*. secutus sum tabulam Stuarti, quocum in versuum quoque divisione consentit Chandl. Vs. 6. Whel. VALISSVFFE, Spon. Marin. Le Roy VALISSVLLE; Grut. Stuart. Chandl. (Sponio adversans) VALISALLE, et Chandl. quidem A: mitto ceteros, qui ex alienis schedis hauserunt sua. Vs. 12. 13. Grut. OPTIMO. Vocem AVGVSTO omisit Le Roy. In *b*. habes Marini et schedarum Villoison. lectionem. In *d*. ΒΗΣΑΙΕΥΣ certa est lectio Marin. Spon. Whel. Fourm. Stuart. etc. sed Pocock. ΗΣΛΕΥ, sch. Villois. ΒΑΣΙΛΕΥΣ (quod si verum esset, debuisset primo loco scriptum esse), Ried. ΕΒΙΣΑΙΕΙ. *e*. habes ex Marin. consentientibus schedis Villois. nisi quod hae ut Dodw. in quattuor versus divisum praebent. Dodw. male ΒΑΣΙΛΕΙΣ et ΣΕΛΕΥΧΟΣ.

Quae in cellulis sunt sedentium imagines, sunt ni fallor defunctorum, stantes in acroteriis superstitum: inter illas in media et maxime insigni cellula posita est statua cum titulo *d*: Φιλόπαππος Ἐπιφάνους Βησαιεύς: igitur in huius potissimum honorem monumentum esse conditum non dubito. Neque vero ipse condidit. Nam ap. Pausan. manifesto coniungenda verba: μνῆμα ἀνδρὶ Σύρῳ: igitur *illi*, non *ab illo* conditum est; simul inde patet uni

viro, non omnibus quorum statuae inerant, id esse honori datum: idem haud dubie ibi sepultus est. Qui Philopappus Epiphanis f. quum Attica donaretur civitate, Besae Antiochidis pago adscriptus est, fortasse quod in ipsius familia frequens nomen Antiochi, immo quod et ipse Antiochus vocatus est. Accedit quod, ut Antiochis tribus ab Antiocho Herculis f. denominata est, ita Seleucidae quoque ab hoc videntur originem repetiisse, quod paulo tectius significavi Explicatt. ad Pind. p. 332. Seleucidis autem coniuncti fuerunt posteriores Commagenes reges, ex quorum domo hic Philopappus est. Et Philopappus quidem civili more, utpote civis Atticus, non nunc Rex vocatur, sed simpliciter Φιλόπαππος Ἐπιφάνους Βησαιεύς. Tamen Regum filii et nepotes apud Graecos et Romanos et ipsi Reges audiunt. Igitur nihil obest, quominus hic sit idem atque ille ap. Plutarch. Qu. Symp. I, 10, 1. Ἐν δὲ τοῖς Σεραπίωνος ἐπινικίοις, ὅτε τῇ Λεοντίδι φυλῇ τὸν χορὸν διατάξας ἐνίκησεν, ἑστιωμένοις ἡμῖν, ἅτε δὴ καὶ φυλέταις οὖσι δημοποιήτοις, οἰκεῖοι λόγοι τῆς ἐν χειρὶ φιλοτιμίας παρῆσαν. ἔσχε γὰρ ὁ ἀγὼν ἐντονωτάτην ἅμιλλαν, ἀγωνοθετοῦντος ἐνδόξως καὶ μεγαλοπρεπῶς Φιλοπάππου τοῦ βασιλέως, ταῖς φυλαῖς ὁμοῦ πάσαις χορηγοῦντος. Philopappum hic vocat Plutarchus; idem haud dubie est Antiochus Philopappus ap. Plutarch. de discr. adul. et amici init., quem rursus Philopappum simpliciter vocat c. 37. Non sane refelli poterit, qui in utroque Plutarchi loco alium regem Philopappum, de quo statim dicam, intelligat: probabilius tamen mihi, de Besaeensi cive Attico agere Plutarchum. Ex eiusdem posteris potest is Philopappus esse, qui n. 200. cum Cl. Antiocho commemoratur. Illi igitur defuncto hoc monumentum positum statuo, de Atheniensibus bene merito: curabant autem sumptusque praebebant fortasse propinqui superstites, ut solebant, etiamsi publica id auctoritate fiebat. Superstites eos dico, quorum statuae in acroteriis collocatae erant. Horum alter (*a.*) est *C. Iulius C. F. Fabia, Antiochus Philopappus, Cos., frater arvalis, allectus inter Praetorios ab Imp. Caesare Nerva Traiano Optumo Augusto Germanico Dacico,* alter (*b.*) βασιλεὺς Ἀντίοχος Φιλόπαππος βασιλέως Ἐπιφάνους τοῦ Ἀντιόχου. Alter hic, qui Rex dicitur, manifesto frater Besaeensis est; sed etiam Consul ille, ut fratres, Antiochus Philopappus dicitur, nec video cur non idem illorum frater esse possit. Videntur enim omnes tres ob eiusdem avi amorem Philopappi dicti esse. Sed prior (*a.*), quod in republica Romana versabatur, nec Rex dicitur, et Romanis nominibus appellatur, in Iuliam gentem adscitis Antiochis; cuius etiam fuit Iulia Berenice a Seleuco Nicatore genus ducens, hac ipsa aetate (v. Inscr. Laodic. Syr.). Idem, quod Romanis nominibus appellatur, ex Romano more dicitur *Caii filius,* non accuratius definito patris nomine. Quodsi ille Consul fuerit frater illorum duorum, de quibus antea dixi, pater communis dictus est *C. Iulius Antiochus Epiphanes.* Temporum ratione habita Stuartus et Marinus hunc Epiphanem merito illum habent, qui in Othonis exercitu ad Bedriacum pugnavit fortiter; quem Tac. Hist. II, 25. Regem vocat, neque aliter ut videtur nummi: cf. Eckhel. D. N. T. III. p. 258. Notior hic Antiochus Epiphanes ex Ioseph. B. I. VII, 7. Est is Antiochi IV. Epiphanis Magni, Commagenes regis, et Iotapes filius natu maior. Huius igitur Epiphanis tres filios tit. *a. b. d.* haberi arbitror: nec video cur Stuartus tit. *a.* cogitet de filio Callinici, Epiphanis fratris; major est error Visconti Iconogr. Gr. T. III. p. 17. qui Consulem (*a.*) et Besaeensem (*d.*) putabat eundem esse: quasi binae unius statuae in eodem monumento fuerint. In *c.* verba haec sunt: βασιλεὺς Ἀντίοχος βασιλέως Ἀντιόχου. Non male Marinus p. 730. intelligit Antiochum IV. Epiphanem, Syriae regem Seleuciden, Antiochi III. Magni f. qui Cossutii opera Olympieum Athenis perficiendum susceperat (Vitruv. VII. Praef. Vell. I, 10. cf. Liv. XLI, 20. Athen. V, p. 194. A. Strab. IX, p. 396. ubi hic debet intelligi). Sed praefero quod praeit Stuartus: id enim ex tit. *b.* iam firmare licet. Quippe tit. *b.* Epiphanes Philopapporum pater filius Antiochi dicitur: consentaneum est hunc Antiochum in loco tituli *c.* collocatum esse, hoc est Antiochum IV. Epiphanem Magnum, Commagenes regem, quem Vespasianus regno privavit. Superest litt. *e.* βασιλεὺς Σέλευκος Ἀντίοχος Νικάτωρ, cuius loco Stuartus, tituli huius ignarus, Philopapporum patrem Epiphanem positum fuisse censebat. Satis notus est Seleucus Nicator Syriae rex: a quo Commagenes reges originem repetiisse ipsum hoc monumentum nunc docet: neque enim aliam ob causam potest hic in Philopappi monumento positus esse. Nec tamen aliquis ex regibus Seleuco succedentibus regiae Commagenes familiae auctor est, sed femina quaedam ex Seleucidarum familia debuit uni ex maioribus regum Commagenes nupta esse, de qua re cf. Viscont. Iconogr. Gr. T. III. p. 18.

Tempus tituli Marinus T. II. p. 723. aliter ac Stuartus in a. Chr. 114. definivit, quo anno Traianus *Optumus* vocatus est (Fabrett. Col. Trai. p. 292. Noris. Epoch. p. 245.): idem a. 115. Parthici denominationem meruit, quae in hoc titulo (*a.*) non addita est. Quamquam subinde non omnia, quae cui iam collata sunt, huiusmodi nomina honoraria in inscriptionibus enumerari notavit etiam Marinus.

CAPUT SECUNDUM.

HOMINUM ROMANORUM.

363.

Athenis prope templum Iovis Olympii. Ed. Dodwellus Itin. T. I. p. 391.

ΔΕΚΜΟΣ
ΚΟΣΣΟΥΤΙΟΣ
ΠΟΠΛΙΟΥ
ΡΩΜΑΙΟΣ

Haud dubie Decimus P. F. Cossutius ille est, qui Olympiei architectus fuit. Vide ad n. 362. ubi Antiocho Epiphani Syriae regi a. u. c. 590. defuncto operam eum praestitisse vidimus. Dodw. hoc monumentum sepulcrale esse putat: malui tamen id hoc loco reponere, quod probabile est Cossutium prope Olympieum statuam habuisse.

364.

Athenis ad radices arcis. Edidit Chandler. Inscr. II, 36. p. 57.

ΟΔΗΜΟΣ
ΠΟΠΛΙΟΝΚΟΡΝΗΛΙΟΝΠΟΠΛΙΟΥΥΙΟ[Ν]
ΣΚΙΠΙΩΝΑΤΑΜΙΑΝΚΑΙΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗ
ΓΟΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑ
ΚΗΦΙΣΟΔ[Ω]ΡΟΣΕΠΟΙΗΣΕΝ

Ὁ δῆμος Πόπλιον Κορνήλιον Ποπλίου υἱὸν Σκιπίωνα, ταμίαν καὶ ἀντιστράτηγον, ἀρετῆς ἕνεκα. Κηφισόδωρος ἐποίησεν. Est fortasse Consul a. 737. qui vocatur P. Cornelius P. F. P. N. Scipio, vel eius pater: certe forma tituli in hanc aetatem convenit. Ταμίας καὶ ἀντιστράτηγος, Quaestor et Propraetor s. *Quaestor pro Praetore*; de quo vide quae collegit Creuzer. Antt. Rom. p. 215 sq. adde Inscr. n. 1133.

365.

Eleusine in aedicula D. Nicolai, ex Spon. Itin. T. III. P. II. p. 124. et schedis Fourmonti.

ΟΔΗΜΟΣ
ΤΙΤΟΝΠΙΝΑΡΙΟΝ
ΤΙΤΟΥΥΙΟΝΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΑ

Ὁ δῆμος Τίτον Πινάριον Τίτου υἱὸν ἀρετῆς ἕνεκα.

366.

Athenis in arce. Ediderunt Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 53. Chandler. Inscr. II, 16. p. 52.

ΟΔΗΜΟΣ
ΠΟΠΛΙΟΝΟΥΗΔΙΟΝ
ΠΟΠΛΙΟΥΥΟΝΠΩΛΛΙΩΝΑ

Vs. 2. initio unius litterae lacunam notavit Chandl. quae tamen nulla est. Ὁ δῆμος Πόπλιον Οὐήδιον Ποπλίου ὑὸν Πωλλίωνα. Hic P. Vedius Pollio Octaviani Augusti amicus est, luxuria insignis. Vide Tac. Ann. I, 10. et ibi Lips.

367.

Athenis in limine domus. Ed. Chandler. ib. 39. p. 57.

ΟΔΗΜΟΣ
ΜΑΡΚΟΝΑΡΤΩΡΙΟΝΕΥΕΡΓΕ
ΣΙΑΣΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΕΝΕΚΑ

Ὁ δῆμος Μάρκον Ἀρτώριον εὐεργεσίας καὶ εὐνοίας ἕνεκα. Chandlerus: „Fuit M. Artorius Octaviani Augusti medicus, quem πολυμαθίας χάριν Senatus Populusque Smyrnaeorum statua honorarunt. Vide Paciaudi Animadv. Philol. (in Anton. Triumv. numm.) p. 99." Titulum illum Smyrnaeum, non statuae, sed cenotaphio inscriptum, edam suo loco ibique de fide monumenti disputabo, et de ipso Artorio, qui post Actiacam pugnam naufragio periit. Patria quidem Smyrnaeus haud dubie fuit hic Artorius, cuius integrum nomen est *M. Artorius Asclepiades*; civem tamen Romanum fuisse non dubito. Eiusdem mentio fit in Deliaco titulo ap. Stuart.: Αὐτοκράτορα Καίσαρα θεοῦ υἱὸν Ἀρτώριος Δητει.

368.

Athenis in marmore, quod muro ecclesiae infixum est. Ediderunt Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. Dodwell. Itin. T. I. p. 380.

ΓΝΑΙΟΝΚΟΡΝΗΛΙΟΝ
ΛΕΝΤΥΛΟΝ
ΕΣΙΑΣΕΝΕΙ

Γναῖον Κορνήλιον Λέντυλον [εὐεργ]εσίας ἕνε[κα]. Vs. 2. Poc. ΛΕΝΤΛΟΝ: utrumque usitatum. Vs. 3. extr. Dodw. ΕΝΤΙ, Poc. ΝΕ‾: utrumque composui.

369.

Athenis. Titulum ab Akerbladio secum communicatum edidit B. Borghesi in Diar. Arcadic. T. I. p. 182. cuius supplementorum partem adscivi.

. . . ΙΙΟΝ ΜΑΡΚΟΥ ΣΕΙΛΑ . . .
. . . Ν ΤΟΡΚΟΥΑΤΟΝ ΙΕΡΕΑ Θ[ΕΟΥ]
ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙ ΙΕΡΕΑ ΘΕΟΥ ΚΑ[ΙΣΑΡΟΣΣΕΒΑ]
ΣΤΟΥ ΕΠΑΡΧΟΝ ΡΩΜΗΣ ΤΡΙΩΝ[ΑΝΔΡΩΝ]
ΚΑΤΑΣΚ[ΕΥ]ΗΣ ΧΡΙΣΟΥ ΚΑΙ ΑΡΓΥΡΟΥ[ΚΑΙΧΑΛ]
ΚΟΥ ΤΑΛ . . . . ΚΛΑΥΔΙΟΥ[ΚΑΙΣΑΡΟΣ]
ΣΕΒΑΣ[ΤΟΥ] . . . . ΝΙΚΙΤΟΥ
. . . .

Initio Borgh. supplet: Λ. Ἰούνιον Μάρκου Σειλανοῦ υἱὸν Τορκουάτον: refert enim ad L. Silanum, cuius necem narrat Tacitus Ann. XVI, 8 sq. (a. u. c. 819.); cf. de eodem XV, 52. Eius patruus fuit Iunius Torquatus Silanus, Cos. a. 806. qui periit a. 818. (Tac. Ann. XV, 35. Dion. Cass. LXII, 27.), et frater esse putatur Lucii et Marci Silanorum, filiorum App. Iunii Silani, de quibus v. Lips. ad Tac. Ann. XIII, 1. Ex his M. Silanus periit a. 807. (Tac. Ann. XIII, 1.), eiusque filius ille Lucius habetur, de quo dicimus. Sed Silanorum stemma ita est incertum, ut nihil affirmare ausim. Hoc tamen ex ipso titulo constat, Marci filium esse eum, de quo agitur, credo eius Marci, qui a. 807. necatus est, quamquam etiam Marci Silani plures fuerunt. Sequitur: ἱερέα Θεοῦ Ἰουλίου (C. Iul. Caesaris) καὶ ἱερέα Θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ (Octaviani Augusti), ἔπαρχον Ῥώμης (praefectum urbi), τριῶν ἀνδρῶν κατασκευῆς χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ (triumvirum auro, argento, aeri flando feriundo). Mox ΤΑΛ Borgh. supplet ταμίαν. Quae sequuntur videntur ad Claudium Imp. referri, non ad Neronem: nam Imp. Claudio honores incepisse L. Silanum, non improbabile videtur, etsi vel Nerone Imp. iuvenis fuit (iuvenis inquam, non adolescens). In litteris ΝΙΚΙΤΟΥ videtur latere: [δι' ἐπι]μελητοῦ etc.

370.

Athenis in arce; ed. Chandler. Inscr. P. II. n. 20. p. 52. Habeo etiam ex schedis Akerbladii a Müntero missis.

ΗΒΟΥ]ΛΗΗΕΞΑΡΗΟΥ
ΠΑ]ΓΟΥΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
Γ]ΕΛΛΙΟΝΡΟΤΙΛΙΟΝ
Λ]ΟΥΠΟΝΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΑΡ]ΕΤΗΣΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥ
ΝΟΙΑΣ

Akerbl. ΡΟΥΤΙΛΙΟΝ. Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρήου πάγου καὶ ὁ δῆμος Γέλλιον Ῥοτίλιον Λοῦπον ἀνθύπατον ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας. Chandl. ablegat ad Glandorp. Onomast. p. 754. sed nihil de illo Rutilio Glandorpius.

371.

„Athenis in ecclesia quae Ἁγία Κάνον vocatur"; ex schedis Fourmonti.

Ad sinistram:	In medio:	Ad dextram:
ΑΓΑΘΟΣΔΑΙΜΟΝΟΣ	ΤΟΝΛΑΜ	
	ΚΑΙΠΑ . . . . ΙΝΗΜΗ	ΗΣΤΥΧΗΣ
	ΑΞΙΟΝ . . . ΑΓΟΥΛΠΟ	
	ΠΗΝ . . ΜΑΞΕΙΜΟΝ	
	ΟΥΛ . . . ΙΚΙΑΣ·Τ:ΟΝΙΔΙΟΝ	
	. . . . ΩΝ	

Videtur ara fuisse, in cuius altero latere ἀγαθοῦ δαίμονος, in altero ἀγαθῆς τύχης: priora apud Fourm. ita scripta sunt, quasi litterae ex summo deorsum descenderent: sed non confido. In media parte: Τὸν λαμπρότατον καὶ πάσης μνήμης ἄξιον - - Οὔλπ. - - - Μάξειμον Οὔλπ. Νεικίας τὸν ἴδιον εὐεργέτην? Vel ἐκ τῶν ἰδίων ἀναλωμάτων. *Maximus* videtur Proconsul esse.

372.

In Parthenonis porticu *in basi marmorea rotunda, cuius aliud latus habet inscriptionem de L. Egnatio Victore Lolliano* (n. 377.); huius statua dempta et basis alio olim loco posita in Parthenonem delata est, ut alius viri honoribus inserviret. Titulus exhibetur in inscriptionibus Cyriaci p. x. n. 73. et ex eiusdem schedis Barberinis et suis ap. Murat. T. II. p. DLX. 1. praeterea ap. Apianum p. CCCCLXXXIX. et inde ap. Gruter. p. CCCCLXIV. 7. (cf. nott. p. CCCXXXVI.), item ap. Raph. Volaterranum Geograph. lib. VIII. extr. Postea ex lapide dederunt Spon. Itin. T. III. P. II. p. 18. Wheler. Itin. p. 362. Ex his ediderunt et commentati sunt plurimi, ex quibus sufficiet nominasse Meurs. Areopag. c. 5. Selden. de Synedr. II, p. 138. Vandal. Diss. p. 618 sqq. Corsin. F. A. T. I. p. 380–384. Taylor. ad Lysiam p. 766. ed. Reisk. Praeterea dederunt Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. et optime Chandlerus Inscr. P. II. n. 19. p. 52. Dum ille titulus Athenis restabat, aliud exemplum, litterisque multo aliis et lectionibus prorsus falsis insigne in Britannia apud *I. Loveday, Arm. de Caversham,* vidit Chandlerus (Syllab. p. XXIV.), quod inter Monumenta Kempiana p. 44. n. 35. repraesentat Ainsworthus,

tabulam exhibens *quadratam pedem latam et dodrantem cum semuncia altam;* idem repetiit Murat. T. II. p. DLXVII. 1. Hoc manifesto ficticium est, quod etiam Chandlerus significat; confectum autem est ex Grutero, quocum versuum divisio consentit, quae in marmore Chandleriano longe alia est: sed litterarum formas mutavit falsarius. Aliud quoque marmor Kempianum fictum esse monstravi n. 652. ubi vide etiam de tertio.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝΑΝΘΥΠΑΤΟΝ
ΤΗϹЄΛΛΑΔΟϹΡΟΥΦΙΟΝΦΗϹΤΟΝ
ΚΑΙΑΡЄΟΠΑΓЄΙΤΗΝΗЄΞΑΡΙΟΥ
ΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤωΝ
ΤΡΙΑΚΟϹΙωΝΚΑΙΟΔΗΜΟϹΟΑΘΗ
ΝΑΙωΝЄΥΝΟΙΑϹЄΝЄΚΑΚΑΙЄΥЄΡ
ΓЄϹΙΑϹΤΗϹΠЄΡΙΤΗΝΠΟΛΙΝΑΝЄ
ϹΤΗϹЄΝΠΡΟΝΟΙΑΦΛΑΒΙΟΥΠΟΜ~
ΔΑΔΟΥΧΟΥΤΟΥΔΙΑϹΗΜΟΤΑΤΟΥΚΑΙ
ΑΠΟΚΟΜΙΤωΝ

Varietates lectionis potissimas affero; ceterum sequor Chandlerum, paucis vs. 1. aliunde assumptis. Litterarum formas solus Chandl. partim in textu partim in Syllabo recte expressit; Cyr. Π, Σ, Ω, et sic etiam Ainsworthi spurium exemplum; Grut. in litterarum formis potissimis fere cum Chandl. consentit, ne dicam de ceteris editoribus, quorum exigua in hac re fides est. Vs. 1. deest ap. Cyr. Grut. Ainsw. licet apud hunc hic titulus ex ipso lapide aeri incisus et nulla labis nota instructus sit: unde satis iam de fide eius exempli iudicari potest, quod quum haud pauca omittat, tamen pro integro titulo venditetur. Chandl. vs. 1. ΗΑΘΗΙ, omissis ceteris: quae supplevi ex Spon. et Mur. (qui Ι omittit); alii aliter. Vs. 4. Cyr. Spon. Chandl. ΑΡΙΟΥ, Poc. ΑΡΙΟ, Murat. Whel. ΑΡΕΟΥ, Grut. ΑΡΕΟΠΑΓΟΥ, et hinc tab. Kemp. quae praeterea vs. 6. ΑΘΕ. Inde a vs. 9. plurimum differt lectio. Grut. ΠΡΟΝΟΥΝ ΤΟϹ. (correxerunt alii προνοοῦντος, unde hoc est in tab. Kemp.) ΦΛΑΒΙΟΥ. ΠΡΥΛΑΔΟΥ. (Reines. correxit Πυλάδου) ΑΛΟΥ. ΔΙΑ. ϹΕΜΝΟΤΑΤΟΥ. ΑΡΧΟΝ ΤΟϹ: in tab. Kemp. est ΦΛΑΒΙΟΥΠΡΥΛΑΔΟΥ sed omissis iis, quae sequuntur, omnibus. Quae dedi, praebet Chandl. Vox ΑΡΧΟΝΤΟϹ est etiam ap. Cyr. Mur. additis illis ΚΑΙΑΠΟΚΟΜΙΤΩΝ, quae Grut. non habet. In ceteris haec differunt a Chandlero: Cyr. ΠΡΟΝΟΙΑΙ ΦΛΑΒΙΟΥ ΤΟΥ ΔΑΔΟΥΑ ΛΟΥ, Volat. ΦΛΑΒΙΟΥ ΠΡΥ ΔΑΔΟΥΑΛΟΥ, Mur. ΦΛΑΒΙΟΥΤΟΥΔΑΔΟΥΧΟΥΤΟΥϹΕΜΝΟΤΑΤΟΥ, Poc. ΠΡΩΝΟΙΗΦΛΑΒΙΟΥΠΟΜΑΛΛΟΥΧΟΥ, Whel. ϹΗΜΝΟΤΑΤΟΥ. In quibus vitiis ipsis vestigia insunt veri, quod cum Chandl. servarunt alii et maxime Spon. Verba haec sunt:

Ἀγαθῇ τύχῃ. Τὸν λαμπρότατον ἀνθύπατον τῆς Ἑλλάδος, Ῥούφιον Φῆστον, καὶ Ἀρεοπαγείτην, ἡ ἐξ Ἀρίου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν τριακοσίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων εὐνοίας ἕνεκα καὶ εὐεργεσίας τῆς περὶ τὴν πόλιν ἀνέστησεν, προνοίᾳ Φλαβίου Πομ. Δᾳδούχου τοῦ διασημοτάτου καὶ ἀπὸ κομίτων. Statuam curavit Flavius Pompeius Daduchus (de nomine v. ad n. 190.), *διασημότατος* (Perfectissimus) *καὶ ἀπὸ κομίτων.* Instituit has nugas imprimis Constantinus M. de quo Euseb. Vit. IV, 1. *Κομήτων δ᾽ οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦντο, οἱ δὲ δευτέρου, οἱ δὲ τρίτου· διασημοτάτων δ᾽ ὡσαύτως καὶ ἑτέρων πλείστων ἀξιωμάτων μυρίοι ἄλλοι μετεῖχον· εἰς γὰρ τὸ πλείονας τιμᾶν διαφόρους ἐπενόει βασιλεὺς ἀξίας.* Tres Festos Saec. IV. insigniores fuisse Muratorius notat; quartus additur Cos. a. 439. *Fl. Festus,* qui ab hoc monumento alienus. In quo nonnullis visum est de *Rufo Festo Avieno* Arateorum carminum interprete agi: hunc et in hoc titulo et in Latino, qui in Misc. erud. antiq. p. 99. editus est, memorari Sponius putat Itin. T. II. p. 148. et in nota ad inscriptionem in Misc. editam: idem dubitanter proponit Fabric. Bibl. Lat. III, 11. probatque Corsinus. Etiam Fabrettus Inscr. p. 742. utroque titulo unum et eundem spectari censet, de Avieno tacet. Ceterum ille *Rufus Festus,* de quo Latinus Sponii titulus, et poeta fuit et bis Proconsul, Vulsinii natus, a Musonio genus repetens. Alii *Festum Tridentinum* afferunt, ignobili loco natum, Syriae olim praefectum, mox a Valente Orientis Imp. Asiae Proconsulem constitutum, hominem ferum et incultum Graecaeque linguae ignarum; vide Zosim. IV, 15. Ammian. Marcellin. XXIX, 2, 22. c. nott. Vales. Suid. v. Φῆστος, Eunap. Vit. Max. p. 63. ed. Boiss. et ibi notam Wyttenbachii, qui non probat Valesii coniecturam, eundem hunc ac *Sextum Rufum Festum* Breviarii Historiae Romanae auctorem habentis. Rursum est, qui Festum Tridentinum et Avienum poetam putet eundem esse. Ut paucis defungar, Festus Tridentinus, homo nec doctus nec nobilis, non potest neque Avienus poeta nec Musonii progenies nec Graeciae Proconsul haberi, qui quidem Syriae et Asiae (non Graeciae) praefectus fuisse dicatur: poeta Avienus, cuius scripta supersunt, et qui in Latino Sponii titulo memoratur, et hic Graeciae Proconsul potest idem haberi. Postremo Pancirolus ad Notit. dign. Orient. p. 165. intelligit Festum qui sub Valentiniano et Valente Consularis Syriam et Proconsul Africam rexit (Cod. Iust. III, 16. XII, 58, 3.): qui sitne a Tridentino distinguendus necne, non nunc quaero. Ceterum *Senatus Trecentorum* in hac sola inscriptione nominatur; antea fuit virorum DCCL (n. 380.), qui in locum Senatus Quingentorum successerant: ante Quingentos fuerunt Sexcenti, ante Sexcentos Quingenti, ante hos Quadringenti.

373.

Athenis in basi rotunda, quae sacram mensam in ecclesia D. Theodori prope monasterium Capucinorum sustinet. Edidit Chandlerus Inscr. II, 48. p. 58. Habeo etiam ex schedis Fourmonti. Ex Chandlero dederunt Brunck. Anal. III, p. 280. n. 210. (cf. Iacobs. Animadvv. T. III. P. II. p. 204.) et Iacobs. Anthol. Palat. Append. Epigr. n. 128.

ΑΡΧΟΝΕΜΕΘΕΟΔωΡΟΝΑΧΑωΝΕΙΚΟΝΙΤΗΔΕ
ϹΤΗϹΕΘΕΜΙϹΤΟΚΛΕΗϹΝΕΥΜΑΤΙΚΕΚΡΟΠΙΗΙϹ
ΑΡΧΟΝΟΡΑϹΘΕΟΔωΡΟΝΟϹΕΥΔΙΚΙΗϹΑΓΑΝΗϹΙ
ϹωϹΕΠΑΝΕΛΛΗΝωΝϹωΜΑΤΑΚΑΙΠΟΛΙΑϹ
ΤΟΥΝΕΚΑΜΙΝΚΑΤΑΑϹΤΥΘΕΜΙϹΤΟΚΛΕΗϹΑΝΕΘΗΚΕ
ΕΙΚΟΝΙΛΑΙΝΕΗΤωϹΓΑΡΑΝωΓΕΠΟΛΙϹ
ΕΥΧΟΜΕΝΟϹΜΕΤΕΠΙΤΑΘΕωΓΕΝΝΗΤΟΡΙΠΑΝΤωΝ
ΚΑΙΧΑΛΚΟΥϹΤΗϹΙΝΝΕΥΜΑΤΙΘΕΥΔΟϹΙΟΥ

Fourmontus, si mera vitia exceperis, consentit cum Chandl. priores tamen versus paulo aliter digessit. Vs. 8. Fourm. ϹΤΗΕΙΝ. Vs. 2. extr. dele ultimum Ι.

Ἀρχὸν ἐμὲ Θεόδωρον Ἀχα[ι]ῶν εἰκόνι τῆδε
Στῆσε Θεμιστοκλέης νεύματι Κεκροπίης·
Ἀρχὸν ὁρᾷς Θεόδωρον, ὃς εὐδικίης ἀγανῆσι
Σῶσε Πανελλήνων σώματα καὶ πόλιας.
Τοὔνεκά μιν κατὰ ἄστυ Θεμιστοκλέης ἀνέθηκε
Εἰκόνι λαϊνέῃ, τὼς γὰρ ἄνωγε πόλις,
Εὐχόμενος μετέπιτα θεῷ γεννήτορι πάντων
Καὶ χαλκοῦ στῆσ[ε]ιν νεύματι Θευδοσίου.

Vs. 8. malim χαλκοῦν, ex usu; id quod etiam ante nos correctum est: quamquam ferri potest χαλκοῦ. Sententia est: *precans a deo in posterum ut nutu Theodosii etiam aeream Theodoro statuam ponere possit.* Igitur urbis iussu potuit marmorea statua collocari, aerea nonnisi concedente Imperatore. Versus mediocres sunt et orthographia barbara, quam certe vs. 7. in voce μετέπειτα retinui: hiatus tamen vs. 5. κατὰ ἄστυ doctus est, non reprehendendus. De re bene Chandlerus: „Sub Imperatore Theodosio I. a. Chr. 380. Gothis Thessaliam et Epirum vastantibus honores meruit Theodorus Achaeorum dux." Posui huius viri honores in Romanis, quod exercitus imperatorii dux fuit, et Attici tum cives Romani Imperii: ceterum Theodorum probabile est Atheniensem et Themistoclis huius cognatum fuisse. Idem redit in Epidauriis n. 1187.

CAPUT TERTIUM.

ARCHONTUM ATTICORUM.

374.

Athenis in domo. Edidit Chandlerus Inscr. II, 31. p. 55.

ΠΛΕΙΣΤΑΙΝΟΝΣΩΚΛΕΟΥΣΚΕΦΑΛΗΘΕΝ
ΗΓΥΝΗΠΛΕΙΣΤΙΣΚΑΙΗΘΥΓΑΤΗΡΣΩΣΙΝΙΚΗ
ΑΡΧΟΝΤΑΓΕΝΟΜΕΝΟΝΔΙΟΝΥΣΙΩΙΑΝΕΘΗΚΑΝ

Πλείσταινον Σωκλέους Κεφαλῆθεν ἡ γυνὴ Πλεῖστις καὶ ἡ θυγάτηρ Σωσινίκη ἄρχοντα γενόμενον Διονυσίῳ (Διονύσῳ) ἀνέθηκαν. Archontem intellige eponymum, qui quod magna Dionysia curaverat, Baccho dicatus videtur. Titulus est mediae aetatis, ubi archontum catalogus deficit. Cf. ad n. 111.

375.

Athenis ad ecclesiam cathedralem. Ex Pouquevillii Itin. T. IV. p. 104. n. 14. Habeo etiam ex schedis Akerbladii a Müntero missis.

⌶ΩΙΛΟΝΤΙΜΟΚΡΑΤΟΥΥΒΑΔΗΝ
ΗΜΗΤΗΡΠΟΛΥΚΡΑΤΕΙΑ
ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΥΑΘΜΟΝΕΩΣ
ΘΥΓΑΤΗΡΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΑΑΝΕΘΗΚΕΝ

Vs. 1. formam ⌶ dedi ex schedis; eaedem vs. 4. ultimum omittunt N. Ζωΐλον Τιμοκράτου Ὑβάδην ἡ μήτηρ Πολυκράτεια Διονυσοδώρου Ἀθμονέως θυγάτηρ βασιλεύσαντα ἀνέθηκεν.

376.

Athenis in basi altaris Ἀσκαμάτου. Aeri incisum dedit Stuartus Ant. Att. Vol. I. p. 52. Habeo etiam ex schedis Fourmonti.

ΟΥΙΒΟΥΛΛΙΟΝΙΠ
ΠΑΡΧΟΝΜΑΡΑΘΩ
ΝΙΟΝΤΟΝΕΠΩΝΥ
ΜΟΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣ

Fourm. ΟΥΙΒΟΥΛΛΟΝ. Verba haec sunt: Οὐΐβούλλιον Ἵππαρχον Μαραθώνιον, τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως. De hoc archonte eponymo cf. n. 269. Alius est Hipparchus Herodis Attici avus.

377.

In lapide de quo n. 372. Ediderunt Spon. Itin. T. III. P. II. p. 17. Wheler. Itin. p. 362. et ex hoc Murat. T. II. p. DLV. 2. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. Chandler. Inscr. II, 18. p. 52. Ex Sponio dedit etiam Olearius ad Philostr. Vit. Soph. I, 23, 1. Bonum exemplum tituli habent schedae Fourmonti.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
Λ·ΕΓΝΑΤ·ΟΥΙΚΤΟΡΑΛΟΛΛΙΑΝΟΝ
ΑΝΤΙΤΗΣΠΡΟΣΕΑΥΤΟΥΣΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΗΣΤΕΚΗΔΕΜΟΝΙΑΣΤΩΝΑΘΗΝΩΝ
ΤΟΝΡΗΤΟΡΑ

Vs. 1. cum Spon. priorem vocem extra uncos praebui; vs. 2. extr. Poc. Fourm. ΒΟΥΛΗΙ: ib. Chandl. Poc. pro litteris ΙΟΥΠΑ lacunam invenerunt; Spon. Whel. ΙΟΠΑ, Fourm. ΟΥΠΑ, unde nostra lectio conflata, quam supplebat etiam Chandl. Vs. 3. init. Chandl. Λ, Fourm. \, Whel. Poc. Α. hoc male.

Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ Α. Ἐγνάτ. Οὐΐκτορα Λολλιανὸν ἀντὶ τῆς πρὸς ἑαυτοὺς εὐνοίας τῆς τε κηδεμονίας τῶν Ἀθηνῶν, τὸν ῥήτορα. Hadriano Imp. floruit Athenis Lollianus Sophista, cuius vitam scripsit Philostratus l. c. Eiusdem meminit Suid. v. Λολλιανός, multaque eum scripsisse testatur. Ephesi natus, Athenis summum honorem στρατηγοῦ τοῦ ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας nactus est, qui tum annonam curabat (v. Philostr.), in eoque magistratu pluribus modis prospexit Atheniensibus (v. Philostr.), quae est illa κηδεμονία τῶν Ἀθηνῶν. Quam ob causam duas Athenis statuas nactus est, alteram in foro, alteram in parvo nemore, quod ipse plantasse dicitur: alterutri inserviebat hic lapis, in alium deinde locum translatus (vide n. 372.). Eidem statuam collocarunt Plataeenses (v. inscr. Boeot.), quorum titulus eum λαμπρότατον ὑπατικόν, ἐπανορθωτὴν Ἀχαΐας vocat aliisque honorificis cognomentis ornat. Anne igitur idem est Proconsul Egnatius Lollianus in titulo Thyatireno? Alius fuit saec. IV. Mavortius Q. F. Messius Egnatius Lollianus, de quo titulus ap. Spon. Misc. erud. antiq. p. 129. Ceterum quod στρατηγὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας inter archontes posui, feci de industria.

378.

„Athenis in quadam arca (quodam arcu) triumphali"; ex schedis suis ed. Murat. T. II. p. DLXVI. 2. et inde Corsin. F. A. T. II. p. 157.

ΤΥΧΗΑΓΑΘΗ
ΤΟΝΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝΥΠΑΤΙΚΟΝΚΑΙΕΠΩΝΥΜΟΝΑΡΧΟΝΤΑ
Μ.ΟΥΛΠ.ΕΥΒΙΟΤΟΝΛΕΥΡΟΝΓΑΓΗ.........ΠΑΣΗΣ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑΚΑΙΤΗΣΠΕΡΙΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑΦΙΛΟ
ΤΕΙΜΙΑΣΕΝΤΕΧΡΗΜΑΣΙΣΙΤΩΝΙΚΟΙΣΟΙΣΑΘΡΟΩΣΕΔΩΚΕΝ
ΜΥΡΙΑΣΙΠΕΝΤΕΚΑΙΕΙΚΟΣΙΚΑΙΤΡΟΦΑΙΣΑΙΣ
ΕΝΤΗΜΕΓΑΛΗΣΠΑΝΕΙΠΑΡΕΣΧΕΔΟΓΜΑΤΙ
ΤΩΝΚΡΑΤΙΣΤΩΝΑΡΕΟΠΑΓΕΙΤΩΝΙΕΡΕΥΣ
ΠΑΤΡΩΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΠΟΠΛΙΟΣΑΙΛ.ΖΗΝΩΝ
ΒΕΡΕΝΙΚΙΔΗΣΤΟΝΚΟΙΝΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝΚΑΙ
ΕΑΥΤΟΥΠΡΟΣΤΑΤΗΝ

Τύχῃ ἀγαθῇ. Τὸν λαμπρότατον ὑπατικὸν καὶ ἐπώνυμον ἄρχοντα Μ. Οὔλπ. Εὐβίοτον Λευ. [υ]όν, Γα[ρ]γή[ττιον], πάσης ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τῆς περὶ τὴν πατρίδα φιλοτειμίας ἔν τε χρήμασι σιτωνικοῖς οἷς ἀθρόως ἔδωκεν, μυριάσι πέντε καὶ εἴκοσι, καὶ τροφαῖς αἷς ἐν τῇ μεγάλῃ σπάνει παρέσχε, δόγματι τῶν κρατίστων Ἀρεοπαγειτῶν ἱερεὺς πατρῴου Ἀπόλλωνος Πόπλιος Αἴλ. Ζήνων Βερενικίδης τὸν κοινὸν εὐεργέτην καὶ ἑαυτοῦ προστάτην.

Mire Corsinus hunc Eubiotum M. Ulpium Crinitum Consulem a. p. Chr. 259. esse censet, nec rectius de ceteris rebus statuit. Titulus Hadriano fortasse Imp. scriptus est; certe tum magna annonae inopia laborasse Athenienses et a multis collatam stipem esse docet Philostratus l. c. ad n. 377. Προστάτης nunc *patronus* est more Romano, non Attico: quod notavit Cors.

379.

Eleusine; ex schedis Fourmonti.

ΕΥΜΟΛΠΙΔΑΙ
ΤΟΝΑΡΧΟΝΤΑ
ΜΑΡΚΟΝΙΟΥΛΙΟΝ
ΑΠΕΛΛΑΝ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΝΥΙΟΝ
ΜΙΟΥΛΙΟΥΔΑΜΙΑΝΟΥΜΥ
ΛΑΣΙΩΣΚΑΙΦΛΠΩΛΛΗΣΦΛ
ΑΠΕΛΛΑΥΠΑΙΠΗΝΟΥΘΥΓΑΤΡΟΥ

ΚΑΤΑΤΟΕΠΕΡΟΤΗΜΑΤΗΣΕΞΑ
ΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΣ

Εὐμολπίδαι τὸν ἄρχοντα Μάρκον Ἰούλιον Ἀπελλᾶν Μαραθώνιον, υἱὸν Μ. Ἰουλίου Δαμιανοῦ Μυλασέως καὶ Φλ. Πώλλης Φλ. Ἀπελλᾶ Ὑπαιπηνοῦ θυγατρό[ς]. κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. Pater huius eponymi archontis Mylasensis fuit, quantum video, filiusque Attica civitate donatus ut Lollianus (n. 377.). Mater est Hypaepis orta, quod oppidum pulcherrimis mulieribus insigne (Steph. Byz. v.).

380.

Athenis olim prope fontem in basi marmorea, quae olim statuam sustinuerat Q. Epicteti, postea sublatam. Epicteti titulum v. n. 420. Vss. 1–7. edidit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 129 sq. indeque Vandal. Diss. p. 534. Corsinus F. A. T. II. p. 167. eosdemque habeo ex schedis Akerbladii a Müntero missis. Inde a vs. 9. extr. dedit Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 55. n. 60. sed vitiosissime. Integrum titulum edidit Chandl. Inscr. II, 35. p. 56. ex quo eum repraesento, litteris aliquot ad Syllabi Chandleriani fidem et eiusdem Erratorum notationem correctis, et vs. 9. aliunde expleto. Utramque partem etiam Fourmonti schedae continent, sed passim mutilam et lacunosam ac perturbatam. Analectis inseruit Brunck. T. III. p. 274. n. 584. (cf. Iacobs. Animadvv. T. III. P. II. p. 191.) et Iacobsius Appendici Anthol. Palat. n. 111. Lapis ex collectione Choiseuliana (n. 233.) in Museum regium illatus est (catal. Clarac. n. 537.). Sero accepi Claraci tabulam; annotavi tamen eius varietates, et versuum dispositionem inde emendavi.

ΚΑΤΑΤΟΕΠΕΡΩΤΗΜΑΤΗΣΕΞΑΡΕΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΣΚΑΙ
ΤΗΣΒΟΥΛΗΣΤΩΝ⁊ΨΝ∠ΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΥΑΘΗΝΑΙΩΝΤΟΝ
ΑΡΞΑΝΤΑΤΗΝΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΕΝΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣΑΡΧΗΝΚΑΙ
ΑΡΞΑΝΤΑΤΗΝΕΠΩΝΥΜΟΝΑΡΧΗΝΚΑΙΠΑΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑΤΩΝΜΕΓΑΛΩΝΠΑΝΑΘΗΝΑΙΩΝΟΙΚΟ
ΘΕΝΙΕΡΕΑΠΑΝΑΓΗ⁊ΠΟ∠ΕΡΕΝ∠ΔΕΞΙΠΠΟΝΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ
ΕΡΜΕΙΟΝΤΟΝΡΗΤΟΡΑΚΑΙΣΥΝΓΡΑΦΕΑΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑΟΙΠΑΙΔΕΣ

ΑΛΚΗΚΑΙΜΥΘΟΙΣΙΚΑΙΕΝΒΟΥΛΑΙΣΙΚΡΑΤΙΣΤΟΥΣ
ΑΝΔΡΑΣΑΓΑΚΛΕΙΤΟΥΣΓΕΙΝΑΤΟΚΕΚΡΟΠΙΗ
ΩΝΕΝΑΚΑΙΔΕΞΙΠΠΟΝΟΣΙΣΤΟΡΙΗΝΕΣΑΘΡΗΣΑΣ
ΑΙΩΝΟΣΔΟΛΙΧΗΝΑΤΡΕΚΕΩΣΕΦΡΑΣΕΝ
ΚΑΙΤΑΜΕΝΑΥΤΟΣΕΠΕΙΔΕΤΑΔΕΚΒΙΒΛΩΝΑΝΑΛΕΞΑΣ
ΕΥΡΑΤΟΠΑΝΤΟΙΗΝΙΣΤΟΡΙΗΣΑΤΡΑΠΟΝ
ΗΜΕΓΑΚΛΕΙΝΟΣΑΝΗΡΟΣΝΟΥΑΠΟΜΥΡΙΟΝΟΜΜΑ
ΕΚΤΕΙΝΑΣΧΡΟΝΙΟΥΣΠΡΗΞΙΑΣΕΞΕΜΑΘΕΝ
ΦΗΜΗΜΕΝΠΕΡΙΒΩΤΟΣΑΝΕΛΛΑΔΑΤΗΝΟΝΕΑΝΘΗΣ
ΑΙΝΟΣΔΕΞΙΠΠΩΔΩΚΕΝΕΦΙΣΤΟΡΙΗ
ΤΟΥΝΕΚΑΔΕΚΑΙΠΑΙΔΕΣΑΓΑΚΛΕΙΤΟΝΓΕΝΕΤΗΡΑ
ΜΟΡΦΗΕΝΤΑΛΙΘΟΥΘΗΚΑΝΑΜΕΙΒΟΜΕΝΟΙ

Vs. 1. Chandl. Spon. ΑΡΕΟΥ, Fourm. Clar. ΑΡΙΟΥ, Ak. ΑΡΕΙΟ. Vs. 2. ΨΝ Chandl. Fourm. Ak. Clar. qui sigla iuxta posita omittit. Apud Sponium hoc loco lacuna est. Mox Chandl. Fourm. Clar. ΤΟΥΑΘ. Spon. Ak. ΤΩΝΑΘ. falso. Vs. 6. O minutum litterae Π inscriptum ex Clar. Vs. 7. Ak. male ΕΡΜΙΟΙΟΝ, Spon. Chandl. Clar. ΕΡΜΕΙΟΝ. Vs. 8. Clar. ΒΟΥΛΑΙΣΙ, Chandl. ΜΟΥΣΑΙΣΙ; Fourm. ΩΥΛΑΙΣ., omissa prima littera: *βουλαῖσι* esse verum non negaveris. Vs. 9. Chandl. post *ἀγακλειτοὺς* habet: .Ε..Ο.ΕΚΕΚΡΟΠΙΗ, unde supplevit *τ]έ[τρ]ο[φ]ε*. Poc. contra: ...ΘΚΕΚΙΟ etc. ut videas, pro altero Ε ab hoc Θ (Ο) lectum esse. Iam Fourm. ΓΑΙΝΞΤΟΚΕΚΡΟ etc. in quo manifesto inest ΓΕΙΝΑΤΟ, quod Clar. integrum praebet. Nec veritus sum hanc recipere lectionem, licet Chandlero in hoc titulo plurimum tribuam, quod eum a se iterum iterumque revisum esse testatur. Vs. 12. Chandl. ΕΠΕΙΔΕ, Clar. ΕΣΕΙΔΕ, Fourm. .ΜΕΙΔ., Poc. ΕΙΕΙΑΕ. Vs. 13. Chandl. ΗΥΡΑΤΟ, Fourm. Clar. ΕΥΡΑΤΟ, Poc. ΞΥΡΑΤΟ; unde ΕΥΡΑΤΟ dedi ob plurium consensum. Vs. 14. init. Clar. ΩΝ pro Η, ita tamen ut Ω extra litterarum seriem in sinistram extet: Η habetur apud ceteros omnes. Vs. 18. inter *τοὔνεκα* et *καὶ* ex Fourm. Clar. Poc. inserui ΔΕ (hoc est ΔΗ), quod Chandl. omisit: ut intelligas, quamquam hic se titulum accurate dedisse putet, tamen errores ab ipso commissos esse. Male autem Chandl. et qui eum secuti sunt, corrigunt: *τοὔνεκα καὶ παῖδες τὸν ἀγακλειτόν.* Vs. 19. pro ΦΗ Poc. ΤΑ, Fourm. ΦΑ, Clar. ΦΑ.

Κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς ἐξ Ἀρέου πάγου βουλῆς καὶ τῆς βουλῆς τῶν ΨΝ καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων, τὸν ἄρξαντα τὴν τοῦ βασιλέως ἐν Θεσμοθέταις ἀρχήν, καὶ ἄρξαντα τὴν ἐπώνυμον ἀρχήν, καὶ πανηγυριαρχήσαντα καὶ ἀγωνοθετήσαντα τῶν μεγάλων Παναθηναίων, οἴκοθεν ἱερέα παναγῆ, Πό. Ἑρέν. Δέξιππον Πτολεμαίου Ἕρμειον, τὸν ῥήτορα καὶ συνγραφέα, ἀρετῆς ἕνεκα οἱ παῖδες.

Ἀλκῇ καὶ μύθοισι καὶ ἐν βουλαῖσι κρατίστους
  Ἄνδρας ἀγακλειτοὺς γείνατο Κεκροπίη·
Ὧν ἕνα καὶ Δέξιππον, ὃς ἱστορίην ἐσαθρήσας
  Αἰῶνος δολιχὴν ἀτρεκέως ἔφρασεν.
Καὶ τὰ μὲν αὐτὸς ἐπεῖδε, τὰ δ᾽ ἐκ βίβλων ἀναλέξας
  Εὕρατο παντοίην ἱστορίης ἀτραπόν.
Ἦ μέγα κλεινὸς ἀνήρ, ὃς νοῦ ἄπο μυρίον ὄμμα
  Ἐκτείνας, χρονίους πρήξιας ἐξέμαθεν.
Φήμη μὲν περίβωτος ἀν᾽ Ἑλλάδα, τὴν ὁ νεανθὴς
  Αἶνος Δεξίππῳ δῶκεν ἐφ᾽ ἱστορίῃ.
Τοὔνεκα δὴ καὶ παῖδες ἀγακλειτὸν γενετῆρα
  Μορφήεντα λίθου θῆκαν ἀμειβόμενοι.

Herennii Dexippi historici librorum excerpta apud Photium superesse notum est; floruit autem Saeculo tertio Aureliano et Probo Impp. circa a. 270. Ipse cum Atheniensibus, quorum dux fuit, Gothos vicit (Treb. Pollio Gallien. 13.) circa a. 269. Statua haec superstiti posita videtur, ab ipsius

filiis, non a pueris Atticis, ut erat qui putaret. Hinc vs. 18. *παῖδες ἀγακλειτὸν γενετῆρα*. Dux exercitus fuisse in hoc titulo non dicitur, licet in priore parte eius honores accurate enumerentur: igitur hic titulus illo anno videtur vetustior esse, contra quam Corsino visum est. Senatus nunc est virorum DCCL, quod novum prorsus; lectio tamen certissima est. Post Claudium; atque ut ego arbitror inde ab Hadriano, institutis tredecim tribubus, Senatus ad pristinum Quingentorum numerum, additis paucis praeterea aliis, redactus est, quod multi testantur tituli, et ex Pausania quoque I, 3, 4. colligitur: postea cur auctus numerus sit, nescimus. Quae in Catal. Mus. reg. de Senatus numero leguntur, haud satis perite dicta sunt. Mox formula *ἄρξαντα τὴν τοῦ βασιλέως ἐν Θεσμοθέταις ἀρχὴν* docet universum archontum collegium Thesmothetarum nomine venisse ea aetate. Demonstravit hoc etiam de prioribus temporibus iam olim Meierus in libello *Philolog. Blätter* P. I. p. 101. sqq. collatis locis Plutarch. Solon. 25. Polluc. VIII, 86 sq. Demosth. adv. Eubulid. p. 1319. 20. Argum. Demosth. Or. contra Androt. p. 588. Lex. Seg. p. 311. 9. Schol. Aristoph. Plut. 277. Adde Pausan. I, 3, 4. qui locus haud dubie ad novem omnes archontes pertinet. Ceterum Herennius hereditarium sacerdotium habuit, quod ex Cerycum gente fuit. Cf. de Herenniis ad n. 190. et nota n. 353. Herennium Hierocerycem esse Ἑρμεῖον, ut noster Dexippus est Ἕρμειος. De versibus cf. Iacobs. in Animadvv. ad utramque Anthologiae editionem.

CAPUT QUARTUM.

MINISTRORUM SACRORUM, SACERDOTUM, EUMOLPIDARUM, INITIATORUM.

381.

Athenis in basi, olim in domo Antonelli Balduini, hospitis Cyriaci. Cyriac. p. XIII. n. 94. et ex suis ac Cyriaci schedis Murat. T. II. p. DLI. 1. Ex parte inde dedit etiam Corsin. Nott. Gr. Diss. VI. p. CXXV. Ego titulum secundum Cyriacum dispositum dedi.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝ
ΕΞΑΚΟΣΙΩΝΚΑΙΟΔΗΜΟΣΤΙΒΕΡΙΟΝΚΛΑΥΔΙΟΝ
ΝΟΥΙΟΝΦΙΛΕΙΝΟΥΥΙΟΝΤΟΝΕΠΙΙΕΡΕΑΔΗΛΙΟΥ
ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΔΙΑΒΙΟΥΚΑΙΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝ
ΤΩΝΜΕΓΑΛΩΝΠΑΝΑΘΗΝΑΙΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝ
ΚΑΙΚΑΙΣΑΡΗΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝΚΑΙΑΡΧΙΕΡΕΑ
ΑΝΤΩΝΙΑΣΣΕΒΑΣΤΗΣΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΑΚΑΙ
ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ δῆμος Τιβέριον Κλαύδιον Νούιον (Νοούϊον) Φιλείνου υἱόν, τὸν ἐπιϊερέα Δηλίου Ἀπόλλωνος διὰ βίου καὶ ἀγωνοθέτην τῶν μεγάλων Παναθηναίων Σεβαστῶν καὶ Καισαρήων Σεβαστῶν καὶ ἀρχιερέα Ἀντωνίας Σεβαστῆς, φιλοκαίσαρα καὶ φιλόπατριν, ἀρετῆς ἕνεκεν. Novius hic Romanus haud dubie civis, sed idem Atheniensis fuit. *Antonia Augusta* mater est Caesaris Germanici et Claudii Imp. cui Augustae cognomen, quum viva recusasset, a Claudio post obitum inditum est. Vide Suet. Claud. 11. ex emendatione Lipsii ad Tac. Annal. I, 8. Itaque hic titulus non ante Claudium Imp. exaratus est.

382.

Athenis in basi marmorea, domus alicuius pavimento inserta. Ediderunt Spon. Itin. T. III. P. II. p. 220. Misc. erud. ant. X, 10. p. 321. Whel. Itin. p. 377. Vandal. Diss. p. 265. Olear. ad Philostr. p. 545. Fleetwood. p. 332. 3. Chandl. Inscr. II, 40. p. 57. quocum prorsus consentit Fourmonti apographum.

ΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑΤΩΝΣΕΒΑ
ΣΤΩΝΤΙΒ·ΚΛΑΥΔΙΟΝΑΤΤΙ
ΚΟΝΗΡΩΔΗΝΜΑΡΑΘΩΝΙ
ΟΝΗΑΝΤΙΟΧΙΣΦΥΛΗΑΝΕ
ΘΗΚΕΝΕΥΝΟΙΑΣΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣΤΗΣΕΙΣ
ΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑ

Τὸν ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν Τιβ. Κλαύδιον Ἀττικὸν Ἡρώδην Μαραθώνιον ἡ Ἀντιοχὶς φυλὴ ἀνέθηκεν εὐνοίας ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰς τὴν πατρίδα. Singulae fortasse tribus Herodi statuas collocarunt; certe Antiochis non est Herodis ipsius tribus; et videndum ne n. 383. quoque Herodis statuae ab alia tribu positae subscriptus fuerit.

383.

In fragmine marmoris Menidae (prope Acharnas) reperto. Ed. Stuartus Ant. Att. Vol. III. p. 1. (cf. p. VI.).

ΧΙΕΡΑΤΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝΤΙΒΚΛΛ

Τὸν ἀρχιερ[έ]α τῶν Σεβαστῶν Τιβ. Κλαύδιον etc. Vide ad n. 382.

384.

Eleusine; ex schedis Fourmonti.

ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ
ΟΠΟΤΕΦΙΡΜΟΣ
ΟΥ ΦΙΡΜΟΣ
ΟΥΜΟΥΣΩΝΙΟΣΟΚΛΙΒΟΥ
ΤΑΧΙΟΣ

Vs. 3. 4. litterae Υ Fourm. imposuit signum asperi (Ͱ), quod abieci.

Ἱεροφάντης Γαργήττιος
ὅ ποτε Φίρμος,
οὗ Φίρμος,
οὗ Μουσώνιος ὁ κ[α]ὶ Βαυ-
... ιος.

Fragmentum genealogiae s. stemmatis familiae sacrae, ut n. 385. Utrumque hoc loco posui, partim quod haec stemmata statuis subscripta fuisse videntur, partim quod inde ceterae huius classis inscriptiones illustrantur. Ἱεροφάντης est nomen proprium viri a munere petitum, abolito pristino nomine; vide ad n. 190. et cf. n. 385. extr. Ex eadem fortasse familia sunt Timotheus Gargettius, pater sacerdotis Claudiae Timotheae (n. 393.), et Menander Gargettius (n. 439.). Alio tempore Marathonius est Hierophantes n. 353. Musonius hic videtur alius ac Βο. Ἰούλ. Μουσώνιος Στειριεὺς n. 272. sed Musonia Gargettii cuiusdam filia habetur n. 619.

385.


„Prope Cyriani, in ecclesia quae dicitur Asomatos"; ed. Chandler. Inscr. II, 57. p. 64. Praeterea tria alia apographa habeo, ex schedis Akerbladii a Müntero missis (in Monasterio Cyriani in monte Hymetto), ex Fourmontianis (Cephisiae in pulcherrima basilica iuxta originem Ilissi), et ex Villoisonianis (in muro ecclesiae D. Marci in Hymetto). Idem ab omnibus locus significatur. Duos ultimos versus sine varietate habet Clarkius Itin. P. II. S. II. p. 495. ut fodiendo in arce inventos: hoc si verum est, duo huius tituli exempla diversis locis posita erant. Quod repraesento exemplum, permultis locis rectius quam Chandlerianum a me ex ceteris apographis constitutum est. Initium deest.

. . . .
. ΟΥϹΤ . . . .
ΔΑΔΟΥΧΟΥ . . . .
ΘЄΜΙϹΤΟΚΛЄΟΥϹΚ[ΑΙ] . . .
ΤΗϹΠΡΑΞΑΓΟΡΟΥΠΡΑΞΑ
ΓΟΡΑϹΔΑΔΟΥΧΟϹ
ΤΟΥΤΟΥΚΑΙΒΑϹϹΗϹΤΗϹ
ΝΙΓΡЄΙΝΟΥΙЄΡΟΚΗΡΥΚΟϹ
ΘΓ.ΦΙΛΙϹΤΗ
ΤΑΥΤΗϹΚΑΙΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ
ϹѠϹΠΙΔΟϹΔΑΔΟΥΧΟΥΥΟΥ
ΠΡΑΞΑΓΟΡΗ ΠΡΑΞΑΓΟΡΗϹ
ΚΑΙΞЄΝΑΓΟΡΟΥΞЄΝΑΓΟΡΑϹ
ΤΟΥΤΟΥΚΑΙЄΡ[Μ]ΙΠΠΙΔΟϹ
ΔΙΟΝΥϹΙΑ ΔΙΟΝΥϹΙΑϹ
ΚΑΙΗΓΙΟΥ ΤΟΥΗΓΙΟΥ
ΞЄΝΑΓΟΡΑϹ
ΞЄΝΑΓΟΡΟΥ ΚΑΙΑΡΙϹΤΟ
ΦΑΝЄΙΑϹΤΗϹΒΙΚΤѠΡЄΙ
ΝΟΥ ΪЄΡΟΦΑΝΤΗϹ


Vs. 1. 2. ex solo Fourmonto, nisi quod Ak. habet litteras ΔΑΔ. Vs. 3. ex Fourm.; litteras ΘЄΜΙϹΤΟΚΛЄΟ tamen habet etiam Ak. Contra Villois. ΑΡΙϹΤΟΚΛΕΟΥϹΚ, et Chandl. .. ΟΚΛЄΟΥ, deinde in uncis ϹΤΟΥ male. Vss. 4. 5. ex Fourm. et partim ex Ak. et Vill. plenos dedi; ap. Chandl. mutili sunt. Vs. 6. ex Fourm. Apud ceteros deest primum ΤΟΥ vel ΤΟΥΤ. Vs. 7. ex Fourm. Apud ceteros deest ΝΙΓΡ, ap. Ak. etiam plura deficiunt. Vs. 8. ex Fourm. et formam λ ex Ak. dedi. Chandlerus [ΚΑ]ΛΙϹΤΗ, Vill. ΛΙϹΤΗ. Vs. 9. Μ ex Ak. Fourm. Vill. (Chandl. Ν). Vss. 11. 12. prima littera deest ap. Chandl. in uncis suppleta: extra uncos dedi ex ceteris. Vs. 13. Chandl. ЄΧΙΠ etc. Ak. .. ΙΠ, Vill. Є ... ΙΠ, Fourm. ЄΡ .. ΙΠ, rectius.

. . . . . .]ους τ[οῦ . . . .
Δᾳδούχου [Θεμιστοκλῆς].
Θεμιστοκλέους κ[αὶ . . . . .
τῆς Πραξαγόρου Πραξα-
γόρας Δᾳδοῦχος.
τούτου καὶ Βάσσης τῆς
Νιγρείνου Ἱεροκήρυκος
θυγ. Φιλίστη.
ταύτης καὶ Δημοστράτου
Σώσπιδος Δᾳδούχου υἱοῦ
Πραξαγόρη. Πραξαγόρης
καὶ Ξεναγόρου Ξεναγόρας.
τούτου καὶ Ἑρ[μ]ιππίδος
Διονυσία. Διονυσίας
καὶ Ἡγίου τοῦ Ἡγίου
Ξεναγόρας.
Ξεναγόρου καὶ Ἀριστο-
φανείας τῆς Βικτωρεί-
νου Ἱεροφάντης.

Daduchia olim competebat Hipponici familiae: qua exstincta successerunt *Lycomidae*, qui male vulgo Lycomedae dicuntur: scripturam Λυκομίδαι passim in libris obviam, ab aliis male impugnatam, post Meursium et Palmerium recte tutatus est Siebelis ad Pausan. I, 22, 7. omnemque dubitationem eximit titulus n. 386. Eosdem postea etiam hierophantas et ministros ἐπὶ βωμῷ factos esse ex pluribus causis statuo: vide modo huius tituli vs. 19. et n. 391. et quae paulo post de Sospide et daducho et τῷ ἐπὶ βωμῷ moneo. Eorum τελεστήριον Phlyae fuit, a Themistocle Neoclis f. Phrearrhio, illustrissimo duce, restitutum (Plutarch. Themistocl. 1. cf. Pausan. IV, 1.): neque tamen ideo Phlyenses Lycomidae omnes fuerunt, sed per varios pagos dispersi, Phrearrhii, Acharnenses, Hagnusii, Marathonii (n. 488.). Prioris aetatis Lycomidarum stemma usque ad Themistoclem Neoclis f. et Themistoclis filium Poliarchum ac nepotem Themistoclem proposuit Müller. de Min. Pol. p. 44 sq. item stemma eorum, qui postea fuere (Paus. I, 37, 1.); quod hoc est:




Postrema stemmatis pars inde a priore Theophrasto ex Vit. X Oratt. p. 256. ed. Tub. ducta est; annotatque Müllerus Dioclem Nicostratae patrem, quem Vita X Oratt. στρατηγὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας creatum dicit, si aetates computes, p. Chr. 53. vixisse censendum esse (p. 44.). Sed in Prolegg. Mythol. p. 252. corrigendum monet *ante Christ.* 53. Sunt autem a Lycurgo Lycophronis f. Quaestore Demosthenis aequali aetates decem cum ipso Diocle: quas si inde ab Olymp. 106. extr. computemus et aetates paulo maiores (annorum 36) constituamus, Dioclis natales ante Chr. 28. poni poterunt; ita ut p. Chr. 42. septuagenarius fuerit: quod, quum vaga ista per aetates temporum computandorum ratio sit, licebit statuere. Et video circa id tempus (p. Chr. 42.) Dioclem memorari n. 320. qui quantum ex lacero titulo intelligi potest, ipse στρατηγὸς ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας fuit. Eiusdem igitur illius aetatis erit Theophrastus prior; praecedentes autem quando vixerint, facile quisque retro computare potest. Qui in fine stemmatis ex Vit. X Oratt. repetiti comparet Diocles Themistoclis f. videtur idem esse qui n. 433. eodem nomine vocatur auditque Daduchus: unde discimus illos esse Hagnusios: ibidem eius Dioclis filia Ἀθηνὰ.. habetur. Iam hic deficit stemma; nec scimus, quo loco ponendus sit *Themistocles* Plutarchi familiaris, eiusdem gentis, qui cum Plutarcho Ammonium Lamprensem audivit (Plutarch. Themistocl. 37.). Probabiliter tamen hic Themistocles is est, qui in huius fragmenti initio comparet; sed vs. 1. expleri non potest, quod non constat quomodo illud ΟΥϹ supplendum sit, nec quomodo cetera. Quamquam coniicio vs. 1 sq. sic explendum esse: Διοκλέ]ους τ[οῦ Θεμιστοκλέους] Δᾳδούχου: nam Dioclem Themistoclis f. Daduchum fuisse modo vidimus; ita ut, ubi stemma Müllerianum deficit, ibidem incipiat nostrae huius inscriptionis pars superstes. Haec octo complectitur aetates: et haud dubie in eius tempus incidit Pausaniae aetas, qua Lycomidas adhuc daduchiam retinuisse ex ipso Pausania (IX, 27, 2.) merito Müllerus collegit. Desinit autem stemma in Hierophante, quod proprium viri nomen esse saepe monui; ab eodem nomine incipit stemma n. 384. unde tamen non colligitur esse eundem: nec n. 384. volui post hocce stemma collocare, quod litteras antiquiores habet. Ceterum quoniam hi Themistoclis posteri redeunt in titulis infra positis, operae pretium duxi, universum stemma, quantum fieri potest, accuratius exponere.



Hierophantes.

a) Themistoclem iam dixi filium videri Dioclis Themistoclis f. qui in priori stemmate ultimus est, nec diversum a Plutarchi familiari. Et concinunt tempora. Etiam Iunia Themistoclea (n. 448.), Honoratianae Polycharmidis filia, huius gentis fuisse videtur: nam mater sese ἀπὸ Δᾳδούχων esse praedicat, hoc est a Lycomidis, quamquam etiam Periclis et Cononis gentem illa attingebat. *b*) Aelium dixi ex n. 438. Aelios Daduchos habes n. 185. 187. Si huius Praxagorae gener Demostratus idem est, qui cum Mamertino et Praxagora Herodi Attico adversatus est, ut quidem coniicio, ubi p. 443. *a*. not. *e*. hunc Demostratum et eum, qui n. 184. comparet, eundem habeo, et eum, qui est n. 184. Herodis puto adversarium esse; probabile fit etiam hunc Aelium Praxagoram non diversum esse ab Herodis inimico. De Praxagora Herodis adversario Philostratus Vit. Soph. II, 1, 11. μετ' ἐκείνους γὰρ τὴν θάλατταν Δημόστρατοι ἀνεφύσησαν καὶ Πραξαγόραι καὶ Μαμερτῖνοι καὶ ἕτεροι πλείους, ἐς τὸ ἀντίξοον τῷ Ἡρώδῃ πολιτεύοντες. *c*) Nigrinus hic comparet n. 389. *d*) Demostrati stirpem paulo post vide. *e*) De his etiam n. 390. *f*) Hermippidis nomen restitui ex n. 391. Cf. etiam n. 390. *g*) Ex n. 391. Ceterum ex hac Lycomidarum familia esse videri illos Daduchos, qui Fabii dicti, docui ad n. 488.

Iam quum litt. *d*. Demostratus Sospidis Daduchi f. commemoretur, expono etiam huius stemma, quamquam haud paulo impeditius. Hi Tiberii Claudii vocantur, et ipsi Daduchi sunt, ex eadem credo gente; in Aisitorum catalogis tamen nullus Claudius est Daduchus, sed Hierophantes (Marathonius) et ἐπὶ βωμῷ (Melitensis): vide ad n. 190. Illos igitur ita componendos arbitror:



a) Hunc ex solo n. 425. petii, quem aliter interpretari non possum, nisi ut Leonidas Lysiadis pater sit. *b*) Hic itidem ex n. 423. eodem modo petitus est, eundemque n. 397. agnosco. Sed cum hoc stemmate componi non potest n. 435. ubi hi habentur:

Tib. Claud. Patron Melitensis

Claud. Philoxena, cuius maritus Tib. Claud. Patron

Tib. Claud. Lysiades Melitensis.

Haud dubie hic alius eiusdem gentis est. Praeterea n. 436. habetur:

Tib. Claud. Daduchus, cuius uxor Claud. Damocrate

Claud. Aristonice

et n. 437. alia est Claudii Daduchi ut videtur filia. *c*) Hic praeter hunc titulum habetur n. 423. utroque loco Daduchus; Sospis ὁ ἐπὶ βωμῷ ap. Philostrat. Vit. Soph. II, 11, 1. videtur alius esse, discipulus Chresti, qui ab Herode eru-

ditus est, fortasse M. Aurelio Imp. quae Corsini sententia est. *d*) Hanc praebet n. 395. nisi alterius illius Lysiadis (n. 435.) filia est. *Aelia* nomen ex Lycomidarum familia petitum est. *e*) Hic praeter hunc titulum n. 438. prodit; Daduchus nusquam vocatur. Demostratus est etiam n. 184. nescio an non idem. Cf. etiam n. 186. *f*) Demostrati uxorem Philisten hic titulus praebet vs. 8–10. Philiste autem quum filia sit Praxagorae Daduchi, inde fit ut n. 438. Demostrati neptis Aelii Praxagorae dicatur proneptis, ab avo paterno ad aviae paternae patrem translata oratione. *g*) Vide n. 438. *h*) Vide ibid.

386.

„In campo Rario'', ex schedis Villoisoni. Quattuor priores versus exhibet etiam Clarkius ut in ea regione repertos, Itin. P. II. S. II. p. 775. sed magis mutilos.

ΕΥΜΟΛΠΙΔΩΝΛΥΚΟΜΙΔΑ . .
ΔΙΑΒΙΟΥΕΝΕΛΕΥΣΕΙΝΙΜΕΝ . .
ΑΛΩΩΝΕΝΣΑΜΩΔΕΤΗΣ . .
ΕΥΣΕΒΙΑΣΕΝΕΚΑΤΗΣ[Π]ΡΟ[ΣΤ]ΑΣ[ΘΕΑΣ]
ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣΦΛΑΟΥΙΑΣΛΑΟΔΑΜΕΙΑΣΤΗΣΚΛΕΙΤΟΥ
ΦΛΥΕΩΣΟ[ΥΓΑΤΡΟΣ]

Vs. 1. extr. Clark. ΛΥΚΟΜΙ ...., vs. 2. idem ΕΛΕΥΣΙΝΙΜΕ..., vs. 4. non habet alterum ΑΣ, sed servavit litteras ΡΟ, quarum loco ap. Villois. lacuna est. Ante Lycomidarum singulorum titulos posui hoc fragmentum, quod vs. 1. Lycomidas Eumolpidis coniunctos praebet. De scriptura nominis v. ad n. 385. Titulus est honorarius alicuius feminae, quae *διὰ βίου* sacerdos fuerit *ἐν Ἐλευσεῖνι μὲν* (fortasse *Δήμητρος καὶ Κόρης* vel tale quiddam), *ἐν Σάμῳ δὲ τῆς* [*Ἥρας*?]. Vs. 3. interiecta est Haloorum, Cerealium sollemnium mentio (v. de Halois Corsin. F. A. T. II. p. 302 sqq.); quae vox *Ἁλώων* quomodo ceterae orationi coniuncta fuerit, non liquet. Dedicata statua *εὐσεβίας ἕνεκα τῆς πρὸς τὰς θεάς* (cf. n. 432.). Additur sacerdos annua, ut in aliis huiusmodi titulis: *ἐπὶ ἱερείας Φλαουΐας Λαοδαμείας τῆς Κλείτου Φλυέως θυγατρός.* Flavia Laodamia fuit ex ea haud dubie gente, ex qua Medeus *ὁ ἐξηγητὴς ἐξ Εὐμολπιδῶν* (ap. Pseudoplut. vit. X Oratt. p. 256.), Butadis coniunctus, sed idem gente Eumolpides: Nam huius Medei et Timotheae Glauci f. filia est Laodamia; ex qua Laodamia denominata haec Flavia est, quae non ante Vespasianum vixisse censenda.

386. *b*.

Interpono hoc loco alius tituli frustulum a Spon. (Itin. T. III. P. II. p. 125.) Eleusine in parietinis ruderibus templi Cereris et Proserpinae repertum: idem vidit Fourmontus Salamine in aula monasterii Beatae Virginis, recens Eleusine allatum. Unde patet a n. 386. diversum esse, quum n. 386. postea prope Eleusinem visus ab aliis sit. Ex Sponio Vandal. Diss. p. 273.

ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣΦΛΑΥΙΑΣΛΑΟΔΑΜΙΑΣ

Ἐπὶ ἱερείας Φλαυΐας Λαοδαμίας. Ita consensu Spon. et Fourm. nisi quod hic ultimum Σ omittit, et Sponius, ut solet, unum hunc versum in duos dividit.

387.

Salamine in basi; ex schedis Fourmonti. In eiusdem basis altero latere est n. 390. Haec haud dubie Eleusine Salaminem translata erat, ut n. 386. *b*. et n. 406. Cf. n. 447.

ΤΟΝΕΑΥΤΗΣΑΝΔΡΑΣΟΦΟΚΛΗΝΞΕΝΟΚΛΕΟΥΣ
ΑΧΑΡΝΕΑΔΑΔΟΥΧΗΣΑΝΤΑΔΗΜΗΤΡΗΚΑΙΚΟΡΗΙ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

[*Κτησίκλεια Ἀπολλωνίου Ἀχαρνέως ὀργιαστίς*] *τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα Σοφοκλῆν Ξενοκλέους Ἀχαρνέα δᾳδουχήσαντα, Δήμητρ*[*ι*] *καὶ Κόρῃ ἀνέθηκεν.* Supplementum petii ex n. 388. ubi v. not.

388.

Eleusine in templo Cereris. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 100. (et inde Vandal. Diss. p. 400. 494.), item Meletius Geogr. vet. et nov. p. 349. litteris minusculis.

ΚΤΗΣΙΚΛΕΙΑΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΑΧΑΡΝΕΩΣΟΡΓΙΑΣΤΗΣΤΟΝ
ΕΑΥΤΗΣΑΝΔΡΑΣΟΦΟΚΛΗΝ
ΞΕΝΟΚΛΕΟΥΣΑΧΑΡΝΕΑΔΑ
ΔΟΥΧΗΣΑΝΤΑΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙ
ΚΟΡΗΔΙΣΑΝΕΘΗΚΕΝ

Κτησίκλεια Ἀπολλωνίου Ἀχαρνέως ὀργιαστ[*ί*]*ς τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα Σοφοκλῆν Ξενοκλέους Ἀχαρνέα δᾳδουχήσαντα, Δήμητρι καὶ Κόρῃ δὶς ἀνέθηκεν.*

De Sophocle Xenoclis f. vide stemma n. 385. Daduchia non bis functus est, ut putabat Corsin. F. A. T. II. p. 149. qui et alios in errorem induxit, sed iungendum: *δὶς ἀνέθηκε Δήμητρι καὶ Κόρῃ.* Duas mariti statuas dedicavit Ctesiclea, alteram n. 387. cuius basis Salaminem translata est, alteram n. 388. in qua hoc *δὶς* additum est. Ceterum Daduchi hi perpetui fuerunt, etiamsi plures fortasse alternis munus obibant: igitur aoristus *δᾳδουχήσαντα* aut defunctum Sophoclem esse significat, aut quod

magis probo, ad singula Daduchi officia antea praestita refertur, ita ut post primam in Eleusiniis peractam daduchiam semel, post alteram iterum dedicata Sophoclis statua sit. Ὀργιαστής femina non videtur ferri posse; dedi igitur ὀργιαστίς. Ctesiclea Apollonii f. est ex Eumolpidarum familia eadem de qua n. 392. Ceterum ΚΟΡΗ pro ΚΟΡΗΙ Sponii videtur vitium esse: certe n. 387. est ΚΟΡΗΙ.

389.

In basi magna marmorea ad templum Cereris Eleusine, super anaglypho pompam mysticam repraesentante. Haec basis videtur olim statuam muliebrem colosseam sustinuisse, cuius truncus prope adiacebat, secundum Sponium quinquaginta fere passibus a basi. Anaglyphum, inscriptionem et statuae partem repraesentant Spon. Itin. T. II. p. 283. Wheler. Itin. p. 429.

ΟΥ
ΝΝΙΓΡΕΙΝΟΣ
ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ

Quamquam haec inscriptio non ipsius Nigrini statuae adscripta erat, tamen eam hic collocare aptum visum est, propterea quod hic Nigrinus (Νουμήνιος vel Νουμέριος Νιγρεῖνος Ἱεροκήρυξ) in stemmate n. 385. nominatur: unde simul patet Plutarchi fere aetate eum vixisse. Statua ipsa Sponio et Whelero Ceres est, Praxitelis fortasse, ut aiunt: truncum superstitem in Britanniam detulit Clarkius, qui et ipse Cereris statuam, in ipso templo collocatam, esse putat. Vidit etiam Meletius, cuius verba quae apponam digna sunt, Geogr. vet. et nov. p. 349. Οὗτος ὁ ναὸς τῆς Δήμητρος, τῆς ὁποίας τὸ ἄγαλμα σώζεται μέχρι τοῦ νῦν, μέγα ὂν καὶ στέφανον ἐσχηματισμένον ἔχον, ἀξιόβαρον αὐτῇ, εἶναι τανῦν ἐρίπειον. Sed Hirtius Hist. Architect. T. II. p. 21. puellam canephorum dicit, quae cum pluribus extra templum posita fuerit. Utut est, hanc statuam, quae nuper celebritatem nacta est, nota non antiquam esse, sed Hadriani aetate factam, utpote a Nigrino dicatam. Nigrini certe ipsius statua tantae basi imposita esse non potuit: quis enim Hierocerycem colosseum finxerit? Nec nisi colosso tanta basis convenit. Igitur nomen Nigrini arbitror esse eius, qui statuam dedicavit. Fortasse autem in alio basis latere (nam ea ex aliis lateribus terra obruta erat) altera inscriptionis pars latuit, vel in statuae ipsius plintho posita fuit, e. c. Δήμητρι καὶ Κόρῃ. Sic n. 486. Δήμητρι καὶ Κόρῃ Φάβιος Δαδοῦχος.

390.

In eadem qua n. 387. basi. Ex schedis Fourmonti.

ΠΑΙΔΑΞΕΝΑΓΟΡΑΚΑΙΠΡΑΞΑ
ΓΟΡΑΣΕΣΟΡΑΣΜΕΤΟΝΜΥ
ΤΗΝΔΗΟΥΣΞΕΙΝΑΓΟΡΑΝ
ΟΝοΜΑ

Παῖδα Ξε[ι]ναγόρα καὶ Πραξαγόρας ἐσορᾷς με,
τὸν μύστην Δηοῦς, Ξειναγόραν ὄνομα.

Vide stemma n. 385. In eadem basi, quae Sophoclem sustinebat, postea Xenagoras, unus ex posteris, collocatus est, aut remanente Sophoclis imagine aut dempta (cf. n. 372. et 377. ac n. 380. et 420.).

391.

Eleusine. Ex schedis Cockerellianis ed. Walpol. *Travels* p. 573. n. 37. Tractavit Welcker. Spicileg. Epigr. II. p. 23.

ΜΥΣΤΩΝΗΓΗΤΗΡΑ
ΠΟΛΥΖΗΛΟΝΠΑΤΡΟΣ
ΕΣΘΛΟΥΞΕΙΝΑΓΟΡΟΥ
ΜΗΤΡΟΣΘΕΡΜΙΠΠΙΔΟΣ
ΓΝΖΑΘΕΟΙΣΙΝΕΙΣΕΘΕΑΙΝ
ΦΡΩΝ

Tres sunt versus heroici, sed tertius mutilus est, quaeque suppleo, exempli causa pono:

Μυστῶν ἡγητῆρα Πολύζηλον, πατρὸς ἐσθλοῦ
Ξειναγόρου μητρός θ'. Ἑρμιππίδος, ἐν ζαθέοισιν
Εἶσε θεαῖν [δαπέδοισιν ἑὸν γενετῆρα Νεό]φρων.

Μυστῶν ἡγητὴρ est μυσταγωγός: dubito tamen esse hierophantam, qui illa aetate non videtur suo nomine vocatus esse. De homine vide stemma n. 385. ex quo titulo patet matrem Polyzeli non Θερμιππίδα, sed Ἑρμιππίδα esse. Vs. 5. ΓΝ superest ex ΕΝ. Θεαῖν, Cereris et Proserpinae.

392.

Eleusine; ex schedis Fourmonti.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝΑΓΗΝΟΡΟ[Σ
ΕΞΗΓΗΤΗΝΕΞΕΥΜΟ[ΛΠΙΔΩ
ΝΓΥΝΗΑΠΟΛΛΩΝΙΑΑ . . . . .
ΚΑΙΟΥΟΣΑΓΗΝΩΡΑ[ΡΕΤΗΣ
F[ΝΕΚΕΝ]ΔΗΜΗΤΡΙΟ[ΑΙΚΟΡΗΙ

Ἀπολλώνιον Ἀγήνορο[ς], ἐξηγητὴν ἐξ Εὐμο[λπιδῶ]ν, γυνὴ Ἀπολλωνία Ἀ . . . . . καὶ ὁ ὑὸς Ἀγήνωρ ἀ[ρετῆς] ἕ[νεκεν] Δήμητρι [καὶ Κόρῃ. Familia est eadem ex qua n. 388. Ctesiclea Apollonii f. Ἐξηγητὴς ἐξ Εὐμολπιδῶν etiam Medeus appellatur Vit. X Oratt. p. 256. ed. Tub. Additur autem ἐξ Εὐμολπιδῶν, quoniam alii exegetae aliunde sunt: illi fuerunt exegetae, quatenus exegetarum munus ad Eumolpidas pertinebat.

393.

Eleusine. Ed. Spon. Misc. erud. ant. IV, p. 134. et Itin. T. III. P. II. p. 104. indeque Vandal. Diss. p. 398. aliique.

ΚΛΑΥΔΙΟΣΚΑΙΚΛΑΥΔΙΑ
Γ.ΚΛΑΥΔΙΟΝΣΕΙΛΙ
ΑΝΟΝΠΟΛΥΚΡΙΤΟΝ
ΤΟΝΥΙΟΝΜΥΗΘΕΝΤΑ
ΑΦΕΣΤΙΑΣΤΑΙΝΘΕ
ΑΙΝΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣΚΛΑΥΔΙΑΣ
ΤΕΙΜΟΘΕΑΣΤΗΣΤΕΙΜΟ
ΘΕΟΥΓΑΡΓΗΤΤΙΟΥΘΥ.

Κλαύδιος καὶ Κλαυδία Γ. Κλαύδιον Σειλιανὸν Πολύκριτον τὸν υἱόν, μυηθέντα ἀφ' ἑστίας, ταῖν θεαῖν ἀνέθηκαν, ἐπὶ ἱερείας Τειμοθέας τῆς Τειμοθέου Γαργηττίου θυ(γατρός). Dedi exemplum Sponii in Misc. editum; in Itin. vs. 1. habetur: ...ΔΙΟΣΚΑΙΚΛΑΥΔΙΑ.. ibidemque notat se in narratione de itinere triennio ante edita etiam vitiosiorem hunc titulum edidisse. Γ. Κλαύδιος Σειλιανὸς ἰατρὸς Ἐφέσιος habetur in titulo, quem in Italicis edam: sed hoc loco de Atheniensi agitur, quippe qui ἀφ' ἑστίας μυηθεὶς sit. Ἀφ' ἑστίας μυηθεὶς quid esset, praeter alios, quos sciens omitto, perquisivere Cuperus Apoth. Hom. p. 297. qui non commode contulit dictionem ἄρξασθαι ἀφ' Ἑστίας; Spanhemius *de nummo Smyrnaeorum seu de Vesta et Prytanibus Graecorum diatriba*, in Seguini selectis numismatis antiquis ed. II, p. 346 sq. et postea auctius in Thes. Graev. Antt. Rom. T. V. p. 668 sq. qui ex eadem formula progressus exponit *a domo seu lare initiatum*, hoc est patria Atheniensem, non peregrinum, confusa tamen et intricata disputatione utens; mox Vandalius Diss. p. 398 seqq. *sacerdotem Vestae* intelligens; tum Wernsdorfius ad Himer. p. 778 sq. interpretans *domesticum dearum Eleusiniarum et quasi in penetralibus Cereris habitantem, qui in sacris serviat, preces praeeat, et sicut Camillus sacerdoti ministret.* Hunc fere sequitur Creuzerus Symbol. T. IV. p. 527. ed. pr. p. 491. ed. alt. puerumque hunc quasi piaculi loco fuisse censet. In his quid verum quid falsum sit, ex ipsa rei explicatione patebit. Et primum quidem memoratu dignum, fuisse tam puellas μυηθείσας ἀφ' ἑστίας quam pueros μυηθέντας ἀφ' ἑστίας: ad pueros pertinent n. 393. 406. (ubi inverso ordine ἀφ' ἑστίας μυηθέντα), ad puellas n. 443. 444. 445. 448. Porro quum omnes hi tituli Eleusine positi fuerint, excepto n. 443. quem ad urbanum Eleusinium collocatum fuisse arbitror, patet de Vestae sacerdotio cogitari non posse; sunt cultores Cereris et Proserpinae, quibus etiam dicatae eorum statuae sunt. Deinde vero pueros (et puellas) esse nota, non infantes, ut est qui dicat, neque adolescentes, sed παῖδας opinor ἀμφιθαλεῖς (αὐξόμενος vocatur ille puer n. 406.). Quippe pueros solitos esse initiari notum est; unde vox Himerii (XXII, 7.): παῖς μύστης καὶ ἐπόπτης ἀνήρ. Hinc est, quod *parentes* solent has statuas dedicare (n. 393. 443. 445.) vel mater puellae (n. 448.): n. 406. non dictum est, qui statuam dedicaverit; non tamen dicavit respublica, sed haud dubie parentes, quorum etiam mentio in fine fit: tantum n. 444. respublica puellae dicat statuam, utpote orbae et sub tutore. Iam vero non ideo, quod *domestici* sint *dearum*, possunt illi ἀφ' ἑστίας μυηθέντες dicti esse, propterea quod μυηθῆναι ἀφ' ἑστίας una formula est, artissime coniunctis vocibus ἀφ' ἑστίας μυηθείς, non separatis, quasi ἀφ' ἑστίας integrum comma constituat: quodsi aliquando simpliciter ἀφ' ἑστίας esse dicuntur, patet tamen, pleniorem dictionem ita esse explicandam, ut illud ἀφ' ἑστίας componatur cum verbo. Immo ἀφ' ἑστίας μυηθῆναι dictio est eiusmodi, qualis ἀπὸ βωμοῦ τὰς ψήφους φέρειν: ut illâ significetur initiationem *de foco dearum* fieri. Nimirum initiatorum alii sunt simpliciter μυηθέντες, non ἀφ' ἑστίας, alii μυηθέντες ἀφ' ἑστίας: et horum potissimum statuae dedicari solebant: ceterorum nullum superest exemplum, nisi huc traxeris μύστην Δηοῦς n. 390. Sed ille homo, ex Daduchorum familia, potuit et ipse ἀφ' ἑστίας μυηθεὶς esse, licet versu dictionem non capiente hoc non expressum sit: aut μύστης ibi sensu non proprio de Daducho vel alio ministro sacro dicitur. Nunc videamus quis sit ὁ μυηθεὶς ἀφ' ἑστίας. Primarium mysten esse nemo dubitabit. Igitur, quum etiam peregrini successu aetatum initiati fuerint, τὸν ἀφ' ἑστίας μυηθέντα oportuit esse civem Atticum iure optimo. Suidas v. ἀφ' ἑστίας: Ἀφ' ἑστίας μυεῖσθαι: ἀφ' ἑστίας μυούμενος Ἀθηναῖος ἦν. Haec petita sunt ex Harpocratione v. ἀφ' ἑστίας: Καὶ ἀφ' ἑστίας μυεῖσθαι. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Καλυδῶνα· Ὁ ἀφ' ἑστίας μυούμενος Ἀθηναῖος ἦν πάντως, καὶ ὁρῶ δὲ Λάκων ἐμυεῖτο. Isaei verba pervertit Wernsdorfii coniectura. Orator ex remotae antiquitatis memoria, ut videtur, aliquid demonstraturus, *in ea de qua dicit initiatione* docet τὸν ἀφ' ἑστίας μυηθέντα omnino Atheniensem fuisse, sed initiatum esse etiam alium peregrinum. Scripserim post πάντως: Κάστωρ δὲ Λάκων ἐμυεῖτο. Dioscuros notum est Eleusiniis initiatos esse, et hanc Lacedaemoniae Ledae filiorum initiationem celebrat etiam titulus Eleusinius n. 434. Lectus autem ille μυούμενος ἀφ' ἑστίας ex insignibus familiis; insignes intellige eas, quae in sacris essent principes, et maxime in Eleusiniis, Eumolpidarum, Lycomidarum, Phytalidarum, Cerycum; ut ἡ ἀφ' ἑστίας n. 448. ex Daduchorum familia est, credo etiam ex Eumolpidarum gente, de qua re statim dicam. Lectus autem ex illis sorte, non a suis, ut ceteri initiandi, sed a republica offerebatur initiationi. Lex. rhet. p. 204. Ἀφ' ἑστίας μυηθῆναι: ὁ ἐκ τῶν προκρίτων Ἀθηναίων κλήρῳ λαχὼν παῖς δημοσίᾳ μυηθείς. Sed cave hunc putes piaculi loco oblatum: neque enim narrationi Neanthis περὶ τελετῶν ap. Athen. XIII, p. 602. D. quidquam cum Eleusiniis commune est. At peculiare quiddam τοῖς ἀφ' ἑστίας μυηθεῖσι peragendum in mysteriis fuit, unde ὁ ἀφ' ἑστίας μυούμενος

Himerio (XXIII, 7. 18.) per excellentiam est *ὁ ἱερὸς παῖς*: unde is (Himer. ib. 8. et Porphyr. l. c. infra) simpliciter appellatur *ὁ ἀφ' ἑστίας*, et puella *ἡ ἀφ' ἑστίας* (n. 445. 448.), omisso iam initiationis vocabulo, et formula ea adhibita, quae officii sive muneris vim habet. Ut paucis defungar, *ὁ ἀφ' ἑστίας μυηθεὶς* ipsi foco proximus adstans ex hoc (*ἀφ' ἑστίας*) initiabatur a ministris sacris ritu sanctiore, credo in ipsius foci gradus ascendens: ceteri remotiores et ex longinquo. Partim huc partim eo, quod ille puer Atheniensis necessario, respicit Themistius Orat. XIII, p. 165: *'Αλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικε, τὸν μυσταγωγόν μοι γενέσθαι τῆς ἐρωτικῆς τελετῆς οὐ πόῤῥωθεν τῶν παιδικῶν οὐδὲ ὀθνεῖον, ἀλλ' ἐγγύθεν καὶ ἀφ' ἑστίας.* Cf. p. 167. *ᾧ οἰκεῖος ὁ λόγος καὶ οὐκ οἶδα εἴ τῳ ἄλλῳ οὕτως ἀφ' ἑστίας.* Quapropter quae recens initiatis deorum placandorum causa peragendae caerimoniae fuerunt, eas omnes hic mystarum princeps pro ceteris peregit. Porphyrius de abst. IV, 5. *"Οπερ γὰρ ἐν τοῖς μυστηρίοις ὁ ἀφ' ἑστίας λεγόμενος παῖς,* (adde ὃς) *ἀντὶ πάντων τῶν μυουμένων ἀπομειλίσσεται τὸ θεῖον, ἀκριβῶς δρῶν τὰ προστεταγμένα, τοῦτο κατὰ τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις οἱ ἱερεῖς δύνανται ἀντὶ πάντων θύοντες.*

Subscripta est annua sacerdos, Claudia Timothea, Claudii Timothei f. eadem quae n. 435. Ptolemaeo Lagida rege Timotheus e gente Eumolpidarum antistes caerimoniarum Eleusine fuit (Tac. Hist. IV, 83.); ex quo quidni haec descenderit? Praeterea olim Timothea Glauci f. uxor fuit Medei *ἐξηγητοῦ ἐξ Εὐμολπιδῶν* (Vit. X Oratt. p. 256. ed. Tub.); cf. ad n. 386. Familiare igitur Eumolpidis hoc nomen: ac nisi fallor, etiam Conon et Timotheus, clari illi imperatores, fuerunt Eumolpidae. Daduchis coniuncta familia illius *μυηθείσης ἀφ' ἑστίας*, cuius n. 448. mentio fit; et illa Cononum gentem suam celebrat (quamquam etiam Pericleam). Et cur Timotheus Cononis f. Isocratis statuam Eleusine ante prostoum templi posuit? Anne hoc licuisset, nisi persuasisset Eumolpidis? Quo credibilius est eum et ipsum Eumolpiden fuisse.

394.

Marmor in Gallici consulis Athenis domum allatum. Ex schedis Fourmonti.

	. . . .
	. . . .
ΔΕΙΔΟΥΧΗ	*δᾳδουχή-*
ΣΑΝΤΑΕΥΣΕΒΩ	*σαντα εὐσεβῶ[ς, ὁ*
ΠΑΤΗΡΑΥΡ	*πατὴρ Αὐρ. [Ζώσι-*
ΜΟ..ΟΚΑΙΙ	*μο[ς] ὁ καὶ [Εὐτύ-*
ΧΗΣΚΑΙΟ	*χης? καὶ ὁ [ἀ-*
ΔΕΛΦΟΣΑῩΡ	*δελφὸς Αὐρ. [Ε-*
ΙΡΗΝΑΙΟΣ	*ἰρήναιος [Ζ-*
ΩΣΙΜΟΥΠ	*ωσίμου Π-*
ΛΑΝΙΕΣ<ΕΠ	*α[ι]ανιε[ῖ]ς. 'Επ[ὶ*
ΣΙΟΑΙΣΤΟΥ	*. . . . ίστου [ἱ-*
ΕΡΕΩΣΠΡΟΣ	*ερέως, Προσ[παλτίου,*
ΑΡΧΟΝΤΟΣ	*ἄρχοντος [Κ-*
ΟΡΝΗΛΙΑΝΟ	*ορνηλιανο[ῦ.*

Hic *δᾳδουχήσαντα* manifesto non de mortuo est, sed de vivo, qui certo quodam festo daduchia functus erat. Neque tamen ideo non perpetuum daduchiae munus fuit: sed, ni fallor, Daduchi plures fuerunt perpetui quidem, sed in munere fungendo alternantes. Titulus non ante M. Aurelium Imp. scriptus.

395.

Athenis in angulo dextro basilicae „*Παναγίας Καμουχαρείας*". Ex schedis Fourmonti.

ΑΓΑ[ΘΗΙ] ΤΥΧΗΙ
Κ]ΛΤΑΤ<ΕΠΣΙΙΩΘΗΜΑ
ΤΗΣΒΟΥΛΗΣΤΩΝΦ
ΕΥΤΥΧΙΑΝΩΝΜΑΛΛΟ
ΝΙΟΝ⁝ΙΕΡΣΑΜΕΝΟΣ
ΤΗΣΑΛΩΠΕΚΗΣΙΑΟΝ[Ο
ΔΕΙΤΗΣΚΑΙΚΟΣΜΗΤΗ[Ν
ΤΩΝΘΕΩΝΔΙΑΡΙΟΥΕ[Υ
ΔΕΙ.ΕΙΑΣΕΙΝΕΚΕΝΤΗ[Σ
ΠΡΟΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΑ[ΝΑΣ
Τ]ΗΣΑΜΕΝΟΥΤΟΥΟ[ΕΙΟΥΑ
ΥΤ]ΟΥΑΥΡΔΙΟΝΥΣΙΟ
Υ]ΤΟΥΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ
Φ]ΑΛΗΡΕΟΣΕΠΙΑ[Ρ
Χ]ΟΝΤΟΣΚΑΛΛΙΦΟ[ΝΤΟΣ
ΤΟΥ]ΠΡΕΣΒΥΤΕΡ[ΟΥ

'Αγαθῇ τύχῃ. Κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς βουλῆς τῶν Φ' Εὐτυχιανὸν Μαλλώνιον, ἱερασάμενον τῆς 'Αλωπεκῆσι 'Αφροδείτης καὶ κοσμητὴν τῶν θεῶν διὰ βίου, εὐσεβείας εἵνεκεν τῆς πρὸς τοὺς θεούς, ἀναστησαμένου τοῦ θείου αὐτοῦ Αὐρ. Διονυσίου τοῦ Νεικοστράτου Φαληρέως, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιφῶντος τοῦ πρεσβυτέρου.

Malloniam Eutychen et Mallonium Fortunatum offerunt tituli Latini ap. Grut. p. DCCCIII. 12. 13. *Κοσμητὴν τῶν θεῶν* recte defendit Welckerus Append. ad Trilog. Aesch. Prom. p. 345. et intelligit *ornatorem*, fortasse Gratiarum, conferens *στολιστὴν* deae n. 481. et verba tituli Alexandrini (haec in litteris ad me datis): *Λούκιον Λικίννιον Λουκίου Λικιννίου 'Ιέρακος ἐξηγητοῦ υἱόν, Λουκίου Λικιννίου 'Ισι[δώ]ρου κοσμητοῦ.* Olim conieceram *τῶν νέων*: sed epheborum cosmetae annui sunt. Vs. 15. dedi ex fide Bekkeri; quodsi apud Fourm. extet ΚΑΛΛΙΦ.Ο, ut Osannum scio legere, scripseris *Καλλίφρονος*. Nomen *Καλλιφῶν* habes n. 620. Titulus M. Aurelio Imp. non antiquior.

396.

Eleusine prope rudera templi Cereris et Proserpinae. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 125. et inde vitiosius Vandal. Diss. p. 530. Vss. 1. 2. apud Sponium ita separati sunt, ut aliquis putet duas esse inscriptiones: sed una haud dubie est, unoque articulo a Sponio comprehenditur.

ΓΑΙΟΝΜΕΜΜΙΟΝΣΑΒΕΙ
ΝΟΝΠΕΙΣΑΝΔΡΟΝ
. . . .
Κ]ΗΡΥΚΕΥΣΑΝΤΑΚΑΙ[ΓΥ
Μ]ΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑΔΙΣ[ΚΑΙΑ
Γ]ΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑΤΩΝ[ΜΕΓΑ
Λ]ΩΝΚΑΙΣΑΡΗΩΝΣΕΒΑΣ[ΤΩΝΚΑ
Ι]ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ[ΕΠΙΤΟ
Υ]ΣΟΠΛΕΙΤΑΣΔΙΣ[ΦΙΛΟΚΑΙΣ
ΑΡΑΚΑΙ]ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ

Γάϊον Μέμμιον Σαβεῖ-
νον Πείσανδρον
. . . .
κ]ηρυκεύσαντα καὶ [γυ-
μ]νασιαρχήσαντα δίς, [καὶ ἀ-
γ]ωνοθετήσαντα τῶν [μεγά-
λ]ων Καισαρήων Σεβασ[τῶν, κα-
ὶ] στρατηγήσαντα [ἐπὶ το-
ὺ]ς ὁπλείτας δίς, [φιλοκαίσ-
αρα καὶ] φιλόπατριν.

Supplementa Spon. omnia in sinistra apposuit; ego illa rectius distribui, etiam in verbis ipsis paulum discedens a Sponio.

Supplementa ex aliis titulis petita sunt. Memmii sunt οἱ ἐπὶ βωμῷ (v. ad n. 190.): igitur hic potissimum hunc titulum reposui, quo statua viri ex sacra familia oriundi Eleusine dedicata est. Vs. 4. κήρυκα intellige Senatus et Populi, vel Areopagi, vel ἱεροκήρυκα. Etiam Cerycum enim gentem attingere potuit Memmius, quum sacrae familiae Eleusiniae coniunctae cognatione fuerint.

397.

Eleusine in basi vidit Pouquevillius, qui edidit Itin. T. IV. p. 120. Accuratius apographum misit Mustoxydes, quod edo: hic vidit Athenis in collectione Fauvelii.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝΦΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΙΟΥΛΙΟΝΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΝΜΕΛΙΤΕΑ
ΙΟΥΛΙΟΥΘΕΟΔΟΤΟΥΣΟΦΙΣΤΟΥ
ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΟΣΚΑΙΒΑΣΙΛΕΥ
ΣΑΝΤΟΣΚΑΙΚΗΡΥΚΕΥΣΑΝΤΟΣ
ΤΗΣΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΣ
ΥΟΝΚΑΙΑΙΛΙΑΣΚΗΦΙΣΟΔΩΡΑΣ
ΚΛΛΥΣΙΑΔΟΥΔΑΔΟΥΧΗΣΑΝΤΟΣ
ΘΥΓΑΤΡΟΣΑΡΞΑΝΤΑΤΟΥΚΗΡΥ
ΚΩΝΓΕΝΟΥΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

Vs. 11. dedi ΕΝΕΚΕΝ ex Pouq. (Must. ΕΝΕΚΑ). Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν Φ' καὶ ὁ δῆμος Ἰούλιον Ἀπολλόδοτον Μελιτέα, Ἰουλίου Θεοδότου σοφιστοῦ, στρατηγήσαντος καὶ βασιλεύσαντος καὶ κηρυκεύσαντος τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς ὑόν, καὶ Αἰλίας Κηφισοδώρας Κλ. Λυσιάδου δᾳδουχήσαντος θυγατρός, ἄρξαντα τοῦ κηρύκων γένους, ἀρετῆς ἕνεκεν.

Pater huius Sophista n. 424. rursum memoratur; is a M. Aurelio primus Athenis professor, rhetorices intellige, constitutus est, et cathedram tenuit duos annos. Vide Philostrat. V. S. II, 2. et ibi Olear. Eundem Sophistam rempublicam gessisse Philostratus quoque tradidit. De Cerycum gente, ut brevis sim, v. Creuzerum (Symbol. et Mythol.), Müller. de Min. Poliad. p. 10 sqq. et Zeibich. l. c. ad n. 399. Quattuor autem, quae fuisse dicuntur, Cerycum gentes non agnoscunt tituli Eleusinii, in quibus una tantum mysticorum Hierocerycum gens designatur, τὸ γένος τῶν κηρύκων τὸ τῆς μυστηριώτιδος (v. Legem Deliastarum ap. Athen. VI. p. 234. E.). Haec gens suum habuit principem, ἄρχοντα τοῦ κηρύκων γένους, qui redit n. 399. Ceterae quae dicuntur gentes sunt eorum, qui certaminibus, pompis, rebus venalibus adhibebantur (cf. Polluc. VIII, 103.). Non dico de reipublicae et magistratuum praeconibus, qui non sunt certarum gentium, excepto praecone Areopagi: hic enim videtur ex Hierocerycum gente fuisse, quod ex rei ratione et ex hoc ipso titulo colligere licet.

398.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

V.ΚΗΡΥΚΑ . .
ΛΑΥ . . . .

399.

Eleusine in basi. Edidit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 141. Wheler. Itin. p. 429. qui fidelius dedit versuum divisionem; hanc sequor. Minusculis titulum sed vitiosius dedit Meletius Geogr. vet. et nov. p. 348. Ex Sponio et Whelero dederunt multi, ut Vandal. Diss. p. 207. 399. 405. Ryck. ad Tac. p. 335. et ex hoc, qui Sponii exemplum repraesentat, Fabrett. Inscr. p. 439. sed vitiatum; praeterea Zeibich. de cerycibus mysticis p. 70. Murator. T. II. p. DXLIX. 2. (hic ex Whel.) Corsin. F. A. T. II. p. 212. (ex Spon.).

ΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙΚΟΡΗΙ
ΗΙΕΡΑΓΕΡΟΥΣΙΑΜ.ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΛΙΘΟΦΟΡΟΝΠΡΟΣΔΕΚΤΟΝ
ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣΚΕΦΑΛΗ.ΘΕΝ
ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑΠΡΟΙΚΑ
ΤΙΜΗΘΕΝΤΑΔΕΥΠΟΘΕΟΥ
ΚΟΜΜΟΔΟΥΤΗΡΩΜΑΙΩΝ
ΠΟΛΕΙΤΕΙΑΑΡΞΑΝΤΑΤΟΥ
ΚΗΡΥΚΩΝΓΕΝΟΥΣΑΡΞΑΝ
ΤΑΤΗΣΙΕΡΑΣΓΕΡΟΥΣΙΑΣ
ΕΥΣΕΒΕΙΑΣΕΝΕΚΑ
ΑΤΤΙΚΟΣΕΥΔΟΞΟΥΣΦΗΤΤΙΟΣΕΠΟΙΗΣΕ

Vs. 4. Whel. ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥ, sed in recepto consentiunt Spon. Melet. Vs. 12. Whel. ΕΥΔΟΞΟΝ et ΕΠΟΙΗΣΕΝ; receptum praebent Spon. Melet.

Δήμητρι καὶ Κόρῃ ἡ ἱερὰ γερουσία Μ. Αὐρήλιον Λιθοφόρον Πρόσδεκτον Πιστοκράτους Κεφαλῆθεν, πρεσβεύσαντα προῖκα, τιμηθέντα δὲ ὑπὸ θεοῦ Κομμόδου τῇ Ῥωμαίων πολειτείᾳ, ἄρξαντα τοῦ κηρύκων γένους, ἄρξαντα τῆς ἱερᾶς γερουσίας, εὐσεβείας ἕνεκα. Ἀττικὸς Εὐδόξου Σφήττιος ἐποίησε.

Ἡ *ἱερὰ γερουσία* nec Senatus Quingentorum est neque Areopagus, sed sacrum concilium Eleusinium; neque archon eponymus Prosdectus, sed princeps illius concilii et gentis Cerycum: de quo principe monui ad n. 397. Hic quoque de Hierocerycibus agi apertum est, negante licet Zeibichio l. c. p. 27 sq. Titulus post Commodum positus est: a Commodo civitate donatus Prosdectus ex Imperatoris nomine iam est M. Aurelius vocatus: priore aetate alius ex ea familia (n. 275. col. I. vs. 45.) simpliciter dictus videtur [Ἑρ]μᾶς Προσδέκτου Κεφ. Qui statuam *collocandam curavit* (hoc nunc esse videtur ἐποίησε, non *fecit*), est Secundus Atticus Eudoxi f. Eumolpides (v. n. 400.). Alius est Secundus Sophista, Herodis magister, de quo Philostratus et Suidas: quem necesse est prius vixisse. Ex eadem tamen hic quoque familia et ex Eumolpidarum gente fuerit, qui quidem ad Eleusinem sepultus sit (Philostr. Vit. Soph. I. extr.).

400.

Eleusine in basi statuae. Ed. Pocock. Inscr. P. I. c. 5. s. 6. p. 62. n. 3. Chandler. Inscr. II, 121. p. 78. Habeo etiam ex schedis Fourmonti.

ΚΑΤΑΤΑΔΟΞΑΝΤΑ<ΤΗ[ΕΞΑΡ
ΕΙ]ΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
ϹΕΚΟΥΝΔΟΝΑΤ[ΤΙΚΟΝ]
ΕΥΔΟ[Ξ]ΟΥϹΦΗΤΤ[ΙΟΝ]
ΤΟΝΕΥΜΟΛΠΙΔΗΝ

Formam Α dedi ex Chandl. Syllab. p. XXXII. Omnino in plurimis Chandlerum secutus sum, sed vs. 1. primum Κ ex Fourm. sine uncis praebui, item vs. 3. litteram Υ ex Pocock. Vs. 1. extr. Poc. ΤΗΙ, Chandl. Fourm. ΤΗ. Vs. 5. Chandl. ΕΥΜΟΛΠΙΔΑΝ: Η pro Α recte Pocock. Fourm.

Κατὰ τὰ δόξαντα τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ Σεκοῦνδον Ἀττικὸν Εὐδόξου Σφήττιον τὸν Εὐμολπίδην. De hoc viro cf. n. 399. unde eius aetas cognoscitur.

401.

In campo Eleusinio Athenas versus, in ruderibus ecclesiae, quae sepulcri locum occupasse videtur. Ed. Chandler. Inscr. II, 23. p. 78. hinc Brunck. Anal. T. III. p. 315. n. 750. (cf. Iacobs. Animadvv. T. III. P. II. p. 336.), Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 246. Bendtsen Marm. myst. Spec. I. p. 13 sqq.

ııΙΜΑΤΟΔΕΥΨΙΦΑΝΕΣΔΗ <ΙΑΙ ΟΙΟΔΕΔΟΡΚΑΣ
ΜΥΡΙΟΝΕΝΣΟΦΙΗΚΥΔΟΣΕΝΕΝΚΑΜΕΝΟΥ
ΟΣΤΕΛΕΤΑΣΑΝΕΦΗΝΕΚΑΙΟΡΓΙΑΠΑΝΝΥΧΑΜΥΣΤΑΙΣ
ΕΥΜΟΛΠΟΥΠΡΟΧΕΩΝΙΜΕΡΟΕΣΣΑΝΟΠΑ
ΟΣΚΑΙΔΥΣΜΕΝΕΩΝΜΟΘΟΝΟΥΤΡΕΣΕΝΑΛΛΕΣΑΩΣΕΝ
ΑΧΡΑΝΤΑΑΡΡΗΤΩΝΘΕΣΜΙΑΚΕΚΡΟΠΙΔΑΙΣ
ΑΜΑΚΑΡΟΝΚΑΙΔΗΜΟΣΕΠΕΣΤΕΦΑΝΩΣΕΓΕΡΑΙΡΩΝ

[Μνῆ]μα τόδε ὑψιφανὲς Δη[οῦ]ς [ζ]α[κόρ]οιο δέδορκας
μυρίον ἐν σοφίῃ κῦδος ἐνενκαμένου,
ὃς τελετὰς ἀνέφηνε καὶ ὄργια πάννυχα μύσταις
Εὐμόλπου, προχέων ἱμερόεσσαν ὄπα·
ὃς καὶ δυσμενέων μόθον οὐ τρέσεν, ἀλλ' ἐσάωσεν
ἄχραντα ἀῤῥήτων θέσμια Κεκροπίδαις.
Ἆ μάκαρ, ὃν καὶ δῆμος ἐπεστεφάνωσε γεραίρων
. . . .

Hierophantae nomen non opinor in alia monumenti parte periit, sed siletur de industria (cf. n. 434. et ad n. 190.). Vs. 1. ζακόροιο emendavi certa via, quam posthac vidi etiam Iacobsium inisse: et vs. 7. ἆ μάκαρ, ὃν dedi, quum alii voluissent ἆ μάκαρον: quamquam etiam μάκαρος non sine exemplo est in titulis. Inscriptio est quidem sepulcralis; non tamen dubito hierophantae imaginem appositam fuisse (cf. n. 405.); et praestabat certe honorariis addere hunc titulum. Vs. 5. de hostium Eleusinem petentium impetu dicitur: fuerunt opinor Gothi, qui circa a. 269. Achaiam omnem vastaverunt, deinde a Dexippo Atheniensi fusi, Epirum, Acarnaniam, Boeotiam pervagati sunt. Cf. ad n. 380. qui titulus eandem scripturae formam refert.

402.

Marmor Elginianum Viscont. n. 40. Synops. Mus. Brit. n. 197. Ex schedis a Rosio missis.

ΑΣΚΛΗΠΙΟΥΜΕΔΜΩΑΠΥΡΦΟΡΟ
ΠΕΙΣΩΝΑΛΕΥΣΣΕΙΣΙΠΠΙΚΟΝΗ
ΑΡΞΑΝΤΑΘΗΝΑΙΟΙΣΔΕΤΗΝΕΠ
ΚΑΤΑΤΟΕΠΕ[Ρ]Ω[Τ]ΗΜΑΤΩ
ΣΥΝΕΔΡΙΟΝΙΕΡΕΟΣ
ΑΓΑΘΟΠΟΔΟΣΦΛΥΕΩ

Ἀσκληπίου με δμῶα πυρφόρο[ν φίλον
Πείσωνα λεύσσεις, ἱππικ[ῶ]ν ἡ[γήτορα,
ἄρξαντ' Ἀθηναίοις δὲ τὴν ἐπ[ώνυμον.
Κατὰ τὸ ἐπε[ρ]ώ[τ]ημα τῶ[ν Ἀρεοπαγειτῶν τὸ ἱερὸν
συνέδριον, ἱερέ[ω]ς . . . .
Ἀγαθόποδος Φλυέ(ως).

Titulus statuae subscriptus ministri Aesculapii, taediferi, qui olim, quantum video, equitum dux fuerat, et archon eponymus: sed tum quum statua dedicaretur, taedifer fuit. Vs. 1. 2. exempli causa explevi: vs. 3. malim ἄρξαντ', Ἀθηναίοις δὲ scribi posse: sed vix hoc fieri potest. Synedrium haud dubie concilium sacerdotum est, ἱερὰ γερουσία.

403.

Eleusine in casa Albani s. coloni, in basi statuae, litteris pessimis. Ed. Chandl. Inscr. II, 119. p. 77. Habeo etiam ex schedis Villoisoni (in campo Rario) et Akerbladii, quas misit Münterus.

ΗΠΟΛΙC
ΑΙΡΑΡΙΟΝCωCΙ
ΠΑΤΡΟΝΔΑΔΟΥ
ΧΟΝ
ΔΑΜΟΤЄΛΟΥCΚΑΙΘΙCΒΙΑΝΟΥ
ΤωΝΔΑΔΟΥΧΗCΑΝΤωΝЄΓΓΟΝΟΝ

Litteram Λ dedi ex Chandleri syllabo. A apud Chandl. est Ⴤ; haud dubie fuit Α, quod dedi. Vs. 5. θ dedi ex Vill. (Chandl. Θ). Vs. 6. Chandl. ΔΑΔΟΥΧΑΔΑΝΤΟΝ, quod correxi ex Vill. Ak. Ibidem Ak. ΕΚΓΟΝΟΙ, Vill. ЄΓΓΟΝΟΙ.

Ἡ πόλις Αἰράριον Σωσίπατρον Δᾳδοῦχον, Δαμοτέλους καὶ Θισβιανοῦ τῶν δᾳδουχησάντων ἔγγονον.

404.

Eleusine in ruderibus parietinis templi Cereris et Proserpinae. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 125. Sine varietate praebent schedae Fourmonti.

ΤΟΥΑΥΤΟΚ[ΡΑ]
ΤΟΡΟΣΑΝΔ . .
ΑΝΚΡΑΤΕΡΟ . .
ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ
ΑΧΑΙωΝ

Tituli ratio perspici non potest; mentio fit Αὐτοκράτορος, et aperta verba ἀρχιερεὺς Ἀχαιῶν, ob quae sola hoc loco hoc fragmentum reposui.

405.

Marmor Dawkinsianum Oxonii, olim Athenis in ea parte D. Cyriani, quam architecti vocant *Metochi*, prope palatium archiepiscopi. Aeri incisum titulum, pessimis litteris insignem, dedit Chandler. Marm. Oxon. II, 72. Hinc Brunck. Anal. T. III. p. 281. n. 612. (cf. Iacobs. Animadvv. T. III. P. II. p. 205.). Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 145.

ΛΗΟΥCΚΑΙΚΟΥΡΗCΘЄΟΪΚЄΛΟΝΙЄΡΟΦΑΝΤΗΝ
ΚΥΔΛΙΝωΝΠΛΤЄΡΑCΤΗCЄΔΟΜΟΙCΚΛЄΑΔΑC
.ЄΚΡΟΠΙΗCCΟΦΟΝЄΡΝΟCЄΡωΤΙΟΝωΙΡΑΚΑΙΑΥΤΟC
ΛЄΡΝΑΙωΝΑΔΥΤωΝΪCΟΝЄΔЄΚΤΟΓЄΡΑC

Δηοῦς καὶ Κούρης θεοΐκελον ἱεροφάντην
κυδαίνων πατέρα στῆσε δόμοις Κλεάδας,
Κεκροπίης σοφὸν ἔρνος Ἐρώτιον· ᾧ ῥα καὶ αὐτός
Λερναίων ἀδύτων ἶσον ἔδεκτο γέρας.

Epigramma hoc non ab omni parte recte intellectum est. *Erotius* eo celebratur Atheniensis (Κεκροπίης σοφὸν ἔρνος), qui Cereris et Proserpinae Hierophantes, Eleusine puta, fuit. Huius statuam domi posuit Cleadas filius: hic tamen non Eleusinius Hierophantes fuit, sed Lernaeus: nam Lernae quoque Demetria mysteria fuisse notum est. Igitur Cleadas dicitur *par patri munus honorificum accepisse*, hierophantiam *Lernaeorum adytorum*. Cleadam Lernaeorum Hierophanten fuisse docet epigramma a Iacobs. Anthol. Palat. T. II. p. 241. recte editum:

Τήνδε πύλην λάεσσιν ἐϋξέστοις ἀραρυῖαν,
ἀμφότερον, κόσμον τε πάτρῃ καὶ θάμβος ὁδίταις,
τεῦξε Κλέης Κλεάδας ἀγανῆς πόσις εὐπατερείης
Λερναίων ὑδάτων περιώσιος ὀργιοφάντης,
τερπόμενος δώροισιν ἀγασθενέων βασιλήων.

Simul inde patet, Cleadam esse Argivum, id quod ipsa nominis ratio statim mihi suggesserat. At pater est Atheniensis. Quippe Attici Hierophantae cum Lernaeis connubio iuncti erant; unde Erotii f. ex Argiva haud dubie matre ortus, Lernaeorum Hierophantes constitutus est. Δόμοις autem nisi forte de *domo* patris intelligendum sit, filius tum Athenis domum habuerit necesse est. Nempe retinebat is etiam Atticam civitatem. Erotium puto defunctum esse.

406.

In basi, quae Eleusine olim posita, mox Salaminem translata est in aedem Beatae Virginis. Ex schedis Fourmonti.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ΚΑΤΑΤΑΑΠΑΝΤΑΤΗΣ
M̲X ΒΟΥΛΗΤΩΝ
ΧΤΟΝ \ΤΙΑΝΜΥΗ
ΘΟΝΤ ΗΝΛΙΟΝΤ
ΚΑΙЄΠ ΡΟΔЄΙΤΟΝ
ΘΗΝ O̲ΥΠЄΡΙΟΔΟ
ΚΟΥΥ ΝΦΛΥЄΑ
ΠΑΙϹΝЄΜЄΩΝΟΝΟΜЄΖ
\ΘΗΝ ΙΟϹΑΥΞΟΜЄΝΟΝΔЄ
Τ ΝΟΦ ΑϹΑΝΤΟΚЄЄϹΔΙΟΝ
ΘΗΝΟΦΙΛΟΝ

Titulus quamvis turpiter habitus tamen integer restitui potest.

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Κατὰ τὰ δόξαντα τῇ ἐ[ξ Ἀρείο-
υ] πά[γου] βουλῇ [καὶ τῇ βουλῇ] τῶν
Χ' τὸν [ἀφ' ἑ]στίας μυη-
θέντ[α Ἀθ]ήναιον, τ[ὸν
καὶ Ἐπ[αφ]ρόδειτον, [Ἀ-
θην[αί]ου περιοδο[νεί-
κου υ[ἱό]ν, Φλυέα.
Παῖς μὲν ἐὼν ὄνομ' ἔσ[χεν
Ἀθήν[α]ιος, αὐξόμενον δέ
ὠνόμασαν τοκέες δῖον
Ἀ]θηνόφιλον.

Vs. 1. ΑΠΑΝΤΑ fuit ΔΟΞΑΝΤΑ, quae formula usitata, e. c. n. 400. Vs. 2. Σ (pro quo C esse debebat) muta in Є. Ibidem M̲X superest ex *πάγου* fuitque ΠΑ. Mox Fourm. a priori ΒΟΥΛΗ aberravit ad alterum, omissis intermediis. Vs. 4. siglo Χ non confido: nam hac aetate (diu opinor post Hadrianum titulus scriptus) non Sexcentorum Senatus fuit, sed Quingentorum: neque Fourmonti ea est fides, ut neges Χ in Φ mutari posse. De *μυηθέντι ἀφ' ἑστίας* v. ad n. 393. Quae deinceps usque ad vs. 7. correxi, aperta sunt. Sequitur distichum elegiacum:

Παῖς μὲν ἐὼν ὄνομ' ἔσχεν Ἀθήναιος, αὐξόμενον δέ
ὠνόμασαν τοκέες δῖον Ἀθηνόφιλον.

Singulae correctiones manifestae sunt: et cave *Νεμέων* scribas, quod fucari aliqua ratione possit: sed *μὲν* desideratur et *ὢν* quoque: etiam *ὠνόμασαν* certum est, licet Fourmontus magnopere aberraverit. In voce Ἀθήναιος corripitur diphthongus *αι*, quod fieri in hac voce negavi ad n. 33. Nec tamen id sine exemplo est, ut hic et ap. Aristoph. Vesp. 282. *φιλαθήναιος*. Attamen rara admodum haec correptio est, nec nisi metro urgente expressa: nec post haec exempla in titulo n. 33. Ἀθηνέων pro Ἀθηναίων accipi potest. Immo nuper ad me missa est vasis inscriptio Beneventi effossi, quae his verbis concepta est: *τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων*, prorsus ut in Byzantio titulo; et vas istud Attico illi (n. 33.) simillimum est. Unde iam patet, n. 33. quoque legendum esse: *τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων εἰμί*, et inter ΝΘ (Θ est Theta, non Omega, ut putabamus) excidisse vocalem Ε, sententiamque esse: *Sum ex praemiis, quae Athenis reportata sunt.* Haud dubie autem id vasculum Beneventi effossum ex Panathenaica victoria reportaverat Graecus quidam Maloentinus. Sed redeo ad epigramma Athenaei. Is igitur, quod superior tituli pars docet, et *Athenaeus* et *Epaphroditus* nominatus est; versus autem docent puerum esse Athenaeum vocatum. Quod nomen retinet etiam in superiore parte: et recte: nam *ὁ μυηθεὶς ἀφ' ἑστίας* est puer (v. ad n. 393.). At idem erat iam *αὐξόμενος*, ut in fine dicitur: unde patet non teneros pueros, sed adolescentibus propiores fuisse hos *ἀφ' ἑστίας μυηθέντας*. In versibus vero *παῖς* de prima pueritia dictum: unde opponitur *ὁ αὐξόμενος*. Aliter haec explicari nequeunt. Sed mirum quod, quum alterum eius nomen in superiore parte sit *Epaphroditus*, in versibus is postea *δῖος Ἀθηνόφιλος* vocatus dicatur. Quam rem vide an ita expedias. *Parentes* Athenäeum, quod omnibus civibus carus esset, *Ἀθηνόφιλον* vocarunt; sed *cives* vocarunt *Ἐπαφρόδειτον*, quod gratiosus et venustus esset: ex qua denominatione fluxit altera, qua eum vocarunt parentes.

CAPUT QUINTUM.

VARIORUM VIRORUM.

407.

Athenis in arce. Ed. Chandlerus Inscr. II, 17. p. 52. Ex Gellii schedis misit Rosius.

ΟΔΗΜΟ≶ΟΧΙΩΝ
ΦΗ≶ΙΝΟΝ≶ΚΥΘΙΝΟΥ.
ΑΘΗΝΑΙΓΟΛΙΑΔΙ
ΚΑΙΘΕΟΙ≶ΓΑ≶Ι

Formas Γ ex Chandl. Α, Θ, ≶ ex Gell. dedi; ex eodem vs. 1. dedi ΧΙΩΝ (Chandl. ΧΙΙΑΝ), et extra uncos primam vs. 3. litteram Α et vs. 4. Κ. Positum litterarum ex Gellii schedis dedi. Ὁ δῆμος ὁ Χίων Φήσινον Σκυθίνου Ἀθηνᾷ Πολιάδι καὶ θεοῖς πᾶσι. Aetas tituli fuerit fere Alexandri M. vel successorum.

408.

In insula Salamine prope vicum *Ampelaki*, in marmore nigro. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 92. Wheler. Itin. p. 421.

ΝΙΚΟΚΛΗΣΗΓΗΣΙΓΓΟΥΑΝΑΓΥΡΑΣΙΟΣ
ΕΙΚΟΝΑΤΗΝΔΕΑΝΕΘΗΚΕΝ . . . ΜΩΝΓΑΤΡΟΣΕΑΥΤΟΥ
ΑΘΑΝΑΤΟΙΣΙΘΕΟΙΣΚΟΣΜΩΝΙΕΡΑΝΣΑΛΑΜΙΝΑ

Formam Γ dedi ex Whel. et titulum in tres lineas divisi, quod fieri oportere ex utroque apographo patet. Vs. 2. dedi Sponii lectionem: Whel. ΑΝΕΘΗΚΕΝΝΙ . . . . . ΜΩΝ, quod non potest verum esse. Exempli causa in trium ap. Spon. litterarum spatio colloco litteras ΑΠΗ.

Νικοκλῆς Ἡγησίππου Ἀναγυράσιος.
Εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκεν [Ἀπή]μων πατρὸς ἑαυτοῦ
ἀθανάτοισι θεοῖς, κοσμῶν ἱερὰν Σαλαμῖνα.

Filius . . . *mon* patris imaginem dicavit, *Nicoclis Hegesippi f.*

409.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΣΩ
ΑΥΤΟΥΠΑΤΕΡ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥΔ
ΚΛΥΜΕΝΩΙΚ

Διονύσιος Σω . . . . . . [τὸν ἑ]αυτοῦ πατέρ[α] . . . . . . Διονυσίου Δ . . . . Κλυμένῳ κ[αὶ Κόρῃ. Κλύμενον esse inferorum deum ex Pausania aliisque constat, etiam ex inscriptionibus, iisque Hermionensibus. Cf. Müller. Dor. T. I. p. 399.

410.

„Athenis prope domum Consulis Franciae"; ex schedis Fourmonti.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΝΔΗΜΗΤΡΙΟ[ΥΠΕ
ΙΡΑΙΕΑ
ΘΕΟΔΩΡΟΣΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ[Π
ΕΙΡΑΙΕΥΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ἀντίπατρον Δημητρίου Πειραιέα Θεόδωρος Ἡρακλείδου Πειραιεὺς ἀνέθηκεν.

411.

Athenis ad viam in arcem, in marmore; ed. Dodwell. Itin. T. I. p. 318.

ΟΔΗΜΟΣ
. . . . ΤΗΣΣΩΚΡΑΤΟΥΣΘΟΡΙΚΙΟΣ
. . . ΣΕΜΝΗΣΑΝΑΠΟΦΡΕΝΟΣΑΞΙΑΜΟΙΣΑ
. . . Σ...Ω....ΥΓΙΩΝΥΙΕΣΕΡΙΧΘΟΝΙΔΑΝ
. . . . ΣΟ.......ΑΣΕΔΟΣΑΝΤΕΡΑΣΑΙΓΑΡΑΘ
. . . . ΤΟ...ΟΔΑΝΔΡΙΤΕΚΕΙΝΧΑΡΙΤΑ

Duo primi versus litteris paulo maioribus. Vs. 1. 2. haec fere sunt:

Ὁ δῆμος.
Σωκρά]της? Σωκράτους Θορίκιος.

Ex vs. 4. medici honores fuisse coniicio, cui statua dicata, quae utpote insigni arte elaborata τέχνας τέρας dici videtur. Exempli causa sic scripsi, vs. 4. primo Σ in Ε mutato:

Οὔποτέ σοι] σεμνᾶς ἂν ἀπὸ φρεν[ὸ]ς ἄξια Μοισᾶ[ν
δεῖ]ξε[ν δ]ᾶ[ρ'] ὑγιῶν υἷες Ἐριχθονιδᾶν·
τοὔνεκά] σο[ι τέχν]ας ἔδοσαν τέρας· αἱ γὰρ Ἀθ[ᾶναι
σπεύδουσιν] το[ι]ῷδ' ἀνδρὶ τεκεῖν χάριτα.

Nec multum haec discedent a vero.

412.

Athenis sub arce. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 132.

ΟΔΗΜΟΣ Α. . . .ΝΙΟΝ
ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΝ . . . . .
ΕΠΙΦΑΝΗΝ ΕΠΙΓΕΝΟΥ
ΕΥΩΝΥΜΕΑ
ΔΙΗΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Ὁ δῆμος . . . .
στρατιώτην . . . . .
Ἐπιφάνην Ἐπιγένου
Εὐωνυμέα.
Δίης●(?) ἐποίησεν.

Statua militi Atheniensi posita. Δίης non arbitror sanum esse.

413.

In vicinia turris ventorum, ubi rudera Romani operis; Dodwell. Itin. T. I. p. 377.

ΟΔΗΜΟΣ
ΛΕΥΚΙΟΝ
ΛΕΥΕΙΟΥ
ΑΤΝ

Ὁ δῆμος Λεύκιον Λευ[κ]ίου . . . . . Multi hoc nomine Athenienses fuerunt: igitur hoc fragmentum non cap. II. inserui.

414.

Athenis in ecclesia „Agia Conom"; Dodwell. l. c. p. 380.

ΦΙΛΟΓΕΡΑΙ
ΕΛΕΩΝΙΔΗ
ΓΩΠΑΤΕΙΤΗΝ
ΑΜΑΡΑΝΟΡΥ
ΕΗΑΡΑΨΤΟΚ
ΥΠΕΙΓΤΙΝΑΝ
ΖΙΝ

Vs. 1. Φιλογέραιον, 2. Ἐλεωνίδην (sed quid hoc?), 3. Ἀρεοπαγείτην? etc.

415.

In conventu Capucinorum Athenis. Male edidit Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. n. 2. p. 51. Ego dedi ex schedis D. St-Martin et Fourmonti.

ΗΒΟΥΛΗΗΕΞ
ΑΡΕΟΥΠΑΓΟΥΚΑΙ[ΗΒΟΥ
ΛΗΤΩΝΧΚΑΙΟΔ
ΗΜΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΝ . . .
ΟΔΩΙΟΥΑΛΙΜΟΥΣ[ΙΟΝ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

Dedi schedas Martinianas, nisi quod vs. 4. ultimum Ν ex Fourm. est (Poc. Λ, Mart. Υ) et vs. 5. ΔΩ ex Fourm. Pocock. (Mart. ΛΟ): dein ibid. Mart. in fine ΟΣ, Fourm. ΟΥ, Poc. ΟΥΣ; postremo vs. 6. Σ inserui ex Fourm. Praeterea noto vs. 3. Χ diserte esse ap. Fourm. Mart. (Poc. Υ), et vs. 5. post Ω Fourm. et Mart. ductum Ι habere, quem omittit Poc. Titulus Hadriano antiquior est, sed recentior quam Olymp. 118. Vs. 2. forma ΑΡΕΟΥ non satis certa est; Fourm. Poc. solum ΟΥ habent, omissis praegressis.

Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ
Ἀρέου πάγου καὶ [ἡ βου-
λὴ τῶν Χʹ καὶ ὁ δ-
ῆμος Δημήτριον . . .
οδώ[ρ]ου Ἁλιμούσ[ιον,
ἀρετῆς ἕνεκεν.

416.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

.ΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
. . ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΟΥΦΛΥΕΑ
ΑΝΤΑΣΤΡΑΤΙΩΤΙΚΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑΡΙ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΩΙΣΕΒΑΣΤΩΙ
ΑΝΕ. . ΤΩΙ. . ΩΝΣΕΒΑ
ΣΤΩΝ

Ἡ βουλ]ὴ καὶ ὁ δῆμος
. . . . Ἀριστονίκου Φλυέα,
ταμιεύσ]αντα? στρατιωτικῶν
Αὐτοκράτορι Καίσαρι
Γερμανικῷ Σεβαστῷ
. . . . τ]ῶν Σεβα-
στῶν.

Tot fuerunt Imperatores Germanici, ut qui sit dici nequeat; neque ex litterarum forma et scripturae genere quidquam diiudicare licet: potest tamen Tiberius vel Claudius intelligi.

417.

In ascensu ad arcem, in marmore candido. Ed. Clark. Itin. P.II. S.II. p. 474.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥ
ΛΗΤΩΝΕΞΑΚΟΣΙΩΝΚΑΙ
ΙΟΥΛΙΟΝΝΙΚΑΝΟΡΑ . .

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βου[λὴ καὶ ἡ βου-
λὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ [ὁ δῆμος . .
Ἰούλιον Νικάνορα . .

Titulus ante Hadrianum scriptus, sed post Augusti initium, ut videtur.

418.

Primus versus separatim editus ap. Cyriac. p. XIV. n. 98. „Athenis in Areopago ad aedem Dionysii, in quadam marmorea columna", item ap. Murat. T. II. p. MLXX. 4. ex schedis Cyriaci Barberinis. Nexu orationis duce adiunxi versus 2-4. ex Cyriaco n. 102. „Athenis, ad lapidem ornatum imaginibus viri et puerorum", quos ex suis et Cyriaci schedis dedit etiam Murat. T. II. p. DCCCLXXXVII. 8. et inde Gor. Inscr. Etrur. T. III. Append. p. 240.

ΑΡΧΕΒΙΟΣΠΕΙΡΑΙΕΥΣΚΑΙΣΑΡΟΣΘΕΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣΑΝΤΙΟΧΟΣΑΛΕΙΠΤΗΣ
ΠΑΙΔΩΝΚΑΙΣΑΡΟΣΕΠΕΜΕΛΗΘΗΕΥΤΥΧΗΣ
ΚΑΙΠΑΝΤΟΝΕΙΚΟΣΣΥΝΕΞΕΛΕΥΘΕΡΟΙ

Sustuli puncta quae ap. Cyriac. sunt; ceterum hunc secutus sum, nisi quod vs. 4. pro ΣΥΝΕΝ ex Murat. ΣΥΝΕΞ dedi, quamquam non video cur nunc συνεξελεύθεροι dictum sit et vs. 2. ἀπελεύθερος.

Haud dubie hic titulus anaglypho subscriptus est, quod ipsum Archebium, Attica civitate donatum, repraesentabat, et iuxta eum collibertos Eutychem et Pantonicum; curavit imagines Antiochus aliptes puerorum Caesaris, hoc est alimentariorum. Sic in Latinis titulis *pueri puellaeque Ulpiani* etc. Vide Fr. Aug. Wolf. *von einer milden Stiftung Traians* p. 25 sqq. Καῖσαρ θεὸς Σεβαστὸς est Augustus post obitum. Ceterum quae post ἐπεμελήθη posita sunt, ea separari debent; ad alia enim illa spectasse videntur, non ad vocem ἐπεμελήθη. Igitur haec sic interpungenda:

Ἀρχέβιος Πειραιεύς, Καίσαρος θεοῦ Σεβαστοῦ
ἀπελεύθερος,
Ἀντίοχος ἀλείπτης παίδων Καίσαρος ἐπεμελήθη.
* * *
Εὐτύχης καὶ Παντόνεικος συνεξελεύθεροι.

419.

Athenis in domo. Ed. Chandler. Inscr. II, 37. p. 57.

ΤΙΒΕ]ΡΙΟΝΚ[Λ]ΑΥΔΙΟΝΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΚΛΑ]ΥΔΙΟΥΔΙΟΤΕΙΜΟΥΥΙΟΝΘΕΟΦΙΛΟΝ
ΒΗΣΑΙΑ

In alio lapide fuisse verba ὁ δῆμος, non male coniicit Chandl.

Τιβέριον Κλαύδιον, Τιβερίου Κλαυδίου Διοτείμου υἱόν, Θεόφιλον, Βησαιᾶ.

420.

In basi, cui posthac titulus n. 380. impositus est. Non satis accurate dedit Chandl. Inscr. II, 34. p. 55. Equidem praeter notitiam collectionis Choiseulianae n. 253. in qua hic titulus commemoratur ab auctore Dubois, usus sum apographis Fourmonti, Akerbladii (quod misit Münterus), Mülleri, quod Parisiis factum est in Museo regio (v. catal. Clarac. n. 543.). Aeri incisus titulus etiam in tabulis Claraci. Litterae sunt egregiae.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝΦΚΑΙΟ
ΣΕΜΝΟΤΑΤΟΣΔΗΜΟΣΟΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΚΥΙΝΤΟΝΑΔ. . . . ΝΕΠΙΚΤΗΤΟΝ
ΠΟΛΕΙΤΕΥΣΑΝΤΑΚΑΙΠΑΣΑΝΠΟΛΕΙΤΕΙΑΝ
ΑΡΙΣΤ
Ψ Β

Vs. 1. addidi ex Mülleri apographo, quod optimum est, et ex Akerbl. Clar. Dub. Vs. 2. Ak. ΑΡΙΟΥ, celeri ΑΡΕΙΟΥ; litteras ΠΑ diserte habent Ak. Müll. (Fourm. . A, Chandl. lacunam, Clar. litteras arrosas praebent). Vs. 4. articulum ὁ ante Ἀθηναίων solus omittit Chandl. Vs. 5. litteras ΑΔ Müll. habet, et idem quattuor puncta: Clar. ΑΛ. . . . . ., ceteri lacunam. Vs. 6. Chandl. ΠΟΛΙΤΕΥΣΑΝΤΑ . . ΠΟΛΕΙΤΕΙ[ΑΝ], Fourm. ΓΟΛΕΙ. . . . . ΘΛΕΙΤΕΙ \, Akerbl. ΠΟΛΕΙΤΕΑΣΑΠΟΛΕΙΤΕΙΑΝ, Müll. quod dedi, sed litteris ΝΤΑΚΑΙ ut incertis notatis; Clar. ut Müllerus, nisi quod ultimum Ι vocis ΚΑΙ ut

certum habet. Vs. 7. 8. soli Müll. et Clar. habent. Ceterum vss. 1. 8. maioribus litteris scripti sunt.

Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν Φ' καὶ ὁ σεμνότατος δῆμος ὁ Ἀθηναίων Κύϊντον Ἀδ... [ο]ν Ἐπίκτητον, πολειτευσά[μενον] πᾶσαν πολειτείαν ἄριστ[α]. Ψ. Β. (ψηφίσματι βουλῆς.) Titulus Hadriano non antiquior. Πολειτεύσαντα καὶ sensu cassum est: quod dedi postulat res et usus.

421.

Athenis in magna basi marmorea prope portam occidentalem. Bis editus titulus inter Cyriaci inscriptiones, p. x. n. 75. et p. xiv. n. 101. dein ex suis et Cyriaci schedis ap. Murat. T. II. p. DXLVII. 4.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝ
ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝΚΑΙΟΔΗΜΟΣΟΑΘΗΝΑΙΩΝ
. . . . ΤΟΥΑΤΤΑΛΟΥΦΛ.

Dedi alterum Cyriaci exemplum (n. 101.): in altero versus aliter divisi sunt, rursumque aliter ap. Murat. Vs. 1. Cyr. n. 75. Γ, vs. 2. Cyr. ib. et Mur. minus ex usu Attico ΔΗΜΟΣΤΩΝΑΘ etc.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν
πεντακοσίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων
.... Ἀττάλου Φλ.

422.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣΤΗ
ΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗΣΚΟΡΠΗΛΙΟ
ΟΝΟΜΑ

Ψηφισαμένης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, Κορνηλιανόν? etc. Cf. n. 394.

423.

Eleusine in parva ecclesia D. Georgii, in columna crassa. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 122. Wheler. Itin. p. 429. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 6. p. 62. ex Sponio Vandal. Diss. p. 501. Corsin. F. A. T. II. p. 169. (cf. T. IV. p. 176.).

ΑΡΞΑΝΤΟΣΤΗΝΕΠΩ.....
ΤΙΒ.ΚΛ.ΣΩΣΠΙΔΟΣΔΑΔΟΥΧΟΥ
ΤΙΒ.ΚΛ.ΛΥΣΙΑΔΟΥΔΑΔΟΥΧΟΥ
ΤΙΒ.ΚΛ.ΛΕΩΝΙΔΟΥΔΑΔΟΥΧΟΥ
ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΩΝΑΝΕΘ......
ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΟ.....
ΔΙΑΒΙΟΥΔΙΠΛΩΤΩΠ....
ΛΟΓΙΣΤΗΝΚΑΤΑΠΕ.....
ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΙΣΧΑΙΡΩ.....
ΚΟΡΩΝΕΥΣΙΘΗΒΑ......
ΤΗΣΤΕΑΛΛΗΣΑΡΕΤΗΣ

Fundus lectionis est Whelerianus, quocum in versuum adornatione mediocriter conspirat Poc. Vs. 2. et 3. ex Spon. addidi ΔΟΥΧΟΥ. Vs. 3. Spon. Whel. ΛΛΟΥ: dedi ΑΔΟΥ ex Poc. Vs. 4. deest ap. Spon. Vs. 5. ultimum Θ omittit Poc. et vs. 7. ultimum Π Spon. Vs. 11. Poc. Whel. ΤΕ, Spon. ΔΕ.

Ἄρξαντος τὴν ἐπώ[νυμον ἀρχὴν] ....
Τιβ. Κλ. Σώσπιδος Δαδούχου [τοῦ]
Τιβ. Κλ. Λυσιάδου Δαδούχου [τοῦ]
Τιβ. Κλ. Λεωνίδου Δαδούχου
συνκλητικῶν ἀνέθ[εσαν]
ἐννεακαιδεκατ ....
διὰ βίου, διπλῷ τῷ ....
λογιστὴν κατὰ πε[ρίοδον]
Ἐπιδαυρίοις, Χαιρω[νεῦσι,]
Κορωνεῦσι, Θηβα[ίοις] ......
τῆς τε ἄλλης ἀρετῆς.

Corsinus T. IV. titulum circa Olymp. 230. M. Aurelio Imp. ponit, nec male: ceterum tam multa in dextera parte perierunt, ut ille restitui nequeat. Manifesto is statuae subscriptus erat, sed nomen honorati et dedicantium intercidit. Archon, sub quo posita statua, initio designatus erat; Sospis an is fuerit, ignoro. Fortasse vs. 1. excidit nomen honorati, et vs. 2–5. maiores eius designati erant, sic: Ἄρξαντος τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν τοῦ δεῖνα Τιβ. Κλ. τὸν δεῖνα, Τιβ. Κλ. Σώσπιδος etc. Vs. 2–4. certe ex ordine maiores descripti sunt, nec videntur plura ibi perisse. De stemmate v. ad n. 385. maxime de Sospide et Lysiade. Hi omnes, quantum intelligo, vs. 5. dicuntur συγκλητικοί, *Senatorii*. Ibidem intercidit nomen dedicantium. Vs. 6. cogitaveris de aera Hadriani (v. ad 281.): sed non probo. Sequuntur vs. 7 sqq. elogia viri honorati. Διπλοῦν videtur *diploma* Caesaris: cetera rettulerim ad rationatorem earum civitatum, quae nominantur: ut ille vir per vices (κατὰ περίοδον) in concilio aliquo, ut in Panhellenio, rationatoris munus gesserit civitatibus, quae alternis praefuerint concilio.

424.

Prope Athenas; ex schedis Fauvelii edidit et explicuit Viscontus Hist. Institut. reg. Gall. Class. hist. et litt. T. III. p. 44 sqq.

ΙΟΥΛΙΟΝΘΕΟΔΟ . . .
. . ΕΛΠΕΑΣΟΦΙΣΤΗΣ
ΟΙΜΑΘΙΤΑΙ

Recte Viscontus:

Ἰούλιον Θεόδοτον
Μελιτέα σοφιστὴν
οἱ μαθηταί.

Vide ad n. 397. unde aetas tituli patet.

425.

Olim Athenis in domo, in basi. Edidit Chandler. Inscr. II, 60. p. 67. versusque inde petiit Brunck. Anal. T. III. p. 315. n. 751. (cf. Iacobs. Animadvv. T. III. P. II. p. 337.), Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 351. Usus sum etiam schedis Fourmonti (qui Athenis transcripsit in domo Michaelis Phucae), item Mustoxydis, et Mülleri. Hic vidit in Britannia in aedibus Comitis Guilford.

ΤΟΝΔΕΑΡΕΤΗΠΡΟΥΧΟΝΤΑΝΕΟΝ
ΦΙΛΟΝΑΘΑΝΑΤΟΙϹΙΝ
ΜΟΥϹΟΠΟΛΟΝΦΙΛΟΤΕΙΜΟΝΟΜΩ
ΝΥΜΟΝΥΪΕΑΠΑΤΡΙ
ϹΥΜΦΟΡΟϹΕϹΘΛΟΝΕΤΑΙΡΟΝΑΝΕ
ϹΤΗϹΕΝϹΥΝΕΦΗΒΟΝ∠
ΠΙϹΤΙΝΚΑΙΖΩΟΝΤΙΦΕΡΩΝΜΝΗ
ΜΗΝΤΕΘΑΝΟΝΤΙ

ΕΠΙΑΡΧΟΝΤΟϹΤΙΤ·ΑΥΡ·ΦΙΛΗΜΟΝΟϹ
ΦΙΛ]ΑΔΟΥ∠ΚΟϹΜΗΤΕΥΟΝΤΟϹϹΤΑΤΙΟΥ
ΣΕ]ΡΑΠΙΩΝΟϹΧΟΛΛΕΙΔΟΥ

ΤωΚΑΤΑΠΑΝ
ΤωΝΓΑΙωΤω
ΠΥΚΤΗ

In forma versuum consentiunt Chandl. Fourm. Must. paulo aliter Müll. Formam Α dedi ex Must. ceteras ex Chandl. quocum ceteri fere consentiunt. Vs. 1. omnes ΝΕΟΝ, neque opus est scribere *νέων*. Vs. 4. Ϊ diserte Chandl. Must. Vs. 5. male Chandl. ϹΥΜΦΟΡΟΝ; Ϲ pro Ν dedi ex Fourm. Must. Müll. Ibidem extr. Chandl. ΑΝΑ, quod ex iisdem correxi. Vs. 6. extr. omnes ΟΝ; quo minus corrigendum *συνέφηβος*. Vs. 9. primum Ε ex Must. Vs. 12. 13. omittunt Chandl. Must. dedi ex Müll. et Fourm. qui vs. 13. litteram Ν per incuriam omisit.

Τόνδ' ἀρετῇ προὔχοντα νέον φίλον ἀθανάτοισιν
μουσοπόλον Φιλότειμον ὁμώνυμον υἱέα πατρί,
Σύμφορος ἐσθλὸν ἑταῖρον ἀνέστησεν συνέφηβον,
πίστιν καὶ ζώοντι φέρων μνήμην τε θανόντι.

Ἐπὶ ἄρχοντος Τίτ. Αὐρ. Φιλήμονος
Φιλάδου, κοσμητεύοντος Στατίου
Σεραπίωνος Χολλείδου.

Τῷ κατὰ πάντων Γαΐῳ, τῷ πύκτῃ.

Cosmetes idem n. 271. Archon idem qui *στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα* n. 191. unde aetas tituli cognoscitur, M. Aurelio et L. Vero imperantibus. Huius filius videtur Philemon hic ephebus esse, cuius imaginem dedicavit Symphorus. Ultima (vs. 12–14.) diversis sunt litteris scripta, ut dubites annon sint posteriore aetate addita. Si tamen ad eundem hominem pertinent, necesse est is Caius Aurelius Philotimus vocatus sit. Ὁ *κατὰ πάντων* est, opinor, qui adversus omnes cum successu decertavit; cf. *διὰ πάντων* et *ἐκ πάντων* (v. ad n. 232.).

426.

οντος ἰακχαγωγοῦ Διονυ-
σίου Μαραθωνίου, ζακο[ρ-
εύοντος ἁγιαφόρου Εὐκάρπου.

Dedicatur hoc titulo Veneris simulacrum cum columellis et imposito fastigio (ἀέτωμα recentiores dicunt, veteres ἀετόν, testantibus grammaticis Lex. Seg. p. 202. 348. coll. Suid. v. ἀετώματα, Harpocr. v. ἀετός, quae Os. attulit; h. l. vitiose αἴτωμα scriptum), item cum cancellis. Quae ubi considero, exiguum aliquod sacellum dedicari mihi videtur, fortasse rupi contiguum, duabus in fronte columellis insigne, quibus incumbebat aëtoma; in cellula positum erat simulacrum, aditusque clausus cancellis. Quod de rupe dixi, eo deducit locus, ubi titulus inventus, apud monumentum Thrasylli in arcis saxo. Simul quae haec dedicavit, ea ipsius deae statuam, et quae circum statuam, instauravit. Sed quaenam est ipsa dea? Neque enim ex hoc tituli fragmento constat, Veneri haec dedicata esse: potuit Veneri Venus, potuit etiam alii deae dedicari. Iam ubi Veneri ipsi sacellum dicatum putes, prope id sacellum alia debuit et amplior statua esse, ad quam referantur verba ἐπισκευάσασα καὶ αὐτὴν τὴν θεὸν καὶ τὰ περὶ αὐτήν. Haud pauca Athenis fuerunt Veneris fana, quae cum Musis diligit Atticam auctore Sophocle (Oed. Col. 685.). Non dico de iis templis, quae in agris fuerunt, ut Philae, fortasse etiam Pythonicae (v. ad n. 507. 508.), ut Coliadis, ut apud Athmonenses Uraniae (Pausan. I, 14. extr.), ut in demo Alopece (n. 395.) etc. sed celebre in Piraeeo est Veneris templum a Conone exstructum (Pausan. I, 1, 3.): unde pars Piraeei portus τὸ Ἀφροδίσιον vocatur (Schol. Aristoph. Pac. 145.). In urbe statuae Veneris duae in templo Martis (Pausan. I, 8, 5.), et templum notissimum Veneris Uraniae (ib. I, 14, 6.), de qua cf. Polemonem ap. Schol. Soph. Oed. Col. 100. templumque Ἀφροδίτης ἐν Κήποις (ib. 19, 2. ubi cf. Siebel.). Sed haec templa et simulacra omnia sunt longe dissita a Παναγίας Σπηλιωτίσσης. Contra in eius vicinia venerationem habuit Ἀφροδίτη πάνδημος. Nam in occidentem ex Παναγίας Σπηλιωτίσσης est templum Aesculapii, tum Themidis et ante hoc tumulus Hippolyti: post quem Pausanias (I, 22, 1-3.) de Ἀφροδίτῃ πανδήμῳ dicit, ut, si Pausaniae dictionem noris, videas, ibi eius statuam vel etiam sacellum fuisse; sequitur templum Γῆς κουροτρόφου, et Δήμητρος Χλόης. Ἀφροδίτην δὲ τὴν πάνδημον, ait, ἐπεί τε Ἀθηναίους Θησεὺς ἐς μίαν ἤγαγεν ἀπὸ τῶν δήμων πόλιν, αὐτήν τε σέβεσθαι καὶ Πειθὼ κατέστησε. τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ἀγάλματα οὐκ ἦν ἐπ᾽ ἐμοῦ· τὰ δὲ ἐπ᾽ ἐμοῦ τεχνιτῶν ἦν οὐ τῶν ἀφανεστάτων. Locus, de quo dicit, est ad rupem arcis: ubi olim Phaedra Thesei uxor dicitur templum Veneri dicasse, ex quo Troezenem prospicere posset, πέτραν παρ᾽ αὐτὴν Παλλάδος (Eurip. Hippol. 30.), vel ut Diodorus ait (IV, 62.) παρὰ τὴν ἀκρόπολιν: quod postea vocatum τὸ Ἱππολύτειον (Schol. Odyss. λ, 321.). Vides templum eodem fere loco esse, ubi Thesei Πάνδημος, in meridionali vel occidentali arcis radice, unde prospici Troezenem potuit: propinquus vero Hippolyti tumulus etiam magis hoc firmat. Haec Venus dicta Ἀφροδίτη ἐφ᾽ Ἱππολύτῳ s. Ἱππολυτία (Schol. Eurip. Hippol. 25. et ipse Euripides vs. 32. testes), ad Glaucopium montem (Schol. vs. 25. 30.), qui non differt ab arce (Eustath. ad Odyss. β, p. 104. 44. Bas.). *Eroticum* hoc templum vocatum esse Tzetzes scribit ad Lycophr. 1329. cui non confido. Iam haec omnia docent sub arce in austrum vel occidentem fuisse templum Veneris Hippolytiae et Pandemi, cuius origo ad Phaedram vel Theseum referebatur; et fortasse diversae ibi statuae fuerunt, Hippolytiae et Pandemi. Adde Harpocr. Suid. v. πάνδημος Ἀφροδίτη, ubi eius templum prope forum vetus a Solone exstructum esse narratur: quod non differt ab eo, de quo antea dixi. Quid igitur si in huius templi vicinia cellulam hanc cum simulacro dicarit deae Lychnaptria? Difficultas tamen in eo est, quod haec Lychnaptria simul ὀνειροκρίτις vocatur, quod sacerdos est ἰακχαγωγός, postremo in hoc, quod aedituus ἁγιαφόρος: mirum quoque, στολιστὴν addi, hoc est *vestitorem Deae*, ἱεροστολιστήν (cf. de hoc

Schneider. Lex. v. στολιστήριον et ab Os. allatum Sturz. de dial. Maced. p. 112.): nam hi omnes videntur sanctioris fere et mystici cultus ministri esse. Igitur Os. coniecit, Iacchei partem constituisse Veneris sacellum, apud Iacchum autem qui incubaverant, iis ut somniorum interpretem inservisse hanc Veneris Lychnaptriam. Ac sane apud Iaccheum sedisse somniorum interpretes, recte demonstravit ex Plutarch. Aristid. 27. Alciphr. Epist. III, 59. At de Veneris cum Iaccho coniunctione vix quidquam reppereris, nec sufficiunt quae Os. attulit: praeterea Iaccheum Athenis aliud non novimus nisi in Ceramici urbani finibus ad portam Piraeensem Cereris templum, ubi una Iacchus (Pausan. I, 2, 4.); sed ibi Venerem cultam quis docet? Immo *Cereri* eo loco Iacchus compositus reperitur. Atque insuper remotior ea aedes a loco Παναγίας Σπηλιωτίσσης. Igitur huius inscriptionis rationem me ignorare fateor; immo dubitari potest, an sacelli et Veneris dedicatio ad aliam potius deam quam Venerem ipsam pertinuerit. Quodsi Dionysius Marathonius, quae Osanni sententia est, non differt ab illo, cuius filius Archelaus in Deliaco titulo Isidi statuam dedicat, hic quoque non Veneri, sed Isidi donarium oblatum memorari dixerim; potuitque cultui Aesculapii, cuius templum in ea vicinia esse vidimus, aut Isis addita esse aut alia Isidi similis dea. Et haec sententia mihi verissima videtur. Primum enim στολισμὸς pars est cultus Aegyptiaci; unde in Inscr. Rosett. οἱ εἰς τὸ ἄδυτον εἰσπορευόμενοι πρὸς τὸν στολισμὸν τῶν θεῶν: atque ut in nostro titulo ὁ στολίζων primo loco positus est, ita Aegyptiis οἱ στολισταὶ s. ἱεροστολισταὶ s. ἱεροστόλοι sunt inter primores sacerdotum (Plutarch. de Isid. et Osir. c. 3.): et in Aegypto sunt στολιστήρια condita (Plutarch. ib. 20.). Deinde Isis maxime incubantibus somnia mittit; Isidisque religionem cum Iaccho compositam quis miretur? Denique ἁγιαφόρος non videtur alius esse ac παστοφόρος, ἱεραφόρος: cf. de his Aegyptiacis sacerdotibus Drumann. ad Inscr. Rosett. Dixi autem Isidem intelligendam esse aut Isidi similem deam. Et video ex n. 523. Athenis cum Osiride cultam esse Nephthyn, Isidis sororem, quae et ipsa Ἀφροδίτη habita est (Plutarch. de Isid. et Osir. c. 12.): quid igitur si Nephthyi Veneris simulacrum oblatum est? Si tamen non Aegyptiacae deae, sed Graecae Veneri dedicatae illae res sunt, ita iudicandum arbitror: neque ὀνειροκρίτιδος neque ἰακχαγωγοῦ neque ἁγιαφόρου officia Veneris cultui coniuncta fuisse, sed hanc Veneris Lychnaptriam fuisse simul ὀνειροκρίτιν, quae somnia interpretaretur iis, qui in medicorum deorum templis, ut vicino Asclepieo, incubassent; postremo Dionysium Veneris sacerdotem simul fuisse Iacchagogum Eleusiniacum, et similiter Eucarpum alius religionis Hagiaphorum. Sed praestat prior sententia. Mirus enim casus foret, quod omnes hi Veneris ministri aliis praeterea sacris fungerentur muneribus.

482.

Athenis. Ed. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. n. 33.

ΙΧΕΧΟΝΤΟΣΛΠΔΟΝΥΣΟΔ..ΟΥ......ΣΙΣΕΟΕΑΙΣ
ΣΩΣΦΟΣΣΙΞΛΛΤΕ.ΣΝ

Ἐπὶ ἄρχοντος Διονυσοδώρου? (Olymp. 208, 1. p. Chr. 53.) - - - θεαῖς - - - - -

483.

Eleusine, prope rudera templi Cereris et Proserpinae. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 125.

... ΑΣΤΟΣ Π.Π.ΤΑΙΣΘΕΑΙΣ
... ΗΓΑΓΕΝ

... Σεβ]αστός, πατὴρ πατρίδος, ταῖς θεαῖς
... ἤγαγεν.

484.

Eleusine in parva ecclesia D. Georgii. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 122. et hinc Corsin. F. A. T. II. p. 170.

ΟΙΠΑΝΕΛΛΗΝΕΣ
ΑΡΙΣΤΑ
. . . . . .
ΚΑΡΠΟΥΑΠΑΡΧΗΣ

Titulus Hadriano non antiquior, quo Imp. Panhellenia Athenis instituta et Panhellenum concilium. Vs. 4. lege καρποῦ ἀπαρχῆς: mire enim Corsinus *Carpum* vel *Eucarpum* aut *Polycarpum* hinc archontem eponymum finxit. Cereri dedicatae hoc titulo frugum primitiae sunt. — Tribus verbis alium titulum memoro, quem Sponius ait sese vidisse Eleusine in basi, initium nominis mystici Cereris ΑΧΘΕΙΑ, cum facibus duabus: quae basis interim periit (v. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 114.). Sed nomen illud mysticum est Ἀχαία, non Ἀχθεία, v. Hesych. et intt. v. Ἀχαία et Ἀχθεία. Ni fallor, illam basin sive aram Eleusiniam significat Chandlerus Inscr. II; n. 122. Duas taedas dicit decussatim insculptas esse, supra quas litterae .ΙΛΑΙΟΙ, in quibus vocem Φίλαιοι quaerit, nullo idoneo argumento: Sponio vero litterae ΑΙΟΙ potuerunt ΑΧΘΕ esse videri, quod illi Ἀχθεία Ceres obversabatur, quae nulla unquam fuit.

485.

„Ad urnam marmoream in aede Palladis", Cyriac. n. XIV. p. 97. et ex schedis Cyriaci a Compagnonio missis Murat. T. I. p. CDLXXI. 8. iterumque ex suis schedis, sed aliter divisis versibus P. II. p. DCCXCII. 2. Ex his Corsin. F. A. T. I. p. 47.

ΑΥΡ.ΠΑΡΑΣΙΟΣΕΥΤΥΛΙΔΟΥΦΙΛΑΣΙΟΣΑΝΕΘΗΚΕ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΠ.ΑΙΛ.ΑΛΚΙΔΑΜΟΥΧΟΛΕΙΛΟΥΚΗΡΥΚΟΣ
ΒΟΥΛΗΣΑΙΛΙΟΥΧΡΥΣΟΥΣΦΗΤΤΙΟΥ

Dedi Moronianum Cyriaci exemplum, quocum prius Muratorii convenit: nisi quod ex altero Muratoriano assumpsi lectionem ΦΙΛΑΣΙΟΣ p. ΦΛΙΑΣΙΟΣ. Phlyensis dicitur Φλυεύς, non Φλυάσιος, Phylensis Φυλάσιος.

Αὐῤ. Παῤ[ῥ]άσιος Εὐτυ[χ]ίδου Φ[υ]λάσιος ἀνέθηκε, στρατηγοῦ Π. Αἰλ. Ἀλκιδάμου Χο[λ]λεί[δ]ου, κήρυκος βουλῆς Αἰλίου Χρύσου Σφηττίου.

Archon non nominatur, ut n. 480. Titulus Antoninis non antiquior videtur: sed sine idonea causa Cors. eum post Gordiani tempora scriptum censet.

486.

In basi vel arula in arce prope Poliadis inventa, quam repraesentat Stuartus Ant. Att. Vol. II. p. 22. cf. p. 45. Sed idem titulus in basi marmoris candidi exaratus est, Eleusine inventa a Fauvelio, et in eius oppositis lateribus videtur bis inscriptus fuisse. Monumentum hoc alterum ex collectione Choiseuliana (catal. Dub. n. 211. ubi verba edita sunt) in Museum regium (catal. Clarac. n. 635.) illatum est, et expressa verba sunt a Claraco in tabulis aeri incisis. Eleusine inter rudera templi Cereris vidit etiam Dodwellus Itin. T. II. p. 174. Eleusinium eundem, quem Claracus repraesentat, titulum mutilum praebet Chandl. Inscr. II, 86. p. 69. Stuartianus integrior hic est:

ΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙΚΟΡΗΙ
ΦΑΒΙΟΣ
ΔΑΔΟΥΧΟΣ

In Eleusinio titulo vs. 1. Chandl. ΠΡΙΚΑΙΚ.. et supplet in Addendis Κ[ΙΛ]: ex Claraci tabula intelligitur vs. 1, solas litteras ΤΡΙΚΑΙΚ integras superesse, arrosis ceteris: tamen Dub. et Dodw. solum Ι vocis ΚΟΡΗΙ omittunt. Δήμητρι καὶ Κόρῃ Φάβιος Δᾳδοῦχος. Cf. ad n. 190. Fortasse marmor, quod in arce inventum, in vicinia templi Cereris Chloes positum erat, ut alterum Eleusine: quamquam Chloes templum a Poliadis satis remotum.

487.

Athenis in tegulis duabus magnis, apud Fauvelium, qui edidit Mag. encycl. a. XVII. (1812.) T. II. p. 94. Dederunt etiam Dodwell. Itin. T. I. p. 400. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 74.

ΙΕΡΑΝΜΗΤΡΙΘΕΩΝ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΚΑΙΑΜΜΩΝΙΟΣ

Pouq. ΑΜΜΩΝΙΟΣ, Fauv. Dodw. ΑΜΜΟΝΙΟΣ. Fauv. praeterea ΜΙΤΡΙ. Ἱερὰν μητρὶ θεῶν Διονύσιος καὶ Ἀμμώνιος, sc. ἀνέθεσαν. Sed quamnam rem? Credo τὴν πλίνθον: ita ut eadem inscriptio singulis tegulis impressa fuerit, quas illi dedicarant. De nominibus cf. n. 587.

488.

In ecclesia quae dicitur Ἅγιοι Σάραντα (quadraginta Martyrum) Menidae (ubi olim Acharnae). In lapide duo vasa ansata scalpta sunt, ut ait Chandlerus; Fourmontus et Mustoxydes unum praebent, nisi quod ille alterius ansas repraesentare videtur. Edidit Chandlerus Inscr. P. II. n. 117. p. 77. et ex Fourmonti schedis Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 54. (cf. p. 176.). Parum accurate dedit Pouquevill. Itin. T. IV. p. 106. qui unum vas insculptum dicit. Praeterea habeo ex schedis Mustoxydis. Caylus marmor hoc sepulcrale esse censet; mihi videtur donarium esse, et quasi libationis monumentum.

ΞΕΝΟΚΛΗΣΠΡ^ΕΣ^ΛΞΕΝΟΚΛΗΣ) ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΣΕΡΑΠΙΩΝ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΦΞΕΝΟΚΛΗΣ)Ν^G^7 ΑΠΟΛΛΩΝΙΟCΙΕΡΕ..
ΕΥΠΟΡΟCΙΕΡΕ..
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ΑΠΟΛΛWΝΙΟCΕΥΠΟΡΟΥ
ΣΤΕΦΑΝΟΥ
ΦΟΙΒΟΣΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ ΦΙΛΑΡΓΥΡΟC
ΖΩΣΙΜΙΑΝΟΣΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ ΑΡΙCΤΟΒΟΥΛΟΥ

Formas litterarum dedi ex Chandleri textu et Syllabo; minus accuratum Fourmonti apographum est, nec omnibus locis a Caylusio recte explicatum. Vs. 1. Ξ recepi ex Must. et Fourm. (apud quem pro verticali linea duae obliquatae), et vs. ult. Ζ pro Ζ ex Must. Praeterea vs. 1. sub ΕC addidi Λ ex Fourm. Must. Pouq. In media parte nomen Φ. Ξενοκλῆς, et in dextera columna nomen ΕΥΠΟΡΟCΙΕΡΕ maioribus litteris scriptum. Vox ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ a Chandl. iusto altius posita est; quod correxi ex ceteris. Etiam nomen Φιλάργυρος Ἀριστοβούλου ex Fourm. propius ad sinistram admovi. Ni fallor, nomina sunt cognatorum, qui simul libaverant numini. Nomina sic ordinanda videntur:

Ξενοκλῆς πρεσβύτερος, Λ. Ξενοκλῆς Ξενοκλέους,
Φ. Ξενοκλῆς Ξενοκλέους νεώτερος.

Ἀπολλώνιος Σεραπίων[ος,
Ἀπολλώνιος ἱερε[ύς,
Εὔπορος ἱερε[ύς,
Ἀπολλώνιος Εὐπόρου.

Διονύσιος,
Ἀριστόβουλος Στεφάνου,
Φοῖβος Ἀριστοβούλου,
Ζωσιμιανὸς Ἀριστοβούλου,

Φιλάργυρος
Ἀριστοβούλου.

Sic tres erunt familiae, prima Xenoclum, altera Dionysii et Aristobuli, qui fortasse frater Dionysii (huius familiae sunt Phoebus, Zosimianus, Philargyrus, filii Aristobuli), tertia Apolloniorum et Eupori, qui eorundem necessarius est. Siglum) significare cognominem filio patrem, alibi exposui. In Xenoclum autem familia unus diserte Φ praefixum habet, hoc est *Fabius*. Iam *Xenocles Acharnensis Lycomides Daduchus* comparet in stemmate ad n. 385. proposito, et hic quoque titulus Acharnis inventus est: igitur probabile est hos Xenocles n. 488. esse ex illa Daduchorum familia. In his autem est *Fabius Xenocles*: itaque Fabii Daduchi videntur Lycomidarum gentis esse. Vide de Fabiis ad n. 190. Qui tamen n. 353. Daduchus est Fabius, is Marathonius vocatur, nec mirum, quum eiusdem gentis familiae per varios demos sparsae essent. Ceterum monumentum hoc sepulcrale esse mihi non credibile. Cur enim inter tot viros ne una quidem femina sepulta fuerit? Accedit quod duorum sacerdotum mentio fit, sacrificio imprimis congrua.

489.

Olim Athenis in ara marmorea quadrata, ubi transcripsit Fourmontus; vidit etiam Dodwellus in vicinia gymnasii Ptolemaei, Itin. T. I. p. 371. dein venit in collectionem Clioiseulianam (catal. Dub. n. 70. ubi titulus editus), ex hac in Museum regium (catal. Clarac. n. 599.), ubi transcripsit Müllerus. Habeo etiam ex schedis a Dom. St-Martin missis, et ex tabulis Claraci. Fourmonti apographum vitiatum est; cetera consentiunt, nisi in litterarum forma, quam ex schedis Mülleri dedi, quantum fieri potuit.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΣΩΤΗΡΟΙΝΑΝΑΚΟΙΝΤΕ
ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΝΟΔΕΒΩΜΟΣ

Vs. 2. extr. Clar. Ε; vs. 3. Clar. Δ, non Δ.

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Σωτήροιν ἀνάκοιν τε Διοσκούροιν ὅδε βωμός.

490.

Merendae (Myrrhinunte) in basi, quae in ecclesia est. Ex schedis Fourmonti.

ΗΡΩΔΗΣΑΤΤΙΚΟΥ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟϹΤΟΝ·Ω
ΕΠΕϹΚΕΥΑϹΕΝΚΑΙΤΟ
ΤΗΑΘΗΝΑΙΑ

Ἡρώδης Ἀττικοῦ Μαραθώνιος τὸν [β]ω[μὸν] ἐπεσκεύασεν καὶ τὸ - - - τῇ Ἀθηναίᾳ. Est hic celeber Herodes. Ἀθηναίᾳ ex veteris usus affectatione, quam novimus in Herode.

491.

„Athenis in aedicula D. Nicolai sub columnis Hadriani" Spon. Misc. erud. ant. X, 7. p. 320. qui tribus versibus aequalibus exhibet titulum; „in hospitio Capucinorum" (quod est prope monumentum Lysicratis) secundum schedas Fourmonti, et in alio eiusdem apographo „in via quae ducit ad theatrum Bacchi". Primum Fourmonti apographum plenius est, idque ex Askewii schedis petitum; secundum tantum fines versuum continet; tertium eiusdem cum Ask. consentit, nisi quod aliquot desunt litterae vocesque. Habet etiam Pocock. Inscr. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. Litterarum formas dedi ex Fourm. potissimum; nec multum discedit Spon. Etiam versuum formam et ubi nihil annoto lectiones ex Fourm. petii.

. . . .
ЄΥϹΤΟΥΔΙΟϹΤΟΥЄΠΙΠΑΛΛΑΔΙΟΥΚΑΙΒΟΥΖΥΓΗϹΠΟΛ . . . ΝΟΥⅯΑΡΑΘΩΝΙΟΥ
ΧΡΗϹΑΝΤΟϹΤΟΥΠΥΘΙΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟϹΟΤΙΧΡΗЄΤЄΡΟΝЄΔΟ.ΤΗϹΠΑΛΛΑΔΟϹΚΑΤΑ
ϹΚЄΥΑϹΑϹΘΑΙЄΚΤΩΝΙΔΙΩΝΠΟΗϹΑϹΤΟΙϹΤЄΘЄΟΙϹΚΑΙΤΗΠΟΛЄΙ
ΑΝЄΘΗΚЄΝ

Initio deesse versum Spon. docet. Vs. 2. Spon. ΙΕΡΕΥΣ, in eadem regione ubi infra ΧΡΗϹΑΝ: sed Fourm. Poc. docent deesse litteras ΙΕΡ, quas Spon. de coniectura addidit: fuerunt autem in praecedente versu scriptae. Ibid. extr. Ask. ΟΥΛ ΛΑ . ΑΩΝΙ, secundum Fourmonti apographum ΟΥ ⅯΑΡΑΘΩΝΙΟΥ, Poc. ΙΟΠΙΙ . ΑΩΝΙ, Spon. ΝΟΥ ΜΑ . . ΩΝ: hinc meum composui. Vs. 3. Spon. ϹΤЄΡΟΝ, quod ex Fourm. Poc. Ask. correxi. Spon. ΕΔΟ . . . . ΤΗϹ, Ask. ЄΔΟ . . ΙϹ, ne ceteras varietates annotem ex mutilis apographis. Vs. 4. Ask. ΠΟΗϹΑϹ, Spon. ΠΟΙΗϹΑϹ, Poc. ΠΟΠΑΣ . . . Ibidem secundum Fourm. apographum omittit copulam ΤЄ. Vs. 5. vox ἀνέθηκεν addita est ex Ask. Poc. et secundo Fourmonti apographo; sed variis ea locis ponitur, ex quibus elegi medium.

- - - - - - - - - - - [ὁ δεῖνα, ἱερ]εὺς τοῦ Διὸς τοῦ ἐπὶ Παλλαδίου καὶ βουζύγης, Πολ[υαί]νου? Μαραθώνιο[ς], χρήσαντος τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος, ὅτι χρὴ ἕτερον ἕδο[ς] τῆς Παλλάδος κατασκευάσασθαι, ἐκ τῶν ἰδίων ποήσας τοῖς τε θεοῖς καὶ τῇ πόλει ἀνέθηκεν.

Initio periit anni notatio, et nomen sacerdotis dedicantis; nomen viri ante officii designationem, ac patris et demi nomen post muneris designationem positum praeter vulgarem usum videtur; neque enim post ΠΟΛ lacuna tanta est, ut nomen viri ipsius inseri una cum patris nomine queat. Vs. 2. ἕδος est *statua Palladis sedentis*; vide p. 248. Est hoc notissimum illud Palladium, ubi iudicium de caede non voluntaria, in cuius loco posita haec inscriptio erat, quum vetustum simulacrum ex Apollinis oraculo sublatum novumque dedicatum esset, fortasse aetate Septimii Severi vel paulo post. Sacerdos Iovis, qui novum simulacrum dedicavit, fuit simul βουζύγης, hoc est veteribus glossis interpretibus ὁ τοὺς ἱεροὺς ἀρότους ἐπιτελῶν s. ὁ τὰς ἱερὰς βοῦς τὰς ἐν Ἐλευσῖνι ἀροτριώσας τρέφων. Vide Hesych. et intt. Cognominis igitur ille veteri heroi Buzygae, ut Butes et heros dicitur et quicunque in eius locum posthac successerunt sacerdotes ex Butae gente. Cf. ad n. 468.

492.

Athenis, sub statua marmorea. Ex schedis Iulii Guastavini Murat. T. II. p. MXXXI. 7.

ΝΕΙΚΙΑϹΝΕΙΚΙΟϹ
ΑΖΙΝΕΥϹΑΘΗΝΑ

Νεικίας Νεικίο[υ] Ἀτηνεὺς (vel Ἀζηνιεὺς) Ἀθηνᾷ.

493.

„Cephisiae in ecclesia B. Virginis". Ex schedis Fourmonti.

ΜΗΤΡѠ
ѠΝΘΕ
ѠΝ

Μητρῴων θεῶν, qui noti sunt.

494.

Athenis in parva ara. Ex iisdem.

ΗΛΙѠΙ

495.

Composui in seqq. tabulas votivas, quibus adde ex superioribus n. 460. et n. 475. Primum est marmor Elginianum Viscont. n. 6. Synops. Mus. Brit. n. 223. Edidit Osannus Syll. I, 43. p. 142. correctius edo ex collatis Osanni, Mülleri, Rosii schedis. Titulus videtur Athenis positus fuisse. Non est στοιχηδὸν scriptus.

ΑΤΡΙΝΙΟΣΓΤΟ
ΚΛΩΡΟΥΤΟΥ
ΥΤΟΥΣΩΣΘΕΝΟΥΣΦΗΤΟ
ΔΙΑΣΚΑΙΙΓΙΑΔΟΥΤΟΝΝΑΤ
ΣΥΝΓΛΕΟΝΤΕΣΝΑΥΤΑΙΑΓΟΛ/
ΤΑΡΣΙΩΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Vs. 1. extr. Os. ΓΤΟ, Müll. ΠΙΟ, Ros. .Τ. Vs. 2. Os. ΚΑ.Ρ, Ros. ΚΛΩΡ, Müll. ΚΛϚΡ. Vs. 3. eo loco, ubi vides, incepi duce Müllero, cuius lectionem dedi, addito ΦΗΤΟ ex Ros. In prioribus Os. ΑΤΩΥΣΩΣ...ΕΝΟ, Ros. ΥΤΟΥΣΘΕΝΟΣ. Vs. 4. Os. ΔΙΑΣΚΑΙΙΓΑΛΟΥΤΩΝΝΑ..; Ros. omittit primum Δ, pro ΓΑ habet ΠΙΑ, et in fine ΤΟΝ ΝΑΤ; Müll. ΠΙΑΔΟΥ, quod dedi (retento Γ), et in fine ΤΩΝΝΙΤ. Vs. 5. primum Σ ex Ros. ultimus ductus ex Müll. Vs. 6. ex Ros. Müll. contra Os. ΤΑΡΣΙΩ..........ΗΡΙΟΝ, quae lacuna nimia est. In omisso Ι subscr. consentiunt Ros. et Müll.

- - - Σ]ατρίνιος Πτο[λεμαῖος?
- - - κλώρου τοῦ - - - - - -
- - ο]υ τοῦ Σωσθένους - - -
- δι' Ἀσκληπιάδου το[ῦ] να[υκλήρου?
οἱ] συνπλέοντες ναῦται Ἀπόλλ[ωνι
Ταρσίῳ χαριστήριον.

Titulus est votivus, a nautis Asclepiadis opera usis dedicatus; qui Tarso, ut videtur, profecti erant: inde Apollini Tarsio gratias agunt, quem ex nummis notum esse Os. annotat. Cetera quantum fieri potest, restitui. Vs. 1. est *Satrinius*, nomen passim obvium in Romanis. Titulus primo ante Christum saeculo vix antiquior.

496.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΒΕΝΔΙΔΩΡΑΞΗΝΩΝΟΣ
ΘΥΓΑΤΗΡΕΥΞΑΜΕΝΗ
ΑΝΕΘΗΚΕΤΗΙΘΕΩΙ

Ι et Ξ dedi, ut proximas iis formas, quas schedae Fourmonti praebent.

Βενδιδώρα Ζήνωνος θυγάτηρ εὐξαμένη ἀνέθηκε τῇ θεῷ. Nomen Βενδιδώρα idem prope quod Ἀρτεμιδώρα, ex Bendide Diana derivatum.

497.

Tabula Musei Britannici (Synops. n. 241.) ex lapide Eleusiniaco. Ediderunt Dodw. Itin. T. I. p. 403. Osann. Syll. I, 60. p. 168. Habeo etiam ex schedis Rosianis, ubi vs. 1. deest.

ΝΗ
ΕΥΧΗΝΥΠΕΡ
ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΥ

. . . . νη εὐχὴν ὑπὲρ Εὐφροσύνου. Est votum mulieris. Ad Pnycem in utroque a suggestu latere cava quaedam rupi incisa sunt recipiendis donariis: ex his una cellula amplior est, quae Dod-

wello iudice *Iovis Summi* (Διὸς ὑψίστου) statuam continebat. De cultu Iovis huius Thebis et Corinthi atque Olympiae v. Explicatt. ad Pind. Nem. I. p. 360. Corcyrae quoque eundem venerationem habuisse Corintho translatam docet titulus suo loco edendus: idemque Ζεὺς ὕψιστος in titulo Placiae reperto memoratur. In illa igitur Pnycis rupe et haec inscriptio et ceterae n. 498-506. repertae sunt, exiguae omnes mensurae, variis pro votorum causa emblematis insignes; quas Viscontus Elgin. n. 60. complexus est, in alio marmore *pedem* sine titulo, in alio praeterea *manum* cum inscriptione oblitterata, in alia *Paederotis* votiva tabula *aurem* inesse annotans. Quae in titulis deinceps editis hac de re annotavi, ex Visconto, Dodwello, partim etiam ex schedis Osanni hausta sunt.

498.

In tabula Elginiana, Mus. Brit. Synops. n. 252. sine anaglypho; ex schedis Rosianis. Edidit Dodw. Itin. T. I. p. 402. et minusculis ex schedis Walpolii Clark. Itin. P. II. S. II. p. 466. Praeterea hunc titulum et ceteros usque ad n. 506. excepto n. 499. dedit Osann. Syll. I, 78-85.

ΣΥΝΤΡΟΦΟΣ
ΥΨΙΣΤΩΔΙΙ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Σύντροφος ὑψίστῳ Διῒ χαριστήριον.

499.

Tabula Elginiana ibidem inventa (Viscont. n. 60.): inest oculus. Ex Walpolii schedis minusculis edidit Clark. Itin. l. c.

Εὔοδος ὑψίστῳ εὐχήν.

500.

Lapis Mus. Brit. n. 246. cum anaglypho ventrem repraesentante. Titulum ante Os. edidit Dodwell. Itin. T. I. p. 403. Nos damus ex schedis Rosianis.

ΟΛΥΜΠΙΑΣΥΨΙΣΤΩ
ΕΥΧΗΝ

Ὀλυμπιὰς ὑψίστῳ εὐχήν.

501.

Marmor Mus. Brit. n. 250. in quo expressa pars faciei, quae sub oculis est. Ligno incisum ante Os. dedit Dodwell. l. c. p. 404. Ex schedis Rosianis.

ΤΕΡΤΙΑΥΨΙΣΤΩ
ΕΥΧΗΝ

Τερτία ὑψίστῳ εὐχήν.

502.

Marmor Mus. Brit. n. 248. cum anaglypho duo brachia repraesentante. Ligno incisum ante Os. ap. Dodw. ib. p. 402. Ex schedis Rosianis.

ΚΛΑΥΔΙΑΠΡΕΠΟΥϹΑ
ЄΥΧΑΡΙϹΤΩΥΨΙϹΤΩ

Κλαυδία Πρέπουσα εὐχαριστῶ ὑψίστῳ. Εὐχαριστῶ legendum videtur, ut n. 34. ubi si dixi nullum vocis εὐχαριστεῖν in titulis exemplum superesse, putavi tum hoc loco εὐχαρίστῳ legendum esse. Sed hoc nunc muto. Certe si εὐχαρίστῳ legendum esset, praeponendum erat ὑψίστῳ nomen dei proprium.

503.

Marmor Mus. Brit. n. 251. cum anaglypho mammas repraesentante. Verba ante Os. edidit Dodw. ib. p. 403. Nos damus ex schedis Rosianis.

ΟΝΗϹΙΜΗЄΥΧΗΝ
ΔΙΙΥΨΙϹΤΩ

Ὀνησίμη εὐχὴν Διῒ ὑψίστῳ.

504.

Marmor Mus. Brit. n. 247. cum eodem anaglypho quo n. 503. Ex schedis Rosianis et Osanno. Vitiatum praebet Dodw. ib. p. 403.

ЄΥΤΥΧΙϹΥΨΙϹΤΩ
Hoc loco est Χ Ε
anagly- Η Υ
phum. Ν

Εὐτυχὶς ὑψίστῳ εὐχήν.

505.

Marmor Mus. Brit. n. 249. cum eodem anaglypho. Verba ante Os. edidit Dodw. ib. p. 403. Nos ex schedis Rosianis.

ΕΙϹΙΑϹΥΨ
ΕΥ

Εἰσιὰς ὑψίστῳ εὐχήν. Nota Ε, non Є, diserte testante Evansio.

506.

Marmor Mus. Brit. n. 245. cum anaglypho duos oculos repraesentante, quorum alter sectus videtur. Repraesentavit Dodw. ib. p. 403. Damus ex schedis Rosianis et Osanni cum Dodwello fere consentientibus. Litterarum apices lineis transversis terminantur.

ΙΛΗΜΑΤΙΝ
ΥΧΗΝΑΝЄ
ΗΚЄΝ

Φ]ιλημάτιν [ε]ὐχὴν ἀνέ[θ]ηκεν. Φιλημάτιν pro Φιλημάτιον barbara forma est, quam me alibi quoque in titulis posterioris aetatis legere memini: eam omnes hoc loco diserte praebent. Cf. n. 704.

507.

Haud procul a colle Poecilo campum Thriasium versus, secundum Gellium Itin. p. 32. passibus ab urbe 6463 templum fuit Veneris, de quo Pausan. I, 37. extr. μετὰ δὲ τοῦτο ναός ἐστι καὶ πρὸ αὐτοῦ τεῖχος ἀργῶν λίθων θέας ἄξιον. Est hoc haud dubie id, quod Adimantus Lampsacenus in honorem Philae Veneris exstruxit et Philaeum vocavit: τῶν δὲ Δημητρίου τοῦ βασιλέως κολάκων οἱ περὶ Ἀδείμαντον τὸν Λαμψακηνὸν νεὼν κατασκευασάμενοι καὶ ἀγάλματα ἱδρυσάμενοι Θριῆσιν, ὠνόμασαν Φίλας Ἀφροδίτης, καὶ τὸν τόπον Φιλαῖον ἐκάλεσαν, ἀπὸ τῆς Δημητρίου μητρὸς Φίλας, ὥς φησι Διονύσιος ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν τῷ δεκάτῳ περὶ Ὀνομάτων (Athen. VI. p. 255. C.), ubi p. μητρὸς dicendum fuisse γυναικὸς (vel γαμετῆς) in Indice p. 528. monuit Schweighaeuser. Neque enim Demetrii Poliorcetae ex Lamia filia Phila intelligi potest (de qua Athen. XIII. p. 577. C.). De Phila uxore Demetrii, femina praestante, v. Diod. XIX, 59. et ibi Wessel. et Plutarchum Demetr. passim, et de Phila Venere cf. Alexin Comicum ap. Athen. VI. p. 254. A. A ruderibus illius templi prope abest rupes cum cellulis incisis, quibus donaria olim condita erant, ut aereae columellae ibi inventae; et sub cellulis inscriptiones sunt prope oblitteratae. Has ediderunt maxime Fauvel Mag. encyclop. a. XII. (1807.) T. III. p. 141. Dodw. Itin. T. II. p. 170. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 112. sed varie dissidentes. Primam hanc Pomardus Itin. T. I. p. 106. litteris antiquissimis scriptam refert.

. . Φ Ι Λ Η . . . .
. . Α Φ Ρ Ο D Ι Τ Ε Ι . .

Sic Pom. nisi quod pro primo Φ habet O, et vs. 2. ultimum Ι omittit. Fauvelio unus versus est sic: ΦΙΛΗΑΦΡΟΔΙΤΕΙ, Pouq. ΦΙΛΗΑΦΡΟΔΗΤΕΙ, Dodw. ΦΙΛΗΑΦΡΟΔΕΙΤΕΙ$^{\Gamma}_{\text{A}}$. Litterae, si forma vetusta, affectatae sunt: illud Γ et A apud Dodw. potest ex Εὐξαμένη Ἀνέθηκε superesse. Ceterum Demetrii uxor apud scriptores semper Φίλα, non Φίλη, dicitur; est etiam Φίλα meretrix ap. Athen. XIII. p. 587. E. 590. D. 593. F.

508.

Ibidem; ex Fauvelio, Dodwello, Pouquevillio.

ΕΥΝΙΑΣΘ............
ΠΥΘΟΝΙΚΗΣΑ....Ν......
ΘΡΕΙΥΣ

Vs. 1. Pouq. CYNIAΣC, vs. 2. idem ΠΙΘΟΝΙΚΗC, Fauv. ΠΥΘΟΝΗΚΗΣ. Post hoc Dodw. addit A, pro quo Fauvelius N: id N aliquanto remotius praebet Pouq. ex quo addidi. Vs. 3. dedi ex Dodw. nam Fauv. Pouq. ΟΡΒΙΥΣ. Praeterea ex Pouq. lacunarum signa addidi, licet ap. Fauv. vs. 2. nulla lacuna sit nisi unius litterae, ne spatio quidem pluribus litteris relicto, quod lineis circumductis tituli modulum definivit. Ni fallor, legendum: Εὐνίας Θ[ριάσιος] Πυθονίκης Ἀ[φρο]δί[της] ἱερεύς. Nam ΘΡΕΙΥΣ certo corruptum; et templum Philaeum in pagi Thriae dicione est, in qua vicinia etiam Pythonicen Venerem cultam esse verisimile est. Pythonice celebris est amica Harpali, cuius magnificum sepulcrum ex Harpali pecuniis exstructum ad viam sacram in pago Ἑρμεῖ, haud longe a Philaeo (Plutarch. Phoc. 22. Pausan. I, 37, 4. Diod. XVII, 108. Dicaearch. ap. Athen. XIII, p. 594. F. Theopomp. ibid.); aliud illa monumentum Babylone habuit, et diserte Theopompus Harpalum dicit ταύτης ἱερὸν καὶ τέμενος ἱδρύσασθαι καὶ προσαγορεῦσαι τὸν ναὸν καὶ τὸν βωμὸν Πυθονίκης Ἀφροδίτης: etsi ignoro haecne ara cum templo sit illud apud Hermenses monumentum sepulcrale an aliud. Vulgo vero in versibus apud Athenaeum citatis et apud Athenaeum ipsum et Pausaniam scribitur Πυθιονίκη: sed vera scriptura est Πυθονίκη, ut in hoc titulo et in aliis, ubi idem nomen recurrit, item ap. Diod. et Plutarch. quos male corrigunt editores. Sic Πυθόνικος ap. Andoc. de myst. p. 6. sq. et ap. Athen. V, p. 220. F. item ap. Pind. Pyth. XI, 43. ubi in nott. critt. plura nomina contuli, quibus adde Πυθόκριτον tibicinem ap. Pausan., Πυθοκλέα, Πυθόδωρον, alia.

509.

Ibidem; ex iisdem.

Α Ν Δ Ρ Ι Α Α Φ
Ρ Ο Δ Ι Τ Ε Ι Ε Υ Ξ Α Μ
Ε Ν Η Α Ν Ε Θ Η Κ Ε

Ἀνδρία Ἀφροδίτῃ εὐξαμένη ἀνέθηκε. Dedi Fauvelii apographum; corruptius et uno versu repraesentat Pouq. consentiens tamen in voce Ἀνδρία: Dodw. tres versus habet, sed ΑΦ apud eum in vs. 2. reiicitur, et vs. 1. pro Ἀνδρία habet ΦΙΛΑ.

510.

In muro Capucinorum prope monumentum Lysicratis; ex schedis Askewii Fourmontus. Supra inscriptionem sex pedes equini venuste elaborati sunt.

ΑΣΚΛΗΠΙΩΚΑΙΥ

Ἀσκληπίῳ καὶ Ὑ[γείᾳ. Ask. initio aliud A, et in fine C apponit; neutrum in marmore legi notat Fourmontus.

511.

De vicinia Athenarum legiones Hassiacae a. 1688. deportarunt hoc marmor, quod Cassellis servatur. Cum amplo commentario edidit I. M. Gesnerus Commentar. Gott. Vol. II. (a. 1752. p. 281–324.) ubi tab. VI. tertiae partis vss. 12–24. aeri incisi sunt. Litterae sunt admodum rudes.

I.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ЄΓΡΑΙΩΠΑΙΗΩΝΑCΚΛΗΠΙЄΚΟΙΡΑΝЄΛΑΩΝ
ΛΗΤΟΙΔΟΥCЄΜΝΗCΤЄΚΟΡΩΝΙΔΟCΗΠΙΟΦΡΩΝ
ΠΑΙΥΠΝΟΝΑΠΟΒΛЄΦΑΡΩΝCΚЄΔΑCΑCЄΥΧΩΝ
ЄΠΑΚΟΥЄCΩΝΜЄΡΟΠΩΝΟΙΠΟΛΛΑΓЄΓΗΘΟ
ΤЄCΙΛΑCΚΟΝΤΑΙCΟΝCΘЄΝΟCΗΠΙΟΦΡΩΝΑC
ΚΛΗΠΙЄΠΡΩΤΟΝΥΓЄΙΑΝЄΓΡΑΙΩΚΑΙΤЄΟΝΥ
ΜΝΟΝΙΗΙЄΚΑΙΚΛΥΤΙΧΑΙΡЄ

Post intervallum unius versus et dimidii:

II.

ΥΓЄΙΑΒΡΟΤΟΙCΙΠΡЄCΒΙCΤΑΜΑΚΑΡΩΝΜЄΤΑCΟΥΝЄ
Ι.ΝΤΟΛЄΙΠΟΜЄΝΟΝΒ - - ΟΥCΥΔЄΜΟΙΠΡΟΦΡΩΝ
ΖΥΓЄΙΗΝΗΔΑΥΘΙΓΥ⁻Ι - Ω - - Μ - - ΗΝ - - - ΡΩ
ΩΝΗΔΑΥΘΙCЄΥΔΑΙΜΟΝΟCΑ - - ΡΩΙ - - - ΙΛΗ
ΙΔΟCΑΡΧΑCΗΠΙΘ - - Υ - - - Α - Ρ - - - ΤΑ
ΥCΙΘΗΡЄΥΟΜЄΝ - - ΤΙΝΑΛΛΑΝ
ΘΡΩΠΟΙCΙΤЄΡΨΙΝΗΠΟΝΩΝ
ΤΑΙΜЄΤΑ - - -
ΠЄΙΧΑΡΙΤΩΝ - - -
ЄΥΔΑΙΜ - - -

Post intervallum unius versus et dimidii:

III.

ΝЄΩΘΑΛ - -
ΡЄCΑ - -
ΛΥ - -
Μ - - -
ΝΑΤΟΝΑΛ
CΑΓЄΝΗΜΦΟΙ - - Ι - - Α - - ΙC - Ι
ΒΑΡΥΑΛΓЄΑΝΟΥCΟΝ - -
ΓЄΓΗΘЄΝΑΡЄΙ - - ΚΩ - -
ΤЄΛЄCΦΟΡ - - - ΟΝΠЄΡΙΚΗΙЄ - - Η - Κ - - ΑΚΙC
ΜΝΑΘЄΟΥΚΑΜΑΤΟΥΒΡΟΤΟΝ - - ΥΔ - -
ΟΝΑΥΤΟCΑΓΩΝΜЄΤΑCЄΟΥΒΑΡΥΑΛ - -
ΙΔΗΧΑΙΡЄΜΟΙΩΙΩΜЄΝΟCΩΠΟΛΥ - - -
CЄCΦΟΡЄΠΑΙΖΙЄЄΥΓЄΓΗΘΟΤ - - - - - - ΦΑΙ
ΔΡΑΠΡΟCΩΠΑΓЄΛΩΤΑ ⸌⸍ ЄΙCΙCϹ - - - - Ι.Ι
Μ C V CЄΜΑΚΑΡΦΑЄCΙΝΒΡΟΤЄΤΩΔΟΡЄΛΩΝ
ΝΟCΙΔΡ. ШΑΤЄΛЄCΦΟΡЄΚΛЄΙΝЄΔ - - - ΚΑΙCЄЄΠΙ
ΔΑΥΡΙΟΙΜЄΝΑΛCΞΙΧΟΡΟΙCΙΝΑΘΙ. ΑΙCΓΗΘ. CΥΝΟΙ
ΜЄΛΠΟΥCΙΝΑΝΑΞΛΚЄЄΙΝΚ ΩЄΟΝ..CΟΥΔЄΤΑΚΟCΘΙ
ΤΟΙCΙΦЄΡЄΙCΤΥΓЄΡΩΝΟΔΥΝΑΩΝΚЄΚΡΟΠΙΔΑ..ΥC..ΤЄΛЄ
ΦΟΡΟΝЄΞΟΤЄΙ..ΗΝΟΥCΟΝΑΠΩCΑΜЄΝΟCΠΥΡΟΦΟΡΟΝЄΙ
ΤЄΛΟCΑΥΤ..ΙC.ΥΤΟΚ.ΙΝΤΑΧЄΩCΛCΥCΡΟΥΔЄΑΔΑΙΜΟ..ЄΘΙ
ΚΑCΟΥΜΑ - - V - Є - \ ΙΝCЄΤЄΛЄCΦΟΡЄΑΔΟΜЄΝΟΙΟΝΜ ΟΤΛ
ΝΑΙЄ - - - ΝΙCЄΚΟΜΟ\ΘЄΡΑΓЄΙΑΙCΖΩΟΦΟΡΟΝЄЄΘ
ΙΩΜΑΚΑΡΑΥΤΟCΟΒΑΚΧΟC

II. vs. 1. secundum C addidi, quod operarum vitio excidit ap. Gesn. Marmor non posse ante Antoninos exaratum esse ex Telesphori historia annotat Gesn. posse autem vel tertio aut quarto post Christum saeculo tribui. Tribus verbis infra docebo, Antoninis recentiorem titulum esse; isque ita est barbarus, vix ut ante tertium saeculum scriptus videatur, nec publice a civitate, quae ne tum quidem tam inficeta fuit, sed a sacerdotibus indoctioribus et plebeiis asseclis. Publice tamen Telesphorum ab Epidauriis Athenas missum esse ex ipso hymno III. vs. 17 sqq. patet, neque ille locus potest ad antiqua tempora referri, quibus cultus Aesculapii cum Acesio Athenas traductus sit; sed recte Gesnerus hoc titulo putat peculiare beneficium celebrari, quod *tum ipsum* Telesphoro

acceptum Athenienses rettulerint. Non tamen liquet hoc factum esse occasione pestilentiae, quae M. Aurelio et Commodo Impp. orbem Romanum infestavit (cf. Gesn. p. 321.). Iam ut ad singula accedam, primo loco ex more ponitur Ἀγαθῇ τύχῃ. Dein hymni sunt tres, I. in *Aesculapium*, II. in *Hygieam*, III. in *Telesphorum*. Primus abstersis foedae barbariei vitiis hic est:

Ἔγρεο Παιήων Ἀσκλήπιε, κοίρανε λαῶν,
Λητοΐδου σεμνῆς τε Κορωνίδος ἠπιόφρων παῖ·
ὕπνον ἀπὸ βλεφάρων σκεδάσας εὐχῶν ἐπάκουε
σῶν μερόπων, οἳ πολλὰ γεγηθότες ἱλάσκονται
σὸν σθένος, ἠπιόφρων Ἀσκλήπιε, πρῶτον, Ὑγείαν.
Ἔγρεο καὶ τεὸν ὕμνον, ἰήϊε, κέκλυθι, χαῖρε.

Contulit huic Homericum et Orphicum Gesnerus; et, ut pauca ex eodem addam, habebantur praeterea alii, ut vetus carmen anapaesticum ap. Aristid. Sacr. serm. I. p. 280. ut Alisodemi Troezenii et Sophoclis (Lucian. encom. Demosth. 27.), ex quibus Sophocleum carmen Athenis cani solitum esse, docet Philostratus Vit. Apoll. III, 17. οἱ δὲ ᾖδον ᾠδήν, ὁποῖος ὁ παιὰν ὁ τοῦ Σοφοκλέους, ὃν Ἀθήνησι τῷ Ἀσκληπίῳ ᾄδουσιν. Paeanem tamen hunc lyricum fuisse dixeris, non epicum: nisi carmen tale, quod, ut noster hymnus, a voce Παιήων fere incipiat, etiam Paean vocari potuit. Invocatur Aesculapius, ut ex somno expergiscatur: quippe qui somnum mittit incubantibus, est ipse quoque somniculosus deus. Barbare transcriptus est vetustus hymnus, in quo fuit ἔγρεο: quadratarius dedit ἔγραι ὦ. Defendit hoc Gesnerus his verbis: ,,Ἔγραι p. ἔγειραι, syncope, cui auctoritatem praestat Il. β, 41. ἔγρετο p. ἐγείρετο, et Hymnus Orphicus in Ἀμφιετῆ Bacchum p. 148. vs. 2. ἐγρόμενον p. ἐγειρόμενον. Ἔγραι ὦ per synizesin coalescit inter pronunciandum, ut multa quae dare potest Clarkius ad Il. ε, 349. et ad ι, 533. et ad ο, 18.'' Modo exemplum aoristi primi ἔγρασθαι attulisset. Sed poterat vel ex insolito loco τοῦ ὦ vs. 6. quem frustra defendit, lapsum quadratarii perspicere; addo Anthol. Palat. T. II. p. 739. n. 375.

Ἔγρεο, Κωνσταντῖνε, τί χάλκεον ὕπνον ἰαύεις;

Quid quod vs. 6. quadratarius ΚΑΙΚΛΥΤΙ pro κέκλυθι dedit? Vs. 3. ὕπνον ἀπὸ βλεφάρων manifesto de dormiente Aesculapio ipso dicitur, quem volunt expergisci, ut modo diximus. Vs. 4. mira est dictio σῶν μερόπων: Gesn. de Cois cogitavit Aesculapii cultoribus, apud quos fortasse primum hic hymnus cantatus esset (illi enim Meropes dicuntur): quamquam etiam alia profert minus probanda. Mihi verisimile fit, poetam de Cois cogitasse, sed deinde, quum hoc hymno promiscue uterentur Graeci, μερόπων pro appellativo habitum esse. Vs. 6. malim κέκλυθι χαίρων.

Secundo loco tenemus *paeanem Ariphronis Sicyonii*, cuius priora verba usque ad βιοτᾶς praebent Lucian. de lapsu inter salut. c. 6. Max. Tyr. XIII, p. 229. et integrum carmen Athenaeus XV. p. 702. A. Dedit post alios Brunck. Anal. T. I. p. 159. (cf. Iacobs. Anim. T. I. P. I. p. 308 sqq.). Paeanem diserte dicit Athenaeus: quod confirmat marmor nostrum, in quo nonnisi talia carmina, quae deorum cultui inservirent, perscripta esse liquet: mirumque quod inter Scolia hoc poema rettulerunt docti. Carminis maxima pars Doriis numeris decurrit, a quibus introitus strophae (ut ap. Pind. Nem. X.) et initium ultimae partis declinat impetu anapaestico, item unus et alter ordo logaoedicus et maxime primae et secundae partis exitus ithyphallicus, hoc prorsus ut in Doriis strophis Medeae Euripideae (v. Comm. de crisi Pindari in Act. Acad. Boruss. a. 1822. 1823. cap. 9.). Tres enim numeri partes sunt, quarum prima terminatur verbis σύνοικος εἴης, altera voce πέφανται. Carmen paucis locis emendatis hoc est:

Ὑγίεια, πρεσβίστα μακάρων, μετὰ σεῦ
ναίοιμι τὸ λειπόμενον
βιοτᾶς, σὺ δέ μοι πρόφρων σύνοικος εἴης.
εἰ γάρ τις ἢ πλούτου χάρις ἢ τεκέων,
ἢ τᾶς ἰσοδαίμονος ἀνθρώποις βασιληΐδος ἀρχᾶς ἢ πόθων,
οὓς κρυφίοις Ἀφροδίτας ἄρκυσιν θηρεύομεν,
ἢ εἴ τις ἄλλα θεόθεν ἀνθρώποισι τέρψις ἢ πόνων ἀμπνοὰ πέφανται,
μετὰ σεῖο, μάκαιρ' Ὑγίεια,
καὶ τέθαλε πάντα καὶ λάμπει Χαρίτων ἔαρ·
σέθεν δὲ χωρὶς οὔ τις εὐδαίμων ἔφυ.

⏑⏑ –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
– –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
⏑⏑ –́ ⏑⏑ – ⏒ –́ ⏑ – ⏑ – ⏒
– –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ –
– –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ ⏓
–́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓
– –́ ⏑ – – ⏑́⏑⏑ – – –́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ – –́ ⏑ – ⏑ – ⏒
⏑⏑ –́ ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏒
–́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ – – –́ ⏑⏑ – ⏑ ⏓
⏒ –́ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏓

Vs. 1. σεῦ solus Max. Tyr. ceteri σοῦ. Vs. 2. in libris nonnullis Luc. et Max. est νέοιμι. Vs. 4. Licymnius loco paulo post allato τοκήων, librarii vitio. Vs. 5. male in Anal. τᾶς ἰσοδαίμονός τ' ex Athen. partim, partim ex eius Epit. Dedi lectionem optimam ex hymno, qui fertur, Licymnii ap. Sext. Emp. Vs. 9. praemisi καί, ut metro succurrerem. Vs. 10. ultimum ἔφυ addidi ex Licymnio: sine quo metrum a Dorio paulo alienius; rarus enim trochaeus singularis in fine post arsin; recteque Hermannus monuit etiam apud Aeschylum Prom. 886 sqq. in fine strophae addendum esse γάμων, quod me fugerat in Comm. de crisi Pindari c. 9. Iam vero in lapide, quamvis non integer servatus sit, multa novata esse liquet; sed ne una quidem lectio inest, quae praeferenda sit aliunde notis. Vs. 1. habetur Ὑγεία, estque βροτοῖσι additum, quod deest apud ceteros omnes: dein pro σεῦ ut ap. Athen. Luc. est σοῦ, et pro ναίοιμι scriptum erat νε[οί]ην, hoc est ναιοίην: cf. variam lectionem νέοιμι, de qua modo dixi. Mox fuit β[ιότ]ου. Pro σύνοικος εἴης videtur συζυγείης fuisse; N pro C quadratario imputaverim. Mox pro εἰ γάρ τις pessime scriptum erat ΗΔΑΥΘΙC, pro τεκέων autem, quod

etiam Licymnius firmat, [ἀνϑ]ρώ[π]ων; nec melius hoc:

ἤδ᾽ αὖϑις εὐδαίμονος ἀ[νϑ]ρώπ[οις βασ]ιληΐδος ἀρχᾶς ἢ πίϑ[ων].

Εὐδαίμονος extat etiam in edd. Athenaei vett. ΠΙΘ distincte habetur in lapide. Dein recte fuit: [οὓς κρ]υ[φίοις] Ἀ[φ]ρ[οδί]τα[ς ἄρκ]υσι ϑηρεύομεν, omisso N paragogico. Post haec differt structura, quae talis fuit: [ἢ εἰ] τιν᾽ ἄλλαν [ϑεοὶ ἀν]ϑρώποισι τέρψιν ἢ πόνων [ἀμπνοὰν πέφαν]ται, pluraliter et quod mirere active dicto verbo πέφανται. In ceteris nihil memorabile.

Tertio loco hymnus in Telesphorum legitur, eius aetatis, qua titulus exaratus est, proles deterrima. De Telesphoro post Petr. Zornium (De Telesphoro in nummis, gemmis et inscriptionibus veterum, Aesculapii et Hygeae comite, Misc. Groning. T. II. fasc. 2.) erudite egit Gesnerus p. 298-313. Telesphorus ad magicam pertinet per τελετὰς s. τελεσφορίας medicinam, prodiitque ex Pergameno cultu eius nomen; Epidauriis fuit Ἀκέσιος, in Titanensi cultu Εὐαμερίων. Pausan. II, 11. εἰ δὲ ὀρϑῶς εἰκάζω, τὸν Εὐαμερίωνα τοῦτον Περγαμηνοὶ Τελεσφόρον ἐκ μαντεύματος, Ἐπιδαύριοι δὲ Ἀκέσιον ὀνομάζουσι. Eiusdem aliquoties meminit Aristides, iungiturque iste pumilio Aesculapio et Hygeae in gemmis, nummis, inscriptionibus, ut ap. Grut. p. MLXXIII. 5. ubi Τελεσφορίων dicitur: eius religionem autem ante Hadrianum latius propagatam esse non est probabile: hunc vero titulum multo esse recentiorem, dixi sub initium. Nam Pausaniae aetate, qui sub Antoninis scripsit, Telesphorum ignorabant Epidaurii; colebant Acesium, quem eundem esse coniicit Pausanias, nondum agnoscentibus sacerdotibus: postea demum latius sparso Telesphori Pergameni cultu Epidaurii quoque Acesium suum vocarunt Telesphorum. Hoc autem loco Telesphorus iam est Epidaurius. Carmen ipsum eo potest minus restitui, quod vel ea, quae in lapide servata sunt, si metri ratio spectatur, emendatione indigent; quaedam Gesnerus feliciter correxit, aliis locis eius supplementa laborant. Vs. 1. an νεοϑαλ[ής? Fortasse fuit ὦ νεοϑαλές. Vs. 2. ἀνέ[ρες? Vs. 7. fortasse finis versus: βαρυαλγέα νοῦσον. Vs. 8. φέγηϑεν, vs. 9. Telesphori nomen. Vs. 9. 10. ἀκέσ[ματα σε]μνὰ ϑεοῦ, καμάτου βροτὸν --- 11. ὃν αὐτὸς ἄγων μετὰ σοῦ βαρυαλγ. ubi tamen pro σοῦ scriptum σεου, aut fuit ϑεοῦ. Inde a vs. 12. paulo plura perspici possunt:

Ἤδη χαῖρε [σύ] μοι, ὦ ἰώμενος, ὦ πολύ[λιστος?
φίλε? Τε]λεσφόρε παῖ... γεγηϑότ ------
φαιδρὰ πρόσωπα γέλωτα ... σοῖς ------
ὑμνοῦ]μέν σε, μάκαρ, φαεσίμβροτε, δῶτορ ἐάων,
------ Τελεσφόρε κλεινὲ, δ[αήμων,]
καί σ᾽ Ἐπιδαύριοι μὲν ἀλεξιχόροισιν Ἀϑήναις
γηϑόσυνοι [π]έ[μ]πουσιν, ἄναξ, ἀκέειν κ[αλ]έον[τας].
σοῦ δέ τ᾽ ἄκος ϑν[η]τοῖσι φέρει στυγερῶν ὀδυνάων
Κεκροπίδα[ις] .. υσ .. τελε[ς]φόρον, ἐξότε τ[ύν]η
νοῦσον ἀπωσάμενος πυροφόρον ἐ[ς] τέλος αὐτ[ο]ῖς,
[ε]ὐτοκ[ί]ην ταχέως δοὺς? ..... δαίμο[ν᾽]ἔϑηκας.
οὐ μὰ ----ίν σε, Τελεσφόρε, ᾄδομεν οἷον,
ἀλλ᾽ ὅτ᾽ .. ναιε ------ ϑεραπείαις
ζωοφόρον σε ϑ[εόν], ἰὼ μάκαρ, αὐτὸς ὁ Βάκχος.

Vs. 12. σὺ potest a quadratario omissum esse. Vs. 15. ΤѠΔΟΡ pro ΔѠΤΟΡ, quod vidit Gesn. Vs. 16. δαήμων est Gesneri. Vs. 17. Ἐπιδαύριοι longa paenultima, ut apud Scylacem Ἐπιδαυρεία χώρα. Deinde ἀλεξίχοροι dicuntur Athenae, ut *choris deditissimae*. Vox haec ab ἀλέγειν derivanda, non ab ἀλέξω; sed haec ratio non videtur antiqui usus esse. Nec prorsus simile ἀλεξίμβροτος, *homines adiuvans* (de quo dixi Explicatt. ad Pind. Pyth. V. p. 292.), neque ἀλεξίλογος, quae videntur ab ἀλέξω, non ab ἀλέγω esse: certe ἀλέξω est radix verbi ἀλεξίμβροτος, quod et *homines arcens* et *homines adiuvans* est, ita ut ἀλέξω duplici hoc significatu in hac voce gaudeat. Vs. 18. male Gesn. μέλπουσιν et καμέοντας: manifesto legendum πέμπουσιν et καλέοντας. Igitur Epidaurii Acesium suum s. Telesphorum Athenas miserant rogati; necessario enim πέμπουσιν ad praesens tum tempus referendum; et quae sequuntur satis docent Telesphorum tum ipsum Atheniensibus opem tulisse. Cetera Gesnerus magna ex parte supplevit: in aliis hic quoque ab eo discessi. Πῦροφόρον p. πυρφόρον (de igne morbi) prorsus barbarum est. Vs. 19. nolui coniecturam Κεκροπίδαισι λύσιν Τελεσφ. recipere. Vs. 22. οὐ μὰ videtur legendum: mox dedi ᾄδομεν οἷον, quod certum videtur. In fine an ipse Telesphorus Bacchus dicatur, ambiguum iudico: potest aliquid de Baccho dictum esse, ex quo Telesphoro accederet honos. Sed apage has quisquilias.

512.

In rupe haud procul ab Anchesmo minore prope urbem. Edidi ex Chandlero II, 115. p. 77. unde petiit etiam Osann. Syll. p. 265. Minus accurate Pouquevill. Itin. T. IV. p. 103. (qui in Hymetto ponit), Hughes Itin. T. I. p. 300.

Φ Ι [Λ Ο Ι]	Φίλοι
ΠΟΛΕΜѠΝ	Πολέμων
ΚΑΙΔΟΜΕΤΙΑ	καὶ Δομετια-
ΝΟϹΕΥΧΗϹ	νὸς εὐχῆς
ΧΑΡΙΝ	χάριν.

Primus versus maioribus litteris.

513.

Ibidem iuxta n. 512. apud eosdem pari modo quo n. 512.

ЄΜΝΗ	Ἐμνή-
ϹΘΗΑΓΑ	σϑη Ἀγα-
ΘΙϹΚΑΙϹΚΥ	ϑὶς καὶ Σκυ-
ΛΑΚΙϹ	λακίς.

Priore loco Chandl. Θ, Hugh. θ. Formula ἐμνήσϑη usitata in huiusmodi titulis: sed quorum recordatae sunt? Haud dubie Polemonis et Domitiani (n. 512.).

514.

Ibidem ubi priores. Ed. Pouquevill. Itin. l. c.

Ο ΚΟΛΩΝΕΑC
. . . ΘΙC ΕΝ ΒΙΩC
. . . . ΟΤΑ. . . . . . .
. . . . . . ΘΗΓΑΝΑ. . . . . .
. . . . ΗΡΟC
ΘΕΙΚΑΙΣΩΠΥΡΟΥ

Vs. 6. Ζωπύρου.

515.

Ibidem, ex eodem.

ΛΥCΙΩΝΤΙΝΥΣ
. . ΡΗΙΣΙΡΡC. . ΓΕΝΙΝ
. . CΕΡΡ.ΩCΗΡΗΙΝΡΡΙS

516.

In promontorio Sunio, in ruinis templi Minervae in epistylio. Ed. Chandler. Inscr. II, 114. p. 77. et ex Huntii diario Walpol. Mem. p. 467. n. 18. qui C habet pro forma quadrata.

ΟΝΗCΙΜΟC	Ὀνήσιμος
ΕΜΝΗΣΘΗ	ἐμνήσθη
ΤΗ[Γ]ΑΔΕ[Λ]ΦΗΣ	τῆς ἀδελφῆς
ΧΡΗΣΤΗΣ	Χρήστης.

517.

Athenis, ex schedis Fourmonti, cum anaglypho in quo iuvenis manibus sublatis, altera cornu (poculum) tenens.

ΠΟΛΥΤΕΙ	Πολύτει-
ΜΟC	μος
ΠΛΟΥΤΩ	Πλούτω-
ΝΙΚΑΙΚC	νι καὶ Κό-
ΗCΥΧΑ	ρῃ εὐχα-
ΡΙCΤΗΡΙ	ριστήρι-
ΟΝΕΑΥ	.ον ἑαυ-
ΤΟΝ	τὸν
-ΥΧΑ	εὐχα-
ΡΙCΤΗ	ριστη
ΝΙΙΕ	ἀνέ-
ΗΚΕΝ	θηκεν.

Εὐχαριστη quid sit ignoro: certe εὐχαριστήσας ferri non potest; nec melius fuerit εὐχαριστῶν. Fortasse fuit εὐχαριστήριον, per incuriam repetitum a quadratario.

518.

In turri octo ventorum ab Andronico Cyrrheste constructa (Vitruv. I, 6. Varr. R. R. III, 5.), singula nomina super singulis ventorum imaginibus. Sunt haec ap. Spon. Itin. T. II. p. 176 sqq. Wheler. Itin. p. 395 sqq. et optime ap. Stuart. Ant. Att. Vol. I. cap. III. tab. 3-19. nisi quod tertium lacunosum est. Habet etiam Pomard. Itin. T. I. p. 136. et duo certe Pocock. Descr. Or. T. III. p. 168. Dedi formas litterarum ex Stuarto.

ΒΟΡΕΑΣ	Βορέας
ΚΑΙΚΙΑΣ	Καικίας
ΑΠΗΛΙΩΤΗΣ	Ἀπηλιώτης
ΕΥΡΟΣ	Εὖρος
ΝΟΤΟΣ	Νότος
ΛΙΨ	Λίψ
_ΕΦΥΡΟΣ	Ζέφυρος
ΣΚΙΡΩΝ	Σκίρων.

519.

In domo prope forum. Edidit Spon. Misc. erud. ant. X, 5. p. 319. Habet Gallandus in Epist. ad Graev. inedita. Postea dederunt Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. Riedesel Bemerkungen auf einer Reise durch die Levante p. 111. hic vitiosissime.

ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΘΗΕΚΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝ
ΧΡΗΜΑΤΩΝΕΠΙΤΡΟΠΕΥΟΝΤΟΣ
ΑΙΛΙΟΥΟΜΟΥΛΛΟΥ

Versus disposui ex Poc. Vs. 3. ΟΜΟΥΛΛΟΥ Poc. Spon. Ried. ΟΜΥΛΛΟΥ Gall. ΟΜΟΥΛΟΥ Chandl. Syllab. Inscr. p. XXVIII.

- - - Ἐπεσκευάσθη ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων, ἐπιτροπεύοντος Αἰλίου Ὁμούλλου.

520.

Prope borealem Olympiei angulum est arcus Hadriani; in huius facie ea, quae arcem spectat, est titulus *a*, in altera, quae ab arce aversa est, Ilissum versus, *b*. Utrumque primus transcripsit Cyriacus (Moron. p. XI. n. 78. 79. Compagnon. p. 64. n. 351.); ex Cyriaci schedis Murat. T. II. p. MXXX. 1. Ex Marcanova Sirmondus ministravit Grutero (p. MLXXVIII. 1.). Postea praebuerunt Spon. Itin. T. III. P. II. p. 15 sq. Wheler. Itin. p. 373. Melet. Geogr. vet. et nov. p. 350. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. n. 34. 35. qui titulum *b* aeri incisum praebet Descr. Or. T. III. p. 166. Stuart. Ant. Att. Vol. III. p. 19. (tab. IV. cap. III. monumentum *b* est aeri incisum); Le Roy Mon. Gr. T. II. p. 35. (et *a* in aere p. 17.) Riedesel l. c. ad n. 519. p. 107. pessime; Clarkius Itin. P. II. S. II. p. 551. Pomard. Itin. T. I. p. 149. Leak. Topogr. Ath. p. 136. Habeo etiam ex schedis Fourmonti et Mustoxydis; *b* memoratur a Chandl. Syllab. Inscr. p. XXVI. extr. Ab iniusta Ios. Scaligeri reprehensione hos versus vindicat Maffeius Crit. lapid. p. 52.

a.

ΑΙΔΕΙΣΑΘΗΝΑΙΘΗΣΕΩΣΗΠΡΙΝΠΟΛΙΣ

b.

ΑΙΔΕΙΣΑΔΡΙΑΝΟΥΚΑΙΟΥΧΙΘΗΣΕΩΣΠΟΛΙΣ

Θ dedi ex consensu plurimorum; Le Roy in aere Θ: Σ certum, licet Grut. immisceat C. Cyriac. ex editione Moronii bis ΗΔ p. ΑΙΔ, et sic etiam Muratorius. Melet. falso bis εἰσίν. In *b* dedi ΚΑΙ ΟΥΧΙ; sic Cyr. (ap. Comp. tamen est ΘΥΧΙ), Whel. Poc. Stuart. p. 19. Mustox. Leak. Fourmontus solum ΟΥΧΙ habet; Ried. ΚΑΙΣΑΡΟΥΚΙ, quod deducit ad ΚΑΙΟΥΧΙ. Contra Grut. Spon. Melet. Stuart. in aere, Le Roy, Clark. Pom. et Chandl. qui tamen non ipse ex monumento transcripsisse videtur, habent ΚΟΥΧΙ: et videtur marmor hoc loco laesum esse, unde alii aliud habent.

Ego prius retinui, quod id tenent indoctiores Cyr. Poc. quos non consentaneum est aliquid mutasse, item ob vitium ap. Ried. Crasis fit in recitando, sed scribitur tamen καὶ οὐχί, ut mos inscriptionum fert: quamquam etiam contrarium reperitur. Versus hi sunt:

Αἵδ' εἰσ' Ἀθῆναι Θησέως ἡ πρὶν πόλις.
Αἵδ' εἰσ' Ἀδριανοῦ, κοὐχὶ Θησέως πόλις.

Similiter atque ferunt scriptum fuisse a Theseo ipso in Isthmiaca columna (Plutarch. Thes. 25. Strab. III. p. 171. Cas.):

Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.
Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

521.

Super secunda arcis porta. Transcripserunt Cyriac. p. xv. n. 108. (ex cuius schedis ac suis Murat. T. I. p. CDLXXXVI. 4.), Spon. Itin. T. III. P. II. p. 16. Wheler. Itin. p. 358. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 53. Ex Whelero Vandal. Diss. p. 399. Varias lectiones et versuum fines indicat Chandl. Syllab. Inscr. p. XXII. ex quo correctum Sponii exemplum dedi, missis ceterorum vitiis. In versuum finibus constituendis cum Chandlero consentit Poc. Memorant Corsinus Nott. Gr. v. Φλαμ. et Λαμπ. Leak. Topogr. Ath. p. 102. Letronne Rech. sur l'Égypte p. 423.

ΦΛCΕΠΤΙΜΙΟCΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΟCΦΛΑ ΜΚΑΙΑΠΟΑΓΩΝΟΘΕΤΩΝ
ΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΤΟΥCΠΥΛΩΝΑCΤΗΠΟΛΙ

Φλ. Σεπτίμιος Μαρκελλεῖνος Φλαμὴν καὶ ἀπὸ ἀγωνοθετῶν ἐκ τῶν ἰδίων τοὺς πυλῶνας τῇ πόλει.

In fine Poc. Chandl. ΠΟΛΙ diserte, neque ex ceteris ausus sum ΠΟΛΕΙ rescribere: titulus enim admodum recens est, ubi ει et ι confundi non mirum: ni fallor, *Septimio* Severo non est antiquior. Ἀπὸ ἀγωνοθετῶν est unus ex agonothetis (cf. Vandal.); sed fuit antea agonotheta: si tum ipsum fuisset, dictum esset ἀγωνοθέτης. Πόλιν h. l. esse ἀκρόπολιν ex vetere usu, Sponio et Whelero crediderunt Leak. Letr. sed tum certe τῆς πόλεως dicendum erat. Πόλις est *civitas*: ἀνέθηκε τῇ πόλει, ut n. 491. et passim.

522.

In horologio marmoreo, olim Athenis in aula ecclesiae B. Virginis Panagiae Gorgopiko, nunc in Elginianis Mus. Brit. n. 285. Vide de hoc monumento Viscontum Mem. de Elgin. p. 98 sqq. ubi etiam titulus editus est. Eundem prius dederant Gallandus in Epist. ad Graev. inedita, Spon. Itin. T. III. P. II. p. 176. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 55. Chandler. Syllab. Inscr. p. XXX. Habeo etiam ex schedis Rosianis.

ΦΑΙΔΡΟC·ΖΩΙΛΟΥ
ΠΑΙΑΝΙΕΥC·ЄΠΟΙЄ

Litterarum formas dedi ex Chandl. Ros. consentiente fere Gallando, et praeter Є, Δ, Λ etiam Visconto. Ρ est longius quam vulgo. ЄΠΟΙЄ diserte Poc. Spon. Chandl. Ros. Ι addunt Gall. Visc. non ex fide lapidis, ut videtur. Praeterea omnes ΠΑΙΑΝΙΕΥC, nisi quod Poc. ΠΑΙΑΝΕΥΣ, quod a Didymo (ap. Harpocr.) probatum non ulla inscriptio offert. Titulus satis recens est, Antoninorum aetatis ex Visconti sententia, sed fortasse potius Septimii Severi vel filiorum.

Φαῖδρος Ζωΐλου
Παιανιεὺς ἐποίει.

Scriptura ЄΠΟΙЄ aetatis barbariei tribuenda videtur.

CLASSIS DECIMA.

ORDO SACRORUM, TERMINI, DEFIXIONES MAGICAE, SUPELLEX VARIA.

Tabulis caerimoniarum ordinem continentibus aliqua ex parte coniunctas esse defixiones magicas et terminorum eam partem, quae templa spectat, apertum est. His addidi alios terminos et cippum miliario similem (alium vide n. 12.), cum titulo portae inscripto (n. 537.), cui meliorem locum dare non potui, tum tesserae, tegularum, lucernarum et aliarum rerum pauculas inscriptiones. Unum et alterum vasculum Atticum hoc loco de industria omisi, quod alibi commodius poni videbatur.

523.

Athenis olim „in conventu Monacharum prope Poecilen dictum locum'', lapis Dawkinsianus Oxonium translatus. Edidit olim, sed vitiosissimas Chishulli schedas Maffeianas secutus, Corsinus Inscr. Att. p. I—IX. (Prolegg. F. A. T. IV.), minusculis; rectius Chandlerus Marm. Oxon. II, 21.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Marmor lectu difficillimum egregie transcripsit Chandlerus, quum Chishulli apographum prorsus desperatum esset, ex quo haec sola annoto. Vs. 21. Cors. κιττος εις διονυσου θυ: Chandl. ΔΙΟΝΥΣΟΥΣ: ego cum Cors. alterum Σ omisi. Vs. 23. primum Λ ex Cors. addidi. Vs. 24. 28. Μ in voce δωδεκομφ. habet etiam Cors. Ceterum ne post Chandlerum quidem omnia aperta sunt; haec tamen possunt perspici:

ΜΕΤΑΓΙΤΝΙΩΝΟΣΘΕΑΙΣΒ . . .
ΤΟΥΤΗΣΠΑΝΤΕΛΕΙΑΣΠΟΠΑΝΟΝ . . . .
ΦΑΛΟΝΧΟΙΝΙΚΙΑΙΟΝΙΕΝΗΦΑΛΙΟΝ
ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΟΣΓΙΝΕΦΘΥΙΚΑΙΟΣΙΡΙΔ
ΑΛΕΚΤΡΥΟΝΑΚΑΡΠΩΣΕΙΣΣΠΕΙΡΩΝΠΥΡ . .
ΚΑΙΚΡΙΘΑΣΣΠΕΝΔΩΝΜΕΛΙΚΡΑΤΟΝΖΙΔΗΜΗ
ΤΡΙΚΟΡΗΔΕΛΦΑΚΑΑΝΥΠΕΡΘΕΤΩΣΗΙΤΡΥΓ.
ΤΟΝΔΙΟΝΥΣΩΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΘΕΟΙΣΑΝ . . ΕΡ
ΠΥΑΝΕΨΙΩΝΟΣΑΠΟΛΛΩΝΙΚΑΙΑΡΤΕΜΙΔΙΖΠ .
ΠΑΝΟΝΧ . . . ΙΚΙΑΙΟΝΟΡΘΟΝΦΑΛΟΝΚΑΙΚΑΘΗΜΕΝ . .
ΔΩΔΕΚΟΝΦΑΛΟΝ
ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΟΣΔΙΙΓΕΩΡΓΩΚΠΟΠΑΝΟΝ
ΧΟΙΝΙΚΙΑΙΟΝΟΡΘΟΝΦΑΛΟΝΔΩΔΕΚΟΝΦΑΛΟΝ
ΝΑΣΤΟΝΧΟΙΝΙΚΙΑΙΟΝΕΠΙΠΕΠΛΑΣΜΕΝΟΝ
ΠΑΝΚΑΡΠΙΑΝΝΗΦΑΛΙΟΝ
ΠΟΣΙΔΕΩΝΟΣΗΙΣΤΑΜΕΝΟΥΠΟΠΑΝΟΝ
ΧΟΙΝΙΚΙΑΙΟΝΔΩΔΕΚΟΝΦΑΛΟΝΚΑΘΗΜΕ . .
ΠΟΣΙΔΩΝΙΧΑΜΑΙΞΗΛΩΝΗΦΑΛΙΟΝΘ .
ΑΝΕΜΟΙΣΠΟΠΑΝΟΝΧΟΙΝΙΚΙΑΙΟΝΟΡΘΟΝ
ΦΑΛΟΝΔΩΔΕΚΟΝΦΑΛΟΝΝΗΦΑΛΙΟΝ
ΓΑΜΗΛΙΩΝΟΣΚΙΤΤΩΣΕΙΣΔΙΟΝΥΣΟΥΘΙ
ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝΟΣΙΕΡΕΙΣΕΚΛΟΥΤΡΩΝ . .
. Λ . ΦΗΒΟΛΙΩΝΟΣΕΙΚΡΟΝΩΠΟΠΑΝΟΝ
ΔΩΔΕΚΟΜΦΑΛΟΝΚΑΘΗΜΕΝΟΝΕΠΙ
. . ΣΕΙΣΒΟΥΝΧΟΙΝΙΚΙΑΙΟΝΑΝΥΠΕ . . .
ΤΩΣ ΜΟΥΝΥΧΙΩΝΟΣΒΑΠΙΟΝΤΟΣΗ . .
ΚΛΕΙΚΑΙΘΕΙΩΑΛΕΚΤΟΡΑΣΒΠΟΠΑΝΟΝ
ΧΟΙΝΙΚΟΣΔΩΔΕΚΟΜΦΑΛΑΟΡΘΟΝΦΑΛΟ.
ΑΝΥΠΕΡΘΕΤΩΣ

Μεταγιτνιῶνος θεαῖς **Β** . . .
*του τῆς παντελείας πόπανον [δωδεκόν-
φαλον χοινικιαῖον ιε', νηφάλιον.*
*Βοηδρομιῶνος γι' Νέφθυϊ καὶ Ὀσίριδ[ι
ἀλεκτρυόνα· Καρπώσεις, σπείρων πυρ[οὺς
καὶ κριθάς, σπένδων μελίκρατον. ζι' Δήμη-
τρι, Κόρη δέλφακα ἀνυπερθέτως. ηι' τρυγ[η-
τὸν Διονύσῳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἀν[υπ]ερ[θέτως.*
*Πυανεψιῶνος Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι ζ' π[ό-
πανον χ[οιν]ικιαῖον ὀρθόνφαλον καὶ καθήμεν[ον
δωδεκόνφαλον.*
*Μαιμακτηριῶνος Διῒ Γεωργῷ κ' πόπανον
χοινικιαῖον ὀρθόνφαλον δωδεκόνφαλον,
ναστὸν χοινικιαῖον ἐπιπεπλασμένον,
πανκαρπίαν νηφάλιον.*
*Ποσιδεῶνος η' ἱσταμένου πόπανον
χοινικιαῖον δωδεκόνφαλον καθήμε[νον
Ποσιδῶνι χαμαιζήλῳ, νηφάλιον. θ[ί
ἀνέμοις πόπανον χοινικιαῖον ὀρθόν-
φαλον δωδεκόνφαλον νηφάλιον.*
Γαμηλιῶνος κιττώσεις Διονύσου θι'.
Ἀνθεστηριῶνος ἱερεῖς ἐκ λουτρῶν . .
*Ἐ]λ[α]φηβολιῶνος ει' Κρόνῳ πόπανον
δωδεκόμφαλον καθήμενον ἐπι[πεπλασμένον?
. . σεις, βοῦν χοινικιαῖον ἀνυπε[ρθέ-
τως.* *Μουνυχιῶνος β' ἀπιόντος Ἡ[ρα-
κλεῖ καὶ θείῳ ἀλέκτορας β', πόπανον
χοίνικος δωδεκόμφαλ[ον] ὀρθόνφαλο[ν
ἀνυπερθέτως.*

,,*Cippus memoriae inter vivos Abd-thanatho filio Abd-* ,,*schemeschi Sidonio* sc. positus. Quae quum in uni- ,,versum satis certa sint et perspicua, duae tamen ,,supersunt difficultates. Una est in vocabulo se- ,,cundo, quod Akerbladius et qui eum secuti sunt ,,legerunt זכר (*memoria*), Hamackerus דכר (itidem ,,*memoria* ex Aramaismo), Tychsenius nescio an ce- ,,teris rectius קבר *sepulcrum*, quamquam hoc no- ,,mine castigatus a Koppio. Ut viri defuncti huius- ,,que lectionis causam agamus, de prima et altera ,,littera singillatim accuratius agendum est. Quod ,,ad primam attinet, quo iure hanc *Sain* pronun- ,,tiaverint Akerbladius et Koppius, fateor me igno- ,,rare. Neque alibi in monumentis Phoeniciis haec ,,figura vel similis comparet hac potestate: male ,,enim provocaveris ad Inscr. Cit. XXX. in qua ,,lin. 1. longe simplicius legitur לעמת בתי *iuxta filiam* ,,*meam*, quam cum Koppio (ם)לעמת זתי *iuxta olivas*: ,,neque ea reperitur in aliis alphabetis cognatis (nisi ,,forte ad scripturam Christianorum Indicorum confugies), ubi Sain simplici lineola conficitur: et non ,,possumus non mirari, Koppium in alphabeto Phoe- ,,nicio (II, p. 157.) omissa vulgari figura hanc ma- ,,xime dubiam nulloque idoneo argumento admissam ,,tanquam unicam exhibuisse. Contra hanc litte- ,,ram esse *Koph* (ϙ) ventre dextro vel arroso vel ,,negligentius picto, plures ob causas mihi proba- ,,bile est. Ac primum quidem diserte *primam hu-* ,,*ius vocabuli litteram in ipso lapide aliquantulum* ,,*arrosam esse* refert Akerbladius. Deinde is, ,,quem Koppius inculcat, canon, *litterae Koph si-* ,,*nistrum quidem ventrem interdum mancum esse* ,,*et imperfectum, dextrum nunquam,* certis exem- ,,plis confutatur. Vide inscr. Carpent. lin. 3. litt. 1. ,,et ult.; ubi huius litterae haec est figura ϙ, ϙ; ,,adde nummos Iudaicos apud Mionnet. tab. 27. ,,Quid quod in altera Atheniensi (n. 859.) litterae ,,Koph in voce מלקרת *Malkereth* venter dexter tam ,,gracili linea pictus est, ut in tribus apographis ab ,,Akerbladio exhibitis, nec non in quarto Odofredi ,,Mülleri, quod mecum communicavit Böckhius, ,,nec vola nec vestigium eius compareat, unius ,,Hohlenbergii acies vestigia eius in lapide depre- ,,henderit. Altera littera utpote superne aperta ,,recte quidem possit Caph videri, sed caudam ta- ,,men habet paululum sinistrorsum inflexam, prae- ,,sertim in contractiori exemplo, ut, si modo lectori ,,probavimus, primam litteram non *Sain* esse sed ,,*Koph*, altera haec non facile alia fuerit atque ,,Beth (coll. formula biblica מַצֶּבֶת קְבוּרַת רָחֵל de

,,cippo sepulchrali Rahelae Gen. 35, 20.), quum ,,praesertim suspicio sit, Akerbladium in littera- ,,rum figuris delineandis non omnia ad vivum re- ,,secuisse. Vide figuram litterae ל in לעבדתנת, ,,quae proprie *Nun* est, et litterae נ in הצדני, quae ,,*Lamed* est. Sed probabilia dixisse mihi videor; ,,pro certo, nisi lapide denuo inspecto, nihil ,,affirmo."

,,Altera difficultas est in nomine proprio ,,עבדתנת, quod respondet Graeco Ἀρτεμίδωρος, quem- ,,admodum עבדשמש Graeco Ἡλιόδωρος, ex more ,,consueto Phoenicum Iudaeorumque ἐν τῇ διασπορᾷ ,,Graeca nomina domesticis utcunque respondentia ,,adoptantium, de quo h. l. disputare longum est. ,,Legerat id nomen Akerbladius עבדתלת, et תלת ,,Dianae triformis et tergeminae nomen Puni- ,,cum esse coniecerat collato Chaldaico תלת, *tres*, ,,et, quamquam haec etiam interpretatio Grae- ,,cae potius quam Phoeniciae religionis indolem ,,redolet (vide ad n. 859.), probabiliora sane dixit ,,Tychsenio de pharetrata dea (coll. תְּלִי *pharetra*) ,,somniante. Postea vero ipse in epistola ad Ita- ,,linskium (vide ad n. 859.) sententiâ mutatâ עבדתנת ,,legendum duxit, ad *Tanaitin*, Dianam Persicam ,,(Clem. Alex. protrept. p. 57.) Neithamve Aegy- ,,ptiacam (cum articulo *Ta-neith*) provocans. ,,Utramque hanc coniecturam cum non sine iure ,,sollicitasset Silv. de Sacy (Journ. des Savans 1817. ,,p. 439.), numinis illius Persici nomen rectius Ἀναΐ- ,,τιν, (اناهيد) scribi, Aegyptiacum autem Minervae, ,,non Dianae, vulgo conferri animadvertens, prio- ,,rem Akerbladii sententiam nuper denuo defendit ,,Hamackerus, qui et ipse in monumentis Punicis ,,a se editis (n. 2. lin. 1. n. 3. lin. 1.) תלת tanquam ,,Poenorum numen muliebre invenit, idque תְּלַת ,,(contr. pro תּוֹלֶדֶת, *generatio*) appellans, genera- ,,tioni praefuisse coniecit. Ingeniosam hanc con- ,,iecturam nostram facere non dubitaremus (et re ,,vera olim fecimus, Praef. ad Lex. Hebr. minus ,,p. xxx.), nisi totam rem iterum diligenter reco- ,,lentibus nobis plures neque contemnendae oblatae ,,essent difficultates. Ac primum in utroque lapide, ,,et Lugdunensi et nostro, mihi minime explora- ,,tum videtur, sitne תנת legendum an תלת. In ,,utriusque delineationibus editis secundum vulga- ,,res canones palaeographicos in accuratioribus certe ,,monumentis observatos legitur תנת, idque diserte ,,affirmat Akerbladius, quamquam in litteris simi- ,,libus accurate distinguendis de eius fide dubitare ,,coepimus. Vide quae supra de figuris ל et נ in ,,vocabulis לעבדתנת et צדני animadvertimus. Deinde ,,magnum sane praesidium haberet Hamackeri in- ,,terpretatio in nomine numinis masculi תלד (תּוֹלָד), ,,quod ipsum is in lapide tertio Humbertiano lin. 3. ,,invenisse sibi visus est. At huius lineae inter- ,,pretatio longe etiam incertior est, neque despero ,,me alibi conferendis similibus quibusdam lapidi- ,,bus lectori sententiam meam commendaturum, ibi ,,legendum esse:

ב . . . .
על חמן אבנדר
. . . . ר

,,i. e. [לְ]בַעַל חַמָּן אבנדר, *deo solari lapis votivus.* ,,Porro non facile tibi persuadeas, hominem Phoe- ,,nicium inter Graecos degentem numen domesti- ,,cum, quod generationi praesit, Graece per Ἄρτεμιν, ,,dearum castissimam perpetuamque virginem, red- ,,didisse. Nec denique ad vindicandum tale numen ,,satis tuto provocari poterit ad nomen oppidi ,,אֶלְתּוֹלַד, Ios. XV, 30. XIX, 4., quod ab illius nu- ,,minis cultu nomen invenisse coniectat Hamacke- ,,rus. In sexcentis enim eius generis nominibus ,,(v. Ind. ad Simonis Onomast.) nullum est, quod ,,ab idoli cuiusdam cultu dictum sit, in omnibus ,,*El* summum numen indicat, ita ut ad horum ,,analogiam non possis non reddere: *cui Deus po-* ,,*steritatem* sc. dabit. Quae quum ita sint, donec ,,novae aliquid lucis affulgeat, vel lapidis Atheniensis ,,denuo inspiciendi copia facta sit, definire non ,,ausim, deaene Phoeniciae nomen sit תלת an תנת, ,,multoque minus de etymo certam sententiam ,,dixerim."

895.

Sepolliae prope Athenas; ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 31. cf. Corsin. F. A. T. I. p. 221.

ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗ
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ
ΣΙΚΙΣΣΑ

Στρατονίκη Ἀπολλοδώρου . . . . ισσα. Ultima vox manifesto corrupta.

896.

Columna sepulcralis Attica, ad modum Sicyoniorum (Pausan. II, 7, 3.) aëtomate instructa, ex marmore candido, catal. coll. Chois. Dub. n. 138. Mus. reg. catal. Clarac. n. 646. Ex edito exemplo ap. Dub. et schedis Mülleri ac tabulis Claraci.

ΛΥΚΙΝΟΣ ΛΥΚΙΟΥ
ΣΙΚΥΩΝΙΟΣ

Λυκῖνος Λυκίου Σικυώνιος. Vs. 1. ultima littera ex Clar.

897.

Athenis in domo quadam; ex Spon. Misc. erud. ant. X, 4. p. 319. et schedis Fourmonti.

. . . . ΠΟΠΙΛΛΙΟΣ
.⁘ΟΥΤΑΤΙΑΝΟΣ
ΣΙΝΩΠΕΥΣΥΙΟΣ
ΠΠ·ΟΥΦΙΚΙΑΝΟΥ
ΔΙΣΑΡΧΙΕΡΕΩΣΚΑΙ
ΣΗΣΤΙΑΣΜΑΡΚΙΑΝΗΣ
ΙΕΡΕΙΑΣΜΕΓΑΛΗΣΑΘΗΝΑΣ
ΕΝΘΑΔΕΚΑΤΑΚΕΙΤΑΙ
ΕΤΩΝ ΚΒ

Formam tituli maxime ex Fourmonto dedi. Vs. 1. primum Π omittit Fourm. Vs. 3. Ω ex Fourm. (Spon. O). Vs. 4. Spon. ΠΟΠ., Fourm. quod dedi, sed sine puncto. Omitto ceteras varietates nullius fere momenti.

⁝ . . . Ποπίλλιος
[Λ]ουτατιανὸς
Σινωπεύς, υἱὸς
Ποπ. Ὀ[φ]φικιανοῦ?
δὶς ἀρχιερέως, καὶ
Σηστίας Μαρκιανῆς
ἱερείας μεγάλης Ἀθηνᾶς,
ἐνθάδε κατάκειται
ἐτῶν κβʹ.

Vs. 4. *Officiani.* Vs. 6. fortasse Σεξτίας vel Σεξστίας.

898.

Athenis prope theatrum Herodis Attici, in columna sepulcrali, ex Dodwell. T. I. p. 298.

ΦΕΙΛΗΤΙΩΝ	Φειλητίων
ΣΙΝΩΠΕΥΣ	Σινωπεύς.

899.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΕΠΑΦΡΟΔΗΤΗΣ	Ἐπαφρόδ[ει]τ[ο]ς
ΟΡΑΣΩΝΟΣ	[Θ]ράσωνος
ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ	Σμυρναῖος.

900.

Athenis „in domo Nicolaki Ioannis"; ex iisdem.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ	Ἡρόδοτος
ΜΕΝΕΚΛΕΟΣ	Μενεκλέος
ΣΟΛΕΥΣ	Σολεύς.

901.

Ibidem in coemeterio Turcarum, in columna; ex iisdem.

ΤΡΥΦΩΝ	Τρύφων
ΡΟΔΩΝΟΣ	Ῥόδωνος
ΣΤΑΤΟΝΙΚΕΥΣ	Στ[ρ]ατονικεύς.

902.

Eleusine in parva ecclesia diruta D. Taxiarchi; ex Spon. Itin. T. III. P. II. p. 123. et schedis Fourmonti.

ΑΡΧΙΑΣ
ΔΑΜΑ
ΤΑΝΑΓΡΑΙΟΣ

Ἀρχίας Δάμα Ταναγραῖος. Fourm. ΛΙΧΙΑΣ et ΔΑΜΟΥ.

903.

Athenis in columna sepulcrali; ex schedis Mustoxydis.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ	Διονύσιος
ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΟΥ	Ἀπολλωνίδου
ΤΑΝΑΓΡΑΙΟΣ	Ταναγραῖος.

904.

Athenis in vestibulo basilicae, quae dicitur Παναγία Καμουχαρεία. Edidit Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. n. 39. ad cuius exemplum varietas lectionis extat ap. Chandler. Syllab. Inscr. p. xxx. Habeo etiam ex schedis Fourmonti.

ΤΡΟΚΟΝΔΑ	Τροκόνδα
ΗΡΩΙ	ἥρωι
ΜΟΛΛΙΑΝΟΣ	Μολλιανὸς
ΤΕΡΜΗΣΣΕΥΣ	Τερμησσεύς.

Hic est ex Termesso Pisidiae, quae vulgo Τερμισσός. Poc. ΤΕΡΜΗΣΕΥ: sed ΗΣΣΕΥΣ in lapide esse testatur Chandlerus. Fourm. ΓΕΡΜΗΣΣΕΥΣ.

905.

Athenis in basilica, in columna; ex schedis Fourmonti.

ΑΠΕΛΛΙΣ	Ἀπελλ[ῆ]ς
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ	Διονυσίου
ΤΕΜΝΙΤ . .	Τ[η]μνίτ[ης.

Temnus est Aeolidis in Asia. Fortasse Ἀπελλὶς et Τημνῖτις legerit aliquis.

906.

Athenis, ex iisdem.

ΗΛΙΟΔΩΡΑ	Ἡλιοδώρα
ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ	Ἡλιοδώρου
ΤΥΡΙΑ	Τυρία,
ΦΙΛΩΝΟΣ	Φίλωνος [Ἀ-
ΖΗΝΙΕΩΣ	ζηνιέως
ΓΥΝΗ	γυνή.

907.

Athenis ibidem ubi n. 577. Ediderunt Spon. Itin. T. III. P. II. p. 20. Wheler. Itin. p. 366.

ΚΛΕΩ	Κλεὼ
ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ	Ἀνδρονίκου
ΦΕΝΕΑΤΙΣ	Φενεᾶτις.

908.

Athenis, ex Lusierii Museo misit Rosius.

ΗΕΡΑΚⱵΕΙΤΟΣ	Ἡράκλειτος
ΝΑVΚⱵΕΙΟΣ	Ναυκλεῖος
ΧΕΡΡΟΝΕΣΙΤΕΣ	Χεῤῥονησίτης.

Titulus Euclide prior. De altero nomine cf. n. 864.

909.

In vico Sycamino, quattuor ab Oropo miliariis. Edidit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 220.

ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ
ΖΩΠΥΡΟΥ
ΩΡΩΠΙΟΣ

Ἀφροδίσιος
Ζωπύρου
Ὠρώπιος.

Oropus etsi Atticae reipublicae subdita haud semel fuit, numquam tamen demus fuit Atticae.

CAPUT TERTIUM.

MONUMENTA PRIVATORUM PROMISCUORUM, MAXIME EPITAPHIA.

910.

Marmor Choiseulianum catal. Dub. n. 139. idque sepulcrale, atque ut videtur Atticum; ex Dub.

ΑΓΑΘΟΚΛΕΑ
ΧΑΙΡΕ

Hoc est Ἀγαθόκλεια χαῖρε: sed scriptum est Ἀγαθοκλέα. Quod cave cum quodam pro accusativo habeas.

911.

Athenis ad vestibulum arcis, Cyriac. p. xv. n. 113. atque ex schedis Cyriaci Murat. T. II. p. DCLXXI. 6. et ex suis T. III. p. MDCCLXXVI. 4. Hinc Iacobs. Paralip. Anthol. II. p. 800. Anthol. Palat. Append. n. 276. Pessime tractavit Leichius in Specimine notarum et emendationum ad Gr. Inscr. a Murat. editas in Menckenii Miscell. Lips. nov. T. I. P. III. p. 504 sq. ubi etiam titulus n. 354. non minus male explicatur p. 464 sq.

ΟΥΔΕΤΥΧΗΣΣΕΔΑΜΑΣΣΕΠΑΛΙΝΚΛΙΝΑΝΔΑΤΑΛΑΝΤΑ
ΔΥΣΜΕΝΕΩΝΟΛΟΗΝΥΒΡΙΝΑΛΕΥΑΜΕΝΟΝΗΙΣΕΤΕΛΟΣ
ΘΑΝΑΤΟΙΟΚΙΧΑΝΕΝΩΣΠΑΥΡΟΥΣΠΡΟΤΕΡΩΝΑΝΕΡΑΣ
ΑΓΧΙΘΕΩΝΤΩΙΡΑΚΑΙΑΖΟΜΕΝΟΣΣΟΦΙΗΣΕΟΝΗΓΗΤΗΡΑ
ΕΤΗΣΕΝΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝΚΛΕΙΝΟΝΑΠΑΣΙΘΕΟΝ

Vs. 5. dedi ΘΕΟΝ ex Murat. T. III. Vulgo ΘΕΩΝ. Vitia Muratoriana non refero.

. . . .
. . . .
οὐδὲ Τύχης σ' ἐδάμασσε πάλιν κλίναν[τ]α τάλαντα,
δυςμενέων ὀλοὴν ὕβριν ἀλευάμενον,
ἧ σε τέλος θανάτοιο [πολυκλαύτοιο?] κίχανεν,
ὡς παύρους προτέρων ἀνέρας ἀγχιθέων·
τῷ ῥα καὶ ἀζόμενος σοφίης ἑὸν ἡγητῆρα
σ]τῆσεν Ἀλέξανδρο[ς] κλεινὸν ἅπασι θεόν.

Vs. 3. lacuna manifesta est, ut tot vel in mediis lineis ap. Cyr. lacunae sunt. Ea vero potest aut initio aut in fine aut in medio hexametro statui; primum praetulit Iacobs. postremum Buttmannus, cuius coniecturam exempli causa uncis inclusam recepi. Sed etiam ante οὐδὲ unum et alterum distichon deest cum nomine eius, cuius statuae haec subscripta erant. Quae correxi, occupavit Iacobs. Quis laudetur et quis sit Alexander, non statim liquet. De Aristotele et Alexandro M. non cogitabam, quod Alexander ante Aristotelem obiit: collato tamen n. 136. Welckerus per epistolas monuit hoc epigramma ad Aristotelem pertinere, vs. 1-4. autem ad eius voluntariam mortem referri et vs. 2. ad fugam Athenis in Euboeam, quo post obitum Alexandri concessit, inimicorum obtrectationes evitans. Et haec coniectura manifesto vera est. Igitur epigramma post fata Aristotelis statuae debet subscriptum esse, quam vivo posuerat Alexander. Sed offendit tamen in hac sententia illud τῷ vs. 5. nisi scripseris τόν. Vs. 6. Welckerus mavult θεός: sed θεὸν sensus fert et elegantiae consulitur eo retinendo.

912.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΑΜΑΞΑΝΙΟΣ
ΑΜΑΞΑΝΙΟΥ

Ἁμαξάνιος
Ἁμαξανίου.

An hoc nomen Doricum p. Ἁμαξήνιος, ex ἁμάξῃ et ἡνίῳ?

913.

Athenis; ex Lusierii Museo misit Rosius.

ΟΝΕΣΤ. . ΕΝΑΜΕΙΝΙΟΕΣΤΙΔΕΑ
ΕΣΗΕΝΕΚΑΚΑΙΛΕΝΕΑΣ

Ἧδ' εἰκ]ὼν? ἕστ[ηκ]εν Ἀμεινίου· ἔστι δ' ἀ.......
. . . ἀρετ]ῆς εἵνεκα καὶ γενεᾶς.

Aminias Aeschyli ut fertur frater notus ob virtutem in pugna Salaminia declaratam (Herodot. VIII, 84. et intt.): sed potest etiam alius hoc monumentum fuisse, quod circa Olymp. 80-85. positum privatim videtur.

914.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΑΝΑΣΣΙΑ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ
Γ. . . . . ΝΗ
Σ. . . . ΛΗΣ

Ἀναστία?
Ἀθηνοδώρου etc.
Vs. 3. fortasse Περγαμηνή.

915.

In vase marmoris Pentelici, Marathone reperto: femina sedens manum porrigit viro equum ducenti, sequente alio; pone feminam alius feminae figura fracta. Sculptura est elegans. Catal. coll. Chois. Dub. n. 122. catal. Mus. reg. n. 706. Duobus viris apposita haec supersunt, quae ex Dub. et schedis Mülleri dedi, ex his etiam litterarum formam:

ΑΝΤΙΦΩΝ ΑΝΤΙΑΣ

Ἀντιφῶν. Ἀντίας.

Ex tabulis Claraci video in lapide sic compositas esse litteras: ΑΝΤΙΦΩΝΑΝ ΤΙΑΣ, interposita ut videtur parte anaglyphi, quod haud rarum in hoc titulorum genere.

916.

Athenis; ex schedis Ambrosianis Murat. T. III. p. MCCXCVIII, 5.

In dextra parte:

ΑΝΤΩΝΕΙΑΙΗΚΑΙΣΩΚΡΑΤΙΚΗΤΩΓΛΥΚΥΤΑΤΩΜΟΥ
ΑΝΔΡΙΑΝΤΙΟΧΩΤΩΚΑΙΣΚΥΕΣΙΩΕΠΟΙΗΣΑΤΟ
ΗΡΩΟΝΤΟΥΤΟΤΕΛΟΣΚΑΜΑΤΩΝ

In sinistra:

ΠΑΡΑΔΙΔΩΜΙΤΟΙΣΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΣΘΕΟΙΣ
ΤΟΥΤΟΤΟΗΡΩΟΝΦΥΛΑΣΣΕΙΝΠΛΟΥΤΩΝΙΚΑΙ
ΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙΠΕΡΣΕΦΟΝΗΚΑΙΕΡΥΝΥΣΙΚΑΙΠΑΣΙΤΟΙΣ
ΚΑΤΑΚΘΟΝΙΟΙΣΘΕΟΙΣΕΙΤΙΣΑΠΟΚΟΣΜΗΣΕΙ
ΤΟΥΤΟΤΟΗΡΩΟΝΗΑΝΑΣΤΟΜΟΣΕΙΗΤΙ
ΚΑΙΕΤΕΡΟΝΜΕΤΑΚΙΝΗΣΕΙΗΑΥΤΟΣΗΔΙΑΛΛΟΥ
ΜΗΓΗΒΑΤΗΜΗΘΑΛΑΣΣΗΠΛΩΤΗΑΛΛΑ
ΕΚΡΙΖΩΘΗΣΕΤΑΙΠΑΝΓΕΝΕΙΠΑΣΙΤΟΙΣΚΑΚΟΙΣ
ΠΕΙΡΑΝΔΩΣΕΙΚΑΙΦΡΕΙΚΗΚΑΙΠΕΡΕ.........ΚΑΙ
ΤΕΤΑΡΤΑΙΩΚΑΙΕΛΕΦΑΝΤΙΚΑΙΟΣΑΚΑΚΑΚΑΙ
.........ΓΙΝΕΤΑΙΤΑΥΤΑΓΕΝΕΣΘΩ
ΤΩΙΤΟΛΜΗΣΑΝΤΙΕΚΤΟΥΤΟΥΤΟΥΗΡΩΟΥ
ΜΕΤΑΚΙΝΗΣΘΑΙΤΙ

Lege:

Ἀντωνεία ἡ καὶ Σωκρατικὴ τῷ γλυκυτάτῳ μου ἀνδρὶ Ἀντιόχῳ, τῷ καὶ Σκυεσίῳ (Συνεσίῳ?) ἐποίησα τὸ ἡρῷον τοῦτο τέλος καμάτων.

Παραδίδωμι τοῖς καταχθονίο[ι]ς θεοῖς τοῦτο τὸ ἡρῷον φυλάσσειν, Πλούτωνι καὶ Δήμητρι καὶ Περσεφόνῃ καὶ Ἐρ[ι]νύσι καὶ πᾶσι τοῖς κατα[χ]θονίοις θεοῖς. εἴ τις ἀποκοσμήσει τοῦτο τὸ ἡρῷον ἢ ἀναστομ[ώ]σει ἤ τι καὶ ἕτερον μετακινήσει ἢ αὐτὸς ἢ δι' ἄλλου, μὴ γῆ βατὴ, μὴ θάλασσα πλωτὴ [ἔσται], ἀλλὰ ἐκριζωθήσεται πανγενεί. πᾶσι τοῖς κακοῖς πεῖραν δώσει, καὶ φρείκῃ καὶ π[υ]ρε[τῷ τριταίῳ] καὶ τεταρταίῳ καὶ ἐλέφαντι. καὶ ὅσα κακὰ καὶ [ὀλέθρια] γίνεται, ταῦτα γενέσθω τῷ τολμήσαντι ἐκ τούτου τοῦ ἡρῴου μετακινῆσαί τι. Cf. n. 989 sqq.

917.

Athenis in columna sepulcrali; ex Chandlero Inscr. P. II. n. 63. p. 68. et ex schedis Mustoxydis.

ΤΙΤΟΣ
ΑΠΩΝΙΟΣ
ΕΡΜΙΑΣ

Τίτος
Ἀπώνιος
Ἑρμίας.

918.

„Baphae in ecclesia S. Trinitatis super duas figuras, quae sunt symbolum fidei, in marmore pulcherrimo"; ex schedis Fourmonti. Fuit in anaglypho sepulcrali.

ΑΡΙΣΤΟΓΕΝΗ
ΑΡΙΣΤΟΦΙΛΟΥ

Ἀριστογένη[ς] vel Ἀριστογένη[α] Ἀριστοφίλου.

919.

In columna sepulcrali eleganter ornata, quam aeri incisam dedit editor operis Stuartiani Antt. Att. Vol. III. p. 17. Is Athenis posuit in ecclesia D. Georgii Pici; sed extat potius in latere portae ecclesiae in loco Vari, ubi viderunt ceteri, Fourmontus, Chandlerus Syllab. Inscr. p. XXXI. Dodwellus Itin. T. I. p. 549. Hobhouse Itin. p. 408. Dedi schedas Fourmonti, quibuscum Dodw. consentit.

ΑΡΙΣΤΟΜΑΧΗ
ΒΟΥΛΑΡΧΟΥ

Ἀριστομάχη
Βουλάρχου.

Chandl. in fine habet ΛΗΡΧΦ: sed ΛΑΡΧΟΥ praebent ceteri, nisi quod Stuartus Λ.°ΧΟΥ: etiam initium plerique mutilum habent.

920.

Alopeciae, in ecclesia deserta; ex schedis Fourmonti.

..ΙΛΟΤΗΚ ΜΕΜΦ.⁻ΙΟΣΤΡΑΧΤΕΩΣ
ΑΡΙΣΤΟΜΑ·ΙϹ ΚΑΙΚΙΜΙΔΟΦΙΔΟΧ.ΚΟΣΔΙΜΟΝΙΚΟ

Ἰσ]ιδότη? καὶ ....., ιος .... τέως.
Ἀριστομά[χ]η καὶ - - - κος Δ[η]μονίκο[υ.

921.

Marm. Elgin. Visc. n. 41. Synops. Mus. Brit. n. 214. Edidit Osann. Syll. I, 14. p. 91. sed omisso vs. 5. Dedi ex schedis Rosianis et Mülleri consentientibus. Ad Attica rettuli de coniectura, quod pleraque Elginiana Attica sunt: sed potest etiam aliunde petitum esse.

ΑΡΙΣΤΟΦΩΣΗΣ
ΤΗΣΜΗΤΡΟΣΤΗΣ
ΑΜΦΗΝΟΡΟΣΚΑΙ
ΔΙΟΓΝΗΤΟ:ΚΑΙ
ΘΥΜΙΛΟ:ΚΑΙΤΟ
ΘΥΜΙΛΟ:ΥΟ
ΝΑΥΚΛΟ:ΚΑΙ
ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΣ
ΤΟ:ΥΟ:ΤΟΑΜΦΗ
ΝΟΡΟΣ
ΘΡΑΣΥΚΛΕΟΣ

Ἀριστοφώσης τῆς μητρὸς τῆς Ἀμφήνορος καὶ Διογνήτου, καὶ Θυμίλου, καὶ τοῦ Θυμίλου ὑοῦ Ναύκλου, καὶ Τιμοκράτους τοῦ ὑοῦ τοῦ Ἀμφήνορος. Θρασυκλέους. Inscriptio haec quomodo pro stemmate haberi potuerit, non intelligo: neque enim is nominum ordo est, qui in stemmate locum habere possit. Videtur sepulcri inscriptio esse: μνῆμα Ἀριστοφώσης etc. Prima in sepulcro hoc condita est *Aristophosa*, quae ut ceteri videtur peregrina esse: meretrix cur putetur, nulla idonea causa est: quodque eius nec pater nec maritus, sed soli filii nominati sunt, alias ob causas potest factum esse, quam quod nec pater nec maritus notus fuerit. Post hanc illatus *Thymilus*, tum *Thymili filius Nauclus*, tum *Amphenoris filius Timocrates*; quos ex eadem familia esse apertum est. Ultimo loco memoratur *Thrasycles*, cuius nomen non cohaeret cum antegressis. Nam si Thrasycles pater Amphenoris esset, nec spatium relictum esset vs. 10. et dictum foret τοῦ Θρασυκλέους. In orthographia nota Ο pro ΟΥ: unde titulus, qui Euclide recentior est, aut paulo ante Olymp. 100. aut paulo post scriptus iudicandus. Bis habetur Ν, fere ut n. 87. qui titulus eiusdem aetatis est, et passim.

922.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΑΡΙΣΤΥΛΛΑ — Ἀρίστυλλα
ΠΟΛΥΜΑΧΟΥ — Πολυμάχου
ΠΑΙΔΙ . . . — παιδὶ . . . nisi fuit Παιανιέως.

923.

Athenis in aedibus Georgaki. Gallandus transcripsit et misit Graevio; ex Graevianis Gallandi schedis ipse petii, sed litterarum formas dedi ex apographo Fourmonti, in quo fere dimidia pars, eaque sinistra habetur, omissis ceteris. Ex Gallando edidit etiam Spaan. Diss. de Antiph. Orr. Reisk. T. VII. p. 802. unde habet Iacobs. Paralip. Anthol. II. p. 806. Anthol. Palat. Append. n. 320. Fourmontianam laciniam edidit Osann. Syll. II, 61. integri tituli ignarus.

ϹΜΕΙΚΡΟϹΟΥϹΜΙΚΡΟΝΚΑΛΥΠΤΩ
ΤΥΜΒΟϹΑΝΔΡΑΕΠΕΙϹΟΦΩΝ
ΔΩΡΑΜΟΥϹΕΩΝΜΕΓΙϹΤΑΤΩΝ
ΟΔΕΞΟΧΟΝΛΑΧΩΝ
ΑΡΠΟΚΡΑΤΙΩΝΠΡΟϹΑϹΤΩΝ
ΤΡΙϹΜΑΚΑΡΚΛΗΙΣΕΤΑΙ
ΟΥΝΕΚΗΝΡΗΤΩΡΜΕΝΕΙΠΕΙΝ
ΦΙΛΟϹΟΦΟϹΔΑΧΡΗΝΟΕΙΝ

Vs. 1. Gall. ΣΜΙΚΡΟΣ, Fourm. ΕΜΕΙΚΡΟϹ, et postea ΕΜΙΗ pro ϹΜΙΚΡΟΝ. Retinui priorem Fourmonti lectionem quippe insolentiorem, licet a recta ratione abhorrentem. Vs. 6. semel Σ retinui, deficiente Fourmonti apographo et lectione incerta.

Σμεικρὸς οὐ σμικρὸν καλύπτω τύμβος ἄνδρ᾽· ἐπεὶ σοφῶν
δῶρα Μουσέων μέγιστα· τῶν ὅδ᾽ ἔξοχον λαχὼν
Ἁρποκρατίων πρὸς ἀστῶν τρισμάκαρ κληΐ[ζ]εται,
οὕνεκ᾽ ἦν ῥήτωρ μὲν εἰπεῖν, φιλόσοφος δ᾽ ἃ χρὴ νοεῖν.

In voce Ἁρποκρατίων antepaenultima non recte producitur. De lexici auctore quare cogites, nulla causa est: pari certe iure Caium vel Aelium Harpocrationem dixeris intelligendum. Cf. de his Fabric. B. Gr. T. VI. p. 250. ed. Harl.

924.

In Piraeeo; ex Pouquev. Itin. T. IV. p. 71.

ΑΡΤΕΛΛΑΣ — Ἀρτε[μ]ᾶς
ΡΥΘΑΛΛΟΥ — Ε]ὐθάλλου?
ΧΡΗΣΤΟΣ — χρηστός.

Ἀρτεμᾶς dedit iam Osann. Syll. p. 273.

925.

Athenis in D. Eliae, anaglyphum aeri incisum ap. Caylus. Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 55. cf. p. 178. In ea parte, quae adspectanti laeva est, lecto insidet mulier reclinata usque ad umbilicum nuda, adstante infante puella, ut videtur, ante quam diota et diotae adversus serpens. In dextera parte sedet vir barbatus, caput taenia redimitus. Superius quasi in pariete ex lacunari dependent serta, quibus super mulieris loco inhaeret falx. Tituli prior versus supra scriptus est, alter in dextero margine ex summo in imum descendit. Ex schedis Fourmonti.

ΑΣΙΟΣΤΩ::ΕΥΣΙΡΡΩΙΚΑΙ
ΤΕΙΒΑΣΙΛΕΙΑΙ

Cayl. vs. 2. ΤΗΙ. Titulus videtur sepulcralis; attamen eum explicare non possum. Nam etiamsi corrigas, Ἄσιος τῷ Σπευσίππῳ καὶ τῇ Βασιλείᾳ, et Βασίλειαν nomen proprium esse dicas, magnopere offendunt articuli.

926.

In sarcophago prope Athenas in domo privata reperto, ex marmore candido, longo 6′ 4″, lato 2′, alto 2′; in antica parte superiore est anaglyphum, quo Cereris adventus Eleusine et mysteriorum institutio repraesentari videtur. Titulum Athenis transcripsit Gallandus (Epist. ad Graev. ined.); dein Parisios in Museum D. Foucault translatum marmor, ubi quum esset, descripsit titulumque ediderunt De Boze Mem. Acad. Inscr. T. IV. p. 648 sq. (cf. p. 663.) et Montf. Ant. expl. T. I. P. I. p. 94. tab. 45. ubi prioris editoris explicatio extat p. 86 sqq. Praeterea titulus editus Journ. des Sav. 1724. Mai. p. 327. et ex Actis Acad. Inscr. ap. Murat. T. III. p. MCCCCIX. 8. Postremo marmor Wiltonum in Museum Pembrokianum translatum est, et lignea forma editum a Kennedy (Wiltonhouse p. 25.): ibidem transcripserunt Spikerus et Müllerus.

Θ. Κ. ΑΥΡΗΛΙѠ.ЄΠΑΦΡΟΔЄΙΤѠ
CΥΜ ΒΙѠ:ΑΝΤѠΝΙΑΒΑΛЄΡΙΑ.ЄΘΗΚЄ

Gall. uno versu dedit, et initio pro Θ et Κ habet ΜΑΡΚ, praeter fidem ceterorum: litterarum formas potissimas dedi ex Gall. Montf. ex diario eruditorum, Kenn. Spik. Müll. Vs. 2. post CΥΜ et in fine post ЄΘΗΚЄ ornamenta scalpta sunt: diar. erud. falso ЄΘΗΚЄΝ. Puncta addidi ex schedis Mülleri: quae omiserunt plurimi; post Αὐρηλίῳ habet tamen Kenn. Forma epitaphii prorsus Romana est: Θεοῖς καταχθονίοις. Αὐρηλίῳ Ἐπαφροδείτῳ συμβίῳ Ἀντωνία Βαλερία ἔθηκε.

927.

Athenis; ex Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 51. n. 20.

ΟΤΑΣ
ΟΛΑΥΡΞΕΝΟΚΡΑΤΕΑΙΣΑΤΥΡ. . >. . .

Videtur fuisse: . . Αὐρ. Ξενοκράτεια, Σάτυρος vel simile.

928.

Athenis in domo quadam; ex schedis Fourmonti. Verba in anaglypho scripta sunt, in quo senex barbatus sellae insidens, adstante muliere, quae illi manum porrigit. Ed. Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 52, 2. cf. p. 174.); mulierique ibi adscriptum viri nomen et vicissim viro feminae. In schedis Fourmonti Bekkerianis ordo diversus comparet: et hunc expressi.

ΓΕΤΑΣΧΡΗΣΤΟ
ΜΑΝΙΑ

Γέτας χρηστό[ς]. Μανία. Epitaphium est Getae; unde is χρηστὸς audit.

929.

Super protome viri barbati anaglypho expressa; in marmore Wheleriano Oxoniensi. Ed. Chandlerus Marm. Oxon. II, 62.

ΓΛΑΥΚΕΤΗΣ Γλαυκέτης. De coniectura posui in Atticis.

930.

Athenis sub anaglypho; ex schedis D. St-Martin.

ΓΟΥΡΓΟΣΧΡΥΣΟΧΟΟΣ
ΚΕΙΜΑΙΠΟΛΛΟΙΣ
ΠΟΘΕΙΝΟΣ

Γοῦργος χρυσοχόος κεῖμαι πολλοῖσ[ι] ποθεινός.

931.

Athenis sub anaglypho, in quo senes duo; ex schedis Mustoxydis.

ΔΕΞΙΠΠΟΣ ΔΙΑΥΛΟΣ
ΧΡΗΣΤΟΙ

Δέξιππος, Δίαυλος χρηστοί.

932.

Ex Attica Leidam in Museum publicum detulit Rotiers; sub anaglypho sepulcrali hoc nomen est, a Müllero transcriptum:

ΔΗΜΕΑΣ Δημέας.

933.

In marmore candido, in quo coena funebris; in lectulo recubat vir, assidente femina, adstantibus minoribus duabus figuris; marmor fuit Choiseulii (catal. Dub. n. 149.), nunc in Museo regio (catal. Clarac. n. 547.). Priorem versum male edidit Dubois; utrumque offerunt schedae Mülleri. Minus plenum titulum praebent tabulae Claraci.

ΔΗΜΗΤΡΙΑΣΤΗΣΑΡΙΣΤΟΜΕΝΟΥΣ
ΣΞΒΩΜΒΙΧΟΥ ΤΟΥΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

Δημητρίας τῆς Ἀριστομένους.
Σ[τρο]μβίχου τοῦ Δημητρίου.

Vs. 1. Dub. ΑΡΙΣΤΟΜΜΗΝΟΣ, Müll. ΑΡΙΣΤΟ ΜΕΝ, Clar. quod dedi. In catalogo Musei regii Demetria vocatur *Aristodemi* f. Vs. 2. Clar. Σ............ ΤΟΥ etc.

934.

In vase marmoris candidi sine sculptura, Marathone reperto, Marm. Choiseul. catal. Dub. n. 123.

ΔΗΜΗΤΡΙΑΤΩΠΑΤΡΙ

Δημητρία τῷ πατρί.

934. *b*.

In titulo Voluminis tertii operis Stuartiani.

ΔΑΜΑΤΡΙΟΣΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣ
ΑΡΙΣΤΙΩΝΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟ...

Δαμάτριος Ἀριστίωνος.
Ἀριστίων Ἀριστογείτο[νος.

Locum ap. Stuart. non designatum reperio: aut tamen Atticus titulus est aut certe in finibus Atticae, fortasse Megaricis repertus. Homines quidem non Attici sunt, sed Dorienses.

935.

Salamine „in petra, quae sepulcri formam habet, in domo 'Ανδρικοῦ"; ex schedis Fourmonti.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΤΥΡΟΣ
ΙΛΥΝΡ C C

Δημήτριος Δημητρίου.
Σ]άτυρος ......

936.

In urna sepulcrali, in qua vir et femina manus iungentes, adscriptis nominibus; a latere adstant duae figurae. Marm. Mus. Brit. n. 104. Edidit Osannus Syll. I, 36. p. 118.

ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΗ ΚΑΛΛΙΣΤΡ...

Δημοστράτη, Καλλίστρ[ατος.

937.

„Στῇ Πικέρμῃ", ex schedis Fourmonti inter Attica.

ΔΗΜΟΣΤΡ....
....ΕΜ....

Δημοστράτη vel Δημόστρατος.

938.

Athenis in basi vel columella in monasterio 'Ασωμάτου, olim in aedibus privatis (Kira Erini). Edidit Sponius Misc. erud. ant. X, 8. p. 320. hinc Bonada T. II. p. 529. Fleetwood Syll. p. 249. 1. Brunck. Anal. T. III. p. 308. n. 722. (cf. Iacobs. Animadv. T. III. P. II. p. 307.) Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 171. Bendtsen Marm. Myst. Spec. I. p. 15 sqq. Habeo etiam ex schedis Mustoxydis.

ΕΝΘΑΔΕΔΙΑΛΟΓΟΣΚΑΘΑΡΩΠΥΡΙΓΥΙΑΚΑΘΗΡΑΣ
ΑΣΚΗΤΗΣΣΟΦΙΗΣΩΧΕΤΕΣΑΘΑΝΑΤΟΥΣ
ΕΝΘΑΔΕΔΙΑΛΟΓΟΙΟΣΑΟΦΡΟΝΟΣΟΣΤΕΑΚΕΥΘΕΙ
ΓΥΜΝΑΖΟΣΑΜΦΑΡΕΤΗΝΕΠΛΕΤΟΚΑΙΣΟΦΙΗΝ
ΑΛΛΑΤΑΜΕΝΚΕΥΘΕΙΜΙΚΡΑΚΟΝΙΣΑΜΦΙΧΥΘΕΙΣΑ
ΨΥΧΗΝΔΕΚΜΕΛΕΩΝΟΥΡΑΝΟΣΕΥΡΥΣΕΧΕΙ

Formam Α dedi ex Must. Vs. 3. extr. Must. ΚΕΥΣ., vs. 4. ΓΥΜΝΟΣΑΜΦ. Vs. 5. Spon. male ΚΥΘΕΙΣΑ, quod ex Must. correxi.

Ἐνθάδε Διάλογος καθαρῷ πυρὶ γυῖα καθήρας
ἀσκητὴς σοφίης, ᾤχετ' ἐς ἀθανάτους·
ἐνθάδε Διαλόγοιο σαόφρονος ὀστέα κε[ῖτα]ι,
γυμνά[ς] ὃς ἀμφ' ἀρετὴν ἔπλετο καὶ σοφίην.
ἀλλὰ τὰ μὲν κεύθει μικρὰ κόνις ἀμφιχυθεῖσα,
ψυχὴν δ' ἐκ μελέων οὐρανὸς εὐρὺς ἔχει.

Duo esse epigrammata, alterum vs. 1. 2. alterum vs. 3-6. sine causa putabat Fleetw. *Dialogus* hic philosophus videtur esse. Καθαρῷ πυρὶ γυῖα καθήρας dicitur utpote rogo crematus (v. Iacobsii Animadv.): hoc igne, non mystico Eleusinio, purgatus Dialogus ad superos evolavit relicto pulvere cinerum. Nam si mysticum ignem cum Bendts. intelliges, quomodo quaeso dici potest, Ἐνθάδε καθαρῷ πυρὶ γυῖα καθήρας, hoc est *in loco sepulcri*? Vs. 4. γυμνὰς a Schneidero Lex. Gr. h. v. refertur ad sqq. cum Bonada et Fleetwoodio, ita ut Dialogus γυμνὰς ἀμφ' ἀρετὴν καὶ σοφίην dicatur, *exercitatus circa virtutem et sapientiam*: idem probant Bendts. et Morgenstern.

ad Richteri Inscr. p. 663. qui insuper pro κεύθει iubet κεῖται rescribi. Sed haec quamvis speciosa sint, tamen dixeris κεύθει, cuius vestigia etiam Must. servavit, non corruptum videri; et γυμνὰς esse γυμνάσιον (de loco, ut σκιάς), recte docuit Iacobsius Anthol. Palat. T. III. p. 917. Praeterea ἔπλετο s. ἐγένετο ἀμφ' ἀρετὴν etiam sine adiectivo est: *deditus erat virtuti*, ἐνέκειτο ἀρετῇ. Neque in repetito κεύθει immorandum putaveris. Attamen quum considero, prius ΚΕΥΘΕΙ admodum incertum esse, adscitoque κεῖται et voce γυμνὰς ad sqq. relata universum epigramma multo elegantius fieri, libens adscisco hanc coniecturam.

939.

Athenis in lapide; aeri incisum praebet Stuartus Antt. Att. Vol. I, p. 52. Habeo etiam ex schedis Fourmonti. Tractavit Welckerus Spicil. Epigr. I, 1.

ΔΜΩΙΣΔΡΗΣΤΟ
ΣΥΝΗΣΙΚΕΚΑ
ΣΜΕΝΗΟΙΣΙΠΟ
ΘΕΙΝΗΘΡΕΨΑΜΕ
ΝΟΙΣΤΥΜΒΟΥ
ΤΟΥΔΕΘΑΝΟΥΣ
ΕΛΑΧΕΝ

Δμωῒς δρηστοσύνησι κεκασμένη, οἷσι ποθεινὴ
θρεψαμένοις, τύμβου τοῦδε θανοῦσ' ἔλαχεν.

Servulae epitaphium est a gratis dominis scriptum. Δμωῒς sitne proprium nomen an appellativum nescio.

940.

Cippus marmoreus inter urbem et Piraeeum repertus: Sackius Comes intulit in Museum Berolinense.

ΔΟΚΙΜΟ.

Δόκιμος vel Δοκίμου.

941.

Athenis in marmore cum fastigio; ex schedis Mustoxydis.

ΔΟΡΙΜΑΧΕ
ΧΑΙΡΕ

Δορίμαχε χαῖρε.

942.

Athenis in fronte ecclesiae. Ex Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 51. n. 14. et ex schedis Fourmonti; varietatem lectionis ad Pocockii exemplum annotat Chandlerus Inscr. Syll. p. xxx. Ex Pocockio Iacobs. Paralip. Anthol. II, p. 765. Anthol. Palat. Append. n. 144.

ΔΕΥΤΕΡΟΝΕΙΣΕΤΟΣΑΡΤΙΠΑΡΕΡΧΟΜΕΝΟΝΜΕΚΡΑΤΑΙΗ
ΕΛΛΑΔΙΝΕΙΚΟΝΙΟΥΝΟΥΣΟΣΕΠΑΥΣΕΒΙΟΥ

Vs. 2. Poc. ΕΛΛΑΔΙΝΕΚΟΝΙΟΥΝΟΥΣΩΣ, quod correxi ex Chandl. confirmante Fourmonto, apud quem habetur ΡΛΛΑΔΙΝΕΙΚΟΝΙΟΥΝΟΥΣΟΣ.

Δεύτερον εἰς ἔτος ἄρτι παρερχόμενόν με κραταιὴ
Ἕλλαδιν Εἰκονίου νοῦσος ἔπαυσε βίου.

Iacobsius coniiciebat Ἑλλάδιον σκολιοῦ: sed lectio quam dedi certa est. Ἕλλαδις est p. Ἑλλάδιος, quocum conferri potest Φιλημάτιν n. 506. ubi v. not. atque alia ex parte Ἀθηναῒς, Ἑστιαῒς, Δήμητρις et talia, de quibus dixi ad n. 265.

943.

Athenis prope D. Irenes; ex schedis Fourmonti. Habet etiam Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 51.

ΠΙΓΟΝΗΕ̄ΤῩΒΒ̄

Ἐ]πιγόνη . . . . . Poc. habet ΠΙΤΟΝΗΕΞΥΒΕ. Fortasse fuit ἐξ Ὑβαδῶν: nolui tamen inter demos referre.

944.

Ex schedis Fourmonti „in urbe antiqua Phylea dicta, in columna"; ap. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 104. „in vico destructo Scoupéri-Colchini, ad Hymettum, in columna".

ΕΠΙΚΤΗΣΙΣ
ΔΟΡΚΟΙΟΣ
ΓΥΝΗΧΑΙΡΕ

Ἐπίκτησις
Δορκόϊος?
γυνὴ χαῖρε.

Vs. 1. Pouq. ΕΠΙΚΤΗΣ ΕΣ, Fourm. ΕΠΙΚΤΙ ΣΙΣ. Vs. 2. Fourm. quod dedi, Pouq. ΔΟΡΚΟΥΟΣ. Nomen alterum incertum: sed Δορκοῒς Δορκόϊος certe ferri potest.

945.

Columna sepulcralis marmoris candidi, in qua iuvenis expressus (Bacchum dicit auctor catal. Mus. reg.), qui cani vel pantherae uvam porrigit. Marm. Chois. catal. Dub. n. 137. Mus. reg. catal. Clarac. n. 613. Titulum edidit Dubois, sed litterarum formas rectius repraesentant schedae Mülleri et tabulae Claraci.

ЄΥΑΡЄСΤЄС
ΑΦΡΟΔЄΙСΙΟΥ

Εὐαρέστης Ἀφροδεισίου. Barbara est scriptura СΤЄС p. СΤΗС.

946.

„Athenis prope puteum S. Sabae τοῦ Κουτρικᾶ"; ex schedis Fourmonti.

ΕΥΚΟΛΙΝΗ — Εὐκολίνη
ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ — Μητροδώρου.

947.

Ex schedis Fourmonti; Cephisiae in urna sepulcrali, quam aeri incisam dedit Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 49. cf. p. 169. In sinistra aspectanti est mulier pone sellam stans, in media parte mulier sellae insidens adstante puerulo; huic manum iungit in dextera parte adstans vir. Ita descripsit Müllerus in schedis; sed apud Caylusium dextera sunt sinistra et vicissim: et hic sedentem figuram virilem dicit et quae ei manum iungit muliebrem. Praeterea tituli adscripti eodem modo ap. Cayl. locos contrarios iis habent, quos ex Müll. dedi: cum schedis Mülleri consentiunt Bekkerianae.

ΕΥΡΙΓΓΗ
ΑΡΚΕΤΩΝ
ΓΥΟ ΘΕΩΡΟΣ
ΕΥΡΙΓΓΗ

Quantum video, haec ita explicanda sunt. Quae in sella considet media mulier, est Εὐρίππη, eiusque filia fortasse est altera Εὐρίππη pone sellam consistens; ad infantem nullum horum nominum pertinet. Vir in dextera est opinor maritus prioris Eurippae, Ἀρκέτων, Πυθ(ικὸς) θεωρός.

948.

Athenis sub anaglypho prope arcum Hadriani invento. Ed. Dodwell. Itin. T. I. p. 387.

ΟΥΤΟΣ Ο ΓΗΣΤΕΜΝΩΝΣΤΑΧΥΗΦΟΡΟΝΑΥΛΑΚΑΔΗΟΥΣ
ΕΥΤΥΧΟΣΗΓΟΝΕΩΝΕΛΠΙΣΕΠΕΙΤΑΓΟΟΣ
ΕΙΚΟΣΙΤΩΝΠΑΝΤΩΝΕΤΕΩΝΥΠΟΤΩΔΕΚΕΚΡΥΜΜΑΙ
ΣΗΜΑΤΙΜΗΤΕΝΟΣΩΜΗΤΟΔΥΝΗΣΙΤΑΚΕΙΣ
ΤΕΘΝΕΙΩΣΔΟΥΚΟΙΟΣΟΔΥΡΟΜΑΙΑΛΛΟΤΙΠΕΝΘΟΣ
ΑΜΦΟΤΕΡΟΙΣΕΛΙΠΟΝΛΥΓΡΟΝΕΜΟΙΣΤΟΚΕΣΙ

Οὗτος ὁ γῆς τέμνων σταχυηφόρον αὔλακα Δηοῦς
Εὔτυχος, ἡ γονέων ἐλπίς, ἔπειτα γόος,
εἴκοσι τῶν πάντων ἐτέων ὑπὸ τῷδε κέκρυμμαι
σήματι, μήτε νόσῳ μήτ᾽ ὀδύνῃσι τακείς.
τεθνειὼς δ᾽ οὐκ οἷος ὀδύρομαι· ἄλλο τι πένθος
ἀμφοτέροις ἔλιπον λυγρὸν ἐμοῖς τοκέσι.

Adolescens hic nefanda nece perisse videtur, morte fortasse sponte sumpta. Τοκέσι ut δρομέσι formatum est; de huiusmodi formis v. Lobeck. ad Phrynich. p. 69. Buttm. Gramm. Gr. ampl. T. I. p. 197.

949.

In parte superiore columnae sepulcralis fractae, Marm. Elgin. Visc. n. 27. Mus. Brit. Synops. n. 155. Edidit Osann. Syll. I, 53. p. 154.

ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΥ — Εὐφροσύνου.

950.

Athenis in columna; ex schedis Fourmonti.

ΖΩCΑC — Ζωσᾶς
ΓΑΥΚΙΑ — Γλυκία?

951.

Ibidem, ex iisdem.

ΖѠCΙΜΙΑΝΟΥΤΟΠΤΟC CЄΙCΑΝΒЄΙΔЄΠΤΕ
ΔѠCЄΙΤѠΤΑΜΕΙ ΜΑ ΓΟЄΙΔЄCΠЄΝΤЄ

Ζωσιμιανοῦ τόπ[ος οὗ]τος? Si quis nefas fecerit, δώσει· τῷ ταμείῳ ✱ (δηνάρια)? .... πέντε. ✱ in Α latere videtur: certe illud usitatum in ea formula. Fragmentum pessime habitum.

952.

In loco Vari ad portam ecclesiae, in columna sepulcrali; ed. Dodwell. Itin. T. I. p. 549. Hobhouse Itin. p. 409. sed hic vitiosius.

ΗΝΙΠΠΟΣ
ΗΝΙΠΠΟΥ

Ἥνιππος Ἡνίππου?

953.

Athenis, super anaglypho iuvenis doryphori. Aeri incisum dedit Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 54. cf. p. 178. Ex schedis Fourmonti.

ΘΕΚΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΥΡΟΜΟΙΡΩΣΒΕΙѠΣΑΣ

..θεκος Ἀλεξάνδρου προμοίρως βειώσας.

954.

Athenis, sub anaglypho repraesentante mulierem sedentem, cui manum porrigit alia figura. Ligno expressum dedit Dodwell. Itin. T. I. p. 442. Tractavit Welckerus Spicil. epigr. II, n. 40. p. 18.

ΣΗΣΑΡΕΤΗΣΜΝΗΜ'ΕΑ
ΘΕΟΦΙΛΗΟΥΠΟΤΕΛΗΣΕΙ
ΣΩΦΡΩΝΚΑΙΧΡΗΣΤΗΚΑΙ
ΕΡΓΑΤΙΣΠΑΣΑΝΕΧΟΥΣΑ
ΑΡΕΤΙΗΝ

Σῆς ἀρετῆς μνημ[εῖ]α, Θεοφίλη, οὔποτε λήσει,
σώφρων καὶ χρηστή *), πᾶσαν ἔχουσ' ἀρετήν.

*) καὶ ἐργάτις.

Epigramma non malum est, nec vituperem, quod antepaenultima vocis Θεοφίλη producitur. Sed quum poeta Theophilam non satis laudasse familiaribus mulieris visus esset, illi contra metrum addiderunt istud καὶ ἐργάτις.

955.

Marm. Mus. Brit. Synops. n. 188. Ed. Osannus Syll. I, 30. p. 105. Habeo etiam ex Rosianis schedis.

ΘΕΟΦΙΛΟΣ ΕΥ - - - -
ΕΥΦΡΩΔΙΟΝΥΣΙΑ - -

Θεόφιλος Εὐ - - - - -
Ἐυφρώ, Διονυσία - - -

In Ros. habetur ΘΕΙΟΦΙΛΟΣ.

956.

In tabula marmorea Athenis deportata; in domo Comitis Guilfordi. Ex schedis Demetrii Schina edidit Walpol. Travels p. 561. n. 28. cum suis et Blomfieldi notis et variis lectionibus apographi ab Hughesio facti. Dein tractavit Welckerus Spicil. epigr. II, p. 24. Aliud apographum fecit Müllerus in aedibus Guilfordianis. Ex his nostrum compositum est.

ΟΥΝΟΜΑΘΕΣΜΟΦΑΝΗΝΜΕΠΑΤΗΡΦΙΛΟΣΗΔΑΜΑΜΗΤΗΡ
ΚΙΚΛΗΣΚΟΝΔΥΕΡΟΥΠΡΙΝΘΑΝΑΤΟΙΟΤΥΧΕΙΝ
ΕΠΤΑΔΕΜΟΙΜΟΪΡΑΙΠΕΡΙΤΕΛΛΟΜΕΝΟΥΣΕΝΙΑΥΤΟΥΣ
ΕΚΛΩΣΑΝΤΟΜΙΤΟΙΣΑΤΡΟΠΑΓΡΑΨΑΜΕΝΑΙ
ΚΛΙΗΕΝΚΑΙΠΑΝΤΩΝΜΕΚΑΛΩΝΟΣΑΠΑΙΣΙΦΕΡΙΣΤΟΙΣ
ΠΛΗΣΕΝΠΡΟΦΡΟΝΕΩΣΚΛΕΙΝΟΣΕΜΕΙΟΠΑΤΗΡ
ΠΑΣΑΣΓΑΡΛΟΙΒΑΣΤΕΚΑΙΟΣΣΑΜΕΜΗΛΕΘΕΟΙΣΙΝ
ΕΙΝΕΚΕΜΗΣΨΥΧΗΣΟΥΛΙΠΕΜΕΙΛΙΧΙΟΙΣ
ΚΑΙΓΑΡΜΕΥΜ . . . . . . ΘΥΗΠΟΛΟΙΕΙΡΕΣΙΩΝΗΝ
. . ΥΞΑΝΤΕΣ . . . . ΙΑΣΑΝΕΥΚΛΕΙΗΝ
ΣΤΕΜΜΑΔΕ . . . . ΔΙΩΝΥΣΟΥΘΙΑΣΩΤΑΙ
ΠΥΡΦΟΡ . . Ξ - - - - - - - - ΚΑΤΕΞΕΤΕΛΟΥΝ
. ΡΑΚΑΛΟΝΕΕΙ - - - - - - - - ΙΙΣΛΟΓΟΣΑΝΔΡΩΝ
ΠΑΙΔΑΣΝ - - - - - - ΩΣΦΙΛΕΟΥΣΙΘΕΟΙ
ΤΟΥΝΕΚΑΜΟΙΠΑΤΕΡΕΣΘΛΕΦΑΝΗΣΕΙΜΗΚΕΤΙΣΕΙΟ
ΤΕΙΡΟΜΕΝΟΣΓΛΥΚΕΡΗΝΤΡΥΧΕΧΡΟΝΩΚΡΑΔΙΗΝ

Formam versuum dedi ex Müll. Vs. 2. Müll. ΛΥΓΡΟΥ p. ΔΥΕΡΟΥ; sed hoc elegantius videtur certe metri causa. Vs. 5. init. ΚΛΙΗΕΝ ex solo Hugh. item vs. 6. init. litterae ΠΛΗ. Vs. 9. Walp. ΗΡΕΣΙ etc. Müll. ΕΙΡΕΣΙ. Vs. 10. forma Ξ ex Müll. qui vs. 11. ΣΤΕΜΜΑΣ.. Ex eodem vs. 12. addidi Ξ. Idem in fine . ΑΙ . ΤΕΤΕΛΟΥΝ. Vs. 13. ex eodem addidi prima . ΡΑΚΑ; dein idem omittit ΕΕΙ; et ex eodem post lacunam addidi ΙΙ. Vs. 14. Walp. ΠΑΙΔΑ et nihil praeterea ante lacunam: idem omittit ΩΣ, quod ex Müll. addidi. Praeterea Müll. ΠΑΙΔΑΣV; Hugh. dicitur habere ΠΑΙ ΔΑΣΝ - - - ΡΑΣ; igitur ΡΑΣ videtur eodem loco legisse, ubi Müll. ΩΣ. Vs. 15. init. Müll. ΤΟ . . ΚΑ. Non omnia certa via restitui possunt; attamen supplementa addere commodum visum.

Οὔνομα Θεσμοφάνην με πατὴρ φίλος ἠδ' ἅμα μήτηρ
κίκλησκον, δυεροῦ πρὶν θανάτοιο τυχεῖν·
ἑπτὰ δέ μοι Μοῖραι περιτελλομένους ἐνιαυτοὺς
ἐκλώσαντο μίτοις, ἄτροπα γραψάμεναι.
ν]αὶ [μὴ]ν καὶ πάντων με καλῶν, ὅσα παισὶ φερίστοις,
πλῆσεν προφρονέως κλεινὸς ἐμεῖο πατήρ.
πάσας γὰρ λοιβάς τε καὶ ὅσσα μέμηλε θεοῖσιν
εἵνεκ' ἐμῆς ψυχῆς οὐ λίπε μειλιχίοις.
καὶ γάρ μ' Εὐμ[όλποιο] θυηπόλοι, εἰρεσιώνην
τε]ύξαντες, [μεγάλην ὤπ]ασαν εὐκλείην·
στέμμα δὲ [καὶ κισσοῖο] Διωνύσου θιασῶται
πυρφόρ[οι] ἐ[ς τόδε μοι μνῆμα] κατεξετέλουν.
ἦ] ῥα καλὸν [σ]έ[βας εἴμ', εἰ μὴ ψευδ]ὴς λόγος ἀνδρῶν,
παῖδας [ἀποθνήσκειν, οὓ]ς φιλέουσι θεοί.
τοὔνεκά μοι, πάτερ ἐσθλέ, φανήσει· μηκέτι σεῖο
τειρόμενος γλυκερὴν τρῦχε χρόνῳ κραδίην.

Vs. 5. correxi ναὶ μήν, ex epigrammate Troezenio n. 1187. vs. 3. ubi καὶ μὴν καὶ etc. Vs. 5. ὅσα παισὶ φερίστοις, *Quae contingunt optimis pueris, iis me impertiit pater defunctum, omnis generis libationes grataque munera animae meae piandae causa offerens diis propitiis* (μειλιχίοις vs. 8. ad quod ex prioribus supple θεοῖς). Iam haec speciatim enumerantur. Sic Eumolpidae εἰρεσιώνην ei confecerunt, hoc est

h. l. *coronam ad ornandum defunctum.* Εὐμόλποιο debetur Blomfieldo, item τεύξαντες et ὤπασαν. Vs. 9. μ᾽ est p. μοι per synizesin potius quam apostrophum. Vs. 11. de simili re dicitur, quam Dionysiaci thiasotae perfècerint: in eorum societatem Thesmophanem introductum esse non male coniicit Walp. collato loco Isaei de Astyphili hered. p. 248. Vs. 11. Blomf. coniicit στέμμα δὲ κἀκ μύρτοιο: praetuli id quod dedi. Idem vs. 12. Πυρφόροι εἰς Ἀΐδαν μνῆμα κατεξετέλουν: ubi μνῆμα videtur appositio ad στέμμα esse: quod quum non placeret, paulo immutavi hoc supplementum, quod tamen ne sic quidem satisfacit. Στέμμα etsi proprie laneum, tamen στέμμα κισσοῦ ferri potest. Cetera quantum potui, ipse restitui, retentis plurimis, quae traditae sunt, litteris. Vs. 13. ἦ ῥα coniecit Müll. Aliter Blomf. qui vs. 13: καλὸν ἐκεῖ βίοτον λαμπρόν τ᾽ ἔχω, ὡς λόγος ἀνδρῶν, παῖδα νέον θνήσκειν, ὃν φιλέουσι θεοί, vel παῖδας ἴμεν κατὰ γᾶς, οὓς φιλέουσι θεοί. Idem versum Menandri attulit: Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος. Et hinc dedi ἀποθνήσκειν: N enim videtur AI (ex AΠ superstes) esse. Vs. 16. paulo obscurior est; ut habetur, sensus hic est: *Quapropter, quum ego diis dilectus sim, tu quoque, qui bonus sis, mihi aliquando apparebis: noli igitur moerore confici.* Sed exspectes potius tale quiddam: *Tu vero, pater, donec mecum rursum coniungaris, noli te macerare.*

957.

Athenis in columella repperit Guil. Gellius; misit Rosius, sed sero.

ϟ Ο Μ Ο Ϥ Ǝ Θ   Θήρωνος.

958.

Marm. Elgin. Visc. n. 52. Synops. Mus. Brit. n. 175. columna sepulcralis. Edidit Osannus Syll. I, 35. p. 118. Nos paulo aliter damus ex schedis Rosianis.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ:ΒΑΥΚΙΣ   Ἱπποκράτης. Βαῦκις. Haec mulier est.

959.

„Athenis in domo Demetrii Romanai", ex schedis Fourmonti.

ΚΑΛΛΙΚΛΗΣ
ΑΙΛΙΟΣ   Καλλικλῆς. Αἴλιος.

960.

Supra anaglyphum pulcherrimum, virum et feminam manibus iunctis exhibens, quod ex Graecia attulit Forbinus, Mus. reg. Par. post n. 214. Ex schedis Mülleri et tabula Claraci aerea. Forbiniana cetera quum Attica sint omnia, hoc quoque in Atticis posui, ut Choiseulianorum et Elginianorum plura, quae de sola coniectura, sed non nimium audaci, huc rettuli.

ΣΤΡΑΤΗΚΑΛΛΙΠΠΟΣΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ
ΦΙΛΟΚΥΔΗΣ   - - στράτη, Κάλλιππος, Ἀριστοτέλης, Φιλοκύδης. Vs. 2. minoribus litteris.

961.

In anaglypho virum et infantem exhibente, Marm. Chois. catal. Dub. n. 140. Mus. reg. catal. Clarac. n. 652. Edidit Dubois l. c. nos litterarum formas ex Mülleri schedis correximus, quibuscum consentiunt tabulae Claraci, nisi quod in his plures litterae ut evanidae ductibus arrosis repraesentantur.

ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣΔ.
ΜΗΤΡΙΟΥΧΑΙΡΕ   Καλλίστρατος Δ[η]μητρίου χαῖρε.

962.

Athenis; ed. Hughes Itin. T. I. p. 271.

ΚΑΛΛΙΣΤΩ   Καλλιστώ.

963.

Athenis in sedibus theatri Bacchi, ubi n. 577.; in columella, fortasse olim sub protoma. Ediderunt Spon. Itin. T. III. P. II. p. 19. sed versibus non recte divisis, Wheler. Itin. p. 366. Varietatem lectionis ad Sponii exemplum contulit Chandl. Syll. Inscr. p. xxix.

Q·CALPVRNIOЄ́YTYCHO
PHILETVSP⋖BL⋖XX·LIB⋖VICVSFECIT
Κ·ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟЄΥΤΥΧΟ⋖ΦΙΛΗΤΟC
ЄΙΚΟCΤΗCЄΛЄΥΘЄΡЄΥCΙΚΟΝΟΜΟC
ЄΠΟΙΗCЄΝ⋖ΓΝΗCΙΟCΤΡΑΤΙΟΤΗΙ

Disposui versus ex Whel. et Chandl. ex cuius fide omnibus locis dedi Є. Formam ⋖ ubicunque dedi, a Chandlero ea repraesentatur, pro ea vel nihil habentibus ceteris, vel punctum. Vs. 3. ЄΥΤΥΧΟ additum ex Chandl. Ibidem Whel. ΦΙ ΛΗΤΟ. Vs. 5. Whel. male ΓΝΗΠΟΣΤΑ etc. In fine versum deesse dicit Chandl. de qua re dubito. Titulus barbarus. Vs. 2. quid sit VICVS, prorsus non intelligo; nisi dixeris legendum esse *vilicus* (*villicus*); cetera ita lego:

Q. Calpurnio Eutycho Philetus, Publicus Vicesimae libertatis . . . . . fecit.

Κ. Καλπουρνίῳ Εὐτύχῳ Φίλητος, εἰκοστῆς ἐλευθερ[ία]ς [ο]ἰκονόμος, ἐποίησεν γνησίῳ στρατιώτῃ.

De vicesima libertatis s. manumissionum v. Lips. ad Tac. Annal. XIII, 31. et excursum C. et Ern. Clav. Cic. v. *vicesima*. In hac exigenda occupati fuerunt *publici* XX. *libertatis*, quos nominat titulus ap. Fabrett. Inscr. p. 36. ⋖ semel est pro V, vitiose opinor, ceteris locis pro interpunctione.

964.

Athenis in columna; ex Chandlero Inscr. II, 69. p. 68. et schedis Fourmonti, ex quibus dedit Osann. Syll. II, 88.

ΛΕΥΚΙΟΣ
ΚΑΝΙΝΙΟΣ
ΑΡΚΑΘΙΑΣ

Λεύκιος
Κανίνιος
Ἀρκαθίας.

Fourm. ΚΑΝΙΝΟΣ; Os. ΑΡΚΑΔΙΑΣ; schedae Bekkeri ut Chandl. ΑΡΚΑΘΙΑΣ.

965.

„Enneapyrgis in monte Hymetto in limine ecclesiae D. Petri"; ex schedis Fourmonti.

ΚΟΝπΤΗ
ΟΛΥΜΠΙΟΥΚΑΙΕΥΤΥΧΙΟΥ
ΘΕΟΔΟCΙΑΣ ΑΓΑΘΟΚΛΙΑΣ

Κο . . τη (credo Κοΐντῃ ἐμνήσθη)
Ὀλυμπίου καὶ Εὐτυχίου.
Θεοδοσίας. Ἀγαθοκλίας.

Formula ἐμνήσθη satis nota est: cf. modo ex Atticis n. 513. 516.

966.

Ex Lusierii Museo, misit Rosius. Lusierii tituli Attici sunt.

ΛΥΣΙΑΣ
ΛΥΣΑΝΔΡοΥ

Λυσίας Λυσάνδρου.

967.

„Athenis in porta domus Georgaki", in ara rotunda; ex schedis Fourmonti. In altera arae parte caput taurinum corona redimitum; in media Hercules vestitus, cum clava et pelle leonina ex humeris dependente; utrinque est inscriptio. Aeri incisam dedit Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 52. 1. cf. p. 173. Habeo etiam a Bekkero et Müllero.

ΤΙΤ ΜΑ . . . . .
ΚΕ . CCΑ
ΛΑ C

Τίτ. Μακεσσάλας? Mirum sane nomen et maxime dubium.

968.

In columna marmoris candidi exigua, quam Athenis misit Fauvel; Marm. Chois. catal. Dub. n. 132.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ
ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ
ΧΡΗΣΤΟΣ

Μένανδρος
Λυσιμάχου
χρηστός.

969.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΜΕΤΤΙΑ . . . ΘΕΟΤΜ . . .
ΜΕΤΤΙΟΥΙΟΥΛΙΑΝΟΥΘΥ
ΝΙΚΟΚΡΑΤΟΥ

Fortasse: Μεττία Θεοτίμη, Μεττίου Ἰουλιανοῦ θυγάτηρ, Νικοκράτου [γυνή. Lacunarum signa vs. 1. post Μεττία non curo; saepe enim voces exiguo spatio separatae in hoc genere titulorum reperiuntur.

970.

In marmoreo anaglypho, quod cum n. 975. Athenis Constantinopolin et inde Venetias delatum venale prostabat in domo Ios. Molinari. Ed. Villois. Anecd. Gr. T. II. p. 169.

ΥΠΟΜΝΗΜΑΜΗΝΟΔΩΡΟΥΤΟΥΑΝΔΡΩΝΟΣ
ΟΚΑΤΕΣΚΕΥ
ΑΣΑΝΑΥΤΩΙΟΙΓΟΝΕΙΣΑΝΔΡΩΝΜΗΝΟΔΩΡΟΥ
ΚΑΙΜΗΤΗΡΜΙΚΚΗ

Ὑπόμνημα Μηνοδώρου τοῦ Ἄνδρωνος, ὃ κατεσκεύασαν αὐτῷ οἱ γονεῖς Ἄνδρων Μηνοδώρου καὶ μήτηρ Μίκκη.

971.

Sub anaglypho imagines viri et feminae velatae repraesentante, in marmore candido, Coll. Chois. catal. Dub. n. 170. Mus. reg. catal. Clarac. n. 601. Edidit Dubois, sed Müllerus eius apographum vitiosum esse notat. Ex Mülleri schedis et tabulis Claraci.

ΜΙΔΙΑCCΙΝΩΠΗΤΗΕΑΥΤΟΥΓΥ
ΝΑΙΚΙΜΝΗꟺΗCΧΑΡΙΝ

Dub. ΤΗΣΑΥΤΟΥ, Müll. ΤΗΙΑΥΤΟΥ, Clar. quod dedi. Vs. 2. ꟺ ex Clar. Μιδίας Σινώπῃ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ μνήμης χάριν. De coniectura ad Attica rettuli.

972.

In columna sepulcrali stili pessimi, quam aeri incisam dedit Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 48. 3. cf. p. 167. ex schedis Fourmonti „in metochio monasterii Daphnei". Ex his dedit etiam Osann. Syll. II, 85. sed litterarum formis non expressis.

ΜΙΛΤΙΑΔΟΥ — Μιλτιάδου
ΤΟΥ — τοῦ
ΚΙΜΟΟΝΟΣ — Κίμωνος.

Titulus hic, quem Caylus antiquissimum censet, infimae aetatis est, sive tum in loco eo positus, ubi Miltiades Cimonis f. celeber imperator, sepultus putabatur, sive ad alium cognominem pertinens. Litterae, si ϟ exceperis, recentissimi sunt usus: pro OO fortasse ω fuit, ductibus paulo magis distantibus. Pro V scribe N, quod ipsum praebet Os. sed non est in schedis. De fraude Fourmonti non cogitaverim.

973.

„Athenis in ecclesia Beatae Virginis Βλασταρᾶ"; ex schedis Fourmonti.

ΜΙΛΤΙΑΔΗΣ
ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ

Μιλτιάδης Ὀλυμπιοδώρου.

974.

Marm. Mus. Brit. n. 148. ex schedis Osanni et Rosianis: in urna sepulcrali quattuor figuris ornata. Edidit Osann. Syll. I. 77.

ΜΥΣ ΦΙΛΙΑ ΜΗΤΡΟΔΩΡΑ ΜΕΛΗΣ

Μῦς, Φιλία, Μητροδώρα, Μέλης. Primam vocem omittunt schedae Rosianae, et post singulas habent punctum.

975.

In anaglypho marmoreo, de quo monui n. 970. Titulus ibidem editus ubi n. 970.

.ΕΙΚΑΝΔΡΕΜΕΙΔΙΟΥΧΑΙΡΕ

Ν]εικανδρε Μειδίου χαῖρε.

976.

Athenis apud D. Giraud, Britannorum quondam ibi consulem. Ed. Spon. Misc. erud. ant. X, 2. p. 318. In marmore, in quo iuvenis palmam tenens.

ΝΙΚΗΦΡΟΣ
ΝΙΚΗΦΡΟΥ
ΧΑΙΡΕ

Recte Ignarra de Pal. Neap. p. 261. Νικήφ[ο]ρος Νικηφ[ό]ρου χαῖρε. O minutius exaratum Sponii oculos fefellisse videtur.

977.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΝΙΚΟΜΑΚΟΣ — Νικομά[χη?
ΑΛΕΞΑΝΔΦ — Ἀλεξάνδ[ρου,
ΣΩΣΙΒΙΟΣ — Σωσιβίο[υ?
ΓΥΝΗ — γυνή.

978.

Athenis in columna, apud matronam Masson. Ed. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 103.

ΝΟΥΜΗΝΙΟΣ — Νουμήνιος.

979.

In necrodipno uberius descripto in catal. Mus. reg. Clarac. n. 552. ex collectione Choiseuliana catal. Dub. n. 157. ubi titulus editus est. Formam litterae A dedi ex Mülleri schedis; sed tabula Claraci habet A vulgare.

ΝΟΥΜΗΝΙΟΣ — Νουμήνιος
ΝΟΥΜΗΝΙΟΥ — Νουμηνίου
ΧΑΙΡΕ — χαῖρε.

980.

Mus. Brit. Spat. VI. n. 23. super anaglypho egregio stili Attici, virum exhibente, qui calceum manu tenet; ex schedis Mülleri.

ΞΑΝΘΙΠΠΟΣ — Ξάνθιππος.

981.

Marm. Mus. Brit. Synops. n. 229. ex schedis Rosianis.

ΞΕΝΩ ΕΡΜΟΔΩΡΟΣ ΚΛΕΩ

Ξενώ, Ἑρμόδωρος, Κλεώ.

982.

Athenis, in lapide muri S. Lycaei; ex Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 51. et schedis Fourmonti.

ΟΝΗΤΩΡ — Ὀνήτωρ
ΠΡΟΞΕΝΟΥ — Προξένου.

Formas litterarum dedi ex schedis Fourmonti.

983.

Alopeciae in limine ecclesiae D. Athanasii; ex schedis Fourmonti.

ΠΑΝΦΙΛΗΣ — Πάμφιλος?
ΑΡΤΙΜΑΣ — Ἀρτεμᾶς?

984.

In marmore candido inter urbem et Piraeeum effosso, nunc in Museo Berolinensi, in quod detulit Sackius Comes; inest anaglyphum iuvenem exhibens, qui librum tenet, assiliente ad pedes cane.

ΠΑΜΦΙΛΟΣ .... — Πάμφιλος.

985.

Sepolliae in parva columna; ex Spon. Itin. T. III. P. II. p. 30.

ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ ΣΙΜΩΝΙΔΗΣ

Παρμενίδης. Σιμωνίδης. Quantum intelligo, in una columella utrumque nomen positum est; ubi vero Spon. de pluribus columnis dicit, hoc ad hunc et eum, quem deinde addidit, titulum referendum est. Titulus haud dubie sepulcralis.

986.

Duabus horis ab Athenis Marathonem versus, in anaglypho duas figuras exhibente. Tituli haec tantum legere potuit Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 10.

ΠΑΥΣΤΑ
ΤΡΑΤΗ

An Παυσ[ισ]τράτη?

987.

Marm. Elgin. Visc. n. 24. Synops. Mus. Brit. n. 242. Minusculis edidit Viscontus; dein dedit Osann. Syll. I, 49. p. 152. Ex Visconto Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 399. (T. III.). Litterarum formas quantum potui dedi ex schedis Rosianis. Titulum Atticum esse non constat certo: attamen quum Elginianorum plurimi Attici sint, nolui eum inter incertorum locorum titulos reiicere.

ΠΛΟΥΤΑΡΧ∘ΥΤΟΔΕϹΗΜΑϹΑ∘ΦΡΟΝΟϹΟϹΠΟΛΥΜΟΧΘΟΥ
ΚΥΔΕΟϹΙΜΕΙΡΩΝΗΛΥΘΕΝΑΥϹΟΝΙΗΝ
ЄΝΘΑΠ∘ΝΟΙϹΙΠΟΝΟΥϹΑΝЄΜЄΤΡЄЄΤΗΛΟΘΙΠΑΤΡΗϹ
ΜΟΥΝΟΓЄΝΗϹΠЄΡЄΩΝΚΑΙΠΑΤЄΡЄϹϹΙΦΙΛΟϹ
ΑΛΛЄΟΝΟΥΚЄΤЄΛЄϹϹЄΠΟΘΟΝΜΑΛΑΠЄΡΜЄΝЄΑΙΝΩΝ
ΠΡ∘ϹΘЄΓΑΡΑϹΤ∘ΡΓ∘ΥΜΟΙΡΑΚΙΧЄΝΘΑΝΑΤΟΥ

Πλουτάρχου τόδε σῆμα σαόφρονος, ὃς πολυμόχθου
κύδεος ἱμείρων ἤλυθεν Αὐσονίην·
ἔνθα πόνοισι πόνους ἀνεμέτρεε τηλόθι πάτρης,
μουνογενής περ ἐὼν καὶ πατέρεσσι φίλος.
Ἀλλ' ἐὸν οὐκ ἐτέλεσσε πόθον, μάλα περ μενεαίνων·
πρόσθε γὰρ ἀστόργου μοῖρα κίχεν θανάτου.

Vs. 3. Visc. τηλόθε.

988.

Super porta ecclesiae vici Marusi, in anaglypho sepulcrali, in quo mulier sedens, in lecto recubante sene pateram tenente, adstante puero nudo. Aeri incisum dedit Stuart. Antt. Att. Vol. III. p. 62.

ΠοΘΟ . ΙΚΗ   Ποθο[ν]ίκη.

Ubi lacunam reliqui, Stuartus habet litteram mire conformatam et a littera N aliquantum discedentem: sed tamen verum esse N non dubito.

989.

In Herma sine capite, quem Dawkinsius Oxonium detulit; edidit Chandlerus Marm. Oxon. II, 60. Olim prope Cephisiam in ecclesia destructa positus erat. In altero latere est titulus *a*, in altero *b*.

a.

ΗΡΩΣΠΟΛΥΔΕΥΚΙΩΝ
ΤΑΙΣΔΕΠΟΤΕΝΤΡΙΟ
ΔΟΙΣΣΥΝΣΟΙΕΠΕ
ΣΤΡΕΦΟΜΗΝ
ΠΡΟΣΘΕΩΝΚΑΙΗΡΩΩ.
ΟΣΤΙΣΕΙΟΕΧΩΝΤοΝΧΩοΝ
ΜΗΠΟΤΕΜΕΤΑΚΕΙΝΗΣΗ
ΤΟΥΤΩΝΤΙΚΑΙΤΑΣΤΟΥΤΩ.
ΤΩΝΑΓΑΛΜΑΤΩΝΕΙΚΟΝΑ.
ΚΑΙΤΕΙΜΑΣΟΣΤΙΣΗΚΑΘΕΛ.
ΗΜΕΤΑΚΕΙΝΟΙΗΤΟΥΤΩΜ..
ΤΕΓΗΝΚΑΡΠΟΝΦΕΡΕΙΝΜ.
ΤΕΘΑΛΑΣΣΑΝΠΛΩΤΗΝΕΙ
ΝΑΙΚΑΚΩΣΤΕΑΠΟΛΕΣΘΑ.
ΑΥΤΟΥΣΚΑΙΓΕΝΟΣ ΟΣΤΙ.
ΔΕΚΑΤΑΧΩΡΑΝΦΥΛΑΤΤΩ.
ΚΑΙΤΕΙΜΩΝΤΑΕΙΩΘΟΤΑ
ΚΑΙΑΥΞΩΝΔΙΑΜΕΝΟΙΠΟΛΛ.
ΚΑΙΑΓΑΘΑΕΙΝΑΙΤΟΥΤΩΚΑΙ
ΑΥΤΩΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣ
ΛΥΜΗΝΑΣΘΑΙΔΕΜΗΔΕΛΩ
..ΣΑΣΘΑΙΜΗΔΕΝΗΑΠΟ
.ΡΟΥΣΑΙΗΣΥΝΘΡΑΥΣΑΙΗ
ΣΥΝΧΕΑΙΤΗΣΜΟΡΦΗΣΚ..
ΤΟΥΣΧΗΜΑΤΟΣΕΙΔΕΤΙΣΟ.
ΤΩΠΟΙΗΣΕΙΗΑΥΤΗΚΑΙΕ
ΠΙΤΟΥΤΟΙΣΑΡΑ

b.

ΑΛΛΕΑΝΤΑΤΕΕΠ.
ΘΕΜΑΤΑΤΩΝΜΟ.
ΦΩΝΑΣΙΝΗΚΑΙΑΚ.
ΡΑΙΑΚΑΙΤΑΥΠΟΣ..
ΜΑΤΑΤΑΣΒΑΣΕΙΣΩ.
ΕΠΟΙΗΘΗΣΑΝΚΑΙΕ.
ΠΡΩΤΩΓΕΚΑΙΕΠΙΠ..
ΤΟΙΣΟΣΤΙΣΗΠΡΟΣΤ.
ΣΕΙΕΝΕΤΕΡΩΗΓΝΩΜΗ.
ΑΡΞΕΙΕΝΗΓΝΩΜΗΣΥ.
ΒΑΛΟΙΤΟΠΕΡΙΤΟΥΤΟ.
ΤΩΝΤΙΗΚΕΙΝΗΘΗΝΑ.
ΗΣΥΝΧΥΘΗΝΑΙ

Herodes Atticus, cuius memoria tot lapidibus consignata est, quam immodico luctu ut aliorum, ita alumnorum mortem prosecutus sit, docent Lucianus Demonacte c. 24. et 33. et imprimis Philostratus Vit. Soph. II, 1, 10. cuius verba integra apponam. Nam postquam de filio dixit ab Herode non satis humane habito, ita pergit: Ἀλλ' Ἀθηναίοις ἀπάνθρωπα ἐδόκει ταῦτα, οὐκ ἐνθυμουμένοις τὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Πολυδεύκην καὶ τὸν Μέμνονα, οὓς ἴσα γνησίοις ἐπένθησε τροφίμους ὄντας, ἐπειδὴ καλοὶ μάλιστα κἀγαθοὶ

ἦσαν γενναῖοί τε καὶ φιλομαθεῖς καὶ τῇ παρ᾽ αὐτῷ τροφῇ πρέποντες, εἰκόνας γοῦν ἀνετίθει σφῶν θηρώντων τε καὶ τεθηρακότων καὶ θηρασόντων, τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς, τὰς δ᾽ ἐπ᾽ ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, οὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἀραῖς τοῦ περικόψοντος ἢ κινήσοντος· οὓς οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον ἦρεν, εἰ μὴ ἐπαίνων ἀξίους ἐγίγνωσκε. Κυντιλίων δὲ, ὁπότε ἦρχον τῆς Ἑλλάδος, αἰτιωμένων αὐτὸν ἐπὶ ταῖς τῶν μειρακίων τούτων εἰκόσιν ὡς περιτταῖς; Τί δὲ ὑμῖν, ἔφη, διενήνοχεν, εἰ ἐγὼ τοῖς ἐμοῖς ἐμπαίζω λιθαρίοις; Ex his igitur marmoribus supersunt haec, quae n. 989-995. composui: et n. 989. 992-995. *Polydeucioni* dicata sunt, quem Philostratus et Lucianus Πολυδεύκην vocant: n. 990. 991. cui dicata sint, non constat. *Exsecrationes*, quas memorat Philostratus, habes n. 989. 990. 991. (cf. admodum similem n. 916.), *venationem* n. 992. *balnea* n. 994. quae non aliena a fontibus, quorum Philostratus meminit. Primus autem hic titulus in trivio positus erat: compellat Herodes Polydeucionem, addito versu elegiaco.

a.

Ἥρως Πολυδευκίων,
ταῖςδέ ποτ᾽ ἐν τριόδοις σὺν σοὶ ἐπεστρεφόμην.

Πρὸς θεῶν καὶ ἡρώω[ν], ὅστις εἶ ὁ ἔχων τὸν χῶρον, μήποτε μετακεινήσῃ[ς] τούτων τι· καὶ τὰς τούτω[ν] τῶν ἀγαλμάτων εἰκόνα[ς] καὶ τειμὰς ὅστις ἢ καθέλ[οι] ἢ μετακεινοίη, τούτῳ μ[ή]τε γῆν καρπὸν φέρειν, μ[ή]τε θάλασσαν πλωτὴν εἶναι, κακῶς τε ἀπολέσθα[ι] αὐτοὺς καὶ γένος. ὅστι[ς] δὲ κατὰ χώραν φυλάττω[ν] καὶ τειμῶν τὰ εἰωθότα καὶ αὔξων διαμένοι, πολλ[ὰ] καὶ ἀγαθὰ εἶναι τούτῳ καὶ αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις. λυμήνασθαι δὲ μηδὲ λω[βή]σασθαι μηδέν, ἢ ἀπο[κ]ροῦσαι ἢ συνθραῦσαι ἢ συνχέαι τῆς μορφῆς κ[αὶ] τοῦ σχήματος· εἰ δέ τις ο[ὕ]τω ποιήσει, ἡ αὐτὴ καὶ ἐπὶ τούτοις ἀρά.

b.

Ἀλλ᾽ ἐᾶν τά τε ἐπ[ι]θέματα τῶν μο[ρ]φῶν ἀσινῆ καὶ ἀκ[έ]ραια, καὶ τὰ ὑποσ[τή]ματα τὰς βάσεις, ὡ[ς] ἐποιήθησαν. καὶ ἐ[ν] πρώτῳ γε καὶ ἐπὶ π[ρώ]τοις, ὅστις ἢ προστ[άξ]ειεν ἑτέρῳ ἢ γνώμη[ς] ἄρξειεν ἢ γνώμῃ συ[μ]βάλοιτο περὶ τοῦ το[ύ]των τι ἢ κεινηθῆνα[ι] ἢ συνχυθῆναι.

Plurima supplevit Chandlerus: in nonnullis ab eo discessi. Tit. *a.* vs. 7. enim scripsi μετακεινήσῃς addito ultimo Σ ex n. 990., et deinde indidem et ex n. 991. καθέλοι (Chandl. καθέλῃ). Tit. *b.* vs. 8. 9. Chandl. προστήσειεν: sed προστάξειεν legendum docet n. 991. *b.* unde etiam patet paulo post legendum esse τοῦ τούτων, non cum Chandlero τούτου τῶν. In dialecto et dictione plura memorabilia sunt: ut non sine causa θάλασσαν scriptum, quum tamen habeatur φυλάττων, non φυλάσσων. Nonnulla etiam affectata sunt, ut priscae linguae robigo induceretur verbis. In *b.* notabile τὰ ὑποστήματα τὰς βάσεις, h. e. τὰς ὑφεστηκυίας βάσεις. Ceterum tituli *b.* ratio paulo est impeditior. Chandl. coniungit ὡς ἐποιήθησαν καὶ ἐν πρώτῳ γε καὶ ἐπὶ πρώτοις, dein novam orditur sententiam: ὅστις ἢ etc. Sed ita distincta oratione verba ὅστις ἢ etc. non habent apodosin, quam Chandl. συμβάλοι τὸ legens, in vocibus τὸ περὶ τοῦ etc. falso quaerebat. Nec καὶ ἐν πρώτῳ γε καὶ ἐπὶ πρώτοις potest cum verbo ἐποιήθησαν coniungi; pro quo dicendum erat: ὡς ἐποιήθησαν ἐξ ἀρχῆς. Postremo nihil deesse, etiam n. 991. docet. Quae quum ita sint, distinguendum videtur ut feci, et locus sic intelligendus: *Et eo, quod primum* (tit. *a.*) *dictum est, et iisdem condicionibus tenetor, qui aut alii mandaverit aut suaserit primus aut suadenti accedat de hoc, ut quidquam harum rerum moveatur vel disturbetur.* Ac videndum ne illud καὶ ἐν πρώτῳ γε καὶ ἐπὶ πρώτοις sollemnis fuerit formula.

990.

Cephisiae in muro ecclesiae D. Georgii; ex schedis Fourmonti. Cephisiae vidit hunc titulum Hermae inscriptum etiam *Wood*, teste Chandlero Syllab. Marm. Oxon. ad n. 989. eum enim iisdem dicit litteris inscriptum esse quibus n. 989. *d.* vs. 5-27. Hic sub alio ac n. 989. erat monumento positus; et alius est versuum numerus. Uncis seclusa ipse addidi.

ΠΡΟΣΘΕΩΝΚΑΙΗΡΩΩΝ
ΟΣΤΙΣΕΙΘΕΧΩΝΤΟΝΧΩΡΟΝ
ΙΗΠΟΤΕΜΕΤΑΚΕΙΝΗΣΗΣ[Τ
ΟΥΤΩΝΚΑΙΤΑΣΤΟΥΤΩΝΤΩΝΑΓΑΛ[Μ
\ΤΩΝΕΙΚΟΝΑΣΚΑΙΤΕΙΜΑΣΟΣΤΙΣΗ[Κ
\ΘΕΛΟΙΗΜΕΤΑΚΕΙΝΟΙΗΤΟΥΤΩΜΗ[Τ
ΕΓΗΝΚΑΡΠΟΝΦΕΡΕΙΝΜΗΤΘΔΛ[ΑΣΣ
ΑΝΠΛΩΤΗΝΕΙΝΑΙΚΑΚΩΣΤΕΑΠ[ΟΛ
ΕΣΘΑΙΑΥΤΟΥΣΚΑΙΓΕΝΟΣ ΟΣΤΙΣ[Δ
ΕΚΑΤΑΧΩΡΑΝΦΥΛΑΤΤΙΚΑΙ[Τ
ΕΙΜΩΝΤΑΕΙΩΘΟΤΑΚΑΙΑΥΤΩΝ
Δ]ΙΑΜΕΝΟΙΠΟΛΛΑΚΑΙΑΓΑΘΑΙ.[Ι
ΝΑΙΤΟΥΤΩΚΑΙΑΥΤΩΚΑΙΕΚΤΟ
ΝΟΙΣΛΥΜΗΝΑΣΘΑΙΔΕΜΗΔΕΛΩΒΗ[Σ
Α[Σ]ΘΑΙΜΗΔΕΝΑΑΠΟΚΡΟΥΣΑΙΗCΥΝ[Θ
ΡΑΥCΑΙΗCΥΝΧΕΑΙΤΗΣΜΟΡΦΗCΚΑΙ[Τ
ΟΥCΧΗΜΑΤΟΣΕΙΔΕΤΙCΟΥΤΟΠΟ[ΙΗ
CΕΙΗΑΥΤΗΚΑΙΕΠΙΤΟΥΤΟΙΣΑΡΑ

Non repeto minusculis, quum eadem quae n. 989. verba sint, ex quo quae corrupta sunt, emendabis. Vs. 5. post τούτων Fourm. omisit ΤΙ. Vs. 7. ante ΘΔΛ deficit Ε. Vs. 10. scribe ΦΥΛΑΤΤΩΝ, vs. 11. ΑΥΞΩΝ, etc. Vs. 15. corrige Η ἀποκροῦσαι; ibidem C muta in Σ, et sic deinceps: nisi forte quadratarius utraque forma promiscue usus fuerit: quod quamquam haud rarum, tamen ob Fourmonti incuriam incertum est.

991.

„Aliud fragmentum similibus ac priores duo tituli vocibus exaratum" Chandlero teste (l. c.) viderat *Wood* apud *Chiouli* prope Marathonem (unde Herodes). Repperi in schedis Fourmonti, „Στῇ Coύλῃ"; in illis duo haec fragmenta *a*, *b* deinceps posita sunt, ita tamen ut lemmate repetito distinguantur: sed in eodem lapide fuerunt haud dubie, ut n. 989.

a.

..KONACKAIIЄυ
...ЄΛOIHΛΛЄTAKЄINOI
..\HTЄΓHNKAPΠONΘЄPЄIM
..ЄΘAΛACCANΠΛωTHNЄINA
.\KωCTЄAΠOΛЄCΘAIAYTONK/
.ЄNOCOCTICΔЄKATAKωPAN
.ʾXΛATTOIKAITЄIMωNTAЄIωΘO
.AKAIAYΞωNΔIAMONOITOΛ
.\AKAIAΓAΘAЄINAITOYTωKAI
.AYTωKAIAYTωKAIΠONOICΛYMH
.\ACΘAIΔЄMHΔЄΛωNHCACΘAIMH
..IMAΠOKPOYCAIHCYNΘPAY
...YЄAITHCMOPΦHCKAI
.... CЄIΔЄTICOYTωC
........ЄΠITOY

b.

TONMOPΦωN
\ΛЄPAIAKAITAYΠOCTHMI
ΠPωTωΓЄKAIЄΠIΠPωTOICOC
TICHΠPOC *Hoc loco* TAΞЄIЄN
ЄTЄPωH *membrum* HΓNωMHC
APΞЄIЄNH *virile.* ΓNωMHCYN
BOYΛOITOΠЄ PΠOYTOYTω
TIKЄINHΘH NAIHCYNYY
ΘHNAI

Verba sunt eadem quae n. 989. *a. b.* Prior pars (*a*) incipit a vs. 9. extr. tituli n. 989. *εἰκόνας καὶ τειμὰς καθέλοι ἢ μετακεινοίη, τούτῳ μήτε γῆν καρπὸν φέρειν μήτε θάλασσαν πλωτὴν εἶναι, κακῶς τε ἀπολέσθαι αὐτὸν καὶ γένος. ὅςτις δὲ κατὰ χώραν φυλάττων καὶ τειμῶν τὰ εἰωθότα καὶ αὔξων διαμένοι, πολλὰ καὶ ἀγαθὰ εἶναι τούτῳ καὶ αὐτῷ* [*καὶ αὐτῷ* bis scriptum] *καὶ ἐκγόνοις. λυμήνασθαι δὲ μηδὲ λωβήσασθαι μηδέν, ἢ ἀποκροῦσαι ἢ συνθραῦσαι ἢ συνχέαι τῆς μορφῆς καὶ τοῦ σχήματος· εἰ δέ τις οὕτω* (vel *οὕτως*) *ποιήσει, ἡ αὐτὴ καὶ ἐπὶ τούτοις ἀρά.* Tit. *b.* initio desunt verba *ἀλλ' ἐὰν τά τε ἐπιθέματα*; sequitur *τῶν μορφῶν*; periit *ἀσινῆ καί*: deinde superest *ἀκέραια, καὶ τὰ ὑποστήματα.* Tum integrum versum omisit Fourmontus: *τὰς βάσεις, ὡς ἐποιήθησαν. καὶ ἐν* — Cetera bene servata sunt: *πρώτῳ γε καὶ ἐπὶ πρώτοις, ὅςτις ἢ προςτάξειεν ἑτέρῳ ἢ* [*ἢ* bis scriptum] *γνώμῃ συνβάλοιτο* (male BOYΛOITO) *περὶ τοῦ* (ΠЄPΠOY muta in ΠЄPITOY) *τούτων* (adde N) *τι κεινηθῆναι ἢ συνχυθῆναι.* Fortasse hic quoque titulus ad Polydeucionem pertinet; certe hic monumentum habuit eo loco, ubi hic titulus repertus. Vide n. 992.

992.

„Στῇ Coύλῃ"; ex schedis Fourmonti.

ΠOΛYΔEY
KIΩNAONAN
ΘY.OYEΣTE
ZENKAIENΘA
ΔEHIΩΔHΣMI
EΘHKENOTIEN
ΘAΔEKAIΠEPI
OHPANEIXON

Πολυδευκίωνα, ὃν ἀνθ' υ[ἱ]οῦ ἔστε[ρξ]εν, καὶ ἐνθάδε Ἡ[ρ]ώδης μ[ε] ἔθηκεν, ὅτι ἐνθάδε καὶ περὶ [Θ]ήραν εἶχον. Cf. ad n. 989. et n. 991. Coniunge *Πολυδευκίωνά με*, quod etsi mire dictum est, tamen imprimis convenit affectato Herodis stilo. *Καὶ ἐνθάδε* est *hic quoque*, quod etiam aliis locis Polydeucionem posuerat Herodes. Formulam *ὃν ἀνθ' υἱοῦ ἔστερξεν* confirmat n. 995.

993.

Cephisiae prope templum D. Stephani; ex iisdem.

OΛYΔЄYKIΩNAΠOCЄIΔ
AΛKIATONΦIΛTATONTΩ
HPΩΔHKAIЄAYTH

Π]*ολυδευκίωνα Ποσειδαλκία τὸν φίλτατον τῷ* [*τε*] *Ἡρώδῃ καὶ ἑαυτῇ.* Mulierem ex Herodis familia, ut huic ipsi gratificaretur, Polydeucioni hoc monumentum posuisse colligas ex iis, quae ad n. 989. dixi.

994.

„Στῷ Μαρκοπούλῳ in ecclesia S. Trinitatis"; ex iisdem.

ΠOΛYΔEY......	*Πολυδευ[κίωνα]*
HPΩKAITO.....	*ἧρω καὶ το - - -*
TOIΣΛOYTPO....	*τοῖς λουτρο[ῖς]*
..ΩMEIΛHΣ....	- - - -
....	- - - -
....	- - - -

Ἧρω videtur accusativus esse; Herodis quidem nomen hic latere non crediderim.

995.

Rhamnunte, fragmentum; ex schedis D. St-Martin.

ΣΙΩΝΗΡΩΔΗΣΒΙΒΟΥ. . . .
.ΙΗΟΔΥΛΕΥΚΙΩΝΔΙΠΝΕ
.Ι.ΧΙΩΝΟΟΡΕΨΛΕΚΑΙΦΙ
. .ΗΕ.ΣΩΣΥΟΙΤΗΝΕΜΕ. . .
. . .ΗΜΕΤΑΥΤΟΥΣΟΥΣΝΕΚ
ΝΙΚΑΙΛΙΜΝΗΣΤΟΝΤΟΝ
ΦΙΜΟΝ

Ῥαμνου]σίων Ἡρώδης Βιβού[λλιο-
ν [Π]ο[λ]υ[δ]ευκίων[α] - - -
. . . . ὁ [θ]ρέψ[ας] καὶ φι-
[λ]ή[σα]ς ὡς υἱό[ν], τῇ Νεμέ[σει
- - - μετ' αὐτούς. οὗ [ἕ]νεκ[α - -
- - καὶ [ἀ]ίμνηστον, τὸν [τρό]φιμον.

Vix quidquam continuae orationis ex lacero hoc fragmento elicueris; Polydeucionem tamen Nemesi Rhamnusiae dicari patet. Polydeucioni videtur gentilicium nomen *Vibullius* fuisse; quod mihi in mentem revocat Vibullium Hipparchum n. 269. 376. quem ab Herodis Attici avo distinguendum esse monui, quia Herodes Atticus gentilicio nomine *Claudius* vocatus est. Attamen quod Polydeucio Herodis τρόφιμος Vibullius nominatur, probabile fit Vibullium Hipparchum Herodis propinquum fuisse, sed alii genti adscriptum. Accedit quod et Herodes et Vibullius Hipparchus sunt Marathonii.

996.

In vase Athenis reperto, in quo tres figurae, media mulieris, ceterae virorum. Sinistra adspectanti in sella assidet. Ed. Dodwell. Itin. T.I. p. 455. Nunc est in Mus. Brit. Synops. n. 274. Habeo etiam ex Rosianis et Osanni schedis, qui alio ordine edidit Syll. I, 75.

ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΣ
ΠΙΘΥΛΛΙΣ
ΑΡΧΑΓΟΡΑΣ

Πολύστρατος, Πιθυλλίς, Ἀρχαγόρας. Os. ΑΡΧΑΓΟΡΑ, ceteri quod dedi.

997.

Athenis; ex schedis Fourmonti. Titulum a nobis secum communicatum edidit Welcker. Spicil. epigr. I, 3.

ΦΙΛΟΝΩΛΕϹΑΠΡΙϹΚΟϹ
ΞΒΔΟΜΟΝ 'ΚΕΤΟϹΚΑΚΟΝΗΛΥ
ΙΔΗΤΟΤΕΓΑΡΜΕ
ΔΑΚΡΥΟΕΙϹΑΙΔΗϹϹΥΝΕΡΕΙΛ
ϹΙΝΗΙϹΤΩϹΕΝ
ΤΥΜΒΟϹΔΕϹΤΟΝΟΕΙϹΟΔΕ
ΙϹΧΕΙΟϹΡΑΤΕΤΥΚΤΑΙ
ΑΓΧΟΥΝΥΜΦΑΩΝΟΘΕΝΑ. .
ΑϹΤΥΑΘΗΝΗϹ
ΠΑϹΙΝΑΓΓΕΛΕΕΙΝΝΕΠΑΡΟ.
ΕϹϹΟΝΕΝΟΙϹΤ

Haec fere ita restituenda:

[Τερπνῆς ἄνθος ἐφηβείης] φίλον ὤλεσα Πρίσκος,
ἕβδομον [ἡνί]κ' ἔτος κακὸν ἤλυ[θε]· δὴ τότε γάρ με
δακρυόεις Ἀΐδης σὺν [Ὀ]ρει[ά]σιν ἠΐστωσεν.
τύμβος δὲ στονόεις ὅδε [μ'] ἴσχει, ὅς ῥα τέτυκται
ἀγχοῦ Νυμφάων, ὅθεν α[ἰεὶ] ἄστυ Ἀθήνης
πᾶσιν [ἀπ]αγγελέει [μ]ε παρο[ῦσίν τ'] ἐσσομένοις τ[ε.

Epitaphium pueri, qui in monte perisse videtur, quasi a Nymphis montanis raptus, in quarum vicinia sepultus est. Vs. 2. scripseram οὕνεκ': at recte Welckerus in epistola ad me data ἡνίκ'. Vs. 3. Ὀρειάσιν dedi, quo deducunt Nymphae vs. 5. Vs. 5. 6. obscuri erunt et impedita insuper structura erit, nisi expulso infinitivo ἀγγελέειν scripseris: ὅθεν αἰεὶ ἄστυ Ἀθήνης πᾶσιν ἀπαγγελέει με. Sententia haec est: „*Unde* (*ex hoc monumento*) *Athenae meum nomen semper nunciabunt iis qui nunc sunt et qui posthac erunt.*"

998.

Athenis in lapide; Cyriac. p. XVI. n. 118.

ΠΡΟΜΒΗΡΙΤΙΩΝ.ΠΛΤΟΝΚΟΝ.ΚΛΕΚΤΟΣ.ΤΟΝ
ΔΙΑ. ΑΛΚΞ. ΔΙΟΣ. ΓΥΝΗ

Plurium fortasse nomina sunt, inter se confusa, ut passim apud Cyr. nec quidquam liquet nisi γυνή. Fortasse ΑΛΚΞ - - ΔΙΟΣ est Ἀλέξανδρος.

999.

In anaglypho Athenis reperto, quo repraesentantur vir et mulier, dextris coniunctis; ex schedis manuscriptis, quae extant inter supellectilem Sacrae Congregationis de propaganda fide edidit Clemens Cardinali in Ephemeride Italica: *Opuscoli letterarii*, Bonon. 1819. fasc. XI. p. 245. n. 89.

ΠΡΟΤΑΡΧΟΣ

Πρώταρχος.

1000.

Salamine; ex schedis Fourmonti et Chandlero Inscr. II, 85. p. 69. apud quem locus non indicatus est.

ΑΝΙϹΙΜΟϹ
ϹΕΡΑΠΙΩΝΙ
ΤΩΑΔΕΛΦΩ
ΜΝΗΜΗϹ
ΧΑΡΙΝ

[Ὀ]ν[ή]σιμος Σεραπίωνι τῷ ἀδελφῷ μνήμης χάριν. Vs. 1. dedi ex Fourm. ubi Chandl. [ΖΩΣ]ΙΜΟϹ. Vs. 3-5. apud Fourm. corruptiores sunt.

1001.

Athenis. Ex Leakii schedis edidit Walpol. Travels p. 506. 4. indeque Welckerus Spicil. epigr. II, p. 22.

- ΑΙΑΜΕΝΕΙΣΦΑΟΣΗΡΕΣΙΒΥΡΤΙΝΓΑΙΑΔΕΚΕΥ
ΟΕΙΣΩΜΑΠΝΟΗΝΔΕΑΙΘΗΡΕΛΑΒΕΝΠΑΛΙΝΟΣΠΕ
ΡΕΔΩΚΕΝΠΑΤΡΙΔΕΣΩΙΚΑΙΜΗΤΡΙΛΙΠΩΝΛΥΠΑ
Σ - Π ΑΝΑΝΚΗΣΩΙΧΟΥΑΝΑΡΠΑΣΘΕΙΣΕΠΤΑΕΤΗΓ
- - ΟΝΩ -

Γαῖα μὲν εἰς φάος ἦρε Σίβυρτιν, γαῖα δὲ κεύθει
σῶμα· πνοὴν δ' αἰθὴρ ἔλαβεν πάλιν, ὅσπερ ἔδωκεν.
πατρὶ δὲ σῷ καὶ μητρὶ λιπὼν λύπας ὑπ' ἀνάνκης
ᾤχου ἀναρπασθεὶς ἑπτὰ ἔτη γεγονώς.

1002.

Athenis, ex Hughes. Itin. T. I. p. 271.

ΣΚΥΘΗΣΧΡΗΣΤΟΣ *Σκύθης χρηστός.*

1003.

Olim Athenis, ubi transcripsit Mustoxydes; huius schedas communicavi cum Welckero, qui edidit Spicil. epigr. II, p. 19. Postea iterum transcripsit Müllerus in aedibus Guilfordi Comitis. Litterae sunt inconcinnae et obscurae.

. . . . . ΛΙΑΖΜΥΝΑ ΧΑΙΡΕ
. . . ΡΝΗϹΟΥΤΟϹΟΤ . ϹΟΤΥΜΒΟϹΟΝЄΙω
. . ΑΡΟΔЄΙΤΑ . . . . . ΑΡΑΦΘΙΜЄΝΟΙϹ
. ΝΑΟϹΘΑΛΑΜΟϹ ΗΙΝΓΟΝЄ ЄϹ ΠЄΝ
ΘΟΥΝΤЄϹЄΠΙΤΡΙΟΔΟΥΚΑΤЄΘΑΨΑΝ
ЄΞΑЄΤΗΙΛΥΡΡΗ . . ΜΟΙΡΑΝЄΝЄΝΚΑΜЄ
. . . . .

Vs. 1. Müll. ΔΙΜΖΜΥΝΑ . ΧΑΙΡΕ, Must. ΛΙΑΣ ΜΥΝΑ ΧΑΙΡΕ. Vs. 2. Must. . . . ΡΝΗϹΟΥΝΤΟϹΟΤ. ϹΟΤ . ΝΒΟϹΟΝЄΙω, Müll. ЄΝΗϹΟΥΤϹSΟΤЄΟ ΤΥΜΒΟϹΟΝЄΙⱵ. Vs. 3. ultimum C ex Müll. Vs. 6. Must. ЄΖΑЄΤΗΙΔΥΡΡΗ . ., Müll. ЄΞΑЄΤΗΙΛ . ΠΗ . ., unde meum composui (Ξ ex Ζ et Ξ). In fine Є addidi ex Müll.

Mulieris epitaphium esse, patet ex lin. 4. ubi ΗΙΝ est *ἦν*. Nempe ΗΙ mutandum in Η, idemque faciendum lin. 6. in ΤΗΙ. Eius mulieris nomen supra scriptum: redibat autem lin. 2. ubi superest ΡΝΗϹ. Müll. quidem ЄΝΗϹ; sed metrum hoc non patitur; utraque linea collata patet nomen fuisse *Ζμύρνα* s. *Σμύρνα*. Lin. 1. corrige ΖΜΥΡΝΑ. Retineo autem Ζ, etsi Must. ΣΜΥΝΑ: nam Ζ usitatum in hac voce: nec Σ in ceteris huius tituli locis reperitur; quamquam hoc argumentum invalidum. Welckerus lin. 2. supplebat *Πα]ρνησσοῦντος*: at hoc cum lin. 1. conciliari nequit. Sed lin. 2. etiam aliam ob causam difficillima est, nec restitui versus potest, nisi lapicidam peccasse statuas. Primum ΟΥΤΟϹ p. ΟΥΝΤΟϹ ex Müll. recipere non dubitavi: post quod habes ΟΤ. Ϲ, hoc est ΟΤΟϹ, sequente *ὁ τύμβος*. Ne dubita hic errasse quadratarium. Volebat ille scribere ΟΤΥΜΒΟϹ: sed coepta voce et scriptis litteris ΟΤ, incidit rursum in priorem vocem, et quasi vocem *οὗτος* absolveret, addidit ΟϹ. Sic natum ΟΤΟϹΟΤΥΜΒΟϹ pro solo ΟΤΥΜΒΟϹ. In ceteris nulla fere difficultas est; quae restituo, iis etiam Welckerum accessurum, non dubito.

Αὐρη]λία Ζμύ[ρ]να χαῖρε.
Ζμύ]ρνης οὗτος ὁ τύμβος, ὃν εἰσο[ράας, π]αροδεῖτα,
ἔστι π]αρὰ φθιμένοις [ἀέ]ναος θάλαμος·
ἣν γονέες πενθοῦντες ἐπὶ τριόδου κατέθαψαν,
ἑξαέτη λυ[γ]ρὴ[ν] μοῖραν ἐνενκαμέ[νην.

Pro *Αὐρηλία* possis etiam *Αἰλία*. Post *ἑξαέτη* cave interpungas; coniungendum potius *ἑξαέτη ἐνεγκαμένην*, hoc sensu: *quae sex annos nata diram fati necessitatem* (mortem) *passa est.* *Λυγρὴν* manifestum est; pro ΓΡ Must. habet ΡΡ, Müll. Π, hoc est ΓΡ.

1004.

„Athenis in domo Christoduli Chatergari"; ex schedis Fourmonti.

ΣΟΦΙΣΤΙΚΟΣΣΤΡΑΤΩΝΟΣ
ΚΕΛΜΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

Σοφιστικὸς Στράτωνος. Κέλμος? Διονυσίου.

1005.

Athenis; ex schedis Mustoxydis.

ΣΠΑΤΑΛΟϹ
ΦΙΛЄΡωΤΙ
ΑΔЄΛΦω
ΜΝΗΜΗϹ ΧΑΡΙΝ
ΑΝЄΘΗΚЄΝ

Σπάταλος Φιλέρωτι ἀδελφῷ μνήμης χάριν ἀνέθηκεν.

1006.

„Athenis in aedibus Georgii Achillis, iuxta fontem"; ex schedis Fourmonti et Stuarto Antt. Att. Vol. I. p. 1.

ϹΩΚΡΑΤΗϹΕΝΘΑΔΕΚΙ - - -

Formas litterarum et cetera dedi ex Stuarto, solo Ω pro O recepto ex Fourm. qui Σ habet et in fine KINE. Cave κῖτε scribas, ut in Christianis multis; I superest ex E: fractus enim lapis in ipso illo I, quod in extremo margine superest. Σωκράτης ἐνθάδε κ[εῖται.

1007.

Athenis in domo quadam; ex schedis Fourmonti.

ΣΩΣΙΒΙΟΣ Σωσίβιος
ΧΡΗΣΤΟΣ χρηστός.

1008.

In urna sepulcrali Attica, figuris ornata, quam dedit Dodwell. Itin. T. I. p. 455. Mus. Brit. n. 239. Habeo etiam ex schedis Rosianis. Edidit nuperrime Osann. Syll. I, 76.

ϵΩϵΙΠΠΟϵ Σώσιππος.

1009.

In urna sepulcrali in campo Marathonio reperta secundum Bekkerianas Fourmonti schedas. E Fourmonti schedis aeri incisam dedit Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. tab. 50. 1. cf. p. 170. ubi dextera sunt quae in Bekkerianis schedis sinistra et invicem; ibi super portam ecclesiae D. Thomae reperta dicitur. Idem vas Fauvel rursum repperit Marathone inter fodiendum, ac servatur id in Museo regio catal. Clarac. n. 708. ex coll. Choiseul. catal. Dub. n. 117. Titulus editus ap. Dub. Misit etiam Müllerus: et est in tabulis Claraci. In media parte sedet mulier, cui manum porrigit vir; ex altera parte vir mulieris sellae innixus. Capitibus adscripta nomina:

ϵΩϵΤΡΑΤΟϵ ΚΑΛΛΥΝΟΙϵ ϵΩϵΤΡΑΤΙΔΗϵ

Sic Dub. Müll. Nam Clar. ΣΟΣΤΡΑΤΟϵ et ΣΟΣΤΡΑΤΙΔΗϵ, Fourm. ΚΟΛΛΥΝΟΙΣ. Cayl. ΣΩΣΤΡΑΝΔΗΣ: sed Bekkeri schedae ΣΩΣΤΡΑΤΙ ΔΗΣ. Formam ϵ dedi ex Müll. Clar. Σώστρατος, Καλλυνοῖς, Σωστρατίδης. Defuncta est Callynois, cuius maritus Sostratus; pone sellam filius ut videtur Sostratides.

1010.

Aliud vas marmoreum ibidem repertum, Mus. reg. catal. Clarac. n. 705. et iisdem figuris ornatum. Ex schedis Mülleri et tabulis Claraci.

ϵΩϵΤΡΑΤΙΔΗϵ ΚΑΛΛΥΝΟΙϵ ϵΩϵΤΡΑΤΟϵ

Nomina sunt eadem quae n. 1009. sed ordo nominum contrarius est, ut in Caylusiano exemplo Fourmontiani tituli n. 1009. qui posset pro hoc ipso haberi, nisi dissentirent schedae Bekkerianae.

1011.

„Athenis in domo Hassani Στρουβουλάκου"; ex schedis Fourmonti.

ΒΗΔ.ΙΑΤΕΡΤΥΜΑ Nihil deesse videtur. Βηδία Τερτύλλα, *Vedia Tertulla.*

1012.

Olim Athenis ad aediculam quandam Graecorum, ubi transcripsit Sponius ediditque Itin. T. III. P. II. p. 38. Misc. erud. ant. X, 3. p. 318. Hinc petiit Fabrettus Inscr. p. 322. item Fleetwood Syll. p. 319. 2. Sponii exemplum corrigere tentavit Heringa Obss. critt. p. 287 sqq. Post Sponium ex schedis Antonii Askew minusculis dedit Taylor. ad Demosth. de falsa legat. p. 461. ed. Reisk. et transcripsit etiam Fourmontus, notante Bekkero, qui tamen nullum Fourmontiani exempli apographum confecit. Sollicite deinde, ut ait, ex lapide liminis loco ad ecclesiam ruinosam D. Georgii prope Monasterium Capucinorum posito transcripsit Chandler. Inscr. II, 61. p. 67. addita Latina interpretatione. Hinc petiit Brunck. Anal. III. p. 307. (cf. Iacobs. Animadvv. T. III. P. II. p. 300 sq.). Postea lapis in Museum Britannicum illatus inter Elginiana est, ubi extat n. 152. atque edidit in Elginianorum marmorum collectione Viscontus n. 17. (cf. n. 34.) sed minusculis. Tum repetiit Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 209. (cf. nott. T. III. p. 933. et Addenda p. c.), et postremo ex lapide Osann. Syll. I, 47. p. 146 sqq. cum notis et translatione metrica. Lapis in dextera parte nunc laesus est. Versus ita collocati sunt, ut ego collocatos repraesento.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Varietas lectionis. Vs. 1. Os. Ξ, Spon. Chandl. Ξ, unde composui Ξ, quod etiam Os. edidit. In fine Spon. Misc. et Chandl. ΕΘΕΙΡΑΙΣ; sed Spon. Itin. et Ask. Visc. Os. ΕΘΙΡΑΙΣ; et hoc in lapide esse diserte notat Visc. Vs. 2. Spon. Itin. vitiose ΛΑΜΠΟΜΕΝΗΣ. Id Σ quid sit, vides ex ornamento e Chandl. addito. Vs. 3. Spon. Misc. ΧΙΟ ΝΕΙΟΙΣΙΕΥΠΡΕΠ. Itin. ΧΙΟΝΕΟΙΣΙΕΠΡΕΠ. quod etiam Chandl. dedit, sed in textu minusculis expresso correxit: ceteri ut edidi. In fine Spon. Itin. ΠΑΡΕΙΑΝ, Misc. ΠΑΡΕΙΑΙΣ, Chandl. ΠΑΡΕΙΑΙϹ, quod retinui ut insolentius. Os. ΠΑΡΕΙΑΙ., Ask. Visc. παρειαις. Vs. 4. Chandl. vitio operarum ΓΥΛ ΚΕΡΟΥ. Vs. 5. Spon. ΧΕΙΛΕΣΙ; ceteri quod dedi: atque sic lapis. Ibidem Spon. solus ΠΟΡΦΥΡΕΟΙΣΙ, Ask. solus ἐλεφαντινεον. Vs. 6. Spon. ΠΑΝΤΟΙΗΝΔΕΑΡ. ceteri ΤΕ pro ΔΕ, nisi quod Visc. hoc prorsus omittit. In fine septem litteras nunc deesse dicit Visc. sed eas servarunt Spon. qui ΤΙΘΕΙΣΑ, Chandl. qui ΤΙΘΕΙϹΑ, et Ask. Contra Os. ΣΩΜ/. ΘΕΙΣΑ. Dedi Chandlerianum. Vs. 7. extr. Sponius utroque loco ΚΙΛΙΚΙΣΧΑΡΙΤΩΠΙΣ: sed in Itin. in indice errorum typographi ΚΙΛΙΚΙΑ scribendum esse dicitur; quem indicem nota deesse in multis Sponiani operis exemplis, ut in eo, quo nunc utor. Tamen etiam Chandl. habet ΚΙΛΙΚΙΣΧΑΡΙΤ....;

ΗΠΟΤΕΚΥΔΙΟΩΣΑΞΑΝΘΑΙΣΕΠΙΚΡΑΤΟΣΕΘΙΡΑΙΣ
ΚΑΙΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑΡΟΙΣΟΜΜΑΣΙΛΑΜΠΟΜΕΝΗ
ΧΙΟΝΕΟΙΣΤΕΠΡΕΠΟΥΣΑΠΡΟΣΩΠΟΙΣΗΔΕΠΑΡΕΙΑΙΣ
ΚΑΙΓΛΥΚΕΡΟΥΣΤΟΜΑΤΟΣΟΠΑΛΙΡΙΟΕΣΣΑΝΙΕΙΣΑ
ΧΙΛΕΣΙΠΟΡΦΥΡΕΟΙΣΕΛΕΦΑΝΤΙΝΕΩΝΔΙΟΔΟΝΤΩΝ

ΠΑΝΤΟΙΗΝΤΕΑΡΕΤΗΝΠΕΡΙΚΑΛΛΕΙΣΩΜΑΤΙΘΕΙΣΑ
ΗΝΤΕΚΕΝΕΥΤΥΧΙΔΗΣΘΕΝΑΡΩΚΙΛΙΚΙΑΧΑΡΙΤΩΠΙΣ
ΕΙΚΟΣΙΠΕΝΤΑΕΤΗΣΤΡΥΦΕΡΑΤΗΔΕΝΧΘΟΝΙΚΕΙΤΑΙ
ΕΡΜΕΡΩΣΔΕΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΙΟΠΑΤΡΟΣΚΑΙΜΗΤΕΡΟΣ - - -
ΜΝΗΜΑΛΟΧΩΦΙΛΙΗΘΗΚΑΤΟΚΟΥΡΙΔΙΗ

sed Ask. Visc. Os. Α pro Σ habent. Ego retinui ΚΙΛΙΚΙΑ, de quo infra dicam. Ceterum Os. ΚΙΔΙ ΚΙΑ. Ultima vox nunc mutila est. Ask. habet ut Chandl. χαριτ, Visc. χάρμα, sed μα deesse notans; Os. ΧΑΙ·· Τ · Σ, in quo vestigium Sponianae lectionis vides, quam reposui. Vs. 8. extr. Spon. ΚΕΙΤΑΙ, Chandl. ΚΕΙ, Ask. κε; hodie solum Κ superest, Vs. 9. init. Ask. Visc. Ἕρμερως, recte opinor; ceteri ΕΡΜΕΡΟΣ. In fine Spon. ΜΗΤΕΡΟΣ, Chandl. ΜΗΤΕΡ, Ask. μητρο; hodie solum ΜΗΤ superest, quod mira fiducia supplevit Visc. scribens μητρὸς Ἐρίννης. Vs. 10. Visc. Os. ΦΙΛΗ: sed Spon. Ask. Chandl. ΦΙΛΙΗ: quos haud cunctanter sequor; hodie Ι evanuisse facile credo. Dici etiam φίλος producta prima non ignoro: sed extra arsin tamen id rarissimum; et hic certe φιλίη praeferendum videtur, quum id, qui marmor integrius viderunt, habeant omnes.

Ἥ ποτε κυδιόωσα ξανθαῖς ἐπὶ κρατὸς ἐθίραις,
καὶ χαριτοβλεφάροις ὄμμασι λαμπομένη,
χιονέοις τε πρέπουσα προσώποις ἠδὲ παρειαῖς,
καὶ γλυκεροῦ στόματος ὄπα λιριόεσσαν ἱεῖσα
χίλεσι πορφυρέοις ἐλεφαντινέων δι᾽ ὀδόντων,
παντοίην τ᾽ ἀρετὴν περικάλλεϊ σώματι θεῖσα,
ἣν τέκεν Εὐτυχίδη σθεναρῷ Κιλικία χαριτῶπις,
εἰκοσιπενταέτης Τρυφέρα τῇδ᾽ ἐν χθονὶ κεῖται.
Ἕρμερως δὲ Ἀριστομάχοιο πατρὸς καὶ μητέρος - - -
μνῆμ᾽ ἀλόχῳ φιλίῃ θήκατο κουριδίῃ.

Non morabor lectores in iis referendis, quae contra lapidis fidem docti coniecerunt: quae qui cognoscere cupiverit, Iacobsii adeat opera numquam peritura. Epitaphium habes Trypherae, Eutychidis et Ciliciae f. quod illi posuit Hermeros Aristomachi f. maritus, versibus conceptum partim bonis partim pessimis, iisque hexametris, exceptis vs. 2. 10. qui pentametri sunt, et vs. 9. qui confuso numero vagatur, nominibus propriis versificatori difficultatem creantibus. Orthographia barbara est, ἐθίραις, λιριόεσσαν, χίλεσι. Vs. 1. in voce κυδιόωσα coalescunt litterae ιοω: et οω quidem contrahi non offendit; sed etiam ιο apud huius farinae poetas in unam syllabam miscetur; et sunt talia etiam apud optimos: v. Herm. Elem. doctr. metr. p. 54. Simile poeta ausus videtur vs. 7. de quo postea dicam. Ὄπα λειριόεσσαν vs. 4. dictum ex vetere usu, Iliad. γ, 150. Timon. Sill. fragm. 23. ed. Paul. ὄπα λείριον Apollon. Rhod. IV, 902. Vs. 5. ἐλεφαντινέων mire, quasi ab ἐλεφαντινοῦς. Vs. 7. σθεναρῷ manifesto epitheton Eutychidis est. Alii matrem *Sthenaro Cilissam* esse putarunt: sed non intelligo, cur matris patriam poeta addendam censuerit, qui ne patris quidem patriam indicarit, quum praesertim in Ciliciensi origine nulla insit laus. Haud dubie mater proprio nomine *Cilicia* dicta est; quod nomen quum versum intrare nequeat, poeta ut supra ιο, sic ια in unam commiscuit syllabam Κιλίκια. Forma nominis Κιλικία analogiae magis convenit quam Κιλικίς: dicitur enim vel Κιλικία vel Κίλισσα.

Vs. 8. nota femininum εἰκοσιπενταέτης, ut in alio lapide, cuius titulum rettulit Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 153. ubi non recte mutatum est; adde ἑξαέτη n. 1003. apud nos. Commode Os. hanc formam ex Choerobosco Bekker. Anecd. T. III. p. 1376. et ex ipsis Atticis scriptoribus, Thucydide et Aeschine defendit, et res est satis nota. Vs. 9. in fine periit matris nomen proprium.

1013.

In marmore candidissimo Athenis in Museum regium Berolinense a Sackio Comite illato.

ΦΑΙΝΩ Φαινώ.

1014.

Athenis; ex Chandlero Inscr. II, 93. p. 69. et schedis Fourmonti.

ΦΑΝΟΔΙΚΗ⁝ΑΓΑΘΑΡΧΟ

Φανοδίκη Ἀγαθάρχου. Φ addidi ex schedis Fourmonti. In fine Υ ex coniectura addit Chandlerus, quo non opus. Immo fortasse Ἀγάθαρχος scribendum, et duorum hominum nomina esse etiam ex distinctione collegeris.

1015.

Lamprae super porta turris; ex schedis Fourmonti.

ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΣ Φιλέταιρος
ΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥΣ Φιλοκράτους.

1016.

Athenis in marmore sepulcrali, in quo iuvenis nudus, cani assilienti aves porrigens; laeva manu instrumentum tenet aucupio ut videtur inserviens. Ed. Dodwell. Itin. T. I. p. 447.

ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ Φιλοκράτης.

1017.

Salamine; ex schedis Fourmonti.

ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ Φιλοκράτης
ΗΡΟΣ ἥρ[ω]ς.

1018.

Patischae (loco Athenis); ex schedis iisdem.

ΦΙΛΟΔΑΜΟΣ Φιλόδαμος
ΦΙΛΟΔΑΜΟΥ Φιλοδάμου
ΑΡΤΟΚΟΠΟΥ ἀρτοκόπου.

Nota hoc titulo defendi vocem ἀρτοκόπος, de qua fuerunt qui dubitarent.

Desidero lapidem coll. Choiseul. catal. Dub. n. 125. in quo plura nomina inscripta dicuntur, ex quibus unum superest *Philomelae*. Hic lapis ubi nunc sit nescio.

1019.

Athenis; ed. Hughes Itin. T. I. p. 271.

ΦΙΛΟΞΕΝΗ
ΓΗΡΑΙΘΑΝΟΥΣΑΝΤΑΦΟΣΕΧΕΙΦΙΛΟΞΕΝΗΝ

Φιλοξένη.
Γήρᾳ θανοῦσαν τάφος ἔχει Φιλοξένην.

1020.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΦΡΟΝΗΣΙΣ
ΧΡΗΣΤΗ
ΧΑΙΡΕΑ

Φρόνησις χρηστὴ χαῖρε. Dele ultimum Α, quod ex ornamento aliquo natum est.

1021.

Athenis in columna apud matronam Masson; ed. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 103. n. 11.

ΧΑΙΡΙΑΣ Χαιρίας.
ΕΥΚΟΛΙΝΗ Εὐκολίνη.
ΟΝΗΣΙΜΟΣ Ὀνήσιμος.

1022.

In anaglypho sepulcrali marmoris candidi, in quo femina sedens, manum porrigens viro barbato; Athenis misit Fauvelius. Catal. coll. Chois. n. 127. ubi titulum edidit Dubois; Mus. reg. catal. Clarac. n. 669. Formas litterarum dedi ex schedis Mülleri et tabulis Claraci.

ΟΔΗΑΠΟΛΗΞΙΔΟΣ [Ὠι]δή? Ἀπολήξιδος.

1023.

In fragmine epistylii, quod sepulcralis monumenti pars fuit, Athenis misso a Fauvelio; edidit Dubois catal. coll. Chois. n. 230. Nunc est in Museo regio catal. Clarac. n. 583. qui rectius quam Dub. dedit in tabulis. Lacunae signa addidi ex Dub.

ΛΨΩΛΙΟ ΣΟΚΤΑΒΙΑΝΟΣ.......
ΣΕΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΖΩΝΕΑΥΤΩΚΑΙ.....

Α. Ὤλιος Ὀκταβιανὸς [κατεσκεύα]σε τὸ μνημεῖον ζῶν ἑαυτῷ καὶ [..... probabiliter τῇ συμβίῳ, ut sexcenties.

1024.

Στῇ Κερατίᾳ, in parte sarcophagi; ex schedis Fourmonti et Stuarto Antt. Att. Vol. IV. p. 26.

ΡΙΚΛΕωϹ
ΚΑΙΝΑΖΙΑϹ

Quantum ex Stuarti tabula colligo, in ea certe parte monumenti, ubi haec scripta, nihil deest. Vs. 2. IN dedi ex Fourm. Apud Stuartum I cum seq. N coaluit. Ibidem extr. Stuart. C pro Ϲ. Vs. 2. legeris καὶ Ναξίας: sed quid est ρικλεως?

1025.

Athenis; ed. Hughes Itin. T. I. p. 271.

ΗΔΙΣΤΗΣ ΤΟΔΕ ΣΗΜΑ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΠΑΙΔΙΚΟΝ ΕΣΤΙΝ

Ἡδίστης τόδε σῆμα θυγατρὸς παιδικὸν ἐστίν.

Ἡδίστης non proprium nomen, sed adiectivum: quod docet contextus ipse.

1026.

Olim Athenis in ecclesia D. Philippi in columna, ubi transcripsit Mustoxydes; edidit Stuartus Ant. Att. Vol. I. p. 1. (cf. p. x.). Nunc est in Britannia in aedibus Guilfordianis, ubi transcripsit Müllerus.

ΕΞΑΓΑΘΩΜΠΑΤΕΡΩΝΑΓΑΘΟΣΦΥΣ
ΕΝΘΑΔΕΚΕΙΤΑΙ

Ἐξ ἀγαθῶμ πατέρων ἀγαθὸς φὺς ἐνθάδε κεῖται.

1027.

Athenis, ex schedis Fourmonti; carminis epitaphii fragmentum.

- - ἀμειβομένη

..ΝΑΜΕΙΒΟΜΕΝΗ — *- - θρεπτῆρος ἐμεῖο*
..ΘΡΕΠΤΗΡΟϹΕΜΕΙΟ — *- - σω]φροσύνης?*
..ΦΡΟϹΥΝΗϹ

Fuerunt disticha elegiaca; fines versuum supersunt.

1028.

„Alopeciae in ecclesia infra montem Hymettum"; ex iisdem.

ΝΗΓΑΕΙΗϹϹΙΚΟΔΑΑΦΟΙΒ
ΟΠΟ ΧΙΝΚΙΝϹΙΝΑΝ
ΚΙѠΙΚЄ - - - - - - -
ΜЄΓΑΡΠЄΝ.ΛΚΙΚΟΥΡΑΔΙЄΟΥϹ
ΜΟΥϹΑΙϹΚΑΙΤΗΙΑΥΤΗΙΝ
ΠΑΡΘЄΝΙΝϹΔЄ.ΚΑΙϹΙϹ
ΑΥΤΑΙϹΩ...ΝϹΙΙΙ. ΗΑΝ
ΚΑΙΖΩΙ.Ν.......

Vs. 5. *Μούσαις, καὶ τῇ αὐτῇ*, 6. *παρθενίαις δὲ*, 7. *αὐταῖς*. Fortasse carmen fuit, licet vs. 5. non addicat.

1029.

„Baphae in marmore pulcherrimo"; ex iisdem.

ΙΔΕΤWΔΕΤΑΦWΚΕΙΤΑΙΦ..
Τ'ΙϹΑΡΕϹΑϹΠΙϹΤΙΝΠ/_ΛΖ
ΕΝ.ΥΝΑΡΕΤΗϹΤΗΝΔΕϹΤΗΛΗΝΕ

Ἐνθ]άδε τῷδε τάφῳ κεῖται φ - - -
της ἀρέσας πίστιν - - - - - -
- - - ἀρετῆς τήνδε στήλην ἐ[πέθηκεν?

1030.

Marmor Elgin. Visc. n. 15. Synops. Mus. Brit. n. 191. litteris exilibus scriptum. Ex schedis G. H. Nöhdenii edidit Osann. Syll. I, 65. p. 178. Habeo etiam ex schedis Rosianis.

ΤΟΥΠΑΤΡΟϹΜΗΚΛΑΥϹΗϹΦΘΙΜΕ
ΦΗϹΑϹΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΔΥϹΙΝΕΤΕϹΙΝ
.ΓΕΚΕΚΡΟΠѠΝΙΕΡΑΝΒΟΥΛΗΝΤΕΓΕ
ΧΟΝΕΛΕΥΘΕΡΙΗϹ:ΕΞΗΚΟΝΤΕΤΕ
ΞΗϹΕϹΧΑΤΕΚΝΑΓΝΗϹΙΑΚΟΥΧΙΝΟΟΑ
ΡΦΗΝΕΤΥΠѠϹΕΝΠΑϹΙΝΟΡΑΝΜΕ
ΕΙΔΕΘΕΛΕΙϹΘΕΛΓΕΙΝΨΥΧΗΝ
ΝΕΠΙϹΠΙϹΑϹΟϹϹΑΒΡΟΤΟΙϹΙ

Litterarum formas dedi ex Rosiano apographo. Vs. 1. init. Visc. legebat *θυγατρὸς οὐ κλαύσης φθιμένης*, falso haud dubie; Nöhd. .ΟΥΓΑΤΡΟϹ et cetera ut ex Ros. dedi, quem sequor, ubi nihil annoto. Vs. 3. Ros. initio ΕΚΕΚΡΟΠѠΝ, Nöhd. .ΓΕΚΕΚΡΟΠΩΝ. Vs. 4. interpunctio est ex Nöhd. Vs. 5. init. Nöhd. ΞΗϹ, Ros. ΕΗϹ. Vs. 6. dedi ex Nöhd. quum in Rosianis esset: ΦΗΝΕΤΥΠ..ϹΕΝ et in fine ΜΝΕ p. ΜΕ: sed ѡ pro Ω scripsi. Vs. 7. Ros. ΘΕΛΕΙΕΘΕΛΓΕΙΝ, Nöhd. ΘΕΛΕΙϹΕΘΕΛΓΕΙΝ: dedi Rosianum, sed Ε mutato in Ϲ. Vs. 8. primum Ν ex Nöhd. addidi. Versus sunt magnopere mutilati; nec possunt boni fuisse, neque ad normam artis dispositi videntur, sed ut solent istius aetatis versiculi, commisti ex variis numeris. Vs. 2. vox *ὀγδοήκοντα*, ut apud optimos poetas, pronuncianda *ὀγδώκοντα*. Exempli causa sic restitui:

Κλει]τοῦ πατρὸς μὴ κλαύσῃς φθιμέ[νου μόρον, υἱέ.
ζ]ήσας ὀγδοήκοντα δυσὶν ἔτεσιν [πατρίαν γῆν
ηὖξον ἐ]γ[ὼ] Κεκρόπων ἱεράν, βουλήν τε γε[ρόντων.
καὶ λέχος εἶ]χον Ἐλευθερίης ἑξήκοντ' ἔτε[α, a)
ἐ]ξ ἧς ἔσχα b) τέκνα γνήσια κοὐχὶ νόθα.
ἥτις c) καὶ μο]ρφὴν ἐτύπωσεν πᾶσιν ὁρᾶν με.
εἰ δ' ἐθέλεις θέλγειν ψυχὴν [τεθνηκότος ἀνδρός,
θέλξο]ν ἐπισπείσας d) ὅσσα βροτοῖσι [θέμις.

a) Ἔτεα trochaei loco; aliter certe non possum constituere versus. Sed talia vitia frequentia sunt in huius generis titulis. b) Forma minime Attica. c) Non sua manu sed sculptoris opera usa. d) Pro hoc ἐπισπίσας scriptum.

Si plura perisse statuas, possunt disticha elegiaca restitui per universum prope carmen, non tamen aliter nisi si versus termines in mediis lineis: et certe lin. 4. interpunctionem post Ἐλευθερίης putes ut n. 1042. versus finem designare; quo ibi constituto legitimus deinceps numerus procedet ἑξήκοντ' ἔτεα vel ἐτέων. Talem restitutionem obtulit mihi Sanderus: sed haesit in lin. 2. ubi voce ὀγδοήκοντα incipere debebat pentameter, in quem tamen non intrat vox ἔτεσιν. Igitur ex Scylla in Charybdim incidimus; neque operae pretium videtur multis immorari titulo huiusmodi.

1031.

„In monte Anchesmo in muro ecclesiae'' Dodwell. Itin. T. I. p. 515. „Athenis'' ex schedis Fourmonti.

ЄCKOI
NΠAIΔACTЄTω
ΔAPЄΓωΓЄCI
HNTPITONЄM
ΔAMACCЄ

Dedi schedas Fourm. nisi quod vs. 2. Tω ex Dodw. addidi (qui tamen TΩ) ubi Fourm. Ⲗ, et vs. 5. Δ pro Λ, quod Fourm. habet. Vs. 1. Dodw. litteras superstites habet super ΔACTЄ. Vs. 3. extr. Dodw. EI p. CI, et vs. 4. HM, vs. 5. ΔACIACCE. Erant versus. Vs. 2. παῖδάς τε, vs. 3. δ' ἄρ' ἔγωγε, vs. 4. τρίτον, vs. 5. δάμασσε.

1032.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

HMHTHP — Ἡ μήτηρ
THΘYΓATPI — τῇ θυγατρί.

1033.

Marm. Mus. Brit. n. 186. ex schedis Rosianis.

IIOΦIMON — Τὸν] τρόφιμον, *alumnum.*

1034.

In lamina plumbea a. 1812. prope Athenas effossa; cuius apographum a Bröndstedio acceptum edidit Akerblad l. c. ad n. 539. p. 21 sq. A vs. 3. usque ad vs. 7. desunt aliquot litterae; aliae dubiae sunt vel evanidae. Titulus votivus est, pro defuncto.

ΔAIMONIXΘONIΩIKAITHIXΘO
NIAIKAITOICXΘONIOICΠACI
ΠЄMΠωΔωPON
KATAXΘONIAYTONA
TIPAΓAΘЄAAYTOY
ΔYNATAAYTOYXONICA
TЄΓHNΠOCЄ∠ACTONKAITHN
TYXHNAYTOYAΓЄTЄA . . .
NЄOCIΠTYNBIOIЄNЄPINЄ.
THTAIXICTHNTOΔЄΠOTN.
. . . ANΠIHAΦIMωNKAIT. . . .
TPIAXIOIO . ANIЄ. . . . .
. . ΔЄCΠOTOIXΘONIOIKAIЄΓITYN . .
BIOIAΦHCΔЄΔωKAΔЄΔωKAΔЄLATHN
MЄXPIHMЄPωTЄTAPAKONTA

Ak. quae de hoc titulo scripsit quum ipsi non satisfecerint, nolo ea omnia referre. Quae intelligi queunt, haec sunt:

Δαίμονι χθονίῳ καὶ τῇ χθο-
νίᾳ καὶ τοῖς χθονίοις πᾶσι
πέμπω δῶρον - - - - -
καταχθόνι[α]? αὐτὸν - - -
- - ἀγαθέ, ἃ αὐτοῦ - - -
δυνατὰ αὐτοῦ [κ]όνις - - -
τε γῆν π[ρ]ὸς ἕ[κ]αστον, καὶ τὴν
τύχην αὐτοῦ ἄγετε - - -
θ]εο[ὶ] ἐ[πι]τύνβιοι ἐνέρ[ω]ν . .
τὴ[ν] ταχίστην. τὸ δὲ ποτ[ὸ]ν
ὅτ]αν πίῃ ἀφ' [ἡ]μῶν καὶ τ[ὴν τῶν
τρια[κάδων] ἀνιέ[ρωσιν - - -
ὦ] δέσποτ[α]ι χθόνιοι καὶ ἐπιτύν-
βιοι, ἀφ' ἧς δέδωκα δε[κ]άτην
μέχρι ἡμερῶ[ν] τε[τ]ταράκοντα.

Vs. 12. vocis TPIAXIOIO quattuor litteras incertas esse notaverat Br. τριακάδων igitur scriptum ab Ak. quae ad defunctos pertinent. Cf. Schneider. Lex. Vs. 14. bis scriptum δέδωκα, errante scriba ob ὁμοίαρκτον in voce δεκάτην.

CLASSIS DUODECIMA.

FRAGMENTA VARIA.

1035.

Athenis apud Fauvelium; ex schedis Guil. Gellii, misit Rosius.

⁝Δ℞A
ϟϤϹ ΘΘΙ⁝
TEϟΘ
OϟOϟA
IOTTF
ANMEA
ϟΘOϟΘ
X℞IΔ℞
EEKTE
IMIϟΘ
⁝Γ℞ATT
:EEYΘ
ϟΘ

Vs. 1. an aliquid de δραχμῆ, vs. 3. πράτ]τεσθ.., vs. 6. ἐ]ὰν μὴ.., vs. 7. μι]σθός? - - -, vs. 8. μέ]χρι δρ[αχμ. vs. 10. μισθ... vs. 11. πρατт a πράττειν, vs. 12. εὐθ ab εὔθυνος vel εὐθέως. Videtur decreti fragmentum eius aetatis cuius n. 70-73.

1036.

Prope fontem Callirrhoen haud procul ab Ilisso repperit Fauvel. Edidit Pouquevill. Itin. T. IV. p. 82. Hoc exemplum emendatius misit Rosius ex schedis Guil. Gellii.

KAΛΛII
XOREA
KEKRO
NIKO

Vs. 1. fortasse Καλλιῤῥόη fuit.

1037.

Athenis; ex schedis Fourmonti edidit Osann. Syll. II, 69. multa deesse notans, quae olim erant in Fourmonti schedis nunc situ corruptis.

ΟΣΔΟΡΟΘΕΟΑ . . . .
ΓΑΝΤΑΚΛΕΣ. . . . .

- - ος Δωροθέου Ἀ - - -
Πανταкλῆς - - -

Quam Os. huic titulo notam addidit de lectionibus duabus tituli n. 171. col. I. vs. 36. et 46. ea supersedere poterat, si apographum Fourmontianum eius tituli a me in Prooemio catalogi lectionum Univ. Berol. editum recte contulisset. Nam vs. 36. docet in schedis Fourmonti esse ΓΑΝΤΑΚΛΗΣ, et vs. 46. non ΘΡΑΙΚΕΣΙ; me vero perhibet ex schedis Fourmonti edidisse ΓΑΝΤΟΚΛΗΣ et ΘΡΑΙΚΕΣΙ. Neutrum verum est; vs. 36. edidi ΓΑΝΤΑΚΛΗΣ, hoc est illud ipsum quod Os. in schedis Fourmonti esse dicit (contra vs. 41. ΓΑΝΤΟΚΛΗΣ in Fourmontiano apographo esse notavi p. 303.), et vs. 46. dedi ΘΡΑΙΚΕΣ, quod ex his ipsis schedis petiit Bekkerus. Os. tamen h. l. ΘΡΕΚΕΣ ap. Fourm. esse dicit: sed Bekkerum non credibile est suam finxisse lectionem. Fortasse igitur Os. aliud Fourmonti apographum ac Bekk. tractavit: nam plures tituli bis extant in Fourmontianis.

1038.

In arce; ex Guil. Gellii schedis, misit Rosius.

⁝ΙΛΕΙΙϟΙΙΟ⁝ΗΙϹ

Inverti titulum, qui mihi ita traditus erat, ut ubi nunc caput, ibi pes esset. In fine comparet numerus, 1 dr. 1½ obol. Idem Gellius ex septo Olympiei lapidem litteratum affert, qui antiquiorem continebat titulum: in eo saepius legitur ΘΑΝ et ΒΘΑΝ vel ΗΘΑΝ, semel etiam inversis litteris (ΝᗄΘΒ), hoc est ὃ ἄν, et plures aliae litterae, quas referre nihil attinet.

1039.

Eleusine in fragmine marmoris; ap. Pouquevill. T. IV. p. 115.

CYBOΛO

An Εὐβούλου?

1040.

In campo Marathonio; haud longe a statua ibi reperta, magnis litteris (Clark. Itin. P. II. S. III. p. 26.):

KAIN

1041.

Marmor Musei Britannici Synops. n. 167.

ΦΙΑ . . ΔΕΤΕΧΕΝ
ΑΤΡΟΣΗΝΙΚΑΤΕΓΞΗ
ΝΕΤΥΧΕΝ

Vs. 1. ἰδ' ἔτεκεν: 2. πατρὸς? ἡνίκα τέγξη . . . . vs. 3. ἔτυχεν. Versus fuerunt.

1042.

Athenis, ex schedis Fourmonti, ex quibus dedit etiam Osann. Syll. II, 93.

ΑΤΟΓΒΟΣΤΕΡΜΑΚΕΛ¯ΘΟΙ⁝ΕΥΚΛΕΙΑΝΔΒΡΟ
ΣΕΝΑΓΩΣΙΔΑΜΕΝΤΑΙΣ ΝΠΑΤΡΙ

. . . ατο πρὸς τέρμα κελεύθου, Εὔκλειαν δὲ βροτ . . .? - - - -
. . . . ς ἐν ἀγῶσι δαμέντα . . . . . . Fragmenta versuum.

1043.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

. . ΟΝΚΛΛ . . . . . ΚΡΑ
ΔΟΥΥΙΟ . . . . . . ΟΙΝ
ΟΙΛΟΝΤ . . . . ΙΕΒΟ
ΝΤΗΣΑ . . . . . ΤΟΗ
ΥΑΤΟΥΘ . . . . . . ΚΑΛΙ
. . . . ΙΒΑ

Desunt tres versus.

. ΙΝ . . . . . .
. ΙΘΙ . . . . .

Vs. 1. . . ον Κλαύδιον? 2. . . . δου υἱόν. 3. φίλον.

1044.

Ibidem, indidem.

ΗΛΗΤΙΜΟΚ . . .
ΝΟ . ΙΗΣ : ΜΗ . . .
ΤΗΡΛΗΝΛΥ . . . . .

Vs. 1. Τιμοκ . . ., vs. 2. μήτηρ? vs. 3. θυγάτηρ?

1045.

Eleusine, ex Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 6. p. 62.

ΟΛΛΙΕΑ
. . : ΑΙΜΤΑΕΠΙΣΗ)
ΙΙΕΝΔΟΞΟΤΑΤΑΑΥ
ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ
ΠΙΣΤΟΥΣ
. . . . ΑΓΕ

3. ἐνδοξότατα, 4. δικαιοσύνη etc.

1046.

Ibidem, ex eodem s. 4. p. 52.

ΩΠ . Α
Ω . . . . ΡΟΥ
ΠΛΗΣ
ΕΞΟΙΣ
ΑΣΤΡΩΙ
ΟΣ . ΙΙΡ

1047.

Ibidem, ex eodem s. 4. p. 51.

ΟΜΙΛΗΑΡΑΣΙΣ

1048.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΚΟΚΛΥΔΗΣΗΣΟΛΟΝΙΚΗ

1049.

In fragmine marmoris, epistylii ut videtur, Marathone repperit Fauvel; ex collectione Choiseuliana (catal. Dub. n. 231.) nunc in Museo regio (catal. Clarac. n. 660.). Dedi ex Dub. et schedis Mülleri.

. . . . . . ΜΑΡΑΘΩΝ . . . . . .

1049. *b.*

In marmore Musei Britannici Synops. n. 183. quae pars videtur maioris lapidis fuisse; ex schedis Rosianis et Osanni, qui edidit Syll. I, 86. et formas litterarum expressit tab. I. n. 4. Sinistram partem cum superiore et inferiore cingit frondeum ornamentum.

Λ
ΚΛΛ
ΜΟ
ΛΜ
ΘΕ
ΛΩ

PARS TERTIA.

INSCRIPTIONES MEGARICAE.

Harum quum numerus minor sit, quam ut eas opus videatur per classes digeri, ordinem institui partim a materie partim ab aetate petitum. Primo loco posui epigrammata recente quidem aetate instaurata, sed vetustissima (n. 1050. 1051.); dein decretum satis vetustum (n. 1052.); tum magistratuum domesticorum titulos (n. 1053–1059.), addito uno, qui ad eandem familiam pertinet, ex qua est magistratus in praegresso titulo memoratus; post hos titulos duos alios honorarios, in quibus nulla muneris mentio (n. 1060. 1061.). Hos excipiunt sacerdotes et sacerdotum proles (n. 1062–1067.). Tum interposui agonisticam inscriptionem (n. 1068.). Succedunt tituli Imperatoribus et Caesareae domus viris feminisque positi (n. 1069–1075.), dein magistratibus Romanis cum eorum posteris (n. 1076–1081.). Post hos catalogorum fragmenta duo (n. 1082. 1083.) et alia quaedam fragmenta (n. 1084–1087.), tum privata monumenta (n. 1088–1100.) habes. Agmen claudit fragmentum (n. 1101.), quod aut Megaricum est aut Corinthium.

1050.

Marmor a. 1769. in valle Megarensi repertum ad ianuam casae Graeci pauperculi, ubi fori apertae retinendae inserviebat; inde sublatum nauta Gallicus *De Bassinet d'Augard*, qui tum in classe regia optionis munere fungebatur, *Calveto*, medico Avenionensi, Calvetus autem Museo publico reipublicae Francogallicae dono dedit. Hic ipse edidit Mag. encycl. ann. VI. (1800.) T. III. p. 536 sq. Lapis posthac in Museum Napoleonis translatus, nunc in Museo regio nummario servatur: illic transcripsit Kellerus Turicensis (cuius schedas mecum communicavit Spangenbergius, Cellis Hannoveranis Consil. aul.), hic Müllerus. Vera litterarum et forma et magnitudine expressit Gailius edit. Xenoph. T. VII. P. II. in calce; litterae sunt graciles, altae, angustae, quales fere in Byzantinis titulis; sunt autem pollice altiores. Ex hoc Gailii apographo nostrum expressum est, quamquam litterarum formam accurate imitari non potuimus. Primum et tertium distichon, omisso intermedio ad rem, in qua versatur, non pertinente, recitat Schol. Thucyd. I, 6. Ex hoc et Mag. encycl. edidit Iacobsius Anthol. Paralip. Comm. Vol. III. P. III. p. 796. et Anthol. Palat. T. II. p. 843. (cf. nott. T. III. p. 945.). Postea ipse edidi et illustravi Prooem. Lectt. Univ. Berol. aest. 1822. (repetito Mus. crit. Cantabr. Vol. II. fasc. 8. p. 631 sqq. cum additamentis nostris, non tamen sine vitiis typothetae).

ΟΡΡΙΠΠΩΜΕΓΑΡΗϹΜΕΔΑΙΦΡΟΝΙΤΗΔΕΑΡΙΔΗΛΟΝ
ΜΝΑΜΑΘΕϹΛΝΦΑΜΑΔΕΛΦΙΔΙΠΕΙΘΟΜΕΝΟΙ
ΟϹΔΗΜΑΚΙϹΤΟΥϹΜΕΝΟΡΟΥϹΑΠΕΛΥϹΑΤΟΠΑΤΡΑ
ΠΟΛΛΑΝΔΥϹΜΕΝΕΩΝΓΑΝΑΠΟΤΕΜΝΟΜΕΝΩΝ
ΠΡΑΤΟϹΔΕΛΛΑΝΩΝΕΝΟΛΥΜΠΙΑ ΕϹΤΕΦΑΝΩΘΗ
ΓΥΜΝΟϹΖΩΝΝΥΜΕΝΩΝΤΩΝΠΡΙΝΕΝΙϹΤΑΔΙΩ

Ut forma litterarum qualis sit, videas, has curavi repraesentandas: Γ, Δ, Μ et Μ, Ν, Π, C, Τ, Υ, Φ et Φ, Ш: reliquae easdem linearum rationes habent; ceterâ formâ sunt fere tales, quales in contextu dedi. Vs. 1. Schol. Thuc. male Μεγαρεῖ μεγαλόφρονι, et vs. 2. μνῆμα; ib. retinui ΘΕϹΛΝ ex Gail. et Kell. licet Müll. Calv. pro Λ offerant litteram α. Idem dictum accipe de littera Λ ultima versus quinti. Vs. 3. Müll. ΠΑΤΡΑϹ; Calv. Kell. Gail. quod dedi. Vs. 5. Schol. Thuc. πρῶτος θ' Ἑλλήνων, pro quo δ' Ἑλλ. recte restituit Henr. Stephanus. Versus hi sunt:

Ὀρρίππῳ Μεγαρῆς με δαΐφρονι τῇδ' ἀρίδηλον
μνᾶμα θέσαν, φάμᾳ Δελφίδι πειθόμενοι·
ὃς δὴ μακίστους μὲν ὅρους ἀπελύσατο πάτρᾳ,
πολλὰν δυςμενέων γᾶν ἀποτεμνομένων,
πρᾶτος δ' Ἑλλάνων ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθη
γυμνός, ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐνὶ σταδίῳ.

In hoc epigrammate Doricas formas complures offerente quum aliquot etiam vulgares reperirentur, ut τῇδε et ἀρίδηλον, nec satis esset verisimile visum, huiusmodi dialectorum confusionem iam antiquis temporibus locum habuisse; suspicio nata est marmor esse spurium et a falsario quodam ex distichis apud Scholiasten Thucydidis superstitibus concinnatum, quibus medios illos duos versus idem ille fraudulentus homo addidisset: praesertim quum, qui horum versuum sensus esset, primo interpretandi impetu esset obscurum visum. At ne de reliqua lectionis discrepantia dicamus, quae vel sola poterat fraudis crimen removere, tantum abest, ut illi duo versus conficti sint, ut iis demptis non solum oratio laboret, verum etiam potissima causa, quare Orsippum a Megarensibus honorari oraculum iusserit, in epigrammate omissa sit. Nam medio disticho sublato certe exspectabas, πρᾶτος ὃς Ἑλλάνων, non πρᾶτος δ' Ἑλλάνων: ac si ideo solum putaveris hoc Orsippo monumentum positum esse, quod primus Olympiae nudus stadium vicisset, erraveris manifesto. Duas enim ob causas inclaruit Orsippus, quod Olympiae vicit stadium, et primus

quidem nudus; deinde quod exercitus dux accolis haud exiguam terram eripuit. Pausanias I, 44, 1. Κοροίβου δὲ τέθαπται πλησίον Ὄρσιππος, ὃς περιεζωσμένων (sic correxit Palmerius; vulgo περιεζωσμένος) ἐν τοῖς ἀγῶσι κατὰ δὴ παλαιὸν ἔθος τῶν ἀθλητῶν Ὀλύμπια ἐνίκα στάδιον δραμὼν γυμνός. φασὶ δὲ (nempe Megarenses) καὶ στρατηγοῦντα ὕστερον τὸν Ὄρσιππον ἀποτεμέσθαι χώραν τῶν προσοίκων. δοκῶ δέ οἱ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ περίζωμα ἑκόντι περιῤῥυῆναι γνόντι ὡς ἀνδρὸς περιεζωσμένου δραμεῖν ῥᾴων ἐστὶν ἀνὴρ γυμνός. Atque in his quae de terra finitimis erepta Pausanias narrat, ea ii, quibus hic auctoribus utitur, ex ipso quod superest epigrammate didicerant. Unde simul patet, quaenam medii distichi sententia sit: laudatur Orsippus, *quod belli dux fines patriae remotissimos recuperaverit, quum hostes multam territorii Megarici partem sibi vindicassent.* Nam recte Schäferus ap. Iac. verbum ἀπελύσατο explicuit: *Effecit, ut patriae restituerentur*: modo ne de pecunia cogitetur, qua eam terram redemerit Orsippus. Dativum πάτρᾳ praefero genitivo. At superest difficultas in genitivo ἀποτεμνομένων: pro quo quum aoristum exspectaveris, Siebelis ex ipso Pausaniae loco, in quo ἀποτεμέσθαι ad Orsippum refertur, coniecit legendum ἀποτεμνόμενος. Quod etsi ita probabile primo adspectu videtur, vix ut id repudiare audeas, tamen obest diserta marmoris auctoritas; praeterea ubi ἀποτεμνόμενος scripseris, languet universa dictio, quum totus hic versus novam nullam addat sententiam, nisi hanc, *hostilem* fuisse eam terram, quam Orsippus ceperit: nam reliqua omnia praecedenti iam versui insunt; ut si sententiam spectes, universum distichon nihil contineat praeter hoc: ὃς δὴ μακίστους μὲν ὅρους ἀπὸ δυσμενέων ἀπελύσατο πάτρᾳ. Contra ubi ἀποτεμνομένων ad δυσμενέων legeris, multo aptius ratio redditur, cur Orsippus *recuperaverit tam latos fines*, quippe *quum amplam hostes terram Megarensibus eripuissent.* Ac nescio an praesentis participii difficultas illa non magna sit: si modo cogites eventum τοῦ ἀποτέμνεσθαι esse durantem usque ad id tempus, quo ereptus recuperetur ager: ut νικῶν pro νικήσας et apud alios et apud Pindarum frequentissimum est. Nec tamen ideo negaverim Pausaniae vocem ἀποτεμέσθαι ex ipso hoc epigrammate fluxisse: quod verbum, quum in epigrammate esset ad hostes relatum, ii, quorum narrationem sequitur Pausanias, facile accommodare Orsippo potuerunt. Ceterum Sanderus recte confert epigramma Chaeremonis Anthol. Palat. VII, 720.

Κλεῦας ὁ Τιμοκλῆος ὑπὲρ Θυρέαν δόρυ τείνας
κάτθανες, ἀμφίλογον γᾶν ἀποτεμνόμενος.

Sic enim legendum p. ἀμφιτεμνόμενος.

Virum, cuius monumento hoc epigramma insculptum est, scriptores prope omnes, Pausanias, Iul. Africanus, Scholiastae Homeri et Thucydidis, Etymologus, Eustathius Ὄρσιππον vocant; Megaricam nominis formam servavit lapis: ad quam proxime accedit scriptura Ὄριππος apud Scholiasten Venetum alterum. Ille tamen Orsippus quando vixerit, dubitatur: de qua re post Corsinum F. A. T. III. p. 22 sqq. et ipse enucleatius dicam, maxime ob dissensum Mülleri nostri Dor. T. I. p. 89. T. II. p. 260. Nam Iulio Africano auctore Orsippus Megarensis vicit stadio Olymp. 15. et Pausanias de ea re ita loquitur, ut Orsippum omnino primum sine subligaculo metam attigisse liqueat: cinctus enim ex carceribus progressus erat; inter cursum autem defluxit subligaculum quasi casu, Pausania vero iudice ex instituto Orsippi ipsius, quod cursum eo impediri intelligeret. In anno definiendo cum Africano convenit Eustathio ad Iliad. p. 1324. ed. Rom. περὶ δὲ τοῦ ζώματος φέρεται ἱστορία, ὅτι μετὰ τὴν ιδ' Ὀλυμπιάδα συνέβη Ὄρσιππόν τινα ἐμποδισθέντα ὑπὸ τοῦ περιζώματος πεσεῖν καὶ τελευτῆσαι, ἢ κατά τινας νικηθῆναι, ὅθεν ἐθεσπίσθη γυμνοὺς τοὺς τοιούτους ἀγωνίζεσθαι: in qua narratione falsa sunt, quae de infausto Orsippi casu dicuntur: isque error unde natus sit, posthac docebitur. Eodem redit confusa Isidori Origg. XVIII, 17. traditio: *Antea enim in locis* (scribe *ludis*) *certantes cincti erant: post relaxato cingulo repente prostratus et exanimatus est quidam cursor. Quare ex concilii decreto tunc archon Hippomenes, ut nudi deinceps omnes exercitarentur, permisit.* Debebat dicere: archonte Athenis Hippomene coeptum Olympiae esse nudorum cursum; qui archon decennalis computatur ab Olymp. 14, ½. Eodem fere vitio laborat Schol. Venet. Iliad. ψ, 683. περιζώματα γὰρ ἕως ποδῶν διήκοντα ἐφόρουν πρὸς τὸ μὴ εὐκόλως πλήττεσθαι· ὕστερον δὲ Ἀθήνησί τινων ἀγωνιζομένων ἄρχοντος Ἱππομένους συνέβη ἕνα αὐτῶν πεσόντα πρὸς τὸ ἐμποδισθῆναι ὑπὸ τοῦ περιζώματος τελευτῆσαι· ὅθεν ἐθεσπίσθη γυμνοὺς ἀγωνίζεσθαι μέχρι τοῦ νῦν. Hic quoque imperite de morte Orsippi somniat, et Athenis accidisse tradit, quod Olympiae factum est archonte Athenis Hippomene: quem archontem hauserat ex chronographo res gestas secundum Olympiades et archontes Atticos narrante. Contra vulgaria Scholia Iliad. l. c. et Etym. M. p. 242. Orsippi casum in Olymp. 32. referunt. Verba sunt illius: κατὰ τὴν τριακοστὴν καὶ δευτέραν Ὀλυμπιάδα Ὀρσίππου τοῦ Λακεδαιμονίου (immo Μεγαρέως) λυθὲν ἀγωνιζομένου τὸ περίζωμα αἴτιον αὐτῷ ἥττης ἐγένετο. ἐξ οὗ νόμος ἔθετο γυμνοὺς τρέχειν: neque aliter Etym. nisi quod pro ἥττης habet λύπης. Quodsi iusta aestimatione has pensitaveris auctoritates, non dubium videbitur praeferendum esse Iul. Africani testimonium et eorum, qui rem archonte Hippomene accidisse tradunt: primum, quod chronographi victorum seriem ex ordine tradentis summa fides est, nulla scholiorum et lexicorum, in quibus nihil frequentius quam vitiati numeri, quum chronographorum catalogi his inquinari ob perpetuitatem annorum non potuerint; deinde quod archon Hippomenes ab illis nominatur, cuius aetas certa est, quum Schol. Hom. et Etym. nullum nominent archontem, ideoque incertum sit an lectio eorum vera sit neque a librariis depravata; postremo quod Olymp. 32. ex Africani indice constat *Cratinum Megarensem* stadio vicisse, Olymp. 15. autem, si Orsippum sustuleris, vacuus victoris locus erit. Quae

quum ita sint, Orsippus erit Olymp. 15. stadii victor reponendus; cui sententiae nihil quidquam obstat; immo conveniunt omnia optime, nec convenient, si eum in Olymp. 32. detruseris. Quod ut apertius sit, removebo omnes, quae obesse videantur, difficultates. Et primum quidem Scholia Homeri vulgata, ex quibus hausit Etymologus, depravata esse liquet. Eustathium enim non dubium est sua verba et ipsum ex Scholiis Homericis petivisse: sed ille recte habet *μετὰ τὴν ιδʹ ᾿Ολυμπιάδα*, hoc est post initium Hippomenis. At vulgaria Scholia ex depravatiore fluxerant codice, quam quo Eustathius usus est; ex illo nata lectio *κατὰ τὴν τριακοστὴν καὶ δευτέραν*, etiam in Etym. M. propagata. Progressum corruptelae aliqua ex parte commonstrat Scholium Venetum alterum: *κατὰ δὲ τὴν τϛβʹ ᾿Ολυμπιάδα ᾿Ορίππου τοῦ Λακεδαιμονίου λυθὲν ἀγωνιζομένου τὸ περίζωμα αἴτιον αὐτῷ νίκης ἐγένετο.* Nihili est enim illud *τϛβʹ*, quod qui in *λβʹ* mutaverit, non verisimili utetur emendatione: immo, ut apud Eustathium, scriptum erat *μετὰ δὲ τὴν δεκάτην τετάρτην*: excidit autem *δεκάτην* ob praegressum *δὲ τήν*, et *τετάρτην* ductibus intricatioribus scriptum transiit in *τϛβʹ*. Simul hic habes *νίκης*, quod omnino verum est; id mature oblitteratum in *λύπης*, *ἥττης*, credo etiam in *τελευτῆς* transposuerunt librarii: unde nata Isidori, Eustathii, aliorum fabula de Orsippi calamitate. At haeserunt nonnulli in verbis Dionysii Halicarn. Archaeol. VII, 72. *ὁ δὲ πρῶτος ἐπιχειρήσας ἀποδυθῆναι τὸ σῶμα καὶ γυμνὸς ᾿Ολυμπίασι δραμὼν ἐπὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης ᾿Ολυμπιάδος Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος ἦν.* Quae ipsa optime congruunt narrationi de Orsippo Olymp. 15. stadio vincente; cui quum inter cursum forte vel fortuiti casus simulatione decidisset subligaculum, postea prodiens Acanthus, antequam cursum iniret, sponte et palam deposuit illud subligaculum: quo referuntur verba Dionysii. Nam post stadiodromos prodibant diaulodromi et dolichodromi; Acanthus autem Pausania auctore (V, 8, 3.) vicit diaulo, vel dolicho secundum Africanum, qui accuratissime notat dolichodromos Olymp. 15. nudos certasse, non ex lege, ut fabulantur, sed ex arbitrio: *προσετέθη*, ait, *δόλιχον, καὶ γυμνοὶ ἔδραμον· ἐνίκα Ἄκανθος.* Quodsi iam inde ab Olymp. 15. dolichodromi et diaulodromi nudi decucurrerunt, quid in hoc fuisset memorabile, Orsippum primum nudum stadio vicisse, siquidem vicisset Olymp. 32.? Huc accedit Hesychius v. *ζώσατο*, ab Olymp. 15. Olympiae sine subligaculo certatum esse affirmans. Thucydides vero I, 6. ubi Lacedaemonios (Orsippus autem Megarensis est) primos corpora nudasse dicit, non hoc ad Olympicos ludos referendum est: quamquam Acanthus, qui primus Olympiae sponte et ante cursum abiecit subligaculum, Lacedaemonius fuit. Postremo male intelliguntur haec Thucydidis verba: *τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ ᾿Ολυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο· καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται. ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις ἔστιν οἷς νῦν, καὶ μάλιστα τοῖς ᾿Ασιανοῖς πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθεται, καὶ διεζωσμένοι τοῦτο δρῶσι.* Qui si verbis, *οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται*, Orsippi designaret aetatem, sive hic Olymp. 15. sive 32. vicit, male locutus esset. Potius inde ab Orsippo cursores deposuerant subligacula; retinuerant ceteri athletae, quibus id minus incommodum erat, ut luctatores, pugiles: hi paulo ante Thucydideam aetatem et ipsi abiecerunt. Hoc est illud Eustathii: *ὅθεν* (ab Orsippo) *ἐθεσπίσθη γυμνοὺς τοὺς τοιούτους* (cursores) *ἀγωνίζεσθαι.* Hactenus de aetate Orsippi. Ceterum quinam isti hostes fuerint, a quibus post Olymp. 15. terram Megarensibus restituerit Orsippus, haud diu quaerendum videtur: intellige Corinthios Bacchiadarum tum imperio florentissimo parentes, et illa aetate in Megarenses nimium iniquos. Cf. Schol. Pind. Nem. VII, 155. ceterosque grammaticos, qui proverbium *Διὸς Κόρινθος* explicant, citatos in Nott. critt. et Explicatt. ad Pindarum et a Müllero Dor. T. I. p. 89. Immo quod parte finium tum multati Megarenses erant, videntur coacti esse, ut in Siciliam mitterent colonos, quod Olymp. 13. et paulo ante fecerunt (v. Müller. Dor. T. I. p. 122.). Iam quum Orsippo belli duce, paulo post Olymp. 15. respublica Megarensium esset eximie aucta, quae haud multo post colonias celeberrimas, Olymp. 25. Chalcedonem, Olymp. 30. Byzantium condidit, et cum Samiis etiam Perinthum affectavit (Plutarch. Qu. Gr. 57. unde Perinthii Byzantiorum cognati in decreto Byzantio ap. Demosth. de cor. p. 255. 24.): merito oraculum tanto viro, qui insuper Olympicus esset victor et novi in Olympicis ludis instituti auctor, publicum iussit monumentum condi. Neque vero credibile, Delphicum hoc deum statim post Orsippi obitum iussisse: illud ipsum, quod in epigrammate Orsippus dicitur primus Olympiae nudus vicisse, eo deducit, ut monumentum cum inscriptione aetate recentiore positum censeamus, ubi talis notitia ex antiquitate tradita debebat admodum memorabilis videri; igitur ut Oebotae Dymaeo, qui Olymp. 6. Olympiae vicerat, oraculi iussu certam ob causam Olymp. 80. demum statua posita est (Pausan. VI, 3, 4. VII, 17, 3. 6.), sic non multo ante etiam hoc Orsippi monumentum conditum videtur et epigramma inscriptum, quod potest ab ipso Simonide, praestantissimo eius aetatis epigrammatum auctore et Megarensibus sane quam dedito factum esse, ut n. 1051. ubi cf. nott. Sed titulum qui superest, vix ante quintum vel sextum post Christi natales saeculum exaratum esse, docent litterarum formae: quo fere tempore vixit Diogenes Comes de restituenda Megarensium urbe bene meritus (vide ad n. 1051.). Non igitur marmor subditicium habendum aut fidei hominum simplicium, quorum per manus traditum est, derogandum putamus: potius quum antiquus titulus, qui olim Megaris positus erat, vetustate esset detritus, vir aliquis antiquitatis studiosus instaurandum monumentum curavit, iisque usus est litterarum formis, quae tum obtinebant, prorsus ut in Simonideo epigrammate n. 1051. Itaque aetate admodum recenti quum restitutus Orsippi titulus sit, omittitur Iota

ΧΑϹΚΑΙΛΙΤΟΥΡΓΙΑϹΕΠΙΤΕ
ΛΕϹΑΜΤΑΕΠΙΦΑΝΩϹΗΠΟ
ΛΙϹΤΟΝΑΡΙϹΤΟΠΟΛΕΙΤΗΝ
ΑΝΕϹΤΗϹΕΝ,ΤΟΑΝΑΛΩΜΑ
ΠΟΙΗϹΑΜΕΝΩΝΤΩΝΤΕ
ΚΝΩΝΑΥΤΟΥ

ω - - -
αὐτοῦ καὶ - -
αὐτοῦ Νεικοδ - -
Χαριξεν . . καὶ ὑ - -
θυγατρὸς αὐτοῦ - -
. . . [τ]ὰς περὶ τὴν θεὸν [λι-
τουργίας καὶ τὰς ἄλλας ἀ[ρ-
χὰς καὶ λιτουργίας ἐπιτε-
λέσ[αν]τα ἐπιφανῶς, ἡ πό-
λις τὸν ἀριστοπολείτην
ἀνέστησεν, τὸ ἀνάλωμα
ποιησαμένων τῶν τέ-
κνων αὐτοῦ.

1227.

Ibidem; ex iisdem.

ΥΡΝΑΙΑΝΛΕΟΝΤΙΔΑΘΥΓΑΤΕΡ . .
ΡΙΙΙΓΗΤΟΥΚΑΙΑΡΧΙΑΤΡΟΥΚΑΙΑ
ΡΑϹΤΗϹΙ ϹΟΧΡΥϹΟΥΓΥΝΑΙΚΑΔ
ΜΝΗΜΗϹΕΝΕΚΑΝΜΗΤΗΡ
Ψ Β

Σμ]υρναίαν Λεοντίδα θυγατέρ[α - - πε]ριηγητοῦ καὶ ἀρχιάτρου καὶ ἀ - - - ρας τῆς ἰσοχρύσου? γυναῖκα δ[ὲ] - - - μνήμης ἕνεκα [ἡ] μήτηρ. Ψηφίσματι βουλῆς.

1228.

Ibidem; ex iisdem.

ΛΟΥΚΙΑΝ ΘΥΓΑΤΕ
ΡΑ ΑΥΡΗΛΙΩΝ ΣΩ
ΣΤΡΑΤΟΥΚΑΙΛΟΥ
ΚΙΑΣΓΥΝΑΙΚΑΕ
ΠΙΚΤΙΤΟΥΤΟΥΛΟΥ
ΚΙΟΥΑΡΕΤΙΣΕΝΕ
ΚΕΝΚΑΙΣΩΦΡΟΣΥ
ΝΗΣΑΥΡΗΛΙΟΙΑΝΤΙ
ΓΟΝΟΣΚΑΙΝΕΙΚΗ
ΤΗΝΙΔΙΑΝΑΝΓ

Λουκίαν θυγατέρα Αὐρηλίων Σωστράτου καὶ Λουκίας, γυναῖκα Ἐπικτ[ή]του τοῦ Λουκίου, ἀρετ[ῆ]ς ἕνεκεν καὶ σωφροσύνης Αὐρήλιοι Ἀντίγονος καὶ Νείκη τὴν ἰδίαν ἀ[νέθηκαν s. ἀ[νέθεσαν, s. ἀνέ[στησαν.

1229.

Ibidem; ex iisdem.

ΦΙΛΕΑΣΚΑΙΞΕΥΞΙΠΠΟΣ
ΦΙΛΕΛΕΠΟΙΗΣΑΝ

Φιλέας καὶ Ζεύξιππος Φιλέ[α] ἐποίησαν, sc. τὸ ἔργον τοῦτο, statuam vel simile.

1230.

Ibidem; ex iisdem.

ΚΑΛΛΙΚΑΘΑΝΙΩ

1231.

Ibidem; ex iisdem.

ΝΟΚΚΡΑΤΗΣ
ΑΝ

1232.

Ibidem; ex iisdem.

ΑΡΙΣΤΙΣΑΝΕΙΚ
ΑΝΕΚΤΟΝ
ΚΑΙΑΡΙΣΤΙΣΓΕΡΥΛΛΟΥ
. . . . ΚΙΤΟΝ ΚΑΙ

Ἄριστις (hoc est credo Ἀριστίας, ut Δεινίας Δεῖνις) Ἀνε - - - καὶ Ἄριστις Γερύλλου etc.

1233.

Ibidem; ex iisdem.

- - ΚΛΕΛ - -
- - ΤΟΙ ΦΡΟ - -
- - ΤΟΠΡΟΔΟ' -
- - ΕΡΓΑΣΑΜ - - -
- - - ΤΑΙΑΦΙΟΔ - -

Vs. 2. τὸ [Ἀ]φρο[δίσιον vel simile; vs. 3. τὸ πρόδο[μον. Vs. 4. ἐργασ[ά]μενος vel simile. Vs. 5. τᾷ Ἀφροδ[ίτᾳ. De Veneris cultu apud Hermionenses vide Pausan. II, 34, 11.

1234.

Ibidem; ex iisdem.

ΑΠΟ - - -
..ΙΚΕΤΑΝΚΑΜΚΟΙΙ

1235.

Ibidem; ex iisdem.

/\LΥΜΑΩ . . . .
ΒΕΡΝΑΣ.ΟΓΡΩΙ . . . . .
ΙΚΑΙΩΝΠΟΛΕΙΚΥ
ΡΞΕΤΑΙΔΕΤΟΝΦΙΛΟ
5 ΞΑΝΔΙΚΟΥ

Vs. 2. κυ]βερνᾶς? Vs. 3. δ]ικαίων πόλει? Vs. 4. ἄ]ρξεται δὲ τὸν φίλον - -? Vs. 5. Xanthici s. Xandici mensis Macedonici nomen, quod modo littera Θ, modo littera Δ scribitur.

1236.

Ibidem; ex iisdem.

. . ΥΒΛΙΑCΚЄΠΤΙΑΝΗ
. . ΙCΑΝΑΛѠΙΜΑCΙΝ
. . ΞЄΛΡΑCCΥΝΤ
. . . ΙΤΗΝ ЄΓΙ

. . Πο]υβλία Σκεπτιανὴ
[τοῖς ἰδίο]ις ἀναλώμασιν
[τὰς ἐ]ξέ[δ]ρας σὺν etc.
Cf. n. 1111.

SECTIO TERTIA.

LACONICA ET MESSENIA.

Has duas terras, quae longum per tempus coniunctae erant, satius visum est componere quam dividere, et utriusque titulos per classes disponere, non eas, quas in Atticis titulis dedi, sed quae convenire harum inscriptionum indoli viderentur. Igitur classe *prima* complexus sum *catalogos, maxime magistratuum*, quorum titulorum rationem paulo post exposui. *Secunda* classis continet titulos, qui ad *Imperatores Romanos* eorumque familias pertinent, *tertia honores magistratuum et privatorum* tam a privatis quam a republica datos; ex quibus exemi titulos *victorum ex certaminibus*, quos *quarta*, et *mulierum*, quos *quinta* classe comprehendi. In *sexta* habentur pauci *operum publicorum tituli et res sacrae*, in *septima fragmenta varia*, in *octava sepulcralia et nomina aliquot singula*, quae et ipsa sepulcris videntur inscripta fuisse.

CLASSIS PRIMA.

CATALOGI, MAXIME MAGISTRATUUM.

Tituli, quos in hac classe edimus, quum plerique omnes Imperatorum aetate scripti sint, qualis tum Spartanae reipublicae constitutio fuerit, ex his potissimum intelligitur. Igitur ut omnibus inter se conferendis alium ex alio emendatum praestarem, summa ope nisus sum: quae res non mediocribus impedita difficultatibus fuit: ea vero perfecta quae de magistratuum ratione ex iis colliguntur, hoc loco congerere constitui.

I. Tituli ipsi, excepto n. 1297. *Spartani* omnes sunt: n. 1295. 1296. sunt quidem Coronae in Messenia reperti, sed Coronen tum Spartanorum fuisse monui cap. v. huius introductionis. *Aetatis* indicia plurimis insunt nomina Romana satis frequentia: n. 1241. 1247. Hadriani et Antonini Pii Impp. mentio fit; eiusdemque aetatis n. 1265. et alii sunt. Ceterum nec litterarum formae nec magistratuum nomina nec virorum mentio licet frequenter redeuntium in diversis titulis, etiam ceterarum classium, sat multa praebent indicia, ut certum temporis ordinem instituere potuerim, ideoque satius duxi disertiores titulos primo loco ponere. Vetustissimus catalogorum videtur n. 1260. ceterorum aetatem ex patronomorum tabula, quam infra contexui, aliquatenus coniicere licet. Omnino exceptis iis, quos in prima parte dedi (n. 13. 15. 35. 42.), omnes Laconici tituli satis recentes sunt: illis quidem demptis nullus ante sextum urbis Romae saeculum scriptus est; immo praeter fragmenta et Gytheatarum titulum n. 1325. atque unum et alterum paucis verbis conceptum soli n. 1331–1335. ad illam fere debent aetatem referri: rari vel Augustei aevi tituli sunt, frequentiores Hadrianei; sed plurimi etiam Hadriano recentiores sunt: haud pauci saeculo post Christum tertio scripti usque ad Gordianos Imperatores. Sed ut ad *catalogos* redeam, ex his multi ita fracti habentur, ut sola nomina hominum supersint: plurimos esse *magistratuum catalogos*, diserta illorum mentio docet; unus n. 1279. potest gymnicus videri, quod

ibi post alios νεανίσκοι commemorantur; quamquam res incerta est; neque ἰατροῦ mentio col. II. vs. 7. quidquam docet: contra n. 1265. 1270. sine causa gymnici habiti sunt. Sed magistratuum tituli *varii* sunt *generis*. *Primum* est eorum, qui plurium magistratuum quoque anno muneribus functorum recensum continent, maxime ephororum et nomophylacum simul omnium, qui uno vel pluribus annis magistratum gesserint, ut n. 1237. 1238. 1244. 1245. 1247. 1248. etc. *secundum* eorum, in quibus perscriptum est, quos hic et ille insignis vir successu annorum magistratus obtinuerit, ut n. 1254. 1255. 1258. 1259. etc. postremo plenissimi et integerrimi tituli ex utroque genere compositi sunt, aut primi generis titulo aliam, secundi generis titulo aliam columnam implente, ut n. 1239. 1240. 1241. 1249. 1256. quod genus *tertium* vocabo, aut in eadem columna utroque genere commisto, ut n. 1241. col. I. n. 1242. 1243. 1250. quod *quartum* genus esto. Ex quibus secundum eo videtur deducere, ut horum titulorum pars honori eorum virorum data sit, quorum magistratus successu annorum gesti enumerantur, additis etiam ceteris collegis et magistratibus, quibus munere fungentibus illi honorati sint, fere ut in Atticis titulis n. 115. 189. 353. Quod confirmaveris titulis class. II. n. 1304. 1320. ubi sub Imperatorum statuis catalogus nomophylacum et senatorum habetur, quemadmodum etiam n. 1247. catalogo magistratuum Imperatoris nomen praemissum reperitur: nec prorsus dissimiles class. III. n. 1341. 1364. *a*. In tertio vero genere an diversae columnae connexae fuerint, ambiguum est: in quarto, quum fere sola fragmenta teneamus, ac ne primi quidem et secundi generis tituli integri esse soleant, a Fourmonto suspiceris hinc inde aliquid turbatum esse; in nonnullis tamen ratio idonea deprehenditur. Nam n. 1242. enumeratio magistratuum successu annorum ab uno gestorum pertinet ad ultimum nomen catalogi nomophylacum; cui nomini aliqua ex causa illa elogia adscripta sunt: et n. 1241. col. I. init. elogia Agathoclis Stephani f. superesse ex catalogo videntur, qui supra scriptus fuerit, ita ut eadem fuerit ratio quae n. 1242. Praeterea secundi generis catalogos cum tertii quartique iis partibus, quae cum secundo conveniunt, nota ita comparatos esse, ut cuiusque viri magistratus ex ordine annorum, quibus gesti sint, perscribantur; unde simul colligitur, quae magistratuum eponymorum series fuerit, et qui ordo in muneribus capessendis observatus Spartae sit: sed plures passim viri deinceps recensentur, et cautione opus est, ne diversorum virorum elogia et cum his magistratuum seriem confundas. Sic n. 1239. col. III. primo loco collocatus est Eutychus, synephebus cuiusdam patronomi, cum munerum enumeratione: - - - ἐπὶ Κασ. Ἀριστοτέλους, Δῶ μυσταγωγὸς ἀπὸ Ἀσίας ἐπὶ Ἀγητορίδα, νομοφύλαξ ἐπὶ Ξεναρχίδα, ἔφορος ἐπὶ Νηδύμου. Additur alius: Γλύκων Γλύκωνος ἐ - - - ἐπὶ Τιτιανοῦ, νομοφύλαξ ἐπὶ Ἀγητορίδα, ἔφορος ἐπὶ Νηδύμου. Vides duos ephoros eiusdem anni inscriptos esse, et ephoriam ultimum eorum magistratum fuisse: unde coniicio tres priores ephoros initio intercidisse. Similiter alii tituli sunt comparati, ut n. 1254. duo inscripti nomophylaces sunt, deficientibus ut videtur ceteris. Non tamen omnes viros, qui sic deinceps positi sunt, eodem anno ultimum magistratum gessisse, docet n. 1241. col. III. Postremo hoc memorabile, titulos hos, quocunque consilio compositos, simul diis consecrari consuevisse, id quod expressum est n. 1239. col. III. (θεοῖς), n. 1248. col. I. (Νικίας Φιλέα ἱππαρχήσας θεοῖς), n. 1261. (θεοῖς σωτῆρσι Διοσκόροις): et huc fortasse referendi etiam n. 1240. 1245. ubi Διὸς βουλαίου videtur mentio latere.

II. Nunc de magistratibus ipsis dicturus accedo primum ad *patronomos*. Nomen Osannus Syll. p. 256. ad iuvenilem disciplinam revocat: sed proprie πατρονομία et πατρονομεῖσθαι de eo dicitur, qui patria imperet potestate; et quum universa respublica Spartana ad familiae modum temperata fuerit, πατρονόμος videtur is dictus esse, qui quasi patria potestate universae praeesset reipublicae: principes enim constat patronomos magistratus fuisse a Cleomene III. institutos, et Senatus, summi olim collegii, muneribus, certe in speciem, auctos. Pausan. II, 9, 1. de Cleomene: καὶ τὸ κράτος τῆς γερουσίας καταλύσας πατρονόμους τῷ λόγῳ κατέστησεν ἀντ' αὐτῶν: hoc est, vim Senatus resolvit Cleomenes, non Senatum ipsum, qui perduravit testibus Pausania III, 11, 2. epistola ap. Ioseph. A. I. XIV, 9. et titulis compluribus. Patronomos inter principes magistratus cum gymnasiarchis et ephoris componit Philostratus Vit. Apollon. IV, 32. muneris meminit Plutarchus An seni sit resp. ger. c. 24. ex quo coniiciat aliquis id vel ante Cleomenem obtinuisse: ego non credo. Numerus non constat: plures tamen fuisse praeter Pausaniam docet titulus n. 1356. Nam n. 1341. res ambigua est: vide ibi not. Sed quod maximum est, quum olim ephororum princeps fuerit anni eponymus, hac Imperatorum aetate, et credo inde a Cleomene, patronomorum princeps est eponymus anni: quippe ephoros sustulerat Cleomenes: quibus postea restitutis non tamen hoc videtur redditum esse, ut ex iis anni designarentur. Rem a me ad n. 64. 68. significatam et iam olim ex tenui indicio a Corsino (Nott. Gr. Diss. p. XCVI.) aliquatenus collectam paucis demonstratam dabo adversus Pausaniae auctoritatem, qui III, 11, 2. de sua aetate dicens ait: Ἔφοροι δὲ τά τε ἄλλα διοικοῦσι τὰ σπουδῆς μάλιστα ἄξια, καὶ παρέχονται τὸν ἐπώνυμον, καθὰ δὴ καὶ Ἀθηναίοις τῶν καλουμένων ἐννέα ἐπώνυμός ἐστιν εἷς ἄρχων: nempe hic priorum temporum rationem transtulit ad suam aetatem, nec quid sua aetate Spartae moris esset, diligenter sciscitatus est: id quod ei etiam in bideis accidisse censeo (cf. cap. III.). Nam tituli hi, qui contrarium docent, ipsam Pausaniae aetatem complectuntur haud dubie; certe n. 1241. non ante Hadrianum scriptus est, post quem ἐπωνυμίαν Spartae mutatam esse, non videtur probabile; et n. 1247. Antonini Pii mentio fit: in eodem autem titulo latet patronomus eponymus Seidectes.

Sed patronomum fuisse eponymum, hac ratione inveni. Quippe ubi magistratus recensentur, qui ἐπὶ τοῦ δεῖνα fuerint, manifesto ὁ δεῖνα est eponymus civitatis annuus. Iam vero n. 1237. ephori enumerantur et nomophylaces ἐπὶ Γα. Ἰουλίου Φιλοκλείδα; sed C. Iulius Philoclidas non est inter ephoros: atque eodem modo n. 1240. col. II. n. 1241. col. I. n. 1243. 1244. 1245. 1249. Itaque ephorus non est eponymus. Porro ubi magistratus designantur, quos quisque certis temporibus gesserit, ut n. 1239. ἐπὶ Κασ. Ἀριστοτέλους, ἐπὶ Ἀγητορίδα, ἐπὶ Ξεναρχίδα, ἐπὶ Νηδύμου, ἐπὶ Τιτιανοῦ, item n. 1240. 1241. 1249. etc. patet haec nomina esse eponymorum anni cuiusque. Hos autem non alios esse ac patronomos, docent loci aliquot, ubi patronomi appellatio addita est, primum n. 1240. col. III. licet mutilata, deinde n. 1241. col. II. ubi in annis designandis primum omittitur, mox inde a personae mutatione, variante, ut solet in titulis, eandem rem perscribendi ratione additur πατρονόμου: ἐπὶ Ἀριστοκράτους, ἐπὶ Πρατο[λάου], ἐπὶ Διονυσίου, ἐπὶ [Λυσί]ππου, tum ἐπὶ πατρον]όμου Λυσίππου [τοῦ Φιλο]χαρείνου, ἐπὶ πατρονόμου Εὐρυκλέ..., ἐπὶ πα[τρονό]μου Σειπόμ[που] etc. ἐπὶ πατ]ρονόμου Τιβ. [Κλαυδίο]υ Ἀριστοβούλου. Cf. praeterea n. 1251. 1258. 1259. 1268. 1365. *b*. Etiam in eadem persona modo additur πατρονόμου, modo omittitur. Sic n. 1265. habetur: ἐπὶ πα]τρονόμου Τιβ. Κλαυδίου Ἀρισ[τοβούλου vel Ἀρισ[τοτέλους, n. 1241. col. II. ἐπὶ πα]τρονόμου Τιβ. [Κλαυδίο]υ Ἀριστοβούλου; sed n. 1243. brevius est ἐπὶ Κλαυδίου Ἀριστοβούλου, et n. 1241. col. I. n. 1243. ἐπὶ Ἀριστοβούλου. Item n. 1239. col. III. est ἐπὶ Ξεναρχίδα, quem patronomum celebrat n. 1356. et n. 1259. dicitur ἐπὶ Ἰουλίου Ἀγαθοκλέους, qui patronomus est n. 1360. Ceterum quum patronomi plures fuerint, nisi reperiatur dictio ἐπὶ τοῦ δεῖνα, non constat, patronomus qui dicitur, eum esse eponymum: quod ob n. 1365. annoto. Pluries potuisse eundem patronomum creari, docet P. Memmius Pratolaus quartum patronomus n. 1341. Summus autem magistratus quum patronomia fuerit, ultimo loco eam capessivisse videntur: neque unquam in catalogis munerum gestorum aliquis ante ephoriam vel legum custodiam dicitur patronomus fuisse: immo in nullo, qui superest, catalogo inter reliqua munera, quae sub cuiusque nomine perscribuntur, patronomia notata reperitur.

Certus patronomorum eponymorum ordo contexi non potest: tamen plures ob causas utile iudicavi omnes patronomos eponymos quantum fieri potest qualicunque serie disponere: quod feci in tabula addita. In qua ubi alterum ante alterum fuisse notavi, id ipsum nititur titulis his, maxime secundi generis, et titulorum tertii quartique generis partibus iis, quae cum secundo conveniunt (vide cap. I. huius introductionis). Ubi series prorsus abrumpitur, lineolam subnotavi.

TABULA PATRONOMORUM EPONYMORUM.

Σήριππος n. 1260.

Ἄλκιππος n. 1416.

Μεναλκίδας n. 1262.

Γ. Ἰούλιος Φιλοκλείδας n. 1237. bis.

Μενεκλῆς, aetate Nervae Imp. fere a. u. c. 850. Vide n. 1424.

Καλλικράτης Ῥούφου n. 1240. II. Hic n. 1252. est nomophylax et vocatur βουαγός, dum Cleodamus Callicratis f. ephorus est. Quodsi ille Cleodamus non differat a patronomo, Callicrates Rufi f. aetate circiter Hadriani vixerit. Hoc patronomo Callicrate ephorus fuit P. Memmius Pratolaus Deximachi f. (n. 1240. II.).

Σειμήδης n. 1261. ante P. Memmium Pratolaum Deximachi f. Vide Introd. cap. VI. Fortasse est C. Iulius Seimedes C. Iulii Polyeucti f. (n. 1372.).

Πό. Μέμμιος Πρατόλαος Δεξιμάχου n. 1261. ephorus patronomo Callicrate Rufi f. (n. 1240. II.). Huius pater est a Dioscuris sacerdos XLII. (n. 1340.); igitur secundo post Christum saeculo fere pater et filius vixerint. Alius est P. Memmius Pratolaus, qui et Aristocles, Damaris f. quater patronomus (n. 1341. 1342.).

Πασικράτης n. 1241. I. ante Seidectam.

Σειδέκτας n. 1241. I. ante Iulium Charixenum, Hadriani aetate. Eius synephebi memorantur n. 1244. 1247. nomophylaces Imp. Antonino Pio.

Ἰούλιος Χαρίξενος n. 1241. I. ante Seitimum. Huius filius videtur C. Iulius Lysicrates ephorus n. 1240. patronomo Callicrate Rufi f. (n. 1240. II.).

Κλεόδαμος n. 1265. cf. Introd. cap. VI. circa aetatem Hadriani vivens (vide not. ad n. 1265.), fortasse ephorus n. 1252. ubi Κλεόδαμος Καλλικράτους.

- - κλῆς n. 1243. ante Flavium Chae - -

Φλάβιος XAI - - n. 1243. ante Σ - -, Seitimum credo; quamquam etiam Σ[ηϊανοῦ ibi scribi potest. XAI fortasse est Χαρίξενος: certe T. Φλάβιος Χαρίξενος habetur n. 1424. athlotheta Imp. Nerva: et hic potest idem esse.

Σείτειμος n. 1241. I. ante Aristobulum, Hadriani aetate. n. 1243. ante Lysippum.

Γ. Ἰούλιος Λάκων τὸ β' n. 1347. Hadriani aetate.

Ἀριστοκράτης n. 1241. II. ante Pratolaum. Ab hoc videtur distinguendus M. Aristocrates Firmi f. de quo infra.

Πρατό[λαος]? an Πρατό[νικος]? n. 1241. II. ante Dionysium. Alius et recentior videtur P. Memmius Pratolaus, qui et Aristocles, Damaris f. (n. 1341.) esse, quem infra posui.

Διονύσιος n. 1241. II. ante Caesa - -. Dionysius homo insignis est n. 1349. 1353. aetate fere Caracallae: sed eundem esse non constat.

Καισα - - n. 1241. II. ante Lysippum.

Λύσιππος Φιλοχαρίνου n. 1241. II. ante Memm. Pium, et n. 1242. item ante Memm. Pium. Idem videtur n. 1241. II. 15. simpliciter Λύσιππος dici, nec non n. 1243. ante Aristobulum. Nomophylax est n. 1240. I. patronomo Memm. Spartiatico.

Μέμμ. Πίος s. Πεῖος n. 1241. II. ante Eurycleonem, n. 1242. ante Hermogenem; n. 1251. Μέ. vel hic vel Memm. Pratolaus esse potest: in quo titulo bideus est Gorgippus Gorgippi f. quem conieci M. Aurelio et L. Vero Impp. floruisse. Vide ad n. 1357.

Εὐρυκλέ[ων] vel Εὐρυκλ[ῆς] n. 1241. II. ante Seipompum.

Σείπομπος Εὐρυκλέωνος n. 1241. II. ante Aristobulum.

Ἀριστόβουλος n. 1241. I. 1243. ante Aphthonetum. Idem haud dubie Τιβ. Κλαύδιος Ἀριστόβουλος n. 1241. II. extr. Hic etiam n. 1265. reponi potest, qui titulus ad Hadriani fere aetatem pertinet: unde tamen non colligitur Aristobulum non potuisse multis post Hadrianum annis patronomum creari. At n. 1265. pro Aristobulo potest etiam Aristoteles inferri. Claudius Aristobulus gymnasiarchus est n. 1358.

Σοιξιτέλης n. 1282. aetate Tisameni.

Τισαμενός n. 1282. hoc circiter loco, si Hermogenes n. 1282. idem est qui n. 1242.

Ἑρμογένης n. 1242. ante Lysippum Mnasonis f.

Λύσιππος Μνάσωνος n. 1242. ante Nicephorum, n. 1258. ante Aristonic. Musaei f. Idem a me repositus est n. 1255. Cf. Introd. cap. VI.

Νεικήφορος n. 1242.

Ἀττικός n. 1241. I. ante Aristonicidam, et n. 1245. Hic est Atticus Herodis f. n. 1256. ubi eius synephebus ut patronomi habetur. Cf. Introd. cap. vi. Haud dubie est Herodis Attici filius.

Ἀριστονεικ - - Μουσαίου n. 1258. ante Damo - - Philocratis f. Hic videtur Ἀριστονικίδας esse n. 1241. I. ante Alcastum.

Δαμο - - Φιλοκράτους n. 1258. ante Claud. Per. Fortasse idem est Δαμόστρατος vel Δαμόκριτος n. 1269.

Κλ. Περ - - n. 1258.

Ἀφθόνητος n. 1241. I. ante Atticum, n. 1243. ante Claud. Aristotelem. Hoc patronomo Agathocles nomophylax est, qui Hadriani aetate hipparchus et agoranomus fuit.

Πό. Μέμμιος Πρατόλαος, ὁ καὶ Ἀριστοκλῆς, Δαμάρους, quater patronomus, sed incertum an eponymus, n. 1341. (cf. n. 1342.). Hic non ante M. Aurelium vixit.

Δαμάρης n. 1243. 16. ante Claud. Aristotelem; vide Introd. cap. vi. Alius videtur ensitus S. Pompeius Damares n. 1242. 27. neque idem me iudice P. Memmius Damares n. 1241. ephorus patronomo Eudamo, post Claudium Aristotelem, nomophylax n. 1250.

Πομπήϊος n. 1267. in mutilato titulo. Possis de S. Pompeio Damare ensito n. 1242. 27. cogitare.

- - νεικος n. 1244. 5. cf. Introd. cap. vi. ante Lycurgum. Ab hoc diversus videtur Πρατόνεικος, quem infra posui.

Λυκοῦργος n. 1244. Antoninorum aetate: quo patronomo ephorus est aliquis Seidectae synephebus patronomi supra positi.

Τιμομένης n. 1248. III, 1. quo tempore senator Tib. Claudius Aristoteles. Idem habetur n. 1248. III, 6. vide Introd. cap. vi.

Φιλοκρατίδας n. 1248. II. eadem aetate qua Timomenes et C. Iulius Eudamus, qui eo patronomo est nomophylax.

Κλαύδιος Ἀριστοτέλης n. 1243. senator patronomo Timomene n. 1248. ubi Τιβ. Κλαύδιος Ἀριστοτέλης. Idem restitui potest n. 1265. Sed recentior pro huius aetate, quippe Caracalla Imp. florens, est Tib. Claudius Aristoteles Spartiatici f. n. 1350. 1448. cui origo a Neptuno n. 1349. Nam n. 1349. idem qui n. 1350. intelligendus est, quo ducit mentio Dionysii n. 1349. et 1353. in quo quidem postremo titulo manifesto idem recentior est intelligendus.

Μνάσων n. 1291. et n. 1241. I, 25. ante Lysimachum; vide Introd. cap. vi. Inter nomophylaces n. 1304. est Mnason Lysippi f. credo eius, qui supra in patronomis habetur, Lysippi Mnasonis f. Rursum Mnason Deximachi f. est n. 1340. Pasiclis n. 1424. Lysimachi pater Mnason extat n. 1282.

Λυσίμαχος n. 1241. I, 25. ante Cass. Aristotelem: vide Introd. cap. vi. Idem patronomus est n. 1243. 27. Fortasse ex hoc titulo, in quo vs. 13. Claudii Aristotelis patronomi mentio fit, eum ante hunc putes patronomum fuisse: sed quum utriusque partis nexus non appareat, hoc in ambiguo relinquo.

Φίλερως n. 1242. 11. aetate C. Pomponii Alcasti (vide Introd. cap. vi.); item n. 1288. Idem fortasse ephorus n. 1243. patronomo Claudio Aristotele, C. Iul. Phileros Theoxeni f.

Ἄλκαστος n. 1241. I. ante C. Iul. Eudamum, ut videtur. Hic potest C. Pomponius Alcastus esse, pontifex Augustorum aetate Antoninorum, cuius elogia habes n. 1242. ubi est ephorus inscriptus, et n. 1247. ubi nomophylax est isque princeps, ensitus n. 1253. Sed duos esse Alcastos intelligimus ex n. 1351. alter pater, alter fratris vel sororis filius C. Pomponii Agidis est; igitur prior avus est alterius.

Μέμμ. Σπαρτιατικός n. 1249. III. ante Eudamidam, n. 1240. I. ante Agetoridam. Idem intelligendus n. 1242. 18. Vide Introd. cap. vi.

Εὐδαμίδας n. 1249. III. ante Seianum et Aristocratem (intelligo M. Aristocratem Firmi f. certe aliter me non expedio).

Σηϊανός n. 1249. III. ante Characem.

Βιάδας n. 1249. III. ante Characem.

Κοσσαῖος n. 1256. ante C. Iulium Panthalem. Hoc Cossaeo patronomo Attici patronomi synephebus olim Corinthas iam fuit Panhellen: unde post Atticum triginta fere annis Cossaeus patronomus fuerit. Vide de synephebis Introd. cap. vi.

M. Αὐρήλιος Τειμοκλῆς ὁ καὶ Κλεο - - n. 1268. non ante Aurelios Impp.

Γ. Ἰούλιος Πανθάλης n. 1256. ante Longinum, n. 1259. ante Claudium Brasidam; item n. 1272. patronomus est. In postremo titulo meri prope M. Aurelii habentur; unde colligas, diu post M. Aurelium floruisse Panthalem, quo praeterea patronomo Corinthas Attici patronomi synephebus fuerit iam senator (n. 1256.).

Πό. Αἴλιος Δαμοκρατίδας Ἀλκανδρίδα n. 1364. *b.* ubi eius synephebus memoratur Tib. Claudius Sophron. Pater ut videtur huius patronomi Alcandridas vixit ea aetate, qua M. Aurelii nomen iam pervulgatum (n. 1364. *a.*). De synephebo cf. Introd. cap. vi.

Λογγεῖνος n. 1256. quo patronomo bideus fuit Attici patronomi synephebus Corinthas. Longinus est filius Damaris n. 1359. ubi habes eius synephebum.

Κλαύδιος Βρασίδας n. 1259. ante Agathoclem. Brasidas patronomus est etiam n. 1286. cf. Introd. cap. vi. Alius eiusdem familiae fortasse Τιβ. Κλαύδιος Βρασίδας Βρασίδου n. 1329. et manifesto alius Τιβ. Κλαύδιος Πρατόλαος Βρασίδου n. 1343. 1426.

Ἰούλιος Ἀγαθοκλῆς n. 1259. ante M. Aristocratem; idem patronomus dicitur n. 1360. Hippothalis f.

M. Ἀριστοκράτης Φίρμου n. 1259. Idem opinor est M. Aristocrates n. 1250. ante Periclem; n. 1249. III. est Aristocrates patronomus post Eudamidam et ante Characem, quem eundem censeo.

Γ. Ἰούλιος Εὔδαμος n. 1241. I. ante Cassium Aristotelem, nomophylax n. 1248. patronomo Philocratida.

Χάραξ n. 1249. III. ante Cassium Aristotelem.

Ἀρέτων n. 1249. III. Aretones patrem et filium, hunc aetate Caracallae, habes n. 1353.

Κάσ. Ἀριστοτέλης n. 1241. I. 1239. III. ante Agetoridam. Idem est n. 1249. III. simpliciter Aristoteles dictus. Vide ad n. 1241. 1249.

Ἰούλιος Δαμ - - n. 1320. Septimio Severo Imp.

Τιτιανός n. 1239. III. ante Agetoridam.

Ἀγητορίδας n. 1239. I. III. ante Xenarchidam; idem est n. 1240. I. ubi quod statim post Memm. Spartiaticum positus est, non inde colligitur, continuos utriusque annos fuisse. Fortasse idem est C. Iulius Agetoridas n. 1354. qui Caracallae aetatis esse videatur.

Ξεναρχίδας n. 1239. III. ante Nedymum. Ξεναρχίδας Δαμίππου patronomus habetur etiam n. 1356.

Νήδυμος n. 1239. III. et n. 1249. II. ante Callicratem Callicratis f. Vide Introd. cap. vi.

Κλέανδρος n. 1254. ante Dionem. Cf. etiam ad n. 1249. IV. ubi in eadem tabula cum Callicrate Callicratis f. perscriptus olim erat.

Δίων n. 1254. ante Theoclem.

Θεοκλῆς n. 1254. ante Periclem.

Περικλῆς n. 1254. ante Nicippidam, n. 1250. ante Pratonicum.

Π. Πρα]τόνεικος n. 1250. extr. Nomen idem habes n. 1250. 15. Praeterea n. 1276. est ante Damonicidam.

Δαμονικίδας n. 1276. circa aetatem Cass. Aristotelis, Agetoridae et ceterorum, qui n. 1239. habentur, ante Poly - -

Πολυ - - n. 1276.

Νικιππίδας n. 1254. ante Pasicratem minorem, n. 1249. II. ante Callicratem Callicratis f. Cf. Introd. cap. vi.

Πο. Ἆγις n. 1249. II. ante Callicratem Callicratis f. Cf. Introd. cap. vi. Fortasse idem est n. 1266. Γ. Πομπώνιος Ἆγις nomophylax patronomo Agetorida n. 1240. I. potest et ipse idem videri. Est Alcasti filius n. 1351.

Καλλικράτης Καλλικράτου τοῦ Ἀριστοκλέους n. 1249. II. cuius pater magistratum gessit patronomo Claudio Aristotele vel Aristobulo n. 1265.

Σωσικράτης n. 1257. ante Pasicratem minorem.

Πασικράτης νεώτερος n. 1254. 1257.

Πατρίδικος Εὐδάμου n. 1364. *b.* quo patronomo syndicus fuit Tib. Claudius Sophron synephebus patronomi P. Aelii Damocratidae. Hic vix ante tertium post Christum saeculum floruit.

Σέξ. Πομ. Σπάταλος patronomus an eponymus sit n. 1365. non constat. Vide ibi not.

III. Post patronomos dico de ephoris, nomophylacibus, bideis.

1. *Ephoros* sustulerat Cleomenes III. restitutos esse non solum Pausanias III, 11, 2. sed etiam hi tituli docent, in quibus ante nomophylaces recenseri solent, numero quinque, ut antiquitus: eorum significationem aliquoties ex aliorum titulorum similitudine supplevi, et ut, diversos eos ab eponymis esse, clarius perspiceretur, hunc illorum catalogum contexui.

TABULA EPHORORUM.

Ἐπὶ Γ. Ἰουλίου Φιλοκλείδα n. 1237. 1238.
Ἄλεξις Φιλοκράτους πρ.
Πασικλῆς Φιλοκράτους,
Εὐκλείδας Δεινάκωνος,
Φιλοκράτης Διογένους,
Κ. Οὔιβιος Φιλοκλῆς Πασικλέους.
Ἐπὶ Καλλικράτους τοῦ Ῥούφου n. 1240.
Γά. Ἰούλιος Λυσικράτης Χαριξένου πρ.
Πό. Μέ. Πρατόλας Δεξιμάχου,
Ἀνέγκλητος Εὐπορίστου,
Λέων Φιλοθέου,
Εὔτυχος Νύνφα.
Ἐπὶ Λυσίππου (Philocharini f. opinor) n. 1241.
- - κης - - κα τοῦ Φιλοκράτους.
Ἐπὶ Τιβ. Κλαυδ. Ἀριστοβούλου n. 1241.
- - ς Εὐκρίνους.
Ἐπὶ Ἀττικοῦ n. 1245.
Πωλλίων Ἰσοχρύσου πρ.
Χάρης Χάρητος,
Ἀγαθοκλῆς Στεφάνου (ut n. 1241.),
Πολύξενος Πολυξένου,
Μ. Οὔλπιος Καλλικράτης.
Ἐπὶ Λυκούργου n. 1244.
- - - τειμος πρ.
- - - Ἀγαθίας,
- - - ης,
- - - ιππος Εὐημέρου,
- - - άτης.
Ἐπὶ Κλαυδίου Ἀριστοτέλους n. 1243.
Γ. Ἰούλιος Φίλερως Θεοξένου πρ.
Νέων Νέωνος,
Γ. Ἰούλιος Νέας,
Ἕλενος Σωστ[ράτου,
- - - - - - ρος.
Ἐπὶ Ἰουλ. Ἀγαθοκλέους n. 1259.
- - τύλος - - ονίκου.
Ἐπὶ Χάρακος n. 1249. III.
Γοργίων Κλεοβούλου.
Ἐπὶ Γα. Ἰουλίου Εὐδάμου n. 1241.
Ἀνδρόνεικος Ξενοκράτους πρ.
Ἰούλιος Ἀλεξᾶς,
Πό. Μέμμιος Δαμάρης,
Πό. Αἴλιος Ὀνησίφορος,
Τύχιππος Πασικλέους.
Ἐπὶ Δαμονικίδα n. 1276.
Ἀγαθοκλῆς Ἀριττοκλέος vel Ἀγαθοκλέος.
Ἐπὶ Κασ. Ἀριστοτέλους n. 1241.
Καλλικράτης Καλλικράτους πρ. (cf. ad n. 1249. III.)
Φιλοκλῆς Φιλοκλέους (ut n. 1249. III.)
Νερβίνιος Νόητος (Γάϊος, ut n. 1249. III.)
Πό. Αἴλ. Νικανδρίδας (ut n. 1249. III.)
Ἀπολλώνιος Ἐράστου.
Ἐπὶ Ἀγητορίδα n. 1239. I. extr. n. 1240. I. extr.
Φιλοξενίδας Ἀριστοκλέους ὁ ἀγαθός.
Ἐπὶ Νηδύμου n. 1239. III.
Γλύκων Γλύκωνος.
Ἐπὶ Θεοκλέους n. 1254.
Δαμοκρατίδας Ἀγιάδα.
Ἐπὶ Καλλικράτου τοῦ Καλλικράτου τοῦ Ἀριστοκλέους n. 1249.
Τούλ. (Γ. Ἰούλ.) Ὀνησίφορος πρ.
Χρυσόγονος Πηνέου? .
Νείκανδρος Νεικάνδρου,
Φίλιππος Νεανίσκου;
Τιμοτέλης Τιμοτέλους.
Ἐπὶ - - - n. 1242.
Τελέτφορος Ἀνθεσφόρου πρ.
Γά. Πομπώνιος Ἄλκαστος,
Φιλόθεος Φιλοκλέους,
Πό. Αἴλιος Δίων,
Δαμακίων Δαμακίονος.
Ἐπὶ - - - n. 1244.
- - - -
- - - -
. . . . . κτήτου,
- - - -
Νεικ - - - λωνίδα.
Ἐπὶ - - - - n. 1247.
Ἀγίδας Ἀριστοκράτους πρ.
Μάρκος Κλαύδιος Ἀγαθοκλῆς,
Εὔκλητος Νυμφοδότου,
Νεικάρων Ζήλου,
Τειμοκράτης Καλλιστράτου.
Ἐπὶ - - - n. 1252.
- - - φάντης πρ.
Ἐπιτυγχάνων Ὀνησιφόρου,
Ξενοκλῆς Φιλοξενίδα,
Κλεόδαμος Καλλικράτους,
Μητρόδωρος Ἀπολλωνίου ὁ ἀγαθός.
Ἐπὶ - - - n. 1326.
Μ. Αἴλιος Λεοντᾶς πρ.
Ἐπὶ - - - *Taenariorum* n. 1321. Caracalla Imp.
Αὐρήλιος Ἀριστοτέλης Ἑλλανίκου πρ.
Αὐρήλιος Ἀλκι - - Ῥούφου,
Αὐρήλιος Καλλικρατίδας Καλλικρατίδα,
- - - - Κα . . . . πα,
Αὐρήλιος Δίκαιος - - - - -
Ἐπὶ - - - *Taenariorum* n. 1322. Gordiano III. Imp.
Μ. Αὐρήλιος Θαλίαρχος Θαλιάρχου πρ.
Ἐπὶ - - - *Oetylensium* n. 1323. Gordiano III. Imp.
Μ. Αὐρήλιος Νεικήφορος Προσδέκτου πρ.

Habent autem ephoros suos etiam Eleutherolacones, et horum quoque eos, qui supersunt, in tabulam hanc recepi; memorantur ephori Oetylensium (n. 1323.), Geronthratarum (n. 1334.), Taenariorum seu Καινηπολιτῶν (n. 1321. 1322.). Geronthris mandatur his proxenia inscribenda; statuam Caracallae n. 1321. Gordiani n. 1322. 1323. collocandam curant: eponymi Eleutherolaconum an fuerint necne, non liquet.

2. Ephoros in titulis sequuntur *nomophylaces* etiam a Pausania III, 11, 2. memorati; aliquoties, raro tamen, in Fourmontianis scribitur νομοφίλακες, quod in tanto numero eorum locorum, ubi Y in vocibus νομοφύλαξ et γραμματοφύλαξ scriptum, corruptum censendum est. Numerum nomophylacum nemo tradidit: n. 63. in spurio Fourmonti titulo duo sunt, sed plures in genuinis titulis. Quinque sunt n. 1237. ubi tamen in fine aliquid deest; et n. 1238. ubi iidem viri repetuntur, sunt sex, nisi sextum nomen alius esse dixeris, et aliquid in fine perisse, quo hoc expressum fuerit. Sex numeres etiam n. 1250. Totidem habentur n. 1239. col. I.

extr. n. 1240. col. I. sed si ibi ultimum nomen, ephorum Philoxenidam dempseris, qui alia de causa debet adscriptus videri, erunt tantum quinque. Porro n. 1240. col. I. princ. sex erunt, si nomen Μόλοχις computo addetur: sed illud omnino suspectum et obscurum est: quo dempto erunt quinque. Iam vero, quantum ex his titulis partim mutilis iudicare licet, in plurimis omnino quinque sunt, ut n. 1242. qui optime servatus est, n. 1244. 1248. 1249. col. II. quae columna integerrima, et col. IV. quae et ipsa intemerata, n. 1251. 1252. ubi tutum prorsus iudicium, n. 1304. ubi nulla ambiguitas. Et in hoc consistendum est. N. 1245. nomophylaces vs. 13. et n. 1247. vs. 15. terminari videntur, ceterique ministri, ἔνσιτοι, σύσσιτοι vel σπονδοφόροι esse, ut n. 1249. col. II. et IV. ac n. 1252. Et eo n. 1245. videtur vox γερουσίᾳ pertinere, e. c. ὑπηρέτης γερουσίᾳ. Idem iudica de n. 1238. 1250. Mitto n. 1246. Ceterum inter nomophylaces unus est γραμματοφύλαξ, ut n. 1239. col. I. extr. 1240. col. I. extr. 1242. 1247. 1249. col. II. 1251. 1304. idemque in catalogis secundi generis et eorum similibus hinc inde memoratur.

3. His adiungam *bideos*, de quibus quae p. 88 sq. dixi, ea partim repeto, partim suppleo. Duplex nominis scriptura in his titulis extat, βίδεος et βίδυος, nusquam βιδιαῖος nec βειδιαῖος. Prior est n. 1241. col. III. vs. 18. βίδεος ἐπὶ πατρονόμου Λυσίππου τοῦ Φιλοχαρείνου, n. 1242. vs. 23. βίδεος ἐπὶ Λυσίππου τοῦ Μνάσωνος, n. 1255. extr. βί]δεος [ἐπὶ - - -, n. 1256. vs. 15. β]ίδεος ἐπὶ Λογγείνου, n. 1258. col. I. extr. βίδ]εος ἐπὶ - - -, n. 1268. βίδεοι οἱ περὶ τὸν ἀξιολογώτατον Μ. Αὐρ. Ἕλενον, n. 1269. βίδεοι ἐπὶ Δαμο . . . του, n. 1364. *a.* πρέσβυς βιδέων P. Ael. Alcandridas (non ut p. 89. scriptum, Alexandridas). Altera est n. 1254. βί]δυος ἐπὶ Νεικιππίδα, n. 1270. βίδυοι ἐπὶ Δ - -, n. 1271. vs. 13. βίδ]υοι οἱ περὶ Σοιξιτέλη. Ter igitur quum haec forma redeat, non audeo eam ut olim repudiare, quum hos titulos nondum omnes emendassem. Immo in hac scriptura latet etymon. Grammaticos si audimus, βείδιος est vel ἔνδοξος, ut Suidas (T. I. p. 430.) et Phavorinus exponunt, vel ἄρχων, quae Eustathii explicatio est (p. 88. *b.* Eustathii et Phavorini interpretamenta commutata sunt): sed his auctoritatibus cave te induci patiaris. Bidei teste Pausania ludos epheborum curant: ephebis inter ludos maxime praefecti sunt; ludorum et epheborum sunt *testes et iudices*. Sunt ἴδυοι, et quoniam verbum εἴδω digamma habet, dicuntur Fίδυοι, βίδυοι. De voce ἴδυος *testis* et *iudicis* vi cf. lexica et maxime Hesych. v. ἰδύους et ἰδυίαι cum intpp. Quinque bideos fuisse Pausanias III, 11, 2. tradit; ex n. 1268. 1269. de numero nihil constituere licet; nec n. 1270. etsi ibi sex esse puto, quidquam evincit: sed n. 1271. et 1364. *a.* diserte *sex* sunt, quod vidit etiam Müllerus Dor. T. II. p. 128.

4. In Spartana republica antiquitus tres fuisse tribus (φυλάς), easque Doricas, Ὑλλέας, Παμφύλους, Δυμᾶνας, primum, nisi me memoria fallit, monuit me Niebuhrius, vir harum rerum longe peritissimus, eandemque sententiam ipse hinc inde professus sum; sed optime eam explicuit Müllerus Dor. T. II. p. 75 sqq. ubi omnia composita sunt, quae huic rei recte iudicandae inserviunt: easdem fuisse Argis et Megaris vel tituli docent (vide ad n. 1123. 1073. cf. ad n. 1052. ubi eas a κώμαις distinximus), licet etiam aliae additae sint. Spartae alias additas esse nemo eorum, qui vel sex vel decem tribus Spartanas esse statuerunt, recta via docuit. Illis vero antiquis tribubus continebantur Spartae *obae* triginta, denae singulis, nominibus patronymicis vocatae, ut Agiadarum, Eurypontidarum, quae duae sunt regiae obae, item Aegidarum, quos Herodotus vago vocabuli usu φυλὴν vocat. Haec autem populi divisio Atticae ei respondet, quae ante Clisthenem fuit, qua quattuor fuerunt tribus in gentes CCCLX divisae. Sed huic per tribus et obas civium distributioni non conveniunt numeri ephororum et nomophylacum ac bideorum; convenit solus senatorum numerus, qui cum regibus fuerunt triginta. Itaque ephororum numerum Müllerus Dor. T. II. p. 116. rectissime iudicavit ex topographica populi divisione ortum esse, ex vicorum (κωμῶν) numero, quos quinque fuisse statuit. Ex his noti sunt hi quattuor: *Pitana, Limnae, Mesoa, Cynosura*; quos, ut alia omittam, componit Pausan. III, 16, 6. Quintum putaverim Δύμην fuisse. Hesych. Δύμη, ἐν Σπάρτῃ φυλὴ καὶ τόπος, ubi τόπος coniungendum esse cum ἐν Σπάρτῃ, nec de *urbe* Achaiae cogitandum, docet sensus communis. Huius vici cives a Dymanibus, Dorica tribu, poterant diversi esse, ut Δαιδαλιδῶν gens Athenis a Δαιδαλιδῶν demo etc. Est qui Amyclas addendas censeat; sed Amyclaeos fuisse Spartiatas non ex ulla re patet. Ceterum ut ephororum, ita nomophylacum aliorumque magistratuum numerus ex eodem vicorum numero quinario originem habet. Contra bideorum numerus non convenit huic divisioni: qua tamen re non refutantur, quae de ephoris et ceteris statuimus: hoc solum moneo, etiam senarium numerum non alienum esse a Spartana republica, in qua etiam *morae sex*. Iam vero horum titulorum aetate antiquae tribus tres manifesto abolitae pridem erant, ut Athenis Ionicae: et quae olim κῶμαι fuerunt, eae iam tribus factae sunt, ut Clisthenes vetustae Ionicae divisioni substituit topographicam: manserunt tamen obae (n. 1272. 1273. 1274. 1471.), ut Athenis gentes. Hinc fit, ut grammatici eas κώμας hinc inde φυλὰς vocent; quod recte fieri hi tituli docent, idque etiam p. 65. significavi. Ceterum in his titulis quattuor tantum recentiorum tribuum nomina invenio: Λακεδαιμόνιος Πιτανάτης n. 1425. coll. n. 1426. Λιμναέων φυλή n. 1377. διαβέτης Λιμναέων n. 1241. col. I. n. 1241. col. III. n. 1243. (Λιμναεῖς igitur dicitur, non Λιμνᾶται); Μεσοάτης n. 1338. φυ[λῆς Κονοου]ρέων n. 1272. ἀπὸ φυλῆς Κονοουρέων n. 1347. Σφαιρέα, Κονοουρέα n. 1386. De Cynosura locis a Müllero allatis adde Herodian. περὶ μον. λέξ. in Dindorf. Gramm. Gr. T. I. p. 13. et nota Κονοουρεῖς dixisse Spartanos, non Κυνοσουρεῖς, quod ex n. 1347. 1386. prorsus apertum est. Omissum est Σ, ut in Μῶα s. Μῶά, φούϊξ (p. φύσιγξ), Σώανδρος (n. 1250.); et pro

Υ est O, quod videtur pro OΥ esse, ut pro φύσιγξ est φούιξ (cf. Müller. Dor. T. II. p. 518.), et Boeoti pro ipso κύνες dixerunt κούνες. Pro hoc igitur ΚΟΝΕΣ scriptum, ut breve ου a producto distingueretur; sicut ap. Hom. βόλεσθαι p. βούλεσθαι.

IV. 1. Γερουσίαν post Cleomenem perdurasse, monui cap. II. Eam Plutarchi et Philostrati aetate non iam Spartae fuisse ex horum silentio colligit Osannus Syll. p. 255. sed contrarium docent hi tituli. Diu post Hadriani aetatem γερουσίαν habes n. 1241. n. 1256. et Septimio Severo Imp. n. 1320. nec multo antiquiores ceterorum titulorum plurimi, in quibus γερουσία commemoratur. Γερόντων numerus ex his titulis constitui non potest; XXII nomina supersunt n. 1260. XVIII n. 1262. nec dissimile vero, fuisse XXX, ut olim cum regibus. Γερουσία in Eleutherolaconum urbe est n. 1395. si recte de illo titulo iudicavi. Ceterum senatores hac aetate annui fuerunt, non perpetui: unde hinc inde in titulis hic atque ille certo anno dicitur γερουσίας fuisse et n. 1261. aliquis dicitur quartum γεροντεύσας, n. 1320. tertium. A γερουσίᾳ distinguenda est ἡ βουλή. Nam n. 1241. col. I. simul γερουσία et γραμματεὺς βουλᾶς nominantur: eadem memorata est n. 1341. (ἡ λαμπροτάτη βουλή), n. 1345. (ψηφίσματι βουλῆς), n. 1370. (υἱὸς βουλῆς), n. 1446. (μήτηρ βουλῆς), n. 1375. (βουλευτής), n. 1246. 1253. 1259. 1345. (γραμματεὺς βουλῆς). Etiam apud Taenarios Eleutherolacones βουλὴ fuit (n. 1393. 1394.).

2. Longe aliud ac γέρων est πρέσβυς, Latine *princeps*, quod ex tenui vestigio bilinguis tituli n. 1299. erui. Quippe unumquodque collegium, sive magistratuum sive sodalium aliorum, habet suum praesidem, qui πρέσβυς vocatur; is primo loco nominatur in ephororum, nomophylacum, bideorum, gerontum recensu, hac formula, quam ex n. 1237. peto: Ἔφοροι ἐπὶ Γα. Ἰουλίου Φιλοκλείδα, ὧν πρέσβυς Ἄλεξις Φιλοκράτους: tum adduntur ceteri collegae. Cf. quae dixi p. 95. 102. Collegium si magistratuum est, dicitur συναρχία, ἧς πρέσβυς ὁ δεῖνα (n. 1347.), vel συναρχία ἡ περὶ τὸν δεῖνα (n. 1320.); ipse princeps vocatur etiam πρέσβυς τῆς συναρχίας (n. 1375.), collegae συνάρχοντες s. σύναρχοι (n. 1341. 1345.): qui πρέσβυς fuit, dicitur πρεσβεύσας (n. 1261.), quocum non confundendus πρεσβευτὴς n. 1258. 1344. quamquam de hoc quoque πρεσβεύσας dicitur n. 1382. N. 1292. in enumerandis collegii sodalibus in fine primi nominis videtur nota πρ. (πρέσβυς) addita esse: frequentiores sunt dictiones πρέσβυς ἐφόρων, πρέσβυς νομοφυλάκων, βιδέων (ut n. 1326. 1363. 1364. *a.*). Si dicitur οἱ περὶ τὸν δεῖνα, praepositione περὶ insignitur princeps, sed eiusdem nomen repetitur in enumerandis singulis praemisso ὧν πρέσβυς, ut n. 1251. Νομοφύλακες οἱ περὶ Γ[όργιππον Γοργίππου] οἱ ἐπὶ πατρονό(μου) Με. - - - [ὧν] πρέσβυς [Γόργιπ]πος Γοργίππου etc. Hoc distinctius comparet n. 1268. 1271. Ἔφοροι οἱ περὶ τὸν δεῖνα n. 1322. 1323. habentur solo principe nominato. Collegia vero sunt etiam *tribus*, *obae*, *sacra sodalitia*: igitur haec quoque πρέσβυν habent. Sic πρέσβυς τῆς Λιμναέων φυλῆς est n. 1377. ὠβᾶς πρέσβυς n. 1272. 1273. 1274. Ἀγριππιαστῶν πρέσβυς n. 1299.

V. Complectar nunc ceteros magistratus et ministros.

1. *Agoranomi* quum olim Spartae sint ἐμπέλωροι dicti, in his titulis habes ἀγορανόμον n. 1241. col. I. fortasse n. 1277. et αἰώνιον ἀγορανόμον 1363. 1364. 1375. 1379. qui videtur a temporario prorsus diversus esse, fere ut gymnasiarchi perpetuus et temporarius. Glossa Hesychii, πρέσβυς, ἀγορανόμος, manifesto falsa est, quod vidit iam Corsinus Nott. Gr. Diss. V. p. XCI. Haud dubie in eo scriptore, apud quem haec legebatur glossa, agebatur de principe agoranomorum (πρέσβει ἀγορανόμων) Spartano: unde colligitur plures fuisse agoranomos. Eodem deducit n. 1375. Etiam apud Taenarios ἀγορανομία occurit n. 1393. Ταμίας, *quaestor*, quem in transitu nomino, fortasse est n. 1240. col. III. vs. 21.

2. Haud raro commemorantur *spondophori*, alia ut videtur significatione atque olim apud Eleos, de quorum spondophoris dixi Explicatt. ad Pind. p. 494. Quattuor sunt n. 1240. col. II. post ephoros, duo post nomophylaces et ensitum n. 1249. col. II., tres n. 1253. post scribam et Ἑστίαν πόλεως sacerdotem, unus n. 1252. post nomophylaces, item unus ut videtur n. 1243. vs. 29. Igitur de numero nihil constitui potest: videntur autem ii fuisse, qui pro collegio aliquo vel pro universa republica libationes offerrent diis. His affines *sacerdotes*, de quibus non opus est ut enucleatius dicam: memorabilis tamen una, Ἑστία πόλεως n. 1253. 1435. 1439. 1440. 1442. 1446. Sacerdos vel theorus Διὶ μυσταγωγὸς ἀπὸ Ἀσίας videtur esse n. 1239. col. III. N. 1242. vs. 25. est *hieromnamon*, quem cave ad Amphictyones referas: nam Lacedaemonii tum Amphictyonicae societatis expertes erant, licet vetus Doris eius fuerit particeps (Pausan. X, 8, 2.): igitur hieromnamon potius magistratus fuit in ipsa Spartana republica, ut Megaris et Byzantii (vide Müller. Dor. T. II. p. 168.), item Chalcedone et in Thaso (vide Letronnii Comment. de Mnem. Hieromn. et Promn. in Act. nov. Acad. Inscr. T. VI. p. 221 sqq.). Contra *Panhellen* n. 1256. pertinet ad concilium Panhellenum (vide ad n. 351.).

3. Varii Spartae fuerunt *syndici*. Σύνδικος ex vulgari usu est patronus, privatorum et maxime civitatis vel alius universitatis cuiuscunque, qui eius iura tueatur, ut syndicus Atticus apud Amphictyones pro Delii templi possessione, ut alii Attici in lege Hadriani n. 354. Sed aliquando Athenis etiam magistratus syndicorum cum ἡγεμονίᾳ δικαστηρίου institutus est. De his rebus vide Meier. et Schömann. Proc. Att. p. 110 seq. p. 708. Spartae qui fuerint syndici, non liquet: attamen magis eo inclino, ut iudices fuerint quam patroni aut praesides iudiciorum, non tamen iudices iurati, ut Athenis, sed magistratus honoratiores; et concilium tale iudicum videtur συνδικία dicta esse. Primum memoratur σύνδικος θεοῦ Λυκούργου n. 1256. quem Ste-Croix Gouv. fédér. p. 200. interpretatur *syndicum societatis initae*

ad cultum dei et templi conservationem: mihi videtur iudex esse ex συνδικίᾳ, quae a Lycurgo nomen traxerit. Alia est ἡ μεγάλη συνδικία: hinc σύνδικος ἐπὶ τὴν μεγάλην συνδικίαν n. 1242. vs. 22. Tertii generis est σύνδικος ἐπὶ τὰ ἔθη n. 1242. vs. 21. et quarti συνδικῶν ἐπὶ τοὺς νόμους n. 1241. col. II. vs. 28. Nomen syndici reperitur etiam n. 1258. col. I. vs. 12. et σύνδικος καὶ δαμοσιομάστης n. 1364. *b.* hoc est interprete Corsino Nott. Gr. Diss. V. p. xcII. *publicus inquisitor*; ut Pellenae fuerunt μάστροι et alibi μαστῆρες (Harpocr. v. μαστῆρες). Hesych. μάστροι παρὰ Ῥοδίοις βουλευτῆρες, quod paulo diversum; idem, μαστρίαι, αἱ τῶν ἀρχόντων εὔθυναι. Adde nos Oec. civ. Ath. T. I. p. 170. Müller. Dor. T. II. p. 285. Δαμοσιομάστηρ scribendum sine causa videtur Corsino. Addo τὸν ἐξηγητὴν τῶν Λυκουργείων n. 1364. *b.* de quo mire disputat Corsin. l. c. p. xcIII sq. Conferendi sunt exegetae ὁσίων καὶ ἱερῶν et τῶν πατρίων apud Athenienses; recte *Lycurgearum legum et institutorum interpretem* exponit Ruhnkenius ad Tim. p. 111. quamquam magis ad sacras res pertinuerint, ut exegetae Attici. Scriptasne leges interpretati illi exegetae sint necne, non magis quam Müllerus Dor. T. II. p. 221. diiudicarim. Nomophylacibus autem cur hoc tribuerit Corsinus, ut de Lycurgeorum institutorum sententia consulerentur, non video.

4. *Gymnasiorum* et *ludorum* varii Spartae curatores reperiuntur. Primum n. 1353. sunt οἱ προστάντες ἐν τῷ γυμνασίῳ, numero tres; tum classe tertia saepissime memoratur *gymnasiarchus*, qui tamen quum in magistratuum a singulis gestorum recensibus nusquam scriptus sit, videtur non tam magistratus quam liturgus fuisse, ut olim Athenis. Aliquoties occurrunt αἰώνιοι γυμνασίαρχοι n. 1326. 1349. 1379. iique tres n. 1353. (cf. n. 1349. ubi tertius omissus est), diversi a τοῖς προστᾶσιν ἐν τῷ γυμνασίῳ (n. 1353.); et n. 1365. perpetuus gymnasiarchus diserte distinguitur ab eo, qui ad tempus constitutus erat: nam Spatalus dicitur δὶς γυμνασίαρχος et deinde αἰώνιος γυμνασίαρχος. Pueri in ludis habent ἐπιστάτην (n. 1429.), qui videtur magister esse, qualis haud raro apud Pindarum memoratur; ἀλείπτην athletarum novimus ex n. 1383. 1384. Ludorum *athlotheta* nominatur n. 1397. 1424. Plures *agonothetas* tituli offerunt, ut ἀγωνοθέτην τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος n. 1345. τῶν μεγάλων Εὐρυκλείων, diserte unum n. 1425. (cf. n. 1239. col. I. 1240. col. I. ubi ἀγωνοθέτης Καισαρείων καὶ Εὐρυκλείων: adde n. 1378.), sed n. 1427. duos; τῶν μεγάλων Οὐρανίων n. 1240. col. III. 1241. col. II. et τῶν μεγίστων Οὐρανίων Νερουανιδείων tres n. 1424. Πανηγυριάρχης videtur n. 1258. latere. Addo militares magistratus λοχαγὸν n. 1255. 1289. ἱππάρχαν n. 1241. col. I. 1248. col. I. eumque perpetuum n. 1341. 1345. Prorsus nescimus qui sit διαβέτης (n. 1242. 1273. 1432.), qui plenius ut videtur dicitur διαβέτης Λιμναέων (n. 1241. col. I. III. n. 1243.): alius enim nisi Λιμναέων non reperitur. Qui ubi in recensu magistratuum a singulis gestorum nominatur, primo semper loco ponitur: igitur qui rempublicam capessebant, ab eo munere auspicabantur honores; et n. 1432. possit eo deducere, ut gymnicus habeatur magistratus; quamquam nimis tenue hoc vestigium. Müllerus Dor. T. II. p. 49. quum unum tantum locum nosset, ubi ille memoratur, corrigendum nomen censebat: quod quum non liceat, etymon quaerendum erit. B quidem in hac voce videtur digamma esse, ut n. 1372. in voce Εὐρυβάνασσα (cf. p. 69.) et in voce Βίδυος (v. supra): igitur quum et ἔτος et ἔτης digamma habeat, potest de alterutro cogitari: neque tamen quidquam inde lucreris.

5. His accedunt variae ἐπιμέλειαι. N. 1241. col. I. habetur ἐπιμελητὴς πόλεως, ut Athenis aetate Imperatorum (n. 361. 480.), porro ἐπιμελητὴς Ἀμυκλῶν n. 1338. ubi vide not. ἐπιμελητὴς Κορωνείας n. 1243. 1255. 1258. col. II. unde patet Coronen tum Laconicam fuisse: et hi oppidorum curatores eiusmodi sunt, qualis ἐπιμελητὴς Δήλου Atticus. Nempe ut Athenae, in quarum potestate Delus est, suum in Delum mittunt curatorem et praesidem, sic Spartani Amyclis et Coronae imponunt suum curatorem, velut aliquem olim harmosten. Ἐπιμέλεια τῆς ... θεοῦ Λυκούργου vel simile est n. 1341. magnum munus, aliquando simul cum patronomia datum, fortasse septem virorum. Porro peregrini saeculo ut videtur sexto ab urbe Roma condita suos Spartae ἐπιμελητὰς habent (n. 1330.), quod munus olim proxenorum Spartanorum regibus attributorum. Inter ἐπιμελείας referendum etiam munus σιτώνου n. 1370.

6. *Scribarum* haud rara mentio. Γραμματεὺς βουλῆς est n. 1253. 1259. γραμματεὺς βουλᾶς n. 1246. ex certa coniectura restitutus: eundem significat n. 1241. col. I. vs. 15. siglum ΠΡΑ (scribe ΓΡΑ) ΒΟΥΛΑΣ. Hunc nota prorsus ut Athenis non esse ministrum, sed magistratum satis honoratum: nam n. 1241. col. I. et n. 1259. post summos magistratus gestos scribae munere quidam functi sunt; fortasse etiam n. 1249. col. III. etsi lectio hic incerta: n. 1345. γραμματεὺς τῆς βουλῆς est vir spectatissimus, statua ornatus; postremo eius munus ἀρχὴ diserte dicitur n. 1253. N. 1249. col. I. est quidam γραμματεύς, sed cuius collegii, incertum; item n. 1260. 1275. 1276. Duo γραμματεῖς et tres ὑπογραμματεῖς sunt n. 1271. Ἀρχίατρος, vir insignis, habetur n. 1309. ἰατρὸς n. 1275. 1279. et notus de medicis Spartanis Herodoti locus est. Μάγειρον tenes n. 1239. col. II. publicum Spartae ministrum, quod satis notum. Οἰκονόμος comparet n. 1276. Δημόσιος unus est n. 1239. col. II. duo n. 1253. ex quibus unus stipendia meruerat miles. Ὑπηρέτας habes n. 1243. 1256. 1271.

VI. Accedo ad aliquot munera, quae accessoria dixerim, et honores magis quam magistratus.

1. Primum ἀριστοπολιτευτὴς n. 1340 sqq. non alius est nisi λαβὼν τὰς τῆς ἀριστοπολιτείας τιμὰς κατὰ τὸν νόμον, ut n. 1242. etc. dicitur; igitur non magistratus est, sed honor. Quo magis offendit dictio αἰώνιος ἀριστοπολιτευτὴς n. 1349. 1375. ex qua coniecerim, aliis honores ἀριστοπολιτείας tantum in constitutum quoddam tempus, quo eius honoris insignibus et ornamentis uterentur, aliis in dies vitae

collatos esse. Omitto varias laudes, quae passim nominibus insignium virorum adduntur, ut υἱὸς πόλεως, πόλεως καὶ βουλῆς etc. Etiam ἔνσιτοι non magistratus sunt; n. 1240. col. II. unus est post spondophoros, n. 1242. sunt tres post nomophylaces, n. 1249. col. II. unus inter nomophylaces et spondophoros interpositus, ephori filius, n. 1252. unus post nomophylaces, simul buagus, n. 1253. tres, et in his unus philosophus: post quem sunt duo δημόσιοι, qui et ipsi videntur ἐνσίτοις comprehendi, alter etiam militia clarus. Tum σύσσιτοι quoque tres post nomophylaces commemorantur n. 1249. col. IV. ut videas, quum in eodem titulo etiam ἔνσιτοι nominentur, interesse aliquid inter utrosque. Et ἔνσιτοι quidem videntur Atticis ἀϊσίτοις conferendi esse; σύσσιτοι magis videntur sodales magistratuum esse, qui fortasse, ut paredri ipsorum, ab ipsis in communionem convivii vocati sint. Sed de hac re suum cuique iudicium esto.

. . ΧΑΙΡΕϹ
. . . ΚϹΝΟ¯
. . ЄΤЄΘЄΙΚΛ
. . ΝЄΔѠΚΑΛ
. . . ΑΤΟΠΝ
. . ΟΔЄϹѠⲘΗ
. . . ΟΥΤΟΙϹ–
ΡΑⲘΠϹ

Χαῖρε docet sepulcrale esse. Videntur autem versus fuisse; vs. 2. κενὸ[ς τάφος? 3. τέθεικα, 4. ἔδωκα, 6. τὸ δὲ vel τόδε σῶμ' etc.

1510.

In vico Alica dicionis Magna s. Maina, in Laconica. Ed. Pouquevill. Itin. T. V. p. 170. n. 9.

ΠΙΒΑΝΑΡΕ. . . . .
ΧΑΙΡΕ. . . . ΤΑΙ. . . .

Χαῖρε solum apertum est.

SECTIO QUARTA.

ARCADIA ET ELIS.

N. 1511-1533. tituli sunt *Tegeatici*, 1534. 1535. *Gortynii*, 1536-1539. *Megalopolitani*, 1540. in iugis *Maenaliis* repertus; 1541. *Olympiacos* duos coniunxi.

1511.

Tegeae (Palaeo-Episcopi); ex schedis Fourmonti.

In altero latere:

/ : ΙΛΙΟ Ν . . . . . \Ο
ΤΙΟΔΑΡΙΥΟΣΕΦΕΙ. . ΑΛ . ΨΟΙ
ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΗΟΙΣΠΟΤΟΝ
ΞΑΜΝΑΣΚΑΙΔΕΚΑΣΤΑΤΕΡΑΣ
ΕΔΑΙΜΟΝΙΟΙΣΛΥΡΕΙΔΑΒΥΙΟΣ
ΠΟΤΤΟΝΠΟΛΕΜΟΝΤΡΙΕΡΕΓ·ΧΜ. .
ΟΜΝΑΣΔΥΕΚΑΙΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΣΤΟΝ+ΙΟΝΤΟΙΦΙΛΟΙΤΟΙΤΟΝ
ΣΤΑΤΕΡΑΣΑΙΓΙΝΑΙΟΣ
ΣΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΙΣΠΟΤΤΟΝ
ΙΙΟΤΡΑΚΙΝ ΠΛΙΟΣΚΑΙΑΛΛΟΣ
ΑΚΙΝΨΕΛΙΟΣΚΑΙΑΣΤΑΧΙΔΟΣ
ΑΝΤΑ
Η . . ΙΟΣΣ/ . . ΚΕΤ
ΠΟΛΛΑΚΑΙΑΡΙΚΟΣΟΚΤΑΚΑΤΑ
VDIOTITΑΤΑΛΑΝΤΑ
ΕΙ . . ΝΠΟΤΤΟΝΠΟΛΕΜΟΝ
ΝΙΟΝΤΡΙΑΚΟΝΤΑΜΝΑΣ
ΙΣΨΕΛΙΟΣΜΕDΙΜΝΟΣΚΑΙ
ΟΝΤΑΚΑΙΑΙΜΥΡΙ. . FΕΧΕ
ΟΙΕΦΕΣΤΙΟΙΤΟΙΣΛΑΚΕΔΑΙΜ
ΝΠΟΛΕΜΟΝΧΙΛΙΟΥΣ∠ΛΡ

In altero:

ΕDΟΝΤΟΙΜΑ
ΛΙΟΙΤΟΙΣ
ΛΑΚΕΔΑΙ
ΜΟΝΙΟΙΣ
ΑΡΓΥΡΙΟ
FΡΚΑ·ΤΙ
ΜΝΑΣ

ΕDΟΚΕΜΟ
ΛΟΚΡΟΣΤΟΙΣ
ΛΑΚΕΔΑΙΜΟ
ΝΙΟΙΣΤΑΛΑΝ
ΤΑΑΑΡΓΥΡΙΟ

ΕDΟΝΤΟΙ
ΜΑΛΙΟΙ
ΤΟΙΣ
ΑΚΕΔΑΙ
ΟΝΙΟ
Δ

Scriptura ut dialectus ex parte antiqua est: nota formam D, asperi signum B (vs. 5.), E pro H, O pro Ω et OY, nisi quod vs. 22. est OY, quod Euclidea aetate circa Olymp. 93. Spartae non usitatum fuisse conieci ad n. 34. neque id iudicium hoc uno exemplo infregeris. Xĩ vs. 6. 12. 20. 22. ut videtur est X: itaque nec + vs. 8. nec Ψ vs. 2. 12. 19. dixeris Xĩ esse. Attamen sive Fourmontus unam vel alteram formam male depinxit, sive variavit quadratarius, et + et Ψ est Xĩ in hoc titulo. Aetas tituli incerta est; non male tamen Müllerus Dor. T. I. p. 180. Lysandream esse putat: certe Lysander plurimas Spartae pecunias comparavit, et continentur hoc titulo opes Spartanis collatae. Ex *Molobri* nomine col. II. vs. 8. 9. antiquiorem titulum esse non colligitur; qua de re paulo post dicam. *Tegeae* potissimum cur voluntariae hae contributiones consignatae sint, difficile dictu: quidni tamen Spartani apud Tegeatas, quos illis imprimis fidos fuisse constat, donorum posuerint recensum, quo latius munificentiae, quam experti erant, propagarent laudem? Aliud quidem possis ex verbis Posidonii exsculpere ap. Athen. VI. p. 233. F. *Λακεδαιμόνιοι δ' ὑπὸ τῶν ἐθῶν κωλυόμενοι εἰςφέρειν εἰς τὴν Σπάρτην καὶ κτᾶσθαι ἄργυρον καὶ χρυσόν, ἐκτῶντο μὲν οὐδὲν ἧττον, παρακατετίθεντο δὲ τοῖς ὁμόροις Ἀρκάσιν· εἶτα πολεμίους αὐτοὺς ἔσχον ἀντὶ φίλων, ὅπως ἀνυπεύθυνον τὸ ἄπιστον διὰ τὴν ἔχθραν γένηται*: nempe Spartanam rempublicam dixeris aurum et argentum apud Tegeatas depositum habuisse, antequam Lysandri et amicorum opera perfectum esset, ut publice Spartam importari aureos et argenteos nummos liceret (Plutarch. Lys. c. 17.), summarumque ibi depositarum recensum hunc esse, eumque Lysandro antiquiorem. Sed probabilior est ea sententia, quam mecum (Oec. civ. Ath. T. II. p. 137 sqq.) amplectitur Müllerus (Dor. T. II. p. 206 sqq.), ex qua vel ante Lysandrum aurum et argentum non prorsus exclusum ex Spartana republica est, et a Lysandro hoc solum effectum, ut retineretur vetus institutum, quod reipublicae quidem auri et argenti concederet possessionem, sed interdiceret privatis: et Posidonii verba ad privatos, non ad rempublicam referenda videntur. Accedit quod aliae quoque res Spartanis collatae, non solae pecuniae perscriptae in hoc titulo sunt.

Secunda columna apertior est: *Ἔδον τοὶ Μάλιοι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀργυρίου ϝ[ί]κατι (εἴκοσι) μνᾶς. Ἔδωκε Μόλο[β]ρος τοῖς Λακεδαιμονίοις τάλαντα ἀργυρίου . . . Ἔδον*

τοὶ Μάλιοι τοῖς [Λ]ακεδαι[μ]ονίο[ις - - - Intellige *Melios* Lacedaemoniorum colonos in Aegaeo mari. Vs. 8. 9. Müllerus noster voluerat *ἔδωκεν ὁ Λοκρός*; sed debebat esse *ἔδον τοὶ Λοκροί*. Certa via correxi Μόλοβρος. Olymp. 88, 3. Spartanorum dux fuit Ἐπιτάδας Μολόβρου (Thucyd. IV, 8.). Haec duo nomina inferenda etiam in Polluc. IV, 88. sunt, ubi duos tubicines memorari viderunt interpretes: horum alterum nota *Ἐπιτάδην τὸν σαλπιγκτὴν* dici (vulgo *ἐπιστάδην*), alterum Μόλοβρον (vulgo Ἡμολοκρόν): nempe Spartae ex Herodoto (VI, 60.) constat et alias artes et has, qualis est tibicinum et praeconum, ac proinde etiam tubicinum, hereditarias fuisse; igitur ut apud Thucydidem Molobrus est filius Epitadis, ita apud Pollucem duo tubicines Spartani eiusdem familiae Epitades et Molobrus habentur. Sed eius, qui apud Thucydidem memoratur, Epitadis si in titulo nostro pater intelligitur, titulus Lysandro poterit vetustior haberi: at Epitadis filius quoque potest avi nomine appellatus esse. Ceterum si Molobrus argentum civitati donavit, noli inde colligere, Spartanis privatis licuisse tum argentum possidere: potuit is ob id ipsum, quod eo uti non posset, pecuniam extra fines Laconicae comparatam reddere civitati. Vs. 12. dele secundum A, et cave id in Δ (*τέσσαρα*) mutes: numeri enim omnes verbis expressi sunt in hoc titulo; nec Δ, sed IIII exspectaveris. Scribo autem *ἀργυρίου*, non *ἀργυρίῳ*, et col. I. *μεδίμνους*, non *μεδίμνως* etc. ob *χιλίους* vs. 22.

Prior columna restitui non potest. Aliquoties, quod monuit iam Müllerus Dor. T. II. p. 529., *Δαρικοὶ* (*Δαρεικοὶ*) memorantur, ut statim vs. 2. ΔΑΡΙΥΟΣ videtur *Δαρικοὺς* esse; idem vs. 15. in ΑΡΙΚΟΣ, vs. 22. in ∠ΛΡ latere arbitror. Vs. 2. coniicio *ὀκ]τὼ Δαρικούς*. Vs. 3. apparet: *[τοῖς] Λακεδαιμονίοις ποτ[τ]ὸν [πόλεμον]*, vs. 4. *[ἐνν]έα μνᾶς καὶ δέκα στατῆρας*, 5. *[τοῖς Λακ]εδαιμονίοις Λυ[κ]είδα υἱός*, 6. *ποττὸν πόλεμον*, dein fortasse *τριήρε[σι]*. Vs. 7. *[ἀργυρί]ου μνᾶς δύε καὶ τριάκοντα*: *δύε* sitne verum an in *δύο* mutandum nescio. Vs. 8. *τῶν Χίων? τοὶ φίλοι τοὶ τῶν - - -* 9. *στατῆρας Αἰγιναίους*, 10. *[τοῖ]ς Λακεδαιμονίοις ποττὸν [πόλεμον]*. Vs. 11. init. est: *.οτρακιν.πλιος*, ut vs. 12. *ακινχελιος καὶ ἀστάχιδος*; et idem vs. 19. fere habetur *ισχελίους μεδίμνους*. Ne longus sim, N et E in his corrupta videntur: manifesto latent formae a voce *χίλιοι* derivatae, ut vs. 22. habes *χιλίους*. *Χειλίους* scriptum fuisse in hoc titulo non credo. Lege vs. 11. *[τε]τρακι[σχ]ιλίους, καὶ ἄλλους*, 12. *...κι[ς]χ[ι]λίους, καὶ ἀστάχιδος*, quod postremum obscurum est. Vs. 13. fuit *τάλ]αντα*. Vs. 15. *πολλὰ καὶ [Δ]αρικοὺς ὀκτακατ[ίους*: ultimum A non potest verum esse. Vs. 16. *διότι τὰ τάλαντα*, 17. *εἶ[με]ν ποττὸν πόλεμον*, 18. *.... τριάκοντα μνᾶς*, 19. *...ακ]ισχ[ι]λίους μεδίμνους καὶ - - -* Vs. 20. numerus fuit, ut *τριάκ]οντα* vel simile, deinde *καὶ μυρί[ους* vel *μυρί[ας*. Dele alterum AI. In fine FEXE possit PAXM fuisse, *δραχμάς*: sed hoc ut incertum me proponere, invidiae causa moneo. Vs. 21. *[τ]οὶ ἐφέστιοι τοῖς Λακεδαιμ[ονίοις]*, 22. *[ποττὸ]ν πόλεμον χιλίους Δαρ[ικούς*. Vs. 21. Müllerus Ἐφέσιοι: malim Ἐφέσ[ε]ιοι, T mutato in E: qua forma usus est Sophocles (vide Steph. Byz. v. Ἔφεσος). Sed omnino tutius iudico retineri *ἐφέστιοι*, qui, licet Spartanorum *ξενηλασία* peregrinos ab *urbe* depulerit, poterant certum genus inquilinorum in *Laconica* esse, qui fortasse, ut proxeni et *ἰσοτελεῖς*, etiam domos haberent. Hesych. *ἐφέστιοι: ἔνοικοι, ὅσοι ἑστίαν καὶ οἶκον ἔχουσι. ξένοι, ἐπίδημοι* etc. ubi vide intt. Vox quidem Homerica est; sed inde non colligitur Spartanam non fuisse, et paulo alia quidem vi atque apud poetam.

1512.

Tegeae; ex Guil. Gellii schedis misit Rosius, qui interim edidit Inscr. p. (VII.) initio operis.

ΚΛΕΟΝ	Κλέων,
ΑΡΚΟΙΑΣ	Ἀρκοίας vel Ἀρκῴας,
ΔΑΜΟΚΛΕΣ	Δαμοκλῆς,
ΕΠΙΤΕΛΕΣ	Ἐπιτέλης,
ΣΟΣΙΑΣ	Σωσίας,
ΚΛΕΤΕΑΣ	Κλητέας vel Κλειτέας,
ΛΑΝΠΕΤΙ	Λανπετί[δας vel Λανπετί[ων.

1513.

Marmor insertum parieti ecclesiae episcopalis *Tegeae*, quod a. 1747. diligens quidam antiquitatum indagator transcripsit. Huius apographum admodum vitiosum edidit Corsinus Nott. Gr. Diss. IV. p. LXVIII. cum docta explicatione. Melius et multo plenius apographum per Rosium misit Guil. Gellius, sed hoc quoque mutilum est. Tres tantum voces legere potuit Turner, quas dedit Itin. T. I. p. 269. Quattuor versus edidit Pouquevill. Itin. T. IV. p. 275. qui notat titulum repertum esse ab Ioanne Cartwright, in cippo.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Collatis Corsiniano et Gelliano apographis intellexi Corsinianum more Cyriaci, apud quem hoc frequentissimum est, ex pluribus esse columnis vel lapidibus coniunctis contractum, intermediis versibus haud paucis omissis: nihil igitur relictum erat, nisi ut singula frustula nihil reveritus imperitos reprehensores ex diversis exemplis componerem, eaque asteriscis separarem, additis iudicii mei causis. Vss. 1–4. (*a*) solus Corsinus habet, nec Gellius de his quidquam: deinde ap. Cors. sequuntur versus nostri exempli 6–21. Contra Gellius ante vs. 6. habet vocem *Δαμοκλῆς*, et deinde addit vs. 6–21. cum

a. ΕΝΑΠΟΣΙΤΟΙΣΟΛΥΜΠΙΑΚΟΙΣ
ΤΩΜΕΠΙΣΤΩΚΑΙΚΕΡΑΥΝΟΒΟΛΩΔΙΙ
ΑΝΑΤΕΤΘΕΙΜΕΝΟΙΣ
ΕΚΟΜΙΣΑΝΤΟΤΟΥΣΤΕΦΑΝΥΣ
* * * *
b. ΔΑΜΟΚΛΗΣ
ΙΕΡΗΣΦΙΛΟΔΑΜΟΣ
ΕΠΑΘΑΝΑΙΑΝΠΟΛΙΤΑΙ
ΔΑΜΕΣΑΣΟΥΤΙΩ
ΦΙΛΩΜΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΟ
ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣΙΠΑ
ΜΕΤΟΙΚΟΙ
ΟΛΥΝΠΙΟΔΩΡΟΣΟΛΥΝ
ΔΕΞΙΚΡΑΤΗΣΔΕΞΙ
ΑΡΙΣΤΕΙΔΑΣΔΙΟΝΟΣ
ΚΡΑΡΙΩΤΑΙΠΟΛΙΤΑΙ
ΚΛΕΑΣΘΙΑΣΕΑΥ
ΔΙΟΚΛΗΣΕΠΑΛΚΕ
ΝΙΚΑΣΙΑΣΛΔΚΡΙ
ΔΑΜΑΙΝΕΤΟΣΔΕΙ
ΝΕΟΚΛΗΣΘΕΟΧΑΡ
ΝΙΚΙΑΣΑΛΚΙΣΘΕΝΕ
ΚΑΛΛΙΠΑΤΑΣΙΕΡΟ
ΚΑΡΑΝΙΑΣΑΙΣΧΡΩ
ΜΕΤΟΙΚΟΙ
ΦΙΛΙΣΓΙΔΑΣΣΥΦΙ
ΣΟΣΙΚΙΑΤΗΣΚΑΛΧΙ
ΙΕΡΗΣΤΙΜΟΧΡΕΤΗ
ΚΡΑΗΙ. . . . . .ΟΛΙΤ
ΟΔ . . . . . . ΙΥ
* * * *
c. ΙΕΡΗ. . . . . .ΤΗΣ
ΙΠΠΟΛΙΤΑΙΠΟΛΙΤΑΙ
ΠΕΡΙΛΑΟΣΣΙΜΩΝ
ΔΕΞΙΑΣΚ ΑΣΙΣΤΡΑΤ
ΔΑΜΟΣΤΡΑΤΟΣΑΙΙΣΤΟ
ΕΠ·CΑΝ·ΙΩΝΤΟΛΙ·Ι
ΑΠΙΧΤΟΠΑΜΑΝΑΙΠΙΙΑΟΠ
ΑΓΑΘΟΚΛΗΣΣΠΙΤΛΕΟΣ
ΚΙΑΡΙΑΤΑΙΠΟΛΙΤΑΙ
ΛΙΣΑΝΜΙΚΙΩΝΟΣ
ΛΞΑΣΙΛΛΝ.ΤΟΚΑΝΕΟΣ
ΙΕΡΩΝΙΠΠΩΝΙ
ΣΕΛΑΣΓΑΣΝΑΧΑ
ΟΔΔΙΟΣΕΡΛΟΝΙC
ΜΕΤΟΙΚΟΙ
ΘΕΟΔΩΙΟΣΠΡΑΞΙΔΛΚΤΩ
ΛΑΜΙΠΟΣΥΠΕΡΑΝΟΣΟΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΙΣ
ΘΡΑΣΕΑΣΟΙΛΩΙΟΣ
ΠΑΤΡΟΚΛΕΙ.ΑΣΞΕΝΟΘΑΝΕΟΣ
ΞΕΝΟΤΙΜΟΣΕΙΜΗΛΙΔΑΥ
ΤΙΜΟΚΛΗΣΤΙΜΟΚΡΕΟΣ
ΔΑΜΟΚΛΗΣΑΠΟΛΛΩΝΙΔΑΥ
ΜΕΤΟΙΚΟΙ
* * * *
d. ΜΙΚΙΩΝΓΟΡΤΥ
ΜΕΤΟΙΚΟΙ
* * * *

aliis pluribus, de quibus deinceps dicetur: hanc Gellianam partem signavi littera *b*. Nec tamen haec pars Gellio prior est; sed priore hic loco posuit partem *c*, deinde lineam ponit, qua distinguatur ea pars a parte *b*, quam parti *c* subscriptam praebet. Unde mihi liquere videtur, partes *b*, *c* diversas esse eiusdem lapidis columnas; sed ob Corsiniani apographi rationem partem *b* statim post *a* posui, interiectis tamen asteriscis, quod Gellii apographum probabile reddit partem *b* non ita, ut apud Corsinum, coniunctam cum parte *a* fuisse, sed deficere inter illas aliquid, unde Gelliana vox Δαμοκλῆς superest, ap. Cors. omissa. Et hoc unice verum esse, ex ipsa inscriptionis ratione docebo, ubi ad eam perventum fuerit. Ceterum etiam pars *c* ante *b* poni potuit: sed nihil refert, utra utri praeponatur: neque integrum de hac re iudicium nobis relictum est. Vs. 1–4. omisi puncta, quae Cors. et hic et in seqq. inter voces interposita habet, et litterarum formas eas dedi, quas in seqq. habet Gell. (Cors. Σ, Π). Vs. 5–21. maxime ex Gellio dedi, etiam versuum forma ex illo constituta, quae longe alia est ap. Cors.; addo varias lectiones Corsinianas, unde quid receperim, hae ipsae docebunt. Vs. 6. Gell. ΦΙΛΟ, Cors. ΑΙΛΟ. Vs. 7. Gell. ΕΠΑΘ, Cors. ΕΠΑΝΑΘ. Vs. 8. Gell. ΔΑΜΕΣΑΣ.ΥΤΙΩ, Cors. ΔΗΜΕΑΣΟΥΤΙΣ. Vs. 9. Gell. ΦΙΛΩΜ, Cors. ΦΙΛ..... Vs. 10. Gell. ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ, Cors. ΚΑΙΔΑΛΙΣΤΕΑΤ. Vs. 12. Cors. ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣΟΛΥΜΠΙΟΣ: sed ΟΛΥΝ decurtatum praefero, ut in seqq. aliquoties nomina patrum decurtata sunt: et illud Ὀλύμπιος videtur transcribentis coniecturae deberi. Vs. 13. Cors. ΔΕΞΗΡΑΤΗΣΔΕΞΗ. Vs. 14. Cors. ΑΡΙΣΤΙΔΑΣ: ex eodem addidi ultimum Σ (Gell. ΔΙΟΝΟ). Vs. 15. Gell. ΚΡΑΡΙΟΤΑΙΠΟΛΙΤΑ, Cors. ΚΙΡΑΡΙΩΤΑΙΠΟΛΥΤΑΙ. Vs. 17. Gell. ΔΥΟΚΛΗΣΕΠΑΛΚΕ, Cors. ΔΙΟΚΛΗΣΕΠΑΛΙΣ. Vs. 18. Gell. ΛΔΚΡΙ, Cors. ΛΕΡΕΑ. Vs. 19. Cors. ΔΑΜΙΑΕΝ etc. Vs. 20. Cors. ΘΕΟΙΛΙΣΘΕΟΚΑΡΙΣ, et 21. ΝΙΚΑΣΑΛΚΙΣΘΕΝΕΤΟΣ (Gell. ΑΛΚΙΣΘΕΝΙ). Cetera huius partis cum parte *c* (exceptis huius paucis verbis) desunt apud Cors. et statim post vs. 21. adduntur apud hunc haec:

ΜΕΤΟΙΚΟΙ
ΤΙΜΟΚΛΗΣ.ΤΙΜΟΚΡΕΩΙ.ΜΙΚΙΩΝ.ΓΟΡΤΥ
ΜΕΤΟΙΚΟΙ

quae hoc loco non potuisse posita esse Gellii eximia fides docet certissime. Iam addidi partem *c*, ex Gellianis schedis, cuius vs. 30–33. praebet etiam Pouquevillius; et ex hoc vs. 30. addidi litteras ΤΗΣ. Vs. 31. Gell. ΙΠΠΟΛΙΤΑΙΠΑΛΙΤΑΙΗ, Pouq. ΙΠΠΙΤΑ ......ΠΟΛΙΤΑΙ, ex quibus composui nostrum. Vs. 32. ultimum Ν, quod omittit Gell. est ex Pouq. Vs. 33. retinui Gellianum; Pouq. mire varians ......ΛΙΞΙΛΕΥΣΟΙΣΤΡΑΤΗΓΟΙ; postrema vox haud dubie de coniectura suppleta est. Turnerus ex hac parte oblitterata nihil legere potuit, nisi vs. 51. ΤΙΜΟΚΛΗΣ ΤΙΜΟΚΡΕΟΣ et vs. 53. ΜΕΤΟΙΚΟΙ: idem fere acciderat ei, cuius schedas expressit Corsinus, et vides iam illum verba ΜΕΤΟΙΚΟΙ et ΤΙΜΟΚΛΗΣ

ΤΙΜΟΚΡΕΩΙ ex hac parte fini sui apographi addidisse, primam vocem ex vs. 44. reliqua ex vs. 51. Supersunt igitur verba ΜΙΚΙΩΝΓΟΡΤΥ et ΜΕΤΟΙΚΟΙ; utrumque, si iustum ordinem observavit Corsiniani exempli auctor, debet post Gelliana omnia poni: ac quum Μικίων Γορτυ. ob Gellii fidem non possit nisi *post* vs. 53. poni, etiam ultima vox *μέτοικοι*, quae post illud ponitur, videtur non e vs. 55. sed ex alio frustulo, quod Gellius non viderit, petita esse. Haec igitur littera *d* signata addidi in fine.

Etsi Corsinus bene quaedam de hoc egregio marmore monuit, pleraque tamen quae dicit ferri non possunt: nec nisi post Gellianum apographum et fragmina recte digesta, quae tituli ratio esset, perspicere nobis contigit. Sed primum titulum emendatum apponemus, deinde eius explicabimus rationem.

a.

Ἐν ἀγ[ῶ]σι τοῖς Ὀλυμπιακοῖς τῷ μεγίστῳ καὶ κεραυνοβόλῳ Διῒ ἀνατεθειμένοις ἐκομίσαντο τοὺ[ς] στεφάν[ο]υς.

b.

Annus I. . . . .
. . . .
Δαμοκλῆς.
Annus II. Ἱέρης Φιλόδαμος.
Ἐπ' Ἀθαναίαν πολῖται
Δαμέσας Οὐτίω,
Φίλω[ν] Ἀριστοτέλεο[ς],
Καλλίστρατος Ιπα (Ἵππα.?)
Μέτοικοι
Ὀλυνπιόδωρος Ὀλυν(πιοδώρω),
Δεξικράτης Δεξι(κράτεος),
Ἀριστείδας Δί[ω]νος.
Κραριῶται πολῖται
Κλεασθίας Εαυ.
Διοκλῆς Ἐπάλκε(ος),
Νικασίας Λ[α]κρί(τω),
Δαμαίνετος Δει.
Νεοκλῆς Θεοχάρ(εος),
Νικίας Ἀλκισθένε(ος),
Καλλιπάτας? Ἱερο.
Καρανίας Αἴσχρω(νος).
Μέτοικοι
Φιλισ[τ]ίδας Συφι.
Σ[ω]σικ[ρ]άτης Καλχι.
Annus III. Ἱέρης Τιμοκρ[ά]τη[ς]
Κρα[ρ]ι[ῶται π]ολῖτ[αι]
. . . .
. . . .

c.

Annus IV. Ἱέρη[ς] . . . . . της
Ἱππο[θο]ῖται πολῖται
Περίλαος Σίμων(ος),
Δεξίας Κ . . ασιστράτ[ω],
Δαμόστρατος Ἀ[ρ]ιστο.
Ἐπ' [Ἀθ]αν[α]ί[α]ν [π]ολῖ[τα]ι
Ἀπι - - - - - - - -
Ἀγαθοκλῆς [Ἐ]πι[κ]λέος vel Σ[ω]ϊ[κ]λέος.
Κ[ρ]α[ριῶ]ται πολῖται
[Α]ἴσ[ω]ν Μικίωνος,
. . ασι . . . . το[φ]άνεος,
Ἱέρων Ἱππω[ν]ί[ω]?
Σελάστας Νάχα?
Ὀδ[α]ῖος Ἑρ[δ]ονι . . ?
Μέτοικοι
Θεόδω[ρ]ος Πραξι[ά]λκτω?
[Δ]άμιπ(π)ος Ὑπεράνο[ρ]ος.
Ἀπολλωνιᾶται . . . . .
Θρασέας [Φ]ίλω[ν]ος,
Πατροκλεί[δ]ας Ξενο[φ]άνεος,
Ξενότιμος Ε[ὐ]μηλίδαυ,
Τιμοκλῆς Τιμοκ[λ]έος,
Δαμοκλῆς Ἀπολλωνίδαυ.
Μέτοικοι
. . . .
. . . .

d.

Annus V. . . . .
. . . .
Μικίων Γορτυ.
Μέτοικοι
. . . .
. . . .

Ludi parte *a* commemorati Olympiaci necesse est Tegeae celebrati sint, quum praesertim soli Tegeatae et inquilini Tegeatici in iis decertaverint: etsi unum Tegeae *Clarium Iovem* novimus, non Olympium, nec Ceraunobolum: vide de Clario Iove sollemnibusque ei quotannis celebratis Pausan. VIII, 53, 4. Nec multum efficitur ea annotatione, quam addidit Corsinus, Cynaethaeenses Arcades Olympiae dedicasse Iovis simulacrum in utraque manu fulmen gerentis (Pausan. VIII, 19, 1.). Vs. 4. *τοὺς στεφάνους* dedi; sed genitivus secundae declinationis quum in hoc titulo desinat in ω (vs. 45.), exspectes *τὼς στεφάνως* et fortasse ΤΟΥΣΤΕΦΑΝΥΣ fuit *τὼς στεφάνως*. Mirum tamen vs. 1–4. nihil insolitae dialecti reperiri, et dativi I omissum (vs. 2.) possit alicui suspicionem movere, hos versus ceteris esse recentiores et a reliqua inscriptione prorsus separandos: attamen litterae I in dativo omissio etiam veteri Aeolismo tribuitur (vide ad n. 55. extr.); neque audeo Corsiniano exemplo adeo derogare fidem, ut varias eius partes plane dirimendas putem. Igitur *b*, *c*, *d* victores Olympiacorum perscripti sunt, iique omnes cives et inquilini, quibus par cum civibus in ludis adeundis ius fuisse patet. Et fortasse ex eodem genere fuerunt Argivi tituli, quos in Antiquissimis posui, n. 14. 19. ubi *πεδάγοικοι* s. *μέτοικοι*, quae in altero (n. 19.) certa lectio est, in altero (n. 14.) ad illius similitudinem probabiliter constituta (cf. Addenda ad n. 14.). Genera certaminum, quibus quisque vicerit, non annotantur. In *b* unius anni victores sunt XVI (vs. 8–26.), in *c* plus quam XVII, minimum XVIII vel XIX: nam post vs. 53. desunt aliquot inquilinorum nomina.

Tot autem potuisse variorum ludorum victores esse nemo negaverit, qui huiusmodi norit titulos: sic n. 232. solius stadii et diauli decem victores sunt. Neque in dispari numero laborandum, quod certo quodam anno unius et alterius certaminis victoria potuit nemini adiudicata esse. Sed ut de singularum partium dispositione dicam, primum interposita nomina Ἐπ᾽ Ἀθαναίαν πολῖται et μέτοικοι et cetera eius generis ne quis subiungenda prioribus putet, noto et Atticorum titulorum similitudine considerata et ex vs. 38. 44. 47. ubi ea in sinistram extant, apertum fieri, esse ea ceteris nominibus praemissa, ita ut vs. 8–10. nomina habeas τῶν ἐπ᾽ Ἀθαναίαν πολιτῶν, et sic deinceps. De verbis interpositis pauca dicenda sunt. Conspiciuntur in iis *tribus Tegeaticae*, de quibus Pausanias VIII, 53, 3. Τεγεάταις δὲ τοῦ Ἀγυιέως τὰ ἀγάλματα τέσσαρά εἰσιν ἀριθμόν, ὑπὸ φυλῆς ἓν ἑκάστης ἱδρυμένον (sic cod.)· ὄνομα (vel ὀνόματα) δὲ αἱ φυλαὶ παρέχονται, Κλαρεῶτις, Ἱπποθοῖτις, Ἀπολλωνεᾶτις, Ἀθανεᾶτις· καλοῦνται δὲ ἀπὸ τοῦ κλήρου, ὃν τοῖς παισὶν Ἀρκὰς ἐποίησεν ὑπὲρ τῆς χώρας, καὶ ἀπὸ Ἱππόθου τοῦ Κερκύωνος. Harum tribuum significationes habemus vs. 7. 15. 28. 31. 35. 38. 47. et singulis nominibus additur πολῖται, excepto vs. 47. nisi ibi periit πολῖται, quod equidem censeo. Sed *post cives sub tribubus* adduntur *inquilini*, vs. 11. sub Minervia, vs. 24. sub Clariotide, vs. 44. sub eadem, vs. 53. sub Apolloniatide: unde patet Tegeae inquilinos singulis tribubus additos esse, aliter atque Athenis. Aliquoties post cives nulli sunt inquilini scripti; nempe nulli ex iis vicerant. Tribuum nomina forma differunt ab iis, quae apud Pausaniam legimus. Pro Κλαρεῶτις habentur Κραριῶται vs. 15. idemque fuit vs. 28. 38. Nempe κρᾶρος vetustum p. κλᾶρος, ut Athenis Ναύκραροι, Ναυκραρίαι. Ceterum quod tribus haec inde appellata dicitur, quod sorte Arcas filiis terram distribuerit, id Pausanias etiam Iovis Clarii nomini adaptat VIII, 53, 4. τὸ δὲ χωρίον τὸ ὑψηλόν, ἐφ᾽ οὗ καὶ οἱ βωμοὶ Τεγεάταις εἰσὶν οἱ πολλοί, καλεῖται μὲν Διὸς Κλαρίου, δῆλα δὲ ὡς ἐγένετο ἡ ἐπίκλησις τῷ θεῷ τοῦ κλήρου τῶν παίδων εἵνεκα τῶν Ἀρκάδος. Sed haec causa fabulosa est; Κραριῶται fuerunt qui fundos (κλήρους) certis legibus exercebant, inferioris olim condicionis homines, quales Cretensium Clarotae, quos a fundis appellatos esse recte monuit Müllerus Dor. T. II. p. 53. quales praeterea Helotes Spartanorum, Penestae Thessalorum, alii: Arcades enim olim Helotibus similes προσπελάτας habuisse docet Theopompus ap. Athen. VI. p. 271 E. Denique Tegeaticos Clarotas initio eadem fuisse condicione qua Creticos, potest etiam inde colligi, quod insignes Cretae urbes Cydonia, Gortys, Catre, a Tegeatae filiis dictae feruntur (Pausan. VIII, 53, 2.). Sed Tegeae illi Crariotae posthac iam cives sunt. Vs. 31. tribus Ἱπποθοῖτις comparet: scripsi Ἱπποθοῖται, etsi Gell. ΙΠΠΟΛΙΤΑΙ, in quo post Ο Gell. omisit Θ, et Λ pro Ω legit ut vs. 38. Vs. 47. sunt Ἀπολλωνιᾶται, Pausaniae Ἀπολλωνεᾶτις. Postremo quae Pausaniae est Ἀθανεᾶτις, ea tribus vs. 7. dicitur ἐπ᾽ Ἀθαναίαν, sed vs. 35. legeris Ἐπαθαναίων, genitivum. At nusquam in hoc titulo tribus secundo casu expressa est: igitur vera scriptura videtur ἐπ᾽ Ἀθαναίαν, ut tribules vocati sint οἱ ἐπ᾽ Ἀθαναίαν, *ad Minervam*. Postremo quum victores hi ex ordine tribuum perscripti sint, tribus quoque solito ordine sibi succedere consentaneum est. Neque vero ut apud Pausaniam ordinatae in hoc titulo sunt, sed in *b* et *c* οἱ ἐπ᾽ Ἀθαναίαν ante Κραριώτας positi reperiuntur, utroque loco in unius anni recensu (*b.* vs. 6–26. *c.* vs. 35 sqq.); et ex *c*, quae pars unum tantum annum comprehendit, constat ordinem hunc esse: Ἱπποθοῖται, οἱ ἐπ᾽ Ἀθαναίαν, Κραριῶται, Ἀπολλωνιᾶται.

His explicitis ad *annorum* distinctionem transeo, ad quos respicere etiam in prioribus coactus eram. Nam quum in unius anni recensu una et eadem tribus non possit plus quam semel scripta esse, partes *b* et *c* diversorum annorum sunt; praeterea in parte *b* Κραριῶται bis positi sunt, vs. 15. et 28.; igitur vs. 28. non est eiusdem anni ac vs. 15. Rursum *d* non potest eiusdem anni esse ac *c*: nam *c* in fine habet μετοίκων Apolloniatarum significationem, qui ultimo loco positi erant, quum quattuor tantum Tegeae tribus fuerint, et inter has ultimi Apolloniatae, quorum μέτοικοι vs. 53. incipiebant: igitur qui vs. 55. μέτοικοι nominantur, ii alius anni sunt ac qui in parte *c* victores recensentur. Contra pars *d* et partis *b* versus quintus possint eiusdem anni esse, si *d* inter *a* et *b* interpositum erat, qua de re iudicari non potest. Quae quum ita esse intelligerem, qua nota distinguerentur anni, quaesivi, facileque perspexi, annos designari interposito ἱέρης ὁ δεῖνα: unde simul patet, *b* esse trium annorum, quos in margine significavi. Et sic quidem quinque anni distinguuntur, quorum tamen I. et V. potest idem esse. Illud vero ἱέρης ter scriptum est, vs. 6. ἱέρης Φιλόδαμος, vs. 27. ἱέρης Τιμοκρ[ά]τη[ς], vs. 30. ἱέρη[ς] ..... της. Hos non esse victores sponte patet: neque enim ut in victoribus, patris nomen additur, et nomini praemittitur vox ἱέρης, quae manifesto munus designat. Neque ille ἱέρης potest praegressis adiungendus videri: nam *c* ab initio videtur integrum, ut proinde nihil praecesserit in ea columna. Igitur illis verbis anni distinguuntur: quo fit, ut Crariotae vs. 28. separentur a Crariotis vs. 15. licet in eadem serie scriptis. Ἱέρης est ἱερεύς, ut Τύδης Τυδεύς, Ὄρφης Ὀρφεύς, et talia, de quibus vide dialectorum auctores. Hinc descendit Boeoticum nomen proprium Ἱερεὶς, quod extat n. 1575. Itaque Tegeae anni eponymus fuit ὁ ἱερεύς, aut simpliciter aut ratione horum, de quibus agitur, ludorum: ut ἱερεὺς eponymus in decretis Amphictyonicis apud Demosth. de cor. p. 278. Reisk. ἱεραπόλος apud Acarnanes et Gelenses, ἱερομνάμων apud Byzantios, ἱεροθύτας apud Agrigentinos et Melitenses. Igitur vs. 5. finis habetur primi anni, ubi victorum ultimus *Damocles*: in quo patris nomen, fortasse decurtatum, perisse videtur. Ni fallor est idem qui vs. 52. Apolloniates, tribus ultimae civis: quod si statueris, primo anno Apolloniatarum inquilinus vicit nullus. Succedit alter annus, quo ἱέρης Φιλόδαμος; eo anno dua-

rum tantum tribuum cives et inquilini, ex ceteris nulli vicerunt. Tertio anno primi inscripti sunt Craniotae; igitur duarum primarum tribuum nemo vicit: ceterum huius anni recensus ita mutilus est, ut ne unius quidem nomen servatum sit. Sed in *d* prope integer anni recensus superest; tantum μετοίκων post vs. 53. nomina desunt. *d* posse eiusdem anni esse ex quo superest vs. 5. supra dixi: praecessit nomen tribus alicuius, dein μέτοικοι (vs. 55.) eiusdem inscripti erant. Sed vs. 54. Μικίων Γορτυ. incertum sitne μέτοικος an πολίτης: si prius statueris, inter vs. 54. et 55. quaedam interciderunt, quoniam post μετοίκων nomina, nulla tribu interposita non potuit iterum μέτοικοι inferri: et supra docui Corsiniani apographi, ex quo *d* petitum, singulas particulas ex ampliore recensu hinc inde decerptas esse. Omnino vero ille Micio potest inquilinus, isque *Gortynius* civitate videri. Nomen proprium quidem *Gortys*, praeter heroem, non novi: potuit tamen etiam homo Γόρτυς vel Γορτύνιος proprio nomine appellari, isque Micionis pater esse. Ac sane etiam inquilinorum patres vs. 12–14. nominati sunt, item vs. 45. 46. sed vs. 25. 26. dubites patrumne nomina an patriarum civitatum significentur. Certe ΚΑΛΧΙ potest ex Καλχηδόνιος superesse, et ΣΥΦΙ fortasse Σύριος vel simile fuisse censeas. In dialecto tituli praeter formas ἱέρης et Κραριῶται imprimis memorabilis est genitivus in αυ (pro αο), vs. 50. 52. Εὐμηλίδαυ, Ἀπολλωνίδαυ; idem redit n. 1514. Analogiam expendi in Introd. ad Inscr. Boeot. I, 11. Vs. 27. scripseris Τιμοκρέτης p. Τιμοκράτης: certe κρέτος p. κράτος est Aeolum (vide Buttm. Gramm. Gr. mai. T. I. p. 103.), quocum omnino convenit forma κρέσσων, quae est a voce κράτος, κατὰ τροπὴν Αἰολικὴν τοῦ α εἰς ε, quae verba sunt Etym. M. p. 537. 19. qui sic ex κράσσων efficit vulgatum κρείσσων, πλεονασμῷ τοῦ ι. Eodem possit n. 1524. deducere, ubi fortasse Πολυκρέτεια. Sed inter inquilinos vs. 13. Δεξικράτης et vs. 26. Σωσικράτης est: igitur hic quoque videtur Τιμοκράτης legendum: nisi Tegeaten illum dixeris Arcadice Τιμοκρέτη dictum esse, sed inquilinos vulgari forma Δεξικράτη, Σωσικράτη.

1514.

Tegeae; per Rosium misit Guil. Gellius.

.ΑΜΙΚΤΗΣΑΠΟΛΛΩΝΙΔΑΥ
ΠΙΣΤΟΚΛΗΣΦΙΛΛΙΑ
ΣΑΣΙΚΛΗΣΜΟΣΧΩ
ΝΑΣΙ . . . .

Δ]αμ[ο]κ[λ]ῆς Ἀπολλωνίδαυ,
Πιστοκλῆς Φιλλία,
Σ[ω]σικλῆς Μόσχω,
. . . .

Videtur fragmentum similis catalogi ac n. 1513. Primum nomen manifesto idem est ac n. 1513. vs. 52.

1515.

a est ex schedis Fourmonti, *Tegeae* repertum; *b* ibidem a. 1747. a peregrinatore quodam in ecclesia D. Demetrii transcriptum edidit Corsinus post Nott. Gr. Diss. IV, p. 71 sqq. cum notis.

a.

ΔΑΜΑΤΡΙΟΣΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥ
ΟΛΥΜΠΙΑΠΑΙΔΑΣ
ΣΤΑΔΙΟΝ
ΝΕΜΕΑΠΑΙΔΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΣΚΛΑΠΙΕΙΑΠΑΙΔΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΛΕΑΙΑΠΑΙΔΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΛΥΚΑΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΝΕΜΕΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΕΚΟΤΟΝΒΟΙΑΑΝΔΡΑΣΛΟΛΙ
ΧΟΝΙΠΠΙΟΝ
ΙΣΘΜΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΛΕΑΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΠΥΘΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΑΑΝΔΡΑΣΛΟΛΙΧΟΝ
ΒΑΣΙΛΕΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΙΣΘΜΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΝΕΜΕΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΛΥΚΑΙΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΛΕΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΝΕΜΕΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΛΥΚΑΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΛΕΑΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΙΚΟΤΟΜΒΟΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝΙΠΠΙΟΝ
ΙΣΘΜΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝ

b.

ΔΑΜΑΤΡΙΟΣΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥΟΛΥΜΠΙΑΠΑΙΔΑΣ
ΣΤΑΔΙΟΝ
ΝΕΜΕΑΠΑΙΔΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΑΠΑΙΔΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΑΛΕΑΙΑΠΑΙΔΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
ΛΥΚΑΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝΤΕΤΡΑΚΙΣ
ΝΕΜΕΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝΤΡΙΣ
ΕΚΑΤΟΜΒΟΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝΙΠΠΙΟΝΔΙΣ
ΙΣΘΜΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝΔΙΣ
ΑΛΕΑΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝΤΡΙΣ
ΠΥΘΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝΔΙΣ
ΟΛΥΜΠΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝΑΠΑΞ
ΒΑΣΙΛΕΙΑΑΝΔΡΑΣΔΟΛΙΧΟΝΔΙΣ

a.

Δαμάτριος Ἀριστίππου
Ὀλύμπια παῖδας στάδιον
Νέμεα παῖδας δόλιχον
Ἀσκλαπιεῖα παῖδας δόλιχον
Ἀλεαῖα παῖδας δόλιχον
Λύκαια ἄνδρας δόλιχον
Νέμεα ἄνδρας δόλιχον
Ἐκοτόνβοια ἄνδρας [δ]όλιχον ἵππιον
Ἴσθμια ἄνδρας δόλιχον
Ἀλεαῖα ἄνδρας δόλιχον
Πύθια ἄνδρας δόλιχον
Ὀλύμπια ἄνδρας [δ]όλιχον
Βασίλεια ἄνδρας δόλιχον
Ἴσθμια ἄνδρας δόλιχον
Νέμεα ἄνδρας δόλιχον
Λύκαι[α] ἄνδρας δόλιχον
Ἀλε[αῖ]α ἄνδρας δόλιχον
Νέμεα ἄνδρας δόλιχον
Λύκαια ἄνδρας δόλιχον
Ἀλεαῖα ἄνδρας δόλιχον
[Ἑ]κοτόμβοια ἄνδρας δόλιχον ἵππιον
Ἴσθμια ἄνδρας δόλιχον.

b.

Δαμάτριος Ἀριστίππου
Ὀλύμπια παῖδας στάδιον
Νέμεα παῖδας δόλιχον
Ἀσκληπιεῖα παῖδας δόλιχον
Ἀλεαῖα παῖδας δόλιχον
Λύκαια ἄνδρας δόλιχον τετράκις
Νέμεα ἄνδρας δόλιχον τρίς
Ἑκατόμβοια ἄνδρας δόλιχον ἵππιον δίς
Ἴσθμια ἄνδρας δόλιχον δίς
Ἀλεαῖα ἄνδρας δόλιχον τρίς
Πύθια ἄνδρας δόλιχον δίς
Ὀλύμπια ἄνδρας δόλιχον ἅπαξ
Βασίλεια ἄνδρας δόλιχον δίς.

b earundem victoriarum catalogus est quae in *a* recensentur, nisi quod inde a vs. 6. victoriae ex iisdem ludis reportatae omnes singulis comprehenduntur versibus, apposito numero, quoties Demetrius in iis ludis vicerit, quum in *a* singulae victoriae ex ordine temporis singillatim recenseantur. *b*. vs. 6. tamen est Λύκαια ἄνδρας δόλιχον τετράκις, quum ii ludi in *a* tantum ter nominentur (vs. 7. 18. 21.), et *b*. vs. 9. sunt Ἴσθμια ἄνδρας δόλιχον δίς, quae in *a* habentur *ter* (vs. 11. 16. 24.); dein vs. 11. sunt Πύθια ἄνδρας δόλιχον δίς, quae in *a* semel comparent (vs. 13.); et vs. 13. sunt Βασίλεια ἄνδρας δόλιχον δίς, quae et ipsa in *a* semel tantum posita sunt (vs. 15.). Conciliabis haec sic, ut *b*. vs. 9. putes fuisse τρίς p. δίς, et in fine tituli *a* perisse dicas haec:

Λύκαια ἄνδρας δόλιχον
Πύθια ἄνδρας δόλιχον
Βασίλεια ἄνδρας δόλιχον.

Attamen, ut fatear quod sentio, titulus *b* mihi non diversus a titulo *a* videtur; sed qui illum transcripsit, videtur brevitatis causa ludos bis terve redeuntes non ex ordine descripsisse, sed quoties scripti sint, additis numeris δίς, τρίς etc. significasse, quum praesertim usque ad vs. 15. tituli *a* eundem titulus *b* ordinem offerat, qui in priore observatur: cui sententiae favet etiam illud ἅπαξ *b*. vs. 12. praeter morem additum: et illum peregrinatorem, cuius schedas expressit Corsinus, omnino non accuratum fuisse, docet titulus n. 1513. ex variis ab illo laciniis in breviorem formam contractus; nec multum in ceteris rebus discrepant tituli *a*, *b*, nisi quod in *a* est Ἀσκλαπ. in *b* Ἀσκληπ. et ibi Ἐκοτόμβοια, hic Ἑκατόμβοια, ex quibus illud retinui, quod id bis scriptum est (vs. 10. 23.). Quae sententia si vera est, statuere licet, Corsiniani apographi auctorem in computandis singulorum ludorum numeris aliquoties errasse: quamquam nihil certi dici potest. De ludis ipsis addo paucissima. *Asclepiea* haud dubie Epidauria sunt, quae etiam Corsini sententia est: haec enim celeberrima. *Aleaea* Tegeae acta sunt (Pausan. VIII, 23, 1. Schol. Pind. Olymp. VII, 153.); de *Lycaeis* vide Euseb. Chron. n. 866. et ibi Scalig. et intt. ad Marm. Par. epoch. 18. et locos Pindaricos ac Pausaniae collectos Explicatt. Pind. p. 175. *Hecatombaea* Argis acta non diversa esse ab Heraeis et a ludo, ex quo ἡ ἐξ Ἄργους ἀσπὶς reportata frequentissime in titulis dicitur, paucis adversus Corsinum monui ibidem p. 174 sq. In Hecatombaeis autem Demetrius vicit δόλιχον ἵππιον: cuius mentio mihi nova est, neque huc facit quidquam Suid. v. δολιχά, ubi dicitur δόλιχος τὸ ἱππόδρόμιον ἀπὸ τοῦ κάμπτειν. De *equestri cursu* ne cogita: pedibus cucurrisse Demetrium ceteri ludi docent. Patet igitur δόλιχον ἵππιον esse cursum maioris mensurae quam vulgarem δόλιχον, eumque talem, qui equo conveniret, a quo denominatus est; sed tamen pedibus currebant qui hoc δόλιχῳ utebantur. Quum autem δολίχου longitudo a veteribus varie tradatur, verisimile est ex illis mensuris maiorem ad hunc ἵππιον δόλιχον pertinere. Et ex pluribus quidem dolichi mensuris, quae apud grammaticos referuntur, duae tantum in censum veniunt, altera *septem*, altera *viginti quattuor* stadiorum; cum altera vero convenit, ubi dolichus spatium duodecim stadiorum esse dicitur: nempe hoc spatium bis percurrebat dolichodromus, alternis a carceribus ad metam et retro emensus stadium. Igitur septem stadiorum dolichum arbitror vulgarem esse, viginti quattuor stadiorum autem δόλιχον ἵππιον. Quae Schneiderus Lex. Gr. de dolicho narrat, portentosa sunt. Aliud ac δόλιχος ἵππιος est δρόμος ἐφίππιος, et ipse pedester, qui longitudine stadiorum quattuor est, ita ut hic sit ordo

cursuum secundum longitudinem: σταδιον, δίαυλος, ἐφίππιος, δόλιχος, δόλιχος ἵππιος. *Basilia* sunt Lebadeae acta, eadem quae Trophonia; sed etiam in Euboea celebrata Basilia esse monui ad Pindar. Explicatt. p. 176. neque aliter statuit Corsinus adversus Meursium disputans. Ceterum Lebadeae Basilia post Leuctricam demum pugnam instituta sunt (Diod. XV, 53.), nomenque traxerunt a Iove βασιλεῖ (Diod. l. c. Pausan. IX, 39, 4.) et Iunone βασιλίδι (Inscr. n. 1603.), quae videtur eadem Ἡνιόχη dicta (Pausan. l. c.). Et haec celebriora, non Euboica, hoc loco intelligenda arbitror.

1516.

In marmore Tripolizzae apud fontem, hoc est ad *Tegeam*, repperit Io. Cartwright; ed. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 275.

ΘΗΡΙΝ. . . . . ΗΠΠΟΝΟΣ ΠΟΛΙΣ ΤΕΓΕΑΤΩΝ ΑΡΕΤΑΣ
ΕΝΕΚΕΝ

Θηριν . . . . . [Ἵ]ππ[ω]νος πόλις Τεγεατῶν, ἀρετᾶς ἕνεκεν.

1517.

In loco Piali prope *Tegeam* repperit idem; edidit Pouq. ib. p. 276.

ΝΙΚΙΑΣ ΚΛΕΑΝΔΡΟΣ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΕ

Νικίας Κλεάνδρο[υ] γυμνασιαρχήσας ἀνέθηκε.

1518.

Tegeae, „εἰς ἓν ἄγαλμα ὑπὸ Ἄγγλου ἀγορασθέν"; ex schedis Miltiadis cum Mustoxyde, et ab hoc nobiscum communicatis.

ΑΓΩΝΙΣ
ΔΑΜΑ
ΤΡΙ

Dixeris esse: ἁ πόλις Δάματρι. Et in domo Leakii Müllerus ex memoria refert esse hermam Mantineae repertum, in quo ΤΗΙΔΗΜΗΤΡΙ scriptum est. Non inepte tamen conieceris in Tegeatico titulo fuisse Δαμάτριον, fortasse eum qui n. 1515. comparet. Cave legas Ἀγωνίς.

1519.

Tripolizzae, ad *Tegeam* antiquam, repperit Io. Cartwright; ed. Pouquevill. Itin. T. IV, p. 275.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝΝΙΚΑΣ
ΕΚΧΡΥΣΟΥΦΕΡΕΙ

Ἀγαμέμνων Νίκας ἐκ χρυσοῦ φέρει, intellige *aureas Victorias*, quae notae sunt. Fortasse haec explicandae imagini cuidam adscripta erant.

1520.

„*Tegeae*" ex schedis Fourmonti; secundum schedas Miltiadis a Mustoxyde missas „εἰς τὸ Τζαμὶ ἄντικρυς τοῦ χανίου (hoc est in Moschea e regione deversorii) εἰς Τρευλιτζὰν ἐπὶ ἀνελλιπῆ λίθον."

ΓΑΣΣΤΥΟΨΟ
ΛΕΔΚΙΟΣΜΟΜΜΙΟΣΛΕ

Vs. 1. Must. ΓΑΣΣΙΟΨΟ, Fourm. ΓΑΣΣΤΥΟΧ; vs. 2. Must. ΛΕΔΚΟΣΜΟΜΜ, Fourm. ΙΟΣΜΟΜΜΙΟΣΛΕ: hinc nostrum exemplum compositum est.

Vs. 1. antiquae litterae sunt: Ϝαστυόχου vel Ϝαστύοχο[ς. Vocem ἄστυ digamma habuisse notum est; de duplici littera Σ vide ad n. 25. Vs. 2. fuit Λεύκιος Μόμμιος Λε[υκίου υἱός, haud dubie Achaicus, Cos. a. u. c. 608. Uterque versus an unum titulum constituerit, dubium est.

1521.

„Λίθος συντετριμμένος καὶ ἐλλιπὴς ἔξω τῆς Τρευλιτζᾶς εἰς τὸν ἅγιον Εὐθύμιον εἰς τὸν ψηλὸν ὦμον τῆς θύρας τῆς ἐκκλησίας, ὑπὸ Μιλτιάδου." Sic schedae a Mustoxyde missae. Τρευλιτζὰν dicit Tripolizzam prope veterem *Tegeam*, quod ex n. 1520. patet.

ΛΙΑΝΩΑΔΡΙΑΝΩ
ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΩΙ
ΝΑΙΟΥ Λ ΛΕΡΙΑΣ
Ι . . . ΤΟΒΑΛΑΝΕΙ
ΑΙΤΗΝ ΣΤΟΑΝ
ΑΤΕΣΚΕΥΑΣΑ.

Τρ]αιανῷ Ἀδριανῷ Πανελληνίῳ . . . . τὸ βαλανεῖ[ον κ]αὶ τὴν στοὰν [κ]ατεσκεύασα[ν.

1522.

Tegeae, ex schedis Fourmonti; in eodem monumenti latere duo tituli.

a.	*b.*
ΤΟΝΕΠΙΦΑΝΕ	ΤΟΝΜΕΓΙϹΤΟΝ
ϹΤΑΤΟΝΚΑΙϹΑ	ΚΑΙΘΕΙΟΤΑΤΟΝ
ΡΑΒΑΛΕΡΙΟΝ	ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΟΥΑΛΕΡΙΟΝ	ΦΛΑΒΙΟΝΟΥΑ
ΚΟϹϹΤΑΝΤΙΟΝ	ΛΕΡΙΟΝΚΩΝϹ
ΗΠΟΛΙΣ	ΤΑΝΤΕΙΝΟΝ
	ΕΥϹΕΒΗΕΥΤΥ
	ΧΗϹΕΒΑϹΤΟΝ
	ΗΠΟΛΙϹ

a. Τὸν ἐπιφανέστατον Καίσαρα [Φλάβ]ιον Οὐαλέριον Κ[ων]στάντιον ἡ πόλις.

b. Τὸν μέγιστον καὶ θειότατον Αὐτοκράτορα Φλάβιον Οὐαλέριον Κωνσταντεῖνον εὐσεβῆ εὐτυχῆ Σεβαστὸν ἡ πόλις.

a refertur ad *Constantium Chlorum*, qui *Flavius Valerius* dictus est; titulus initio anni p. Chr. 305. non posterior est, quod eo anno Constantius Augustus appellatus, in hoc titulo Caesar. De Constantio Constantini M. filio cogitari non potest, quippe qui Flavius Iulius dictus sit.

b pertinet ad *Constantinum M.* qui *Flavius Valerius* nominatus; eiusdem filius Constantinus quantum equidem scio nunquam aliter nisi Flavius Iulius et Flavius Claudius vocatur: vide Eckhel. D. N. T. VIII. p. 105 sqq. Constantinus M. Augustus per omnes provincias agnitus est a. 308.

1523.

Tegeae; ex schedis Fourmonti.

ΤΟΝΜΕΓΙϹΤΟΝΚΑΙΘΕΙΟΤΑΤΟΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΛΕΙΛ'Α
ΦΛΑΒΙΟΝΙΟΥΛΙΟΝ
ΚΟΙΝΤΑΝΤΑΕΥ

Τὸν μέγιστον καὶ θειότατον Αὐτοκράτορα Κ[αίσαρ]α Φλάβιον Ἰούλιον Κ[ώ]ν[σ]ταντα, εὐ[σε]βῆ etc.

Flavius Iulius Constans est Constantini M. filius ex Fausta natu minimus, a. 337. Augustus nominatus.

1524.

Palaeo-Episcopi (*Tegeae*) in cippo repperit Io. Cartwright. Ed. Pouquevill. T. IV. p. 275.

ΠΟΛΥΝΡΕΤΕΙΑ ΑΡΙΣΤ. . . . . . .
ΝΕΟΚΛ. . . . .

Vel Πολυκράτεια vel Πολυκρέτεια legendum, si posterius Aeolicum fuerit; cf. ad n. 1513. extr.

1525.

Tegeae; ex schedis Fourmonti.

ΚΑΛΛΙΚΡΑ
ΤΙΔΑΣ

Καλλικρατίδας.

1526.

Tripolizzae prope *Tegeam*, in cippo, repperit Io. Cartwright. Ed. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 275.

ΚΛΕΑΝΔΡΕ.ΑΜΗΝΕΑΣ ΦΙΛΕ ΕΝΘΑΔΕ ΧΑΙΡΕΤΕ

Κλέανδρε, Ἀμηνέας φίλε, ἐνθάδε χαίρετε.

An fuit φίλω vel φίλοι? Non credo, sed φίλε mirum est hoc loco. Ἀμηνέας p. Ἀμεινίας.

1527.

Ibidem in cippo; ab eodem repertum ed. Pouquevill. l. c.

ΚΑΛΛΙΚΟ
ΧΑΙΡΕ

1528.

Ut n. 1527.

ΦΙΛΟΛΟΕΥΣ
. . . . . .
ΕΑΥΤΟΙΣ
ΟΥΡΒΑΝΕ . ΧΑ . .
ΕΥΦΡΟΧΥΛΙΕ . ΧΑ . .

Ex usu aliorum titulorum iudicans tale quiddam fuisse statuo: Φιλο[ν]οεὺς? [καὶ - - - ἐποίησαν] ἑαυτοῖς [καὶ τοῖς etc. Dein:

Οὔρβανὲ χα[ῖρε.
Εὐφρό[σ]υ[ν]ε χα[ῖρε.

1529.

Palaeo-Episcopi (*Tegeae*) in cippo, quem repperit idem; edidit Pouquevill. l. c.

ΘΕΟΦΙΛΟΣΧΑΙΡΕ

Θεόφιλος χαῖρε.

1530.

Tegeae; ex schedis Fourmonti.

. . . . ΟΧΡΛ . . . . .
. . . . ΗΟ/ . . . .
. . . . ΙΑΕΤΩ‾ . . . . . .
. . . Η3ΦΙΤΙΟ . . . . . .
. . . ‒ΖΝCΑΒΙΟΝ . . . . . .
. . . ΗΑVΝΟΝΚ . . . .
. . \ΟΝΗCΚΟV . . . .
. . ΛCΤЄΡΓΩΝ . . . . . .
. . ΟΝԻΠЄΙ . . . .
. . Λ . . ΔΑΡΖ . . . . . .
. . ΙΑΧΑΙΡЄ . . . . . .
. ΚΛΙCЄΟΓΝ . . . . . .

Fragmentum epitaphii; vs. 5. ἔζησα βίον; vs. 7. [Θ]νήσκου[σα vel alius eiusdem casus; vs. 8. στέργων; vs. 11. χαῖρε vel χαίρετε. Usque ad vs. 10. videntur versus fuisse.

1531.

Palaeo-Episcopi (*Tegeae*) in anaglypho Herculem repraesentante. Repperit Io. Cartwright, ed. Pouquevill. T. IV. p. 276.

. . . . ΘΗΠ . . . .
. . . . ΟΕΑΙ . . . . Θ
. . . . ΝΕΝΟΜΑΝ . . . .
. . . . ΠΕΚΕΤΥΤΟ . . . .
. . . . ΤΗΜΟΝ . . . . Ν
. . . . . . ΡΑΤΕΙ ΤΑΙΕ . . . . Β
. . . . ΛΙΝΒΟΥ
ΛΑΙ Σ ΗΡΑ
ΚΛΕΣ ΘΗ
ΡΟΚΤΟΝΕ

Vs. 7. 8. βουλαῖς est, deinde Ἥρακλες θηροκτόνε. Litterae singulares in dextera videntur variae lectiones esse.

1532.

Tegeae; ex schedis Fourmonti.

ΕΟΜΒΡΙΟΥΙΗ . . . . . .
‒ΕΝΕ - - - - - - - - ΙΚΑΙ . .
. . . . Φ - - - - - - - - Ν . .
. . . . Ի - - - - - - - - ΗΣ . .
. . . . . ΡΙ - - - - - - - - - Α . .
. . . . . ΝΗΣ - - - - - - - - - \ΑΟ . .
. . . ΤΗΣΑΞΙΟΛΟΓΩ - - - -

Extr. τῆς ἀξιολογω[τάτης.

1533.

Tegeae; ex schedis Fourmonti.

\- - - - - - - - - - -
\- - - - - - C I - - - -
\- - O - - - ΩN> C . . . IOAΠOC<
\- - - TIΛ . . . . II Θ . O . . . CA>
\- - - AΦION . . . I ΘI . . . . N
: . ⁻ΠΩNOCOI . . . . AΠOΛΛOYC
CAΛBIC . . . . . . KPATIΠΠOC
IΓOIOC . . . . . . Π . . . . IΩN
CNOPOC . . . . . Є . . . . . ΛPOXOCOYAPIC
CΩTHPIXOC . . . . CΘHPIC
COMAIOC . . . . ΦHΛIKIΩN
ΓAPKICCOCONHCA . Π / = . . NΠTOC
ЄYЄΛΠICTOC

Vs. 5. Ἀπολλους corruptum videtur; ex ceteris nominibus (catalogus enim est) haec sola aperta: vs. 6. Κράτιππος, 9. Σωτήριχος, 10. Φηλικίων, 11. Νάρκισσος Ὀνησᾶ, 12. Εὐέλπιστος.

1534.

Charitenae, haud longe a *Gortyne*, quod oppidum post conditam Megalopolin *vicus Megalopolitarum* fuit teste Pausania. Ex schedis Fourmonti, unde potissimam partem minusculis edidit Müllerus Dor. T. II. p. 446.

\- - - - - - - - - - - - - - - - - - -
ΓPAMMATE - - - - - - - - - - - - - -
OY OYTAΣKANNA - - - - - - - - - - - -
TOKΛEOΣΠPOKATIΣEIΣ - - - - - - - - - - -
ΠOΛIΣMEΓAΛOΠOΛITAN - - - - - - - - - - -
ΠOΛYΣ . . . . EIΣTANΔIOYMYMAPIΔAΣ . . . . ΩMOΣ
OΣIAΣΩNOΣIΠOΞENOΣAPIΣTOΔAMOYIEPΩ . . IΠOKPATEOΣM
ΔIONNIKOΛAIΔAMAΣΠE - - EAIΠOΣTOIΠANIΣIAΩ . E . . ΔEΦA
ΘENIEΠIBAΛΛEINKAIN - - - MEΘATAXΩPIATAΣEITOYNOMO
ΠEP . . AΠOTAMΠETPA - - - - - AΦEΣT - - - - ITANAΠOTOYΠYTIOY
TONPOYNEΩΣEIΣTONKOIΛAI . . TANEITENTOIKOIΛAΓΓIT - - -
EIΣTANOΔONTANEΠIΛYKOΣOYPANAΠOΔEAPKTOYTAP - - - -
ΘONEIΣTANIKETEIANKAIAΠOTHΣIKETEIAΣEΩΣE - - - - - -
TANΔIATOYΠYTIOYKAITAIOΔΩNEΠITAΣΠE - - - - - - - -
. . EIAΠEPIONΠPOEKAΛEΣANTOAPIΣTOΔA - - - - - - -
. . . . . . NOIΣKAIΔAMOΣIAAΛΛΩIΔEMHΘ - - - -
\- - - - - - - - - - - EIAΠO - - - - - -

\- - - - - - - -
γραμματέ[ος vel γραμματε[ύοντος τοῦ δεῖνα - - - - - - - - - -
. . ου . [θ]ύτας? Καννα - - - - - - - - - - - - - -
τοκλέος προκάτισε, Ἰσ - - - - - - - - - - - - - - -
πόλις Μεγαλοπολιτᾶν - - - - - - - - - - - - - - - -
Πολύσ[τρατος Ἀρ]ιστάνδ[ρ]ου, [Ε]ὐμαρίδας Φ . . ω[ν]ος, - - - - - -
. . ος Ἰάσ[ο]νος, [Πρ]όξενος Ἀριστοδάμου, Ἱέρω[ν Ἱπ]ποκράτεος, Μ - - - - - -
δι[ω]ν? Νικολαΐδα - - - - - - - - - - - - [μη-
θενὶ ἐπιβάλλειν, καὶ ν[εμό]μεθα τὰ χωρία τὰ σείτου? νομο - - - - - -
περ . . ἀπὸ τᾶμ πετρᾶ[ν] . . . . . ἀφ' ἑσπ[έρας ἐπ]ὶ? τὰν ἀπὸ τοῦ Πυτίου - -
τὸν ῥοῦν ἕως εἰς τὸν κοιλαγ[γί]ταν, εἶτ' ἐν τῷ κοιλαγγίτ[ᾳ - - - - - - -
εἰς τὰν ὁδὸν τὰν ἐπὶ Λυκόσουραν· ἀπὸ δὲ ἄρκτου τὰν [ὁδὸν - - - - - -
τὰ]ν εἰς τὰν Ἱκετείαν, καὶ ἀπὸ τ[ᾶ]ς Ἱκετείας ἕως ε[ἰς] τὰν ὁδὸν - - - - - -
τὰν διὰ τοῦ Πυτίου καὶ τὰ[ν] ὁδ[ὸ]ν [τὰν] ἐπὶ τὰς πέ[τρας - - - - - -
. . , εια/ περὶ [ὧ]ν προεκαλέσαντο Ἀριστόδα[μος - - - - - - - -
. . . . . νοις καὶ δαμόσια, ἄλλῳ δὲ μηθ[ενὶ - - - - - - - - - - - -
\- - - - - - - -

Müllerus noster fundorum putabat dedicationem contineri, qui Baccho et Cereri donati essent: vs. 7. enim credebat Διονύσῳ καὶ Δάματρι legi posse: nam pro ΔΙΟΝΝΙΚΟ habet διονυικο etc. Sed agitur potius de iudicio finium regundorum vel possessionis agrorum; quamquam singula non possunt satis perspici. Initio magistratus scripti erant; vs. 1. γραμματεὺς apparet et vs. 2. fortasse θύτας, ut ἱεροθύτας in aliis civitatibus; exempli causa cf. Messenium titulum n. 1297. ubi et γραμματεὺς et ἱεροθύται sunt, et Megalopolitanum titulum n. 1536. extr. Videntur autem hi magistratus Achaicarum rerumpublicarum esse, ut Dymae θεοκόλος et γραμματεὺς (n. 1543.): nam et Messene et Megalopolis Achaico accesserant foederi. Vs. 3. προκάτιστε est p. προεκάθιστε, noto usu, hoc est fere προέδρευσε; deinde Megalopolitarum urbs memoratur; quo nexu, incertum. Sequuntur nomina, ex quibus quae vs. 5. 6. posita sunt, ea probabiliter et supplevit et emendavit Müllerus. In his est Πρόξενος Ἀριστοδάμου, cuius pater vs. 14. memorari videtur: et hic Aristodamus cum aliis πρόκλησιν s. provocationem instituerat (περὶ ὧν προεκαλέσαντο); igitur videtur hoc titulo decretum arbitrorum contineri, in quos compromiserant litigantes. Vide de hoc genere provocationis Meier. et Schömann. Process. Att. p. 700. Ceterum Aristodemus intelligi potest, qui postea est Megalopolitarum tyrannus factus (Pausan. VIII, 27, 8. et 30, 3. 32, 3. 36, 3. Plutarch. Agid. 3.), Pyrrhi fere aetate: nam Pyrrho aequalis Acrotatus Spartanorum rex, quem vicit Aristodemus. Paulo ante aliquis Aristandri filius est; Aristandrum quoque Megalopoliten nominat Pausan. VIII, 30, 5. Vs. 7. extr. 8. init. fuit μηθενὶ ἐπιβάλλειν, *nemini ius esse* in iis rebus, de quibus agebatur. Μηθεὶς et οὐθεὶς non vitium esse dicam in Addendis ad n. 12. Vs. 8. ν[εμό]μεθα apertum est: pro ΜΕΘΑ tamen Müll. habet μετα. Σείτου (σίτου) non arbitror incorruptum esse. Vs. 9 sqq. fines designantur; et initio quidem ΠΕΡ.. dixeris esse ἀφ' ἑσ]πέρ[ας: nolui tamen a Müllero discedere, qui illud ἀφ' ἑσπέρας paullo post reponendum censet: quamquam eius supplementum paullulum immutavi. Ceterum fines versuum non videntur coniungi posse. Vs. 9. 13. memorabile est Πυτίου p. Πυθίου, ex dialecto Arcadum. Pythium est Apollinis Parrhasii s. Pythii templum a Lycaei Iovis luco in orientem (Pausan. VIII, 38, 2.), haud longe a Lycosura, quae paulo post memoratur. Κοιλαγγίταν Müllerus rectissime de convallium faucibus intelligit. In fine vs. 15. conieceris ἄλλῳ δὲ μηθ[ενὶ ἐπιβάλλειν, ut vs. 8.

1535.

Charitenae (prope *Gortynem*); ex schedis Fourmonti. Minusculis dedit Müllerus Dor. T. I. p. 395.

ΑΠΑΤΡΑΤΩΝΠΡΟΣΥΜΝΑΙΩΝ
ΝΙΚΟΜΑΧΗΝΑΡΙΣΤΟΘΕΜΙΤΟΣ
ΔΑΔΟΥΧΗΣΑΣΑΝ

Ἁ πάτρα τῶν Προσυμναίων Νικομάχην Ἀριστοθέμιτος δαδουχήσασαν.

Prosymnaea Iuno colitur apud Argivos, Ceres Prosymne est Lernae (Pausan. II, 37, 2.). Hic quoque Prosymnaeorum gentem (πάτραν, fere idem quod γένος) Cereali cultui coniunctam esse docet mulier, quam illi honorant, daduchiâ functa. Ἀριστόθεμις non mater habenda videtur, quo deduxerit forma genitivi, sed pater: ita ut terminatio ιτος etiam in masculinis fuerit assumpta pro vulgari ιδος.

1536.

Megalopoli; communicatum secum a Mustoxyde titulum misit Niebuhrius. Nota in schedis haec addita est: Ὑπὸ Μιλτιάδου ἀντεγράφθη. εὑρίσκονται τὰ ἀποσπασμάτια ταῦτα εἰς τοῦ Σουνάνου, εἰς τὰ ἐρείπια τῆς Μεγαλοπόλεως, ἐπάνω εἰς ἕνα λίθον μαρμάρου, ὅστις ἔχει μῆκος σπιθαμῶν ἑπτὰ καὶ πλάτος τριῶν. εἶναι θέμενος ὁ λίθος εἰς μίαν ἀναβάθραν τῆς οἰκίας ἑνὸς ἱερέως κατοίκου εἰς τὸ ῥηθὲν πόλισμα. εὑρέθη οὗτος ὁ λίθος εἰς ἕνα τάφον κατὰ τὴν Μεγαλόπολιν, κατὰ τὸν Δεκέμβριον τοῦ 1813 ἔτους. εἰς τὸν ῥηθέντα τάφον εὑρίσκονται καὶ ἄλλοι λίθοι, ὅμως χωρὶς ἐπιγραφήν. λείπουσι πέντε ἕβδομα τῆς ῥηθείσης ἀπογραφῆς, καθὼς ἀναφέρει Μιλτιάδης ὁ ἰατρός, ὅστις πρῶτος τὴν ῥηθεῖσαν ἐπιγραφὴν ἀντέγραψε, καὶ εἶδε καὶ τὸν τάφον ὀφθαλμοφανῶς, ἀπέχοντα διακοσίαις ὀργυιαῖς ἀπὸ τὸν οἶκον τοῦ ἱερέως.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Dubiae sunt litterae vs. 1. alterum Α, 3. ΦΙ, 4. Φ, 6. Μ, 7. ΜΑ, 8. Δ, quod vel Α vel Λ esse posse notatur, 9. Κ et Ε, 14. ΛΑ (posse enim etiam ΑΛ esse), 15. ΑΛ, 17. Ε (posse enim Ξ esse), 18. Ε, 19. ΟΤΧ, 25. ΣΓ, 26. Γ, 27. Τ et Π, 28. Ι et Ο, 30. secundum Ε, 32. primum Α et ΣΤ, 35. Σ (posse enim Ξ esse), 37. Σ, 38. primum Ι et secundum Ε, 39. primum Ι, 41. ΦΙΑ, 44. primum Θ et Ξ, 45. Ω, 46. alterum Σ et ΣΩ.

Si plures superessent tituli Megalopolitani, ex usitatis formulis etiam huius tituli ratio melius perspiceretur, ut inter Attica n. 91. etsi maxime mutilum et a Pocockio more suo pessime transcriptum tamen aliquatenus restitui: qua de re iudicare non potest nisi qui decretorum formulas sollemnes mente et memoria prorsus teneat. Attamen etiam in hoc titulo nonnulla ex usitatis formulis suppleri queunt. Vs. 1–3. non quidquam intelligo: nam ἔπαυε vs. 2. dubium videtur, neque ob hoc verbum putaverim hoc monumentum ad Polybium pertinere, quod ex Pausania VIII, 30, 4. collegerit aliquis. Vs. 3. fortasse [δ]ὲ [π]ᾶσαι vel [π]ᾶσα. Vs. 4. τ]ιμαῖς ἰσοθέ[οι]ς, e versu opinor. Quae sequuntur, docent *decretum reipublicae*, non vulgarem titulum sepulcralem, his

ΚΑΙΕΝΤΑΝ - - - - - - - - - - -
ΥΟΣΕΠΑΥΕΗΤΑ - - - - - - - - -
ϹΛΕΤΙΑΣΑΙΦΙ - - - - - - - -
ΙΜΑΙΣΙΣΟΘΕΦ.Σ - - - - - - -
ΡΓΕΣΙΑΣΙΔΡΥ.Α - - - - - - -
ΝΤΑΙΑΓΟΡΑΙΤΟΜ - - - - - - -
ΝΑΣΤΙΟΣΤΑΜΑ - - - - - - - -
ΚΑΙΒΩΜΟΝΚΑΙΔ - - - - - - - -
ΑΛΛΙΣΤΟΝΚΑΙΕ - - - - - - - -
ΟΣΣΩΤΗΡΟΣΣΤΕΦΑ - - - - - -
ϽΣΙΧΑΛΚΕΑΙ - - - - - - - - -
ΝΜΙΑΝΕΝΤ - - - - - - - - - -
ΞΙΚΑΝΤ - - - - - - - - - - -
ΚΟΝΤΑΝΔΕΛΑ - - - - - - - - -
ΑΝΔΕΑΛ - - - - - - - - - - -
ΥΞΑΙΕΝΤΟ - - - - - - - - - -
ΕΦ.ΝΟΝ - - - - - - - - - - -
ΧΙΣΔΕ - - - - - - - - - - - -
ΝΤΙΤΟΤΧ - - - - - - - - - - -
.Ω - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - -
ΑΙΣΔ - - - - - - - - - - - -
ΣΤΟ - - - - - - - - - - - -
ΑΙΑΙΔΙ - - - - - - - - - - -
ΟΛΙΑΣΓ - - - - - - - - - - -
.ΝΠΟΛΓ - - - - - - - - - - -
ΝΤΙΝΠ - - - - - - - - - - -
ΙΛΕΟΚΑΙ - - - - - - - - - -
.Ι.Φ,Ι,Ρ,Ο,Σ,Κ - - - - - - - - -
.ΜΕΝΕΣΕΣΤ - - - - - - - - -
ΣΤΑΙΝ.ΤΑΙ - - - - - - - - - -
ΑΓΚΑΣΙΑΣΤ - - - - - - - - -
ΝΙΚΟΝ - - - - - - - - - - - -
ΟΝΔΕΤΑΜΙ - - - - - - - - - -
ΤΟΙΣΑΣΠΟΛ - - - - - - - - -
ΙΝΑΣΤΑΔ,Ρ - - - - - - - - -
ΣΟ.ΔΕΜΑ - - - - - - - - - -
ΙΕΝΟΙΣΤΟΙΣΔΕΣΩΤ - - - - - -
ΙΟΙΣΙΝΤΟΙΕΚΤΟΙ - - - - - - -
.Ο.ΤΟΝΔΙΑΤΟΝΣΩΤ - - - - - -
Ν.ΟΤΕΜΕΝΕΣΤΟΦΙΑ - - - - - -
..ΩΟΙΝΙΕΙΕΡΟΘΥΤΟΝ.Ο - - - -
.ΥΕΤΩΕΠΙΤΑΙΣΘΥΣΙΑ.Σ - - -
ΤΕΦΑΝΟΤΩΟΚΑΙΕΞ - - - - - -
.ΙΤΑ...ΛΑΜΒΑΝΕΤΩ - - - - -
- - - - - - - Υ - - - ΥΣΣΕΣΩ - -
- - - - - - - - - - - - - - Ν - - -

verbis contineri. Vs. 5. est εὐε]ργεσίας ἵδρυ[σ]α - - - vs. 6. ἐ]ν τᾷ ἀγορᾷ τομ - - - 8. καὶ βωμὸν καὶ etc. 9. κ]άλλιστον καὶ ἐ - - - 10. Δι]ὸς σωτῆρος et aliquid de στεφά[νῳ. Ζεὺς σωτὴρ redit infra vs. 40. de cuius cultu Megalopoli vide Pausan. VIII, 30, 5. Vs. 11. fuit εἰκ]όσι χαλκέαι[ς, *statuis*, 12. τὰ]ν vel τὰν μὲ]ν μίαν ἐν τ - - - cf. n. 108. extr. Vs. 14. τ]ὰν δὲ ἄλ[λαν? Idem videtur vs. 15. fuisse. Vs. 16. ἀνακαρ]ῦξαι ἐν τῷ [θεάτρῳ fortasse, de renunciando honore, et probabiliter de coronatione. Vs. 17. στ]έφ[α]νον. Vs. 25. an π]ολιας? 26. τὰ]ν πόλι[ν. 30. μὲν ἐς ἑστ - - - fortasse Ἑστίας vel ἑστίασιν. Vs. 34. τ]ὸν δὲ ταμί[αν, fortasse δοῦναι τὸ ἀνάλωμα, ut in Atticis. 38. τοῖς δὲ σωτ[ῆρσι? 40. τὸν Δία τὸν σωτ[ῆρα. 41. ἔ]ν[ι]οτε? μὲν ἐς τὸ Φι[λίππειον. Nempe τὸ Φιλίππειον est stoa in foro Megalopoli (Pausan. VIII, 30, 8.). Vs. 42. ἱεροθυτῶν? Vs. 43. ἀναγορε]υέτω? ἐπὶ ταῖς θυσία[ι]ς. Cf. n. 120. vs. 13 sq. Vs. 44. σ]τεφανο[ύ]τω? 45. λαμβανέτω.

1537.

Megalopoli (Synano), ad unum ex pontibus Alphei. Repperit Io. Cartwright, edidit Pouquevill. Itin. T. IV. p. 276.

.....RI △ AVG △ ET △ CIVITATI I ITA
........VT △ R-K-O HIS EPATIANAE
.........TAYPISCYS △ PONTEM △ FECIT

Subtus:

.....ΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑΡΙΚΑΙΤΗΠΟΛΕΙ
.....ΡΙΣΚΟΣΕΠΟΙΗΣΕΓΕΦΥΡΑΝ

In eodem lapide:

...........ΚΑΘΩΣ
.....ΑΓΑΘΟΣΔΟΓΜΑΤΩΝΣΥΝΕΔΩΚΕΦΩ
.....ΕΑΥΤΟΝΤΟΕΠΙΝΟΜΙΟΝΚΑΙΒΑΛΑΝ..
......ΕΧΕΙΘΡΕΜΜΑΤΩΝΔΙΑΒΙΟΥ

Vs. 1. fuit *Caesa*]*ri Aug. et civitati - - - Tauriscus pontem fecit*; dein Αὐτοκρ]άτορι Καίσαρι καὶ τῇ πόλει - - [Ταυ]ρίσκος ἐποίησε γέφυραν. Tertia pars prorsus intelligi nequit. Τὸ ἐπινόμιον vix potest aliud esse ac *scriptura* s. vectigal pro pascui usu solvendum, quo ducit etiam vs. 9. ἔχει θρεμμάτων διὰ βίου. Sic ἐλλιμένιον, ἐνοίκιον, atque ἐννόμιον in titulo Orchomenio n. 1569. *a*. III. Quapropter illud καὶ βαλαν - - non ad balnea referendum videtur, sed ad vectigal pro *glandibus* solvendum, *quibus vescantur sues*.

1538.

Megalopoli. Ed. Dodwellus Itin. T. II. p. 376. Habeo etiam ex schedis Köhlerianis duplicibus, et Mustoxydianis duplicibus, in his cum hac notula: ὑπὸ Μιλτιάδου 1814. Αὐγούστ. 27. εἰς τὸν πύργον τοῦ Μουσταφᾶ Ἀγᾶ εἰς τὸ ἐπάνω μέρος τῆς σκάλας, ἐπάνω εἰς μίαν πλάκα, ἥτις ἔχει μῆκος σπιθαμῶν ἓξ καὶ πλάτος τριῶν, Συνάνου.

ΚΑΙΡΕΤΕ - - - -
ΘΕΑΡΙΔΑΣ - - - - - - -
ΑΣΤΥΚΡΑΤΗΣ - - - -
ΘΕΑΡΙΔΑΣ - - - - -
ΑΣΤΥΚΡΑΤΗΣ - - -
ΔΑΜΟΞΕΝΑ - - - -
ΑΡΙΣΤΩΝ - - - - - - -
ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΗΣ - - -

Pars multo maxima oblitterata est. Dedi Köhlerianum apographum ceteris praestantius. Vs. 1. Dodw. ΛΚΡΕΤΕ, Milt. ΑΙΡΕΤΕ. Vs. 2. 4. Köhl. ΘΕΑΡΙΔΑΣ, ceteri ΕΑΡΙΔΑΣ. Vs. 4. deest apud Milt. in altero vero eiusdem apographo etiam vs. 5. omissus est.

Χ]αίρετε
Θεαρίδας,
Ἀστυκράτης,
Θεαρίδας,
Ἀστυκράτης,
Δαμοξένα,
Ἀρίστων,
Ἀριστομένης.

Alii vs. 2. 3. sunt Thearidas et Astycrates ac vs. 4. 5.

1539.

Megalopoli; ex schedis Mustoxydis. Est iuxta anaglyphum ad ianuam D. Nicolai in vico Synano, ubi transcripsit Miltiades.

...ΙCΤΟΚΡΑΤL
ΧΑΙΡЄ

Ἀριστόκρατες χαῖρε.

1540.

In *iugis Maenaliis* Hughes Itin. T. I. p. 188. Hallerum notat elegans vidisse Paneum, cui priscis litteris inscriptum:

ΠΑΝΟΣ Πανός.

1541.

Titulos aliquot *Olympiae* repertos dedi P. I. Duos alios hoc loco coniungam, quorum meminit Pouquevillius Itin. T. IV. p. 301. *a* est in galea ibi reperta; *b* in disco aereo ibidem effosso, octo pondo, pollices septem cum semisse lato, sed ita constructo, ut difficulter librari possit.

a. ΟΠΛΟΜΑΧΟΣ — Ὁπλομάχος.

b. ΣΟΛΟΣ — Σόλος.

In *a* Pouq. ΟΠΛΟΜΟΜΑΧΟΣ, quod statim correxi, quum haud dubie calami debeatur lapsui. *b* dicitur antiquis litteris scriptum, idque Pouq. bis apposuit, semel in textu ut dedi, iterum in notis, ubi habetur ΣΟΛΟS. Neutrum videtur veram litterarum formam referre.

SECTIO QUINTA.

ACHAIA.

1542.

Apud *Aegium* (Vostizzam). Habet Cyriacus p. VIII. n. 62. versibus non distinctis: ex suis schedis dedit Murat. T. II. p. DXC. 1. et ex hoc quidem versuum dispositionem dedi, nisi quod illos aequabilius scripsi et ab eodem omnes initio, quum illos Mur. cuius in hac re nulla fides est, modo magis in sinistram modo magis in dexteram removerit. Litteram Γ ubi dedi, habet Cyr.

ΕΔΟΞΕΤΩΙΚΟΙΝΩΙΤΩΝΑΧΑΙΩΝΤΟΙΣΟΜΗΡΟΙΣΤΩΝ
ΒΟΙΩΤΩΝΚΑΙΦΩΚΕΩΝΠΡΟΞΕΝΙΑΝΔΟΜΕΝΑΥΤΟΙΣ
ΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣΕΥΔΑΜΩΙΒΡΥΧΩΝΟΣΠΛΑΤΑΙΕΙΑΡΧΕΑΙ
ΟΛΥΜΠΙΩΝΟΣΤΑΝΑΓΡΑΙΩΙΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΙΜΕΙΛΙΧΟΥ
ΩΡΩΓΙΩΙΑΠΟΛΛΟΔΩΡΩΙΑΣΚΛΗΠΙΟΔΩΡΟΥΚΟΡΩΝΕΙ
ΑΚΡΟΤΑΤΩΙΙΣΜΗΝΟΔΩΡΟΥΘΗΒΑΙΩΙΡΟΔΩΝΙΤΙΜΟ
ΚΡΑΤΟΥΣΑΛΙΑΡΤΙΩΙΑΡΙΣΤΙΩΝΙΚΑΛΛΙΓΓΙΔΟΥΟΡΧΟ
ΜΕΝΙΩΙΝΙΚΕΑΙΚΟΡΟΙΝΑΔΟΥΘΕΣΓΙΕΙΚΛΕΑΡΕΤΩΙ
ΑΝΤΙΛΕΟΝΤΟΣΦΑΝΟΤΕΙΛΕΟΝΤΙΑΔΗΙΝΙΚΟΒΟΥΛΟΥΕ
ΛΑΤΕΙΚΑΙΕΙΜΕΝΑΥΤΟΙΣΑΤΕΛΕΙΑΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙΓΟΛΕ
ΜΟΥΚΑΙΕΙΡΗΝΗΣΚΑΙΚΑΤΑΓΗΝΚΑΙΚΑΤΑΘΑΛΑΤΤΑΝ
ΚΑΙΤΑΛΛΑΓΑΝΤΑΟΣΑΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΓΡΟΞΕΝΟΙΣ
ΔΙΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣΔΙΔΟΤΑΙΕΓΙΔΑΜΙΟΡ...........ΗΓΑΒΟΥ
ΡΙΟΥΝΙΚΑΝΔΡΙΔΑ

Vs. 1. Cyr. ΟΜΗΡΩΙΣ. Vs. 3. Cyr. ΕΥΔΗΜΩΙ, Mur. ΠΛΑΤΑΕΙΑΡΧΕΛΑΙ. Vs. 10. ubi Cyr. ΕΙΜΕΝ, quod retinui, Mur. ΔΟΜΕΝ, ex prava coniectura haud dubie. Ibidem pro ΑΥΤΟΙΣ Cyr. ΑΙΤΟΙ; ΚΑΙ post ἀτέλειαν omittit Mur. Vs. 11. Cyr. ΕΙΡΗΝΗΚΚΑΙ. Vs. 13. post ΔΑΜΙΟΡ nulla est ap. Cyr. lacuna, sed ap. Mur. qui in fine versus omittit litteras ΟΥ.

Ἔδοξε τῷ κοινῷ τῶν Ἀχαιῶν· τοῖς ὁμήροις τῶν Βοιωτῶν καὶ Φωκέων προξενίαν δόμεν αὐτοῖς καὶ ἐκγόνοις, Εὐδάμῳ Βρύχωνος Πλαταιεῖ, Ἀρχέᾳ Ὀλυμπίωνος Ταναγραίῳ, Ἀριστομένει Μειλίχου Ὠρωπίῳ, Ἀπολλοδώρῳ Ἀσκληπιοδώρου Κορωνεῖ, Ἀκροτάτῳ Ἰσμηνοδώρου Θηβαίῳ, Ῥόδωνι Τιμοκράτους Ἁλιαρτίῳ, Ἀριστίωνι Καλλιππίδου Ὀρχομενίῳ, Νικέᾳ Κοροινάδου? Θεσπιεῖ, Κλεαρέτῳ Ἀντιλέοντος Φανοτεῖ, Λεοντιάδῃ Νικοβούλου Ἐλατεῖ· καὶ εἶμεν αὐτοῖς ἀτέλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις [κα]ὶ εὐεργέταις δίδοται. ἐπὶ δαμιορ[γῶν] . . . . ηγα Βουρίου, Νικανδρίδα - - - - -

Decretum hoc Achaeorum concilii, quod apud Aegium conveniebat, quo tempore scriptum fuerit, ignoramus: probabiliter tamen inter Olymp. 125. et 158. ponetur, post instauratum Achaeorum foedus et ante fractam a Romanis Achaici foederis potentiam: qua aetate quae Boeotorum res fuerint, narrat Polybius XX, 4 sqq. et XXIII, 2. Oropus vero quum huius decreti aetate Boeotio foederi annumeretur, id oppidum autem certe circa Olymp. 156. Atticum fuerit (vide Pausan. VII, 11. coll. Müller. Orchom. p. 412.), titulus hac de causa quamquam incertiore hoc tempore videtur paulo vetustior esse: licet postea aliquod per tempus Oropiorum civitas ab Attica republica separata fuerit. Immo quum Haliartia civitas post Olymp. 152–153. nulla iam fuerit (vide Müller. Orchom. p. 427 sq.), in hoc autem decreto unus ex obsidibus Haliartius sit, titulus inter Olymp. 125. et 152. fere ponendus est. Vs. 3. praetuli Ἀρχέᾳ, hoc est Ἀρχίᾳ, ut mox Νικέᾳ: quamquam etiam Ἀρχέλᾳ bonum. Mox Φανοτεὺς est civis eius urbis, quae vulgo Πανόπη s. Πανοπεύς, sed etiam Φανότη, Φανότεια, Φανοτεὺς vocatur. Vide Steph. Byz. v. Φανοτεύς. Liv. XXXII, 18. ex vera Sigonii restitutione e libro ducta: *Phocidis primo impetu Phanoteam sine certamine cepit.* Strabo IX, p. 423. Πανοπεὺς δ', ὁ νῦν Φανοτεύς: cf. p. 424. Sic iam Thucyd. IV, 89. coll. 76. ubi dicio vocatur Φανότις (Φανοτίς). Mox καὶ εἶμεν αὐτοῖς retinui, licet supra δόμεν fuerit: nam quae adduntur, ita adduntur, ut quae ex data proxenia sequantur, non praeter proxeniam concedantur: unde εἶμεν commodius est, quod etiam usitatius in decretis proxeniae. Paulo post [κα]ὶ εὐεργέταις correxit iam Osann. Syll. p. 185. cum aliis. Δίδοται, *dari solet*, alias ὑπάρχει in huiusmodi decretis. In fine plures haud dubie demiurgi scripti erant, ex quibus unus est civitate *Burius*; alter est *Nicandridas*. Decem enim fuerunt Achaeorum demiurgi. Nec probo Dobraei correctionem Diar. class. T. XXX. p. 140. qui ceteris expulsis legi vult δαμιουργοῦ Νικανδρίδα: Leichius in Menckenii Misc. Lips. nov. T. I. p. 483. perperam legebat ἐπὶ δαμιουργίῃ Γαβρίου Νικανδρίδα. De demiurgis Achaeorum, Argivorum, aliorum, dixi ad n. 4. p. 11. De Achaicis nunc addo Plutarch. Arat. c. 43. et titulum n. 1543. Ab Argivis eosdem traxerunt Hermionenses et Cnidii; vide n. 1193. et notam. Adde titulum Chaliensium Boeotorum n. 1567. in quo idem magistratus isque ut opinor Achaicus. Ceterum ob lectionem ΔΑΜΙΟΡ retinui δαμιορ[γῶν], etsi δαμιουργῶν vel δαμιωργῶν exspectaveris: sed δαμιοργοὺς habes etiam n. 1543. et δαμιοργέοντος n. 1567.

1543.

Marmor fractum, sed non magno scripturae detrimento, in bibliotheca collegii Trinitatis Cantabrigiae, quo detulit I. Hawkins, qui a. 1797. in ruderibus Dymae repperit. Post acceptas schedas Mülleri vidi editum esse a Dobraeo Diar. class. T. XXX. p. 127. cum restitutione et notis p. 139 sq. Dobraeana habet etiam Rosius Inscr. p. 393. et p. 405 sq. Et Dobraei quidem apographum perfectius est.

ΕΠΙΘΕΟΚΟΛΟΥΛΕΩΝΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕ
ΟΣΤΟΥΣΥΝΕΔΡΙΟΥΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΣ
ΚΟΙΝΤΟΣΦΑΒΙΟΣΚΟΙΝΤΟΥΜΑΞΙΜΟΣΑΝΘΥΠΑΤΟΣΡΩΜΑΙΩΝΔΥΜΑΙ
ΩΝΤΟΙΣΑΡΧΟΥΣΙΚΑΙΣΥΝΕΔΡΟΙΣΚΑΙΤΗΙΠΟΛΕΙΧΑΙΡΕΙΝΤΩΝΠΕΡΙ
ΚΥΛΛΑΝΙΟΝΣΥΝΕΔΡΩΝΕΜΦΑΝΙΣΑΝΤΩΝΜΟΙΠΕΡΙΤΩΝΣΥΝΤΕΛΕ
ΣΘΕΝΤΩΝΠΑΡΥΜΙΝΑΔΙΚΗΜ.ΤΩΝΛΕΓΩΔΕΠΕΡ.ΤΗΣΕΜΠΡΗΣΕ
ΩΣΚΑΙΦΘΟΡΑΣΤΩΝΑΡΧΩΝΚΑΙΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝΓΡΑΜΜΑΤΩΝΩΝΕΓΕ
ΓΟΝΕΙΑΡΧΗΓΟΣΤΗΣΟΛΗΣΣΥΓΧΥΣΕΩΣΣΩΣΟΣΤΑΥΡΟΜΕΝΕΟΣΟ
ΚΑΙΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΓΡΑΨΑΣΥΠΕΝΑΝΤΙΟΥΣΤΗΙΑΠΟΔΟΘΕΙΣΗΙΤΟΙΣ
.ΧΑΙΟΙΣΥΠΟΡΩΜΑΙΩΝΠΟΛΙΤ...ΙΠΕΡΙΩΝΤΑΚΑΤΑΜΕΡΟΣΔΙΙΙ.Ο
.........ΤΡΑΙΣΜΕΤΑΤΟΥΠΑΙΟΝ..ΣΥΝΒΟΥΛΙΟΥΕΠΕΙΟΥΝΟΙΔΙΑΠΡΑ
..ΜΕΝΟΙΤΑΥΤΑΕΦΑΙΝΟΝΤΟΜΟΙΤΗΣΧΕΙΡΙΣΤΗΣΚΑ...ΤΑΣΕΩΣ
..ΙΤΑΡΑΧΗΣΚΑ........ΠΟΙΟΥΜΕΝΟ..............ΙΝΟΥΜΟ
......ΤΗΣΠΡ...ΛΛΗΣΟΥ.ΑΣΥΝΑΛΛ....ΚΑΙΧΡ..........
....ΑΛΛΑΚΑΙ.ΗΣΑΠΟΔΕΔΟΜΕΝΗΣΚΑΤΑ.ΟΙΝΟΝΤΟΙΣ.......
ΛΕΥΘΕΡΙΑΣΑΛΛΟΤΡΙΑΚΑΙΤΗ.ΗΜΕΤΕ..ΣΠΡΟΑΙΡΕΣΕΩΣΕΙ...
ΡΑΣΧΟΜΕΝΩΝΤΩΝΚΑΤΗΓΟΡΩΝΑΛΗΘΙΝΑΣΑΠΟΔΕΙΞΕΙΣΣΩ
ΣΟΝΜΕΝΤΟΝΓΕΓΟΝΟΤΑΑΡΧΗΓΟΝ.ΩΝΠΡΑΧΘΕΝΤΩΝΚΑΙΝΟ
ΜΟΓΡΑΦΗΣΑΝΤΑΕΠΙΚΑΤΑΛΥΣΕΙΤΗΣΑΠΟΔΟΘΕΙΣΗΣΠΟΛΙΤΕΙ
.ΣΚΡΙΝΑΣΕΝΟΧΟΝΕΙΝΑΙΘΑΝΑΤΩΙΠΑΡΕΧΩΡΙΣΑΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙ
...ΜΙΣΚΟΝΕΧΕΣΘΕΝΕΟΣΤΩΝΔΑΜΙΟΡΓΩΝΤΟΝΣΥΜΠΡΑΞΑΝΤΑ
....ΕΜΠΡΗΣΑΣΙΤΑΑΡΧΕΙΑΚΑΙΤΑΔΗΜΟΣΙΑΓΡΑΜΜΑΤΑΕΠΕΙΚΑΙ
.....ΩΜΟΛΟΓΗΣΕΝΤΙΜΟΘΕΟΝΔΕΝΙΚΙΑΤΟΜΜΕΤΑΤΟΥΣΩΣΟΥ
.........ΤΑΝΟΜΟΓΡΑΦΟΝΕΠΕΙΕΛΑΣΣΟΝΕΦΑΙΝΕΤΟΗΔΙΚΗΚΩΣΕ
.......ΠΡΟΑΓΕΙΝΕΙΣΡΩΜΗΝΟΡΚΙΣΑΣΕΦ.ΙΤΗΙΝΟΥΜΗΝΙΑΙΤΟΥΕΝ
.......ΣΕΣΤΑ.ΕΚΕΙΚΑΙΕΜΦΑΝΙΣΑΣΤ...ΗΤΩΝΞΕΝΩΝΣΤΡΑΤΗ
.......ΛΝ....ΡΟΤΕΡΟΝΕΠΑΝΓΙΣ....ΣΟΙΚΟΝΕΛ..ΗΑΙ

Litterarum formas dedi ex Müll. lectiones plurimas ex Dobraeo. Vs. 1. 2. maioribus litteris. Vs. 3. ultimum Ι omittit Müll. Vs. 6. ubi ΠΕΡ. dedi ex Müllero, Dobr. habet ΥΠΕΡ. Vs. 7. ΑΡΧΩΝ diserte in lapide est. Vs. 8. Müll. ΤΑΥΡΟΜΕΙΝΕΟΣ, Dobr. quod dedi. Vs. 10. extr. Müll. ΔΥΙΙ.⁵, Dobr. quod dedi, sed Ο ut incerto notato. Vs. 11. init. Müll. ΤΟΛΙΣ, Dobr. quod dedi, sed ΙΣ ut incerto notato. Vs. 13. Π incertum, item ultima ΜΟ. Vs. 14. init. Müll. ΙΗΣΠΙ...ΛΑΗΣ...ΛΣΥΝ etc. Dobr. ΤΗΣΠΡ... ΛΛΗ∠ΟΥ.ΑΣΥΝ etc. Vs. 16. primum Λ incertum. Vs. 23. vocis ΝΙΚΙΑ quarta littera incerta. Vs. 25. puncta omittit Müll. et ΠΡΟΑΓΕΙΝ habet ab initio versus: idem pro Φ habet Ι: Φ ipsum ut incertum notat Dobr. Etiam vs. 26. puncta Müll. omittit; primum Α incertum est. Vs. 27. prius Ρ incertum, item ultimum Ι.

Ἐπὶ Θεοκόλου Λέωνος, γραμματέ-
ος τοῦ συνεδρίου Στρατοκλέος.

Κοΐντος Φάβιος Κοΐντου Μάξιμος, ἀνθύπατος Ῥωμαίων, Δυμαί-
ων τοῖς ἄρχουσι καὶ συνέδροις καὶ τῇ πόλει χαίρειν. τῶν περὶ
Κυλλάνιον συνέδρων ἐμφανισάντων μοι περὶ τῶν συντελε-
σθέντων παρ' ὑμῖν ἀδικημ[ά]των, λέγω δὲ περ[ὶ] τῆς ἐμπρήσε-
ως καὶ φθορᾶς τῶν ἀρχ[εί]ων καὶ τῶν δημοσίων γραμμάτων, ὧν ἐγε-
γόνει ἀρχηγὸς τῆς ὅλης συγχύσεως Σῶσος Ταυρομένεος ὁ
καὶ τοὺς νόμους γράψας ὑπεναντίους τῇ ἀποδοθείσῃ τοῖς
Ἀ]χαιοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων πολιτ[είᾳ], περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος διή[λ]θ[ο-
μεν ἐν Πά]τραις μετὰ τοῦ παρόν[το]ς συνβουλίου· ἐπεὶ οὖν οἱ διαπρα-
ξά]μενοι ταῦτα ἐφαίνοντό μοι τῆς χειρίστης κα[τασ]τάσεως
κα]ὶ ταραχῆς κα[τάπειραν] ποιούμενο[ι, ἣ κολαστέα ἐστ]ίν, οὐ μό-
νον ἅτε] τῆς πρ[ὸς ἀ]λλή[λου]ς οὖ[σ]α συναλλ[αγῆς] καὶ χρε[ίας τῆς κατ' ἰ-
δίαν], ἀλλὰ καὶ [τ]ῆς ἀποδεδομένης κατὰ [κ]οινὸν τοῖς Ἑλλ[ησιν ἐ-
λευθερίας ἀλλοτρία καὶ τῆ[ς] ἡμετέ[ρα]ς προαιρέσεως· ἐ[γώ, πα-

ϱασχομένων τῶν κατηγόρων ἀληθινὰς ἀποδείξεις, Σῶσον μὲν τὸν γεγονότα ἀρχηγὸν [τ]ῶν πραχθέντων καὶ νομογραφήσαντα ἐπὶ καταλύσει τῆς ἀποδοθείσης πολιτεία]ς, κρίνας ἔνοχον εἶναι, θανάτῳ παρεχώρ[η]σα, ὁμοίως δὲ καὶ Φορ]μίσκον? Ἐχεσθένεος, τῶν δαμιοργῶν τὸν συμπράξαντα τοῖς] ἐμπρήσασι τὰ ἀρχεῖα καὶ τὰ δημόσια γράμματα, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς] ὡμολόγησεν· Τιμόθεον δὲ Νικία τὸμ μετὰ τοῦ Σώσου γεγονό]τα νομογράφον, ἐπεὶ ἔλασσον ἐφαίνετο ἠδικηκώς, ἐκέλευσα] προάγειν εἰς Ῥώμην, ὁρκίσας ἐφ' [ᾧ] τῇ νουμηνίᾳ τοῦ ἐνεστῶτο]ς ἔστα[ι] ἐκεῖ, καὶ ἐμφανίσας τ[ῷ ἐπ]ὶ τῶν ξένων στρατηγῷ, ὅπω]ς ἂν [μὴ π]ρότερον ἐπάνεισ[ι πρὸ]ς οἶκον, ἐὰ[ν μ]ὴ - - -

Etsi non multa perierunt, tamen non omnia certa via suppleri possunt: quae supplevi, prope omnia Dobraeo debentur. Vs. 1. 2. non a Proconsule scripta sunt, sed a Dymaeis, ut tempus indicaretur, quo titulus exaratus. Horum igitur magistratus tum fuit θεοκόλος, alibi ἱερεύς aut ἱεροθύτης, eponymus anni. *Scribam* eorundem intellige, etsi etiam commune Achaeorum suum scribam habuit. *Synedrium* accipe non commune Achaeorum, quod tum videtur nullum fuisse, sed Dymaeorum, quorum synedri etiam in ipsa epistola commemorantur. Nam synedria communia (κατὰ ἔθνος) Achaeorum, Boeotorum, Phocensium, ceterorum Graecorum, post eversam Corinthum sustulerunt Romani (Pausan. VII, 16, 6.): quae etsi non multis annis post restituta sunt, tamen haec inscriptio eversae Corinthi anno ita videtur esse propinqua, vix ut tum ea iam potuerint restituta esse: atque ut restituta fuerint, certe in hoc titulo quare de communi Achaeorum synedrio cogitemus, nulla causa est. Inscriptio continet epistolam ad Dymaeos datam a Q. Fabio Maximo Q. F. Proconsule. Q. Fabius Maximus Q. F. Q. N. est L. Aemilii Pauli filius naturalis, Polybii familiaris (Polyb. XXXII, 9.): et quum argumentum ipsum docere videatur, rem in hac epistola narratam non multo post Achaeos subactos, his ipsis nondum prorsus pacatis accidisse, probabile est huius Fabii intelligi proconsulatum, qui successit eius consulatui a. 609. gesto, proximo post Corinthum deletam anno: neque obesse videtur, quod idem a. 610. imperio prorogato in Hispania adversus Viriathum pugnavit, quum anno post (a. u. c. 611.) Achaiam potuerit obtinere. Si cui tamen haec non placent, potest etiam de Aemiliani filio Q. Fabio Maximo Cos. a. 633. vel de Q. Fabio Maximo Serviliano, Q. F. Cos. a. 612. cogitari, cui tamen et ipsi provincia adversus Viriathum prorogata est, postremo de Q. Fabio Maximo Eburno Q. F. Cos. a. 638. Proconsuli delictum apud Dymaeos commissum indicarant synedri οἱ περὶ Κυλλάνιον, intellige *Cyllenen* Eleae terrae, Dymae vicinam. Delictum quale fuerit, satis patet: nempe Dymae Sosus cum factione publicas litteras cum curiis incendio deleverat, ut abrogaretur respublica a Romanis constituta, et cum uno ex demiurgis novas scripserat leges. Vs. 9. ἡ ἀποδοθεῖσα τοῖς Ἀχαιοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων πολιτεία est timocratia (Pausan. VII, 16, 6.): eam instituerant decem Romanorum legati a. u. c. 608-609. (Polyb. XL, 8–10.). Vs. 13. κατάπειραν a Dobraeo ministratum incertum est, nec minus eiusdem ἡ κολαστέα ἐστίν. Mox οὐ μόνον ἅτε τῆς πρὸς ἀλλήλους οὔσα συναλλαγῆς dedit idem, nisi quod ob lacunae spatium ἅτε scripsi pro illius supplemento ὡς: sed dubito de veritate lectionis; nam debebat potius ἅτε οὐ μόνον dici. ΑΛΛΗΣ pro ΑΛΛΗΛΟΥΣ scriptum esse, ut vs. 7. ΑΡΧΩΝ pro ΑΡΧΕΙΩΝ, idem monuit, addito formulae exemplo ex decreto Tib. Alexandri in Aegyptiacis referendo vs. 18.: τὰς πρὸς ἀλλήλους συναλλαγάς. Vs. 16. extr. Dobraeus supplet: εἰ[σπα]ϱασχομένων: dedi ἐγ[ώ, πα]ϱασχ. quamquam hoc quoque mihi non satisfacit. Vs. 20. παρεχώρισα scriptum est p. παρεχώρησα. Vs. 21. dedi Φορμίσκον: qui melius sciat, nolit id nobis invidere. De scriptura δαμιοργός dixi ad n. 1542. extr. Ille Echesthenis filius fueritne ex Achaici foederis demiurgis ante sublatum foedus, an ex Dymaeorum demiurgis unus, nescio. Vs. 26. ὁ ἐπὶ τῶν ξένων στρατηγὸς est *praetor peregrinus*, ad quem refer etiam ea, quae Polybius XXXII, 9, 5. narrat, unde patet praetorem obsidibus Achaicis in Italia degentibus praefuisse quodammodo, qui quidem Polybio concesserit, ut Romae remaneret. Vs. 27. ductus ⁀ΛΝ... ΡΟΤΕΡΟΝ manifesto supersunt ex ὅπω]ΣΑΝ[ΜΗΠ]ΡΟΤΕΡΟΝ: igitur hoc dedi, licet hoc loco offendar structurâ ὅπως ἂν cum futuro indicativi. In fine ex ΕΛ..Η exsculpsi ΕΑ[ΝΜ]Η.

1544.

Vicus est παλαιὰ Ἀχαΐα haud procul ab ostio fluminis Kaminitzae, quod flumen olim Pierus s. Pirus (Πεῖρος); prope absunt rudera antiquae urbis, quam *Olenum* fuisse docet locorum situs a Pausania accurate indicatus. Ex huius igitur ruderibus in deversorium παλαιᾶς Ἀχαΐας delatae aliquot inscriptiones sunt, et inter has duo fragmina haec *a*, *b*, quae ex schedis Schinae edidit Dodwellus Itin. T. II. p. 511. ita ut quattuor essent versus, ex quibus duos priores constituit *a*, duos posteriores *b*. Separata haec fragmina praebet Pouquevill. Itin. P. III. p. 519. Rectius eadem, sed itidem separata repraesentant schedae Mustoxydis. Ego coniunxi, sed aliter atque ap. Dodw.

a.	*b.*
ΠΟΛΙΣΦΑΡΑΙΕΩ[Ν]	ΕΥΦΡΑΝΟΡΑ - - - - - -
ΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΕΝΚΑ	ΙΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΑΣΕΧ.

Situm litterarum in singulis partibus et lectiones dedi ex schedis Must. Dodwellus in *b* vs. 2. male omittit primum I, et in fine pro EX habet IX. Pouq. in *a* omittit ultima KA, et *b* male sic exhibet:

ΕΥΦΡΑΝΟΡΑΚΑΙΚΑΛΟΚΑ
ΓΑΘΙΑΣ

Πόλις Φαραιέω[ν] Εὐφράνορα [τοῦ δεῖνα υἱὸν] ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ καλοκαγαθίας, ἃς ἔχ[ων διατελεῖ vel διετέλει etc. plura enim perisse videntur. Cave coniicias ἁ πόλις: quod non annotarem, nisi occurrendum critico esset, qui sibi videtur articuli rationem solus tenere. Titulus a *Pharaeensibus* quidem positus est, sed quantum ex loco coniicere licet, in urbe *Oleniorum*.

1545.

Patris. Cyriac. p. VII. n. 58. et ex schedis Cyriaci Barberinis sine varietate Murat. T. III. p. MDXIII. 5. atque ex suis schedis T. I. p. CXII. 6.

ΞΕΝΙΣΑΙΣΧΡΙΩΝΟΣ
ΣΤΡΑΤΟΚΛΗΞΑΡΧΙΤΕΛΕΟΣ
ΤΙΜΑΙΟΝΘΕΟΙΣ

Murat. T. I. habet ΣΤΡΑΤΟΚΛΗ ΑΡΧΕΙΤΕΛΕΟΣ.

Ξένις Αἰσχρίωνος,
Στρατοκλῆ[ς] Ἀρχιτέλεος
Τίμαιον θεοῖς,

sc. ἀνέθεσαν. Timaeus videtur priorum amicus fuisse: certe nulla causa est, quare filius priorum habendus sit, ita ut vel vs. 1. Ξενίς, vel vs. 2. Στρατόκλη[α] mulier esse statuatur. Et Ξενίδα mulierem eo minus admiserim, quod virum primo loco poni decebat. Alia res est in epitaphiis, ut n. 1550. et ubivis.

1546.

Patris in columna marmorea in vestibulo ecclesiae D. Constantini. Cyriac. p. VII. n. 52. et ex schedis Cyriaci Barberinis Murat. T. III. p. MDCXXXII. 12. atque iterum ex suis schedis T. III. p. MDCCLIX. 1. Haec exempla differunt omnia, licet ex communi fluxerint fonte, libro Cyriaci scripto. Ego dedi schedas Fourmonti.

Λ.ΑΝ.ΜΙΟΥ
ΑΛΥΠΙΑΝΟΥ
Ψ Β

Vs. 1. post AN ap. Fourm. est species lacunae, non lacuna, et sic saepe; quod ignorant, qui recens in Inscriptiones involarunt. Reliqua exempla omnia ANNIOY, recte opinor. Praeterea ad sinistram in ceteris exemplis haec sunt, *a* ap. Cyr. *b* ap. Mur. secundo loco:

a.	*b.*
L . V . F	L . V . F
ΑΛΥΠ.	VAL. LVP.
ΤΣΥΙ	ΤΣΥΙ

et eadem quae in *a* posui, cum reliquo titulo commista habentur ap. Mur. primo loco. Mitto haec; quae Fourm. habet, ita legenda sunt:

Λ. Ἀννίου Ἀλυπιανοῦ. Ψηφίσματι βουλῆς.

1547.

In deversorio παλαιᾶς Ἀχαΐας, ex ruderibus *Oleni* (vide ad n. 1544.); ex schedis Mustoxydis.

ΘΕΥΞΕΝΑ — Θευξένα
ΞΕΝΟΦΙΛΟΥ — Ξενοφίλου.

1548.

Patris, „ad aedem D. Mariae Agailiae"; Cyriac. p. VII. n. 50. Murat. T. III. p. MDCCXLI. 6. qui ex suis schedis refert.

ΣΑΤΥΡΟΣ — Σάτυρος
ΑΙΣΧΙΝΑ — Αἰσχίνα.

1549.

Ibidem ubi n. 1547. et ex iisdem ruderibus (*Oleni*). Dedi ex Dodwello Itin. T. II. p. 310. et schedis Mustoxydis. Habet etiam Pouquevill. Itin. T. III. p. 521. sine varietate.

ΚΑΛΛΩΤΕΡΜοΝΙοΥΧΑΙΡΕ — Καλλὼ Τερμονίου χαῖρε.

1550.

Ibidem, ex iisdem ruderibus; ex iisdem auctoribus schedisque edo.

ΝΙΚοΣΤΡΑΤΑΣΩΤΙΩΝ
ΑΛΕΞΙΚΛΕοΣΧΑΙΡΕΤΕ

Vs. 2. Dodw. Pouq. ΔΕΞΙΚΛΕΟΣ, Must. ΧΑΙΡΕ omisso ΤΕ; ΑΛΕΞ. dedi ex Must. Uno versu profert Pouq.

Νικοστράτα, Σωτίων
Ἀλεξικλέος, χαίρετε.

1551.

Ibidem, ex iisdem ruderibus: damus ex iisdem auctoribus schedisque, et O minutum quidem ex Dodwello ac Pouquevillio, formam litterae Θ ex Must.

ΣΤΡΑΤοΝΙΚΑΑΓΑΘΩΝοΣΧΑΙΡΕ — Στρατονίκα Ἀγάθωνος χαῖρε.

1552.

Patris; ed. Pouquevill. Itin. T. III. p. 505.

ΧΑΡΙΤΟΣΧΑΙΡΕ

1553.

Patris in ecclesia D. Constantini; ed. Pocock. Inscr. P. I. c. 5. s. 7. p. 64. 1. et inde Iacobs. Paralip. Anthol. II. n. 58. p. 809. et Anthol. Palat. Append. n. 340. Sine varietate lectionis praebent schedae Fourmonti, ex quibus versuum et litterarum formas dedi.

ΔΟΜΙΤΙΟΥΦΑΙΔΡΟΥ
ΤΗΝϹΗΝЄΥΝΟΙΑΝΚΑΙ
ΠΙϹΤΙΝΦΑΙΔΡЄΚΑΛΟΥ
ΝΤЄϹЄΝΒΙΟΤΗϹΜЄΤ
ΡΟΙϹΟΥΠΟΤЄΠΑΥϹΟΜ
ЄΘΑ

Δομιτίου Φαίδρου.
Τὴν σὴν εὔνοιαν καὶ πίστιν, Φαῖδρε, καλοῦντες
ἐν βιοτῆς μέτροις οὔποτε παυσόμεθα.

Iacobsius corrigit *λαλοῦντες*, i. q. *ὑμνοῦντες*: neque id improbo: sed *καλοῦντες* cum Pocockio habet etiam Fourm.

1554.

Ex schedis Mustoxydis cum hac nota: Παραλληλόγραμμος ἡ πλάκα μῆκος σπιθαμῶν β′ καὶ πλάτος α′, εἰς τὸ Κάστρι τῆς Μωρέας εἰς ὀσπίτιον· ἀντεγράφθη ὑπὸ Παναγιώτου Δημητρακοπούλου ἀπὸ Δρεστενῶ. Videtur *Castellum Moreae* in promontorio *Rhio* intelligendum.

❦ ΑΥ̅Ρ ΑΜΑΝΙ
ΤΟϹΚΑΙΙΟΥΛ
ΙѠΙΤΙΗΙΤΗΝ
ЄΑΥΤѠΝΘΥ
ΓΑΤЄΡΑΙѠΤΑ
ΠΗΝΘΕΑΕΙ
ΛЄΙΘΥΙΑΑΝЄ
ϹΤΗΣΑΝ ❦

Αὐρ. Ἀμάνιτος καὶ Ἰουλ. Ἰω[τάπη] τὴν ἑαυτῶν θυγατέρα Ἰωτάπην θεᾷ Εἰλειθυίᾳ ἀνέστησαν.

Ἀμάνιτος est Ἀμήνιτος. Ἰωτάπη nomen maxime ex regia Commagenes familia cognitum est.

1555.

Patris; ex Pouquevillio Itin. T. III. p. 105.

........ΙΡΕΝΑΝ
........ΧΙΖΗϹΑϹ
ΕΤΗΛΓ

- - - - ζήσας ἔτη λγ′.

1556.

In statua Philippi, *Patris* reperta, in basi. Ed. Pouquevillius Itin. T. III. p. 507.

ΥΠΝΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ

Ὕπνος Φιλίππου. Addit Pouquevillius: *Cette statue rappelle, dit-on, une particularité de la vie de Philippe. Le Roi, vêtu du costume macédonien, qui ressemble à celui des Schypetars et des Écossais, est représenté endormi, dans une posture indécente, après le gain d'une bataille. Réveillé par un des captifs qu'on avait amenés devant lui, et qui lui crie: Souffriras-tu qu'on vende comme esclave un de tes amis; Philippe, qui le fit approcher, ayant appris de lui l'attitude dans laquelle il se trouvait, et dont les spectateurs riaient, lui accorda la liberté, en disant, que cet homme était de ses amis. On a, depuis peu, découvert dans un autre lieu une statue semblable.* Non nego ad hanc historiolam referri eam statuam posse; attamen *dormientis* Philippi non meminit, qui historiolam narrat, Plutarcheorum apophthegmatum auctor p. 97. ed. Tub. cuius verba appono: Ληφθέντων δὲ πολλῶν αἰχμαλώτων ἐπίπρασκεν αὐτοὺς ἀνεσταλμένῳ τῷ χιτῶνι καθήμενος οὐκ εὐπρεπῶς. εἷς οὖν τῶν πωλουμένων ἀνεβόησε· Φεῖσαί μου, Φίλιππε· πατρικὸς γάρ εἰμί σου φίλος. ἐρωτήσαντος δὲ τοῦ Φιλίππου· Πόθεν, ὦ ἄνθρωπε, γενόμενος καὶ πῶς; Ἐγγὺς, ἔφη, φράσαι σοι βούλομαι προσελθών. ὡς οὖν προσήχθη, Μικρὸν, ἔφη, κατωτέρω τὴν χλαμύδα ποίησον· ἀσχημονεῖς γὰρ οὕτω καθήμενος. καὶ ὁ Φίλιππος, Ἄφετε αὐτὸν, εἶπεν· ἀληθῶς γὰρ εὔνους ὢν καὶ φίλος ἐλάνθανεν.

1557.

„*Patris* super murum occidentalem castelli"; ex schedis Fourmonti.

ϹΠΟΝΔΗЄΠΟΛΗϹΑ

Σπονδὴ est nomen proprium.

1558.

Ibidem in columna. Ed. apud Cyriac. p. VII. n. 55. ed. Moron.; et ex schedis Cyriaci a Compagnonio missis apud Murat. T. I. p. CCLXIV. 3.

ΤΩΝΔΕCΠΟΤΩΝΗΡΩΩΝ
ΦΛ·ΒΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΥΚΑΙ
ΒΑΛΕΝΤΟC
ΤΩΝΑΥΓΟΥCΤΩΝ

Vs. 1. Murat. Σ pro C. Τῶν δεσποτῶν · ἡρώων, Φλ. Βαλεντινιανοῦ καὶ Βάλεντος, τῶν Αὐγούστων.

SECTIO SEXTA.

LOCORUM IN PELOPONNESO INCERTORUM.

1559. 1560.

1559. lapis ex Peloponneso a. 1705. allatus in Museum Nanianum, altus palm. Rom. 4, 8. in quo imago Dianae Ilithyiae, ut videtur, veste talari, iniecta desuper tunica, sinistra hastam trifidam, dextera pateram tenens, modio capiti imposito. Aeri incisum dedit Paciaud. Monum. Peloponnes. Vol. I. p. 26. quod exemplum repetitum est in Collect. Antt. Mus. Nan. n. 14. Titulus iuxta caput ad dexteram exaratus est. 1560. est in tabula prorsus simili (nisi quod hasta non trifida est), alta palm. Rom. 2, 7. Collect. Antt. Mus. Nan. n. 15.

1559.	1560.
ΔΑΜΟΚΛΕΙΑ	ΔΑΜΟΚΛΕΙΑ
ΙΚΕΤΙ	ΑΡΕΤΟΙ

In n. 1559. Pac. supplet ἱκέτι[ς], quum tamen in lapide nullum cernatur lacunae vestigium. Et altero monumento collato Ἱκέτι videtur dativus esse p. Ἱκέτιδι (ut in altero Ἀρετοῖ), a recto Ἱκέτις Ἱκέτιος pro Ἱκέτιδος. Quamquam ne dativi quidem rationem intelligo; cuius quaecunque hic erit vis, videntur tamen dativis illis contineri nomina puellarum recens natarum, ob quas mater vota solverit Ilithyiae. — Quae inscriptio ap. Paciaud. Mon. Pelop. T. I. p. 163. quasi in tabula repraesentatur, ea ab editore ipso confecta est, ut significaret statuam ibi exprimi Dianae venatricis (cf. Paciaud. p. XVII. et Collect. Antt. Mus. Nan. n. 191. cum Indice): igitur eam omitto.

1561.

Ab ora occidentali Peloponnesi, in columnae fragmine. Aeri incisum edidit Biagi Mon. Gr. ex Mus. Nan. in tabulis operi additis n. 5. Idem exemplum repetitum est in Collect. Antt. Mus. Nan. n. 36. cuius index docet, unde titulus venerit.

- - - - ΑΙΣΑΡΙ
ΣΕΟΥΡΩΕΥΣΕΒΕΙ
ΣΕΒΑΣΤΩΤΟΒΑΡΧΙΕΡΕΙ
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣΕΣΟΥΣΙΑΣ
ΥΠΑΤΩΤΟΒΚΑΙ
ΚΑΙΣΑΡΙΜΑΡΚΩΑΥΡΗΛΙΩ
ΕΥΣΕΒΕΙΣΕΒΑΣΤΩ
- - - - ΜΕΓΙΣΙΩ

- - - ΔΟΜΙ ΗΣΙΑΣΤΗΤΟΒ
ΑΣΤΡΩΝΑΙΟΔΟΙΑΠΟΚΑΙΤΙ
- - - ΑΝΘΥΠΑΤΟΥΑ·ΛΛΙΟΥ

Titulus videtur valde lacunosus esse, etiam ubi lacuna nulla notata est. Quantum video, missis vss. 9–11. in quibus tantum verba ἄστρων αἱ ὁδοὶ (de his Sanderus me monuit) et ἀνθυπάτου Α[ο]λλίου intelligi possunt, sic fere legendum est:

[Αὐτοκράτορι Κ]αίσαρι
[Λ. Σεπτιμίῳ] Σεου[ή]ρῳ, Εὐσεβεῖ,
Σεβαστῷ τὸ β′. ἀρχιερεῖ [μεγίστῳ],
δημαρχικῆς ἐξουσίας [τὸ . .],
ὑπάτῳ τὸ · β′, καὶ [Αὐτοκράτορι]
Καίσαρι Μάρκῳ Αὐρηλίῳ [Ἀντωνείνῳ],
Εὐσεβεῖ, Σεβαστῷ,
[Παρθικῷ] μεγίστῳ.

Titulus pertinet ad L. Sept. Severum et Caracallam filium, qui Augustus dictus inde ab a. Chr. 198. Severus Cos. II. in hoc titulo dicitur: igitur hic anno Christi 201. non posterior est. Vs. 8. supplevi Παρθικῷ μεγίστῳ, non ἀρχιερεῖ μεγίστῳ: nam Caracalla Pontifex Maximus anno demum 211. esse coepit. Iam vero Caracalla *Parthicus Maximus* dictus a. Chr. 200. Igitur titulus est anni 200. vel 201. Vide de iis quas dixi temporum notis Eckhel. D. N. T. VI. p. 178. p. 200 sqq. Vs. 3. obscurum est Σεβαστῷ τὸ β′, quum alias dicatur Αὐτοκράτωρ τὸ β′, τὸ γ′ etc. sed longe illud aliud esse debet: nam a. 200–201. Severus fuit Αὐτοκράτωρ τὸ ια′ (Imp. XI.), ut constat ex nummis. Igitur Σεβαστὸς τὸ β′ videtur inde ab eo tempore dici, quo una cum Caracalla Augusto imperavit.

PARS QUINTA.

INSCRIPTIONES BOEOTICAE.

In harum inscriptionum ordine instituendo quum commodius videretur, quae essent ex eodem genere, eas omnes componere, nolui titulos secundum singulas civitates separare, sed universum numerum per classes disposui, easque septem. *Prima* continet *decreta et acta publica civitatum liberarum*, hoc est ante Romanorum imperium scripta; in iis habes etiam *catalogos publicos*. *Secunda* classe coniunxi *agonistica*, etiam donaria ob victorias oblata; *tertia donaria cetera diis oblata*, quibus addidi *donationes vel venditiones servorum*, qui ea donatione vel venditione *hieroduli* fiunt. In *quarta* classe habes *honores Imperatorum*; in *quinta honores magistratuum, sacerdotum, privatorum, etiam mulierum*, qui tituli maximam partem statuis subscripti Imperatorum aetate sunt; *sexta* classis comprehendit *epitaphia et singula nomina*, *septima fragmenta varia*. In classe prima primo loco habes decreta, uno excepto n. 1625. quod ut recentius in quintam distuli; initio posui proxenias, tum cetera decreta et recensus ac catalogos, in quibus postremi magna ex parte militares sunt. In secunda classe priores tituli ad musicos potissimum ludos pertinent, posteriores ad gymnicos: in utraque parte primae sunt donariorum agonisticorum inscriptiones; sequuntur catalogi. In tertia classe quae certis diis dedicata sunt, in principio collocavi, et post donariorum titulos servorum sive venditiones sive dedicationes. Quinta incipit a virorum, quorum aetatem tenemus vel coniicere possumus, titulis; quibus ceterorum virorum et mulierum honores addidi. In sexta praemisi ea, quae vel dialecti causa vel scriptura antiqua insigniora sunt (n. 1637-1651.), eaque secundum alphabetum disposita; reliqua, prout forma eorum similis est, eodem ordine composita deinceps sunt. Ne vero in diversorum titulorum interpretatione easdem res uberius explicare identidem cogerer, in ipso statim introitu ea ponere commodum visum est, quae uno tenore contexta facilius perspiciuntur: igitur de *dialecto Boeotica, de magistratibus Boeotorum*, postremo de *anno Boeotico*, quantum inscriptionum causa opus est, disputo.

INTRODUCTIO.

CAPUT PRIMUM.

DE DIALECTO BOEOTICA.

1. Aeolismus etsi permultis Graeciae populis communis est, apud quos pro varia caeli temperie et gentium admistione variam traxit indolem, aliam in Peloponneso, aliam in Thessalia, aliam in Boeotia, aliam in Lesbo et Aeolide Asiae, de quo ad n. 11. dixi; tamen ex Thessalia potissimum primitivi Aeoles derivandi sunt: Thessali enim, ut ait Heraclides Ponticus (ap. Athen. XIV. p. 624. C.), εἰσὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους Αἰολεῦσι μεταδόντες, non illi quidem Thessali proprie dicti, qui Ephyra ex Thesprotia profecti in campos Peneios descenderunt, sed qui ante hos eas regiones, quae postea Thessaliae nomen adeptae sunt, et maxime Phthiotidem habitabant, a Thesproticis equitibus partim subacti partim pulsi, Pelasgi Aeoles, quorum dicionem γῆν τὴν Αἰολίδα vocat Herodotus (VII, 176. cf. Müller. Dor. T. I. p. 65 sqq.). Ex qua terra quum sexaginta post Troica annis Aeolenses Boeoti (Αἰολεῖς Βοιωτοί) immigrarint in Boeotiam ab ipsis denominatam, qua de re rectissime egit Müllerus (Orchom. p. 391 sqq.), Boeotica dialectus Thessalicae affinis optimo iure est Aeolica: quamquam ut Thessalicus Aeolismus ex admista Thesprotorum lingua, ita Boeoticus ex priscorum Boeotiae incolarum sermone colorem traxisse videtur. Mox e Boeotia potissimum in Lesbum et vicinam Asiae oram plures sunt coloniae deductae e Boeotis et Achaeis, Aeolensibus utrisque, mistae (v. Plehn Lesb. p. 39 sqq.): hinc nata dialectus Aeolica ea, quam Asianam dixeris, conflata, ut opinor, e Boeotica et Achaica et fortasse vetustorum eius regionis colonorum dialectis: atque haec Asiana a grammaticis potissimum *Aeolica* vocatur, quippe Lesbia poesi celebrata. Quae quum ita sint, *Boeotica* lingua est quidem Aeolicae latiore significatu dictae pars, sed differt quum a ceterorum Aeolensium sermone, Thessalorum, Arcadum, Eleorum et aliorum, tum ab Asiana dialecto Aeolica, nisi quod haud pauca his sunt omnibus communia: itaque grammatici alia Aeolica, alia Boeotica, Thessalica, Arcadica vocant, et similiter cetera. Iidem Aeolismum, ut Dorismum, Ionismum, Atticismum, distinguunt vetustiorem et recentiorem: recentioris vero exemplum, quod §. 5. afferam, propinquum est Boeoticae dialecto. Nihilominus Boeotorum lingua vetustissimae Graecorum mihi videtur propior habenda, quam Aeolica Asiana, quae in peregrino

remotoque solo post longinquam demum est migrationem exculta: igitur in Boeotiis titulis quaedam supersunt Latinae linguae hucusque propria visa: quippe prisca Aeolica sive Pelasgica lingua, omnium Graecarum dialectorum vetustissima, qui honor antiquitatis falso nuper Doricae tributus est, una cum Germanica et Latina ante rerum memoriam ex communi manavit fonte. Accedit quod Spartana dialectus Boeoticae valde affinis est, cuius rei exempla aliquoties annotabo: quod potest documento esse utramque ex Thessalia prisca genuini Aeolismi patria allatam in posteras utriusque populi sedes esse. Sed antiquissima illa Graecae linguae forma inter paganos antiqui tenaces potuit ipsum cultiorem sermonem diuturnitate superare, ut in Italia rustica lingua multa videtur casca servasse, quae elegans non recipiebat Latinitas, et tamen ipsa ad formandam Italorum noviciam linguam aliquid contulisse. Ut enim Graeci in litteris paulatim desierunt peculiaribus gentium dialectis uti, quod in Boeotia circa Olymp. 130-145. factum videtur (v. ad n. 1583. 1584.); ita in agris non abrogata est vetusta dictio: quare quum obsolescerent litterae, potuerunt Thraciae, Macedoniae, Thessaliae, Boeotiae dialecti admisceri linguae communi, atque ad hanc corrumpendam una cum Latina barbarisque linguis conferre. Certe sicut Graeci nunc diphthongum *αι* pronunciant *ae* vel *e*, *ει* et *οι* vero *i*, ita Boeoti pro *αι* dixerunt *ae* vel *η*, pro *ει* autem *ι*, pro *οι* pronunciarunt *υ*, quae littera affinem litterae *ι* sonum habet: unde tantum abest, ut vetustos Graecos illas litteras ad noviciorum modum pronunciasse colligatur, ut etiam contrarium inde evincas, propterea quod illa ipsa pronunciatione ab reliquis dialectis distinguebatur Boeotica: at Boeoticae et hodiernae pronunciationis similitudo probabile reddit, e rustica vetusta natam esse recentem; in ipsa quin etiam syntaxi quaedam Boeotica videntur ad noviciam accedere linguam, ut *πὰρ τὰν πόλιν* pro *παρὰ τῆς πόλεως* (v. §. 18.). Hac de re monui iam olim Oec. civ. Ath. T. II. p. 394. Quo magis pretium visum de Boeotica dialecto, utpote et satis antiqua et recentissimae vestigia monstrante, agere paulo distinctius. Eius vero uberrimum fontem aperiunt *inscriptiones*, quibus utemur potissimum, quod ad has scribimus: harum autem aliae Boeotismum magis, aliae minus perfecte referunt, aliae lingua vel communi vel Doricis tantum formis variata compositae sunt: nos tamen utemur etiam iis, quae tantum singulas offerunt Boeoticas quasdam formas, ut inde illustremus Boeotismum; contra quae ab hoc recedere videntur exceptiones, earum exempla ex iis solis titulis petemus, qui aut vetustate commendabiles sint, aut Boeotica dialecto perfectiore insignes. Neque omittemus fragmenta *Corinnae*, poetriae Tanagraeae: haec enim sola, quantum memini, patria dialecto scripsit carmina, *ὁποῖα συνήσειν ἔμελλον Αἰολεῖς* (Pausan. IX, 22, 3.): quamquam hoc ad sola rettulerim melica, in quibus ipsis illa non omnes Boeoticae dialecti proprietates videtur admisisse (cf. §. 4. 5. 10.): epica eiusdem fragmenta, quantum ex tenuibus reliquiis iudicare licet, communem Dorismum referunt. Tertium autem Boeoticae orationis specimen praebet *Aristophanis* Boeotus in Acharnensibus (vs. 868-922. 958. 965.): sed aut sibi temperavit Aristophanes, aut textus magnopere immutatus est: omnia quidem ad Boeoticam formam corrigere, non satis tutum iudico. Postremo ubi occasio fert, etiam e *grammaticorum* notatis aliquid delibabo.

2. At priusquam ea referam, quae ex inscriptionibus potissimum petii, de *accentus* ratione monendum est, quam in signandis vocabulis secutus sum. Nam Aeoles, quorum pars Boeoti, ut Latinos et Germanos constat fuisse *βαρυντάς*: quippe hoc genus accentus collocandi graviori convenit ingenii conformationi: et quo quisque populus est antiquior vel antiquam magis retinuit indolem, eo maior illi inest gravitas, quem *κόμπον* dixit Olympiodorus philosophus, ubi Romanam accentus rationem ex gravitate huius gentis derivat, male ideo reprehensus a Bentleio et Reizio (vide Metr. Pind. I, 9. p. 55.). Ita Romani priscae gravitatis tenaces, ita Aeoles, quibus Heraclides Ponticus de Musica (ap. Athen. XIV. p. 624. E.) *τὸ γαῦρον καὶ ὀγκῶδες* tribuit, vetustam tenuerunt accentuum ponendorum normam, a communi matre traditam, dum Graecorum plerique oxytona plurima admiscent barytonis, velociremque sic et leviorem reddunt prolationem. Eximie hoc perspexit Scholiastes Dionysii Thracis (ap. Bekk. Anecd. T. II. p. 662. male hic quoque reprehensus ab alio): *Γινώσκειν δὲ χρὴ ὅτι τῶν Ἑλλήνων οἱ μέν εἰσι Δωριεῖς, οἱ δ᾽ Αἰολεῖς, οἱ δ᾽ Ἴωνες, οἱ δὲ Ἀττικοί. συμβεβηκυίας δὲ διὰ τούτων δηλοῦμεν ποιότητας. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τρόποις καὶ ἤθεσι διαφέρουσιν ἀλλήλων. δοκεῖ γὰρ τὸ Δώριον ἀνδρωδέστερόν τε εἶναι τοῖς βίοις καὶ μεγαλοπρεπὲς τοῖς φθόγγοις τῶν ὀνομάτων καὶ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ· τὸ Ἰωνικὸν δὲ ἐν πᾶσι τούτοις ἀνειμένον· χαῦνοι γὰρ οἱ Ἴωνες· τὸ δὲ Ἀττικὸν εἴς τε δίαιταν καὶ φωνῆς ἐπιτέχνησιν ἀεὶ διαφέρει· τὸ δὲ Αἰολικὸν τῷ τ᾽ αὐστηρῷ τῆς διαίτης καὶ τῷ τῆς φωνῆς ἀρχαιοτρόπῳ. διὰ τοῦτο καὶ τὴν βαρύτητα τῶν τόνων καὶ τὴν ψιλότητα τοῦ πνεύματος ἐζηλώκασιν.* Attamen non omnia vocabula apud Aeoles fuisse barytona exceptis solis monosyllabis, rectissime animadvertit Osannus (Syll. p. 183.). Primum enim dubitationem iniiciunt tot nomina propria Boeotica in communi lingua oxytona, quorum accentum a ceteris Graecis mutatum esse non videatur probabile. *Κωπὰς* quidem et *Ἐρχομενόν*, ut propria nomina distinguerent ab iisdem non propriis, etiam Boeoti dixerint; magis haesitaveris in aliis, quae ad vulgarem rationem potuerunt ab Atticis et ceteris Graecis deflecti, ut *Ἰσμηνός*, *Ἀσωπός*, *Ἑλικών*, *Κιθαιρών* (sicut *οἰνών*, *ἀμπελών*); *Θεσπειὰς* vel *Πλαταιὰς* omnino non attulerim, quum alia etiam forma fuerit *Θέσπεια*, *Πλάταια*, eaque antiquior: *Θέσπειαν* videtur etiam Corinna dixisse (§. 9.). Sed ipsa vox *Βοίωτος* videtur barytona Boeotis fuisse, si in textu Herodiani (l. c. §. 7.) acquiescendum: aeque indigenae oppidum Pomeraniae vocant *Strálsund*, ceteri Germani ut plurimum *Stralsúnd*. Deinde ut nos in compositis vocibus aliquot accentum servamus in ultima,

herbei, hinzú, ita vix arbitror Aeoles Boeotos dixisse ἐπίδει, οὔϑεν, sed ἐπιδεί, οὐϑέν. Neque in formis talibus, quales n. 11. reddidimus Aeolensibus, τοΐ, ταΐ, abiectum ab ultima accentum credideris. Certior res est in praepositionibus et coniunctionibus, qua de re postquam Bekkerus (ad Apollon. de pronom. p. 364. C. not. p. 454.), Osannus (Syll. p. 187.), alii monuerunt, errorem a me olim commissum correxi in commentatione de crisi Pindarica c. 42. (Act. Acad. Boruss. a. 1822. 1823.). Auctoritates grammaticorum maximam partem ab Osanno allatae sunt hae. Apollon. Dysc. de Synt. IV, 2. p. 304. Sylb. postquam de anastrophe et de praepositionibus sua natura oxytonis dixit: Διὰ τοῦτο καὶ ἐπεκτεινόμεναι συνέλκουσι κατὰ τὸ τέλος τὴν ὀξεῖαν, ὡς ἔχει ἡ ἐνί καὶ ἡ προτί. διὰ τοῦτο οὐδ᾿ οἱ περὶ τὸν Ἀριστοφάνη ἠξίωσαν βαρύνειν τὰ μόρια κατὰ τὴν Αἰολίδα διάλεκτον, ἵνα μὴ τὸ ἴδιον τῆς προθέσεως ἀποστήσωσι, λέγω τὴν ἀναστροφήν· εἰ γὰρ καὶ ἐβαρύνθησαν, ἀνθελκόμεναι ὑπὸ τῆς τοῦ ῥήματος συντάξεως ἢ τοῦ ὀνόματος ἐζήτησαν τὸ ἀμεῖψαι τὸν τόνον, καθ᾿ ἃς εἴπομεν αἰτίας. Ex quo loco non, quod ad solos Aristophaneos provocatur, hos solos ita statuisse colligitur; potius quum illud οὐδέ, ut Meierus adversus Hermannum animadvertit, adiectum sit verbis οἱ περὶ τὸν Ἀριστοφάνη, Apollonius notat *ne Aristophaneos quidem, nedum alios,* barytonas fecisse in Aeolica dialecto praepositiones; quodsi aliud voluisset grammaticus, scripsisset: διὰ τοῦτο οἱ περὶ τὸν Ἀριστοφάνη οὐδὲ κατὰ τὴν Αἰολίδα διάλεκτον etc. Cur vero *ne Aristophaneos quidem* dixerit, alia est quaestio, nihil ad nos: conieceris tamen Aristophanem, accentuum signandorum auctorem primum, in Aeolicis vocibus ut barytonis signandis longius progressum esse quam posteriores. Ni dices οὐδ᾿ οἱ π. τ. Ἀ. ἠξίωσαν nihil esse nisi καὶ οἱ π. τ. Ἀ. οὐκ ἠξίωσαν. Sed disertius idem Apollonius ac sine ulla restrictione de pronom. p. 353. B. καθότι ἀδύνατον πρόθεσιν βαρύνεσθαι, χωρὶς εἰ μὴ ἀναστρέφοιτο· οὐδὲ γὰρ Αἰολεῖς τὸν ἐπὶ ταύταις τόνον ἀναβιβάζουσιν. Herodian. Hort. Adon. p. 413. 20. Οἱ Αἰολεῖς φεύγουσι τὴν ὀξεῖαν τάσιν· πᾶσαν γὰρ λέξιν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρ᾿ ἡμῖν ὀξύτονον αὐτοὶ βαρύνουσι, χωρὶς τῶν προθέσεων καὶ τῶν συνδέσμων. Choeroboscus ad Theodos. Canon. Anecd. Bekk. T. III. p. 1203. πᾶσα γὰρ λέξις ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρ᾿ ἡμῖν ὀξυνομένη παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι βαρύνεται, οἷον Ἀτρεύς Ἄτρευς, σοφός σόφος, χωρὶς τῶν προθέσεων καὶ τῶν συνδέσμων· ἐπὶ τούτων γὰρ φυλάττουσι τὴν ὀξεῖαν τάσιν, οἷον ἀνά, κατά, διά, μετά, αὐτάρ, ἀτάρ, πρός (scribe προτί). Priscian. Gramm. XIV, 1. p. 977. Putsch. p. 583. Krehl. „Accentum habent praepositiones acutum in fine tam apud Graecos quam apud Latinos, qui tamen cum aliis legendo in gravem convertitur, nisi praepostere proferantur; quod Aeoles quoque, quamvis fugiant in fine acutum, in hac parte solent servare; quos in plerisque secuti in hoc quoque sequimur." Et deinde: „Nec mirum in hac parte orationis Romanos in fine ponere accentus, quamvis sint disyllabae, nec non Aeoles contra consuetudinem suam idem facere, etc." Haec praecepta et ipse in accentibus ponendis secutus sum, ideoque etiam καττό, καττάς etc. scripsi, quod praepositio sequenti annititur voci. Ceterum in iis titulis, quorum dialectus vulgaria admista habet, etiam in accentu ponendo remisi aliquid ab Aeolica severitate, maxime in nominibus propriis, ut n. 1583. de industria scripsi Κουζικηνός, Αἰολεύς, Κορωνεύς etc. alibique dedi Βοιώτυς, alibi Βοιωτοῖς, ut n. 1575. quamquam exigui haec res momenti est in monumentis, quorum sibi dialectus non satis constet. Etiam ubi circumflexus in ultima est ex contractione, ut in Ἑρμᾶς, non audeo ab ultima removere accentum; omnino vero nolui a vulgari norma nimium discedere, ideoque ne Φώκειος quidem et talia scripsi, sed Φωκεῖος (p. Φωκέως), licet priorem accentum ut Aeolicum tradiderint grammatici, ut Choeroboscus l. c. p. 1194. Etym. M. p. 189. 29. Quae inconstantia cui displiceat, poterit eam facile emendare. Equidem inhibui iudicium, quum apud Choeroboscum rursus Ἀχιλλίος dicatur Boeoticum.

3. Quae Boeoticae dialecto cum Dorica et Aeolica communia sunt, ea non memoro nisi rerum tenore flagitante: ipsas Boeotismi varietates ad simplices refero normas, ut illas inter se convenire et certa analogia comprehendi intelligas, neque admisceo aliena, in quibus comparandis sibi nonnulli placent. Dicam igitur ordine *de spiritu et littera digamma, de mutatione vocalium simplicium et compositarum et de contractione, de mutatione consonarum, de formis aliquot pronominum et praepositionum, de peculiaribus vocabulis et formatione verborum et nominum, de declinatione, coniugatione, syntaxi.* Primum etsi Aeoles fuere ψιλωταί (cf. p. 28. a.), tamen Boeoti *asperum spiritum* non videntur prorsus neglexisse: nam vel in his titulis ea aetate, qua spiritus asper scribi solebat, maximam partem recentioribus, supersunt scripti exempla, n. 1637. ΗΑΓΕΣΑΝΔΡΟΣ, n. 1642. Ἱππαρχία; praeterea ne de n. 1570. dicam, qui titulus hac in re nullius est momenti, n. 1569. siglum ⊦Ε docet ἕκατον, non ἔκατον pronunciatum esse. Sic Boeoti etiam ἱών p. ἐγώ (Apollon. de pronom. p. 324. C.), ut alia omittam. *Digamma* omnibus Graecis ab initio commune iure ab Hermanno ad Hymn. Hom. p. 91. Pelasgicum vocatur, idemque censuerunt alii: perperam tamen ille id, si figuram litterae spectes, Aeolicum, si usum et originem, Doricum dixit. Quovis respectu id priscum Graecum est: ut vero apud Aeoles et Dores potissimum haesit, ita Boeotis valde frequentatur tum in nominibus propriis tum in iis vocabulis, quae etiam apud Homerum et Pindarum, et partim in Latina Germanicaque lingua eo sono instructa sunt, et in aliis Graecis titulis eadem littera scripta reperiuntur; ab aliis tamen, ubi id ex Homerico usu exspectaveris, abest, ut ab ἕκαστος n. 1569. *a.* III. In nummis quoque habetur ΓΑΣΤ (Eckhel. D. N. T. II. p. 196.), credo a radice ἄστυ, et ΕΥΓΑΡΑ, ad quod statim redibo. In titulis quae reperio haec sunt.

Fάδων, nomen proprium ex coniectura n. 1574. 6. ἀπὸ τοῦ ἀδεῖν.

Fάναξ. Fαναξίων ex emendatione n. 1574. 4.

Fάρνων, viri nomen n. 1569. *a*. II. ex ἀρνός, ut ex ovibus Boeoti permulti denominati sunt. Sed n. 1593. est Ἀρνοκλεῖος.

Fείδω. Duo hinc derivata nomina ex emendatione dedi, Fιδήμων (Boeotice p. Fειδήμων) n. 1574. 21. et Fιδρίαο n. 1575. 3.

Fελατία, nomen urbis Phocicae, Fελατίη, Fελατιήῢ n. 1569. *a*. III.

Fέτος, Fέτια n. 1569. *a*. III.

Fίκατι, ut in tabulis Heracleensibus etc. apud Lacones βείκατι (cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 392.), n. 1569. a. III.

Fίσος, Fισοτελίαν n. 1562. 1563. *b*.

Fοῦ, Fοῖ ex emendatione n. 1565. Sic Apollonius de pronom. p. 396. C. postquam de Aeolico Fεός dixit: ὁμοίως καὶ Βοιωτοί. Κόριννα·

ευωνυμιης πηδεγον θελωσα φίλης ἀγκάλης εληστθη.

Cod. ευωνυμιης Κόριννα, quod Bekkerus transposuit; reliqua postquam idem quaedam praeivit, recte restituit Britannus Diar. class. Vol. II. Fasc. VIII. p. 584. sed praemittendum εὐωνουμίης, ab εὐωνύμιος: unde est εὐωνυμίως in Delphico titulo n. 1711. ut ἐπωνυμίαν χάριν ap. Pind. Olymp. XI, 78. ἐπωνυμίαν πόλιν Pyth. I, 30. ὁμωνυμίη νῆσος ap. Aristot. Epigr. Anthol. Palat. Iacobs. T. II. p. 750. Sic fragmentum hoc erit:

εὐωνουμίης πῆδα Fεὸν θέλωσα φίλης ἀγκάλης ἐλέσθη.

Fεόν, non Fέον dedi de industria. Vulgari lingua est hoc: εὐωνύμοις παῖδα ὃν θέλουσα φίλαις ἀγκάλαις ἑλέσθαι.

Fοικία s. Fυκία, Fοικίας ex emendatione n. 1565. Fυκίας n. 1562. 1563. *a*. 1564.

In *mediis vocabulis* digamma in vocibus ex ἀFείδω derivatis est n. 1583. ῥαψάFυδος, αὐλάFυδος, κιθαράFυδος, et tamen ᾄδω vel ἀΐδω n. 1579. 1580. Singulare est n. 1639. ΒακεύFας, ubi digamma quasi ex priori ευ repetitum videtur: sed contraria exempla aliquoties reperiuntur, Ἀλεύας (n. 1564. 1580.), Εὐάριος (n. 1583.), cui tamen affine videtur ΕΥFΑΡΑ, quod supra ex nummo attuli.

4. Pergo ad *mutationes vocalium simplicium*. Ex his *Alpha* nullam patitur mutationem: ἐνίκωσαν n. 1583. aut a νικόω, forma singulari, derivatur, aut scribenbum ἐνίκασαν, quae forma est in ceteris Boeotiae titulis et apud Corinnam. *Epsilon* ubi Dorice et Aeolice transit in α, idem patitur apud Boeotos, maxime in κὲ κά n. 1569. *a*. III. γὲ γά Aristoph. Acharn. 868. 906. 917. ἰώνγα apud Corinnam, τούγα p. σύγε (v. §. 7.); tum potissimum ante μ et ρ (ut τάμνειν, Fάργον et talia), Ἄρταμις n. 1595-1597. ἱερὸς ἵαρος (ut Ἱάρων n. 16. etc. cf. intt. Greg. p. 304.): ἱάρυ n. 1568. 10. ἱαρειάδδω n. 1568. coll. 1576. Ἱαροκλεῖος, Ἱαρώνυμος, Ἀρχίαρος n. 1563. *a*. 1579. 1569. *a*. I. Ἱέρεις tamen est n. 1575. Ante vocalem autem Epsilon in Iota transit, ut θεὸς θίος, quod Cretensibus tribuit Hesychius v. ubi θῖος scribitur, Boeotis Apollon. de pronom. p. 395. A. Sic θίος n. 1564. Θιόδωρος n. 1563. *c*. 1569. *b*. Δωρόθιος n. 1562. Θιόμναστος 1593. Τιμάσθιος n. 1575. θιοπροπίων 1593. Lacones σιόρ: et sic Boeoticum est Σιανορίδας n. 1574. νεὶ τὼ σιὼ ap. Aristoph. Acharn. 913. Porro ita χρέος χρίος n. 1569. *a*. I. Κλέων Κλίων, Κλιώνιος, Κλιῶναξ 1574. 1575. 1583. Νέων Νιώνιος 1574. Μνασέας Μνασίας 1575. Vidimus tamen Fεὸς apud Corinnam (§. 3.); eademque scripsit τεοῦς, non τίους, licet in hoc quoque ε in ι transisse doceat Apollonius de pronom. p. 355. C. καὶ ἔτι Κόριννα·

περὶ τεοῦς Ἑρμᾶς ποτ᾽ Ἄρηα πουκτεύει.

ἔστι καὶ ἡ ΤΙΟΥΣ, διὰ τοῦ ι, ἣν καὶ ἀναλογώτερον ἡγητέον, ἐπεὶ τὸ ε̄ εἰς ῑ μεταβάλλουσι φωνήεντος ἐπιφερομένου. Quo loco Corinnae versus ex Valckenarii correctione ad Theocr. p. 302. redditus est; sed cod. rectius αρευαπουκτευϊ: scribe Ἄρευα πουκτεύϊ. Nam Ἄρεια apud Corinnam scribere intutum est (§. 5.); et Ἄρευα Aeolicum esse docet Choeroboscus ap. Bekk. Anecd. T. III. p. 1340. cf. Maittair. de dial. p. 184. B. Illi τίους addendae formae eiusdem rationis τίος, τίω, τίως Apoll. p. 395. A. p. 356. C. ἁμίων et οὑμίων, hoc ex Corinna, p. 381. C. 382. B. Eodem pertinet ἰών et ἰώνγα pro ἐγὼ et ἔγωγε. Apollon. ib. p. 324. B. Βοιωτοὶ ἰών, ὡς μὲν Τρύφων φησίν, ὑφέσει εὐλόγῳ τοῦ γ̄, ἵνα καὶ τὰ τῆς μεταθέσεως τοῦ ε̄ εἰς ῑ γένηται· ἐπεὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου τὸ τοιοῦτον παρακολουθεῖ: deinde duo ex Corinna addit exempla, quorum prius sic scripseris:

μέμφομη δὲ κὴ λιγούραν Μούρτιδ᾽ ἰώνγα,
ὅτι βάνα φοῦσ᾽ ἔβα Πινδάροιο ποτ᾽ ἔριν.

De voce Μούρτις cf. §. 7. Ἰώνγα etiam Aristoph. Acharn. 906. ubi corrige spiritum. Simili modo natum ἀνέθιαν (§. 17.). Imprimis etiam in iis formis ε mutatur in ι, in quibus id apud Atticos vel evanescit vel cum sequenti syllaba contrahitur; unde nata est species Iota vacantis, quam removi ad n. 1564. et locis ibi citatis. Sic ὤν, ἐών, ἰών Boeotice, ut ἐούσης est ἰώσας n. 1563. *a*. *b*. 1564. ἔωσι ἴωνθι 1569. *a*. III. δοκέει δοκίει n. 1568. ἔτεα Fέτια 1569. *a*. III. Δαμοτέλεος Δαμοτέλιος 1569. *a*. II. Πραξιτέλιος 1593. Καλλιμέλιος 1573. Ἀλκισθένιος 1579. Ἀσκλαπιογένιος 1583. Πολυκράτιος 1579. Σωκράτιος 1583. Φιλοκράτιος 1575. Εὐάριος 1583. etc. item αὐλέων αὐλίων, ut αὐλίοντος n. 1579. 1580. ἀγωνοθετίοντος 1583. εἰλαρχιόντων 1588. Βοιωταρχιόντων 1565. θιοπροπίοντος 1593. μοραγίοντος 1574. πολεμαρχιόντων 1573. 1574. χοραγίοντες 1580. Sic etiam Lacones μογίομες, λυχνοφορίοντες etc. ap. Aristophan. Lysistr. 1002. 1003. Vulgatae tamen formae sunt n. 1576. Θεογίτωρ, εἰλαρχέοντες, Καλλικράτεος etc. et n. 1583. Πουθέαο. Non ad Boeotismi proprietatem referendum est πόλιος n. 1569. *a*. III. Ionibus commune. Ceterum, nisi ante vocalem, ε non mutatur in ι, auctore etiam Apollonio de pronom. p. 385. C. παρὰ Βοιωτοῖς οὐ μετατίθεται συμφώνου ἐπιφερομένου τὸ ε̄ εἰς τὸ ῑ. Neque ε Boeoti mutant in ει, sed quae pro hac mutatione afferri possint, aliter sunt explicanda (§. 5.).

5. *Eta* ubi in Dorismo et Aeolismo vulgo litteram Alpha substitutam habet, vel ubi primitiva forma hac littera instructa est, etiam apud Boeotos in α mutatur, ut Καφισός, Ἀθάνα, χοραγίω, νικάσας, Ἡρακλίδας, τᾶς etc. ubi vero Dores et Aeoles vulgo, etiamsi non constanter, retinent η, et ubi id ex ε natum est, Boeoti id mutant in ει, similiterque Boeotorum parentes Thessali, ut n. 1766. ὀνέθεικε, ἱερομναμονείσας, ἀρχιδαυχναφορείσας. Sic in Boeoticis titulis μὴ μεί n. 1569. *a*. III. ἐπειδὴ ἐπιδεί ib. μηνὸς μείνος 1569. μῆλον (ovis) μεῖλον, unde Εὔμειλος, Τιμόμειλος, Μνασίμειλος, Σαύμειλος 1569. 1575. Ἡρώδης Είρώδας 1574. Είρώδας 1583. quod est a nomine ἥρως; ἑβδομείκοντα 1571. Χαριτείσια 1583. Θειβεῖος 1583. ποείτας, αὐλείτας 1583. Εὐφίλειτος 1575. Χαρειτίδας 1578. Ἰσμει-

νίας, Ἰσμεινιάταο 1578. 1593. Ξενόκλεις 1575. Πασίκλειν 1569. Δαμοτέλειν ib. Ἀντιγένεις, Μενεκράτεις, Ἀντιφάνεις, Περιγένεις 1569. c. 1574. 1578. (cf. 1601.) 1583. συγχωρήσει συγχωρεῖσι 1569. a. III. ἀνέθεικα 1571. 1579. 1593. 1601. ἐπόεισε 1582. χοραγείσαντες 1579. Huc pertinet etiam εἶμεν pro εἶναι constans in his titulis, ut n. 1562 sqq. 1569. a. III. quod est pro ἦμεν: nam si esset pro ipso εἶναι, debebat ἶμεν esse (§. 9.). Similiter n. 1575. Ἱέρεις est pro Aeolico, certe Arcadico Ἱέρης; v. not. Contra Aeolicum μεὶς pro μήν (Suid. Zonar. Schol. Iliad. τ, 117. etc.), ut alia quae praeter rem admiscentur, huc non pertinet: hoc est enim e ΜΕΝΣ (mensis), ut θεὶς ex θένς, θέντος; licet Etym. M. Zonar. etc. Doricam litterae η in ει mutationem in ea voce sibi agnoscere sint visi. Boeoticam proprietatem illam tradunt etiam grammatici. Herodian. π. μονήρ. λέξ. p. 23, 27. Βοιωτοὶ δὲ τάρβειμι καὶ ποίειμι καὶ φίλειμι. Eustath. ad Odyss. β, p. 1442, 47. ὁ δὲ Ἡρακλείδης ὑποβάλλει Βοιώτια νοεῖν καὶ τὸ εἶμι καὶ τὸ εἰμί, ἐν οἷς λέγει ὅτι οὐδὲν τῶν εἰς μι περατουμένων δίφθογγον ἔχει ἐν τῇ παραληγούσῃ, ὅτι μὴ Βοιωτικὸν καθέστηκεν, ἤγουν εἰ μὴ Βοιώτιον εἴη. ἐπεὶ γάρ φησι δι' ἔθους Βοιωτοῖς μηδέποτε τῷ η χρῆσθαι ἐπὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως, ἀλλ' ἑκάστοτε εἰς ει δίφθογγον μετατιθέναι, διὰ τοῦτο καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τοῦ ει προφέρονται, τίθειμι, κίρνειμι, ἵστειμι (si hoc verum), καὶ πάνθ' ὁμοίως. καὶ τὸ εἰμὶ γοῦν τῆς αὐτῆς ἔχεται διαλέκτου. ὁ δὲ τοιοῦτος λόγος τοῦ Ἡρακλείδου βοηθεῖ καὶ τοῖς παραδιδοῦσι Βοιώτιον εἶναι τὸ τέθεικα καὶ τέθειμαι καὶ τεθεῖσθαι καὶ τεθειμένος καὶ τὰ κατ' αὐτά. Etym. M. p. 660. 51. ὀξύνεται καυστειρός· ὅπερ γίνεται κατὰ διάλεκτον Βοιωτῶν, ὡς τὸ τέθηκα τέθεικα. Cf. ἀγείοχα p. 9, 33. et alia. Ap. Aristophanem Acharn. 868 sqq. pauca huius usus supersunt exempla, Θείβαθεν, Θείβαθι, νεί (νή), ἀδικείμενος ab ἀδίκειμι; alia videntur reducenda ut neglecta a librariis, ut Ἰσμεινίας, Ἰσμείνιχος, γενείσεται p. γενήσεται, αὐλεῖται vel αὐλείτη p. αὔληται, μεὶ p. μή vs. 908. 911. et ibidem fortasse εἰ pro ἤ. In Corinna haereo: certe nullum ne in melicis quidem huius mutationis apud illam certum vestigium superest. Contra ap. Hephaest. p. 60. extat in illius fragmento προφανής (amovet tamen Herm. El. doctr. metr. p. 522.), μεγαλοσθένης est ap. Apollon. de pronom. p. 358. C. Sed ibid. p. 325. A. ἠδ' ἡρώων fortasse corruptum est: certe in promptu esse dixeris εἰρώων scribere. Ap. Apollon. p. 358. C. est etiam ὠνούμηνε, praecedente aoristo: attamen in hoc non η retentum videtur pro Boeotico ει: est imperfectum pro ὠνύμαινε: nam in aoristo exspectes ὠνούμανεν, ut ἔφανα. In titulis vere Boeoticis pauca sunt contraria, ut peregrinum Κουζικηνός n. 1583. Διογένην 1563. a. Τηλιδωρίων 1574. et ibidem Ϝιδήμων, quae per neglectum Boeotismi scripta videntur; contra nomina ab Ἡρακλῆς descendentia, ut Ἡρακλίδας, Ἡράκλιτος, excipi ratione videntur, quamquam ab Ἥρα est Εἱρόδοτος n. 1583. ex certa opinor emendatione. Alia ex parte notabilia sunt Κτεισίας n. 1573. et Θειλούθιος n. 1569. a. in quibus pro ει exspectaveris α. Sane Doricum est κτᾶσις: sed proclivis vox κτάομαι in temperatiore quidem Dorismo ad η est, et ipse Pindarus dicit κτήσασθαι, non κτάσασθαι, quippe quod ε in eo vocabulo aliquam habuit vim, quam monstrant formae κτέαρ, κτέανον (cf. Metr. Pind. p. 291.). Ita et ἔγκτησις est in titulis ad Dorismum attemperatis, ut in Thaumacensibus n. 1771. 1772. 1773. nam Laconicum n. 1334. non huc rettulerim. Θειλούθιος haud dubie descendit a voce θαλύσιος, etiam brevi α: quo magis Θαλούθιος exspectatur: sed ut in τέθηλα, adscitum est η et pro hoc ει; unde vulgaris forma est Θηλούθιος n. 1608. d. 1609.

Diphthongum ει non solum vocali η, sed etiam vocali ε et diphthongo αι substitui, possit aliquis ex quibusdam formis colligere: sed hae quoque ad hanc vocalis η in ει mutationem pertinent. Pro ε vulgaris linguae est ει in casibus vocabulorum in εύς et κλῆς exeuntium: Κορωνεῖος, Θεσπιεῖος, Πλαταεῖος n. 1593. Φωκεῖ n. 1569. (etiam in catalogo navium legebatur Φωκείων, vide Wessel. ad Diod. XVI, 23.), Φωκεῖας n. 1569. a. I. II. Χηρωνεῖα 1569. a. I. II. Ἡολεῖα 1564. Χαλκιδεῖα 1563. b. c. tum Ἀμινοκλεῖος 1563. b. Δαμοκλεῖος 1563. a. Ἰαροκλεῖος ib. Ἀρισκλεῖος, Διοκλεῖος, Νικοκλεῖος 1593. Πολυκλεῖος 1569. a. II. Sed haec formantur sic pro Κορωνῆος, Ἀμινοκλῆος etc. N. 1569. a. III. Ϝελατιῆϋ non retinuit η, quasi sit pro Ἐλατειῆϊ, sed est potius pro Ἐλατειαίῳ, prorsus ad Boeoticam analogiam. Communem formationem Λεβαδειέων a Λεβαδειεύς de industria retinui n. 1588. Mirum vero quod illam in ειος formationem Boeoticam non agnoscit Choeroboscus ad Theodos. Canon. p. 1194. ubi postquam antiquis Ionibus tribuit formam Ἀχιλλῆος, βασιλῆος, pergit: ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις Αἰολεῦσιν, ἀλλ' οἱ Αἰολεῖς προπαροξύνουσιν, Ἀχίλληος καὶ βασίληος· παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις Ἴωσι διὰ τῆς ει διφθόγγου καὶ ο, οἷον Ἀχιλλεῖος καὶ βασιλεῖος· ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τοῖς νεωτέροις Αἰολεῦσιν, ἀλλὰ πάλιν οἱ Αἰολεῖς προπαροξύνουσιν, Ἀχίλλειος καὶ βασίλειος λέγοντες· παρὰ δὲ τοῖς Βοιωτοῖς διὰ τοῦ ι καὶ ο, οἷον Ἀχιλλίος, βασιλίος. De accentu monui §. 2. extr. Iota hoc, non tamen Boeotis tributum, longum esse pronunciat Eustathius ad Dionys. Perieg. 386. Sed Choerobosci fidem superant hi tituli, in quibus semper est Κορωνεῖος, Ἀμινοκλεῖος et talia; cum titulis consentit is, quem Choeroboscus Aeolicum dicit, usus; et in hoc cum Choerobosco convenit Scholiastae Nicandri Ther. 764. Περσεῖος Aeolicum genitivum dicenti, male correcto a Sturzio ad Maitt. p. 184. B. Iam ut illud εἶος est pro ἦος, sic etiam μαντεῖα est ex μαντηΐα n. 1593. et eodem modo §. 12. explico verbum ἱαρειάδδω. Superest ει, quod videatur pro αι esse, ut in Ἀθανεῖος n. 1562. 1583. Ταναγρεῖος 1562. 1563. a. b. Θειβεῖος 1583. at in hac quoque terminatione ει est pro η, duplici Boeotismo. Nempe primum factum est Θειβῆος, Ταναγρῆος, quae habemus n. 1593. deinde quasi hoc non esset ipsum Boeoticum, novo molimine dederunt Θειβεῖος, Ταναγρεῖος etc. Cf. §. 8.

6. *Iota* non mutatur; quodsi pro χιλίαις est χειλίης n. 1569. a. III. pro ἰλαρχέω εἰλαρχέω 1576. 1588. haec non sunt Boeotis propria. *Omicron* in α transiens, ut Ϝίκατι, διακάτιοι n. 1569. a. III. Doricum est et Aeolicum. Apud eosdem Aeoles ο et ε commutantur, ut ὀδόντα ἔδοντα, ὀδύνας ἐδύνας, Ἀπόλ-

λων Ἀπέλλων (vide ad n. 1065. et cf. Greg. et intt. p. 597 sq. Maitt. p. 152. D. qui tamen ut solet miscet diversa), πρὸς πρές (intt. Greg. p. 585. Gramm. Meerm. p. 661. Lips.); sed in Boeoticis titulis haec mutatio sola duo propria nomina afficit, Τρεφωνίῳ pro Τροφ. n. 1588. ubi lectio certa (contra n. 1571. Τροφ. videtur esse), et Ἐρχομενός pro Ὀρχ. de quo iam olim disserui Oec. civ. Ath. T. II. p. 383 sq. Nempe indigenae antiquitus urbem suam vocarunt Ἐρχομενόν, exteri Ὀρχομενόν, quae scriptura est in Achaico titulo n. 1542. ut vicissim Κόρκυρα indigenarum est, Κέρκυρα ceterorum Graecorum: in Boeoticis titulis, etiam post Alexandrum Magnum, constanter scribitur Ἐρχ. n. 1564. bis, n. 1569. *a*. III. quinquies, n. 1573. 1593. ter, et in titulo Crissaeo n. 25. Nummorum vetustiores ΕΡΧ et ΕΡΧΟ, recentiores ΟΡΧ. Cf. ne plura, Eckhel. D. N. T. II. p. 196. Ἐρχομενοῦ etiam apud Pindarum Olymp. XIV, 4. codex Vaticanus. Porro ex antiquo usu a poetis frequentato Διόνυσος Boeotis est Διώνυσος n. 1579. 1580. unde Διωνύσιος 1569. *a*. 1577. Διωνούσιος 1573. Διωνουσίχιος ex emendatione n. 1574. Sed Διονύσῳ inter Boeoticas formas positum habetur n. 1601. Pro βοῶν etc. n. 1569. *a*. III. est βούων, βούεσσι, non mutatione τοῦ ο in ου, sed ex etymo. N. 1562. Διουσκορίδα habetur, pro quo Διοσκουρίδα vel Διοσκωρίδα exspectabas.

7. *Ypsilon* sive productum seu correptum post consonam, credo etiam post vocalem alia syllaba comprehensam, transit in ου, nulla mensurae mutatione: κούνες enim pro κύνες priorem brevem habet (Schol. Dionys. Thrac. p. 779. 31. cf. Herm. Emend. rat. Gr. Gr. p. 6.). Sic κάρουξ n. 1583. σούν, σούγγραφος, σουγχώρεισις, ἀργούριον n. 1569. *a*. ἀσουλία 1562 sqq. τούχα (non τιούχα) 1564. Θειλούθιος (§. 5.), Μουρίνα, Κουζικηνός 1583. Μουρτώ s. Μούρτω 1645. unde Μούρτιδα dedi in Corinnae fragmento (§. 4.), Πούθων, Πουθέαο, Πουθιάς 1593. 1583. 1597. Πούῤῥανδρος 1563. *a*. In Aristophanis Acharnensibus hoc non reperitur: certe ex nostro textu vs. 868. est τύλαν, 869. τύ, 870. ὑμές etc. Ex grammaticis et Corinna haec addo. Etym. M. p. 632. 51. οἱ γὰρ Βοιωτοὶ τότε πλεονάζουσι τῷ ῡ στοιχείῳ τὸ ō, ἡνίκα τὸ ῡ οὐχ ὑποτάσσηται φωνήεντι, οἷον κύνες κούνες, κῦμα κοῦμα· οὐ πλεονάζει δὲ τὸ ō, ἡνίκα ὑποτάσσηται, οἷον εὐνή, αὐλή. Apollonius de pronom. p. 324. B. 329. C. Boeotica affert τού, τούν, τούγα (σύ, σύγε); idem p. 379. C. Βοιωτοὶ μετὰ διφθόγγου τοῦ ōῡ: οὐμὲς (pro ὑμὲς) δὲ κομισθέντες, Κόριννα Ἑπτ' ἐπὶ Θήβαις: et p. 382. B. οὐμίων Βοιωτοί· τὸ δέ τις οὐμίων ἀκουσάτω, Κόριννα. Cf. Hesych. οὐμαί, ὑμέτεραι. Vidimus supra in fragmentis Corinnae λιγούραν, φοῦσα, ὠνούμηνεν, πουκτεύϊ; infra §. 8. apud eandem λιγουροκωτίλης; unde §. 3. in alio Corinnae versu dedi εὐωνουμίης. Ex eiusdem melicis Hephaestio p. 60. γλυκοῦ δέ τις ᾄδων, ubi Herm. El. doctr. metr. p. 521 sqq. γλουκοὺ ex libro correxit, et deinde δέ πού τις ἀοιδιῶν: libri ἀεῖδων, ἀηδών, αἰδών. In voce ultima certe digamma interponendum est. Τοὺ pro σὺ agnosco in fragmento ap. Apollon. de pronom. p. 373. B. ubi signandum: τού τε νῶε. Idem intellige ap. Herodian. π. μονήρ. λέξ. p. 11. 8. παρὰ μέντοι Βοιωτοῖς Ποτειδάων, τραπέντος τοῦ σ̄ εἰς τ̄. Κόριννα· Βοιωτοὶ τοῦδε μάκαρ Κρονίδη· τοῦ Ποτειδάωνος ἄναξ Βοίωτε. Lege:

⏑⏑⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑–⏑–⏑–⏑–⏑

τοὺ δέ, μάκαρ Κρονίδα, τοὺ Ποτείδαον, ὦ ϝάναξ Βοίωτε.

Βοίωτε correpta prima (cf. §. 10.), ut ap. Eurip. Iphig. A. 253. et Bacchylid. Fragm. 27. ubi cave longam putes admissam esse in fine trochaicae dipodiae. Apud Herodianum vox Βοιωτοὶ aut delenda est, aut ex nomine carminis corrupta. Ceterum ου pro υ etiam ad alios Aeoles propagatum est, ut Alcaeus ap. Priscian. dixit θουγάτηρ: et Lacones quoque δίφουρα pro γέφυρα, φοῦϊξ pro φύσιγξ (cf. Müller. Dor. T. II. p. 518.), ἀπέσσουα (Xenoph. Hell. I, 1, 23. ubi v. intt.), κουτάλα pro σκυτάλη, quod Doribus tributum Laconibus potissimum tribuendum esse ipsa vocis ratio docet in Laconicis rebus usitatae; porro Κονοουρεῖς sive Κουνοουρεῖς pro Κυνοσουρεῖς (vide Introd. ad Spart. tit. Class. I. p. 609. *b*. adde intt. Greg. p. 208. 388. 454.). In titulis Boeoticis pauca ab hoc recedunt usu. Τύχαν n. 1565. non huc rettulerim: etsi enim ibi retentum est ἀσυλίαν, id tamen decretum nimis iam declinat a perfecto Boeotismo. Sed Διώνυσος haud infrequens, n. 1579. 1580. 1599. Διωνύσιος 1569. *a*. et tamen rursum Διωνούσιος n. 1573. et credo Διωνουσίχιος 1574. *a*. item Λυσίδαμος 1569. *a*. et tamen ut videtur Λουσικράτιος 1569. *b*. Ἱαρώνυμος 1579. Πολυκράτιος, Πολυκλεῖος 1579. 1569. *a*. Postremo *Omega* per se et nulla praegressa contractione nullam subit Boeotis propriam mutationem: commune Aeolibus et Doribus est πρᾶτος in nomine Phocici mensis n. 1569. *a*. III.

8. Ex *diphthongis* considerandae veniunt αι et ᾳ (ῃ), ει, οι et ῳ, ου. Ex his αι, ᾳ (ῃ) prope exulat e Boeotismo. Tituli Tanagraei prisca litterarum forma insignes habent pro his AE diphthongum prorsus Latinam, n. 1599. Αἐσχρώνδας Αἐγιτ---, 1647. Πλαύχαε (Πλαύχᾳ), ut in iisdem Latino more OE est pro ΟΙ, ΩΙ. Hinc transitum eo, ut Eta sine Iota subscripto substitueretur τῷ αι, ᾳ et vulgaris dialecti terminationi η, quae Doribus sit ᾳ. Sic n. 1593. Ἠσχρίων, 1641. Ἠσχίνας; sic Αἰολέα Ἠολεῖα 1564. Δαμήνετος 1583. χῆρε 1648. Χηρωνεύς 1569. *a*. ἤγων pro αἰγῶν ib. III. κὴ pro καί 1562 sqq. 1569. *a*. contra non unquam, quod Rochettus Diss. archaeol. p. 93. aliique putabant, pro καὶ est κέ, ne n. 1570. quidem in titulo vulgari dialecto scripto. Pro terminatione αῖος Boeoti ῆος, ut Θειβῆος, Ταναγρῆος n. 1593. 1571. quo iterum mutato fit Θειβεῖος etc. (§. 6.). Eodem n. 1569. *a*. III. pertinet Ϝελατιήϋ, Ἐλατειαίῳ. Hac proprietate afficiuntur etiam flexiones, τᾳ τῆ 1569. *a*. 1571. Ἐλατείᾳ Ϝελατίῃ 1569. *a*. III. ἱππόται ἱππότη 1588. ταῖς τῆς 1593. διακατίης, χειλίης 1569. *a*. III. εὐεργέτης 1563. 1564. κεκόμιστη, ὀφείλετη 1569. *a*. III. ἀπογράφεσθη ib. δεδόχθη 1562. 1563. *a*. *b*. 1568. sine mutatione accentus. Eandem normam sequitur Corinna, apud quam πῆδα, εὐωνουμίης φίλης ἀγκάλης, ἐλέσθη (§. 3.); quo magis corruptum censendum παῖδα ap. Phrynich. p. 309. Lob. si tamen is locus

Corinnae est. Eadem ap. Hephaest. p.60. accentibus aliter dispositis:

μέγα δ' ἔμης γέγαθε πόλις
λιγουροκωτίλης ἐνόπης,

ubi Hermannus dativo opus esse vidit (Elem. doctr. metr. p.521.), sed proprietatis Boeoticae immemor fuit, quum hos putaret esse genitivos. Vulgo ibi ἐμή, Herm. ἐμῆς. Corruptum est Corinnae δονεῖται ap. Hephaest. ib. excipiendum fortasse δαίμων eiusdem ap. Apollon. de pronom. p.365. B. Addo locos aliquot grammaticorum. Herodian. π. μονήρ. λέξ. p.43, 27. ὡς τὸ παίω πήω λεγόμενον παρὰ Βοιωτοῖς, παλήω (παλαίω). Etym. M. p.32, 6. ἐπεὶ τὸ παλῆός, ἄρχηος καὶ Ἀχῆος Βοιώτιά εἰσι κατὰ τροπὴν τῆς ει (αι) διφθόγγου εἰς η, ὡς τὸ ὄρηος καὶ λύκηος Λακωνικά. Choeroboscus ad Theodos. Canon. p.1215. Ἔτι δεῖ προςθεῖναι ἐν τῷ κανόνι τῷ λέγοντι ὅτι φύσει μακρᾶς οὔσης τῆς τελευταίας συλλαβῆς οὐδέποτε τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἡ ὀξεῖα, ἤγουν οὐ προπαροξύνεται, ,,καὶ χωρὶς τοῦ η τοῦ γινομένου ἀπὸ τροπῆς τῆς αι διφθόγγου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς." τούτου γὰρ ἐπὶ τέλους ὄντος πολλάκις τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἡ ὀξεῖα· τὸ γὰρ τύπτομαι οἱ Βοιωτοὶ τρέποντες τὴν αι δίφθογγον εἰς τὸ η προπαροξύνουσι καὶ λέγουσι τύπτομη. Cf. Heraclid. ap. Eustath. ad Iliad. β, p.365. 27. et ibi allata e Choerobosco λεγόμενη, ποιούμενη. Choeroboscus ap. Bekk. Anecd. T. III. p.1187. οἱ Βοιωτοὶ ταῖς εἰς η ληγούσαις δοτικαῖς οὐ προςγράφουσι τὸ ι· τῆ Ἑλένη γάρ φασι καὶ τῆ Πηνελόπη χωρὶς τοῦ ι. In titulis rara contraria. N.1592. ubi Ἀθάνᾳ, non videtur Boeotice conceptus fuisse; de fragmento n.1679. ΧΑΙΡΡΟΝΕΑ satis antiquo iudicare non licet; n.1639. extat Βακεύρᾳ, 1573. Ἑρμαίω, 1583. Φωκαιεύς, Αἰολεύς, 1574. ὁπλίταις. Haec quidem de diphthongis αι et ᾳ. Sed etiam pro η eo, quod Dores non in ᾳ mutant, η ponitur, ut n.1569. a. III. πράττη p. πράττῃ. Quare n.1568. cave δοκίει putes coniunctivum δοκῇ esse, η mutato in ει, ut Θειβῆος p. Θηβαῖος: potius pro δοκῇ Boeoticum est δοκίῃ.

9. Diphthongus ει secundum normam Boeoticam transit in ι, etiam ante consonam: ἱράνα n.1563 sqq. Εὐγίτων, Ἀριστογίτων 1575. Διογίτων 1579. Θεογίτων 1576. Καλλιγίτων 1593. Θεόγιτος, Εὐγίτα n.1661. 1608. h. Παμπίραο, Διοπίθεις n.1575. Φιδίας n.1569. a. III. Ἀμινίας 1584. 1608. in vulgari dialecto, in qua hinc etiam Ἀριστίδης n.1611. haesisse videtur; Ἀμινόκλεις 1563. b. Δινίας 1593. Καβίριχος n.1584. inter vulgarem dialectum; Ἀριστοκλίδας 1593. Ἡρακλίδας 1583. Καλλικλίδας 1578. Δαμοκλίδας 1575. Δαρικός 1571. κίμενος, πλίονα, ἄρχι, ἀπέχι, ἐπιδεί, ἡ (εἰ) 1569. a. ἀσφαλίαν, ἀτελίαν, ϝισοτελίαν 1562 sqq. Ἄργῖος 1583. Ϝελατία 1569. a. III. et in terminatione adiectiva patronymica Ἀπολλοδώριος, Σαμιώνιος etc. (v. ad n.1574.) Mensis nomen Ἀλαλκομένιος n.1569. a. est pro Ἀλαλκομένειος 1608. e. quod vero ibid. c. g. in vulgari dialecto est Ἀλαλκομενήου, simili debetur confusioni ac Θειβεῖος (§. 5.). Nam pro Boeotico Ἀλαλκομένιος quum consuesset iam dici vulgare Ἀλαλκομένειος, hoc ipsum habuere pro Boeotico et dixerunt Ἀλαλκομένηος, ut scilicet communi uterentur forma, in qua est η pro Boeotico ει. Etiam n.1625. quod toties ι est pro ει, ut ἰς pro εἰς (veteres Boeoti potius ἐς dixisse noto §.13.), μαρτυρῖσθαι etc. videtur priscae pronunciationi originem debere. Πόλι, σουγχωρεῖσι 1569. a. 1571. alienum ab illa ratione τοῦ ει in ι mutandi, quippe Ionibus commune aliterque proinde explicandum. Ex grammaticis huc pertinet Boeoticum ὀπίττομαι seu ὁ πίττομαι (πίττομη), οὐ πείθομαι, ap. Hesych. et Phot. ac Phavorin.; ex Corinna πουκτεύϊ (§.4.); eadem quod Θέσπια pro Θέσπεια et producta et correpta paenultima dixit (Steph. Byz. v. et inde Eustath.), vix afferri potest. Apud Hephaest. p.60. δονεῖται in δονεῖτη mutandum censeo, retento ει, quod hoc est ex εε; in epico eiusdem Corinnae versu ap. Hephaest. p.9. in voce εὔδεις nihil novandum: in melico (cf. §.7.) Ποτειδάων habetur, quod et ipsum retinendum censeo, licet normae Boeoticae minus congruum. In titulis contraria fere haec sunt: Χειρίας n.1575. (nisi est pro Χαιρέας, ut Ταναγρεῖος, quamquam hoc vix crediderim), Κλεινίας 1579. 1580. Ἡράκλειτος 1575. Ἡρακλείδας 1577. μειλίχιος 1568. in cognomento numinis, ὀφείλω, δάνειον 1569. a. III. τεθεῖσας ib. σταθεῖσα 1569. c. δοκίει 1568. hoc non sine ratione; Ἀλεξανδρείας 1564. Φιλοκράτειος et alia adiectiva patronymica (vide ad n.1574.), ἀσφάλεια 1563. a. Formae a Λεβάδεια factae retento ει n.1569. c. 1575. 1588. non possunt in certis exemplis contrarii Boeotismo usus referri. Postremo post ι diphthongus ει in terminatione adiectiva in η transit, ut Καλλίειος Καλλίηος (vide ad n.1574. 19.). Ει in ηϊ solutum transit in εϊ, ut μαντεΐαν (§. 5.). In ε non transit ει: nam οὐμὲς s. οὔμες pro ὑμεῖς et talia diversae sunt rationis.

10. Pro diphthongo οι et ῳ, ostendente Tanagraei tituli n.1599. scriptura ΔΙΟΝΥΣΟΕ, olim fuit ΟΕ, ut κιθαρῳδὸν Romani pronunciant *citharoedum*; estque hoc simile usui τοῦ ΑΕ pro αι et ᾳ (§. 8.). Sed vulgo οι vel ῳ sequente consona et in fine vocabulorum mutatur in υ productum, ut αι et ᾳ sine discrimine in η; atque ut in formis η pro αι in terminatione recipientibus, ita etiam in iis, quae in οι desinunt, substituendo υ non afficitur accentus ratio. Sic οἰκία ϝυκία 1562-1564. Ἀγρυκίχιος 1574. ἄνυδος pro ἀοιδὸς in compositis n.1583. κατάλυπον 1569. a. III. Θύναρχος 1569. a. a θοίνη θύνα, ut Spartae θυναρμόστρια (v. ad n.1435.), τοὶ τύ, τύδε 1568. 1569. a. III. 1583. τῦ δάμυ pro τῷ δήμῳ 1562. 1563. a. b. 1564. 1568. τῦ ἰάρυ, μειλιχίυ 1568. τῦς ἄλλυς προξένυς 1562-1564. αὔτυ (αὐτῷ), αὔτυς 1562 sqq. 1569. a. Εὐθώλυ, ἵππυς, προβάτυς, ἤγυς, Ἐρχομενίυς 1569. a. Sic Boeotus est Ἀνεμύτας ap. Dem. de cor. p.324. ubi vide not. Bekkeri. Apollonius de pronom. p.364. B. Αἰολεῖς ἔμοι βαρέως, Βοιωτοὶ διὰ τοῦ υ ἐμύ (ἔμυ?) συνήθως, καθότι καὶ τὸ καλοὶ καλύ. Idem p.366. A. de οἱ pronomine: Αἰολεῖς σὺν τῷ F, et dein addit: Βοιωτοὶ συνήθως εἰς τὸ υ (sic Bekk. pro ε) μεταλαμβάνουσι. Eodem pertinet p.371. C. 2. ubi νῦ et ῦ scribendum Bekkerus monuit. Choeroboscus ad Theodos. Canon. p.1215. post verba §.8. allata: Ἔτι δεῖ προςθεῖναι· ,,καὶ χωρὶς τοῦ υ τοῦ μακροῦ τοῦ γινομένου ἀπὸ τροπῆς τῆς οι διφθόγγου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς." τούτου γὰρ ἐπὶ τέ-

λους ὄντος πολλάκις τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἡ ὀξεῖα· τὸ γὰρ Ὅμηροι τρέποντες τὴν οῖ δίφθογγον οἱ Βοιωτοὶ εἰς τὸ ῡ μακρὸν προπαροξύνουσι καὶ λέγουσιν Ὅμηρυ. Excipiuntur quaedam nomina propria, Elatiense Μενοίτας n. 1569. *a*. III. Δαμοτοίδας 1568. praeterea οι ante vocalem in eadem voce sequentem, ubi in omicron nititur sermo et pro οι solet etiam ο dici: ut constanter Βοίωτος in titulis, quippe quod hoc cohaeret cum vocibus βοώτης, βοωτεῖν, βοωτία, unde etiam οι breve haud rarum in illo vocabulo (§. 7.); item ποεῖτας pro ποιητής 1583. Etiam ωϊ, quod ceteri Graeci in ῳ contrahunt, Boeoti non mutant in υ, sed in οι. Etym. M. p. 224. 36. οἱ γὰρ Βοιωτοὶ τὸ ω̄ καὶ ῑ εἰς τὴν οῖ δίφθογγον τρέπουσι, τὸ πατρώϊος πατροῖος λέγοντες καὶ τὸ ἡρώϊος ἡροῖος. Cf. p. 770. 17. Causa haec est, quod ipsis omnino non ώϊ, sed όϊ fuit illud, quod in οῖ contrahebant: sive ut aliis verbis dicam, litteram longam ante vocalem corripiebant, ut etiam apud poetas ἡρῶϊος (ἡρόϊος) habetur. In aliquot titulis, ut n. 1579. 1580. 1588. 1593. prorsus non mutatur οι. Neque huius mutationis vestigium apud Aristophanem superest; ac ne apud Corinnam quidem in ipsis melicis, apud quam praeter Βοίωτε et Πινδάροιο (§. 7. 4.) aliam habentia excusationem, extat λευκοπέπλοις et βριμούμενοι s. βρεμόμενοι (Hephaest. p. 60.). Postremo diphthongus ου nullam Boeotis propriam patitur mutationem, sed transit in ω, ubi hoc fit ex Dorismo et Aeolismo, οὖσα ἴῶσα 1563. *a*. *b*. 1564. Εὔβωλος 1569. *a*. τοῦ τῶ, πολέμου πολέμω, ἐσγόνους ἐσγόνως. Sic etiam Corinna θέλωσα (§. 3.), ἱππίω ex emendatione Hermanni El. doctr. metr. p. 522. item Boeotus apud Aristophanem Acharn. ubi ω pro ου partim in libris servatum partim a doctis repositum recte est.

11. *Contractionis* usus rarus. Αω contrahitur in α, si contrahitur, ut τάων τᾶν n. 1569. *a*. III. et hoc τᾶν solum reperitur, non τάων, licet dicatur κατοπτάων etc. Κορᾶν dixit Aristoph. Acharn. 891. in verbis Boeoti. Ut vulgo εο in ου vel in ευ contrahitur, sic vulgatae contractionis τοῦ αο in ω apud Boeotos vices gerit contractio in αυ: unde Σωκράτειος, Σώμηλος est Σαυκράτειος, Σαύμειλος n. 1588. 1575. licet Σωκράτης sit n. 1583. Ulterius progressi Arcades fecerunt Ἀπολλωνίδαυ pro Ἀπολλωνίδαο (vide ad n. 1513.). Crasis κὴ ex κὴ ἤ (καὶ εἰ, κεὶ) extat n. 1569. *a*. III.

12. De *consonis* pauca dicenda sunt. Δ ante asperum in θ transit Aeolico usu in voce οὐθέν n. 1569. *a*. III. cf. Addenda ad n. 12. Θ in ττ mutatum reperitur, πείθομαι πίττομαι (§. 9.); idem in σ mutari paulo post monebo. Τ transit in π, πέτταρα, πετταράκοντα 1569. *a*. III. ut apud Aeoles πέσσυρες, ut etiam vulgatius πίσυρες, apud nos *vier*. Huc Hemsterhusius ad Polluc. T. II. p. 1059. referebat etiam Latinorum *petorritum*, quod tamen Varrone auctore Gallicae est originis. Pro Sigma et Zeta regnant in Boeotismo τ, θ, δ. Ut Dores et Aeoles ita Boeoti ϝίκατι, διακάτιοι n. 1569. *a*. III. n. 1571. 32. Ποτειδάων, τοὺ pro σύ (§. 7.), in derivatis τίν etc. (Apollon. de pronom. p. 365. B.). Pro στ dicebant ττ, ut in formula ἴττω Ζεύς Aristoph. Acharn. 919. Plat. Phaedon. p. 62. A. Epist. VII. p. 345. A. ἴττω Ἡρακλῆς Aristoph. Acharn. 868. Etym. M. Phavorin. v. ἴττω. Pro duplici σσ non solum in θάλαττα, quod Boeoticum dicit Ael. Dionysius ap. Eustath. ad Il. κ, p. 813. 6. constans est ττ, sed etiam ut apud Atticos in πράττω n. 1569. *a*. III. si vera lectio, atque adeo in ὅποττα n. 1564. Eodem refero n. 1568. κατασκευάττη, quod pro κατασκευάσσῃ esse videtur, non pro κατασκευάζῃ: neque enim in titulis reperio ττ pro ζ. Apud Aristoph. Acharn. 892. est ἐπιχάριττα, pro ἐπιχαρίζου auctore Etym. M. p. 367. 19. de quo varia commenti sunt interpretes: sed manifesto est aoristus imperativi, ex ἐπιχάρισσαι, estque aut ἐπιχάριττη scribendum, pro αι posito η, aut hoc η aliquando rursum est in α mutatum, ut similiter Θειβῆος secunda mutatione in Θειβεῖος: de qua re supra dictum est. Attamen etiam pro ζ duplex τ positum a Corinna esse, sed mutato prius in σσ, tradit Eustath. ad Iliad. κ, 572. p. 824. 27. φασὶν οἱ παλαιοὶ ὡς οἱ Ταραντῖνοι τὰ εἰς ζω λήγοντα ῥήματα βαρύτονα διὰ δύο σσ προφέρουσιν· οἷον σαλπίζω σαλπίσσω, λακτίζω λακτίσσω, φράζω φράσσω· ὅπερ ἡ Κόριννα φράττω λέγει Βοιωτικῶς. In titulis pro ζ est δδ, prorsus ut apud Aristoph. Acharn. 958. θερίδδεν: n. 1573. 1574. γραμματίδδω (γραμματίζω p. γραμματεύω), unde patet ἐπεψάφιδδε n. 1562. 1563. *a*. *b*. esse ἐπεψήφιζε, non quod in Atticis titulis frequentius, ἐπεψήφισε. N. 1568. ἱαρειάδδοντος manifesto est pro vulgari ἱερατεύοντος: nempe ut ab ἱερεύς formaveris ἱερεάζω, sic a Boeotico ἰάρευς, gen. ἰαρεῖος s. ἰάρειος, fit ἰαρειάζω, ἰαρειάδδω. N. 1576. ἰαρέαδδε videtur esse, non assumpto ει: quamquam lectio valde incerta est. Ceterum haec litterae ζ in δδ mutatio conferenda potissimum mutationi τοῦ στ in ττ: primum enim Aeolice videtur γραμματίσδω fieri, tum γραμματίδδω: quamquam ζ etiam in simplex δ mutatur Boeotice, Ζῆθος Δῆθος, ζυγός δυγός, quae cum Ζεύς Δεύς componit Choeroboscus ad Theodos. Canon. p. 1194. Etiam θ ponitur pro σ. Nam Θειλούθιος manifesto est Θαλύσιος; cur tamen hic non τ, sed θ assumatur, difficile dictu. Quantum intelligo, σ post ν in θ transit: igitur a θαλύνω fuerit Θαλύνσιος, Θαλούθιος, absorpto ν, ut fit in ὤν, ὄνσα οὖσα. Ac sane σ apud Boeotos in aliis exemplis transit in θ, ubi ν praepositum habet, non tamen semper, sed ubi Dorice transit in τ. Itaque pro οὖσα, primitive ὄνσα, non dicitur ἰῶθα, sed ἰῶσα, quod Dores dicunt ὦσα, non ὦτα: sed pro ὦσι Doricum est ἔωντι, Boeoticum ἴωνθι n. 1569. *a*. III. medium inter Doricum ἔωντι et Ionicum ἔωσι. Sic ἔχωνθι p. ἔχωσι, ἔχωντι, n. 1568. Tertium exemplum est ἀποδεδόανθι n. 1569. *a*. III. pro ἀποδεδόασι (sicut ἑσταώς, βεβαώς, τεθνηώς, πεποιηώς, quae potissimum Aeolica, Greg. Cor. p. 581.) s. ἀποδεδόαντι, ut ἑστάκαντι etc. (Greg. et intt. p. 324.). Rursum pro θ ante ι fit σ, sequente vocali, sed raro, n. 1574. Σιανορίδας p. Θεαν., σιώ ap. Aristoph. Acharn. 913. quod etiam Laconicum esse nemo nescit. Huic simile, quod δ ante ι vocalem vocali praepositam cum ipsa littera ι coalescendo fit ζ: unde natum ζα pro δια breve, ut in ζάθεος, ζάκορος, ζάπλουτος, ζαμενής (Maitt. p. 251. C.). Hoc vero aliquando etiam factum videtur, ubi in scriptura retine-

tur illud δια. Certe hinc expeditur hexameter Corinnae epicus ap. Hephaest. p. 9.

ἦ διανεκῶς εὕδεις· οὐ μὰν πάρος ἦσθα, Κόριννα,

de quo versu dixit Herm. El. doctr. metr. p. 54. secundum in διανεκῶς longam natura et origine esse negans merito. Corinnam pronunciasse ζάνεκῶς, vix est quod dubites.

13. *Pronominum* nunc et *praepositionum* formas aliquot apponam, etsi Boeotis non proprias, si paucissimas exceperis. Nam licet pronomina apud Boeotos multas habeant singulares formas, quod ex Apollonio satis constat, in titulis solum τύδε pro οἵδε, ut τὺ pro οἱ, memorabile est. Πρὸς Boeotis usu noto sonat ποτί, 1569. *a.* apud Corinnam quoque (§. 4.), ex cuius usu etiam apostrophum patitur, quod apud Pindarum non fit nisi certa condicione. Πεδά, *cum*, sequente genitivo est in eodem titulo, sed μετά, *post*, cum accusativo, licet etiam pro hoc Pindarus πεδὰ dicat Pyth. V, 44. Fragm. 94. Εἰς veteribus Boeotis est ἐς, quod patet e composito ἔσγονος; de scriptura ἰς monui §. 9. Ἐν pro ἐς ex usu cetera noto dubium tamen est n. 1571. sed idem frequens n. 1569. *c.* De eodem in compositione cf. §. 14. *Apocope* praepositionum haud rara est, καττάν, καττό, καττὰς n. 1593. 1569. *a.* καγγᾶν καὶ κατθάλατταν n. 1565. (quamquam contraria sunt n. 1562 sqq.), πὰρ τάν, πὰρ τᾶς n. 1569. *d.* Addo a περὶ derivatum πέρις pro πέριξ in titulo vulgari sermone scripto n. 1625. quod ut ἄμφις formatum est.

14. Multa fuisse Boeotis *peculiaria vocabula* potest vel ex manco Maittarii (p. 269 sqq.) specimine intelligi, cui addo maxime insigne βανὰ (γυνή) in Corinnae fragmento supra apposito (cf. Hesych. et Herodian. π. μονήρ. λεξ. p. 18, 25.), θρᾶνυξ (θρόνος) ex eadem ap. Choerobosc. Bekk. Anecd. T. III. p. 1381. Euphorioni θρῆνυξ; item τόνθων (Hesych.). In titulis pauca sunt Boeotis prorsus propria, et plurima formatione vel compositione potius quam radice singularia. N. 1571. videtur εἰλυτή, *volumen cylindricum*, haberi: n. 1595. est σωδίνα Lucina, ex σόος et ὠδίν. Haec sunt plane nova, nec minus verbum ἀφεδριατεύω n. 1593. Minime mirum ἔμπρακτος pro εἴσπρακτος n. 1569. *a.* III. siquidem ἐν pro εἰς satis notum est. Vix dubium n. 1625. ἔμπαντες p. ἅπαντες: quae forma etsi in titulo satis recente reperitur, videtur tamen valde antiqua esse: hinc omnino descendit ἔμπαν, ἔμπας, ἔμπα irregulariter formatum, quod est ὅμως; cui significationi affinis notio πάντως: utraque vero voce in explicando ἔμπαν, ἔμπας seu ἔμπης utuntur grammatici, ut Hesychius. Memorabile etiam ἔππασις seu ἔπασις. Ἔγκτησις γῆς καὶ οἰκίας s. οἰκιῶν frequentissime nominatur in proxeniae decretis, hoc est *possessio s. ius possidendi fundorum ac domuum in alia sive civitate sive civitatis parte atque ea est, in qua censetur possessor*: contra κτῆσις est vel generatim omnis possessio, vel in specie *possessio in ea civitate vel civitatis parte, cui accensetur possessor.* Hoc pridem intellexit Valesius Emendatt. IV, 9. dixitque de ea re quantum satis Valckenarius ad Herodot. V, 23. nec nisi quorum studia imperfecta sunt, hoc in dubitationem vocant. Idem discrimen κτήματος et ἐγκτήματος. Hinc etiam est in Attica ἐγκτητικόν, *vectigal quod pro possessione in alieno pago pendendum erat etiam civi*, nisi immunitas data esset (n. 101. cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 319.). Dorice vulgo pro ἐγκτήσει dicitur ἔγκτασις, sed reconditius est a πάομαι ἔμπασις. Hesychius: ἐμπάσεις, ἐγκτήσεις. Idem Rochettus in Delphico titulo n. 1693. reperire sibi visus est, ubi ἐμπράσεις putat in ἐμπάσεις mutandum esse: sed hoc ferri non posse ibi docebitur. Iam Boeoti longius progressi dixerunt ἔππασιν n. 1563. *a. b.* et ἔπασιν n. 1564. 1565. (ut etiam n. 1724. *b.* in Phocico titulo haud ambiguum est ἔππασιν), mire litteram ν assimilantes litterae π, ut fit in τ, κατέπεσον, κάππεσον, deinde etiam simplex π pro duplici ponentes, ut fit in κάπετον. Et illa quidem assimilatio etsi dura est, multoque durior quam ἐς τὸν in ἐττὸν mutatum, tamen non est durior quam ἔκλυσιν Cretice mutatum in ἔλλυσιν (Hesych.). Ex his potissima iam olim docui Oec. civ. Ath. T. II. p. 399. idem vidit Boissonad. ad Herodian. p. 39. et ex prioribus notarunt Rochett. Diss. archaeol. p. 75. Osann. Syll. p. 184. Porro pro ἔκγονος, vel fortasse potius pro ἔγγονος (cf. n. 91. 1335. et alia) in proxeniis dicitur apud Boeotos ἔσγονος n. 1562. 1563. *a. b.* 1564. Notabile n. 1570. *b.* in vulgari dialecto est τετράχμον. Cf. ibi not.

15. Addo singularia quaedam in *formatione verborum et nominum.* Munerum notiones in vulgari lingua verbis in εύω desinentibus significatae Boeotis exprimuntur verbis in ίζω et άζω formatis, γραμματίζω, ἱεράζω (§. 12.). A verbis in ίζω substantiva in ίκτας et ίγκτας (Aeolico accentu) formantur, ut Dorica φορμικτὰς et φορμιγκτάς, σύρικτὰς et συρίγκτάς etc. Sic in titulo Boeotice concepto n. 1585. σαλπίγκτας, et inter vulgaris dialecti verba n. 1585. σαλπικτάς, n. 1586. σαλπικτής. Sed σαλπιγκτής etiam in communi est usu (vide Poll. IV, 87. et alios). N. 1588. antiquo usu sunt ἱππόται p. ἱππεῖς. Ut pro substantivis in ξ exeuntibus Aeoles φύλακος, ἱέρακος, ἄνακος, γλαῦκος, quae ipso nominativo casu olim usitata fuisse docent nomina propria (intt. Greg. p. 592.), ita in Boeotico titulo n. 1569. *a.* III. quasi ab ἡ αἶγος formatur ἧγυς s. αἶγος: alius generis est αἶγα, de quo dixit Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 7. Pro συγγραφὴ dicitur ἡ σούγγραφος sc. βίβλος n. 1569. *a.* ut vulgo τὸ ἀντίγραφον, τὸ χειρόγραφον, sc. σύγγραμμα s. βιβλίον; convenit Plauti masculina forma *syngraphus* sc. libellus, de quo v. Lexica. In motione per genera n. 1570. *a.* notabile est ἀχρεία femininum. Deminutiva flexio Atticis potissimum usurpatur ίλος, ύλος, ιλλος, υλλος, conveniens nostrae *lein*: Boeotis imprimis frequentatur terminatio ιχος, nobis *chen.* Multa huius generis nomina propria ex variis Graeciae populis collegerunt intt. Greg. p. 290 sqq. propagata hac forma etiam extra Boeotiae fines, ut Athenis habemus Φρύνιχον, Μήτιχον, n. 120. Ὀλύμπιχον, si is titulus Atticus, ut cognominem Asiae dynasten (Polyb. V, 90, 1.), ut in Peloponneso Σωτήριχον, Ὀνάτιχον 1203. 1295. etc. Chalcide Τύννιχον, in Phocico titulo Πύρριχον, et alia innumera: plurima tamen exempla

sunt Boeotica. Sic ap. Aristoph. Acharn. 965. Boeotus Ismeniam vocat Ἰσμήνιχον (cf. vs. 869.), ut Amyntam Theocritus VII, 132. coll. 2. Ἀμύντιχον: Boeoti sunt Ἀγρύκιχος n. 1574. Ἀμφάριχος 1673. Θερσάνδριχος 1593. Καραΐχος 1573. 1575. Μελάντιχος 1573. 1577. 1590. Μύριχος, Μύῤῥιχος 1579. Polyb. XXIII, 2, 15. Ἐγειρίχα 1672. Σωσίχα 1608. *h.* Imprimis celebratae hae formae a locorum ac fluviorum et numinum nominibus: Ἀθάνιχος 1562. Ἀρήϊχος 1575. Ἀσώπιχος 1575. Pind. Olymp. XIV. Διωνούσιχος n. 1574. ex coniectura, Ἑρμάϊχος 1593. Θείβιχος 1577. Καβίριχος 1584. Plutarch. de gen. Socr. c. 30. Ὀλύμπιχος Polyb. XXVII, 1, 9. Schol. Pind. Pyth. III, 137. Ὁμολώϊχος 1577. 1590. Plutarch. Sull. c. 17. Σάμιχος 1574. 1590. 1608. *b.* Et huc fortasse pertinet etiam Καραΐχος, qui a numinis cognomine vocatus videtur eiusdem, ex quo mensis Κάρειος, ut Ὁμολώϊος est mensis et deorum cognomentum, unde Ὁμολώϊχος. Patronymica terminatio ωνίδης Boeotis est ώνδας, Παγώνδας, Ἐπαμεινώνδας etc. etsi hoc quoque ad Atticos aliosque propagatum, ut Χαιρώνδας, Χαρώνδας etc. Pro genitivo patris nomen designante Boeoti utuntur adiectivo patronymico in ιος s. ειος, ut Ἀπολλοδώριος (v. ad n. 1574.): cuius usus vestigium deprehendas etiam in Thessalico titulo n. 1766.

16. In *declinatione* et *coniugatione* quae peculiaria sunt, possunt magna ex parte e vocalium mutatione intelligi. Primae declinationis norma haec est: τίμα, τίμας, τίμη, τίμαν, plur. τῖμη, τιμάων, τίμης, τίμας vel ultima brevi τῖμας. Omisi dualem, quo Aeoles non magis quam Latini usi feruntur; neque eum *in declinatione* offerunt tituli Boeotici, licet n. 1579. 1580. copia eius fuerit. Sic etiam πολίτας, πολίταο, πολίτη etc. Ex his terminatio in άων Aeolibus et Boeotis tribuitur (Sturz. ad Maitt. p. 176. A.); etiam genitivus in αο Aeolicus et Boeoticus dicitur ab Etym. M. p. 11, 11. Boeoticus a Choerobosco ad Theodos. Canon. p. 1224. Δραχμάων habes n. 1571. πολιτάων 1568. κατοπτάων 1569. *a.* Frequentiores sunt genitivi in αο, Δαφίταο, Εὐμαρίδαο, Δαμοτοίδαο, Ἀντιχαρίδαο, Μενοίταο et alia quam plurima n. 1564. 1565. 1568. 1569. *a.* III. *b.* 1573. 1574. 1575. 1577. 1578. 1579. 1580. 1583. 1593. neque usquam aliter, nisi n. 1564. Ἀλεύα, quod tamen docui corrigendum esse. Secunda declinatio sic procedit: λόγος, λόγω, λόγυ, λόγον, et in plurali λόγυ, λόγων, λόγυς, λόγως. In tertia noto haec: πόλις, πόλιος, πόλι; ϝέτος, ϝέτιος, et in plurali ϝέτια, ϝετίων; Πολυκράτεις, Πολυκράτιος, accus. Πολυκράτειν, ut n. 1569. *a.* I. Δαμοτέλειν: et omnino littera ν in his formis assumitur constanter. Σαμίων, Κλίων, et talia faciunt Σαμίωνος etc. non Σαμιώνιος, quem aliorum errorem removi ad n. 1574. Porro Δαμόκλεις, Δαμοκλεῖος (vel Δαμόκλειος etc.), Δαμοκλεῖϊ; Ἠόλευς, Ἠολεῖος (vel Ἠόλειος etc.), Ἠολεῖϊ, Ἠολεῖα. Ex Δράκων Aeolicum est Δράκονος, si vere Choeroboscus ad Theodos. p. 1199. ego certe a Ϝάδων feci Ϝάδωνος n. 1574. ut Μένων Μένωνος, Μέλλων s. Μέλων Μέλλωνος s. Μέλωνος Thebanum nomen apud Xenoph. H. Gr. et Plutarch. Pelop. In dativo plurali Boeotis ut aliis Aeolensibus (Greg. Cor. p. 610. Schol. Iliad. α, 4. Tzetz. in Hesiod. Opp. et D. 238. et ad Iliad. p. 66.) duplicatur Sigma, ἄνδρεσσι n. 1579-1581. βόεσσι 1569. *a.* III. Χαρίτεσσι 1593. ut Ταναγρίδεσσι Corinna fragm. 2. ed. Wolf. Non tamen ἱππάδεσσι, sed ἱππάσιν est n. 1588.

17. In *coniugatione* ex inscriptionibus haec annoto. Praesens sic flectitur: ἔχω, ἔχις, ἔχι, in tertia plurali ἔχονθι; in coniunctivo ἔχω, ἔχης, ἔχη, tert. plur. ἔχωνθι. Cetera ad eundem modum. Optativus non reperitur; sed pro ἔχοις, ἔχοι fuit haud dubie ἔχυς, ἔχυ. In passivo dicebant ὀφείλομη, tert. ὀφείλετη. Solutas formas multas retinebant Boeoti, ut δοκίει p. δοκέει n. 1568. (non δοκῖ). Perfecti forma ἀποδέδοα, unde ἀποδεδόανθι, notata est §. 12. In aoristo primo, si §. 12. vere conieci, Aeolice duplicato Sigma pro κατασκευάσσῃ dictum κατασκευάττη: ut θέσσαν Aeoles pro ἔθεσαν. Sed Boeoti pro ἀνέθεσαν dicunt ἀνέθιαν (n. 1588.) eiecto σ ut in τύπτεαι, deinde ε ante vocalem mutato in ι. Dualem licet Aeolibus non frequentatum in coniugatione tamen habes, ἀνεθέταν n. 1580. Pro ειν infinitivus terminatur in ἐν; ut θερίδδεν (Aristoph. Acharn. 958.); pro αι etiam in infinitivis assumitur η, ut δεδόχθη, pro ναι autem μεν, ut εἶμεν n. 1562 sqq.

18. In *syntaxi* fere nihil singulare reperitur, nisi ὀφείλετη πὰρ τὰν πόλιν, *debetur ab urbe*, n. 1569. *a.* III. nisi malis *apud urbem* vertere: certe non dicitur κεκόμιστη πὰρ τὰν πόλιν, sed πὰρ τᾶς πόλιος. Minus insolens est κίμενος πάρ τινα n. 1569. *a.* I. II. et in titulo vulgari oratione scripto n. 1570. *a.* τὰς ἐγδόσεις ποιούμενοι παρὰ κατόπτας. Etiam vulgatius ἀπογράφεσθαι παρά τινα n. 1569. *a.* III. In titulo communi sermone scripto n. 1625. est ἐπὶ τῆς πόλεως pro usitato ἐν τῇ πόλει. Proprium Boeotis et Phocensibus est in epitaphiis uti praepositione ἐπὶ cum dativo: ἐπὶ Λαΐδι, ἐπὶ Ζήνωνι n. 1639. 1647. 1657-1662. et in Phocicis titulis n. 1739 sqq. ἐπὶ Ξενοβούλῃ, ἐπ᾽ Εὐθυδάμῳ, ἐπὶ Μάκητι, ἐπὶ Καλλοῖ etc.

CAPUT SECUNDUM.

DE MAGISTRATIBUS BOEOTORUM.

1. In magistratuum Boeoticorum recensu quum multum intersit nosse, qui foederis, qui singularum civitatum sive liberarum sive subditarum sint, videtur consilii ratio postulare, ut de *Boeotico foedere* praemoneamus pauca, de quo egerunt *Ste Croix* (sur les gouv. féd. de la Gr. p. 211-215.), *Drumannus* (Ideen zur Gesch. d. Verfalls der Gr. Staaten p. 437-440.), *Müllerus* (Orchom. p. 402 sqq. et in Encyclop. Scient. T. XI. p. 271.), *Klützius* (de foedere Boeotico, Berol. 1821. 8.), *Tittmannus* (Darstellung der Gr. Staatsverf. p. 693-707.), *Rochettus* (sur la forme et l'administration de l'état fédératif des Béotiens), *Krusius* (Hellad. T. II. p. 546 sq.). Boeotos igitur universos, quod eorum sedes olim,

Aeolum nomine vocatorum, in Thessalia fuerat, constat pro uno corpore censitos concilii Amphictyonum Pylaei fuisse socios (Tittmann. Amphictyon. p. 35 sqq.): quod ius etiam ex Octaviani Augusti instituto ita retinuerunt, ut duo illis competerent suffragia (Pausan. X, 8, 3.): eadem Boeotorum gens Panhellenum concilii, quod inde ab Hadriano floruit, etiam M. Aurelio Imp. fuit particeps (n. 1625. 26.). Quae quum ita sint, etiamsi disertis careremus testimoniis, Boeoticum foedus etiam tum qualicunque modo constitutum perdurasse colligeres, propterea quod Boeoti universi, non singulae civitates, illorum fuere conciliorum participes: sed praeterea n. 1625. M. Aurelii aetate diserte memoratur *τὸ κοινὸν Παμβοιωτῶν συνέδριον*; Pausanias IX, 34, 1. etiam suo aevo communem Boeotorum agi conventum significat; ac n. 1058. non ante Hadrianum, Boeotarches, qui tum vivebat, memoratur: unde foedus Boeoticum etiam tum superfuisse intelligitur: similiterque in Phocensi titulo n. 1738. M. Ulpius Damasippus dicitur *Βοιωτάρχης, πατρὸς Βοιωτάρχου*; quem M. Ulpium Hadriano non vetustiorem esse ex ipso titulo patet. Contra qui in Dodwelli titulo n. 1626. nominatur Boeotarches, antiquioris est aetatis, licet titulus non ante Aurelios scriptus sit. Sic etiam Phocicum concilium Pausaniae cogebatur aetate (cf. ad n. 1738.). Attamen nec recentiore hac aetate neque olim magna Boeotici foederis fuit vis, quod tum quidem vix species supererat libertatis, olim vero aut plurima ex Thebanorum, quasi dominorum, gerebantur potentia, aut ceteri Boeoti a Thebanis segregati alienas sequi partes solebant. Accedit, quod Olymp. 152, 2. (a. u. c. 583. a. Chr. 171.) distractum a Romanis Boeotorum concilium est (Liv. XLII, 44. 47. Polyb. XXVII, 1.): id tamen rursum coisse censendum est, propterea quod deleta demum Corintho Olymp. 158, 3. Boeotorum concilium cum ceteris Graecorum dissolvitur prorsus (Pausan. VII, 16, 6.). At tum quoque paulo post societas restituta est, docente Pausania (ib. 7.): *Ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον ἐτράποντο ἐς ἔλεον Ῥωμαῖοι τῆς Ἑλλάδος, καὶ συνέδριά τε κατὰ ἔθνος ἀποδιδόασιν ἑκάστοις τὰ ἀρχαῖα καὶ γῆν ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτᾶσθαι.* Communia Boeotici foederis sollemnia acta sunt in campo Coronensi ad templum Minervae Itoniae, in quibus etiam equestres ludi habiti sunt, cursu certantibus inter se Boeoticarum civitatum turmis (n. 1588.).

2. Foederis huius ab initio quattuordecim civitates participes fuisse non sine causa statuit Müllerus, ut putat *Thebas, Orchomenum, Lebadeam, Coroneam, Copas, Haliartum, Thespias, Tanagram, Ocaleas, Onchestum, Anthedonem, Chaliam, Plataeas, Eleutheras*. Ex his Klützius eximit Ocaleas et Tanagram, addit Chaeroneam, et dubitanter Oropum, Plataeis ad Athenas transgressis substituit Larymnam, olim Opuntiam; ceterum etsi hae sunt plures, tantum duodecim censet foederis urbes fuisse: Krusius ex Müllerianis eximit Onchestum, Ocaleas, Eleutheras, substituit Chaeroneam, Oropum, Larymnam. Et de prisca quidem aetate certi nihil statui potest; si quid tamen video, aetate belli Peloponnesiaci undecim fuerunt Boeotarchae pro totidem civitatibus: qui numerus videtur inde natus esse, quod ex illis quattuordecim tres in alienam cesserant potestatem, idque ita ut nullus pro iis sisteretur Boeotarches; quodsi ex illis undecim Boeotarchis duo sunt Thebani, id ita explico, ut Thebani alterum pro se, alterum pro civitate aliqua olim foederata, tum vero ipsis subdita miserint: nec si id ipsorum potentiae concessum statueris, inde colligitur, idem etiam aliis esse concessum, si qui aliam foederatarum olim urbium subegerant. Iam primum si quaeris, quaenam illae tres, quae exemptae sint, civitates fuerint, in illis esse *Plataeas* nemo negabit; quibus esse Larymnam substitutam, non credo: accesserat quidem Larymna Boeotis, sed fuisse eam ex iis, quae Boeotarchas mitterent, liberis civitatibus, non constat ex verbis Pausaniae (IX, 23, 4.), ad quae provocatur. *Eleutherae* essentne Boeotiae an Plataicae terrae accensendae, antiquitus dubitatum est; sed potuerunt eae olim, quum florerent necdum ad incitas redactae essent, una ex quattuordecim civitatibus esse; ut hac quoque urbe e foedere sublata minueretur numerus: aut si Eleutheras numquam statues liberam foederis civitatem fuisse, *Oropus* olim libera fuisse censenda, quae aetate belli Peloponnesiaci est Atticae: et hoc magis probo. Tertio loco procedat *Chaeronea*; haec si olim fuit libera, quam aetate belli Peloponnesiaci constat paruisse Orchomeniis, ac si Orchomenii, ex quo hanc tenebant, pro ea nullo praediti erant singulari suffragio, habebimus iam illas tres civitates ex quattuordecim demendas, *Plataeas, Oropum, Chaeroneam.* Quae sunt eo magis probabilia, quod postea *Plataeae* et *Oropus* et *Chaeronea* rursum fuerunt liberae foederis civitates; Eleutherae contra ita fuerunt debiles, vix ut pagi sustinerent locum, neque umquam posterioribus saeculis inter foederis civitates reperiuntur nominatae. Quaerendum igitur, quae fuerint undecim reliquae. Inter has fuisse Ocaleas cur statuatur non video: neque Onchestum liberam fuisse, sed Haliartiorum dicionis, notavit Krusius: Oropus vero ea aetate, de qua dicimus, belli Peloponnesiaci, fuit Attica. At septem foederis civitates ex Thucydide (IV, 93. coll. 91.) novimus has: *Thebas, Orchomenum, Haliartum,* in cuius terra prisca sunt sollemnia Onchestia s. Hippodromia, *Coroneam, Copas, Thespias, Tanagram:* itaque quattuor quaerendae supersunt, tres liberae, una, pro qua suffragium tulerint Thebani, ut supra conieci. Et primum sine cunctatione *Lebadea* addenda, princeps urbs ac rursus ab Olymp. 116. in foederatis; tum *Anthedon,* quae et ipsa ab eodem fere tempore foederis particeps fuisse intelligitur. Tertia fortasse *Chalia* fuit. Alterum Thebanorum suffragium potuit pro *Acraephia* retentum fuisse, oppido Ptoii Apollinis caerimoniis insigni. Nam Chalia certe posthac fuit libera; Acraephia et olim Thebana fuit (Pausan. IX, 23, 5.) et posthac libera. Hactenus de

antiquissimis temporibus et aetate belli Peloponnesiaci. Pelopidae vero et Epaminondae aetate et postea septem ut plurimum fuerunt Boeotarchae: quem numerum puto Boeotorum legitimum fuisse (§. 3.): hinc tamen ne colligas, septem tantum foederis urbes fuisse: potius ita tum videtur esse institutum, ut nullus esset certus urbium liberarum numerus, sed certus Boeotarcharum, binaeque vel ternae minores civitates singulos mitterent Boeotarchas per vices, et coniunctim uno gauderent suffragio; quod in Amphictyonico concilio pervulgatum, ut plurium civitatum societas uno praedita esset suffragio. Videntur autem septem quovis anno civitates misisse singulos Boeotarchas, octava scribam; una ex his, et sola credo semper Thebanorum urbs, praebebat archontem (§. 3.). Ita expeditur, quod octonarius numerus civitatum regnat in rebus Boeotiae publicis, nec tamen eaedem semper illae octo civitates sunt, idque temporibus non multum diversis. Primum enim quae post restitutas a Cassandro Thebas (Olymp. 116, 1.) communi foedere coniunctae esse dicuntur, hae sunt: *Thebae, Orchomenus, Lebadea* (quae etiam n. 1588. in Pamboeotiis celebrandis insignem locum tenebat), *Plataeae, Coronea, Thespiae, Chaeronea, Tanagra:* quae in magnis Daedalis Plataicis sortiebantur inter se quattuordecim simulacra, minoribus civitatibus in συντέλειαν assumptis (Pausan. IX, 3, 4.). Hae igitur octo illud ius in Daedalis magnis videntur proprium habuisse; in aliis rebus aliquando pro Lebadea et Chaeronea videntur *Anthedon* et *Oropus* stetisse: n. 1593. enim praeter Thebas, Orchomenum, Coroneam, Thespias, Tanagram, Plataeas, communes foederis magistratus mittunt Anthedonii et Oropii, non multo post Olymp. 116. Rursum n. 1542. inter Olymp. 125-152. Achaeis dati obsides Boeotorum octo reperiuntur, Plataeensis, Tanagraeus, Oropius, Coronensis, Thebanus, Haliartius, Orchomenius, Thespiensis: ubi desunt Lebadea, Chaeronea, Anthedon, quae in prioribus rebus commemorantur, sed reperitur *Haliartus,* cuius in prioribus non fit mentio: quod ex illa, quam significavi, ratione unice explicari potest. Et profecto Haliartum, donec deleretur, foederis civitatem liberam fuisse, patet etiam hinc, quod Haliartii in bello cum Romanis haud secus ac Thebani, Thespienses, Chaeronenses, Coronenses, ut sui iuris agunt (Liv. XLII, 43. 44. Polyb. XXVII, 1.). Porro *Copae* suam habent militiam et militares magistratus (n. 1574.): igitur has quoque illa aetate (post Olymp. 116. haud dubie) liberas fuisse censeo. Chaliensia decreta n. 1567. 1607. quod res actae ad Aegienses Achaeos et Amphissenses Locros simul pertinent, una cum Chaliensi archonte Aegiensem et Amphissensem praescriptum habent: quodsi *Chalia* tum non fuisset sui iuris, haud dubie praeter Chaliensem archontem archon eius civitatis, cui Chalia pareret, esset adscriptus: itaque etiam Chaliam iudico liberam fuisse a ceteris Boeotiae civitatibus. Accedit *Thisbe,* olim Thespiis subdita: ex qua quum memoretur Boeotarches Nicias (n. 1626.), haec quoque libera et foederi addita censenda. Iam *Acraephiae* civis Epaminondas Antoninorum aetate pro foedere Boeotico legationem obit (n. 1625.): quod non convenit in civitatis subditae civem. Postremo per aliquod tempus foederi Boeotico adiunxerunt sese *Megarenses* aetate Cleomenis III. Spartanorum regis, et circa Olymp. 146. vel paulo post rursum ab illo discesserunt (Polyb. XX, 6, 7 sqq.): at post Hadrianum fere debent illi foederi iterum esse accensiti, quod Megarensis vir qua talis tum fuit Boeotarches (Βοιωταρχήσας ἀπὸ τῆς πατρίδος τὸ β', n. 1058.). Difficilius est, quod M. Ulpius Damasippus Phocensis ex urbe Amphiclea, qui etiam Phocarches fuit, Boeotarchae munere functus est, atque ante illum etiam ipsius pater (v. inscr. Phoc. n. 1738.): quod aliter explicari nequit, nisi ut illi et Boeotiae et Phocidis cives fuerint, quod Graeco iure licet. Ceterum quae oppida et vici Boeotiae foederi non erant adscripti, aut in κωμῶν, qui Atheniensibus δῆμοι, numero censentur ac partem civitatis constituunt, ad quam pertinent, ut Cynoscephalae Thebarum (cf. nos ad Pind. T. II. P. II. p. 13.), aut cleruchis obtinentur, quod de Orchomeno a Thebanis aliquod per tempus possessa dicendum, aut sunt subditi et vectigales (συντελεῖς, σύμμοροι), de quibus vide nos Oec. civ. Ath. T. II. p. 370. et maxime Müller. Orchom. p. 403. Subdita tamen oppida, quantum ex aliarum civitatum comparatione iudicare licet, ne ipsa quidem suis destituta magistratibus, conciliis, concionibus erant, exceptis credo militaribus ducibus magistratibusque; eadem consentaneum est de rebus suis interioribus et minoribus potuisse decernere. Verum in titulis non reperiuntur alii quam foederis et civitatum tum liberarum magistratus: de quibus deinceps dicturus sum.

3. In *Boeotico foedere* (τῷ κοινῷ τῶν Βοιωτῶν) summae rerum praefuerunt olim *quattuor concilia* (τέτταρες βουλαὶ Thucyd. V, 38.), quae in unum si non concilium certe locum contracta sint necesse est: ad haec de rebus gravioribus referebant Boeotarchae: ceterum de iis accuratius nihil tenemus. Postea δᾶμος (n. 1565.) et βουλὴ καὶ δῆμος (n. 1570. *a.*) foederis memorantur, hoc est *concio* (ἐκκλησία) et *concilium et concio:* quippe concionem populi foederis uniuscuiusque constituebant cives, qui confluxerant, foederatarum urbium, ut apud Achaeos, ut apud Amphictyones, ubi concionem utpote sacram ii Graecorum constituunt, qui simul sacrificant cum Amphictyonibus vel sacrarum rerum et oraculorum petendorum causa advenerunt (Aeschin. c. Ctesiph. p. 515. Reisk.). Pro βουλῇ dicitur etiam συνέδριον, ut in singulis civitatibus (§. 4.), nisi quod βουλὴ magistratus quoque comprehendere videtur. Ita intellige n. 1625. τὸ κοινὸν Παμβοιωτῶν συνέδριον. In his vero concilii et populi conventibus communes Boeotorum res constituuntur: sic n. 1565. populus communem nominat proxenum, n. 1625. concilium Epaminondae Acraephiensi honores decernit, n. 1570. *a.* concilium et populus res Amphiarao sa-

cras ordinant. Summus foederis certe in speciem magistratus est *archon eponymus*, ἄρχων ἐν κοινῷ Βοιωτῶν n. 1570. ἄρχων Βοιωτοῖς alibi, fortasse semper Thebanus; n. 1593. certe Thebanus est *Samias;* praeter hunc novimus *Ctesiam* n. 1573. *Charopinum* n. 1573. *Stratonem* n. 1570. Hunc docti partim cum primo Boeotarcha, partim cum Boeotarcha certae cuiusdam civitatis, ut n. 1570. cum Boeotarcha Tanagraeo, postremo cum archonte singularum civitatum confuderunt; immo tantum erratur, ut Boeotarchae a singulis civitatibus missi et archontes earum civitatum habeantur pro iisdem, quum tamen pateat Boeotarchas esse foederis magistratus, non singularum civitatum. Sed ut redeam ad archontem foederis, is diserte distinguitur ab archontibus singularum civitatum n. 1573. 1575. Κτεισίαο ἄρχοντος Βοιώτυς, Ἐρχομενίυς δὲ Καραΐχω; Χαροπίνω ἄρχοντος Βοιωτοῖς, Λεβαδειείοις δὲ Κα - - όττιος, ubi non, quod visum, de Lebadensium Boeotarcha cogitandum. Rursum foederis archon a Boeotarchis diserte distinguitur n. 1565. ubi initio archon eponymus foederis scriptus erat, in fine Boeotarchae; atque etiam n. 1593. si οἱ ἀφεδριατεύοντες sunt Boeotarchae, de quo non licet dubitare, distinguitur ab his archon foederis. Praeter archontem, qui fortasse antiquioribus temporibus nondum exstabat, *Boeotarchae* (Βοιωτάρχαι, non Βοιώταρχοι) foederis fuerunt principes magistratus et copiarum socialium duces. Hos aetate belli Peloponnesiaci fuisse duodecim, ex Thucydide IV, 91. collectum est non sine quadam veri specie; nam unum ex illis nominaturus auctor praemittit: τῶν ἄλλων Βοιωταρχῶν, οἵ εἰσιν ἕνδεκα. Sed si reliquos praeter illum fuisse undecim voluisset Thucydides, dixisset ἦσαν, quod referretur ad τῶν ἄλλων Βοιωταρχῶν: nunc quum dixerit εἰσίν, refertur hoc ad solum Βοιωταρχῶν. Itaque undecim tum fuerunt Boeotarchae, quot statuit Schol. Thucyd. II, 2. qui numerus sane mirus quomodo videretur ortus esse, dixi §. 2. Ex his vero duos tum misisse Thebanos, patet ex Thucydide. Ad illum autem numerum accommodati Olymp. 152, 1. convenisse duodecimviri videntur (Liv. XLII, 43.); quos Boeotarchas, etsi fortasse non optimo iure, fuisse Livii monstrat contextus: duodecimum intellige scribam fuisse, de quo infra monebo. Ceterum si Boeotarchae creabantur (non enim creabantur semper, ut debebant), inde a Leuctrica pugna vel paulo prius fuerunt septem. Tot manifesto sunt n. 1565. tot οἱ ἀφεδριατεύοντες n. 1593. tot aetate pugnae Leuctricae fuisse docet Müllerus (Orchom. p. 404.) ex locis Diodori XV, 53. coll. 52. Pausaniae IX, 13, 3. neve numerum apud Diodorum falso computes, ex Pausania nota Epaminondam ipsum in his septem fuisse: neu censeas potuisse etiam plures esse, sed non nominatos, adverte septimum dici τὸν ἕβδομον, ut solet, ubi tantum septem omnino sunt, non ἕβδομον. Contra Pausanias X, 20, 3. ubi quattuor Boeotarchas nominat, dixit tantum eos, qui illi affuerunt expeditioni. At ille septenarius numerus non videtur e numero foederatarum civitatum pendere, sed antiquitus apud Boeotos sanctitatem quandam habuisse. Igitur ut Iones, Achaei, Amphictyones Pylaei duodecim habebant foederatas civitates, sancto apud illos duodenario numero, sic Boeoti ab initio bis septem videntur civitates constituisse; septem olim Calauriae Amphictyones, inter quos Boeotica Orchomenus (Oec. civ. Ath. T. II. p. 368.); septem Thespiis demuchi (Diod. IV, 29.); septem Thebarum portae. Iam hi septem Boeotarchae quomodo a civitatibus plus quam septem constituti viderentur, probabili fortasse coniectura docui §. 2. Pugnae Leuctricae aetate tamen Thebae miserunt duos (Tittmann. p. 699.): apud Plutarchum Pelop. 13. tres Thebani sunt Boeotarchae; sed eorum alia ac vulgo ratio est. Nempe tum foedus Lacedaemoniorum potentia dissolutum erat; Thebani vero rebellantes soli et ex arbitrio, non convocato concilio, sibi et Boeotis, qui ipsis accessuri sint, constituunt duces ex sua civitate lectos: unde nata est suspicio haud dubie falsa, Boeotarchas illos urbanos fuisse Thebanorum magistratus, quod statuere nullo modo licet. Post Olymp. 116. in titulo n. 1593. septem Boeotarchae, qui ibi sunt ἀφεδριατεύοντες, ex septem sunt civitatibus missi; Thebani vero praeter unum Boeotarcham sistunt archontem concilii; ut nomine magis quam re mutata vetus Thebarum praerogativa esse videatur. Contra apud Polybium (XXVII, 1.) Olymp. 152, 1. duos memorari Thebanorum Boeotarchas, Neonem et Hippiam, narratur falso: hi enim sunt partium duces, non magistratus foederis. Tantum de numero. Horum vero Boeotarcharum si non vis certe nomen ad ultima perduravit tempora: Thisbensis vir Boeotarches n. 1626. in titulo Antoninorum aetate vel paulo post scripto est quidem antiquior quam ipsum monumentum: sed n. 1058. est Boeotarches non ante Hadrianum, item in Phocico titulo n. 1738. Magistratus autem annuus est; muneris initium ab anni civilis principio (Plutarch. Pelop. 24.). Communem porro foederis *scribam* novimus ex n. 1593. ibi Plataeensem, isque haud dubie magistratus est, ut scriba foederis Achaici, ut Athenis scribae Senatus et Populi, non minister: praeterea novimus *theorum* (τὸν μαντευόμενον) indidem. Alios foederis magistratus non reperimus; certe nulla supersunt de iis idonea documenta: quae a communibus foederis magistratibus geri non possent negotia, mandata praesidentis civitatis, hoc est Thebarum magistratibus esse, conieci ad n. 1570. *a.*

4. In *unaquaque Boeotiae civitate*, qualiscunque fuit imperii forma, sive oligarchica sive popularis, *concilium et populus* (βουλὴ καὶ δῆμος) locum habuerunt: sic βουλὴ καὶ δῆμος Θηβαίων in Philippi epistola ap. Dem. de cor. p. 283. extr. plura praebet Tittmannus p. 377. In titulis vel simpliciter ὁ δᾶμος nominatur, n. 1562 sqq. qui mos videtur antiquior, vel ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος, ut Thebarum 1632. 1634. 1636. Thespiarum 1630. 1633. Coroneae 1615. 1616. Chaeroneae 1620. 1635. Thisbae 1626. Acraephiae 1625. 84. In titulo n. 1608. Chae-

roneae habetur *synedrium*; in Acraephiensi n. 1625. nominantur archontes et synedri vs. 41. 71. quos coniunctos patet eosdem esse ac vs. 85. βουλήν: igitur puto βουλήν et συνέδριον fere idem esse, nisi quod βουλή etiam archontes comprehendit, qui distinguuntur a synedris. *Concionem* Thebanorum Herodotus (V, 79.) vocat ἁλίαν, Demosthenes (de cor. p. 299. 1.), Plutarchus (Pelopid. 12.) ἐκκλησίαν: Chaliensium ἐκκλησία ἔννομος est n. 1567. In comitiis ut Athenis populum in suffragium mittebat magistratus (ἐπεψήφιζε n. 1562. 1563. *a. b.* qui tituli Tanagraei sunt); igitur *proedri* quidam ut Athenis constituti erant: sententiam dicunt alii (n. 1562 sqq.). Anni designantur ex *archonte eponymo*, primo in speciem magistratu uniuscuiusque urbis, qui et a Boeotarcha, quem miserit ea urbs, et a foederis archonte distinguendus est: quod nescio quomodo fugit Rochettum p. 19 sqq. Sic *Thebis* est archon sortitione creatus (κυαμιστὸς ἄρχων Plutarch. de gen. Socr. c. 30.), prorsus ut Athenis inde a Clisthene, nomine *Cabirichus*, alius *Callicrates* n. 1576.; *Orchomeni Aleuas* 1564. *Damotoedas* 1568. *Thynarchus* 1569. *a.* *Caraichus* 1573. *Timon* 1579. *Athanias* 1580. *Mnasinus* 1583.; *Lebadeae* 1575.; *Tanagrae* 1562. 1563. *a. b.* hic *Aminocles*; *Thespiis Metrodorus* 1585. *Aur. Museros* 1586.; *Copis Melantichus* 1574.; *Chaeroneae Zoilus, Diocles, Euander, Patron, Antigon, Philoxenus, Caphisias* 1608. *Empedon* 1609.; *Plataeis* (Plutarch. Aristid. 21.); *Chaliae Xenon* 1567., *Alexinus* 1607.; *Acraephiae Antias* 1587.

5. Ut Athenis ita in Boeotia, licet eponymi archontis summus fuerit honos, tamen aliorum magistratuum maior fuit potestas in civitatibus singulis: omninoque principes fuisse videntur *polemarchi* (πολέμαρχοι n. 1569. *a.* non πολεμάρχαι), qui ubicunque cum aliis coniunguntur, primum occupant locum, si archontem eponymum exceperis. Eos omnibus Boeotiae liberis urbibus communes fuisse patet; novimus *Thebanos* (Xenoph. Plutarch. ll. cc. infra), qui etiam n. 1570. *a.* intelligendi videntur, *Thespienses* (Plutarch. Demetr. 39.), *Orchomenios* n. 1569. *a.* 1573. *Copaeos* n. 1574. Etsi vero a bello sunt denominati et Atticis possunt strategis comparari, tamen domi magnam habuerunt vim; Thebis quidem aliquamdiu hominum prehendendi et in carcerem coniiciendi potestate praediti erant, quod docent Xenophon Hist. Gr. V, 4, 8. ed. Schneid. Plutarchus de gen. Socr. c. 32. quam rerum Thebanarum partem narrans Nepos personatus Pelop. 2. 3. pro polemarchis *maximum magistratum* dicit. Expeditionum vulgo non erant duces: hoc est enim Boeotarchae, certe ubi foederatorum convenerat exercitus: neque ut Spartae morarum fuerunt praefecti, quum moragus cum ipsis commemoretur n. 1574. Nam quod ad Xenoph. Hist. Gr. V, 4, 51. hac in re provocatur, nihil est: ibi enim Laconici polemarchi morarum duces sunt, non Boeotici. Sed domi certe rebus militaribus, etiam delectui praefuerunt; quapropter n. 1574. hoplitarum praescribuntur catalogo. Nec dissimile veri, ut Athenis polemarchum, ut Romae Praetorem peregrinum, ius eos peregrinis dixisse: unde paulatim potuerunt eo potentiae accedere, ut prehendere maleficos iis liceret, sicuti Athenis undecimviris. Postremo etiam rebus pecuniariis immixti sunt: nam n. 1570. *a.* cum polemarchis et catoptis hierarchae templi aurum et argentum factum tradere iubentur iis, qui vasis reficiendis constituti erant, triumviris; cum iisdem polemarchis et cum synegoris hierarchisque illi triumviri debent de conficiendis vasis deliberare, et vas aureum, postquam factum fuerit, hierarchis appendere una cum polemarchis et catoptis: n. 1569. *a.* I. II. Orchomeni quaestor cum polemarchis et catoptis solvit debita et delet syngraphas. Quodsi apud Xenophontem (Hist. Gr. V, 4, 5. ubi cf. Schneider.) in historiola, quae varie narratur, vera est lectio τὸ προταμιεῖον τοῦ πολεμαρχείου, habuerint etiam aerarium, ut Athenis ὁ ταμίας τῶν στρατιωτικῶν et qui ante hunc bellicos sumptus potissimum erogabant Hellenotamiae. Polemarchorum numerus ex scriptoribus definiri nequit, nec satisfacit Schneiderus ad Xenoph. Hist. Gr. V, 4, 2. qui polemarchos confudit cum Boeotarchis. Ni fallor, fuerunt sex, quot numero in titulis Orchomenio n. 1573. et Copaeo n. 1574. Nam in utroque titulo singula nomina iudico singulorum esse hominum, ut n. 1565. in Boeotarchis; neque inde, quod scribae nomini patris additum nomen est, idem colligas ad polemarchos in illis esse titulis transferendum. *Scriba* polemarchorum in rerum civilium et bellica administratione necessarius habetur Orchomeni n. 1573. Copis 1574. Thebis ap. Xenoph. l. c. 2. Plutarch. Pelopid. 7. de gen. Socr. 4. ex quorum narratione patet non magistratum eum esse sed ministrum. Hunc clavem aerarii polemarchorum servasse ex Xenophonte falso collectum est. Militarium copiarum duces in singulis civitatibus reperio hos. Gravis armaturae peditibus praeest *moragus* Copis n. 1574. unus, credo quod una tantum Copaeorum mora fuit; ubi plures morae, plures fuerunt moragi. Equitatum, quo pollebant Boeoti, ut apud Athenienses ducebant *hipparchi*; unus hipparchus est Lebadeae (n. 1575. extr. 1588.). Sub his sunt *ilarchi* tot quot ἶλαι, qui Atheniensibus phylarchi; Lebadeae sunt duo (ll. cc.), Thebis quattuor ut videtur (n. 1576.).

6. Peculiares Boeotis magistratus sunt κατόπται. Hi cum polemarchis, quibus omnibus locis postponuntur, Orchomeni adsunt quaestoribus in debitis solvendis et tollendis syngraphis (n. 1569. *a.* I. II.); Thebani ut videtur catoptae in decreto foederis n. 1570 *a.* intelligendi sunt, ex cuius mandato cum polemarchis et catoptis hierarchae debent vasa templi tradere, et traditorum apud catoptas, et apud hos solos, rationem reddere (ἀπολογίσασθαι τὰ παραδοθέντα πρὸς κατόπτας); qui ea vasa reficienda curant triumviri deliberare deinceps de refectione cum polemarchis et aliis iubentur, non tamen cum catoptis: at opus faciendum triumviri locant apud solos catoptas (τὰς ἐγδόσεις ποιούμενοι τῆς τε ἐργασίας καὶ τῆς ἐπισκευῆς παρὰ κατόπτας), et aureum vas, ubi

factum fuerit, debent una cum polemarchis et catoptis appendere hierarchis; postremo impensarum in opus faciendum erogatarum quaestor rationem reddit apud solos catoptas (ἀπολογισάσθω πρὸς κατόπτας). Iam κατόπτης vulgo est *explorator*, ut apud Herodotum et Dionysium Halicarnassensem; unde glossae Hesychii, Suidae etc. qui utuntur interpretamento κατάσκοπος, ἐπιτηρητής: sed in magistratus nomine verteris *inspectorem et revisorem*. Itaque vox similis est atque apud Spartanos ἔφορος, quacum eam contulit Rochettus Diss. archaeol. p. 98. vis tamen muneris sane diversa fuit. Nam videmus catoptas in rebus potissimum pecuniariis adesse magistratibus eosque observare (ἐπιτηρῆσαι), ne quid inique agatur, ut in auro et argento tradendo, in locatione operum, in debitis solvendis: simul soli accipiunt rationes. Quapropter eos logistis Atticis comparavit Osannus Syll. p. 185. 215 sq. quod omnino probo; simul tamen euthynorum obibant munera, hoc est *revisorum*: quod ut certius facere possent, in tradendis et solvendis pecuniis et in locationibus operum adsunt magistratibus. Aerario reipublicae praefecti sunt *quaestores* (ταμίαι), quales Orchomeni habemus n. 1569. *a*. I. II. Plures eodem anno fuisse monui ad n. 1569. *a*. I. qui videntur ut Athenis ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων collegium constituisse, et negotia inter se esse partiti: qui quoque tempore praeest, n. 1570. *a*. dicitur ταμίας ὁ προάρχων, hoc est Attica dictione ὁ πρύτανις τῶν ταμιῶν. Ab his distingue n. 1570. *a*. τὸν συλλογέα, non reipublicae magistratum sed templi officialem, de quo vide §. 7. Addo ex eadem inscriptione συνηγόρους τῆς πόλεως, Thebanae ut videtur; hi de vasis reficiendis deliberant cum triumviris ei negotio constitutis ac polemarchis et hierarchis, nec possunt alii esse nisi syndici quidam civitatis, quales Athenis fuerunt partim sorte partim manuum sublatione creati (Schömann. de comitt. p. 108 sq.). Alios reipublicae magistratus non reperio memoratos, nisi sacrorum ludorumque praesides, de quibus dicam §. 7. et Thespiensium demuchos (§. 3.). Demiurgos removi ad n. 1567. Demarchum Thebanum ex n. 1576. per errorem attulit Tittmannus p. 377.

7. *Sacerdotes* (ἱερεῖς) etsi Boeotis non sunt civitatum eponymi, tamen in actis publicis hinc inde annuus sacerdos vel post archontem vel simpliciter inscriptus est, ea sola de causa, quod res, quae agitur, cum sacris iis coniuncta est, quae ille administrat sacerdos. Sic n. 1568. Orchomeni habetur Iovis Milichii sacerdos, qui simul legem rogat; n. 1570. *a*. sacerdos Amphiarai prope Oropum; n. 1576. Thebanus dei cuiusdam; n. 1587. Iovis Servatoris Acraephiae; n. 1593. Gratiarum Orchomeni; n. 1603. mulier sacerdos Iunonis Reginae Lebadeae. Praeter hos memorantur sacerdotes viri pentaëteridis Basiliorum Lebadeae n. 1603. et Isidis et Anubidis apud Thespienses n. 1633. mulieres Dianae Chaeroneae sacerdos n. 1635. et ὑποζάκορος nescio cuius numinis Thebis n. 1634. *pyrphorus* Museorum Thespiensium, quantum intelligo, n. 1586. et θεοπρόπος, interpres ut videtur oraculorum Orchomeni n. 1593. Ab his sacerdotalibus muneribus distinguendi sunt *hierarchae* n. 1570. *a*. ubi de Amphiaraïo Oropio agitur. Hi templi donaria hinc inde sparsa in aede servant ἐν παραδοσίμοις: itaque templi officiales sunt et funguntur eo munere, quod Athenis est ταμιῶν τῶν ἱερῶν χρημάτων; sed nomen ipsum docet latius eorum patuisse negotia et fuisse eos simul ἐπιστάτας τοῦ νεώ, quales sunt apud Athenienses (cf. ad n. 76. cf. n. 151. §. 1.). Thesauro dei custodiendo, aperiendo, claudendo, pecuniisque in illum cogendis et ex eo dispensandis praeest *coactor* (συλλογεύς): is igitur et ipse est ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων, et fortasse unus ex hierarchis huic negotio est speciatim praefectus. Postremo agonistici magistratus sunt *agonothetae*, singuli Charitesiorum Orchomeni n. 1583. Museorum Thespiensium n. 1585. 1586. Σωτηρίων τῆς πόλεως Acraephiae n. 1587. Ptoiorum ibidem n. 1625. *Scriba* n. 1586. aut reipublicae Thespiensis est aut in solis ludis agendis munere fungitur; et hoc praefero. Ad ludos musicos, qui choro praeberent sumptus, *choregi* constituti etiam in Boeotia ut Athenis sunt; Orchomenios habes n. 1579. 1580.

8. Postremo pauca addo de *proxenis* Boeotorum, licet non sint magistratus, propterea quod de proxenis non omnes video recte iudicare: quamquam in rebus plerisque possum ad ea provocare, quae iam alibi exposui. Spartae fuerunt magistratus quidam vel certe magistratibus similes curatores proxeni, a regibus nominati, iique cives Spartani, qui reciperent peregrinos, ob ipsam ξενηλασίαν intentius et fovendos et custodiendos (cf. ad n. 4. ex Herodot. VI, 57.): talis est qui postea dicitur ἐπιμελητὴς ξένου τινός, ut n. 1330. Ῥωμαίου, longe distans ab ἐπιμελητῇ oppidi alicuius, ut Ἀμυκλῶν, Κορώνης, qui est rector sive curator eius oppidi ut subditi, sicuti Atticus ἐπιμελητὴς Δήλου: quae paucis docui ad titulorum Spartanorum Class. I. Introd. III, 5. Ex eodem genere sunt proxeni Petilienses n. 4. ubi p. 11. concessi, antiquitus fortasse etiam in aliis rebuspublicis hunc esse magistratum institutum. Et certe ap. Thucyd. III, 70. Pithias Corcyraeus dicitur Atheniensium fuisse Corcyrae ἐθελοπρόξενος, hoc est non a Corcyraeis constitutus: unde coniicias Corcyrae alios quoque fuisse proxenos a Corcyraeis ipsis nominatos, ut curarent peregrinos: qui proinde fuerint Corcyraeorum quodammodo magistratus; atque hoc significat Schol. οἱ γὰρ πρόξενοι κελευόμενοι ἐκ τῆς ἑαυτῶν πόλεως ἐγίγνοντο. Nam quod Rochettus Diss. archaeol. p. 65. corrigit καλούμενοι, vix poterit probari. Attamen rari sunt hi proxeni magistratuum speciem habentes; nec de Corcyraeis ex iis, quae dixi, satis liquere arbitror: tantumque abest, ut Paciaudus Mon. Pelop. T. II. p. 138. adversus quem Rochettus (l. c. p. 64 sqq.) bene disputat, proxenos, de quorum nominatione tot supersunt tituli, recte dixerit earum civitatum, a quibus nominantur, esse magistratus, ut hoc negandum de omnibus proxenis sit, quibus nominandis

illa decreta scripta sunt. Potius hi proxeni numquam non peregrini sunt in ea civitate, quae illis decernit proxeniam, civesque sunt eius reipublicae, in qua prior illa civitas voluit eos sibi proxenos esse: in neutra vero magistratuum auctoritate gaudent. Hoc alterum proxenorum genus longe frequentissimum commune est Graecis omnibus institutum: nominarunt etiam tales Spartani (cf. ad n. 4. ubi allata exempla augeri aliis possunt, e. c. Thucyd. V, 43. VI, 89.), nominavit etiam commune Lacedaemoniorum concilium; quo pertinent decreta n. 1331–1335. Et sunt hi fere, quos nos vocamus *consules mercatorios* vel *agentes*; curarunt res eius civitatis, cuius erant proxeni, in ea civitate, cuius erant cives (Oec. civ. Ath. T. I. p. 55.); receperunt in sua civitate advenas cives illius, cuius erant proxeni. Pro quibus beneficiis ut esset ipsis remuneratio, privilegiis aucti sunt a republica, cuius providebant commodis: quae privilegia sunt tanti habita, ut proxenia, cui εὐεργεσίας titulus solebat coniunctus esse, pro honore censeretur haud exiguo. Itaque si quis peregrinus necdum proxenus bene meruerat de republica, proxenus ab hac civitate creatus est, ut plurimum cum posteris, et iis, quae proxenis competunt, praerogativis auctus et ornatus. Manet tamen certe in Graeciae Europaeae civitatibus peregrinus (de Asia alibi videbimus); quapropter Athenis proxeni iurisdictioni polemarchi parent (Polluc. VIII, 91.). Igitur ut hi ad civium condicionem accederent proxime, quum peregrini inquilini exceptis ἰσοτελέσιν essent μετοικίῳ aliisque oneribus obnoxii (cf. de Atticis Oec. civ. Ath. T. II. p. 74 sqq.), neque iis liceret fundos et domos possidere (ib. T. I. p. 154 sq.), proxenis ea data est praerogativa, ut ab inquilinorum oneribus essent liberi, et possent domos agrosque comparare, omninoque essent vel ἰσοτελεῖς vel ἀτελεῖς, ut cives secure commearent et navigarent, et praeterea honoribus certis fruerentur, qui in decretis vulgo comprehenduntur verbis: καὶ τἆλλα πάντα ὅσα περ καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις. In his fuisse προεδρίαν alibi videbimus: etiam plures praerogativas sacras Delphicum templum suis concessit proxenis. Talem ergo proxeniam etiam Boeotorum urbes conferunt una cum εὐεργεσίᾳ decretis, quae n. 1562–1564. 1566. 1567. supersunt: eandem ipsum commune Boeotorum concilium decernit n. 1565. ubi cf. not. Iura vero in iis tributa proxeno sunt haec. Primum γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησις est, ius videlicet agros et domos possidendi, n. 1562–1567. cf. cap. I. §. 14. Singulare est beneficium, quod Corcyraei quibusdam proxenis peregrinis fundos donarunt publico aere emptos (vide Inscr. Corcyr.), quum vulgo sola possidendi concessio daretur. Adduntur ἀσφάλεια καὶ ἀσυλία καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης οὔσης, n. 1562–1567. nisi quod n. 1565. ἀσφάλεια non diserte nominatur; sed hoc nullius est momenti. Adiicitur in Tanagraeis titulis n. 1562. 1563. ἰσοτέλεια, de qua uberius dixi Oec. civ. Ath. T. II. p. 77 sqq. Haec abest n. 1566. in Oropio titulo, sive quod non dabatur, sive comprehensa verbis καὶ τἆλλα πάντα ὅσα περ etc. Sed n. 1564. 1565. in titulis Orchomenio et altero Boeotici concilii pro ἰσοτελείᾳ datur ἀτέλεια; etiam maius beneficium; postremo n. 1567. in Chalensi pro ἰσοτελείᾳ habetur ἰσοπολιτεία, cuius alias frequens in his rebus mentio. Haec quidem ab ἰσοτελείᾳ aut nihil aut non multum differt, nec confundenda est cum πολιτείᾳ, sed eam habet vim, ut peregrinus pari fere cum civibus fruatur iure, non tamen civis sit. Ἰσοπολίτῃ enim non magis quam ἰσοτελεῖ ius suffragii, multoque minus magistratuum capessendorum fuit.

CAPUT TERTIUM.

DE ANNO BOEOTICO.

1. De anno Boeotico et mensibus, quorum nomina universis Boeotis communia fuisse docet consensus omnium, ubi memorantur, locorum, paucis nunc dici potest, postquam haec res a Dodwello (de cycl. Diss. V.), Corsino (F. A. T. II. p. 410.), Müllero (Orchom. p. 473.), Rochetto (Diss. archaeol. p. 98.), Idelero (Enchir. Chronol. T. I. p. 364. T. II. p. 609.) et a me quoque olim (Comm. de Dionysiis in Act. Acad. Boruss. 1817. cap. 2.) tractata est. Boeotici igitur civilis anni cardo est novilunium solstitio hiberno proxime succedens, primusque mensis idem fuit, qui priscis temporibus apud Atticos, his Gamelion, Boeotis Bucatius vocatus: si tamen alium Boeoti atque Athenienses cyclum intercalationum sequebantur, non omnibus annis in Atticum Gamelionem incidebat Bucatius, sed aliis in Gamelionem, aliis aut in Anthesterionem aut in Posideonem, ita ut aliquando Gamelioni respondere posset secundus mensis Boeoticus Hermaeus: quod etiam sunt qui tradant (vide Comm. de Dionys.); et sic tum variabant etiam ceteri deinceps menses. Nihilominus norma est haec, ut Gamelion et Bucatius aequiparentur: quam secuti hanc damus Atticorum et Boeoticorum mensium comparationem:

Attici		*Boeotici*	
VII.	Γαμηλιών	I.	Βουκάτιος
VIII.	Ἀνθεστηριών	II.	Ἕρμαιος
IX.	Ἐλαφηβολιών	III.	Προστατήριος
X.	Μουνυχιών	IV.	
XI.	Θαργηλιών	V.	Θειλούθιος
XII.	Σκιροφοριών	VI.	
I.	Ἑκατομβαιών	VII.	Ἱπποδρόμιος
II.	Μεταγειτνιών	VIII.	Πάναμος
III.	Βοηδρομιών	IX.	
IV.	Πυανεψιών	X.	Δαμάτριος
V.	Μαιμακτηριών	XI.	Ἀλαλκομένιος
VI.	Ποσειδεών	XII.	

Huius comparationis plurima nituntur disertis veterum testimoniis a Dodwello et Corsino allatis, nisi quod Thelutbium ipsi addidimus, de quo dicetur §. 2. et quod Prostaterium Elaphebolioni respon-

dere non demonstratum sed idonea coniectura collectum est. Traditur autem Maemacterioni Alalcomenium, Pyanepsioni Damatrium respondere: igitur quod nunc constat Pyanepsionem esse Maemacterione priorem, Damatrium praeposui Alalcomenio (cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 376. et Comm. de Dionys.). Ceterum omnes hos menses a sollemnibus denominatos statuo. Βουκάτιος haud dubie est ἀπὸ τοῦ καίνεσθαι βοῦς, non aëris intemperie, quod putare veteres interpretes ad Hesiod. Opp. 502. videntur, sed immolandis hostiis, ut Athenis Ἑκατομβαιών, ut ibidem celebrantur βουφόνια. Sollemnia igitur fuere βουκάτια; a quibus etiam Delphis nominatus mensis Bucatius censendus. Tum Ἕρμαιος vocatur ab Ἑρμαίοις, quae etiam Athenis celebrata sunt; προστατήρια fortasse Apollini προστατηρίῳ acta. De Theluthio vide §. 2. Hippodromia sunt Onchestia Neptunia sacra, Boeotis sanctissima: unde ipse Neptunus dicitur Boeotus ap. Corinn. (cap. I. §. 7. huius Introd.): cf. Müller. Orchom. p. 474. 84. 207. Panamus (Πάναμος, Πάνημος, Πάνεμος) Macedonibus, Boeotis, Corinthiis, aliis communis unde vocatus sit non satis liquet: conieci tamen olim, licet α sive η in ea voce usitatius sit, nomen a Nemeis non alienum esse. Damatria Cereri Achaeae celebrabantur tempore arationis (ἀρότου), quae est ab occasu Vergiliarum matutino, exeunte nostro Octobri (Plutarch. de Is. et Osir. c. 69. cf. Ideler. Enchir. Chronol. T. I. p. 242.). Postremo Alalcomenius denominatus est a sollemnibus Ἀλαλκομενηΐδος Ἀθηνᾶς, cuius cultus in Boeotia insignis (Pausan. IX, 23. Steph. Byz. v. Ἀλαλκομένιον). In titulis praeter Theluthium ex his mensibus commemorantur Βουκάτιος n. 1608. *h.* Ἕρμαιος 1573. Προστατήριος 1608. *f.* Ἱπποδρόμιος 1562. Ἀλαλκομένιος s. Ἀλαλκομένειος s. Ἀλαλκομένηος 1563. *c.* 1569. *a.* II. III. 1608. *c. e. g.*

2. E Chaeronensi titulo n. 1608. mensem Synelium tanquam Delphicum dederat olim Corsinus F. A. T. II. p. 443. qui si extaret ibi, deberet Boeoticus haberi: de eo nomine dubitarat iam Müllerus Orch. p. 475. nunc id post Rochettum expulimus. Nec postquam titulo n. 1608. restituto falsa ibi vocabula sublata sunt, alii in inscriptionibus novi menses Boeotici reperiuntur nisi Θειλούθιος, Ὁμολώϊος, Κάρειος, qui tres explent locos quinque mensium Atticorum, Munychionis, Thargelionis, Scirophorionis, Boedromionis, Posideonis: et ex his unum §. 1. dedi *Theluthio* (Θειλουθίῳ, Θηλουθίῳ), quippe locum Thargelionis. Hic quoque mensis ex titulo Chaeronensi n. 1609. quem male tribuebat Aegostheniae, Delphicis insertus a Corsino est: nunc eum satis patet esse Boeoticum; nominatur enim praeterea Chaeroneae n. 1608. *d.* ante Alalcomenium (*e*), neque aliter Orchomeni n. 1569. *a.* I. III. Quapropter quum proximus ante Alalcomenium sit mensis Damatrius, cuius nominis significationi convenire videbatur Θειλούθιος s. Θαλύσιος (cf. cap. I. §. 5.), non tam meo quam amici cuiusdam obsecutus iudicio putabam, utrumque mensem esse eundem, Damatriique nomen esse commune Boeoticum, Theluthii Orchomeniis proprium; de Chaeronensibus enim titulis nondum constabat: ac ne hi quidem contrarium suadere poterant, quod Chaeronenses olim parebant Orchomeniis. At ne dicam Damatrii et Theluthii nomina non modo inter se non convenire, sed quodammodo sibi opposita esse, Müllerus recte notavit, Orchomeniorum et Chaeronensium menses non differre a Boeoticis: sic Orchomenii vel Chaeronenses menses sunt Alalcomenius, Bucatius, Prostaterius, Hermaeus (n. 1569. *a.* 1608. 1573.), et iidem Boeotis omnino communes. Igitur Theluthius est ante Damatrium ponendus: et Scirophorioni quidem eum comparavit Müllerus, Boedromioni vero Idelerus l. c. T. II. p. 610. ex quibus prior ad verum propius videtur accessisse. Omnis res pendet a Thalysiorum, unde mensis nomen, tempestate definienda: de quibus quae narrabo, possunt nonnullis mira videri, sed sunt nihilominus vera. Quippe Thalysia sunt Cereri acta, ut ei grates agerentur pro messe, frugibus in aream comportatis; vide Theocriti Id. VII, 34. ubi Schol. ad vs. 3. Θαλύσια, ἑορτὴ ἣν ἐτέλουν τῇ Δήμητρι μετὰ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν. Ὅμηρος· Θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς, Iliad. ι, 534. (cf. ibi Eustath. et Schol. item lexicorum auctores, Etym. M. Suid. Hesych. etc. fere eadem tradentes). Iam messis auctore Hesiodo definitur ortu Vergiliarum matutino, qui in nostrum fere incidebat Maium medium (vide Ideler. l. c. T. I. p. 243.). Quapropter Theluthius nec cum Damatrio, arationis mense, confundi potest, neque comparari Attico Boedromioni, sed debet aut quintus aut sextus Boeotorum mensis esse, Atticus vel Thargelion vel Scirophorion. Ego vero concedo in Thargelionem. Nam primum n. 1569. I. II. de duabus agitur debiti solutionibus, quarum prior mense Theluthio, altera Alalcomenio facta: eas probabilius est sex quam quinque mensium spatio distare: distabunt autem sex mensium intervallo, si Theluthius est Thargelion. Dein Thargelion Maio potissimum respondet, in quem fere Thalysia incidere debent. Postremo licet Boeotica instituta Atticis non ita respondeant, ut quo quidque die in Attica, eodem in Boeotia fecerint rustici, quemadmodum novum vinum Athenis undecimo Anthesterionis, apud Boeotos sexto Prostaterii gustabatur (Corsin. l. c. p. 411.), integro prope mense interiecto: non negligendum est, quod ἄρτος θάργηλος et θαλύσιος idem est, ὁ ἀπὸ τῆς ἅλω πεττόμενος πρῶτος: vide Athen. III. p. 114. A. et quae ibi contulit Schweighaeuserus. Fortasse tamen ut vini gustatio, ita messis in Boeotia aliquantum dilata est; id quod hodie quoque fit: ut si Thargelia Athenis Thargelionis die VI. et VII. celebrata sunt, Thalysia in Boeotia sint exeunte mense Theluthio acta.

3. Prorsus incerta sedes mensium *Homoloïi* et *Carii.* Ὁμολωΐου mentio fit n. 1563. *a.* 1608. *b.* Nomen traxit ab Homoloiis sollemnibus ex Thessalia derivatis, Iovi, Cereri, Minervae, Enyoni actis; de quibus vide Müller. Orchom. p. 233 sqq. Haec scimus Thebis acta (Steph. Byz. v. Ὁμόλη et Ὁμόλιον, Suid. v. Ὁμολώϊος Ζεύς, item Hesych. Phot. Phavorin.

ac Schol. Theocrit. VII, 103.), ubi delubrum Homoloium et in eius vicinia portae Homoloides; item Orchomeni (n. 1584.), hoc loco musicis ludis celebrata. Καρείου mentio extat in Chaliensi titulo n. 1607. isque Locris Amphissensibus dicitur Αἰραστυών. Unde denominatus sit nescio.

4. Orchomenius titulus n. 1569. *a*. III. hoc nobis imponit, ut etiam de *Phocico anno* aliquid dicatur. In quo tractando ne omnia confundas, primum nota Phocicum annum et Delphicum non esse eundem, quod neque annorum initia nec mensium nomina conveniunt: quae res non observata fraudem fecit Corsino ac nuper etiam Rochetto l. c. p. 106. Annorum vero initia apud veteres Graecos aliasque gentes propinquas ex quattuor prodiuntur cardinibus, utroque et solstitio et aequinoctio: ita annus Atticus novus et Olympicus incipit a novilunio post aestivum solstitium primo; Boeoticus et priscus Atticus ab eodem post solstitium hibernum; Laconicus ab eodem post aequinoctium auctumnale, a quo aequinoctio etiam Macedones annum solarem auspicati sunt. Similiter Delphicus annus a novilunio post aequinoctium vernum initium cepisse fertur (Dodwell. de cyclis p. 239 sq. Corsin. F. A. T. II. p. 437.): sed ad n. 1688. cum Attico eum et Olympico concinuisse probabili ratione docebo. Contra Phocici anni initium concinebat cum Laconico, quod statim patebit, ubi primum de mensium monuero nominibus. Haec apud Delphos a festis potissimum et sacris rebus petita erant; apud Phocenses numeralibus distinguebantur notis, ut Romanorum menses magna ex parte. Sic in Daulidensi titulo n. 1732. ἐντὸς εἰκάδος τοῦ δωδεκάτου μηνός; in alio Daulidensi n. 1725. ΜΗΝΟΣΔΟΜΟΥ, hoc est μηνὸς [ἑβ]δόμου, ubi Rochettus p. 100. non recte Ὁμολωΐου vel Δρομαίου coniiciebat. His exemplis accedit n. 1569. *a*. III. μεῖνος πράτω (πρώτου) de mense Elatiensi. Similiter Argivi mensem olim Hermaeum posthac dixerunt τέταρτον (Corsin. l. c. p. 401.): ut taceam alia exempla. Verum primus ille Phocicus mensis n. 1569. comparatur Boeotico Alalcomenio, hoc est undecimo. Quod quum fieri non posse videretur, negavit Rochettus p. 107. πρᾶτον esse numerale ordinale, contendit esse nomen proprium alius generis. Sed duo reliqua exempla evincunt contrarium. Ne multa, veram rationem significatam a me iam olim (Oec. civ. Ath. T. II. p. 382.) atque etiam a Müllero Orchom. p. 474. adoptatam accipe. Sane undecimo Boeotico mensi convenire secundum primitivam normam non potest primus Phocicus: qui si sibi respondissent, Phocicus annus debuisset a secundo post aequinoctium auctumnale novilunio incipere, quod absurdum est. Sed res est haec. Variorum populorum menses qui sibi secundum legitimos annorum cardines respondent, non quovis conveniunt anno, nisi cyclus intercalationum utrique populo idem sit, quod etiam supra (§. 1.) de Boeoticis Atticisque monui mensibus; sed ubi differunt cycli, altero populo prius intercalante mensem, dum non intercalat alter, eorum qui non intercalarunt mensis certus cedit iam in eum mensem alterorum, qui praecedit illum, cui vulgo respondet certus iste mensis: quod tamen negligere solent chronologi. Sic Panamus Boeoticus, Atticis Metagitnion, haud dubie non diversus est a Corinthiorum et Macedonum Panamo, licet Corinthiorum Panamus a Philippo in epistola ad Peloponnesios (ap. Demosth. de cor.) aequiparetur Macedonico Loo et Attico Boedromioni: quippe hoc illo tantum anno, Olymp. 110, 2. acciderat, et solebat accidere, quoties differebant illi cycli: mensem nondum intercalarant Macedones et Athenienses, intercalarant iam Corinthii; igitur Lous Macedonicus post Panemum Macedonicum proximus et Boedromion Atticus post Metagitnionem proximus concurrit iam cum Corinthio Panamo, cui vulgo respondebat Panamus Macedonicus et Metagitnion Atticus. Vide Appendicem commentationis nostrae de Demosthenis Midiana in Act. Acad. Boruss. a. 1818. ubi quae proposui sequitur nunc etiam Idelerus l. c. T. II. p. 610. Iam quoniam Phocici anni primus mensis non potest Boeotici anni mensi undecimo concinuisse secundum legitimos annorum cardines, quod hi certe trimestri spatio distent necesse est; patet hanc utriusque illius mensis comparationem ex cyclorum esse diversitate explicandam, ita quidem ut Phocensis annus coeptus sit a novilunio post aequinoctium auctumnale proximo, prorsus ut Laconicus e vicina Doride allatus, et primus Phocensium mensis legitime responderit decimo Boeotico. Sed quum Phocenses nuperrime intercalassent mensem, necdum intercalassent Boeoti, n. 1569. *a*. III. Boeoticus mensis undecimus non incidit in secundum Phocicum, sed rediit in primum.

4. *Dierum per decades descriptionem* etsi novit iam Hesiodus Ascraeus (cf. Ideler. l. c. T. I. p. 257.), tamen hanc Boeotis non usitatam fuisse ex titulis n. 1608. *b*. 1609. collegit Dorvillius Misc. Obss. nov. T. III. p. 158. Ac sane numquam in his inscriptionibus secundum decades definiuntur dies, sed ab initio ad finem mensis numerantur. Qui reperiuntur dies, hi sunt: τρισκηδεκάτα n. 1563. *a*. πεντεκαιδεκάτη n. 1608. *b*. *d*. *e*. *f*. *g*. 1609. εἰκάς n. 1625. προτριακάς n. 1562. ubi vide not. τριακάς n. 1608. *a*. *c*. *h*. 1625. ex quibus tamen soli XIII. et XV. id demonstrant quod voluit Dorvillius.

CLASSIS PRIMA.

DECRETA ET ACTA PUBLICA CIVITATUM LIBERARUM.

1562.

In pariete ecclesiae prope rudera *Tanagrae*, in eodem lapide in quo titulus Phorystae agonisticus n. 1582. et quidem infra hunc. Edidit Leakius Mus. crit. Cantabr. Vol. II. Fasc. VIII. p. 570. cf. p. 574. 581 sqq. et ex hoc Rosius Inscr. p. 308. (tab. XLV.): sed in posteriori apographo in fine versuum puncta addita sunt, quae non habet Leakius.

. . . ΡΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΙΠΠΟΔΡΟΜΙΩΠΡΟΤΡΙΑΚΑΔΙΕΠΕΨΑΦΙΔΔΕ
. . ΟΣΜΝΑΣΩΝΟΣ ΑΘΑΝΙΧΟΣΔΩΡΟΘΙΩΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΘΗΤΥΔΑΜΥ
. . ΟΝΕΙΜΕΝΚΗΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΝΑΓΡΕΙΩΝΔΙΟΥΣΚΟΡΙΔΑ
. . ΩΑΘ. ΝΕΙΟΝΑΥΤΟΝΚΗΕΣΓΟΝΩΣΚΗΕΙΜΕΝΑΥΤΥΣΓΑΣΚΗFΥ
. . . ΣΙΝΚΗFΙΣΟΤΕΛΙΑΝΚΗΑΣΦΑΛΙΑΝΚΗΑΣΟΥΛΙΑΝΚΗΠΟΛΕΜΩ
. . . . ΣΑΣΚΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΑΤΤΑΝΚΗΤΑΛΛΑΠΑΝΤΑ
. . . ΣΑΛΛΥΣΠΡΟΞΕΝΥ.

- - ρω ἄρχοντος, μεῖνος Ἱπποδρομίω προτριακάδι, ἐπεψάφιδδε - - ος Μνάσωνος, Ἀθάνιχος Δωροθίω ἔλεξε· δεδόχθη τῦ δάμυ [πρόξεν]ον εἶμεν κὴ εὐεργέταν τᾶς πόλιος Ταναγρείων Διουςκορίδα[ν] - - - ω Ἀθ[α]νεῖον, αὔτον κὴ ἐςγόνως, κὴ εἶμεν αὔτυς γᾶς κὴ ϝυ[κίας ἔππα]σιν κὴ ϝισοτελίαν κὴ ἀσφαλίαν κὴ ἀσουλίαν κὴ πολέμω [κὴ ἰράνας ἰώ]σας, κὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ θάλατταν, κὴ τἆλλα πάντα [ὁπόττα κὴ τῦ]ς ἄλλυς προξένυ[ς.

Προτριακὰς est d. XXIX. ut in Hemerologio celebri, quod post Audrichium et Van der Hagen edidit Ste-Croix Act. Acad. Inscr. T. XLVII. et illustravit Ideler Enchir. Chronol. T. I. p. 414 sqq. in quo siglum ΠΡΟΤΣ προτριακάς, non πρὸ τριακάδος legendum esse, ex hac iam inscriptione patet. Pro Διουςκ. exspectabas Διοςκορίδα vel Διοςκουρίδα, notante etiam Leakio. Supplementum ὁπόττα κὴ tantum ad sensum factum est; variant enim tituli in hac formula. In fine Leakius ΠΡΟΞΕΝΥ., unius tantum litterae lacuna notata: igitur cave addas κὴ εὐεργέτης. Ros. ΠΡΟΞΕΝΥΣ... Sed Σ non esse in primitivo apographo docet eius textus minusculis redditus.

1563.

In uno lapide *Tanagraeo* tres habentur inscriptiones, quarum primam primus edidit Radulphus Rochettus Diss. archaeol. p. 62 sqq. cum doctis explicationibus, repetito textu p. 108. Reppererat vero Pouquevillius in loco *Calamo*. Et Rochettus quidem inscriptionem in tria fragmenta discerptam accepit, quas recte composuit, si sententiam spectes: sed primitiva forma titulum hunc cum duobus reliquis edidit Leakius Mus. crit. Cantabr. Vol. II. Fasc. VIII. p. 571. II. cum notis a C. I. B. additis. Iteravit Rosius Inscr. p. 305. 306. 307. tab. XLII—XLIV. et primum quidem titulum e Leakii et Tupperi, alterum et tertium ex Cockerelli et Leakii schedis dedit. Primae inscriptionis vs. 1—4. attulerunt etiam schedae Köhlerianae.

a.

. . ΣΑΡΧΟΝΤΟΣΟΜΟΛΩΙΩΤΡΙΣΚΗΔΕΚΑΤΗΕΠΕΨΑΦΙΔΔΕ
. . ΟΥΡΡΑΝΔΡΟΣΔΑΜΟΚΛΕΙΟΣΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΘΗΤΥΔΑΜΥΠΡΟΞΕ
. . ΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΝΑΓΡΕΙΩΝΔΙΟΓΕΝΗΝΙΑΡΟΚΛΕΙΟΣ
. ΤΟΝΚΗΕΣΓΟΝΩΣΚΗΕΙΜΕΝΑΥΤΥΣΓΑΣΚΗFΥΚΙΑΣΕΠΠΑ
. . ΛΙΑΝΚΗΑΣΦΑΛΕΙΑΝΚΗΑΣΟΥΛΙΑΝΚΗΠΟΛΕΜΩΚΗΙΡΑΝΑΣ
. ΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΑΤΤΑΝΚΑΘΑΠΕΡΚΗΤΥΣΑΛΛΥΣΠΡΟ
. . ΕΡΓΕΤΗΣ

b. Α Γ Α Θ Α Ρ Χ Ο . . .

ΑΜΙΝΟΚΛΕΙΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣ. .
ΕΠΕΨΑΦΙΔΔΕΟΡΣΙΜ. .
ΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΘΗΤΥΔ. .
ΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΑΝΑΓΡΕ. .
ΧΑΛΚΙΔΕΙΑΑΥΤΟΝΚΗΕΣ
ΚΙΑΣΕΠΠΑΣΙΝΚΗFΙΣΟ
ΚΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘ
ΙΩΣΑΣΚΗΤΑΛΛΑ
ΝΥΣΚΗΕΥΕΡ

c. . . . . . ΤΩΠΡΟΞΕΝΙΑΑΛΛΑΚΟ
. . . . . ΕΡΜΟΓΕΝΗΣΘΙΟΔΩΡΟ
. . . . ΗΜΕΝΑΥΤΥΠΟ
. . ΑΛΚΙΔΕΙ
ΕΥΕΡ

Dedi in plurimis apographum in Museo Cantabrigiensi expressum. In *a* vs. 1. Rosius . . Σ . ΑΡ etc. Tum Mus. crit. ΟΜΩ, quod ex ceteris correxi. Vs. 2. Roch. Köhl. . . ΥΡΡΑΝΔΡΟΣ, Tupp. ΙΡΡΑΝΔΡΟΣ. Vs. 3. Tupp. Ταναγραίων: Leakii lectionem, quae est etiam in Köhl. firmat Roch. ΤΑΝΑΓΕΙΩΝ. Vs. 4. primum Τ omittit Rosii apographum Leakianum cum Roch. et Köhl. Vs. 4. extr. Roch. Köhl. ΕΤΠΑ. Vs. 5. in voce ΑΣΟΥΛΙΑΝ habet Roch. ΛΕΙΑΝ. Vs. 6. Roch. ΚΑΟΑΛΛΑΤΤΑΝ. Ceterum omisi vitia apographi Pouquevilliani minus memorabilia. In *b* vox ΑΓΑΘΑΡΧΟ maioribus litteris. Ibidem puncta omnia in dextera addidi ex Ros. In *c* vs. 2. primum Ε ex Ros. addidi, et dedi ΘΙΟΔΩΡΟ omisso Σ, quod addit Leak. Vs. 3. Ros. omittit Η et Ο. Vs. 4. ex hoc addidi ultimum Ι.

a.

- - - ς ἄρχοντος, Ὁμολωΐω τρισκηδεκάτη, ἐπεψάφιδδε [ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνα, Π]ουὔρρανδρος Δαμοκλεῖος ἔλεξε· δεδόχθη τῦ δάμυ πρόξε[νον εἶμεν κὴ] εὐεργέταν τᾶς πόλιος Ταναγρείων Διογένην Ἰαροκλεῖος - - - -, [αὖ]τον κὴ ἐσγόνως, κὴ εἶμεν αὔτυς γᾶς κὴ ϝυκίας ἔππα[σιν κὴ ϝισοτε]λίαν κὴ ἀσφάλειαν κὴ ἀσουλίαν κὴ πολέμω κὴ ἰράνας [ἰώσας, κὴ κατ]ὰ γᾶν κὴ κατὰ θάλατταν, καθάπερ κὴ τῦς ἄλλυς προ[ξένυς κὴ εὐ]εργέτης.

b.

Ἀγαθάρχ[ω προξενία.] Ἀμινοκλεῖος ἄρχοντος, [mensis incerti die incerto,] ἐπεψάφιδδε Ὀρσίμ[αχος τοῦ δεῖνα, ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνα] ἔλεξε· δεδόχθη τῦ δ[άμυ πρόξενον εἶμεν κὴ εὐεργέταν] τᾶς πόλιος Ταναγρε[ίων Ἀγάθαρχον τοῦ δεῖνα] Χαλκιδεῖα, αὖτον κὴ ἐσ[γόνως, κὴ εἶμεν αὔτυς γᾶς κὴ ϝυ]κίας ἔππασιν κὴ ϝισο[τελίαν κὴ ἀσφαλίαν κὴ ἀσουλίαν] κὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ θ[άλατταν, κὴ πολέμω κὴ ἰράνας] ἰώσας, κὴ τἆλλα [πάντα ὁπόττα κὴ τῦς ἄλλυς προξέ]νυς κὴ εὐερ[γέτης.

c.

- - - τω προξενία. Ἀλαλκο[μενίω die incerto - - -
- - - Ἑρμογένης Θιοδώρω - - -
- - εἶ]μεν αὔτυ - - -
- - - Χ]αλκιδει - - - -
- - - εὐερ[γέτης.

In *a* vs. 2. Britannus in Museo critico volebat Θούρρανδρος, nomen ignotum, Rochettus Πύμανδρος p. Ποίμανδρος, quia Tanagrae conditor Poemander, unde illa olim Poemandria dicta, et terra Tanagraea Poemandris (Strab. IX. p. 404. Cas. Pausan. IX, 20, 2. Steph. Byz. v. Τάναγρα, Lycophr. Cass. vs. 326. cum Schol.). Sed in promptu est sine ulla mutatione legi Π]ουὔρρανδρος. Post Ἰαροκλεῖος excidit nomen patriae Diogenis: proxeni enim hi peregrini sunt: vide Introd. cap. II. extr. Mox malim ἀσφαλίαν ut in ceteris titulis. Ceterum quum initio mutila sit inscriptio, Rochettus perisse putat formulam praefixam θιὸς τιούχαν s. τούχαν, quae in aliis habetur: sed in his rebus usus inconstans est. Quodsi quid praescriptum fuerit, commodius hoc ex ceteris, qui in eadem tabula scripti sunt, titulis iudicabitur. Et in titulo *c* quidem intelligitur ipsi decreto indicem argumenti praemissum fuisse: τοῦ δεῖνα προξενία, ut in Atticis n. 90. 91. Simile habebatur in titulo *b*, unde superest Ἀγαθάρχ[ω. Itaque hic dedi Ἀγαθάρχω προξενία, et hinc mox nomen Ἀγάθαρχον reposui: hoc tamen non ut certum do, sed quum duplex possit illo priore loco vocis Ἀγαθάρχω ratio esse, elegi alteram, satisque habeo alteram in nota ponere. Nempe Ἀγάθαρχος potest aut ipsius, qui proxeniâ augetur, viri nomen esse, aut patris eiusdem. Cetera titulorum *a* et *b* aperta sunt. Titulus *c* restitui nequit. Differt hic a prioribus eatenus, quod archontis nomen omittitur: id fortasse ideo factum est, quod archon idem erat qui in *b*, Aminocles, ut n. 1608. *d*. factum est. Sequitur mensis. Tum Hermogenes Theodori f. videtur esse aut qui ἐπεψήφιζεν, aut qui ἔλεξεν. Sed vs. 3. discrepat formula ab ea, quae in proxenia conferenda usitata est: si vera lectio ΠΟ, conieceris πολιτείαν s. πολιτίαν, quamquam hoc non convenit primo versui, ubi de proxenia dicitur. Nam in Graecia certe qui proxenus fit, non simul fit civis; nec contrarium ex n. 1773. adstruere licet: quid extra Graeciam moris fuerit, hoc loco non curamus. Vs. 4. de *Chalcidensi* agi ut in titulo *b*, apertum est.

1564.

Orchomeni in lapide muri monasterii. Primus edidit Leakius Diar. class. T. XIII. p. 332. ex hoc Boissonadus in commentatione epigraphica addita Lucae Holstenii epistolis p. 441. cum notis; tum ipse dedi Oec. civ. Ath. T. II. p. 398. mox Osannus Syll. p. 183. Correctius deinde Leakii apographum editum est Mus. crit. Cantabr. Vol. II. Fasc. VIII. p. 572. cum notis p. 584 sq. Leakianum apographum dedit Rosius Inscr. p. 276. tab. XL. cum notis. Nos paucis locis exceptis damus exemplum in Mus. crit. editum, ubi simul aliquot Cockerelliani exempli varietates annotantur: plures praebet Rosius.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Vs. 1. maioribus litteris. Hunc versum omittit Cockerellus (vide Mus. crit.). Vs. 6. Cock. ΠΡΟ ΞΕΝΟΝ; quod recepi: ceteri ΠΡΟΞΕΝΙΟΝ. Vs. 7. Diar. class. et Ros. ΤΑΣΠΟΛΙΟΣ: sed prius Σ deesse diserte annotatur in Mus. crit. addicentibus Cockerelli schedis. Vs. 9. init. Diar. class. ΓΟΝΩΣ: accuratius videtur apographum Musei critici, etsi etiam Ros. litteras ΟΝΩΣ unius litterae spatio in dextram reductas habet, lacuna hic, non vs. 8. statuta: ut omnino in litterarum positu paulo differt a nostro exemplo. Vs. 13. init. Α ex Cock. addidi. Ibidem extr. Diar. class. et Ros. ΚΑΤΑΣΙΩ (et deinde Diar. class. πΑΣ): Museum criticum . . . . ΑΣΙΩ, Cock. . . Α . ΣΙΩ, unde solitarium Α interieci. Ceterae varietates nullae sunt; non enim operae pretium est annotari, unam et alteram litteram ab hoc illove omitti vel male legi.

Θιὸς τεύχαν ἀγάθαν. Ἀλεύα[ο] ἄ[ρ]χοντος ἔδοξε τῦ δάμυ Ἐ[ρ]χομενίων, Ἀγέδικον Δαφίταο Ἠολεῖα ἀπ' Ἀλεξανδρείας πρόξενον εἶμεν [κ]ὴ εὐεργέταν τᾶ[ς] πόλιος Ἐ[ρ]χομενίων κὴ αὖτον κὴ ἐσ[γ]όνως, κὴ εἶμεν αὔτυ γᾶς [κὴ] ϝυκίας ἔπασιν, κὴ ἀσφαλί[αν] κὴ ἀτελίαν κὴ ἀσουλία[ν κ]ὴ

Θ I O Σ

ΤΙΟΥΧΑΝΑΓΑΘΑΝΑΛΕΥΑΡΑ
ΧΟΝΤΟΣΕΔΟΞΕΤΥΔΑΜΥΕ.
ΧΟΜΕΝΙΩΝΑΓΕΔΙΚΟΝΔΑ
ΦΙΤΑΟΗΟΛΕΙΑΑΠΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΕΙΑΣΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΜΕΝ.
ΗΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΠΟΛΙΟΣΕ.
ΧΟΜΕΝΙΩΝΚΗΑΥΤΟΝΚΗΕΣ.
ΟΝΩΣΚΗΕΙΜΕΝΑΥΤΥΓΑΣ
..FΥΚΙΑΣΕΠΑΣΙΝΚΗΑΣΦΑΛΙ
..ΚΗΑΤΕΛΙΑΝΚΗΑΣΟΥΛΙΑ.
ΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΑΤ
.ΑΝΚΗΠΟΛΕΜΩΚΗ. . Α. ΑΣΙΩ
.ΑΣΚΗΤΑΑΛΛΑΟΠΟΤΤΑ
ΤΥΣΑΛΛΥΣΠΡΟΞΕΝΥΣ..
ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ

κατὰ γᾶν κὴ κατὰ θάλατ[τ]αν κὴ πολέμω κὴ [ἱρ]ά[ν]ας ἰώ[σ]ας, κὴ τὰ ἄλλα ὁπόττα τῦς ἄλλυς προξένυς [κὴ] εὐεργέτης.

Titulus post Alexandrum Magnum Alexandriae Aeolensis conditorem scriptus est. Nam quod Strabo Antigonum Asiae regem primum Alexandriam Troadem condidisse tradidit, merito reiicere videtur Osannus Syll. p. 184. fretus praeter Chronicon Paschale Iulio Valerio, qui ex Aesopo Graeco Alexandrum M. urbis conditorem refert (lib. III. extr. ed. Mai. Mediol. 1817. 8.): cf. Berkel. ad Steph. Byz. p. 94. De formula θεὸς τύχαν ἀγαθὰν dixi ad n. 4. p. 10. *a.* ubi τούχαν correxi, ut prius in Oec. civ. Ath. Sed τιούχαν fere omnes Boeoticum esse censent, ut Walpol. Travels p. 568. Rochett. Diss. archaeol. p. 72. ceterique interpretes plurimi; nec tamen recte; quae enim afferunt prorsus aliena sunt. Nam Iota ante vocalem a Boeotis iniici demonstrant forma προξένιον in hoc ipso decreto, quam vulgatae πρόξενον cedere iubet Cockerelli fides: vitium lapidis et in hac voce et in vocabulo ΤΙΟΥΧΑΝ falsam litterae Iota speciem obiecit legentibus. In Corinnae fragmento Wolf. p. 51. Πινδαρίοιο non dubito etiam nunc cum aliis mutare in Πινδάροιο, ut olim in ed. Pind. T. II. P. II. p. 17. In formis autem Boeoticis, quas tituli praebent, ἀγωνοθετίοντος, Βοιωταρχιόντων, πολεμαρχιόντων, εἰλαρχιόντων, I non vacat, sed ex more est pro vocali E, ἀγωνοθετέοντος etc. ut θίος p. θεός etc. Vide Introd. I, 4. Neque huc pertinent ἄσσιον, μάλλιον p. ἆσσον, μᾶλλον, quae Doribus tribuit Eustathius ad Odyss. ι, p. 1643, 32. Rom.: haec enim ad analogiam comparativarum formarum κάλλιον, αἴσχιον etc. deflexa sunt. Rursum ex alio genere sunt Doricae formae βοαθησιῶ, προλειψιῶ, ἐμμενιῶ, πραξίομεν, χαριξιόμεθα, quae sunt pro βοηθησέω, προλειψέω formis dissolutis ex βοηθησῶ, προλειψῶ, ut ἐμμενιῶ pro ἐμμενέω ex ἐμμενῶ: unde etiam βοαθησίω, προλειψίω etc. scribendum videtur. Mitto alia, de quibus dixi ad n. 1573. 1595. *Aleuae* nomen Orchomeni redit in Agonisticis n. 1580. celebratum illud in Thessalia. P post ΑΛΕΥΑ mutavi in O, postulante dialecto: vide Introd. I, 16. Noli igitur PA in AP mutandum censere. De scriptura Ἐρχομενίων vide Introd. Δαφίτας est nomen Asianum; cf. de Daphita grammatico Iacobs. Anthol. T. XIII. p. 881. Pro ἐσγόνως Leakius et ego olim tacite dedimus ἐκγόνως; nunc post alios titulos editos in promptu est tueri lectionem ἐσγόνως: cf. Introd. I, 14. Verum vidit etiam Osannus Syll. p. 183. Mox ἔπασιν non mutandum: vide n. 1565. et Introd. ubi simul quid esset ἔμπασις seu ἔγκτησις dixi: quod moneo ob nuperum interpretem. Vs. 13 sq. olim cum Leakio putabam esse κατὰ σιώπας, idemque n. 1565. agnoscebam: utrumque probat Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 91. eatenus, ut tamen una voce κατασιώπας scribendum censeat. Schneiderus Lex. v. σιωπή retinebat nobiscum κατὰ σιώπας. Contra Rochettus Diss. archaeol. p. 90. ἰράνας vult. Et recte. Nunc enim post melius allatum apographum apertum est legendum esse [ἱρ]ά[ν]ας ἰώ[σ]ας; idemque restituo n. 1565. ipsis, quos Pocockius servavit, ductibus eo deducentibus. Idem offert titulus n. 1562. item n. 1563. *b.* Viderunt haec etiam Britanni. Ceterum ἀτελίαν hic aut negligenter interpositum est inter ἀσφαλίαν et ἀσουλίαν, aut designatur de industria, etiam maritima vectigalia ab illo nulla exigenda esse nec belli nec pacis tempestate. Haud dispar traiectio constanter tenetur in titulis Thaumacensibus n. 1771 sqq.

1565.

Thebis transcripsit Pocockius et edidit Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 3. p. 50. n. 13. Primus, sed exiguo cum successu tractavit I. M. Gesnerus Comm. Gotting. (Antiqq.) T. V. p. 63 sqq. (a. 1782.). Deinde emendavi Oec. civ. Ath. T. II. p. 399 sq. Postea ediderunt et tractarunt, ex Pocockio omnes, Rochettus Diss. archaeol. p. 75. et p. 109. Leakius Mus. crit. Cantabr. Vol. II. Fasc. VIII. p. 572 sq. Rosius Inscr. Gr. p. 310. tab. XLVI.

ΕΟΣΤΥΧΑ..ΟΤΕΑ
ΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΕΔΟΞΕ
ΤΟΙΔΑΜΟΙΠΡΟΞΕΝΟΝ
ΕΙΜΕΝΒΟΙΩΤΩΝΚΑΙΕΥΕ
ΡΓΕΤΑΝΝΩΒΑΝΑΞΙ
ΟΥΒΩΚΑΡΧΑΔΟΝΙΟΝΚΑΙ
ΕΙΜΕΝΝΟΙΓΑΣΚΑΙΕΟΙΚΙΑ
ΣΕΠΑΣΙΝΚΑΙΑΤΕΛΙΑΝ
ΚΑΙΑΣΟΥΛΙΑΝΚΑΙΚΑΠΠΑΕ
ΚΑΙΚΑΤΟΑΛΑΤΕΑΝΚΑΙΠο
ΛΕΜΩΚΑΙΡΑΕΚΣΙΟΣΑΣ
ΟΙΩΤΑΡΧΙΟΝΙΩΝΤΙΜΟΜ
>ΑΙΤΩΝΑΟ.ΟΙΩΝΟΣΠΕ
ΟΝΟΣΙΠΠΙΔΟΣΥΜΑΡΙ.ΑΟ
ΠΛΕΡΟΝΟΣ

Θ]εὸς τύχα[ν] ..οτέ[λι]ος ἄρχοντος ἔδοξε τῷ δάμῳ πρόξενον εἶμεν Βοιωτῶν καὶ εὐεργέταν. Νώβαν Ἀξιούβω Καρχαδόνιον, καὶ εἶμέν [F]οι γᾶς καὶ [F]οικίας ἔπασιν καὶ ἀτελίαν καὶ ἀσουλίαν καὶ κα[γγ]ᾶ[ν] καὶ κατ[θ]άλατ[τ]αν καὶ πολέμω καὶ [ἱ]ρά[να]ς ἰ[ώ]σας. [Β]οιωταρχιόν[τ]ων Τιμομ--, Αἰτώναο, .οίωνος, Πε--ονος, Ἵππιδος, [Ε]ὐμαρίδαο, Π[ασίω]νος?

Τύχαν dedi ob n. 1564. ceterum de formula hac vide ad n. 4. Decretum est non Thebanorum, sed concilii Boeotorum communis: diserte enim dicitur *πρόξενος Βοιωτῶν*: igitur etiam archon non Thebanus intelligendus videtur, sed communis Boeotorum; qui tamen potuit patria Thebanus esse, ut in titulo Orchomenio n. 1593. Is distinguendus et hic et in altero illo titulo a Boeotarchis, qui utroque loco septem sunt. Vide de archonte Boeotici concilii et Boeotarchis etiam Introd. et de tituli ratione cf. Tittmann. Gr. Staatsverf. p. 700. *Δῆμος* est *Βοιωτῶν*: neque offendit quod *δῆμος τοῦ κοινοῦ* memoratur: vide Introd. II, 3. nec magis quod Boeoticum concilium proxeniam dat: sic commune Lacedaemoniorum nominat proxenum (n. 1535.); sic Amphictyones (n. 1689. *b.*); sic iidem Polygnoto gratuita hospitia decreverunt (Plin. H. N. XXXV, 9, 35.); sic Achaei universi civitatem donant notante Tittmanno; neque aliter Cei, licet in plures urbes divisi (v. Inscr. Ceorum). Titulus quum in beneficium viri Carthaginiensis scriptus sit, antiquior est anno a. Chr. 146. quo anno Carthago deleta: arbitror autem illum Nobam a Carthaginiensibus in Graeciam missum legatum esse, ut de communibus adversus Romanos consiliis ageret. *Ἱράνας ἰώσας* legendum esse dixi ad n. 1564. quod olim in schedis a me coniectum non debebam deinde ob tituli n. 1564. falsum apographum repudiare. Rochettus volebat *καὶ ἱράνας καὶ ὅσα*: sed *καὶ ὅσα* nullum hic locum habet. Sequuntur enim nomina Boeotarcharum, sed partim mutila partim corrupta. *Αἰτώναο* posui, ut haec ap. Poc. habentur: sed nomen depravatum censeo. ΠΛΕΡΟΝΟΣ videtur ex ΠΑΣΙΩΝΟΣ corruptum, ut n. 1575. pro *Πασίωνος* Whelerus legerat ΠΛΕΙΩΝΟΣ. In scripturae genere nota ΤΟΙΔΑΜΟΙ, hoc est *τῷ δάμῳ* more Attico etiam post Euclidem frequente.

1566.

Oropi olim; nuperrime Museo Britannico donavit Io. P. Gandy. Est ibi Spat. XV. n. 106.* Ex schedis Mülleri.

ΠΑΙ...........ΑΠΕΝΔΕΔΟΧΘΑΙ
ΤΩΙΔ..ΙΩΙΟΙΝΟΦΙΛΟΝΦΙΛΙΣΩΝΟΣ
.ΡΗΤΑΠΡΟΞΕΝΟΝ....ΚΑΙΕΥΕ.
.ΕΤΗΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΩΡΩΠΙΩΝΚΑ.
.ΥΤΟΝΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΚΑΙΕΙΝΑΙΑ.
.ΩΙΓΗΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣΕΓΚΤΗΣΙΝΚΑΙΑΣΦΑ
..ΙΑΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙΠΟΛΕΜΟΥ...
ΕΙΡΗΝΗΣΚΑΙΚΑΤΑΓΗΝΚΑΙΚΑΤΑ.
ΑΛΑΤΤΑΝΚΑΙΤΑΛΛΑΠΑΝΤΑ
ΟΣΑΠΕΡΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟ
ΞΕΝΟΙΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣ
ΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΨΗ
ΦΙΣΜΑΕΝΣΤΗΛΗΙΛΙΘΙΝΗΙΚΑΙΣΤΗ
ΣΑΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΟΥΑΜΦΙΑΡΑΟΥ

Παι.......... [εἶ]πεν· δεδόχθαι τῷ δ[ήμ]ῳ Οἰνόφιλον Φιλίσωνος [Κ]ρῆτα πρόξενον [εἶναι] καὶ εὐε[ργ]έτην τῆς πόλεως Ὠρωπίων, κα[ὶ α]ὐτὸν καὶ ἐκγόνους, καὶ εἶναι α[ὐτ]ῷ γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν καὶ ἀσφά[λε]ιαν καὶ ἀσυλίαν καὶ πολέμου [καὶ] εἰρήνης καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ [θ]άλατταν, καὶ τἄλλα πάντα ὅσαπερ καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις. ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀμφιαράου.

Vs. 3. arbitror Ξ fuisse ut vs. 11. Oropia haec inscriptio Attica vel si mavis vulgari dialecto scripta est ob veterem Oropiorum cum Atheniensibus communionem. Titulus est Oropi liberae: igitur certe

multo ante Olymp. 115,2. scriptus esse non potest, quo tempore Oropiis libertatem, quam habebant, confirmavit Polyperchon (Diod. XVIII, 56.). Olymp. 156. Oropum rursus fuisse Atheniensibus subditam docet Pausanias VII, 11. sed separati tum in aliquod tempus ab Atheniensibus Oropii sunt. Igitur potest hic titulus etiam ei aetati tribui, quae ab Olymp. 156. proxima est. Imperatorum quidem aetate Atticae reipublicae pars fuit Oropus.

1567.

Chaliensium hoc decretum Dawkinsius haud longe a Basilico prope Asopum repperit et Oxonium detulit. Edidit Chandlerus Marm. Oxon. II, XXIX. 1. Lapis est tribus in lateribus perscriptus: duorum reliquorum laterum titulos habes in Classe tertia, n. 1594. 1607. Scriptura dicitur lectu difficillima esse.

Α Γ Α Θ Α Ι Τ Υ
ΑΡΧΟΝΤΟΣΞΕΝΩΝΟΣΕ
ΜΙΟΡΓΕΟΝΤΟΣΜΙΚΚΩΝΟΣΕΠ
ΚΛΕΟΓΕΝΗΣΑΛΚΙΘΟΟΥΑΙΓΙΕΥ
ΕΥΝΟΥΣΩΝΚΑΙΕΥΧΡΗΣΤΟΣΔΙΑΤΕ
ΤΑΙΠΟΛΕΙΤΩΝΧΑΛΕΙΕΩΝΕΔΟΞΕΤΑΙΠΟ
ΛΕΙΕΝΕΝΝΟΜΩΙΕΚΚΛΗΣΙΑΙΠΡΟΞΕΝ
ΟΝΕΙΜΕΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟ
ΤΩΝΧΑΛΕΙΩΝΚΛΕΟΓΕΝΗΑΛΚΙΘΟΟΥΑΙΓ
ΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΑΥΤΟΥΚΑΙΕΙΜΕΝΑ..ΩΙΙΣΟ
ΛΙΤΕΙΑΝΚΑΙΑΣΦΑΛΕΙΑΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙ
ΜΟΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΚΑΙΓΑΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣΕΝΚΤΗΣ
ΚΑΙΤΑΑΛΛΑΥΠΑΡΧΕΙΝΑΥΤΩΙΠΑΝΤΑΟΣΑ
ΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤ
ΤΑΣΠΟΛΙΟΣΥΠΑΡΧΕΙ

Ἀγαθᾷ τύχᾳ. ἄρχοντος Ξένωνος, ἐ[ν Αἰγίῳ δὲ δα]μιοργέοντος Μίκκωνος. ἐπ[ειδὴ] Κλεογένης Ἀλκιθόου Αἰγιεὺ[ς] εὔνους ὢν καὶ εὔχρηστος διατε[λεῖ] τᾷ πόλει τῶν Χαλειέων, ἔδοξε τᾷ πόλει ἐν ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ, πρόξενον εἶμεν καὶ εὐεργέταν τᾶς πόλιο[ς] τῶν Χαλειῶν Κλεογένη Ἀλκιθόου Αἰγ[ιέα] καὶ ἐκγόνους αὐτοῦ, καὶ εἶμεν α[ὐτ]ῷ ἰσο[πο]λιτείαν καὶ ἀσφάλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ [πολέ]μου καὶ εἰράνας, καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔνκτησ[ιν], καὶ τὰ ἄλλα ὑπάρχειν αὐτῷ πάντα, ὅσα τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέτ[αις] τᾶς πόλιος ὑπάρχει.

De Chalia (Χαλίᾳ) vide Steph. Byz. v. qui ex Theopompo ethnicum dicit esse Χάλιος: sed hic et n. 1607. dicuntur Χαλειεῖς (vs. 6.): unde mox (vs. 9.) aut Χαλειῶν (prŏ Χαλειέων, ut Πειραιῶς et talia) esse videtur, aut corrigendum est Χαλειέων. In singulis praeter demiurgum *Micconem* fere nihil est memorabile. Illo vero loco, ubi hic memoratur, Chandlerus coniiciebat: ἐ[πὶ δα]μιοργέοντος. Sed quum non dictum esset ἐπ' ἄρχοντος, dici multo minus poterat ἐπὶ δαμιοργέοντος. Igitur ἐ[πιδα]μιοργέοντος scripseris, de ἐπιδημιουργῷ (vide ad n. 4.). At omnino demiurgi et proinde epidemiurgi in Boeotia nulli unquam reperiuntur; et ipsa duplicis magistratus Chaliensis mentio suspecta est. Honoratur Aegiensis Achaeus: itaque vero non dissimile, Achaicum additum magistratum esse: Achaici autem sunt demiurgi. Hoc eo deducit, ut scriptum fuerit ἐ[ν Αἰγίῳ δὲ δα]μιοργέοντος, omisso, ut consentaneum est, post ἄρχοντος Ξένωνος superfluo additamento ἐν Χαλειᾳ seu Χαλείῳ: quamquam hoc habetur n. 1607. ubi similis dictio in eiusdem lapidis titulo. Cf. n. 1569. *a*. III. 1570. *a*. 1575. et alia. De scriptura δαμιοργὸς cf. ad n. 1542.

1568.

Orchomeni in ruderibus aediculae ex lapidibus vetustis olim constructae. Ed. Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 169. (in altera editione T. VII. p. 25.). Hinc dedi Oec. civ. Athen. T. II. p. 398. Habet ex Clarkio etiam Rosius Inscr. p. 304 sq. hic ex altera Clarkii editione.

ΔΑΜΟΤΟΙΔΑΟΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΙΑΡΕΙΑΔΔΟΝΤΟΣ
ΑΝΤΙΧΑΡΙΔΑΟΑ..ΑΝΟ
ΔΩΡΩΔΑΡΙΟΛΙΣΔΙΙΜΕΙΛΙΑ
ΑΝΤΙΧΑΡΙΔΑΣΑΘΑΝΟΔΩΡΩΕΛ
ΞΕΔΕΔΟΧΘΗΤΥΔΑΜΥΟΠΩ.ΕΧΩΡ
ΘΙΤΩΝ-ΠΟΛΙΤΑΩΝΤΥΟΥΘΝΙΕΣΕ
ΧΥΜΕΙΛΙΧΙΥΟΧΛΑΤΙΧΡΕΙΕΙΣΟΗΓ
ΤΙΜΥΚΑΤΑΣΚΕΥΑΤΤΗΚΕ
ΕΝΤΥΙΑΡΥΕΙΠΑΡΤΟΛΑΡ..
ΔΟΚΙΕΙΚΑΛΛΙΣΤΟ.....

Δαμοτοίδαο ἄρχοντος,
ἱαρειάδδοντος
Ἀντιχαρίδαο Ἀ[θ]ανο-
δώρω . . . . . . Δὶί μειλι[χίυ,
Ἀντιχαρίδας Ἀθανοδώρω ἔλ[ε-
ξε· δεδόχθη τῦ δάμυ, ὅπω[ς] ἔχω[ν-
θι τῶν πολιτάων τὺ [θ]ού[ο]ν[τ]ες [τῦ Δὶί
τ]ῦ μειλιχίυ - - - - - - - -
τιμυ κατασκευάττη - - - - - -
ἐν τῦ ἱάρυ πὰρ το- - - - - - -
δοκίει κάλλιστο[ν - - - - - - -]

Fragmentum pessime habitum. Archontis nomen est Δαμοτοίδας, quod iam non audeo mutare: olim conieci Δαμοιτάδαο: Rosius habet ΔΑΜΟΙΤΟ ΔΑΟ: in priore certe Clarkii editione est quod supra dedi. Sequitur sacerdos, qui ideo nominatus est, quod decretum hoc ad sacra pertinet. De forma ἱαρειάδδοντος vide Introd. I, 12. Vs. 4. ΔΡΙΟΛΙΣ corruptum est. Coniicitur Διϊπόλια; sed festi nomen omnino non exspectatur. Nam ἱαρειάδδοντος non est ῥέζοντος, ut dicitur, sed est pro vulgari ἱερατεύοντος, in quo verbo primum deus addi poterat, qui deinceps additus est, et si quid praeterea additum fuerit, locum exspectes, ubi templum fuerit; et locus latere in litteris ΔΡΙΟΛΙΣ videtur, ut Σ supersit ex terminatione dativi pluralis. Osanni (Syll. p. 188.) correctio ἁ πόλις ferri non potest. Deus est Ζεὺς μειλίχιος, si versui octavo confidere licet: quod et ipse in Oec. civ. Ath. conieci, et repetiit praeter Rosium Osann. l. c. Putabam tamen etiam de Iove μηλίῳ (μειλίῳ) cogitari posse, ut in Naxo cultus est Ζεὺς μηλώσιος: et hoc amplexus est Müllerus Orchom. p. 160. Qui decretum tulit, est iam idem ille Iovis sacerdos. Quod decernitur, videtur fere hoc fuisse, ut in eorum, qui sacrificia offerrent, usum certae quaedam res publice compararentur. Apertum est ὅπως ἔχωνθι (ἔχωσι, v. Introd.) τῶν πολιτάων τῦ θύοντες. Θούοντες dedi ex more: Ros. (qui a Dobraeo habere videtur) et Osann. l. c. θύοντες. Mox ΕΧΥ in ΔΙΙ mutarunt iidem: paulo audacius: praestat opinor τῦ scribere et supplere praegressum τῦ Διΐ. In ceteris caecutimus. Ros. coniicit ὄκκα τι χρεῖα ἦ, quod non intelligo. Audax est coniectura, sed tamen fortasse audenda, χρειείσθη pro χρησθῆ: exspectabas tamen solum χρείσθη: et fortasse ΕΙ casu duplicatum est. Mox τιμν est pro τιμοι vel τιμῳ, κατασκευάττη pro κατασκευάσσῃ vel κατασκευάσσαι, non pro κατασκευάζῃ (v. Introd. I, 12.). Vs. 11. δοκίει est δοκέει (v. Introd. I, 8.). In fine Ros. ΚΑΛΛΙΣΤΟΝ. Fortasse de collocanda decreti tabula dicebatur, ut n. 1570. *a.* extr. ἀναγραψάτωσαν καὶ τὸ ψήφισμα τὸ κυρωθὲν περὶ τούτων εἰς τὴν στήλην, καὶ ἀναθέτωσαν οὗ ἂν δοκῇ ἐν καλλίστῳ εἶναι.

1569.

Marmor candidum oblongum, altitudine fere tripedali; latitudo ad dodrantem, crassitudo ad trientem accedit: sed olim crassius fuit et sectione attenuatum est. Potissimum latus sive frons ductus satis distinctos et profunde incisos offert; ima tamen pars deest. Hoc latus nobis est *a*. In dextero latere contiguo pauca supersunt nomina prope exesa (*b*). Lapidem muro ecclesiae D. Mariae oppidi Skripu prope *Orchomenum* olim insertum primus minusculis edidit Meletius Geogr. vet. et nov. p. 342. ed. Venet. a. 1728. ex quo repetiit Byronus ad calcem libri: *Childe Harolds Pilgrimage* p. 290 sqq. Tum ab Elgino in Britanniam delatus est; vide Visconti Catalogum Elginianorum p. 155. n. 44. Nunc est in Museo Britannico Synops. n. 177. Post Meletii apographum Clarkius novum confecit et edidit Itin. P. II. S. III. p. 152 sq. cum notulis Walpolii. In altera Clarkiani operis editione, quam non habeo, est T. VII. p. 190. Interim quum a Visconto accepissem apographum ab ipso cum cura confectum, in Oec. civ. Athen. T. II. p. 355 sqq. titulum emendavi et interpretatus sum, additis tab. IX. exemplis Meletii, quod in maiusculas transposui, Visconti, Clarkii: Viscontus simul notulas misit, quibus raro nec nisi nominato auctore usus sum. Tum vss. 1–48. dedit Walpolius *Mem.* p. 469 sqq. cum notis; hinc varietatem lectionis enotavit Müllerus Orch. p. 471. Idem ille tertiam tituli partem inde a vs. 25. iterum cum notis et restitutione Dobraei aliisque annotationibus dedit *Travels* p. 598 sqq. Ex priore Walpolii editione duas particulas deprompsit et notis illustravit Rochettus Diss. archaeol. p. 91 sqq. Ex lapide tertiam partem inde a vs. 25. minusculis repetitam habes in Diar. class. T. XVI. p. 392 sq. Postremo ediderunt Osann. Syll. I, 66. p. 179 sqq. Rosius Inscr. p. 263 sqq. qui tab. XXXIX. ut nos olim, Meletii, Visconti, Clarkii textum exhibet. Cf. eundem Prolegg. p. LIII. Universum titulum *a* habent schedae Köhlerianae: sed quum sero missae essent, nec viderem nova multa praeter vitia inesse, ex iis annotavi tantum, quae ex prioribus exemplis nondum constabant. Ceterum *b*, quam partem olim de industria omisi, exhibent schedae Visconti cum Osanno et Rosio: ceteri eam non habent.

[*Textum vide pag. seq. interpositum.*]

Varietas lectionis. Fundus textus nostri est apographum Clarkianum in parte *a*; sed quum hoc, notante iam Visconto, haud satis certum sit, correxi ex ceteris quae debebant. Walpolianum, ubi nihil notabitur, consentit cum Clarkiano: numerorum notae in illo deficiunt. Dedi omnibus locis Γ cum Os. Clarkius variat; Visc. semper Π. Vs. 1. Visc. .ΥΝΑΡΧ.ΑΡ etc. et in fine ΟΕ: Os. .ΥΝΑΡΧΩ,. et in fine ΜΕΙΝΟΣ. Initio vs. 2. Ι, quod Clarkius vs. 1. extr. habet, e Visc. dedi: Os. id omittit utroque loco. Ibidem Visc. Clark. ΑΓΧΙ, Walp. ΑΡΧΙ cum Os. et Mel. qui cetera hoc versu omittit. Tum Os. ΑΡΟΥ. Lectionem Ἀρχίαρος probat etiam Boissonadus Diar. class. Vol. XX. p. 304. Est autem pro Ἀρχίερος. Uno verbo addo ob alios ap. Walpol. non ΑΡΧΙΑΡΟΝ legi, sed ΑΡΧΙΑΡΟΣ. Ibid. extr. ultimum Ι omittit Visc. Osannus pro ΕΥΜΕΙΛΩΤΑΜΙ habet Ι.Ν et nihil praeterea. Clark. ΕΥΜΕΙΛΟ; Visc. ΕΥΜΕΙΛΩ. Hae sunt vs. 1. 2. varietates apographorum omnes exempli causa a me positae: posthac omittam, quae prorsus imperfecta in uno alterove apographo sunt, neque afferam nisi potiora: quamquam ne haec quidem omnia relatu digna. Ubi varietas annotatur tantum ex uno et altero, ceteri consentiunt cum Clarkiano. Vs. 3. extr. Clark. ΦΩΚΕΙΙΧΗ, Melet. Φωκεια, Os. ΦΩΚΕ, Visc. ΦΩΚΕΙΙΧ.. At ΧΡΙΟΣ in lapide esse videri recte notatur apud Walp. Trav. p. 598. Vs. 4. extr. Os. ΓΡΑΦ, Visc. ΓΡΑ.. Vs. 7. solus Clarkius ΚΕΙΜΕΝΑΣ, ceteri quod dedi. Vs. 8. pro Γ Visc. lacunam habet, et pro seq. Α Osannus. Clark. ΓΑΣΙΚΛΕΙΝΟΝ, quod correxi ex ceteris. Mel. post Πασικλειν lacunam signat, ubi nulla est. Vs. 9. Melet. Τιμομειδον. Clark. in fine ΗΔΑΜΟ pro ΚΗΔΑΜΟ, quod ex ceteris (etiam Walpol.) correxi. Vs. 10. Visc. ΔΙΟΝΥΣΙΟΝ, Melet. Διονυσον. Vs. 12. Clark. ΜΨΨΓΕΤΔΙΙΙ, Visc. ΜΨΨΓΕΡΔΙΙΙ, Mel. ΜΠΨΓΕΤΔΙΙΙ, Os. ΜΡΨΓΕΤΔΙΙΙ. Dedi Meletianum, uno ductu ex Visc. assumpto.

[*Continuatur pag. 742.*]

a. *b.*

I. ΘΥΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΘΕ
ΙΛΟΥΘΙΩΑΡΧΙΑΡΟΣΕΥΜΕΙΛΩΤΑΜΙ
ΑΣΕΥΒΩΛΥΑΡΧΕΔΑΜΩΦΩΚΕΙΙΧΡΙ
ΟΣΑΓΕΔΩΚΑΑΓΟΤΑΣΣΟΥΓΓΡΑΦΩ
ΓΕΔΑΤΩΝΓΟΛΕΜΑΡΧΩΝΚΗΤΩΝ
ΚΑΤΟΡΤΑΩΝΑΝΕΛΟΜΕΝΟΣΤΑΣ
ΣΟΥΓΓΡΑΦΩΣΤΑΣΚΙΜΕΝΑΣΓΑΡΕΥ
ΦΡΟΝΑΚΗΦΙΔΙΑΝΚΗΓΑΣΙΚΛΕΙΝ
ΚΗΤΙΜΟΜΕΙΛΟΝΦΩΚΕΙΑΣΚΗΔΑΜΟ
ΤΕΛΕΙΝΛΥΣΙΔΑΜΩΚΗΔΙΩΝΥΣΙΟΝ
ΚΑΦΙΣΟΔΩΡΩΧΗΡΩΝΕΙΑΚΑΤΤΟΨΑ
ΦΙΣΜΑΤΩΔΑΜΩ Μ Л Ψ ΓΕ Ғ ▷ ΙΙΙ
II. ΘΥΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΑΛΛΑ
ΚΟΜΕΝΙΩFΑΡΝΩΝΓΟΛΥΚΛΕΙΟΣ
ΤΑΜΙΑΣΑΓΕΔΩΚΕΕΥΒΩΛΥΑΡΧΕ
ΔΑΜΩΦΩΚΕΙΙΑΓΟΤΑΣΣΟΥΓΓΡΑ
ΦΩΤΟΚΑΤΑΛΥΓΟΝΚΑΤΤΟΨΑΦΙΣΜΑ
ΤΩΔΑΜΩΑΝΕΛΟΜΕΝΟΣΤΑΣΣΟΥΓ
ΓΡΑΦΩΣΤΑΣΚΙΜΕΝΑΣΓΑΡΣΩΦΙ
ΛΟΝΚΗΕΥΦΡΟΝΑΦΩΚΕΙΑΣΚΗΠΑΡ
ΔΙΩΝΥΣΙΟΝΚΑΦΙΣΟΔΩΡΩΧΗΡΩΝΕΙ
ΑΚΗΛΥΣΙΔΑΜΟΝΔΑΜΟΤΕΛΙΟΣΓΕ
ΔΑΤΩΝΓΟΛΕΜΑΡΧΩΝΚΗΤΩΝΚΑΤΟ
ΓΤΑΩΝ Л ΓΗΕ ΗΕ ΗΕ ΗΕ ▷ ▷ ΙΙΙ Ο Η
III. ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΕΡΧΟΜΕΝΥΘΥΝΑΡΧΩΜΕΙ
ΝΟΣΑΛΛΑΚΟΜΕΝΙΩΕΝΔΕFΕΛΑΤΙ.ΗΜΕ
ΝΟΙΤΑΟΑΡΧΕΛΑΩΜΕΙΝΟΣΓΡΑΤΩΟΜΟ
ΛΟΓΑΕΥΒΩΛΥFΕΛΑΤΙΗΥΚΗΤΗΓΟΛΙΕΡ
ΧΟΜΕΝΙΩΝΕΓΙΔΕΙΚΕΚΟΜΙΣΤΗΕΥΒΩ
ΛΟΣΓΑΡΤΑΣΓΟΛΙΟΣΤΟΔΑΝΕΙΟΝΑΓΑΝ
ΚΑΤΤΑΣΟΜΟΛΟΓΙΑΣΤΑΣΤΕΘΕΙΣΑΣΘΥ
ΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΘΕΙΛΟΥΘΙΩ
ΚΗΟΥΤΟΦΕΙΛΕΤΗΑΥΤΥΕΤΙΟΥΘΕΝΓΑΡΤΑΝ
ΓΟΛΙΝΑΛΛΑΓΕΧΙΓΑΝΤΑΓΕΡΙΓΑΝΤΟΣ
ΚΗΑΓΟΔΕΔΟΑΝΘΙΤΗΓΟΛΙΤΥΕΧΟΝΤΕΣ
ΤΑΣΟΜΟΛΟΓΙΑΣΕΙΜΕΝΓΟΤΙΔΕΔΟΜΕ
ΝΟΝΧΡΟΝΟΝΕΥΒΩΛΥΕΓΙΝΟΜΙΑΣFΕΤΙΑ
ΓΕΤΤΑΡΑΒΟΥΕΣΣΙΣΟΥΝΙΓΓΥΣΔΙΑΚΑ
ΤΙΗΣFΙΚΑΤΙΓΡΟΒΑΤΥΣΣΟΥΝΗΓΥΣΧΕΙ
ΛΙΗΣΑΡΧΙΤΩΧΡΟΝΩΟΕΝΙΑΥΤΟΣΟΜΕΤΑ
ΘΥΝΑΡΧΟΝΑΡΧΟΝΤΑΕΡΧΟΜΕΝΙΥΣΑΓΟ
ΓΡΑΦΕΣΘΗΔΕΕΥΒΩΛΟΝΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝ
ΕΚΑΣΤΟΝΓΑΡΤΟΝΤΑΜΙΑΝΚΗΤΟΝΝΟΜΩ
ΝΑΝΤΑΤΕΚΑΥΜΑΤΑΤΩΝΓΡΟΒΑΤΩΝΚΗ
ΤΑΝΗΓΩΝΚΗΤΑΝΒΟΥΩΝΚΗΤΑΝΙΓΓΩΝΚΗ
ΚΑΤΙΝΑΑΣΑΜΑΙΩΝΘΙΚΗΤΟΓΛΕΙΘΟΣΜΕΙ
ΑΓΟΓΡΑΦΕΣΘΩΔΕΓΛΙΟΝΑΤΩΝΓΕΓΡΑΜ
ΜΕΝΩΝΕΝΤΗΣΟΥΓΧΩΡΕΙΣΙΗΔΕΚΑΤΙΣ
. . . . ΤΗΤΟΕΝΝΟΜΙΟΝΕΥΒΩΛΟΝΟΦΕΙΛΕΙ
. . . . . . ΛΙΣΤΩΝΕΡΧΟΜΕΝΙΩΝΑΡΓΟΥΡΙΩ
. . . . ΓΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑΕΥΒΩΛΥΚΑΘΕΚΑΣ
ΤΟΝΕΝΙΑΥΤΟΝΚΗΤΟΚΟΝΦΕΡΕΤΩΔΡΑ . .
. . . . . ΤΑΣΜΝΑΣΕΚΑΣΤΑΣΚΑΤΑΜΕΙΝΑ
. . . . ΤΟΝΚΗΕΜΓΡΑΚΤΟΣΕΣΤΩΕΥΒΩ . .
ΤΟΝΕΡΧΟΜΕΝΙΟΝ . . . .

ΑΝΙΣΙΩΝ
ΛΑΦΟΒΟΛΙ
ΙΑΟ
ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟ
ΣΤΕΑΟ
ΣΩΝΛΟΥΣΙ
ΑΤΙΟΣ
ΑΝΘΙΠΠΟΣ
ΟΣΟΤΟ
ΘΙΟΔΩΡΟ
ΞΕΝΟΣ
ΟΝΟΣ

Ultimas vs. 16. litteras ΓΡΑ Visc. in seq. vs. traiicit. Vs. 19. solus Visc. ΣΟΦΙ, non male: sed plurium auctoritatum causa praetuli alterum. Vs. 20. Mel. Φωκεας. Vs. 21. solus Visc. ΔΙΟ etc. Vs. 21. 22. Mel. Χηρωνεα. Vs. 24. dedi ex schedis Köhlerianis: Clark. ΨΠΠ⊢Ε⊦Ε⊦ΕΓΕ▷▷ΙΙΙΟΗ, Visc. idem nisi initio Π: Mel. ⅂ΠΠ⊢Ε⊦ΕΓΕ▷▷ΙΙΙΟΗ, Os. ΓΠ⊢Ε⊦Ε⊦Ε⊦Ε ΓΕ▷▷ΙΙΙΟΗ. Omnibus hic collatis patet Osannum unum ⊦Ε falso addidisse, unum Meletium omisisse; Clarkianum excepto ΓΕ, quod alii quoque habent, intemeratum est, nisi quod primi sigli forma ap. Mel. rectius expressa videtur, quippe magis conveniens prisco ductui Ψ (Χ). Vs. 25. Mel. Ερχομενο. Vs. 26. extr. Clark. ΜΙ. Vs. 28. Mel. ϝελατιηο. Vs. 29. Mel. επειδη. Vs. 31. Mel. τεθισας. Vs. 32. Clark. ΘΕΙΛΥΘΙΩ, Visc. ΘΕΛΟΥΘΙΩ, ultro monens Ι omissum esse: tamen Mel. et Os. cum Diar. class. habent ΘΕΙΛΟΥ ΘΙΩ, quod dedi. Vs. 33. Mel. αυτω. Vs. 43. 44. Clark. Walp. ΝΟΜ.ΑΝ. Vs. 45. extr. Clark. Walp. et Diar. class. solum Κ, ceteri ΚΗ. Vs. 46. Clark. ΙΩΝΟΝΚΗΤΩΝΠΛΕΙΘΟΣΜΕ, Walp. idem, sed in fine ΜΕΙ.; Melet. quod dedi, item Diar. class. Os. et Visc. nisi quod Os. ΜΕ, Diar. class. με., Visc. Μ.. habent. Vs. 47. Clark. ΠΛΕΙΟΝΑ, et vs. 48. ΣΟΥΓΧΩΡΕΙΣΙΔΕ etc. ceteri, etiam Walp. quod dedi. Vs. 49. primum Τ ex Os. et ultimum ΕΙ ex Mel. addidi: pro Τ schedae Köhlerianae Γ; eaedem in fine ΟΦΕΙΑ. Vs. 50. primum Λ apud solum Clark. deest. Vs. 51. Mel. τεττ. etc. Os. Visc. omittunt primum Γ, habent Clark. Walp. In fine Σ addidi ex Walp. Vs. 52. Clark. ΣΤΟΝΕΝΙΑΥΤΟΝ ΚΗΤΟ etc. Meletius praebet quod dedi; ceteri ΣΤΟΝΕ omittunt; Os. pro Η lacunam habet, item Diar. class. Vs. 53. ultimum Α solus Os. omittit. Vs. 54. Clark. ΕΣΤΟΕΥΒ, Mel. ΕΣΤΩ omisso ΕΥΒ: Visc. solum ΕΣΤ, Os. solum ΕΣ habet, Diar. class. ΕΣΤΟϹVΡ. In fine Ω ex schedis Köhlerianis addidi. Vs. 55. Visc. habet ΟΝΕΡΧ, eo loco, ubi in nostro exemplo est; Clark. Os. quae servaverunt, paulo remotiora in dextram praebent. Habet autem Os. ΟΝΕΡ..Μ, Diar. class. ΤΟΝ ΕΡ Μ, Mel. τον Ερχομενιον, idemque Clarkius; sed sex postremas litteras arrosas repraesentat. Dedi Meletianum. In fine ex Meletii fide et apographo Viscontiano puncta addidi. Lapis fractus in hac est parte.

Tituli *b* reliquias concinnavi ex apographis quae habemus tribus. Vs. 1. est ex Os. ΑΝ omittunt Ros. Visc. Vs. 2. item ex Os. Nam Ros. ΡΟΒΟΝΙ; Visc. hunc omisit. Vs. 3. Os. quod dedi; Rosius solum Ο, Visc. ......ΑΟ.... habet. Vs. 4. ex Osanno; Visc. Α, Ros. ΑΡ omittunt. Vs. 5. ex Os. et Ros. Viscontus ...ΣΤΕΛΟ. Vs. 6. Os. ΣΩΝΕΟΥΣΙ, Ros. ΩΝΑ.ΥΣΙ, Visc. ...ΞΩΝΛΟΥ...Ι, ex quo Λ accepi, quod Rosio est Α. Vs. 7. ex Ros. et Visc. Osannus habet ΣΤΙΟΣ. Locum litteris designavi ex Visc. ceteri habent in sinistram remotiores. Vs. 8. ex Ros. Osannus ΑΜΦΙΓΡΟΣ, Visc. ....ΘΙΠΠΟΣ. Locum litteris in sinistram remotiorem dedi ex Visc. Vs. 9. Os. ΣΟΤ, Ros. ΟΞΟΤ, Visc. ΘΕΟΤΟ, quae probabili ratione composui. Vs. 10. lacuna est ap. Os. Idem vs. 10. habet ΘΙΟ ΔΩΡΟ; nulla praegressa lacuna Ros. ΘΙΟΔΩΡ, Visc. ΙΟΔΩΡ. Vs. 11. 12. omittit Os. Vs. 11. ex Visc. (Rosius ΕΝΟΣ). Vs. 12. ex Ros. (Viscontus ΑΝΟΣ).

a.

I. *Θυνάρχω ἄρχοντος, μεῖνος Θειλουθίω, Ἀρχίαρος Εὐμείλω ταμίας Εὐβώλυ Ἀρχεδάμω Φωκεῖι χρίος ἀπέδωκα ἀπὸ τᾶς σουγγράφω πεδὰ τῶν πολεμάρχων κὴ τῶν κατοπτάων, ἀνελόμενος τὰς σουγγράφως τὰς κιμένας παρ' Εὔφρονα κὴ Φιδίαν κὴ Πασίκλειν κὴ Τιμόμειλον Φωκείας κὴ Δαμοτέλειν Λυσιδάμω κὴ Διωνύσιον Καφισοδώρω Χηρωνεῖα καττὸ ψάφισμα τῶ δάμω·*

Μ⅂Ψ[⊦ΕΡ]▷ΙΙΙ

II. *Θυνάρχω ἄρχοντος, μεῖνος Ἀλαλκομενίω, Ϝάρνων Πολυκλεῖος ταμίας ἀπέδωκε Εὐβώλυ Ἀρχεδάμω Φωκεῖι ἀπὸ τᾶς σουγγράφω τὸ κατάλυπον καττὸ ψάφισμα τῶ δάμω, ἀνελόμενος τὰς σουγγράφως τὰς κιμένας πὰρ Σώφιλον κὴ Εὔφρονα Φωκείας κὴ πὰρ Διωνύσιον Καφισοδώρω Χηρωνεῖα κὴ Λυσίδαμον Δαμοτέλιος πεδὰ τῶν πολεμάρχων κὴ τῶν κατοπτάων·*

⅂ΠΠ⊢Ε⊦Ε⊦Ε⊦Ε▷▷ΙΙΙΟΗ

III. *Ἄρχοντος ἐν Ἐρχομενῦ Θυνάρχω, μεῖνος Ἀλαλκομενίω, ἐν δὲ Ϝελατίῃ Μενοίταο Ἀρχελάω, μεῖνος πράτω, ὁμολογ[ί]α Εὐβώλυ Ϝελατιῆϋ κὴ τῇ πόλι Ἐρχομενίων· Ἐπιδεὶ κεκόμιστη Εὔβωλος πὰρ τᾶς πόλιος τὸ δάνειον ἅπαν καττὰς ὁμολογίας τὰς τεθεῖσας Θυνάρχω ἄρχοντος, μεῖνος Θειλουθίω, κὴ οὔτ' ὀφείλετη αὔτυ ἔτι οὐθὲν πὰρ τὰν πόλιν, ἀλλ' ἀπέχι πάντα περὶ πάντος, κὴ ἀποδεδόανθι τῇ πόλι τὺ ἔχοντες τὰς ὁμολογίας, εἶμεν ποτιδεδομένον χρόνον Εὐβώλυ ἐπινομίας ϝέτια πέτταρα βούεσσι σοὺν ἵππυς διακατίης ϝίκατι, προβάτυς σοὺν ἤγυς χειλίης. ἄρχι τῶ χρόνω ὁ ἐνίαυτος ὁ μετὰ Θύναρχον ἄρχοντα Ἐρχομενίυς. ἀπογράφεσθη δὲ Εὔβωλον κατ' ἐνίαυτον ἕκαστον πὰρ τὸν ταμίαν κὴ τὸν νομώναν τά τε καύματα τῶν προβάτων κὴ τᾶν ἤγων κὴ τᾶν βούων κὴ τᾶν ἵππων, κἤ κά τινα ἄσαμα ἴωνθι, κὴ τὸ πλεῖθος. μεὶ ἀπογραφέσθω δὲ πλίονα τῶν γεγραμμένων ἐν τῇ σουγχωρείσι. ἢ δέ κά τις [πράτ]τη τὸ ἐννόμιον Εὔβωλον, ὀφειλέ[τω ἁ πό]λις τῶν Ἐρχομενίων ἀργουρίω [μνᾶς] πετταράκοντα Εὐβώλυ καθ' ἕκαστον ἐνίαυτον, κὴ τόκον φερέτω δρά[χμας δούω] τᾶς μνᾶς ἑκάστας κατὰ μεῖνα [ἕκασ]τον, κὴ ἔμπρακτος ἔστω Εὐβ[ώλυ ἁ πόλις] τ[ῶ]ν Ἐρχομενί[ω]ν - - - - - - -*

Inscriptionis aetas definiri non potest; attamen quod haec Boeotica dialecto scripta est, Orchomenia vero n. 1584. vulgari sermone concepta circa Olymp. 145. composita videtur, probabile est aliquanto vetustiorem esse hunc, de quo nunc dico, titulum. Ceterum hic est Orchomeni liberae, quantum video: nec potest in illorum annorum spatio poni, quibus vel Thebanis prorsus subdita Orchomenus fuit vel iacuit deleta. Iacuit vero inde ab Olymp. 103, 2. (Diod. XV, 79. Pausan. IX, 37. et 15. cf. Demosth. adv. Lept. p. 490. 10. p. 203. 4. p. 208. 18.). Mox bello Phocico a Phocensibus occupata est (Olymp. 106, 4.) et hoc finito iterum deleta, sed post pugnam Chaeronensem (post Olymp. 110, 3.) a Philippo, vel post Thebas deletas ab Alexandro restituta (Pausan. IX, 37, 3. IV, 27, 5. Arrian. Exp. Alex. I, 9, 19.). Vide quae pluribus disputavimus in Oec. civ. Ath. et accuratiorem narrationem Mül-

leri Orchom. p. 420 sqq. Etiam Elatea iacuit ab Olymp. 108, 3. nec nisi paulo ante pugnam ad Chaeroneam, fortasse Olymp. 109, 4. circiter, restituta est (Pausan. X, 3, 2. cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 373.). Itaque haec inscriptio aut ante Olymp. 103, 2. aut inter Olymp. 111-145. composita est: nec quidquam impedit, quominus in belli Peloponnesiaci aetatem removeatur, propterea quod non constat, Ω et H et Ψ, quae Athenis demum ab Euclidis magistratu publice recepta sunt, Orchomeni non prius in scriptura admissa esse: et certe in numeris formae ᐅ et Ψ satis antiquae sunt. Ceterum si quis cum Osanno, a quo tamen nihil evictum video, post Peloponnesiaca exaratum titulum putet, non obsum. Illud ultro moneo, quo tempore Phocenses Orchomenum tenuerunt, non posse hunc titulum conceptum esse: instituta enim Orchomenia in hoc titulo Boeotica sunt, non Phocica; ut magistratus, ut menses.

Falsam esse de tituli ratione sententiam Visconti, qui eo dicit pactum contineri inter Orchomenios et Elatienses de vectigalibus, quae Orchomenii Elatiensibus penderent ob permissa Orchomeniorum usui pascua Elatiensium, non est quod exponam. Prima quidem et altera parte agitur de capite ab Orchomenia republica soluto Eubulo Phocensi: et prima Archiarus Orchomeniorum quaestor partem capitis solvit Eubulo de syngrapha, qua sese Orchomenii Eubulo obstrinxerant, productis singulis, quae apud plures viros deposita erant, syngraphae exemplis; in altera autem agitur de reliqua parte eiusdem capitis Eubulo pensa a Varnone quaestore: prior solutio mense Theluthio, altera mense Alalcomenio facta est. Mutuam igitur Eubulus Orchomeniis pecuniam dederat; de qua reddenda mense eodem Theluthio inter debitorem et creditorem conventum esse docet pars tertia his verbis: ἐπιδεὶ κεκόμιστη Εὔβωλος πὰρ τᾶς πόλιος τὸ δάνειον ἅπαν καττὰς ὁμολογίας τὰς τεθεῖσας Θυνάρχω ἄρχοντος μεῖνος Θειλουθίω. Igitur solutio non ex primitiva syngraphae constitutione fit: nam mutuum diu ante eum mensem contractum esse sponte patet: sed ex peculiari conventione post mutuum contractum solutio facta tum est, quum facta dicitur. Iam vero ex tertia parte intelligitur, Eubulo ab Orchomeniis ante restitutum mutuum fuisse pascuorum Orchomeniorum usum concessum, quae in montibus Phocidem inter et Orchomenum (Pausan. IX, 39.) fuisse coniicio; diserte enim dicitur: εἶμεν ποτιδεδομένον χρόνον Εὐβώλυ ἐπινομίας ϝέτια πέτταρα: ita enim legendum esse infra docui. Additur illi tempus pascuo utendi: itaque iam antea usus est; idque ita enunciatur, ut pascui usum a mutui ratione non alienum fuisse appareat, propterea quod dicitur addi pascui usui tempus quattuor annorum, *postquam solutum caput sit*. Quae quum ita sint, in Oec. civ. Ath. T. II. p. 382. conieci, Eubulo pascuum quasi pro pignore concessum esse, ita ut partis usurarum loco pascui usu frueretur: quapropter etiam de usuris pensis nihil dictum est. Sed tertia parte Eubulo ius pascui in quattuor iam annos denuo conceditur, neque ullius vectigalis ab hoc pendendi mentio fit: neque haec potest in fine, qui periit, perscripta fuisse, sed si vectigal ab eo civitati pendendum erat, debebat id statim post concessionem memoratam addi. Itaque l. c. p. 383. ita statui: vectigal cessisse scripturario (τῷ νομώνῃ), qui etiam commemoratur, et civitatem Eubulo id solum ius concessisse, ut uteretur postea pascuo ea lege, qua etiam alii uterentur, vectigal scripturario pendens, coacto scripturario, ne expellere ex usu pascui Eubulum posset. Quam sententiam quum concepissem, accommodari ei debebat locus extremus: ἠ δέ κά τις .....η τὸ ἐννόμιον Εὔβωλον, ὀφειλέ[τω ἁ πό]λις τῶν Ἐρχομενίων ἀργουρίω [μνᾶς] πετταράκοντα Εὐβώλυ καθ᾽ ἕκαστον ἐνίαυτον etc. Itaque supplevi sic: ἠ δέ κά τις [σουλάσ]η τὸ ἐννόμιον Εὔβωλον, et ἐννόμιον *pecudes* significare debere dixi, non tamen reticens ἐννόμιον potius videri *vectigal pecuarium* esse. At recte animadversum est, compensationem ab Orchomeniis pro raptis pecudibus dandam non potuisse certa summa definiri, sed debuisse secundum numerum raptarum pecudum constitui. Praeterea postquam Os. post lacunam non solum H, sed TH superesse notavit, liquet omnino πράτ]τη scribendum esse, indeque iam patet ἐννόμιον esse *vectigal pecuarium*, ut ἐπινόμιον n. 1537. ut ἐλλιμένιον, ἐνοίκιον de similibus rebus. Iam hoc statuto nova oritur difficultas, quam optime perspexit Osannus. Etenim nunc patet pascuorum usum in quattuor integros annos sine vectigali ab Orchomeniis concedi Eubulo: nihilo minus autem obligantur Orchomenii, si quis ab Eubulo exegerit vectigal, sese pro anno Eubulo XL minas debituros esse et pro iis usuras pensuros, quippe compensandi vectigalis causa ab eo exacti. Magna certe haec liberalitas est, qua civitas Orchomeniorum universum damnum Eubulo forte datum in sese recipit, ne scripturarium persequi debeat Eubulus ipse: civitas hunc sibi persequendum sumit; atque insuper Eubulo pascui usum per quattuor praebet annos nullum ab illo vectigal postulans. Hoc quidem Orchomenios ideo tantum fecisse, quod ab Eubulo mutuam accepissent pecuniam, probabile non est. Igitur de hac re ita statuo. Eubulum dixi ius pascui iam habuisse, atque ut videtur loco partis usurarum capitis mutuo dati Orchomeniis. Sed caput solutum Eubulo est non ex primitivae syngraphae constitutione, ut antea docui: itaque videtur prius solutum esse quam pro syngrapha. Retinere tamen Eubulus pascui ius volebat: itaque hoc ei in quadriennium prorogatur; sed gratis hoc factum esse non credo; ipsaque verba P. III. ὁμολογία Εὐβώλυ Ϝελατιήϋ κὴ τῆ πόλι Ἐρχομενίων docent non beneficium conferri Eubulo, sed pactum scribi inter Eubulum et Orchomenios. In promptu est Eubulum in reddendo mutuo remisisse aliquid de capite usurisque debitis, ea condicione, ut debitum pro exsoluto haberetur et delerentur syngraphae, sed ius pascui Eubulo prorogaretur. Ita hoc constitutum videri debet in ea conventione, quae mense Theluthio placuerat (καττὰς ὁμολογίας τὰς τεθεῖσας Θυνάρχω ἄρχοντος, μεῖνος Θειλουθίω P. III.); eaque con-

ventio debet haec continuisse, primum ut maior pars capitis eodem solveretur mense, minor mense Alalcomenio (P. I. II.), deinde ut de debito remitteretur aliquid, sed pro eo Eubulo ius pascui prorogaretur. Quodsi factum erat, ἐκεκόμιστο Εὔβουλος τὸ δάνειον ἅπαν, ut dicitur P. III. etiamsi aliquid remissum de eo erat: additur enim καττὰς ὁμολογίας τὰς τεθεῖσας Θυνάρχω ἄρχοντος μεῖνος Θειλουθίω: igitur non simpliciter universum ei debitum redditum esse dicitur, sed secundum conventionem, in qua constitutum videtur, ut tantum eae summae, quae P. I. II. scriptae sunt, redderentur, cetera pecuniae pars pro pascui iure prorogando remitteretur, hoc autem illi ius publico pacto proxime scribendo deferretur: quod pactum continetur parte tertia. Sic certe omnia inter sese conciliantur; et quod maximum est, ita potest intelligi, cur Orchomeniorum civitas tam caverit impense, ne vectigal pecuarium exigeretur ab Eubulo, ac si hoc factum fuerit, damnum Eubulo datum semet ipsam sarturam polliceatur. Nunc accedo ad singula.

I. Θύναρχος vulgari lingua est Θοίναρχος; vide Introd. I, 10. De mense Theluthio (Θηλουθίῳ, Θειλουθίῳ, vulgarem dialectum si sequaris Θαλυσίῳ vocando) dixi ibidem in capite chronologico §. 2. Quaestorem hoc mense alium esse nota ac P. II. mense Alalcomenio, sive quod Orchomeni singulis mensibus vel semestribus alii quaestura fungebantur, sive quod quaestorum collegium res gerendas inter collegas partiebatur: posterius magis probo. Ἀπέδωκα non opus est ut ob P. II. in ἀπέδωκε mutetur: quum enim pars secunda ab alio quaestore concepta sit, potuit in formulis aliquid mutari. Pro σουγγράφω et hic et P. II. Rochettus falso σουγγράφως legebat et ἀπὸ putabat cum accusativo constructum esse. De dialecto et de magistratibus qui sequuntur, suis locis dictum in Introd. Illud si quaeris, cur polemarchi pecuniis solvendis affuerint, dixerit aliquis mutuum bellicis vel certe militaribus rebus sustentandis contractum esse: sed sufficit respondere, polemarchorum auctoritatem apud Boeotos tantam fuisse, ut etiam his rebus adesse possent. Vide Introd. II, 5. In verbis ἀνελόμενος τὰς σουγγράφως notabilis est differentia numeri, quum antea fuerit ἀπὸ τᾶς σουγγράφω et hic et P. II. Nempe una erat syngrapha, quae primo loco significatur: sed plura eius exempla maioris fidei et securitatis causa apud plures homines deposita erant; et haec exempla sunt αἱ σύγγραφοι. Ceterum syngraphae apud argentarios deponi solebant (vide Oec. civ. Ath. T. I. p. 140.): igitur ii, qui postea nominantur, videntur trapezitae fuisse. Ex quibus Phocenses et Chaeronensis sunt pro inquilinis Orchomeniis habendi; et Chaeronenses quidem aetate belli Peloponnesiaci etiam subditi Orchomeniis fuerunt: sed Damoteles Lysidami f. cuius patria non nominatur, fuit haud dubie civis Orchomenius, haud aliter ac Lysidamus Damotelis f. P. II. alius eiusdem mensae socius, prioris vel pater vel filius. Ἀναιρεῖσθαι τὴν συγγραφὴν est *tollere syngrapham*, quo fit irrita, vel post debitum exsolutum (Dem. adv. Phorm. p. 916. 10.) vel ex alia legitima causa (Dem. adv. Olympiod. p. 1180. 6.). Cf. Herald. anim. in Salmas. Obss. ad I. A. et R. II, 6, 11. Et post partem pecuniae solutam videntur novae syngraphae scriptae esse, non tantum prioribus aliquid de numerata pecunia additum; certe non apud eosdem depositae illae syngraphae dicuntur, de quibus P. II., sed partim apud alium, partim apud aliquot ex iis, qui P. I. nominantur, non tamen apud omnes. In nominibus praetuli Τιμόμειλον, non Τιμόμειδον (Τιμόμηδον): nam frequentia sunt Boeotica nomina a voce μῆλον, Εὔμειλος, Σαύμειλος etc. Et Τιμόμειλος habetur n. 1573. De scriptura Διωνύσιον vide Introd. I, 6. Postremo paucis dicam de numeris, quos explicui iam in Oec. civ. Ath. T. II. p. 377. quam quaestionem iteravit Osannus, sed ita, ut neque ipse probabilia daret, nec mea recte referret. Numeros exprimendi ratio fere Attica est, ut in Boeotico titulo alio n. 1570. non ratione signandi, sed solis litterarum ductibus aliquoties discrepantibus. M est μύριαι (sc. δραχμαί, quod et in notis numeralibus et in ipsa dictione subaudiri notum est): idem habes in marmore Sandwicensi. Sequitur ⅃ΠΨ, hoc est 𐅆X, prorsus ad Atticum morem, solo ductu Ψ adhibito, qui est Xi litterae forma vetusta: quod in siglo ⅃Π littera Xi non inscripta, sed subiecta alteri cruri litterae Πi est, nemini poterit ullius momenti videri. Mox ▷ est δέκα, ut in Atticis: vides igitur omnia esse ad Atticam normam composita, hoc est ad eam, quam ex Atticis potissimum titulis novimus. Supersunt notae ΓΕ et ⊤▷, inter *mille* et *decem* interiectae: igitur his numeri centenarii et ex denario compositi continentur. Et primum ⊤▷ non posse τριάκοντα esse sponte patet: nam P. II. *viginti* est ΔΔ sive ▷▷: igitur nemo dubitare potest, *triginta* Orchomeniis fuisse ▷▷▷, ut Atticis. Contra uno apice adiecto et superiore lineola paulo decurtata fit 𐅄 ex Γ et ▷ compositum, hoc est 𐅄, *quinquaginta*. Accedo ad ΓΕ. Hoc Meletius paulo aliter scriptum exhibet, fere sic ΓΕ. Scribe ⊢E. Hoc esse Atticorum H, HΕκατόν, statim intelligitur: idem plus semel habes vs. 24. ⊢E pro H posuerunt Orchomenii, quod H ipsis est ἡμιωβόλιον, pro quo Attici C et Ɔ: de qua re paulo post. Hinc simul liquet πεντακόσιαι, Atticis 𐅅, debere Orchomeniis esse Γ⊢E, compositum ex Γ et ⊢E, ut 𐅅 ex Γ et H: et hoc quoque habes vs. 24. Supererat vs. 24. siglum ΓΕ olim lectum, idque inter centenarios et denarios interiectum; id nihil esse potest nisi aut ΓΕντήκοντα aut corruptum ex ⊢E. At pro ΓΕ, si πεντήκοντα postulas, exspectatur 𐅄, quod iam in prima parte agnoscere coacti sumus, ibidemque ΓΕ falso pro ⊢E scriptum notavimus: igitur hoc ipsum hic quoque accidisse probabile est: idque nunc ex schedis Köhlerianis reposui. In fine post denarios vs. 12. sunt III, vs. 24. IIIOH. Quum sponte pateat OH esse Ὀβολὸν καὶ Ημιωβόλιον, apertum est III esse drachmas, pro Attico ⊢⊢⊢, prorsus ut in lapide Asiano Marm. Oxon. Maitt. Append. n. CLV. Sic omnia aperta sunt.

Nunc numeros appono cum Atticis siglis comparatos.

P. I. Μ Ꭿ Ψ ⊢Ε ⊓ ▷ I I I
Μ ⊓ Χ Η ⊓ Δ ⊢⊢⊢
16163 drachmae.

P. II. Ꭿ Π⊢Ε ⊢Ε ⊢Ε ⊢Ε ▷ ▷ I I I Ο Η
⊓ ⊓ Η Η Η Δ Δ ⊢⊢⊢ I C
5823 drachmae 1½ obol.

Numeri impares et drachmae fractiones ex accurato computo capitis et usurarum natae sunt; quod iudicium manet integrum, etiamsi de usuris, quod supra conieci, vectigal pecuarium demebatur.

II. Ad hanc partem post ea, quae nunc ipsum exposui, paucissima monenda sunt. Alalcomenius mensis est undecimus; Theluthius si, ut arbitror, quintus fuit, sex fere menses praeterierunt a priore solutione usque ad alteram: et omnino consentaneum est pactum esse, ut post sex menses altera fieret solutio. Fάρνων est ἀπὸ ἀρνός, quae vox etiam Homero digamma habet: nec mirum ab agno denominatum virum esse, quum tot Boeoti ab ove nomen traxerint, Καλλίμειλος, Εὔμειλος, Τιμόμειλος, Μνασίμειλος, Σαύμειλος. Rochettus legebat Fάγνων; sed huic voci digamma addi nequit. Mox praetuli Σώφιλον, a qua voce prorsus differt vox Σοφίλος s. Σόφιλλος, quae a vocabulo σοφὸς deminuta est; ut Sophocles poeta filius fuit Σοφίλλου s. Σοφίλου.

III. Μενοίταο scriptum est, non Boeotice Μενύταο, quod Phocensis vir designatur. Mensis Phocensis dicitur πρᾶτος, *primus*: Phocenses enim menses ex numeris designant (vide Introd.). Primus autem Phocensium mensis quod Boeotico undecimo comparatur, inde non colligitur, anni Phocici initium ab undecimo Boeotico mense processisse, sed probabilius est primum Phocicum mensem decimo Boeotico vulgo concinuisse (vide Introd.). Mox ΟΜΟΛΟΓΑ mutavi in ὁμολογία ob seq. ὁμολογίας: sed lapicida litteram Ι omisisse putandus est. Ipsius pacti rationem exposui supra. Ἐλατιήϋ insolens est. Dicitur Ἐλατεὺς et Ἐλατειεύς (vide Oec. civ. Ath. T. II. p. 395 sq.): unde olim conieci Fελατιῆϊ, pro quo tamen dicendum erat Fελατιεῖϊ: nunc Osanno et Dobraeo monentibus in eam concedo sententiam, ut dictum etiam fuerit Ἐλατειαῖος, unde fit Ἐλατιήϋ. Possis etiam Ἐλατίειος ponere et hinc formare Ἐλατίηος: vide ad n. 1574. Mox in lapide est κὴ οὔτ' ὀφείλετη, in quo οὔτ' a quadratario pro οὐκ incisum esse putabam. Sed recte Osannus οὔτ' expelli non debere vidit: qui quidem post οὔτε posse ἀλλὰ inferri contendit, ut ipse iam olim in Plat. Min. et Legg. p. 86. post μήτε inferri δὲ docui. Ex iis tamen, quae Os. attulit, exemplis mihi quidem unum tantum huc pertinere videtur Xenoph. Ephes. I, 14. Καὶ ἐν μὲν τῷ πόρῳ οὔτε πεῖσαι δυνατὸν ἐδόκει εἶναι· ἑώρα γὰρ ὡς διάκειται μὲν ὑπὸ ἀθυμίας πονήρως, ἑώρα δὲ καὶ τῆς Ἀνθίας ἐρῶντα· ἀλλὰ καὶ τὸ βιάζεσθαι χαλεπὸν εἶναι αὐτῷ κατεφαίνετο. Apud Dionysium de comp. verb. p. 308. ed. Schaef. scribendum iudico: καὶ οὐ τὸ (vulgo οὔτε) θεατρικὸν δὴ τοῦτο καὶ γλαφυρὸν ἐπιδείκνυται κάλλος, ἀλλὰ τὸ ἀρχαϊκὸν ἐκεῖνο. In tertio Philostrati loco Imagg. II, 17. non οὔτε et ἀλλὰ habetur, sed οὔτε et καί. Et vulgare hoc est, οὔτε et τέ, μήτε et τέ, item οὔτε (μήτε) et καὶ sese excipere: quapropter non addo exempla. Atque haec ipsa structura hic quoque agnoscenda. Nam sententia, quae cum particula ἀλλὰ additur, hoc loco subordinanda, oratioque ita continuanda est: οὔτ' ὀφείλεται αὐτῷ ἔτι οὐδέν, καὶ ἀποδεδώκασιν etc. De forma οὐθὲν vide Add. ad n. 12. Ἀπέχει est ἀπείληφε. Suidas: Ἀπέχω αἰτιατικῇ ἀντὶ τοῦ ἀπέλαβον. Ὡς ἀπέχομέν γε τὴν χάριν, εἰ δή τις ὀφείλεται καὶ νεωτέρῳ παρὰ ἀδελφοῦ πρεσβύτου τοῦ πείθεσθαι χάρις. Deinde additur exemplum Callimachi: τὸ χρέος ὡς ἀπέχεις. Cf. etiam Aesch. π. παραπρ. p. 231. Reisk. Osannus addit glossam grammatici a se editam ad Philemon. p. 253. ἀπέχειν, καὶ τὸ ἀπολαμβάνειν (immo ἀπειληφέναι). Alia exempla sunt n. 1607. 1701. 1709. *b*. Mox legendum ποτιδεδομένον, non ποτὶ δεδομένον (*ad datum tempus*): hoc enim sensu caret, nec decretorum sermoni convenit, sed mathematicorum est. Ἐπινομία, quod nomen, quum primum de hoc titulo scribebam, nondum notum fuit, prodiit interim ex n. 1335. et tribus titulis Thaumaciae Thessalicae n. 1771 sqq. (adde n. 1824. *c*.), unde est ἐπινόμιον n. 1537. Ἐπινομία igitur significat *ius pascui*. Neque vero ἐπινομίας est accusativus, ut visum cuidam, sed genitivus a voce χρόνον pendens. Nec post ἐπινομίας interpungendum: structura enim haec est: εἶναι τέτταρα ἔτη προσδεδομένον ἐπινομίας χρόνον, *tempus pascuorum usus additum esse quattuor annos comprehendens*. In numerando pecore boves et equi, item oves et caprae aequiparantur. De dictione ἄρχει τοῦ χρόνου ὁ ἐνιαυτός etc. vide ad n. 11. p. 29. Νομώνης est *scripturarius*, qui pascuorum vectigal redemit a civitate, ut τελώνης, θεατρώνης: apud hunc profitendum s. scribendum pecus est, quod Graece ἀπογράφεσθαι dicitur. Varro R. R. II, 1. *Ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus paverint, lege censoria committant*. Cf. de scriptura Romanorum Burmann. de Vect. P. R. 4. Ἄσημα sunt, quae nullam notam inustam habent. De ceteris vide supra ante singularum partium explicationem. In prima lacuna, ἢ δέ κά τις . . . . τη τὸ ἐννόμιον Εὔβωλον, notionem exigendi desiderari iam supra concessimus: Dobraeus supplet [ἐμπράτ]τη, ut paulo post habetur ἔμπρακτος; Osannus dedit [εἰσπράτ]τη, pro quo exspectabas ἐσπράττη, ut ἔσγονος. Ex Visconti apographo quattuor litterarum lacuna est; igitur dedi πράτ]τη. Quod civitas, si scripturae vectigal ab Eubulo exactum fuerit, pro anno minas quadraginta debere dicitur, inde colligas vectigal ipsum tantum fuisse, si pendendum fuerit. Igitur pro singulis bobus et quinis ovibus quotannis fere vicenae drachmae solvendae fuisse videntur. Τόκον φερέτω est idem quod τοκοφορείτω. Post δράχμας aut δούω aut τρῖς suppleri potest; prius praetuli, quod alterum nimium est: vide de usuris Oec. civ. Ath. lib. II. cap. 22. Commode etiam contuleris verba tituli Corcyraei: μὴ πλείονος τόκου δανείζοντες ἢ δύο δραχμᾶν τὸν μῆνα ἕκαστον τὰν μνᾶν ἑκάσταν. In fine Dobraeus supplet: Εὐβ[ώλυ καττὼς] τ[ῶ]ν Ἐρχομενί[ω]ν [νόμως. Sane similia reperiuntur

in titulis Delphicis, ut in venditione Alcyonidis n. 1702. πρᾶκος ἔστω Κλεαρέτα καὶ ὁ βεβαιωτὴρ Ἀντιγένης κατὰ τὸν νόμον τᾶς πόλιος; et in venditione Satyri n. 1704. πρακτίμιος ἔστω [Καλλι]γένης Σατύρῳ κατὰ τὸν νόμον. Tamen in re ambigua pristinum meum supplementum retinui.

b.

Quum priore in titulo de Eubulo Phocensi dicatur pascuis *publicis* Orchomeniis utente, patet falso Viscontum nomina in hoc latere perscripta putare esse aut Orchomeniorum, qui pecudum essent possessores, aut Elatiensium, qui domini essent pascuorum tit. *a* memoratorum. Nihil enim huiusmodi tit. *a* continetur. Immo tit. *b* cum priore prorsus non cohaeret. Vs. 1. coniicio Ἀ[ρ]ίσ[τ]ων, quod nomen redit in Orchomenio titulo n. 1573. Vs. 2. Osannus Ἐλαφηβόλια agnoscit, Dianae celebrata in Phocide, certe Hyampoli (Plutarch. Virt. mul. p. 267. ed. Tub.); scriptum autem esse Ἐλαφοβόλια ut ἐλαφοκτόνος etc. ut ἐλαφοβόλον Sophocli Trach. 213. reddidit Hermannus. Sed videntur mera virorum nomina in hac parte scripta fuisse. Vs. 3. --ίαο, terminatio genitivi, vs. 4. 5. credo Ἀρίστανδρο[ς Ἀρι]στέαο, vs. 6. ---σων Λουσι--- (pro Λυσι--- ut Λυσιμάχου, Λυσιδάμου etc.) nisi addendus vs. 7. Λουσι[κρ]άτιος. Vs. 8. Ἄνθιππος, vs. 10. Θιοδώρ[ω] opinor, pro Θεοδώρου. Vs. 11. --ξενος etc.

1569. *c.*

Hic titulus medio titulo n. 1569. *a.* post vs. 48. insertus est in schedis Köhlerianis.

ΑΣΤΑΘΕΙΣΑΑΡΧΑΕΒΙΤΟΝ
ΣΑΝΤΙΓΕΝΕΙΣΑΝΤΙΓΕΝΙΟΣ
ΑΝΑΠΟΤΩ·ΕΑΣΤΙΟΣΟΣΤΟ
ΕΝΤΑΝΠΡΟΒΑΣΙΑΝΚΗΠΡΟΒΑΣΙΗΕΝΤΟΡ
·ΝΤΑΝΕΠΙΛΕΒΑΔΕΩΝ·ΤΟΠΡΟΧΩΜΑΤΟ
ΟΔΥΕΝΤΟΝΑΕΤΟΝΕΠΙΤΩΤΑΦΩΤΩΚΑΛΛΙΠ
ΝΙΟΒΕΙ·ΟΔΥΕΝΤΟΝΟΡΟΝΤΟΝΕΝ·ΤΗΑΓΟΡΗΙΔΙ
ΙΕΝΤΟΝΛΕΤΟΝ·ΤΙΜΟΛΛ·ΔΕΥΤΕΡΟΝΤΟΝΟ
ΝΤΟΝΕΠΙΤΩΧΑΡΑΔΡΟΤΩΡΙΩΝΤΟΣΕΚΤΑΣΒΟΥ
ΙΟΥΕΝΤΟΝΟΡΟΝΤΟΝΕΤΗΟΔΥΤΗΣΠΙΧΙΡΩΝΙΑΝΕ
ΠΙΤΟΝΟΡΟΝΤΟΝΕΝΤΗΔΟΥΓΙΑΣΙΕΠΙΟΘΕΝΤΟΝ
ΩΝΟΡΩΝΤΙΛΙΑΚΤ'·ΤΩΝΤΟΜΟΓΕΜΙΕΝΑΠΟ
ΑΣΛ. .ΑΟΣΙΟΡΩΕΤΤΕΤΩΝΟΡΩΝΤΟΝΜΕΣΟΝΤΙΜΟ
ΤΕΤΑΣΠΡΟΒΑΣΙΑΣΚΗΤΑΣΠΟΡΠΟΥΛΙΑΔΟΣΕΤ
ΕΝΤΟΜΕΣΟΝΤΑΣΠΟΡΠΟΥΛΙΑΔΟΣΚΗΔΙΟΥΣΙΔΔΟΣ
ΥΓΙΑΛΟΣΤΥΧΩΜΑΤΙΤΑΣΠΡΟΒΑΣΙΑΣΤΟΛΕΣΩΝ
ΓΩΝΟΡΩΝΤΙΜΑΙΕΥΔΟΜΟΝΤΟΜΟΝΕΜΕΝΑΙΑΙΝΑ
ΔΟΝΤΑΝΕΠΛΕΒΑΔΕΙΑΝΩΝΟΣΑΓΕΛΟΤΡΑΤΑΣΠΡ

Permulta corrupta sunt; patet tamen agrorum divisionem et fines contineri.

Ἁ σταθεῖσα ἄρχα ἐ[π]ὶ τὸν - - - - - - - - - - -
ς Ἀντιγένεις Ἀντιγένιος - - - - - - - - - - - - -
αν ἀπὸ τῶ [ϝ]άστιος το - - - - - - - - - - - -
ἐν τὰν προβασίαν, κὴ προβασίη ἐν τὸ[ν - - - - - - -
ἐ]ν τὰν ἐπὶ Λεβάδε[ια]ν. τὸ πρόχωμα τὸ - - - - - - -
ὁ]δυ ἐν τὸν ἄετον ἐπὶ τῶ τάφω τῶ Καλλίπ[πω? - - - - -
. . . . ὁδυ ἐν τὸν ὅρον τὸν ἐν τῆ ἀγόρη δι - - - - - -
. ἐν τὸν [ἄ]ετον. Τιμόλ[α]· δεύτερον τό[μ]ο[ν εἶμεν - - - -
ν τὸν ἐπὶ τῶ χαράδρ[ω] τῶ ῥί[ο]ντος ἐκ τᾶς Βου - - - - -
. . . ἐν τὸν ὅρον τὸν ἐ[ν] τῆ ὅδυ τῆ [ἐ]πὶ Χ[η]ρώνιαν ἐ - - - -
ἐ]πὶ τὸν ὅρον τὸν ἐν τῆ [ὅδ]υ - - - - - - - - - - -
τ]ῶν ὅρων - - τ[ρί]τ[ο]ν τόμο[ν] ε[ἶμ]εν ἀπὸ - - - - - -
ᾶς . . . . ὅρω ἔττε τ[ὸ]ν ὅρ[ο]ν τὸν μέσον Τιμό[λα] - - - -
τε τᾶς προβασίας κὴ τᾶς πορπουλίαδος - - - - - - - -
ἐν τὸ μέσον τᾶς πορπουλίαδος κὴ Δι[ων]ουσι[ά]δος? - - - -
πορπο]υ[λ]ιά[δ]ος? τῦ χώματι τᾶς προβασίας τὸ [μ]έσ[ο]ν - - -
τ]ῶν ὅρων . . . . . ἕ[β]δομον τόμον ε[ἶ]μεν ἀ[π'] αἶνα - - - -
ὁ]δον τὰν ἐπ[ὶ] Λεβάδειαν etc.

Aliqua ex his debeo Sandero nostro. Προβασία videtur προβατεία (*pascuum* h. l.) esse. Callippus Corinthius rerum Orchomeniarum scriptor an huc pertineat nescio. Τόμων septem progressus docet in dextera multa deesse. In dialecti ratione non multum inest novi; ὅδυ pro ὁδῷ et talia Introductio illustrat, in qua raro huius tituli mentionem feci, quod tum demum allatus est, quum typis excuderetur ea operis pars. Vs. 3. ϝάστιος agnovit Sanderus; cf. p. 719. *b.* extr.

1570.

Inscriptio haec in vico Calamo, tribus ab *Oropo* miliaribus Athenas versus reperta pervenit ad Choiseulium, in cuius possessione quum erat, Fauvelius apographum confecit idque Visconto misit, qui a. 1814. ex lapide aliud praeterea confecit apographum, et titulum cum commentario edere constituit: quod consilium Visconti obitu interceptum sese executurum pollicitus est Rochettus Antiqq. Bospor. p. 172. Diss. archaeol. p. 93. 98. cf. eundem in Dissertatione, quam citavi Introd. II, 1. ubi etiam de aliis apographis refertur (not. 1.). Illud Fauvelii apographum citat Walpolius Mem. p. 454. Athenis vero quum in Galliam transveherentur lapides Choiseuliani, hic cum aliis a Nelsono captus et in insulam Melitam translatus est: Nelsonus autem quominus haec marmora, ut volebat, restitueret Choiseulio, morte impeditus est; deinde illa ab aliis direpta sunt. Vide Dubois Catal. Marm. Chois. Praef. p. x. Lapis est Elginianorum Visc. n. 32. Synops. Mus. Brit. n. 302. Nostrum in usum Evansius transcripsit et misit Rosius: quod apographum memorat Klütz. de foed. Boeot. p. 77. quattuor primis vocabulis appositis. Mox ex Nöhdenii exemplo, nostro simul usus, edidit et explicuit Osann. Syll. I, 74. Sero recepi schedas Köhlerianas duplices, quae Fauvelii sunt. Ex his varietatis quidquid operae pretium est annotavi.

a.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΚΟΙΝΩΙΒΟΙΩΤΩΝΣΤΡΑΤΩΝΟΣΙΕΡΕΩΣΔΕΤΟΥΑΜΦΙΑΡΑ
ΟΥΕΠΙΚΡΑΤΟΥΠΙΡΓΗΣΑΡΧΙΠΠΙΔΟΥΕΙΠΕΝΥΠΕΡΙΕΡΩΝΠΡΟ
ΒΕΒΟΥΛΕΥΜΕΝΟΝΑΥΤΩΙΕΙΝΑΙΠΡΟΣΤΗΝΒΟΥΛΗΝΚΑΙΤΟΝΔΗ
ΜΟΝΕΠΕΙΔΗΣΥΜΒΑΙΝΕΙΤΙΝΑΤΩΝΕΠΙΤΗΣΤΡΑΠΕΖΗΣΤΟΥΑΜ
ΦΙΑΡΑΟΥΑΡΓΥΡΩΜΑΤΩΝΑΧΡΕΙΑΓΕΓΟΝΕΝΑΙΤΙΝΑΔΕΕΠΙΣΚΕΥ
ΗΣΧΡΕΙΑΝΕΧΕΙΝΕΙΝΑΙΔΕΚΑΙΤΩΝΠΡΟΣΤΟΙΣΤΟΙΧΟΙΣΑΝΑΚΕΙ
ΜΕΝΩΝΠΕΠΤΩΚΟΤΑΤΙΝΑΝΟΜΙΣΜΑΤΕΕΠΙΣΗΜΟΝΧΡΥΣΟΥΝ
ΚΑΙΑΡΓΥΡΟΥΝΚΑΙΕΤΕΡΑΑΣΗΜΑΑΕΜΠΑΡΑΔΟΣΙΜΟΙΣΕΧΟΥ
ΣΙΝΟΙΙΕΡΑΡΧΑΙΠΕΠΟΝΗΚΕΝΑΙΔΕΚΑΙΤΗΝΦΙΑΛΗΝΤΗΝΧΡΥΣΗΝ
ΤΗΝΕΠΙΤΗΣΤΡΑΠΕΖΗΣΗΙΣΠΟΝΔΟΠΟΕΙΤΑΙΟΙΕΡΕΥΣΚΑΙΕΙΝΑΙΑΧΡΕΙ
ΑΝΔΕΔΟΧΘΑΙΤΗΙΒΟΥΛΗΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΩΣΑΝΚΥΡΩΘΗΙΤΟ
ΨΗΦΙΣΜΑΕΛΕΣΘΑΙΤΡΕΙΣΑΝΔΡΑΣΕΚΠΑΝΤΩΝΤΩΝΠΟΛΙΤΩΝ
ΤΟΙΣΔΕΑΙΡΕΘΕΙΣΙΝΟΙΙΕΡΑΡΧΑΙΠΑΡΑΔΟΤΩΣΑΝΤΟΤΕΝΟΜΙΣ
ΜΑΤΟΕΚΠΕΠΤΩΚΟΣΑΡΙΘΜΩΙΚΑΙΤΩΝΑΡΓΥΡΩΜΑΤΩΝΟΣΑ
ΕΣΤΙΝΑΧΡΕΙΑΠΥΡΩΣΑΝΤΕΣΚΑΙΑΠΟΞΥΣΑΝΤΕΣΤΟΝΚΑΤΤΙ
ΤΕΡΟΝΩΣΑΥΤΩΣΔΕΚΑΙΤΑΧΡΥΣΙΑΤΑΑΣΗΜΑΠΑΡΕΙΛΗΦΑ
ΣΙΝΚΑΙΤΗΝΦΙΑΛΗΝΤΗΝΧΡΥΣΗΝΤΑΥΤΑΔΕΠΑΡΑΔΟΤΩΣΑΝ
ΟΙΙΕΡΑΡΧΑΙΤΗΙΑΡΧΗΙΑΠΕΨΗΣΑΝΤΕΣΚΑΙΠΟΙΗΣΑΝΤΕΣ
ΤΩΙΚΑΛΛΕΙΠΡΟΣΤΟΕΠΙΣΗΜΟΝΚΑΙΟΥΤΩΣΑΠΟΣΤΗΣΑΤΩ
ΣΑΝΠΑΡΑΔΟΤΩΣΑΝΔΕΠΑΝΤΑΤΑΥΤΑΣΤΑΘΜΩΙΜΕΤΑ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΩΝΚΑΙΚΑΤΟΠΤΩΝΚΑΙΑΠΟΛΟΓΙΣΑΣΘΩΣΑΝ
ΤΑΠΑΡΑΔΟΘΕΝΤΑΠΡΟΣΚΑΤΟΠΤΑΣΟΙΔΕΠΑΡΑΛΑΒΟΝΤΕΣ
ΟΣΑΜΕΝΑΝΔΟΚΗΙΕΠΙΣΚΕΥΗΣΠΡΟΣΔΕΙΣΘΑΙΕΠΙΣΚΕΥ
ΑΣΑΤΩΣΑΝΕΓΔΕΤΩΝΛΟΙΠΩΝΠΟΙΗΣΑΤΩΣΑΝΑΡΓΥΡΩ
ΜΑΤΑΤΩΙΘΕΩΙΒΟΥΛΕΥΟΜΕΝΟΙΠΕΡΙΤΗΣΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣΜΕ
ΤΑΠΟΛΕΜΑΡΧΩΝΚΑΙΙΕΡΑΡΧΩΝΚΑΙΣΥΝΗΓΟΡΩΝΤΗΣΠΟ
ΛΕΩΣΤΑΣΕΓΔΟΣΕΙΣΠΟΙΟΥΜΕΝΟΙΤΗΣΤΕΕΡΓΑΣΙΑΣΚΑΙ
ΤΗΣΕΠΙΣΚΕΥΗΣΠΑΡΑΚΑΤΟΠΤΑΣΕΓΔΟΤΩΔΕΗΑΡΧΗ
ΚΑΙΕΞΟΥΑΝΠΑΡΑΛΑΒΗΙΧΡΥΣΙΟΥΑΣΗΜΟΥΚΑΙΕΠΙΣΗ
ΜΟΥΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΙΤΩΙΘΕΩΙΦΙΑΛΗΝΧΡΥΣΗΝ
ΚΑΤΑΛΙΠΟΜΕΝΗΔΟΚΙΜΕΙΟΝΩΣΔΑΝΣΥΝΤΕΛΕΣΘΗΙΠΑ
ΡΑΔΟΤΩΣΑΝΤΟΙΣΙΕΡΑΡΧΑΙΣΚΑΙΑΠΟΣΤΗΣΑΤΩΣΑΝΜΕ
ΤΑΠΟΛΕΜΑΡΧΩΝΚΑΙΚΑΤΟΠΤΩΝΟΔΕΣΥΛΛΟΓΕΥΣΑΝΟΙ
ΞΑΣΤΟΝΘΗΣΑΥΡΟΝΩΣΝΟΜΙΖΕΤΑΙΕΞΕΛΕΤΩΤΟΓΙΝΟ
ΜΕΝΟΝΑΝΑΛΩΜΑΚΑΙΔΙΔΟΤΩΤΑΣΔΟΣΕΙΣΤΩΙΕΡΓΩΝΗΙΣΑ
ΣΑ Τ ΑΣΠΡΓ ΡΗΣΕΙΣΕΑΝΔΕΜΗΗΙΕΝΤΩΙΘΗ
ΣΑΥΡΩΙΤΟΥΟ ΑΝΑΛΩΜΑΤΟΣΠΡΟΣΘΕΤΩΟΤΑ
ΜΙΑΣΟΠΡΟΑΡΧΩΝΤΟ......ΟΝΚΑΙΑΠΟΛΟΓΙΣΑΣΘΩΠ
ΚΑΤΟΠΤΑΣΙΝΑΔΕΤΟΙΣΑΝΑ.....ΝΥΠΟΜΝ
ΑΝΑΘΕΜΑΤΩΝΟΣΑΜΕΛΛΕΙΚΑΤΑΣΚL
ΙΕΡΑΡΧΑΣΣΤΗΣΑΝΤΑΣΕΚΑΣΤΟΝΤΟΑΝΑΘΕΜΑ........
ΨΑΙΕΙΣΣΤΗΛΗΝΛΙΘΙΝΗΝΤΟΤΕΟΝΟΜΑΤΟΥΑΝΑΘΕΝΤΟΣ
ΚΑΙΤΗΝΠΟΛΙΝΕΞΗΣΑΝΗΙΚΑΙΤΗΝΟΛΚΗΝΤΟΥΑΝΑΘΕ
ΜΑΤΟΣΚΑΙΤΟΥΝΟΜΙΣΜΑΤΟΣΤΟΠΛΗΘΟΣΑΝΑΓΡΑΨΑΤΩ
ΣΑΝΔΕΚΑΙΤΟΨΗΦΙΣΜΑΤΟΚΥΡΩΘΕΝΠΕΡΙΤΟΥΤΩΝ
ΕΙΣΤΗΝΣΤΗΛΗΝΚΑΙΑΝΑΘΕΤΩΣΑΝΟΥΑΝΔΟΚΗΙΕΝ
ΚΑΛΛΙΣΤΩΙΕΙΝΑΙΚΑΙΤΟΓΕΝΟΜΕΝΟΝΑΝΑΛΩΜΑΑΠΟ
ΛΟΓΙΣΑΣΘΩΣΑΝΕΑΝΔΕΤΙΜΗΠΟΙΗΣΗΙΗΑΡΧΗΗΑΙΡΕ
ΘΕΙΣΑΤΩΝΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝΕΝΤΩΙΨΗΦΙΣΜΑΤΙΗΟΙΙΕ
ΡΑΡΧΑΙΗΟΣΥΛΛΟΓΕΥΣΗΟΤΑΜΙΑΣΕΝΟΧΟΙΕΣΤΩΣΑΝ
ΤΩΙΚΑΤΑΤΟΝΤΗΣΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣΝΟΜΩΙΩΣΚΑΤΕΒΛΑΦΟ
ΤΕΣΤΑΣΠΡΟΣΟΔΟΥΣΤΟΥΘΕΟΥ

b.

In altero latere eiusdem lapidis.

ΤΑΔΕΣΥΝΕΚΟΓΗΤΩΝΑΝΑΘΗΜΑΤΩΝ
ΚΑΤΑΤΟΨΗΦΙΣΜΑΟΕΓΡΑΨΕΓΙΡΓΗΣ
ΛΥΣΑΝΔΡΑΣΚΑΝΟΥΝΟΛΚΗΗ𐅄ΔΔΔ⫵
ΚΩΘΩΝΙΩΝΚΡΑΤΗΣΙΟΝΟΛΚΗΔΔΔΔΓ⫲
ΦΙΑΛΗΝΙΚΑΡΙΣΤΗΣΟΛΚΗΔΔΔΔ⊦⊦⊦
...ΜΩΦΙΑΛΙΟΝΟΛΚΗΔ⊦⊦⊦ΑΓΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΦΙΑΛΗΝΟΛΚΗΓ⫵ΑΡΧΩΚΑΡΥΣΤΙΑΦΙΑΛΗΝ
ΟΛΚΗΔΔΔ⊦⊦ΙΓΓΟΞΕΝΟΣΦΙΑΛΗΝΟΛΚΗ𐅄ΔΔΔΔ⫲
ΔΕΩΝΑΙΤΩΛΟΣΦΙΑΛΗΝΟΛΚΗΗ𐅄ΔΔΓ⊦
ΚΑΦΙΣΟΔΩΡΟΣΦΙΑΛΗΝΟΛΚΗ𐅄ΔΔΓΑΡΧΙΑΣΑΚΑΡΝΑΝ
ΣΚΑΦΙΟΝΟΛΚΗΔΔΔΔ⊦ΑΝΤΙΦΙΛΟΣΣΚΑΦΙΟΝΟΛΚΗΔΔΔΔΓ⊦ΙΙ
ΑΡΧΕΜΑΧΟΣΣΚΑΦΙΟΝΟΛΚΗΔΔΔΔ⊦⊦ΜΝΑΣΙΚΛΗΣ
ΚΟΡΙΝΘΙΟΣΤΡΙΓΟΔΙΣΚΟΝΟΛΚΗ𐅄ΗΗΗΔ⫲
ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣΚΑΙΓΡΑΞΑΓΟΡΑΣΤΡΙΓΟΔΙΣΚΟΝ
ΟΛΚΗΗΔΔΔΔΓ⊦⊦⊦
ΜΕΛΑΝΟΣΓΡΟΣΩΓΙΟΝΟΛΚΗΔΔΓ⊦⊦⊦ΒΟΙΣΚΟΥ
ΓΡΟΣΩΓΙΟΝΟΛΚΗΓ⫵ΦΙΛΙΑΣΤΙΤΘΟΣΟΛΚΗΓ⫲Ι
ΑΡΣΙΝΟΥΑΙΔΟΙΟΝΟΛΚΗΓ⊦ΚΑΛΛΙΜΑΧΗΣΟΦΙΛΙΟΝΟΛΚΗΓ⊦
ΓΩΝΟΣΑΙΔΟΙΟΝΟΛΚΗΓ⫲ΕΥΦΡΟΣΥΝΗΣΙΙ..ΟΣΟΛΚΗΓ⊦
ΦΑΤΤΙΟΥΧΕΙΡΟΛΚΗ⫵ΑΓΑΘΟΚΛΗΣΗΔΥΓΟΠΛΙΟΝ
ΟΛΚΗΔΔΔΔΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΙΑΛΙΒΑΝΩΤΙΔΑΟΛΚΗ𐅄ΔΔΙΙ
.ΛΙΞΟΣΣΚΑΦΙΟΝΟΛΚΗΔΔΔΚΑΙΑΡΓΥΡΙΟΥ
ΤΟΥΕΚΓΕΓΤΩΚΟΤΟΣΕΚΤΩΝΑΝΑΘΕΜΑΤΩΝ
ΚΛΕΟΝΟΗΣ⫲ΜΕΛΑΝΟΣ⊦⊦⊦ΑΝΤΙΜΑΧΟΥ⫲
ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥΤΕΤΡΑΧΜΑΔΓΚΤΗΣΟΥΣΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙ
ΑΛΛΟΤΕΤΡΑΧΜΟΝΔΗΜΗΤΡΙΑΣΤΕΤΡΑΧΜΟΝ
ΡΟΔΩΝΟΣΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΣΙΜΑΛΗΣΤΕΤΡΑΧΜΑΓ
ΕΓΙΤΕΛΟΥ⊦⊦⊦ΜΙΘΡΙΔΑΤΟΥ⫲ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ
ΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΓΑ.ΝΙΟΝΟΣ⫲.ΑΤΙΟΥΙΙΙΔΗΜΟΥΣΙΙΙ
ΜΙΚΥΘΟΥ⫲ΕΙΡΗΝΗΣ⫲ΓΤΩΙΟΝΟΣΤΕΤΡΑΧΜΑΓΙΙ
ΚΟΛΛΥΡΑΣΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΙΓΡΟΣΟΔΟΥ⫲ΑΡΧΙΟΥ⫲
ΦΙΛΟΜΗΛΟΥ⫲ΜΕΛΙΤΗΣΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙ
ΘΕΟΜΝΑΣΤΑΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΙΞΕΝΟΚΛΕΟΣ
ΤΕΤΡΑΧΜΑΓΙΙΙΙΓΑΜΦΙΛΟΥΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΙΙ
ΒΑΚΧΙΟΣΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΙΒΙΩΝΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΑΔΑ
ΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΙΦΙΛΙΣΤΙΔΟΥΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΙΙ
ΚΛΕΟΞΕΝΟΥΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΑΝΤΑΝΔΡΙΔΟΥΤΕΤΡΑΧΜΑΓ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ⫲ΙΤΗΣΑΡΕΤΗΣ
ΤΕΤΡΑΧΜΑΓΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ⊦⊦⊦ΛΥΣΙΟΥ
ΓΤΟΛΕΜΑΙΙΚΑΓΙΔΗΜΑΡΧΟΥΓΤ..Μ
ΦΙΛΟΚΛΕΙΑΣΓΤΟΛΕΜΑΙΙ ΝΟΣ⫲
ΑΓΑΘΟΝΙΚΗΣ..ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΙΑΣΤΑΤΗΡΑΣ..
ΙΚΗΣ⫲ΦΙΛΟΚΛΕΙΑΣΙ..ΗΔΙΣΤΗΣ
ΩΝΑΣΓΑΡΙΣΤΟΥΣ⫵ΚΡΑΤΗΣΙΟΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ⫵ΔΔΔΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣΓΙ
ΔΩΡΙΣΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣΓΝΙΚΩΝΟΣΧΡΥΣΟΥ
ΓΡΟΣΟΔΟΥΧΡΥΣΟΥΣΝΙΚΟΚΛΕΟΥΣΧΡΥΣΟΥΣ
ΣΩΤΗΡΙΔΟΥΧΡΥΣΟΥΣΑΡΙΣΤΟΥΣΧΡΥΣΟΙΔΥΟ
ΚΑΙΑΝΕΓΙΓΡΑΦΟΙΧΡΥΣΟΙΓΜΗΛΙΔΟΣΟΒΟΛΟΙΔΔ
ΑΛΦΙΑΔΗΣΧΥΜΑΟΛΚΗΗΔΔΔΔ⫵

Varietas lectionis. Fundus est apographum Evansii. Falso Walpolius Mem. p. 454. ex hoc titulo ΚΕ pro ΚΑΙ affert, nominatim e vs. 8. col. *a.* errore ex Fauvelii exemplo nato, quo tenetur etiam Rochettus Diss. archaeol. p. 93. Sic constanter schedae Köhlerianae, quas dixi Fauvelii esse. Talia sunt inscriptionum infimae aetatis; vetustae Boeoticae aut *καὶ* aut *κὴ* habent, nunquam ΚΕ. Litterae col. *a.* apicibus sive lineolis obliquis terminantur, ut Φ, Ƙ, Ψ: ceterae sunt ad eundem modum. Pro Γ est Γ. Et litterae et versus spatiis valde angustis scripti sunt. *Tit. a.* vs. 2. Os. ΕΓΙΚΡΑΤΟΥΣ; Köhl. ΠΥΡΓΗΣ et

ΠΗΡΓΗΣ. Vs. 4. Os. Ζ pro Ι; et sic etiam vs. 10. et deinceps. Sed Köhl. Ι. Vs. 13. Os. ΑΙΡΕΣΘΕΙ ΣΙΝ. Vs. 15. Os. Köhl. ΑΧΡΕΙΑΠΥ etc. Ev. ΑΧΡΕΙΑ ΑΠΥ etc. Vs. 16. init. Os. ΙΕΡΟΝ. Vs. 18. prima ΟΙ omittunt schedae Köhlerianae. Vs. 31. Ev. vocis ΔΟΚΙΜΕΙΟΝ litteras ΜΕ ut incertas notat. Vs. 33. ultimum Ι, et vs. 34. prima ΞΑΣ ex Os. addidi, item vs. 35. prima ΜΕΝΟΝ ex Os. Köhl. Ibidem extr. retinui lectionem Evansii, in lacuna addito Ι: Os. ΕΡ ΓΩΝΗΙ et nihil praeterea, Köhl. ΕΡΓΩΝΗ et nihil praeterea. Vs. 36. Ev. habet ΣΑ.... Τ.... ΣΠΡΓ.. ΗΣΕΙΣ, Os...... Γ... ΕΙ. ΡΗΣΕΙΣ, unde addidi Ρ. Köhl......... ΑΣΠΡΩ.. ΗΣΕΙΣ, unde Α assumpsi. Mox ΜΗΗΙ est ex Os. Köhl. Ev. habet ΜΗΝΙ, sed posterioribus duabus litteris notatis ut incertis. Vs. 37. Os. habet ΣΑΥΡΩΙΤ.........ΝΑΛΩΜΑ ΠΡΟΣ etc. Köhl. ΣΑΥΡΩΙΤΟΙΟ....... ΑΝΑΛΩ ΜΑΤΟΣ, unde Α ante ΝΑΛΩ addidi, omissum apud Ev. Vs. 38. Osannus ΜΙΑΣ. ΠΡΟΑΡΧΩΝΤΟ ---ΟΝ, Ev. ΜΙΑΣΙΠΠΑΡΧΩΝ.......ΩΝ, septem fere litteras perisse addens; Osanno lacuna minor est. Köhl. ΜΙΑΣΟΠΡΟΑΡΧΟΝΤΟ..... ΚΑΙ etc. Ibid. extr. Π habet Os. Evansius litteram inter Π et Τ ambiguam; Köhl. Σ.. Vs. 39. ΤΟΙΣΑΝΑ est in solis schedis Köhlerianis; post lacunam Ε habet Os. ante ΝΥΠΟ etc. quod non recepi: lacuna illi est litterarum fere quindecim. Vs. 40. Ev. ΟΣΑΜΑΝΔ.. ΚΑΤΑΣΚL: pro ΑΝΔ Os. duo puncta habet lacunae signa, et omittit ultima ΚL. Köhl. ΟΣΑΜΕΛ ΛΕΙΚΑΤΑΣ, recte. Vs. 41. extr. schedae alterae Köhlerianae addunt Τ; ex iisdem lacunae spatium designavi. Vs. 42. init. Ev. Os. ΚΑΙ, Köhl. ΨΑΙ, quod recepi. Ultima ΑΝΑΘΕΝΤΟΣ desunt ap. Os. Vs. 47. extr. Ev. ΜΑΠΟ, Os. Köhl. ΜΑΑΠΟ. *Tit. b.* vs. 2. Köhlerianae schedae alterae ΠΥΡΓΗΣ. Vs. 3. extr. Osannus ⊢⊢⊢, vs. 4. extr. ⊢⊢. Köhl. ΚΡΑΤΗΣ pro ΚΡΑΤΗΣΙΟΝ. Vs. 6. primum Μ omittit Os. Köhl. init. ΑΛΗΩ, sed ΑΛ notatur ut incertum. Vs. 7. Os. ⊢⊢⊢⊢, et vs. 8. extr. ⊢⊢, et sic deinceps omnibus locis, ubi drachmarum notas Evansius coniunctas praebet. Vs. 9. post ὁλκὴ Köhl. schedae omittunt Η. Vs. 10. Os. ΚΗΦ etc. Vs. 11. extr. Os. ΠΗ, Köhl. Π⊪. Vs. 15. ultimum ⊢ abest a Köhl. Vs. 17. Ev. Köhl. ΠΡΟΣΩΠΟΝ: quod dedi, habet Os. Ibidem pro ⊪ Os. ⊢⊢⊢, et in fine pro Π⊪ habet Π⊢⊢⊢; pro hoc Köhl. Π⊪. Vs. 18. Ev. ΚΑΛΛΙΜΑΧΗΣ. ΦΙΛ.. ΟΛΚΗΠ, Os. ΚΑΛΛΙΜΑΧΗΣΘΦΙΛΙΑΣΟΛΚΗ Π⊢; Köhl. ΚΑΛΛΙΜΑΧΗΣΟΦΙΛΟΝΟΛΚΗΠ⊢. Ex his nostrum composui. Vs. 19. Os.. ΤΕΩΝΟΣ ΑΙΔΟΙΟΝ ΟΛΚΗΠ⊢⊢⊢, Ev. ΓΩΝΟΣΑΙΔΟΙΟΝΠ⊪: composui utrumque. Köhl. ΓΓΩΝΟΣΑΙΔΟΙΟΝΟΛΚΗ⊪. In fine Os. ΕΥΦΡΟΣΥΝΗΣΦΙΛΙΑΣΟΛΚΗΠ⊢, Ev. ΕΥ ΦΡΟΣΥΝΗΣΙ.... ΟΛΚΗΠΙ: Köhl. ΕΥΦΡΟΣΥΝΗΣ .. ΟΣΟΛΚΗΠΙ. Composui Evansianum et Köhlerianum, altero Ι et ultimo ⊢ ex Os. retentis. Vs. 20. Ev. ΙΑΤΤΙΟΥ, Os. Köhl. quod dedi. Ibidem pro ⊪ Os. ΠΗΗ. In fine Ev. Os. ΗΔΥ...... ΛΙΟΝ; Köhl. quod dedi. Vs. 22. Köhl. initio. ΛΙΞΟΣ, Ev.... ΕΟΣ; Os. ΗΟΣ, et in fine ΑΡΓΥΡΟΥ. ΟΥ, duplicato ut videtur ΟΥ. Vs. 25. Os. ΤΗΣΟΥΣ, Ev.. ΤΗΣΟΥΣ, Köhl. quod dedi. Vs. 27. primum Ρ ex Os. pro quo Ev. ne lacunam quidem reliquit. Köhl. . ΔΩΝΟΣ. Ibidem Os. et Köhl. Η p. ΙΙ. Vs. 29. Os. ΤΕΤΡΑΧΜΑΗ⊣ΠΧΑΡ ΜΙΟΝΟΣ⊢⊢⊢ΑΤΙΟΥ, Köhl. ΤΕΤΡΑΧΜΑΙΙΠΑΣΝΙΟ ΝΟΣΜΟΑΤΟΙΣ (et ΟΑΤΙΟΙΣ): retinui Evansianum. Ib. Os. Ev. ΑΗΜΟΥΣ, quod ex Köhl. correxi. Vs. 30. Os. ΠΤΩΟΝΟΣ. Vs. 31. primum Κ ex Köhlerianis addidi. Os. ⊢⊢⊢ pro ΙΙΙ; idem ΠΡΟΣΟΔΟΥ et in fine ⊢⊢: Ev. ΠΡΟΥΟΔΟΥ; sed Προσόδου mox redit. Hoc firmant Köhleriana, ex quibus ΑΡ paulo post inserui. Vs. 35. ultima ΧΜ ex iisdem. Vs. 36. post init. Ev. ΠΙΙΙΙ, Os. ⊢⊢⊢, Köhl. ΙΙΙ, quod dedi; in fine pro ΙΙΙΙ Os. ⊢⊢⊢⊢. Vs. 37. idem ΑΝΤΑΝΔΡΙΟΥ. Vs. 39. Os. Köhl. ΛΥΣΙΟΥ, Ev. ΛΥΣΤΙΟΥ. Vs. 40. pro ΚΑ, quod ex schedis Köhlerianis dedi, Os. ΔΑ, Ev. lacunam. Ibidem ultimum Μ ex Köhl. addidi. Vs. 41. ΑΣ est ex Köhl. pro quo Os. quattuor, Ev. tria puncta habet. Ibidem ultimum ante lacunam Ι ex Köhl. addidi; ea lacuna Osanno est octo litterarum. Vs. 42. ΑΓΑΘΟΝΙΚΗΣ est ex schedis Köhlerianis additum. Vs. 43. Os. ΗΣ⊢⊢⊢, Ev. ΙΚΗ Σ⊪; composui utrumque; ibidem ubi ex Ev. et Köhl. dedi Ι.., Os. habet ΤΗΣ. Vs. 44. Os. ΝΑΣ·Ω ΑΡΙΣΤΟΥΣ: Ev. quod dedi, licet aliud referat Os.; neque aliter Köhl. Vs. 45. pro ΔΔΔ, quae Os. praebet, Köhl. ΔΔΔ et ΔΔΔ; posterius recepi. Pro his Ev. lacunas habet. Ceterum tria illa Δ non maiora ceteris litteris esse, ut in textu Osanni repraesentantur, monuit ipse. Ibidem ultimum Ι omittit Os. et Köhl. schedae omittunt ΠΙ. Vs. 49. Ev. Os. ΜΗΛΙΑ.., Köhl. ΜΗΛΙΔΟΣ.

a.

Ἄρχοντος ἐν κοινῷ Βοιωτῶν Στράτωνος, ἱερέως δὲ τοῦ Ἀμφιαράου Ἐπικράτου, Πίργης Ἀρχιππίδου εἶπεν· ὑπὲρ ἱερῶν προβεβουλευμένον αὐτῷ εἶναι πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, ἐπειδὴ συμβαίνει τινὰ τῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ Ἀμφιαράου ἀργυρωμάτων ἀχρεῖα γεγονέναι, τινὰ δὲ ἐπισκευῆς χρείαν ἔχειν, εἶναι δὲ καὶ τῶν πρὸς τοῖς τοίχοις ἀνακειμένων πεπτωκότα τινά, νόμισμά τε ἐπίσημον χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν καὶ ἕτερα ἄσημα, ἃ ἐμ παραδοσίμοις ἔχουσιν οἱ ἱεράρχαι, πεπονηκέναι δὲ καὶ τὴν φιάλην τὴν χρυσῆν τὴν ἐπὶ τῆς τραπέζης, ᾗ σπονδοποιεῖται ὁ ἱερεύς, καὶ εἶναι ἀχρείαν, δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ὡς ἂν κυρωθῇ τὸ ψήφισμα, ἑλέσθαι τρεῖς ἄνδρας ἐκ πάντων τῶν πολιτῶν, τοῖς δὲ αἱρεθεῖσιν οἱ ἱεράρχαι παραδότωσαν τό τε νόμισμα τὸ ἐκπεπτωκὸς ἀριθμῷ, καὶ τῶν ἀργυρωμάτων ὅσα ἐστὶν ἀχρεῖα, πυρώσαντες καὶ ἀποξύσαντες τὸν καττίτερον· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ χρυσία τὰ ἄσημα, [ἃ] παρειλήφασιν, καὶ τὴν φιάλην τὴν χρυσῆν· ταῦτα δὲ παραδότωσαν οἱ ἱεράρχαι τῇ ἀρχῇ, ἀπεψήσαντες καὶ ποιήσαντες τῷ κάλλει πρὸς τὸ ἐπίσημον, καὶ οὕτως ἀποστησάτωσαν. παραδότωσαν δὲ πάντα ταῦτα σταθμῷ μετὰ πολεμάρχων καὶ κατοπτῶν, καὶ ἀπολογισάσθωσαν τὰ παραδοθέντα πρὸς κατόπτας. οἱ δὲ παραλαβόντες ὅσα μὲν ἂν δοκῇ ἐπισκευῆς προσδεῖσθαι ἐπισκευασάτωσαν, ἐγ δὲ τῶν λοιπῶν ποιησάτωσαν ἀργυρώματα τῷ θεῷ, βουλευόμενοι περὶ τῆς κατασκευῆς μετὰ πολεμάρχων καὶ ἱεραρχῶν καὶ συνηγόρων τῆς πόλεως, τὰς ἐγδόσεις ποιούμενοι τῆς τε ἐργασίας καὶ τῆς ἐπισκευῆς παρὰ κατόπτας. ἐγδότω δὲ ἡ ἀρχὴ καί, ἐξ οὗ

ἂν παραλάβῃ χρυσίου ἀσήμου καὶ ἐπισήμου, κατασκευάσαι τῷ θεῷ φιάλην χρυσῆν, καταλιπομένη δοκιμεῖον· ὡς δ' ἂν συντελεσθῇ, παραδότωσαν τοῖς ἱεράρχαις, καὶ ἀποστησάτωσαν μετὰ πολεμάρχων καὶ κατοπτῶν. ὁ δὲ συλλογεὺς ἀνοίξας τὸν θησαυρόν, ὡς νομίζεται, ἐξελέτω τὸ γινόμενον ἀνάλωμα, καὶ διδότω τὰς δόσεις τῷ ἐργώνῃ [π]άσα[ς κα]τ[ὰ τ]ὰς πρ[οσχ]ρήσεις· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἐν τῷ θησαυρῷ το[σ]ο[ῦτον, τοῦ] ἀναλώματος προσθέτω ὁ ταμίας ὁ προάρχων τὸ [ἐλλεῖπ]ον, καὶ ἀπολογισάσθω π[ρὸς] κατόπτας. ἵνα δὲ τοῖς ἀνα[θεῖσι]ν ὑπομν[ήματα ᾖ τῶν] ἀναθεμάτων, ὅσα μέλλει κατασκε[υασθῆναι, τοὺς] ἱεράρχας στήσαντας ἕκαστον τὸ ἀνάθεμα [ἀναγρά]ψαι εἰς στήλην λιθίνην τό τε ὄνομα τοῦ ἀναθέντος καὶ τὴν πόλιν ἐξ ἧς ἂν ᾖ, καὶ τὴν ὁλκὴν τοῦ ἀναθέματος καὶ τοῦ νομίσματος τὸ πλῆθος· ἀναγραψάτωσαν δὲ καὶ τὸ ψήφισμα τὸ κυρωθὲν περὶ τούτων εἰς τὴν στήλην, καὶ ἀναθέτωσαν οὗ ἂν δοκῇ ἐν καλλίστῳ εἶναι, καὶ τὸ γενόμενον ἀνάλωμα ἀπολογισάσθωσαν. ἐὰν δέ τι μὴ ποιήσῃ ἡ ἀρχὴ ἡ αἱρεθεῖσα τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ ψηφίσματι ἢ οἱ ἱεράρχαι ἢ ὁ συλλογεὺς ἢ ὁ ταμίας, ἔνοχοι ἔστωσαν τῷ κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας νόμῳ (sic), ὡς κατεβλαφότες τὰς προσόδους τοῦ θεοῦ.

b.

1) Τάδε συνεκόπη τῶν ἀναθημάτων κατὰ τὸ ψήφισμα, ὃ ἔγραψε Πίργης·

Λυσάνδρας κανοῦν, ὁλκὴ H𐅄ΔΔ⊢⊢⊢,
κωθώνι[ο]ν Κρατήσιον, ὁλκὴ ΔΔΔΓ⊢⊢,
φιάλη Νικαρίστης, ὁλκὴ ΔΔΔ⊢⊢⊢⊢,
. . . μω φιάλιον, ὁλκὴ Δ⊢⊢⊢⊢,
Ἀπολλώνιος φιάλην, ὁλκὴ Γ⊢⊢⊢⊢,
Ἀρχὼ Καρυστία φιάλην, ὁλκὴ ΔΔΔ⊢⊢,
Ἱππόξενος φιάλην, ὁλκὴ 𐅄ΔΔΔ⊢⊢,
Δέων Αἰτωλὸς φιάλην, ὁλκὴ H𐅄ΔΔΓ⊢,
Καφισόδωρος φιάλην, ὁλκὴ 𐅄ΔΔΓ,
Ἀρχίας Ἀκαρνὰν σκάφιον, ὁλκὴ ΔΔΔΔ⊢,
Ἀντίφιλος σκάφιον, ὁλκὴ ΔΔΔΓ⊢II,
Ἀρχέμαχος σκάφιον, ὁλκὴ ΔΔΔ⊢⊢,
Μναςικλῆς Κορίνθιος τριποδίσκον, ὁλκὴ 𐅅HHHΔ⊢⊢⊢,
Λυσικράτης καὶ Πραξαγόρας τριποδίσκον, ὁλκὴ HΔΔΔΓ⊢⊢⊢⊢,
Μέλανος προσώπιον, ὁλκὴ ΔΔΓ⊢⊢⊢⊢,
Βοΐσκου προσώπιον, ὁλκὴ Γ⊢⊢⊢⊢,
Φιλίας τιτθός, ὁλκὴ Γ⊢⊢⊢,
Ἀρσίνου αἰδοῖον, ὁλκὴ Γ⊢,
Καλλιμάχης ὀφί[δ]ιον, ὁλκὴ Γ⊢,
. . πωνος αἰδοῖον, ὁλκὴ Γ⊢⊢⊢,
Εὐφροσύνης [τ]ι[τθ]ός, ὁλκὴ Γ⊢,
Φαττίου χείρ, ὁλκὴ ⊢⊢⊢⊢,
Ἀγαθοκλῆς ἡδυπο[τίδ]ιον, ὁλκὴ ΔΔΔΔ,
Ἀριστοκράτεια λιβανωτίδα, ὁλκὴ 𐅄ΔΔII,
[Ἕ]λιξος σκάφιον, ὁλκὴ ΔΔΔ.

2) καὶ ἀργυρίου τοῦ ἐκπεπτωκότος ἐκ τῶν ἀναθεμάτων·

Κλεονόης ⊢⊢⊢,
Μέλανος ⊢⊢⊢,
Ἀντιμάχου ⊢⊢⊢,
Ἡρακλείδου τετρᾶχμα ΔΓ,
Κτησοῦς τετρᾶχμα II,
ἄλλο τετρᾶχμον,
Δημητρίας τετρᾶχμον,
Ῥόδωνος τετρᾶχμα II,
Σιμάλης τετρᾶχμα Γ,
Ἐπιτέλου ⊢⊢⊢,
Μιθριδάτου ⊢⊢⊢,
Λυσιμάχου τετρᾶχμα II,
Πα . νίονος ⊢⊢⊢,
. ατίου III,
Δημοῦς III,
Μικύθου ⊢⊢⊢,
Εἰρήνης ⊢⊢⊢,
Πτωΐονος τετρᾶχμα ΓII,
Κολλύρας τετρᾶχμα III,
Προσόδου ⊢⊢⊢,
Ἀρχίου ⊢⊢⊢,
Φιλομήλου ⊢⊢⊢,
Μελίτης τετρᾶχμα II,
Θεομνάστα. τετρᾶχμα III,
Ξενοκλέος τετρᾶχμα ΓIIII,
Παμφίλου τετρᾶχμα IIII,
Βάκχιος τετρᾶχμα III,
Βίων τετρᾶχμα II,
Ἄδα τετρᾶχμα III,
Φιλιστίδου τετρᾶχμα IIII,
Κλεοξένου τετρᾶχμα II,
Ἀντανδρίδου τετρᾶχμα Γ,
Ἀριστοκλέους ⊢⊢⊢,
[Κ]τησαρέτης τετρᾶχμα Γ,
Ἀριστοκλέους ⊢⊢⊢,
Λυσίου Πτολεμαϊκὰ ΓI,
Δημάρχου Πτ[ολε]μ[αϊκὰ] - -
Φιλοκλείας Πτολεμαϊ[κὰ] - -
- - - νος ⊢⊢⊢,
Ἀγαθονίκης - -
Ἀριστοκράτεια στατῆρας . .
- - - ίκης ⊢⊢⊢,
Φιλοκλείας [⊢⊢⊢],
Ἡδίστης - -,
. . ώνας Γ,
Ἀριστοῦς ⊢⊢⊢⊢,
Κρατήσιον Ἀλεξανδρείας ⊢⊢⊢⊢,
[Ἄ]δ[α] Ἀλεξανδρείας Γ[⊢],
Δωρὶς Ἀλεξανδρείας Γ,
Νίκωνος χρυσοῦ[ς],
Προσόδου χρυσοῦς,
Νικοκλέους χρυσοῦς,
Σωτηρίδου χρυσοῦς,
Ἀριστοῦς χρυσοῖ δύο,
καὶ ἀνεπίγραφοι χρυσοῖ Γ,
Μήλιδος ὀβολοὶ ΔΔ,

3) Ἀλφιάδης χῦμα, ὁλκὴ HΔΔΔΔ⊢⊢⊢⊢.

Viscontum et Rochettum in Diss. de foed. Boeot. p. 28. si audimus, hoc monumentum anno a. Chr. 171. prius est, quo anno Commune Boeotorum, cuius decretum continetur, sublatum a Romanis sit. Sed hoc Boeotorum commune multo post perdurasse docuimus in Introductione: igitur haec ratio falsa est. Immo tit. *b.* vs. 28. habetur nomen Μιθριδάτου, quod ante Mithridatem Magnum vix in Graecia vulgatum arbitror: itaque titulum

centum fere annis recentiorem esse iudico quam putabat Viscontus: nec quidquam in eo video antiqui coloris: quae enim priscae dialecti vestigia in eo esse dicuntur, nulla sunt. Postremo etiam litterarum formae iis, quas n. 203. 205. offert, similes illius, quod dixi, videntur aevi esse. Decretum refertur ad res sacras Amphiaraïi, quod prope Oropum fuit, ipso loco docente, ubi id repertum est: id ab aliis locis, qui coniuncti cum Amphiarai rebus sunt, paucis optime distinxit Müllerus Orchom. p. 487. Oropus tum Attica fuerit necne, nihil ad nos: Amphiaraïum certe Boeoticum fuit, nec tum ulli ex singulis civitatibus subiectum, sed Communi Boeotorum. Argumentum ipsum apertum est: quum enim aurea phiala in mensa dei, et donaria Amphiarao oblata, maxime numismata, labem traxissent, communi Boeotorum decreto decernitur, ut triumviri reficiendis vasis creentur, qui phialam ex auro illis tradito faciendam, opera vetustate affecta, quod saepius factum (cf. Demosth. c. Androt. p. 615. c. Timocr. p. 755.), instauranda et ex reliquis, quae non instaurantur, donariis vasa argentea deo conficienda curent, et cetera, quae in ipso decreto diligenter perscripta sunt. Inest in his etiam hoc, ut eorum, qui donaria illa dedicarint, nomina cum patria et operum pondere vel nummorum numero publice inscribantur: quo pertinet *tit. b*, in quo enumeratum est, quis quodque eorum donariorum dedicasset, quae fracta et conflata essent, ut ex iis illa vasa conficerentur, et qui dedicassent nummos in eundem usum conversos. Huic vero negotio praeter triumviros illos operam variam navare debent alii magistratus, *πολέμαρχοι, κατόπται, ἱεράρχαι, ὁ ταμίας ὁ προάρχων, συνήγοροι τῆς πόλεως, συλλογεύς*, de quorum vi dixi in Introductione. Hoc loco id quaerendum est, cuius civitatis hi magistratus fuerint. Et primum quidem *συλλογεὺς* nullius prorsus est civitatis, sed aerarii Amphiaraïi officialis, *ταμίας ἱερῶν χρημάτων*, ita tamen, ut soli thesauro praefectus sit: quod ex *tit. a* satis patet. Simile dicendum de *ἱεράρχαις*; hi enim quum donaria per templum sparsa habeant *ἐν παραδοσίμοις*, necessario templo ipsi debent attributi esse: quos ob nomen in Introductione Atticis *ἐπιστάταις τῶν ναῶν* s. *τῶν ἱερῶν* contuli: nisi quod donaria ipsi servant, quod Athenis est *ταμιῶν τῶν ἱερῶν χρημάτων*: quamquam olim ibi quoque *τοὺς ἐπιστάτας* templorum pecunias simul cum *ταμίαις* et *ἱεροποιοῖς* custodisse docet titulus n. 76. At cuius civitatis sunt *πολέμαρχοι, κατόπται, συνήγοροι τῆς πόλεως, ταμίαι*? Oropios magistratus esse cum Osanno nego: nihil quidquam enim in hoc titulo de Oropo dictum est: nec verisimile est Commune Boeotorum peculiares habuisse polemarchos, inspectores etc. neque additum in *συνηγόροις* illud *τῆς πόλεως* Communi Boeotorum convenit: cur enim non dictum foret *τοῦ κοινοῦ*? Itaque fere ut Os. praesidentis urbis magistratus intelligendos arbitror, per quos Foedus Boeoticum gesserit, quae gerenda ab ipso essent: praesedisse autem Thebas omnino probabile est. *Βουλὴ* vero et *δῆμος* non possunt alii esse ac *τοῦ κοινοῦ τῶν Βοιωτῶν*: nam etiam *συνεδρίοις κοινοῖς* suam affuisse *ἐκκλησίαν τοῦ δήμου* certum est Achaeorum et Amphictyonum exemplis. Transeo nunc ad singula, ad quae multa bene contulit Osannus.

a.

De communi Boeotorum archonte vide Introd. II, 3. Hoc loco alius non potest intelligi: nec cogitandum de Boeotarcha esse, nec de magistratu Oropio, multoque minus de Tanagraeo Boeotarcha, quem intelligebat Rochettus (Diss. de foed. Boeot. p. 28.), satis arbitror patere. De forma *Ἐπικράτου* dixi ad n. 45. *Πίργης* Osanno iudice idem est quod *Πύγρης*. Verba *ὑπὲρ ἱερῶν* traxi ad sqq. quoniam *εἶπε* solet per se poni in decretorum praescriptis. Alia est ratio huius praepositionis initio decretorum Atticorum n. 112. 113. sed tamen aliquatenus conferenda. Iam vero difficultas haud exigua est in verbis: *ὑπὲρ ἱερῶν προβεβουλευμένον αὐτῷ εἶναι πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον*: a quibus verbis quum pendeant haec: *δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ὡς ἂν κυρωθῇ τὸ ψήφισμα, ἑλέσθαι τρεῖς ἄνδρας* etc. ipsum illud, de quo erat *προβεβουλευμένον*, est hoc *τὸ δεδόχθαι ἑλέσθαι τρεῖς ἄνδρας*. Verba autem, *ὡς ἂν κυρωθῇ τὸ ψήφισμα*, docent iam decretum in illa *προβουλεύσει* factum esse: igitur nihil aliud relinquitur, nisi hoc, in praegressa *προβουλεύσει* fuisse iam ea decreta, quae nunc decerni vult Pirges. At *προβούλευσις* instituta est *πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον*, aliter atque apud Athenienses, apud quos *προβούλευμα* in solo senatu fit: cur igitur populum Pirges vult decernere, quae iam in illa *προβουλεύσει* decreverat? Hoc ego certe expedire non aliter possum nisi ita: Non rata fuerunt in communibus Boeotorum comitiis decreta, nisi bis proposita, ita ut primum decerneretur de quaque re *προβούλευμα*, quod et ipsum *ψήφισμα* dictum est, deinde vero in proximis comitiis eadem res iterum proponeretur et tum demum rata esset, si in iteratis comitiis esset decreta. Hoc si statueris, apta erat formula secundo decreto praemittenda: *προβεβουλευμένον αὐτῷ εἶναι πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ὡς ἂν κυρωθῇ τὸ ψήφισμα, ἑλέσθαι* etc. Nempe addenda erant haec, *προβεβουλευμένον αὐτῷ εἶναι*, ut intelligeretur, hoc decretum esse tale, quod iam posset ratum fieri. Quae sit *τράπεζα*, docet Osannus collatis locis Pausan. IX, 40. Or. Cic. de harusp. resp. 27. Pausan. V, 20. VIII, 31. Harpocr. v. *τραπεζοφόρος*, Lex. Seg. p. 307. et iis, quae collegit Sturz. Fr. Pherec. p. 38 sq. ed. pr. (p. 84. ed. alt.) cum Phavorino v. *θυωρίτης*. Adde Polyb. XXIII. 2, 7. Mox dicuntur quaedam *τῶν πρὸς τοῖς τοίχοις ἀνακειμένων πεπτωκότα*, in his etiam nummi, de quibus iterum paulo post *τὸ νόμισμα τὸ ἐκπεπτωκός*: et tit. *b.* quoque inter ea, quae in usum vasorum recens confectorum conflata sunt, sunt numismata, eaque *ἐκπεπτωκότα*, vs. 22. *καὶ ἀργυρίου* (pecuniae) *τοῦ ἐκπεπτωκότος ἐκ τῶν ἀναθεμάτων*. Igitur haec numismata et alia argentea et aurea ornamenta (*ἄσημα*) affixa erant donariis, quae ad parietem collocata

erant: haec vero numismata et ornamenta deciderant soluta ligatura sive ferrumine. Mox ἐκ πάντων τῶν πολιτῶν, ex omnibus Boeotis, non ex certis civitatibus singulos, neque ex solis optimatibus vel senatu; ut Athenis dicuntur ἐκ πάντων Ἀθηναίων legendi certi magistratus esse, hoc est non singuli ex certis tribubus neque ex solis senatoribus, sed ex universo promiscue populo. Tum τὸ νόμισμα τὸ ἐκπεπτωκὸς dicitur ἀριθμῷ tradendum, non σταθμῷ, quia pondus in nummis iam constat. Ἀποξύσαντες τὸν καττίτερον, *abradentes plumbum album*, quo ferrumine numismata et alia ornamenta in vasis munita erant; qua de re paulo ante dixi. Καττίτερος non *stannum* est (stannum enim compositum ex argento et plumbo nigro), sed *plumbum album* (vernacula *Zinn*); qua de re satis constat. Praecipitur autem, ut plumbum album abradatur, ne in argento et auro liquefaciendo aliquid admisceatur plumbi albi: hoc enim admisto aurum et argentum vitiatur et fit rigidum, praetereaque pondus vasorum non erit integrum, nisi plumbum album abrasum sit. Mox post ἄσημα manifesto ἃ omissum est a quadratario. Ταῦτα δὲ refer ad sola χρυσία ἄσημα et phialam. Ἀπεψήσαντες s. ἀφεψήσαντες non potest de auro fundendo dictum esse: nam si de fundendo auro diceret decretum, vasa ipsa essent abolita et solum superesset aurum rude: sed quoniam dicitur ταῦτα δὲ παραδότωσαν, et additur ποιήσαντες τῷ κάλλει πρὸς τὸ ἐπίσημον, vasa etiamtum superesse debuisse patet, non in aurum rude mutata esse. Igitur ἀπεψῆσαι nunc est *coquere vasa in tinctura quadam:* quo fit, ut nitorem nanciscantur, quemadmodum nummi argentei cuprum admistum habentes tali coctione solent splendidiores reddi. Sic illorum vasorum species par fit pulchritudini auri signati (πρὸς τὸ ἐπίσημον). Tum πάντα ταῦτα ad omnia, quae antea dicta sunt, refertur, et ad vasa argentea et ad aurum non signatum, exceptis nummis, de quibus tradendis iam supra dictum erat: vasa vero et aurum non signatum σταθμῷ dicuntur tradenda esse, non ἀριθμῷ: quod rerum rationi consentaneum est. Mox ἔκδοσις est *operis faciendi locatio.* Παρὰ κατόπτας pro παρὰ κατόπταις: vide Addenda ad n. 70. et Introd. c. I, 18. Primum dicitur de locandis vasis argenteis conficiendis, tum de locanda phiala aurea; in qua parte sic construe: ἐγδότω δὲ ἡ ἀρχὴ καὶ φιάλην κατασκευάσαι etc. Καταλιπομένη δοκιμεῖον, hoc est, *de massa auri ad phialam conficiendam dati relinquens specimen*, ex quo quale aurum fuisset, cognosci experiendo posset. Nota in re metallica vox δοκιμάζειν et inde derivata δοκιμαστής etc. Δοκίμιον pro *documento*, quo qualis aliquis sit experiare, habent Zosimus III, 13. et Herodianus II, 10, 11. Δοκιμεῖα (ita Bekkerus ex codd.) ap. Plat. Tim. p. 65. C. sunt *instrumenta experiendi et probandi saporis.* Tria haec exempla attulit Osannus. Sic expeditus universus tituli locus, in quo cur haeserit Osannus, nescio. Paulo post ὡς νομίζεται idem refert „ad claustrum vel sigillum thesauri ianuis impositum recte riteque resignandum, resignatumque rursus obsignandum", comparato titulo Attico n. 76. Mox vera videtur Osanni coniectura κατὰ τὰς προσχρήσεις; πάσας praemisi e vestigiis litterarum traditarum. Quae sequuntur, ita legit Osannus: ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἐν τῷ θησαυρῷ, τὸ ἱκανὸν ἀνάλωμα προσθέτω ὁ ταμίας ὁ προάρχων τῶν ταμιῶν καὶ ἀπολογισάσθω παρὰ τοὺς κατόπτας. Sed verior videtur lectio ἀναλώματος; ad ἐὰν δὲ μὴ ᾖ desidero nominativum; ἱκανὸν non aptum videtur, vacatque illud τῶν ταμιῶν. Igitur dedi aliud: nec scripsi ἀπολογισάσθω παρὰ τοὺς κατόπτας, sed πρὸς κατόπτας, ut paulo ante ἀπολογισάσθωσαν πρὸς κατόπτας. Longe vero impeditissima erant, quae sequuntur: ἵνα δὲ etc. quae iam ex schedis Köhlerianis restitui probabiliter. In fine turbavit aliquid quadratarius exarans: ἔνοχοι ἔστωσαν τῷ κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας νόμῳ. Ἔνοχος εἶναι habet dativum recte: cf. ne plura locum simillimum n. 123. §. 9. Sed κατὰ τὸν non expedio, nec libet coniecturas proferre.

b.

Haec est illa inscriptio, quam confici iubent verba decreti: [τοὺς] ἱεράρχας στήσαντας ἕκαστον τὸ ἀνάθεμα [ἀναγρά]ψαι εἰς στήλην λιθίνην τό τε ὄνομα τοῦ ἀναθέντος καὶ τὴν πόλιν ἐξ ἧς ἂν ᾖ, καὶ τὴν ὁλκὴν τοῦ ἀναθέματος καὶ τοῦ νομίσματος τὸ πλῆθος: et exarata haec in eodem lapide, in quo decretum, quia *tit. a.* diserte imperatum est decretum quoque in eadem columna scribendum esse: ἀναγραψάτωσαν δὲ καὶ τὸ ψήφισμα τὸ κυρωθὲν περὶ τούτων εἰς τὴν στήλην (eam, de qua supra). Inscribuntur autem primo loco (1) vasa et alia non signata donaria, quae, quod laesa essent (ἀχρεῖα *tit. a.* et πεπτωκότα ibid.), aliorum conficiendorum causa sunt fracta et conflata; deinde nummi in eundem usum conversi, qui exciderant ex donariis (2); postremo (3) additur donum Alphiadae, quod quum in fine post nummos additum sit, si vas esset, dubitari posset, utrum postea dedicatum et memoriae causa prioribus adscriptum, an et ipsum fractum et in massam fusum esset. Sed ex his neutrum probabile nec verum; peculiaremque illius articuli rationem esse suo loco docebo. Donaria ipsa magnam certe partem medicationis causa Amphiarao oblata esse, rectissime annotat Osannus: nempe incubationem in Amphiaraïo instituebant et alii et aegroti (Pausan. I, 34, extr. Herodot. VIII, 134. Plutarch. Aristid. c. 19. def. Orac. c. 5. cf. F. A. Wolf. Miscell. p. 409.); qui vero ex oraculo per somnium dato restituti in sanitatem erant, ii partim membri, quo laborarant, effigiem dicabant, ut προσώπιον, αἰδοῖον, τιτθόν, χεῖρα (cf. Attica n. 497 sqq.), partim alia donaria, partim nummos in donariis figendos, quemadmodum etiam in fontem Amphiarai deiicere nummos solebant. Pausan. l. c. 3. ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγὴ πλησίον τοῦ ναοῦ, ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν, οὔτε θύοντες οὐδὲν ἐς αὐτήν, οὐδ' ἐπὶ καθαρσίοις ἢ χέρνιβι χρῆσθαι νομίζοντες, νόσου δὲ ἀκεσθείσης ἀνδρὶ μαντεύματος γενομένου καθέστηκεν ἄργυρον ἀφεῖναι καὶ χρυσὸν ἐπίσημον ἐς τὴν πηγήν. Ceterum *tit. a.* praeceptum est, ut dedicantis

cuiusque patria adderetur: at in hoc recensu non additur, nisi in peregrinis: ceteris, ut recte Os. notavit, ut Boeotis nulla patriae nota adscribitur.

Vs. 1. memorabile est ἀναθημάτων, cum in ceteris locis huius tituli omnibus sit ἀνάθεμα. Vs. 4. Os. legit κωθώνιον κρατήσιον, quod a Lysandra dicatum putat, et κρατήσιον dicit esse κρατήριον hic et vs. 44. Sed vs. 44. *Cratesium* est nomen proprium mulieris, et inauditum in hac certe vulgari oratione κρατήσιον pro κρατήριον. Igitur hic quoque est nomen proprium, et dictum est: κωθώνιον (ἀνέθηκε) Κρατήσιον, ut paulo post Ἀρχὼ Καρυστία φιάλην etc. Praemissa vero donarii mentio non offendit: sic statim sequitur φιάλη Νικαρίστης; variatur enim inter genitivum et nominativum in dedicantis nomine. Si κρατήσιον posset vas esse, quod tamen non potest, Κωθωνίων retinerem, quos norunt geographiae periti. Vs. 6. potest Ἀρτε]μὼ etc. suppleri. Vs. 9. malim Λέων. Vs. 16. 17. προσώπιον non est προσωπεῖον, sed *minuta faciei imago*. Vs. 18. mire sese torsit Os. ut lectionem suam, Καλλιμάχης Θ. (Θυγατρὸς) Φιλίας ὁλκὴ etc. excusaret. Nam primum donarii nomen deest, neque ὁλκὴ potest ipsum donarium esse, ut putabatur: nam neque ὁλκὴ est σταθμίον, nec σταθμίον mulier Amphiarao dicare poterat. Deinde matris nomen non apud Graecos, sed apud Lycios et Aegyptios liberorum nominibus additur; et durum est ex meretrice natam Callimachen pronunciare, ut matris nomen additum excusetur: quam in rem si titulus n. 921. advocatur, ubi itidem de meretrice cogitatum est, quid mihi ea de re videretur, suo loco dixi. Postremo cur omnino matris nomen additum, quum ne patris quidem nomen ulli dedicantium adscriptum in hoc titulo sit? Nihilominus etiam paulo post Os. dedit Εὐφροσύνης Φιλίας ὁλκὴ etc. Ubi quum desit illud Θ, quod vs. 18. θυγατρὸς esse putatur, nova inconstantia oneratur titulus. Nempe nomen Φιλίας inter titulum transcribendum e vs. 17. obversabatur Osanno, idque duobus locis intulit, ubi Evansianae schedae nihil de eo quidquam. Ne multa, vs. 18. scripsi Καλλιμάχης ὀφίδιον, aptum opinor Amphiarao vati donarium; vide Explicatt. ad Pind. p. 157. 314. In altero loco pro Φιλίας dedi τιτθός, ut paulo ante. Vide var. lect. Tertium exemplum additi materni nominis vs. 43. removebimus infra. Vs. 19. Osannus coniicit Ἐτεῶνος: possis Κή]πωνος et alia. Mox pulchre Os. ἡδυποτίδιον dedit deminutum ex ἡδυπότιδι, quod est vasculi genus aliunde notum. Λιβανωτίδα esse *turibulum* idem collato simul titulo Asiano, quem Index h. v. demonstrabit, et iis locis docuit, quos Schneiderus Lex. Gr. v. λιβανωτρὶς attulit: praeferenda autem omnino forma λιβανωτίς. Sequuntur nummi ex parte siglis expressi. In his haec notanda sunt. Ubi nihil de auro dictum, argentei intelligendi: unde praescriptum ἀργυρίου. Ubi genus nummorum designatum est, ut τετρᾶχμα, sigla designant numerum, et Γ vel IIII nihil est nisi *quinque*, *quattuor*, ut vs. 34. τετρᾶχμα ΓIIII, *tetradrachma novem*. Sic etiam vs. 40. Πτολεμαϊκὰ ΓI, hoc est *sex nummos Ptolemaicos* (νομίσματα Πτολ.); et eodem modo in *obolis* vs. 49. Sed ubi nummi genus non designatum est, sigla simul cum numero genus nummi designant, ita quidem ut ⊢ sit *drachma*, Γ *quinque drachmae*, ut in omnibus huiusmodi titulis, maxime Atticis, I autem *obolus*, II *duo oboli* etc. Idem genus signandi vs. 45. habetur in Ἀλεξανδρείας (δραχμὰς) ⊢⊢⊢⊢, et vs. 46. Ἀλεξανδρείας Γ: unde vs. 45. extr. Ἀλεξανδρείας ΓI mutavi in Γ⊢, ne I obolum designare videretur: nam ubi ⊢ est drachma, I est necessario obolus. Pro τετράδραχμον constanter scribitur τετρᾶχμον, quam formam novimus ex Etym. M. p. 754. 40. Vs. 29. littera Γ certa est, quae quum non possit ad numerum pertinere, vera esse nequit Osanni lectio Χαρμίονος, sed nomen viri incipiebat a littera Π: Πα.νίονος. Statim post idem Ἀτίου, quod ex lapide Melio confirmat, ubi Βάκχεος Ἀτίου, et ex forma Ἀτέας ap. Plutarch. Apophth. Regg. p. 88. ed. Tub. ubi tamen Scythae nomen est. Equidem aliis ducibus lacunam signavi: . ατίου. Vs. 30. non Πτώονος dedi sed Πτωΐονος, quod n. 1625. in quo Iota subscribendum omittitur, tamen ΠΤΩΙΩΝ et ΠΤΩΙΟΥ scribitur; etiam n. 1577. Πτωΐλλος habetur, ubi Πτῷλλος si scripseris, perverteris analogiam sermonis: quamquam forma Πτώϊλλος non evincit etiam Πτωΐονα scribendum esse. Vs. 33. Θεομνάστα non genitivus est vetus Boeoticus, ut dicitur; debebat enim ex Boeotismo esse Θεομνάσταο a recto Θεομνάστας (quamquam nominativus est potius Θεόμναστος), sed est nominativus formae femininae, ut paulo post immisti sunt nominativi Βάκχιος et Βίων, et vs. 46. Δωρίς. Vs. 35. extr. Os. Ἀδα[ῖος scripsit; sed Ἄδα est integrum, et recurrit vs. 45. videtur autem mulieris nomen Ἄδα, intermisto nominativo, ut aliquoties. Idem habes ap. Strab. XIV. p. 656 sq. Vs. 38. IT. in KT. mutavi. Vs. 39. Osannus coniungit Λυσίου Πτολεμαΐδα p. Πτολεμαΐδου (p. 213.), quum non videret Πτολεμαϊκὰ esse *nummos* bis deinceps redeuntes. Denominatio petita est a mina et talento Ptolemaico, de quo in transcursu monui Oec. civ. Ath. T. I. p. 20. Vs. 43. Os. Φιλοκλείας τῆς Ἡδίστης, rursum matris nomen additum censens, ut supra. Scrupulum eximit cum Köhl. Evansius, qui pro ΤΗΣ habet I.., quod fuisse ⊢⊢⊢ Osanni lectio probabile reddit. Vs. 44. Os. falso Ὠαρίστους; Ἀριστοῦς est etiam vs. 48. Tum Κρατήσιον est nomen proprium, ut supra dixi, mulieris illud; nec quidquam hoc loco excidit: quod tamen statuebat Os. quippe qui vasis esse nomen putaret. Ad Ἀλεξανδρείας ex more suppleri δραχμὰς recte idem animadvertit. De talento et drachmis Alexandrinis dixi Oec. civ. Ath. l. c. Hoc loco nota *Alexandrinas drachmas* distingui a *Ptolemaicis nummis* (nummis dico, non drachmis: drachmas enim esse non patet). Mox ΔΔΔ non ut Osanno visum sigla sunt, quae nullam hoc loco vim habent: desideratur nomen dedicantis, et fuit ΑΔΑ, ut vs. 35. Superest vs. 50. Ἀλφιάδης χῦμα, ὁλκὴ ΗΔΔΔΔ⊢⊢⊢⊢. Χῦμα si putaveris vas esse, cur id post nummos scriptum sit, intelligi nequit, nisi singulariter de hoc loco statueris: qua de re supra monui. Sed omnino χῦμα non convenit vasis nomini: χῦμα seu χύμα est *fu-*

sum: intellige metallum non formatum, sed colliquefaciendo in placentam informem coactum, quod quum vasa nova fabricarentur, Alphiades Boeotus in hunc usum dedicavit: unde ultimo loco additum est.

1571.

Lebadeae; edidit Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 5. p. 61. Vss. 23-27. tractavit Osannus Auctar. Lex. Gr. p. 57.

ΣΣ. . . ΟΙΙΤΗΠΟΑΙΛΕΒΑΔΕΙ
‾ ⌇ ‾ ‾ ΟΙΙΙΣΦΩΙΟΙΚΑΤΑΡΟ
. . ΟΡΑΧ . . ΣΙΙΝΟΜΙΣΜΑΓΑΡ
ΑΩΝΕΚΑΥΙΑΣΔΕΚΑΚΑΤΑΑΥΤ
\ΚΡΟΣΤΙΣΗΕΝΚΑΙΑΒΕΒΑΩΝΑΝΤΕΘΕΙΚΙΠΑ
ΟΝΔΡΥΙΔΡΑΥΜΑΩΝΕΙΛΥΤΑΣΔΕΚΑΙΓΡΑΦΕ
. ΡΙΕΙΙΛΥΤΩ . ΤΙΛΙΤ . . ΤΑΛΑΝ . . . ΙΝΤ . . ΓΚΗΔΙ
ΚΑΣ . ΕΔΟΝΟΝΒ‾ΙΤΑ/ . ΙΑΡΑΒΑ . Λ . ΤΗΝ
. . ΟΝΥΗΕΡΑΥΤΟΣΥΤΩΝΕΟΕΙΚΕΠΑΙΓ . ΤΙΙ .
ΑΡΜΟΙΒΑΕΟΡΑΣΙΚΥΙΙΑΡΧΕΝΑΥΙΔΑΙΑΝΕ
ΑΓΕΛΛΑΝΕΥΣΚΑΤΑ . . . ΝΕΟΑΙΚΕΑΡΙΙΡΙΣΗ
ΡΙΣΗΝΑΣΤΗΑΣ . . ΟΣΠΟΛΕΤΑΑΡΧΟΜΟΡΙΕΥ
ΕΚΚΥΗΝΙΟΥΤΡΟΦΙΙΩΙΕΝΤΟΝΟΗΣΑΥΡΟΝ
ΔΑΡΙΚΟΥΣ . . . . Α\ΙΛΑΤΟΙΚΑΙΔΕΚΑΠΕΛΙ
ΤΕΑΙΣΙΩΝ. . . . . . Υ . . . ΩΙΙΣΙΟΣΤΙΟΙ
ΑΡΑ . Μ . . . . ΑΤ . Γ . ΙΝΤΙ
ΑΜΙ . Δ . Μ . . . . . . ΟΤΟΣ . ΣΑ
ΑΝΕΚΑΝΟΙΔΑΣΜΙΚΩΙΩΝΟΣΛΟΥΡΟΣ
ΕΒΔΟΜΕΙΚΟΝΤΑΔΡΑΧΜΑΣ. . . . ΙΔΑΣ
ΔΑΜΕΑΤΗΜΟΣΑΥΡ. . . . . . . ΑΝΔΡΙΩ . .
ΕΥΑΝΟΙΔΑΣΜΙΚΡΙΩΝΟΣΑΟΣΡΟΣ . ΡΟΙΙΙΙΙΡΙΟ
ΔΡΑΧΜΑΣΞΙΙ . ΣΙΔ . . . ΑΙΙ . ΥΡΙΩ
ΟΥΝΙΟΙ . . ΙΙΥΣΟ . ΟΝΙΙΝΟΝΙΚΟΣΦΙΛ
ΚΡΑΤΕΙΟΣΤΑΝΑΡΙΗΟΣΔΕΚΑΣΤΑΤΑΡΑ
ΠΥΘΟΝΙΚΟΣΟΙΑΟΚΡΑΤΕΙΟΣΤΗΝΑΓΡΑΙΟ
ΔΕΚΑΣΤΑΤΗΡΑΣΙΤΟΥΟΝΙΚΟΣΤΑΝ . . .
ΠΡΗΟΣΜΟΚΡΑΤΙΟΣΤΡΙΟΝΤΑ . ΤΑΤΙΙΡΑΣ
ΑΙΙΥ . . . . ΚΑΤΗ . . Ε . . Λ . ΕΟΥΙΑΙΟΣ . . . .
ΝΕΝΤΕΣΤΑΚΙ . ΡΑ . . . . . ΚΑΛ . . . . .
ΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣΥΛΑΚΙΔΙΚΗΙ . . . .
ΑΣΣΚΛΑΠΙΑΔΑΣΖΗΝΟΔΟΤΩ
ΤΙΣΙΑΤΕΡΑΣ . . . .
ΕΥΑΝΟΙΛΑΣ . . . .
ΑΡΓΥΡΙΩ . . . .
ΑΓΛΑΟΣΟΣΝΗΣΑΙΤΙΑΟΣΤΗΙ . . . .
ΣΤΑΤΗΡΑΣ. . . . .
ΟΙΟΣΦΙΔΟΛΑΩΑΙ . . . .
ΜΕΝΕΚΡΑΤΕΙ . Ν . . . .
ΠΟΛΙΟΣΑΝΕ. . . . .
ΔΟΥΛΕΚΑΛ. . . . .
ΑΣΠΑΤΙΟΥ . . . .
ΠΩΝΟΣΚΑΠΙ . . . .
ΛΩΜΟΣΤΟ. . . . .
ΤΑΣΠΕΑ . . . .
ΕΝΤΟΣΛΗΟΧ . . . .
ΝΟΣΤΑΣ. . . . .
ΙΟΙΡΑΕΟΡ . . . .
ΟΔΕΚΑ. . . . .
ΛΑΟΣΚ . . . .
ΚΟΣΤΗ. . . . .
ΙΕΝΑ . . . .
ΔΟΜΕΙ . . . .
. . ΟΙΑ. . . . .
ΛΙΣΤΟΙΣΘΟΙΟΙΑ . . . .

Titulus hic ita laceratus et vitiis transcribentis foedatus est, ut exigua tantum pars restitui queat: ex iis vero, quae intelligi possunt, patet pecuniarum recensum contineri, quae a variis hominibus Lebadeae vel dedicatae vel depositae erant aut in Trophonii thesauro, cuius cultus notissimus, aut praeterea etiam aliis locis, qua de re non satis liquet. Ab hac parte aliquatenus similis haec inscriptio titulo n. 1570. *b*. Ceterum titulum in actis publicis rettuli, quod non hac inscriptione dedicantur pecuniae, sed recensentur tantum, quae prius dedicatae erant, ac quod ne omnes quidem dedicatae videntur. Vs. 1. est - - - ο[ν] τῆ πόλι Λεβαδεί[ων. N. 1588. habetur aut Λεβαδειήων, quod pro Λεβαδειαίων fuerit, aut potius Λεβαδειέων a Λεβαδειεύς: Λεβαδέων a Λεβαδεύς est n. 1603. 1621. et sic Polyb. XXVII, 1. Pausan. IX, 40, 2. 3. Pro hoc Boeoticum est Λεβαδείων, ut Φωκείων etc. Vide Introd. I, 5. Hoc igitur dedi. Alia forma Λεβαδειείοις extat n. 1575. Λεβαδαίων dicitur a Plutarcho Sull. c. 16. Vs. 2. fortasse Τρο]φω[ν]ί[ῳ] (ut vs. 13.): nam Pocockius omnia solet miscere et confundere. Sequitur ΚΑΤΑΡΟ. Hoc fortasse idem fuit, quod vs. 4. ΚΑΤΑΑΥΤ, quantum coniicio κατὰ αὑτὸν vel sine spiritu antique κατ' αὐτὸν, *per se et suo nomine* (dedicavit), non ὑπὲρ ἄλλου, quod alios fecisse posthac patebit. Idem vs. 11. habebatur haud dubie. Vs. 3. vix ambiguum est: [δ]ραχ[μὰ]ς II, νόμισμα- Quod additur ΓΑΡ, fortasse παρὰ fuit, cuius vestigia mox redeunt. Vs. 4. latet aliquid prorsus incognitum, quod redit vs. 6. Utroque loco in eodem nexu idem vocabulum reperitur varie scriptum, vs. 4. ΕΚΑΥΙΑΣ, vs. 6. ΕΙΛΥΤΑΣ. Communes utrique scripturae sunt litterae Ε..Υ.ΑΣ, quae proinde retinendae in correctione tentanda erunt. Sed quamquam multa emendationis pericula feci, non succurrit melius, quam quod altera lectio sine correctione praebet εἰλυτάς. Εἰλύω est *volvo, involvo*, unde ἔλυτρον s. εἴλυτρον, *involucrum*. Hinc εἰλυτός: igitur εἰλυτὴ potest inde formatum substantivum esse ex adiectivo natum, quod designet *volumen* s. *convolutum* (*Rolle*). Coniicio igitur vs. 4. δραχμ]άων ε[ἰλ]υ[τ]ὰς δέκα κατὰ αὐτ[όν. Vs. 5. init. possis Λο]κρὸς scribere, quod deinceps bis redit; sed nihil hac coniectura proficitur. Tum fortasse: κα[τ]ὰ β[ί]β[λο]ν ἀνέθεικ[ε] πα[ρὰ] - - - δρα[χ]μάων εἰλυτὰς δέκα, γραφε - - - ἐ[π' α]ὐτῳ - - - Vs. 7. med. ταλάντου mentio latuerit. Proxima non attingo. Vs. 9. aperta haec: ὑ[π]ὲρ Αὐτοσύτω [ἀ]νέ[θ]εικε et fortasse deinde πα[ρὰ - - - Noli vero ὀνέθεικε retinere, ut in Thessalico titulo n. 1766. nam ἀνέθ. in hoc ipso vs. 5. apparet, fortasse etiam vs. 39. Vs. 10. 11. haec fere sunt: Ἀρχενανίδα[ς] Ἀνι..α [Π]ελλανεὺς κατὰ [αὐτὸ]ν [ἀ]νέ[θε]ικε - - Dein pecunia scripta erat, assumpto drachmarum cognomine, quod fortasse Κυζ]ι[κ]ηνὰς fuit: certe Cyzicenos stateres aureos nemo ignorat: ΤΗ fuerit 𐅅 (500). Iam vs. 12-15. habes:

> Ἀσ..ος Πολε[ι]τάρχ[ου Δω]ριεύ[ς]
> ἐκ Κυ[τι]νίου Τροφ[ων]ίῳ ἐν τὸν [θ]ησαυρὸν
> Δαρικοὺς [στατῆρ]α[ς ἑκ]ατὸ[ν] καὶ δεκαπέ[ν]-
> τε.

Ex his Τροφωνίῳ et θησαυρὸν (cf. n. 1570. *a*.) debetur Osanno Syll. p. 215. Retinui vero ἐν pro εἰς ex veteri et nota dialecto. Κυτινίου scriptum est, non Κυτινίω, ut exspectaveris; igitur etiam Πολειτάρχου dedi. Sic etiam Δαρικούς, non Δαρικώς: inconstans enim huius tituli dialectus. Sequitur aliud caput vs. 15. 16. Αἰσίων - - - - - - [δ]ρα[χ]μ[ὰς, vel δραχμάων ut supra. Vs. 18-27. liquent plurima:

> - - Ε[ὐ]αν[θ]ίδας Μικ[ρ]ίωνος Λο[κ]ρὸς
> ἑβδομείκοντα δραχμάς. .... ίδας
> Δαμέα Τή[νι]ος (vel Τήλιος) - - - -
> Εὐαν[θ]ίδας Μικρίωνος [Λ]ο[κ]ρὸς [Τ]ρο[φων]ί[ῳ]
> δραχμὰς - - - - ἀ[ργ]υρίω (fortasse Τροφ-
> [ω]νίῳ [ἐν τὸν θη]σ[αυρ]όν). [Πυθ]όνικος Φιλ[ο]-
> κράτειος Ταναγ[ρῆ]ος δέκα στατ[ῆ]ρα[ς].
> Πυθόνικος [Φ]ι[λ]οκράτειος Τ[α]ναγρ[ῆ]ο[ς]
> δέκα στατῆρας. [Πυθ]όνικος Ταν[α-
> γ]ρῆος [Φιλ]οκράτ[ε]ιος τρι[άκ]οντα [σ]τατ[ῆ]ρας.

Haec inde a vs. 23. extr. ubi de Pythonico, perspexit Osannus, nisi quod falso στατᾶρας et vs. 27. Τιμοκράτειος dedit. Cetera iam desperata sunt. Vs. 30. est filius Ἀριστίωνος, dein aliquid ex [Χαλ]κιδικῇ; vs. 31 sq. Ἀσσκλαπιάδας Ζηνοδότω - - - [νίκα]τι σ[τ]ατ[ῆ]ρας. De duplici Σ vide ad n. 25. Tum redit Εὐαν[θ]ί[δ]ας [Μικρίωνος Λοκρὸς] ἀργυρίω etc. Vs. 35. Ἀγλαοσ[θέ]νης - - - - - - 36. στατῆρας, 37. - - [θ]ιος Φι[λ]ολάω - - 38. Μενεκράτει[ος patronymicum, ut supra Φιλοκράτειος (vide ad n. 1574.), vel Μενεκράτεις nominativus, de quo vide Introd. et imprimis n. 1574. vs. 20. Vs. 39. πόλιος ἀνέ[θεικε? 40. - - δου Λε[β]α[δεὺς etc. Vs. 47. ΙΟΙΡΑΕΟΡ est idem quod vs. 10. ΜΟΙΒΑΕΟΡ, sed nescio quid. Vs. 48. δέκα, 52. ἑβ]δομεί[κοντα.

1572.

Thebis. Ed. Pocockius Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 3. p. 49.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Fragmentum decreti *Populi Atheniensis*, quod quum Thebis positum fuerit, debet in honorem Thebanorum scriptum fuisse. Non enim id laudi unius civis datum esse colligitur e formula statim proponenda. Ne multa, quae initio scripta sunt, iis praecipitur, ut in ludis Atticis et in magnis et communibus Graeciae sollemnibus renuncietur honos ab Atheniensibus *in Thebanos* collatus, estque hoc decretum ex eo genere, ex quo Byzantium ap. Dem. de cor. p. 255 sq. Vs. 1. dictum erat de renunciatione in Dionysiis magnis s. urbanis, fere ut n. 107. καὶ ἀνειπεῖν τὸν στέφανον Διονυσίων τῶν μεγάλων τραγῳδοῖς ἐν τῷ θεάτρῳ, vel ut in decretis apud Dem. de cor. p. 253. καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διο-

. . . ΑΝ . . . . ΙΩΝΤΩΛΙΕΝΑΣΤΕΓΕΡΠ
ΟΓΑΙΙΝΙ . . . Ω . . ΚΑΙΠΑΝΑΘΗΝΑΙΩΝΑΙΕΛ . . . .
¯ΚΑΙΠΤΟΙϘΜΑΙΙ॥ΤΟΙΛΓΥʿΑΙΙΚΟΙΣΑΓΩΣΙΝ
ΣΔΕΚΑΙΕΝΙΣΩΙΙΙΣΝ . ΙΕΜΓΥΙΟΙΣΚΑΙΕΝΟ . . .
ΟΙΣΥΗΣΔ . . . ΟΙ . . . ΔΣΑΥΤΩΕΠΙΜΕΛΗΘΗ
ΡΑΤΗΙ . . ΣΙΙ" . . . ΟΤΤΡΑ . ΟΙΙΡΝΟΥ .
. . . . ΩΝΠΑΝΙΑΓ
. . . . ΙΥΠΙΝΑΙΡΕΣ
. . . . ΓΑΙϘΤΗΙΜΟ
. . . . ΔΕΤΟΝΔΗΜΟΝ
. . . . ΤΑΝΙ/ ΙΠΗ
. . . . ΙΜΙΣΙΙ
. . . . ΘΗΝΑΙΟΥΟΠ
. . . . ΜΗΟ . ΤΙΠ
. . . . ¯ΙΝΟΙ¯ΟΣ
. . . . ¯¯ΟΥΓΑΓΟΥΚΑ
. . . . ΟΡΛϽΤΑΟΥΝΗΣΥΝ
. . . . ΡΟΥΝΥΑΣΤ
. . . . ¯ΙΑΤΗΙΟΥ
. . . . ΗΣΚΡΙΝΑΚ
. . . . ΤΟΥΣΝΟ
ΑΣΟΣΝΔΕΤΟΥ . . Ο¯ . ΣΕΝΤΩΝΕΑΥΤΩΙ
ΣΥ . . . ΩΣΟΛιι . . . ΙΥΙΡΟΠΑΜΡΑΝΙΣΑΙΣ
ΜΕΙΣΑΥΝ

νυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς, p. 265. *καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι καὶ Διονυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς*, item p. 267. 1. etc. Hinc igitur vs. 1. superest *[Διονυσ]ίων τῶ[ν] ἐν ἄστε[ι]* etc. ac vs. 2. *καὶ Παναθηναίων*, quae etiam in decreto modo allato habentur. Tum videtur *τῶν μεγάλων* fuisse; *τῶν* omissum fuerit a Pocockio ob praegressum ΩΝ: ΑΙ fuit Μ. Sed ad *Παναθηναίων* desideratur *τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι*, pro quo vs. 3. pluralis est: unde patet plures ludos fuisse gymnicos, in quibus recitandum decretum esset: et altera sollemnia latent vs. 3. hucusque, ni fallor, ignota. Lego: *καὶ Παναθηναίων τῶν μεγάλων καὶ Πτο[λε]μαΐ[ων] τοῖ[ς] γυ[μν]ικοῖς ἀγῶσιν.* Notum est *Ptolemaeum gymnasium*, in quo gymnicos ludos in honorem Ptolemaei, Atheniensium eponymi herois, habitos esse consentaneum est. Unde patet titulum non esse antiquiorem quam Olymp. 125. Vide p. 162. *b.* ubi de ceteris honoribus Athenis Philadelpho habitis dixi in transcursu. Sequitur: *[ὡςαύτω]ς δὲ καὶ ἐν Ἰσ[θμίοι]ς [κα]ὶ ἐμ [Π]υ[θ]ίοις καὶ ἐν Ὀ[λυμπί]οις*, nisi fuit *καὶ ἐν Ὀ[λυμπίοις καὶ ἐν Νεμέ]οις.* Decretum Byzantiorum l. c. *ἀποστεῖλαι δὲ καὶ θεωρίας ἐς τὰς ἐν τᾷ Ἑλλάδι πανηγύριας, Ἴσθμια καὶ Νέμεα καὶ Ὀλύμπια καὶ Πύθια, καὶ ἀνακαρῦξαι τὼς στεφάνως* etc. Hic honos tam est insignis, ut decretum non possit non in honorem civitatis alicuius scriptum esse, prorsus ut Byzantium. Tum dictum erat, quis renunciationem curare deberet, ut n. 107. post sollemnia nominata: *τῆς δὲ ποιήσεως τοῦ στεφάνου καὶ τῆς ἀναγορεύσεως ἐπιμεληθῆναι τοὺς ἐπὶ τῇ διοικήσει*; ap. Dem. l. c. p. 253. *τῆς δὲ ἀναγορεύσεως τοῦ στεφάνου ἐπιμεληθῆναι τὴν πρυτανεύουσαν φυλὴν καὶ τὸν ἀγωνοθέτην*; p. 265. *τῆς δὲ ἀναγορεύσεως ἐπιμεληθῆναι θεσμοθέτας, πρυτάνεις, ἀγωνοθέτας*, et similiter p. 267. etc. Sed hoc pro Thebanis decretum, quod ad bellicam opem latam pertinuisse videtur, renunciandum a praetoribus erat (vs. 5. 6.): *[τ]ῆς δ[ὲ ἀναγ]ο[ρεύσεω]ς αὐτῶ[ν] ἐπιμεληθῆ[ναι τοὺς στ]ρατη[γού]ς.* Vs. 7. fuit *τ]ῶν παν[η]γ[ύρεων*, ut in decreto Byzantio, 10. *δὲ τὸν δῆμον*, 13. *Ἀ]θηναίου*, 16. *Ἀρεί]ου [π]άγου κα[ὶ* - - 17. fortasse *[δικ]α[ι]ο[σ]ύνης*, 21. *τοὺς νό[μους]*? 22. *τῶν ἑαυτῷ* etc.

1573.

E medio longae, sed mutilatae inscriptionis *Orchomeni* repertae. Ed. Leak. Mus. crit. Cantabr. T. II. Fasc. VIII. p. 576. additis notis alius docti p. 586. Ex eiusdem schedis praebet minusculis Rosius Inscr. Gr. p. 305.

ΚΤΕΙΣΙΑΟΑΡΧΟΝΤΟΣΒΟΙΩΤΥΣ
ΕΡΧΟΜΕΝΙΥΣΔΕΚΑΡΑΙΧΩΕΡ
ΜΑΙΩΠΟΛΕΜΑΡΧΙΟΝΤΩΝΑΝ
ΤΙΓΕΝΙΔΑΟΕΥΚΡΑΤΙΔΑΟ
ΚΑΦΙΣΟΔΩΡ. ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΤΙΜΟΜΕΙΛΩΚΑΦΙΣΙΩΝΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΔΔΟΝΤΟΣΤΥ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΥΣΛΙΩΝΟΥΣΙΩ
ΚΑΛΛΙΜΕΛΙΟΣ

Vs. 2. Ros. *Καραχω.* Vs. 3. init. Ros. *μαιο*; idem vs. 5. *Καφισοδωρος*, vs. 6. *Τιμομειλος.* Sunt praescripta decreti, quod cum aliis in eodem lapide scriptum erat (cf. n. 1563.), nec quidquam initio deest: quod lemmatis causa annoto.

Κτεισίαο ἄρχοντος Βοιώτυς, Ἐρχομενίυς δὲ Καραΐχω, Ἑρμαίω, πολεμαρχιόντων Ἀντιγενίδαο, Εὐκρατίδαο, Καφισοδώρ[ω], Ἀρίστωνος, Τιμομείλω, Καφισίωνος, γραμματίδδοντος τῦ[ς] πολεμάρχυς [Δ]ιωναυσίω Καλλιμέλιος.

De duplicis archontis notatione et positu verborum cf. n. 1575. et n. 1567. c. not. De dialecto vide Introd.; hoc tantum noto, Κτεισίαο esse Κτησίαο, Καλλιμέλιος autem Καλλιμέλους. Aliud nomen est Καλλίμειλος. Καφάϊχος est deminutivum, ut Ὀλύμπιχος etc. idque nomen redit n. 1575. Τιμόμειλος est etiam n. 1569. *a*. I. sed Phocensis, et Ἀρίστων ibid. *b*. *Hermaeus* est mensis, omisso die, ut aliis locis dies omittitur: etiam μεῖνος alibi omissum est, ut n. 1563. *a*. De mense hoc cf. Introd. ubi etiam de magistratibus. Titulus ad rem militarem pertinebat.

1574.

In vico *Topolias* ad paludem Copaidem, qui videtur in loco *Coparum* esse. Ex schedis Cockerelli edidit Walpol. Trav. p. 566. n. 34. cum notis.

- - ΟΣΜΕΛΑΝΤΙΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΤΟΝ - ΓΕΓ - ΑΨΑΝΤ - ΕΝΟΠΛΙΤΑ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΙΟΝΤΩΝ
ΓΑΝΑΞΙΔΝΟΣ - - - ΣΑΩΝ - ΑΟ
ΦΑ - - ΙΝΩ - - ΤΙΜΑΝΔΡΙΑ -
ΜΟΥΑΓΙΟΝΤΟΣΓΑΔΩΝΟΣΠΟΛΥΚΡΙΤΙΩ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΔΔΟΝΤΟΣ
ΧΑΦΙΣΟΔΩΡΩΣΑΜΙΩΝΙΩ
ΞΙΣ ΚΟΔΙΩΡΟΣ
ΑΡΧΙΑΣ ΟΝΑΚΙΟΣ
ΟΡΙΣ ΡΟΥΛΙΟΣ
ΣΑ Χ ΣΚ ΙΓΙΤΟΝΙΟΣ
ΠΟΙΔΙΚΟΣ - ΙΩ ΟΥΣ - ΧΙΟΣ
ΤΡΙΑΚΑΔΙΩΝΕΓΑΜΝΟΝΔΑΟ
ΑΓΑΘΟΝΑΙΩΝΙΟΣ
ΑΝΤΙΓΕΝΕΙΣΑΝΤΙΓΩΝΙΟΣ
ΟΑΛΩΝΙΔΑΣΜΝΑΣΙΩΝΙΟΣ
ΔΙΩΝΤΑΝΑΚΩΝΙΟΣ
ΜΝΑΣΙΩΝΚΑ ΙΗΟΣ
ΜΕΝΕΚΡΑΤΕΙΣΜΟΛΩΝΙΟΣ
ΗΛΗΜΩΝΝΙΩΝΙΟΣ
ΕΥΟΦΕΛΙΝΟΣΑΓΟΛΛΟΔΩΡΙΟΣ
ΑΜΦΙΤΙΜΟΣΕΥΙΣΤΙΟΣ
ΕΥΦΡΟΝΙΣΚΟΣΟΝΑΣΙΜΑΣ
ΕΙΡΩΙΛΛΕΙΓΡΥΚΙΧΙΟΣ
ΑΜΗ ΝΣ ΤΩΝΙΟΣ
ΚΛΙΩΝ ΩΡΟ ΩΡΙΟΣ
ΜΕΛΑΜΒΙΟΣΚΛΕΟΠΟΛΕΜΙΟΣ
ΑΡΧΙΓΠΟΣ ΕΛΙΤΩΝΙΟΣ
ΚΑΡΙΣΑΝΔΡΟΣΞΕΝΟΚΡΑΤΙΟΣ
ΤΗΛΙΔΩΡΩΝΚΛΙΩΝΙΟΣ
ΕΥΦΑΜΙΔΑΣΣΙΑΝΟΡΙΔΑΟ
ΑΡΓΟΥΝΙΩΝ ΝΙ ΣΝΙΔΑΟ

[Θί]ος. Μελαντίχω ἄρχοντος
το[ίδε] [ἀπ]εγ[ρ]άψαντ[ο] ἐν ὁπλίτα[ις],
πολεμαρχιόντων
[F]αναξί[ω]νος, - - -, Σαων[ίδ]αο,
Φα - - ίνω, - - -, Τιμανδρί[δαο],
μο[ρ]αγίοντος [F]άδωνος Πολυκριτίω,
γραμματίδδοντος
[Κ]αφισοδώρω Σαμιωνίω·
- - - ξις [Νι]κοδώρ[ι]ος,
Ἀρχίας - - [ω]νάκιος,
- ορισ - - π - [Β]ούλιος,
Σά[μι]χ[ο]ς Κ[αλλ]ιγιτόνιος,
Ποίδικος? [Δ]ιω[ν]ουσ[ί]χιος,
Τριακαδίων Ἐ[π]αμ[ι]ν[ώ]νδαο,
Ἀγάθ[ω]ν Αιώνιος vel [Δ]ιώνιος,
Ἀντιγένεις Ἀντιγ[ό]νιος,
[Ἀπ]ο[λ]λωνίδας Μνασιώνιος,
Δίων Τανακώνιος,
Μνασίων Κα[λλ]ίηος,
Μενεκράτεις Μολώνιος,
[Fιδ]ήμων Νιώνιος,
Εὐοφελῖνος Ἀ[π]ολλοδώριος,
Ἀμφίτιμος Εὐίστιος,
Εὐφρονίσκος Ὀνασίμ[ιο]ς,
Εἰρώ[δας Ἀ]γρυκίχιος,
Ἀμη - - [ω]ν Σ[τρα]τώνιος?
Κλίων - ωρο[δ]ώριος,
Μελάμβιος Κλεοπολέμιος,
Ἄρχι[π]πος [Μ]ελιτώνιος,
[Χ]αρίσανδρος Ξενοκράτιος,
Τηλιδώρ[ί]ων Κλιώνιος,
Εὐφαμίδας Σιανορίδαο,
Ἀργουνίων - - - νίδαο.

Initio quid potuerit scriptum esse praeter Θίος s. Θεός, non exputo; ut alibi Θεὸς τύχα (vide ad n. 4.). Μελάντιχος deminutum a Μέλαντος redit et n. 1577. 11. et 1590. Post ἄρχοντος illud ΤΟΝ in Βοιωτῶν mutat Osannus Auctar. Lex. p. 111. Sed in ceteris Boeoticis titulis dativus positus reperitur; et si Boeoticus archon nominatur, deest Copaeus, qui multo magis desideratur. Potius *Melantichus* est archon Coparum. Dedi τοίδε, ut τοί est n. 1588. Neque enim in hoc titulo praeter nomen Ἀγρυκίχιος οι in υ mutatum reperitur, neque αι in η. Deinde Os. dedit ἐνεγράψαντο; sed ἀπεγράψαντο scribendum docet n. 1575. hoc est: *nomen professi sunt:* ἀπογράψασθαι enim est *profiteri*, ut n. 1569. *a*. III. et ubivis. Sequuntur polemarchi, Walpolio iudice duo Παναξίων Σαωνίδαο et Φιλῖνος Τιμανδρία. Equidem, ut alibi, sex reperio; nam patrum nomina non magis opus erat addi quam in archonte. Primum nomen Παναξίων valde dubium est; agnosco digamma vocis ἄναξ, Fαναξίωνος. Ibidem Σαωνίδαο verum est: Σάων Boeotus habetur n. 1575. et ap. Pausan. IX, 40, 1. Vs. 5. nullo modo potest Φιλίνω scribi: ibidem nihili est Τιμανδρία; debebat certe Τιμανδρίαο esse; sed potius ultimum Α fuit Δ, et addendum est ΑΟ. Vs. 6. μουαγίοντος putatur esse pro μουσάγοντος, quod prorsus barbarum est: debebat enim μουσαγέοντος dici. Iota autem non vacare in his formis, sed esse pro Ε, notavi ad n. 1564. Ceterum Μοῦα pro Μοῦσα sane Boeoticum est, nempe *Muha* pronunciatum teste Prisciano. Iam vero qui μουσαγέοντος

inesse illi μουαγίοντος putet, provocabit cum Walp. ad n. 1585. ubi ἀγωνοθετοῦντι Μουσῶν ΕΝΑΡΧΟΝΤΙ etc. Sed neque hoc idem est, quum Μουσῶν ad prius ἀγωνοθετοῦντι pertineat, nec potest hoc loco in re militari de musicorum ludorum praefectis dici. Quod perspiciens Osannus l. c. correxit μοραγίοντος: idque mihi quoque in mentem venerat. Atque in hoc consistendum arbitror: modo ne μοραγοῦ nomen obtrudas Spartanis, quod fecit Osannus l. c. p. 112 sq. quum potius morarum duces constanter polemarchi Spartae dicantur: unde etiam ap. Xenoph. Rep. Lac. 11, 4. πολέμαρχον retinendum, quod ap. Suid. v. μορῶν in μόναρχον depravatum est: nam in hac voce latere μόραρχον non liquet. Cf. quae dixi p. 89. *b*. Copis vero μόρα debuit universus urbis exercitus gravi armatura instructus esse, quum unus tantum moragus sit: credo quod Copaitae unam Boeoticarum copiarum moram constituerunt. Nomen hominis incertum est Γάδωνος: Πάκωνος vult Walp. sine causa. Dedi Fάδωνος pro Fάδοντος (ἀπὸ τοῦ ἁδεῖν s. Fαδεῖν), ut Μένων Μένωνος.

De militum singulis nominibus priusquam dicam, ingens removendus prioris interpretis error est. Etenim quum falsae analogiae persuasissent doctis, Iota apud Boeotos multis locis vacare (cf. ad n. 1564.), hic quoque Iota vacans repperit interpres, unde vs. 6. Πολυκριτίω illi videtur esse p. Πολυκρίτω, unde vs. 8. corrigitur Σαμιώνιος p. Σαμίωνος, et sic deinceps omnes huiusmodi formae Διώνιος, Μνασιώνιος etc. sunt pro genitivis habitae. Mirum profecto foret, si vs. 22. Ἀπολλοδώριος, vs. 28. Κλεοπολέμιος essent genitivi pro Ἀπολλοδώρου, Κλεοπολέμου, item n. 1577. Ἀριστάνδριος, Ἀντιμάχιος, Ἀπολλοδώριος, Μελαντίχιος, n. 1578. Καφισοδώριος, Ἰσμηνίηος, Ἀριστίηος etc. Immo hi sunt omnes nominativi patronymici, ὁ Ἀπολλοδώρειος, Κλεοπολέμειος, Ἀριστάνδρειος, Ἀντιμάχειος etc. diphthongo ει Boeotice in ι mutata; quamquam n. 1577. superest Διοφάνειος retento ει, et sic Φιλοκράτειος n. 1571. ubi cave genitivum esse putes, qui debebat esse Φιλοκράτιος; alia exempla ex n. 1588. habes paulo post. Idem de ceteris omnibus formis in ιος desinentibus dicendum, ut Διώνιος, Μνασιώνιος etc. n. 1601. Ξενώνιος. Quod cui nondum persuasum sit, eum edocebunt vs. 6. 8. genitivi Fάδωνος Πολυκριτίω, Καφισοδώρω Σαμιωνίω, ubi vides secundum casum esse Πολυκριτίω, Σαμιωνίω etc. non Πολυκρίτιος etc. Atque idem habes n. 1588. Δεξίππω Σαυκρατείω, Ἀρίστωνος Θρασωνίω, Ἐπιτίμω Σαυκρατείω. Igitur in Boeotia mos fuit, ut Apollodori filius diceretur Ἀπολλοδώρειος, Samionis filius Σαμιώνειος. Sed excipiuntur ea patrum nomina, quae iam ipsa patronymica sunt. Non dicitur vs. 14. Ἐπαμινώνδειος, sed Ἐπαμινώνδαο, vs. 32. Σιανορίδαο, n. 1577. Ἡρακλείδαο, Ἀριστείδαο, Εὐωνυμίδαο; et similiter n. 1578.

Dicam nunc de nominibus singulis, missis tamen coniecturis, quae propositae sunt, nimium incertis, et iis, quae per se certae sunt. Vs. 10. correxi [ω]νάκιος ad analogiam. Vs. 12. Σάμιχος a me ex n. 1590. 1608. *b*. petitus est. Ibidem Καλλιγιτόνιος est Καλλιγειτόνειος. Vs. 13. videtur paulo turbatior esse: duorum virorum tamen nomina ibi non agnoverim. Coniicio potius lacunas non accurate notatas esse, scribendumque Δ]ιω[ν]ουσ[ί]χιος a Διωνούσῳ deminuta forma Διωνούσιχος; cf. Introd. I, 6. 7. 15. Vs. 16. Walp. Ἀντιφῶντος; sed debebat Ἀντιφώντιος esse. Vs. 19. Walp. Καλλίκλιος p. Καλλικλέους s. Καλλικλέος: sed dubito de recta formatione. Si genitivus est, debet Καλλικλεῖος esse (vide Introd.); sin pro Καλλίκλειος adiectivo habetur, exspecto Καλλικλείιος (p. Καλλικλήϊος, solutâ et antiquâ formâ). At propius est Καλλίηος, hoc est Καλλίειος. Nam post vocalem Iota ει in η transit, non in Iota, ut n. 1578. Ἰσμηνίηος, Ἀριστίηος. Vs. 21. Ἠλήμων valde dubium: probabile est Fιδήμων (Εἰδήμων). Ibidem Νιώνιος est Νεώνειος. Vs. 22. malim Εὐωφελῖνος. Vs. 24. femininum Ὀνασίμας nullo modo ferri potest. Vs. 25. maxime corruptus est. Εἰρώδας (Ἡρώδης) forma est aliunde cognita: quae quum ab ἥρως descendat, I subscriptum admisi, quum I adsit in litteris traditis: ἥρωσιν invenietur in alia inscriptione, quam Index demonstrabit. Pro ΙΓΡΥΚΙΧΙΟΣ lego Ἀγρυκίχιος (Ἀγροικίχειος, Boeotice deminuto Ἀγροίκιχος ab Ἄγροικος). Vs. 27. Κλίων pro Κλέων (cf. vs. 31.). Vs. 30. non confido lectioni Καρίσανδρος, quam ex Cumaei marmoris voce ὑπαρκοίσας defendit Walpol. In eodem est κοραγίαν; κύτραν, κιτῶνα ex Koen. ad Greg. Cor. p. 341. ed. Schäf. aliaque contulit Osann. Syll. p. 197. notumque imprimis δέκεσθαι Ionibus, Doribus etc. commune: sed talia a Boeotismo aliena esse exempla quam plurima docent: rarumque admodum in his Boeoticis titulis K pro X est nec cunctanter corrigendum, quum formae sint simillimae. Fourmontiana monstra Καλλίμακος etc. non affero. Vs. 32. Σιανορίδαο est Θεανορίδου.

1575.

Lebadeae in muro Meschitae Sultani Omer. Ediderunt Sponius Misc. erud. antiq. X, 121. p. 372. (prima citat idem Itin. T. III. P. II. p. 12.), male divisis vocabulis, quae contraximus, Wheler. Itin. p. 328. ed. prim. ex quo citat Vandal. Diss. IX. p. 223. Tres priores versus dedit Müllerus Orchom. p. 470. Nuperrime accepi schedas Köhlerianas, unde potissima annotavi.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Apud Whelerum versus aliter dispositi sunt, singulis fere in binos disiunctis ob spatii angustias. Ubi nihil annoto, lectio est Sponiana. Vs. 1. extr. Spon. ΔΕΣΑ, Whel. Köhl. ΔΕΚΑ: vs. 2. lacunam non habent iidem. Post ΟΤΤΙΟΣ Köhl. ΤΙΧΑΤΙ ΕΕΤΙΕΣ, quod recepi; vulgo ΙΛΑΤΙFΕΤΙΕΣ. Vs. 4. Whel. ΜΝΑΣΙΑΔΕΙ, Spon. ΜΝΑΣΙΑΔΕΣ; in fine Whel. ΕΥΛΑΝΟΣ: Köhl. ΜΝΑΣΙΑΒΗΑΑΝΟΣ. Vs. 5. Whel. ΑΠΟΛΛΙΔΑΡΩ, et omittit ultima ΑΛ cum Köhl. Eaedem schedae ΑΜΙΝΙΑΣ: ceteri ΑΜΙΝΤΑΣ. Vs. 6. init. Whel. ΕΙΚΩ, mox ΕΥΤ ΡΩΝ; in fine vulgo ΛΑ: Köhl. ΔΑ. Vs. 7. Whel.

ΧΑΡΟΠΙΝΩΑΡΧΟΝΤΟΣΒΟΙΩΤΟΙΣΛΕΒΑΔΕΙΕΙΟΙΣΔΕΚΑ
......ΟΤΤΙΟΣΤΙΧΑΤΙΕΕΤΙΕΣΑΠΕΓΡΑΨΑΝΤΟ
ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣΝΙΔΡΙΑΟΔΕΞΙΠΠΟΣΑΓΛΑΩΝΟΣΦΙΛΟ
ΞΕΝΟΣΧΕΙΡΙΑΟΦΙΛΩΝΔΑΜΟΚΛΙΔΑΟΜΝΗΣΙΑΔΕΣΑΡΗΙΚΩΣΥΛΑΝΟΣ
ΤΙΜΑΣΘΙΩΑΛΕΞΩΝΑΠΟΛΛΟΔΩΡΩΙΕΡΕΙΣΝΙΚΟΝΟΣΑΜΙΝΙΑΣΣΑΟΑΛ
ΣΙΧΩΠΡΟΞΕΝΟΣΣΑΩΝΟΣΕΥΓΙΤΩΝΞΕΝΩΝΟΣΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣΔΑ
ΜΙΑΟΓΑΣΙΑΣΤΡΕΨΙΠΠΙΔΑΟΑΡΙΣΤΟΓΙΤΩΝΜΝΑΣΙΜΟΣ
ΚΑΙΜΝΗΙΩΝΟΣΚΑΡΑΙΧΟΣΜΝΑΣΙΜΕΙΛΩΒΡΑΝΙΔΑΣ
ΜΝΑΣΙΜΑΧΩΦΙΛΩΝΑΣΩΠΙΧΩΕΥΦΙΛΕΙΤΟΣΑΝΤΑΝΔΡΟΥ
ΠΑΣΙΩΝΑΡΙΣΤΩΝΟΣΚΑΛΛΙΑΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣΟΛΥΜΠΙΟΣ
ΠΑΜΠΙΡΑΟΜΝΑΣΙΑΣΠΑΣΙΩΝΟΣΑΡΙΣΤΩΝΟΦΕΛΕΙΜΩ
ΞΕΝΟΚΛΕΙΣΣΑΥΜΕΙΛΩΔΙΟΠΙΘΕΣΟΦΕΛΕΙΜΩ
- - - - - - - - - ΚΛΙΟΝΑΞ
- - - - - - - ΘΕΟΔΟΤΟΣΙΠΠΑΡΧΟΣ
- - - - ΙΣΙΩΑΡΙΣΤΩΝΦΙΛΟΚΡΑΤΙΟΣ

ΜΙΑΣΕΑΣΙΑΣ: ibidem formas ΓΓ ex Whel. dedi. In fine Whel. ΜΝΑΣΙΛΛΟΣ, et vs. 8. ΜΕΙΔΩ, 9. ΜΑΧΑ, et in fine ΑΝΑΡΟΥ. Vs. 10. forma Γ ex Whel. et sic deinceps omnibus locis. Vs. 11. Whel. ΓΛΕΙΩΝΟΣ, Spon. ΠΑΣΙΩΝΟΣ. Vs. 12. Whel. ΟΦΙΛΕΙΜΩΝ. Vs. 15. ΙΣΙΩ ex Whel. additum, qui male ΦΙΛΟΚΡΑΣΙΟΣ. Ceterum ante ultimum versum lineam duxit Whel. ac si ultima linea in prominentia lapidis scripta esset.

Militarem catalogum hunc esse docet comparatio tituli n. 1574. Initio archontes scripti sunt, omissis tamen militaribus, qui inde a vs. 14. videntur additi in fine esse. Vs. 2. maxime haerebamus in pristinae lectionis voce ΙΛΑΤΙΓΕΤΙΕΣ, qui non possunt iidem esse atque ἰλαρχοῦντες in aliis titulis: quippe nec structura convenit neque etymon vocis ad illam rationem reddi potest. Sed difficultatem expedit Köhleriana lectio nunc recepta, ex qua Sanderus exsculpsit verum ϝικατιϝέτιες (εἰκοσιέτεις); vide tabulam vocum digamma habentium p. 720. *a.* ubi huius vocis mentio non facta est ob causam ad n. 1569. *c.* allatam. Vs. 2. lacuna videtur minor esse quam Sponiana. Nunc accipe verba:

Χαροπίνω ἄρχοντος Βοιωτοῖς, Λεβαδειείοις δὲ Κα - - όττιος, [ϝ]ι[κ]ατι[ϝ]έτιες ἀπεγράψαντο·
Διονυσόδωρος [ϝ]ιδρίαο,
Δέξιππος Ἀγλάωνος,
Φιλόξενος Χειρίαο,
Φίλων Δαμοκλίδαο,
Μν[α]σιάδ[α]ς Ἀρηΐ[χ]ω,
Συλανὸς Τιμασθίω,
Ἀλέξων Ἀπολλοδώρω,
Ἱέρεις Νίκ[ω]νος,
Ἀμινίας Σαο[λα]σίχω,
Πρόξενος Σάωνος,
Εὐγίτων Ξένωνος,
Ἡράκλειτος Δαμίαο,
[Π]ασίας Τρεψιππίδαο,
Ἀριστογίτων Μνασιμ - -
- - - Μνηΐωνος,
Καράϊχος Μνασιμείλω,
Βρα[σ]ίδας? Μνασιμάχω,
Φίλων Ἀσωπίχω,
Εὐφίλειτος Ἀντάνδρ[ω],
Πασίων Ἀρίστωνος,
Καλλίας Ἀρίστωνος,
Ὀλύμπιος Παμπίραο,
Μνασίας Πασίωνος,
Ἀρίστων Ὀφελ[σ]ίμω,
Ξενόκλεις Σαυμείλω,
Διοπίθε[ι]ς Ὀφελ[σ]ίμω,
- - - - - - -
Κλι[ῶ]ναξ - - -
- - - - - - -
Θεόδοτος ἵππαρχος,
- - - - - ισίω,
Ἀρίστων Φιλοκράτιος.

Ut a fine incipiam, Theodotus hipparchus inscriptus est, ut n. 1588. in Lebadeensi titulo, in quo equites (ἱππόται) memorantur, primo loco unus hipparchus comparet, deinde duo ilarchi. Unde patet duo nomina, quae hoc loco post hipparchum exarata sunt, esse ilarchorum. In equitum nominibus correxi paucula. Vs. 3. Ϝιδρίας est, nomen descendens ab ἴδρις s. ϝίδρις: Νιδρίας nihili est. Ν ex digamma natum offert etiam n. 1565. Vs. 5. Μνασιάδας ex usu dedi, ut paulo post Μνασιμάχω est et Μνασιμείλω etc. Solum Μνηΐωνος non ausus sum corrigere, quod hoc alius generis est. Dedi etiam Ἀρηΐχω ex analogia Boeotica. Mox Ἱέρεις Boeoticum est pro Ἱέρης, qui est Aeolismus pro ἱερεύς: vide ad n. 1513. Σαολασίχω valde est dubium. Vs. 7. 8. aliquid turbatum est. Legeris: Μνασίμω (vel Μνασίλλω, v. var. lect.) τοῦ καὶ Μνηΐωνος: sed praetuli hoc, ut ΚΑΙ corruptum censerem et nominativus illius fere loco positus esset. *Caraichi* nomen vidimus n. 1573. Παμπίραο est a recto Παμπίρας (Παμπείρης). Mox bis dedi Ὀφελσίμω: Ὀφελείμω ferri non potest, quod vocis ὠφέλιμος contraria prorsus mensura est, nec breve Iota apud antiquos Graecos in ει transit, sed longum. Cetera ex Boeotismi ratione aperta sunt.

1576.

Thebis in lapide. Indiscretis versibus extat ap. Cyriac. n. 226. p. xxxiv. Versibus ex arbitrio ut nos dedimus divisis ex schedis Cyriaci Barberinis repetiit Murat. T. II. p. dxciv. 2. Apposuit etiam Müllerus Orchom. p. 471.

ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΘΕΟΓΙΤΩΝΙΑΡΕΔΑΟΙΓΗΑΛΟΣ
ΕΙΛΑΡΧΕΟΝΤΕΣΑΓΑΘΩΝ
ΤΕΛΕΝΙΚΩΠΑΤΩΝΔΑΜΑΡΧΩ
ΦΑΡΑΔΑΣΕΥΧΟΡΩΘΑΛΛΕΙΣ
ΕΥΔΑΜΟΥΤΩΝΤΑΡΑΝΤΙΝΩΝ
ΑΝΑΓΕΟΜΕΝΤΜΟΣΤΕΝΟΙΣ
ΘΕΝΕΙΣΦΙΛΟΣΩΝΟΣΚΗΤΗ

Vs. 2. Murat. ΟΙΤΗ etc. Vs. 5. idem ΕΥΚΟΡΩ; Vs. 8. Cyriacus ΣΩΝΟΙ, Mur. quod dedi.

Καλλικράτεος ἄρχοντος, Θεογίτων ἱαρέ[αδδε] - - -, εἰλαρχέοντες Ἀγάθων Τελενίκω, Π[λ]άτων Δαμάρχω, Φαράδας Εὐχόρω, Θάλλεις Εὐδάμ[ω]· τῶν Ταραντίνων ἀναγεομέν[ων]? Τ[ι]μοσθένεις Φιλόσωνος κὴ - -?

Videtur initium decreti esse; sed nihil liquet. Ἱαρέαδδε dedi, quod ἱαρείαδδε (n. 1568.) longius discedit: in imperfecto nulla difficultas est; de forma vide Introd. Θάλλεις est p. Θάλλης, quae forma videtur alia esse eiusdem radicis cuius Θαλῆς. Εὐδάμου ferri nequit. Fortasse aliter scriptum fuit ac supra dedi; conieci etiam: Εὐδάμ[ω· τ]ῦ τῶν Ταραντίνων ἀναγεόμεν[υ etc. Conieceris Tarentinos, qui memorantur, legatos fuisse de rebus bellicis missos: unde in praescriptis *ilarchi* memorantur; ea tamen res debet simul ad *sacra* relata esse, militaria opinor; unde sacerdos (dei alicuius bellici) nominatur. Cf. Introd. II, 7. Vs. 7. ΤΕΝΟΙΣ delendum videtur; ut multa in Cyriaci schedis perturbatissimis tollenda sunt. Φιλόσων nomen est prorsus incertum; extant tamen talia, ut Θεμίσων. Alius generis est Συλοσῶν.

1577.

Thebis in basi marmorea magna. Indiscretis versibus Cyriac. n. 224. p. xxxiv. et sicut nos dedimus Muratorius T. II. p. dxcv, 3. ex schedis quas dicit suis.

ΣΙΜΜΙΑΣΔΙΩΝΥΣΙΟΣΞΕΝΟΚΛΕΙΔΗΣ
ΜΕΙΝΙΕΥΝΟΜΟΣΣΙΛΩΝΙΟΣΑΘΑΝΙΑΣ
ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΙΟΣΔΑΜΟΚΡΙΤΟΣΣΙΦΙΩ
ΝΙΟΣΑΡΧΩΝΣΡΕΡΧΩΝΙΟΣΕΡΟ
ΤΙΩΝΑΝΤΙΜΑΧΙΟΣΘΕΙΒΙΧΟΣΚΑΛ
ΛΙΚΑΡΙΟΣΔΙΩΝΥΣΙΟΣΗΡΑΚΛΕΙΔΑΟ
ΥΓΑΤΩΔΩΡΟΣΑΡΙΣΤΕΙΔΑΟΟΜΟ
ΛΩΙΧΟΣΕΥΩΝΥΜΙΔΑΟΚΑΦΙΣΟ
ΔΩΡΟΣΑΓΟΛΛΟΔΩΡΙΟΣΑΡΙΣΤΙΑΣ
ΓΤΩΙΛΛΙΟΣΝΙΚΩΝΜΕΛΑΝΤΙΧΙΟΣΓΡΟ
ΞΕΝΟΣΑΛΚΙΝΙΟΣΟΣΕΙΜΙΑΣΔΙΟΦΑΝΕΙΟΣ

Vs. 2. init. Cyr. ΜΕΙΝΙ, Mur. ΜΕΝ. Vs. 3. Mur. ΣΙΦΙΩ; idem vs. 4. ΕΡΕΡ etc. et in fine ΕΠΟ, vs. 6. ΗΡΑΚΛΙΔΑΟ, per se non male; sed ει etiam vs. 1. 7. in tali forma est. Vs. 8. Mur. ΛΩΙΚΩ. Γ ubi dedi habet Cyr.

Σιμμίας Διωνυσί[ει]ος,
Ξενοκλείδης Μεινι - -
Εὔνομος Σιλώνιος,
Ἀθανίας Ἀριστάνδριος,
Δαμόκριτος Σιφιώνιος,
Ἄρχων Σ[π]ερχώνιος,
Ἐρ[ω]τίων Ἀντιμάχιος,
Θείβιχος Καλλι[χ]άριος,
Διωνύσιος Ἡρακλείδαο,
Ὑπατ[ό]δωρος Ἀριστείδαο,
Ὁμολώϊχος Εὐωνυμίδαο,
Καφισόδωρος Ἀπολλοδώριος,
Ἀριστίας Πτωΐλλιος,
Νίκων Μελαντίχιος,
Πρόξενος Ἀλκίνιος,
Ἑ[ρ]μίας Διοφάνειος.

De adiectivis patronymicis vide ad n. 1574. Vs. 1. pro Διωνύσιος dedi Διωνυσίειος, ad normam ultimi Διοφάνειος: nolui enim reconditius Διωνυσίηος (cf. ad n. 1574.). Vs. 7. habetur Hypatodorus Aristidis f. quem ex familia Orchomenia Hypatodori et Aristogitonis n. 25. esse conieci, traductis nempe Thebas aliquot Orchomeniis post urbem a Thebanis eversam. Vs. 11. Ἀλκίνιος est Ἀλκίνου υἱός: tum altero ΟΣ deleto scripsi Ἑρμίας, Boeotice p. Ἑρμείας. In fine Διοφάνειος vulgatum pro Boeotico Διοφάνιος notandum; plura exempla praebet n. 1588. Cf. ad n. 1574.

1578.

Thebis. Ed. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 3. p. 50.

ΣΟΞΟΤΙΟΣ	[ὁ δεῖνα] - - ότιος,
ΑΦΙΣΟΔΩΡΙΟΣ	[ὁ δεῖνα Κ]αφισοδώριος,
ΡΠΙΔΑΟ	[ὁ δεῖνα] - - [ιπ]πίδαο,
ΙΣΜΕΙΝΙΗΟΣ	[ὁ δεῖνα] Ἰσμεινίηος,
ΑΡΙΣΤΙΗΟΣ	[ὁ δεῖνα] Ἀριστίηος,
ΑΝΙΙΦΑΝΕΙΣΧΑΡΕΙΤΙΔΑ	Ἀν[τ]ιφάνεις Χαρειτίδα[ο],
ΔΕΞΙΠΠΟΣΜΝΑΣΙΣΡΟΤΙΟΣ	Δέξιππος Μνασι[β]ρότιος?
ΑΝΤΙΠΕΝΕΙΣΝΙΚΑΙΟΣ	Ἀντι[γ]ένεις Νικάϊος?
ΤΙΜΩΝΦΙΛΙΠΙΟΣ	Τίμων Φιλίπ[π]ιος,
ΛΙΚΑΙΔΑΣΜΟΛΩΝΙΟΣ	[Καλ]λικ[λ]ίδας Μολώνιος,
ΙΡ . . ΝΙΣΚΟΣ . ¯ . Τ . ΡΟ	[Πα]ρ[με]νίσκος? - - -

De patronymicorum ratione vide ad n. 1574. Ceterae dialecti varietates ex Introd. apertae sunt.

CLASSIS SECUNDA.

CATALOGI AGONISTICI ET DONARIA OB VICTORIAS DEDICATA.

1579.

Orchomeni primus transcripsit Meletius Geogr. vet. et nov. p. 342. unde petiit Byronus l. c. ad n. 1569. sed uterque minusculis dedit. E Meletio petitum titulum correxi Oec. civ. Ath. T. I. p. 321. Eum rectius deinde edidit Leakius Diar. class. T. XIII. p. 332. unde lapidem exteriori monasterii muro insertum esse discimus. Hinc minusculis apposui l. c. T. II. p. 377. Ex Cockerelli et Leakii schedis dedit Walpol. Trav. p. 575. Minusculis expressit Rosius Inscr. p. 300. Ex Walpolio repetitum tractavit Osann. Syll. p. 197.

ΜΥΡΙΧΟΣΠΟΛΥΚΡΑΤΙΟΣΙΑΡΩΝΥΜΟΣΔΙΟΓΙΤΟΝΟΣ
ΑΝΔΡΕΣΣΙΧΟΡΑΓΕΙΣΑΝΤΕΣΝΙΚΑΣΑΝΤΕΣΔΙΩΝΥΣΟΙ
ΑΝΕΘΕΙΚΑΝΤΙΜΩΝΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΑΥΛΙΟΝΤΟΣΚΛΕΙΝΙΑΟ
ΑΙΔΟΝΤΟΣΑΛΚΙΣΘΕΝΙΟΣ

Hoc est Leakii apographum omnium accuratissimum; nec differt Walpol. nisi quod vs. 2. habet ΔΙΟΝΥΣΟΙ, minus bene. Meletius vitiose vs. 1. Πολυκρατους, Διογιτωνος, vs. 2. Διονυσου (ex quo Oec. civ. Ath. T. I. Διονύσυ conieceram), vs. 3. ἀνεθηκαν et in fine Κλεος (p. Κλεινίαο).

Μύριχος Πολυκράτιος, Ἰαρώνυμος Διογίτονος, ἄνδρεσσι χοραγείσαντες νικάσαντες Διωνύσῳ ἀνέθεικαν, Τίμωνος ἄρχοντος, αὐλίοντος Κλεινίαο, ᾄδοντος Ἀλκισθένιος.

Hic titulus et n. 1580. cum Atticis n. 211 sqq. conferendi sunt, et pertinent ad ludos Orchomenios et choregiam, Athenis potissimum celebratam (Oec. civ. Ath. T. I. p. 487 sqq.): sed eam etiam in aliis civitatibus vulgo obtinuisse docui iam olim (ibid. T. I. p. 321.). Ludi vero, de quibus hic titulus et n. 1580. debent Bacchici haberi. Titulus quum Boeotica dialecto conceptus sit, debet fere ante Olymp. 145. scriptus iudicari (cf. ad n. 1584.), quam diu nescio: recentior tamen alicui videatur quam n. 1583. quum exoleverit iam digamma vocis ᾄδειν, quod illic superest, neque pro ΟΙ (ῳ) sit υ, nisi fortasse in voce Μύριχος; quamquam ne in hoc quidem υ pro οι esse contenderim. Attamen his argumentis non multum tribuo, et potest contrarium statui ob cantorem Cratonem n. 1583. et 1580. Nam n. 1580. eiusdem aetatis est cuius n. 1579. Vs. 1. Μύριχος omnes habent: Osannus vitiose ΜΥΡΙΚΟΣ expressit, indeque occasionem cepit de Aeolico Κ pro Χ disputandi, quod alienum est a Boeoticis titulis et maxime a deminutivo in ιχος unice Boeotico (vide Introd. I, 15.). Notabile vero est et hic et n. 1580. duos esse choregos, ut Athenis archonte Callia Olymp. 92, 1. (Oec. civ. Ath. T. I. p. 485.). ΔΙΩΝΥΣΟΙ pro Διωνύσῳ hic et n. 1580. ad veterem morem ex Atticis notissimum exaratur. Pro ᾄδοντος fortasse ἀΐδοντος scribendum, Boeotice p. ἀείδοντος.

1580.

Marmor Elginianum Visc. n. 16. p. 141. (ed. Gall.), Synops. Mus. Brit. n. 83. Primus minusculis dedit Viscontus l. c. ex quo petii Oec. civ. Ath. T. I. p. 321. correctione vitii typographici notata T. II. p. 377. Postea ediderunt Osannus Syll. I, 67. p. 196. Rosius Inscr. p. 301. hic minusculis. Nos damus potissimum ex schedis Rosianis ab Evansio scriptis. Sero accepimus ex schedis Köhlerianis. Titulum esse *Orchomenium*, non Doricum, ut Viscontus putabat, collato n. 1579. pridem monui.

ΑΛΕΥΑΣΝΙΚΩΝΟΣΚΑΦΙΣΟΔΩΡΟΣΑΓΛΑΟΦΑΙΔΑΟΑΝΔΡΕΣΣΙ
ΧΟΡΑΓΙΟΝΤΕΣΝΙΚΑΣΑΝΤΕΣΔΙΩΝΥΣΟΙΑΝΕΘΕΤΑΝΑΘ
ΑΝΙΑΟΑΡΧΟΝΤΟΣΑΥΛΙΟΝΤΟΣΚΛΕΙΝΙΑΟΑΙΔΟΝΤΟΣΚΡΑ
ΤΩΝΟΣ

Vs. 2. Evans. ΔΙΟΝΥΣΟΙ, quod correxi ex Visc. Ros. Köhl. Osannus non recte ut opinor ΔΙΩΝΕΥΣΟΙ, et vellem Visconti apographum prorsus accuratum ab eo non esset reprehensum. Etiam quod in Auctar. Lex. Gr. p. 57. de Viscontiana et mea lectione narrat, falsum est. Vs. 2. solae Köhlerianae schedae dualem *χοραγίοντε* offerunt: cui lectioni in consensu ceterorum nihil tribuendum.

Ἀλεύας Νίκωνος, Καφισόδωρος Ἀγλαοφαΐδαο, ἄνδρεσσι χοραγίοντες νικάσαντες Διωνύσῳ ἀνεθέταν, Ἀθανίαο ἄρχοντος, αὐλίοντος Κλεινίαο, ᾄδοντος Κράτωνος.

Tibicen est idem qui n. 1579. et forma tituli eadem: igitur eadem quoque aetas utriusque inscriptionis. Vide de aetate quod monui ad n. 1579. De *Aleuae* nomine Orchomenio et potissimum Thessalico monui ad n. 1564. *Ἀνεθεταν*, quod omnia apographa tenent, si pro plurali *ἀνέθεσαν* habeas, insolens est, quum potius *ἀνέθεσσαν* vel *ἀνέθιαν* exspectaveris; nec satisfacit conferre, quae olim contuli, Doricum *Ἀρταμίτιος, Ποτιδάν* (Oec. civ. Ath. T. II. p. 361. addito Koen. ad Gregor. Cor. p. 205. ed. Lips.); nec quae Introd. I, 12. proposui, nec quod addit Osannus, *εἰλετίας* s. *εἰλεσίας* nomen calami Boeotici (Müller. Orchom. p. 491.). Potius *ἀνεθέταν* est dualis, quamquam Aeolibus dualis denegatur a grammaticis. De forma *ᾄδοντος* cf. ad n. 1579.

1581.

Chaeroneae prope theatrum, ad introitum cuniculi subterranei, fragmentum litteris pulcherrime exaratis. Ed. Clarkius Itin. T. II. P. III. p. 141. (ed. octav. T. VII. p. 176.): unde minusculis reddidit Rosius Inscr. p. 300. qui per errorem Lebadeae tribuit.

. . . . ΑΝΔΡΕΣΣΙΧΑΡ◌ΝΔΑ
ΑΙΧΑΝΟΡΚΑΙΦΙΣΟΔΟΡΩΙΠ
ΑΡΜΟΔΙΟΣΠΟΛΕΜΩ

Versus esse Clarkius putat: et possit aliquis ob vs. 1. de pugna Chaeronensi cogitare, quae Olymp. 110, 3. archonte Athenis Charonda pugnata est: nec tamen credo recte. Nec lin. 2. metrica est. Rosius titulum cum n. 1579. contulit, nec novi melius: qui tamen cur vs. 3. *πολεμαρχοῦντες* velit vel tale quiddam, non intelligo: si in aliis Boeoticis titulis frequens polemarchorum mentio, nihil hoc huc pertinet. Vs. 1. *ἄνδρεσσι* eodem rettuleris quo n. 1579. 1580. *Χαρ[ώ]νδα[ς* deinde vel alius eiusdem nominis casus fuit, deinde *[Λ]ιχάνωρ Καφισοδ[ώ]ρω* (ΚΑ p. ΚΑΙ debetur Rosio), et *Ἱπ - - -* in quo non commoror; vs. 3. *Ἁρμόδιος Πολέμω[νος* vel simile.

1582.

Tanagrae in eodem lapide in quo n. 1562. ubi vide qui ediderint. Ego expressi Leakianum apographum, una littera excepta.

ΕΙΚΟΝΑΤΗΝΔΕΑΝΕΘΗΚΕΦΟΡΥΣΤΑΣ
ΓΑΙΣΟΤΡΙΑΚΟΣΚΗΡΥΞΝΙΚΗΣΑΣΚΑΛΟΝ
ΑΓΩΝΑΔΙΟΣ ΑΛΛΟΥΣΤΕΑΘΛΟΦΟΡΟΥΣ
ΓΤΑΝΟΙΣΓΟΣΙΝΕΙΛΟΝΑΓΩΝΑΣ
ΕΥΟΛΒΟΥΔΕΓΑΤΡΑΣΑΣΤΥΚΑΛΟΝΣΤΕΦΑΝΟ
ΚΑΦΙΣΙΑΣΕΓΟΕΙΣΕ

Vs. 4. alterum Γ ex Ros. (Leak. Π). Rosius Θ, non Θ.

Εἰκόνα τήνδ᾽ ἀνέθηκε Φορύστας παῖς ὁ Τρίακος,
κῆρυξ νικήσας καλὸν ἀγῶνα Διός·
ἄλλους τ᾽ ἀθλοφόρους πτανοῖς ποσὶν εἷλον ἀγῶνας,
εὐόλβου δὲ πάτρας ἄστυ καλὸν στεφαν[ῶ].
Καφισίας ἐπόεισε.

Subscripta haec erant imagini Phorystae ab ipso dedicatae: prius distichon e persona scribentis dictum est, alterum e persona imaginis, quae pro ipsa Phorystae persona censetur. Hoc multo melius est ac si vs. 1. *ἀνέθηκα* scriptum esset. Phorystas manifesto Tanagraeus est, et vicit in Iovialibus nescio quibus praeco: vide de praeconum certaminibus inscriptt. seqq. Idem aliis in ludis *cursu* vicerat, et voce et pedibus eximius, quippe lateribus validis praeditus. In fine statuarius scriptus est: *ἐπόεισε* est Boeoticum; quo enim tempore titulus hic scriptus (ante n. 1562.), Boeoti in titulis sua utebantur dialecto, quae in carmine elegiaco de industria neglecta est. Idem *ἐπόεισε* habes in Sig. Inscr. sed ibi perperam.

1583.

Orchomeni in aedicula Deiparae, quam condidit Leo Protospatharius; ex qua tamen lapis nunc amotus est. Primus edidit minusculis Meletius p. 342. et inde Byronus l. c. ad n. 1569. tum ex lapide Clarkius Itin. T. II. P. III. p. 158. (T. VII. p. 200. ed. alt.); ex his titulum emendatum apposui minusculis Oec. civ. Ath. T. II. p. 359. cum notis. Apographum a Clarkiano non multum discrepans dedit Leakius Mus. crit. Cantabr. T. II. Fasc. VIII. p. 575. (cf. p. 585.). Ex Clarkio et Leakio Rosius Inscr. tab. XLI. p. 294.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Formam tituli et litterarum dedi ex Leakio, cuius apographum paucissima vitia offerens ex ceteris correxi. Vs. 2. Melet. *τον Χαριτεισιον* (vs. 4. Byr. *Χαριτείτια*, non Meletius, ex quo tamen Byronus titulum dedit). Vs. 8. Leak. ΕΙΡΩΔΙΑΣ. Vs. 11. Melet. *ῥαψαευδος*, et sic deinceps in huius-

ΜΝΑΣΙΝΩΑΡΧΟΝΤΟΣΑΓΩΝΟ
ΘΕΤΙΟΝΤΟΣΤΩΝΧΑΡΙΤΕΙΣΙΩΝ
ΕΥΑΡΙΟΣΤΩΠΑΝΤΩΝΟΣΤΥΔΕ
ΕΝΙΚΩΣΑΝΤΑΧΑΡΙΤΕΙΣΙΑ
ΣΑΛΠΙΓΚΤΑΣ
ΦΙΛΙΝΟΣΦΙΛΙΝΩΑΘΑΝΕΙΟΣ
ΚΑΡΟΥΞ
ΕΙΡΩΔΑΣΣΩΚΡΑΤΙΟΣΘΕΙΒΕΙΟΣ
ΠΟΕΙΤΑΣ
ΜΗΣΤΩΡΜΗΣΤΟΡΟΣΦΩΚΑΙΕΥΣ
ΡΑΨΑFΥΔΟΣ
ΚΡΑΤΩΝΚΛΙΩΝΟΣΘΕΙΒΕΙΟΣ
ΑΥΛΕΙΤΑΣ
ΠΕΡΙΓΕΝΕΙΣΗΡΑΚΛΙΔΑΟΚΟΥΞΙΚΗΝΟΣ
ΑΥΛΑFΥΔΟΣ
ΔΑΜΗΝΕΤΟΣΓΛΑΥΚΩΑΡΓΙΟΣ
ΚΙΘΑΡΙΣΤΑΣ
ΑΓΕΛΟΧΟΣΑΣΚΛΑΠΙΟΓΕΝΙΟΣΑΙΟΛΕΥΣΑΠΟΜΟΥΡΙΝΑΣ
ΚΙΘΑΡΑFΥΔΟΣ
ΔΑΜΑΤΡΙΟΣΑΜΑΛΩΙΩΑΙΟΛΕΥΣΑΠΟΜΟΥΡΙΝΑΣ
ΤΡΑΓΑFΥΔΟΣ
ΑΣΚΛΑΠΙΟΔΩΡΟΣΠΟΥΘΕΑΟΤΑΡΑΝΤΙΝΟΣ
ΚΩΜΑFΥΔΟΣ
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣΦΙΛΟΣΤΡΑΤΩΘΕΙΒΕΙΟΣ
ΤΑΕΠΙΝΙΚΙΑΚΩΜΑFΥΔΟΣ
ΕΥΑΡΧΟΣΕΥΡΟΔΟΤΩΚΘΡΩΝΕΥΣ

---

modi formis constanter. Vs. 14. idem Ἡρακλειδαο, Clark. (ed. pr.) ΚΟΥΞΙΚΗΝΟΥ. Vs. 18. Leak. ΤΕΛΟΧΟΣ, Clark. quod dedi. Apud Meletium vss. 18. 19. desunt. Vs. 20. Mel. Ἁμαλωω. Vs. 23. Clark. ΚΟΜ etc. Vs. 25. Mel. ἐπινικεια, Clark. ΚΟΜ etc. Vs. 26. Mel. Ἡροδοτω.

Μνασίνω ἄρχοντος, ἀγωνο-
θετίοντος τῶν Χαριτεισίων
Εὐάριος τῶ Πάντωνος, τύδε
ἐνίκωσαν τὰ Χαριτείσια·
σαλπίγκτας
Φιλῖνος Φιλίνω Ἀθανεῖος,
κάρουξ
Εἰρώδας Σωκράτιος Θειβεῖος,
ποείτας
Μήστωρ Μήστορος Φωκαιεύς,
ῥαψάϝυδος
Κράτων Κλίωνος Θειβεῖος,
αὐλείτας
Περιγένεις Ἡρακλίδαο Κουξικηνός,
αὐλάϝυδος
Δαμήνετος Γλαύκω Ἀργῖος,
κιθαρίττας
Ἀγέλοχος Ἀσκλαπιογένιος Αἰολεὺς ἀπὸ Μουρίνας,
κιθαράϝυδος
Δαμάτριος Ἁμαλωΐω Αἰολεὺς ἀπὸ Μουρίνας,
τραγάϝυδος
Ἀσκλαπιόδωρος Πουθέαο Ταραντῖνος,
κωμάϝυδος
Νικόστρατος Φιλοστράτω Θειβεῖος,
τὰ ἐπινίκια κωμάϝυδος
Εὔαρχος Ε[ἰ]ροδότω Κορωνεύς.

Titulus est quidem Boeotice scriptus, tamen quaedam ex vulgari ratione admista sunt, ut Φωκαιεύς, Αἰολεύς, Μήστωρ, et in accentus quoque notatione aliquid remisi de Aeolica gravitate. Vs. 4. fortasse ἐνίκασαν scribendum, ut supra νικάσαντες, idque etiam infra redit. Corinna quoque ap. Apollon. de pronom. p. 358. C. habet νίκασε. *Crato* rhapsodus si idem est qui cantor n. 1580. uterque titulus est eiusdem aetatis: omnino vero n. 1583. antiquior est fere quam Olymp. 145. qua aetate hi catalogi Orchomeni vulgari sermone concipiebantur (n. 1584.). Thespienses tituli iam ante Olymp. 135. communi dialecto scripti sunt (vide ad n. 1590.). *Gratiarum* cultus ab Eteocle derivatus, ad quem cultum etiam n. 1584. ex parte pertinet, Orchomeni satis celeber est: cf. Pind. Olymp. XIV. c. Schol., Theocr. XVI, 104. Strab. lib. IX. Pausan. I, 44. IX, 34. Nonn. Dionys. XIII, 94. Serv. ad Aen. I, 120. Certamina singula nunciat *tubicen*; cf. de hoc tubicinum munere et eorum de praemiis certamine Pollucem potissimum IV, 87 sqq. Additur *praeco*: nam praecones quoque de praemio contendunt, ac corona donantur, quod de gymnicorum ludorum praeconibus constat ex Cic. ad Fam. V, 12. extr. idemque de praeconibus simpliciter docet Pollux IV, 91. Athen. X. p. 415. A. cf. n. 1582. 1584–1587. Succedit poeta epicus, simpliciter *poeta* dictus, cum suo rhapsodo: tum tibicen cum auloedo suo, et citharista cum citharoedo: citharista et citharoedus populares sunt, qui simul Orchomenum profecti erant artis ostentandae causa. Citharista est Ἀγέλοχος, vulgo Ἡγέλοχος. Sequuntur tragoedus et comoedus, non illi histriones (neque

enim dramata aguntur), sed cantores lyrici, qualis etiam cantor *κῶμον* epiniciorum illustrans, qui et ipse de praemio contendit. Horum plurimi redeunt in seqq. ubi simul de discrimine lyricae et scenicae tragoediae comoediaeque dixi.

1584.

Orchomeni in eodem loco, lapis nunc amotus. Minusculis edidit Meletius, ex hoc Byronus l. c. tum ex lapide Clarkius Itin. T. II. P. III. p. 162. Ex his ego Oec. civ. Ath. T. II. p. 357 sqq. et Rosius Inscr. Gr. p. 297. uterque minusculis. Contuli etiam schedas Köhlerianas sero missas: sed praeter vitia nihil novi hae afferunt.

ΟΙΔΕΕΝΙΚΩΝΤΟΝΑΓΩΝΑΤΩΝΧΑΡΙ
ΤΗΣΙΩΝΣΑΛΠΙΣΤΗΣ
ΜΗΝΙΣΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΑΝΤΙΟΧΕΥΣ
ΑΠΟΜΑΙΑΝΔΡΟΥ
ΚΗΡΥΞ
ΖΩΙΛΟΣΖΩΙΛΟΥΠΑΦΙΟΣ
ΡΑΨΩΙΔΟΣ
ΝΟΥΜΗΝΙΟΣΝΟΥΜΗΝΙΟΥΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΠΟΗΤΗΣΕΠΩΝ
ΑΜΙΝΙΑΣΔΗΜΟΚΛΕΟΥΣΘΗΒΑΙΟΣ
ΑΥΛΗΤΗΣ
ΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΣΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΥΚΡΗΣΑΙΟΣ
ΑΥΛΩΙΔΟΣ
ΡΟΔΙΠΠΟΣΡΟΔΙΠΠΟΥΑΡΓΕΙΟΣ
ΚΙΘΑΡΙΣΤΗΣ
ΦΑΝΙΑΣΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥΤΟΥΦΑΝΙΟΥ
ΑΙΟΛΕΥΣΑΠΟΚΥΜΗΣ
ΚΙΘΑΡΩΙΔΟΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥΚΑΛΧΗΔΟΝΙΟΣ
ΤΡΑΓΩΔΟΣ
ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣΑΡΙΣΤΟΜΕΝΟΥΣΡΟΔΙΟΣ
ΚΩΜΩΔΟΣ
ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣΕΞΑΚΕΣΤΟΥΘΗΒΑΙΟΣ
ΠΟΗΤΗΣΣΑΤΥΡΩΝ
ΑΜΙΝΙΑΣΔΗΜΟΚΛΕΟΥΣΘΗΒΑΙΟΣ
ΥΠΟΚΡΙΤΗΣ
ΔΩΡΟΘΕΟΣΔΩΡΟΘΕΟΥΤΑΡΑΝΤΙΝΟΣ
ΠΟΙΗΤΗΣΤΡΑΓΩΔΙΩΝ
ΣΟΦΟΚΛΗΣΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΥΠΟΚΡΙΤΗΣ
ΚΑΒΙΡΙΧΟΣΘΕΟΔΩΡΟΥΘΗΒΑΙΟΣ
ΠΟΙΗΤΗΣΚΩΜΩΔΙΩΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΥΠΟΚΡΙΤΗΣ
ΑΤΤΑΛΟΣΑΤΤΑΛΟΥΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΟΙΔΕΕΝΙΚΩΝ
ΤΟΝΝΕΜΗΤΟΝΑΓΩΝΑΤΩΝΟΜΟΛΩΙΩΝ
ΠΑΙΔΑΣΑΥΛΗΤΑΣ
ΔΙΟΚΛΗΣΚΑΛΛΙΜΗΛΟΥΘΗΒΑΙΟΣ
ΠΑΙΔΑΣΗΓΕΜΟΝΑΣ
ΣΤΡΑΤΙΝΟΣΕΥΝΙΚΟΥΘΗΒΑΙΟΣ
ΑΝΔΡΑΣΑΥΛΗΤΑΣ
ΔΙΟΚΛΗΣΚΑΛΛΙΜΗΛΟΥΘΗΒΑΙΟΣ
ΑΝΔΡΑΣΗΓΕΜΟΝΑΣ
ΡΟΔΙΠΠΟΣΡΟΔΙΠΠΟΥΑΡΓΕΙΟΣ
ΤΡΑΓΩΔΟΣ
ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣΑΡΙΣΤΟΜΕΝΟΥΣΡΟΔΙΟΣ
ΚΩΜΩΔΟΣ
ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣΕΞΑΚΕΣΤΟΥΘΗΒΑΙΟΣ
ΤΑΕΠΙΝΙΚΙΑ
ΚΩΜΩΔΙΩΝΠΟΙΗΤΗΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣΑΘΗΝΑΙΟΣ

Vs. 7. Melet. ῥαψωδος, 9. ποιητης, 10. Ἀμηνιας, 12. Κρης et nihil praeterea (sic etiam schedae Köhlerianae: nec tamen arbitror Clarkium sine vestigiis in lapide editurum fuisse quod edidit, licet Leakius Mus. crit. Cantabr. T. II. Fasc. VIII. p. 576. Κρὴς integrum esse putet, neque aliud videatur in marmore a se tractato conspexisse), vs. 13. αὐλωδος, 16. Ἀπολλοδωτου, 18. κιθαρωδος et sic deinceps usque ad vs. 32. omnibus locis omisso I subscr. quod postea ne Clarkius quidem exhibet. Vs. 19. Clark. ΔΟΝΟΣ, Mel. quod dedi. Vs. 21. extr. Clark. ΙΟΣ, et 23. extr. ΟΣ. Vs. 24. Mel. ποιητης, et 25. Ἀμηνιας. Ibid. Clark. ΔΕΜΟ, Mel. quod dedi. Vs. 31. Clark. ΑΒΙΡΙΧΟΣ, Mel. Καβ. Vs. 33. Mel. Ἀριστωνος, falso (vide vs. 52.). Vs. 37. Mel. ὁμόδωων, 38. αὐλητας, 39. 43. Καλλιμηδου, 46. τραγωδος, 48. κωμωδος.

Οἵδε ἐνίκων τὸν ἀγῶνα τῶν Χαριτησίων:
σαλπιστὴς
Μῆνις Ἀπολλωνίου Ἀντιοχεὺς ἀπὸ Μαιάνδρου,
κῆρυξ
Ζώϊλος Ζωΐλου Πάφιος,
ῥαψῳδὸς
Νουμήνιος Νουμηνίου Ἀθηναῖος,
ποητὴς ἐπῶν
Ἀμινίας Δημοκλέους Θηβαῖος,
αὐλητὴς
Ἀπολλόδοτος Ἀπολλοδότου Κρησαῖος,
αὐλῳδὸς
Ῥόδιππος Ῥοδίππου Ἀργεῖος,
κιθαριστὴς
Φανίας Ἀπολλοδώρου τοῦ Φανίου, Αἰολεὺς ἀπὸ Κύμης,
κιθαρῳδὸς
Δημήτριος Παρμενίσκου Καλχηδόνιος,
τραγῳδὸς
Ἱπποκράτης Ἀριστομένους Ῥόδιος,
κωμῳδὸς
Καλλίστρατος Ἐξακέστου Θηβαῖος,
ποητὴς Σατύρων
Ἀμινίας Δημοκλέους Θηβαῖος,
ὑποκριτὴς
Δωρόθεος Δωροθέου Ταραντῖνος,
ποιητὴς τραγωδιῶν
Σοφοκλῆς Σοφοκλέους Ἀθηναῖος,
ὑποκριτὴς
Καβίριχος Θεοδώρου Θηβαῖος,
ποιητὴς κωμωδιῶν
Ἀλέξανδρος Ἀριστίωνος Ἀθηναῖος,
ὑποκριτὴς
Ἄτταλος Ἀττάλου Ἀθηναῖος.
Οἵδε ἐνίκων τὸν νεμητὸν ἀγῶνα τῶν Ὁμολωΐων·
παῖδας αὐλητὰς
Διοκλῆς Καλλιμήλου Θηβαῖος,
παῖδας ἡγεμόνας
Στρατῖνος Εὐνίκου Θηβαῖος,
ἄνδρας αὐλητὰς
Διοκλῆς Καλλιμήλου Θηβαῖος,
ἄνδρας ἡγεμόνας
Ῥόδιππος Ῥοδίππου Ἀργεῖος,
τραγωδὸς
Ἱπποκράτης Ἀριστομένους Ῥόδιος,
κωμωδὸς
Καλλίστρατος Ἐξακέστου Θηβαῖος,
τὰ ἐπινίκια κωμωδιῶν ποιητὴς
Ἀλέξανδρος Ἀριστίωνος Ἀθηναῖος.

Titulus hic non iam Boeotica sed vulgari dialecto conceptus, nisi quod in Thebanis nominibus Ἀμινίας (vs. 10. 25. p. Ἀμεινίας), Ἐξακέστου (vs. 23. 49. p. Ἐξηκέστου), Καβίριχος (vs. 31. p. Καβείριχος) aliquid Boeotismi haesit, docet quando Orchomenii desierint iam patria sermonis forma uti. Nam memorantur Μῆνις Ἀντιοχεὺς ἀπὸ Μαιάνδρου, Ἄτταλος Ἀττάλου Ἀθηναῖος, Σοφοκλῆς Σοφοκλέους Ἀθηναῖος. Sed *Antiochiam ad Maeandrum* condidit Antiochus I. Seleuci f. inter Olymp. 125, 2. et 130, 1. (Steph. Byz. v. Ἀντιόχεια); *Attali* nomen Athenis vix frequentatum ante Attalum I. regem qui fere Olymp. 135, 1. imperium obtinuit, Olymp. 144, 4. eponymus Atticus factus (vide ad n. 121. 122.), quo tempore etiam stoa Attali condita videtur (Athen. V. p. 212. F.); denique *Sophocles Atheniensis* poeta tragicus vixit post Pleiadem (Suid. v.), quae fuit Ptolemaeo Philadelpho rege, Olymp. 133, 2. defuncto. Sic fere circiter Olymp. 145. ponenda haec inscriptio erit. Haec iam olim exposui: simul in Oec. civ. Ath. T. II. p. 362. ex hac inscriptione et n. 1585. de discrimine lyricae et scenicae tragoediae et comoediae egi. Nempe n. 1583. qui titulus est antiquior, in Charitesiorum certaminibus solus tragoedus et comoedi duo, alter ipsorum ludorum, alter epiniciorum victor scripti sunt; et hoc loco in Charitesiis sunt tragoedus et comoedus, item in Homoloïis, omnes sine actoribus: igitur hi sunt lyrici cantores, ut n. 1586. et in Corcyraeo lapide, immo plurimis omnino locis, ubi tragoedi et comoedi sine actoribus memorantur. Sed praeterea n. 1584. in Charitesiis tria genera scenica habentur, a prioribus distincte separata, ποιηταὶ Σατύρων, τραγῳδιῶν, κωμῳδιῶν, et singuli suum actorem habent: igitur hi sunt dramatici poetae, qui sero Boeoticis ludis accesserunt; et tragicus quidem et comicus ut n. 1585. sunt Athenienses, ex quibus alter Alexander in fine redit ut τὰ ἐπινίκια κωμῳδιῶν ποιητής, ubi aut actor omissus est, aut Alexander epiniciis lyricam comoediam scripsit. Satyrographus est Boeotus, ut n. 1585. ubi actor desideratur. Postremo haec genera prorsus diversa esse docet n. 1585. ubi lyrica tragoedia dicitur παλαιά, quam canit tragoedus, sed scenica, quam sustinent poeta et actor, καινή; et similiter comoedia. Nempe antiquitus et ante Thespidem ac Susarionem fuerunt tragoediae et comoediae lyricae; tales fuerunt tragoediae Peloponnesiorum, qui sibi tragicam poesin vindicabant (Aristot. Poet. 3.), et maxime Sicyoniorum (Herodot. V, 67. coll. Themist. Or. XIX. p. 487.): apud quos Epigenes floruit sextus decimus ante Thespidem. Huc pertinet Arion, τραγικοῦ τρόπου inventor. Tales scripsit etiam posthac Pindarus, quae male dramata tragica dicta sunt; tales Simonides Ceus. Uberius de ea re dixi in Oec. civ. Ath. post quae adde Müllerum Dor. T. II. p. 368. Welckerum Append. ad Aeschyl. Trilog.

Prometh. p. 243 sqq. Aliter iudicat Lobeckius de aetate Orphei Diss. IV, p. 9. Primum enim reiicit sedecim tragicorum seriem a primo Epigene usque ad Thespidem, in qua Arionem a Tzetza tragicis adnumeratum et huic similes alios collocatos esse coniicit; quippe se vereri, ne ille Epigenes Sicyonius cothurnos suos ab Anagraphae Sicyoniae sutore acceperit, choros Sicyoniorum tragicos recordato, qui a tragoedia tantum abesse videntur ipsi, quantum Aeginetarum χοροὶ κέρτομοι a comoedia. Contra mihi non probatur hoc veterum ἀναγραφῶν fastidium; vellem potius, si liceret, eius sutrinae alumnus esse: nec quantum Sicyoniorum tragici chori, quantum Aeginetarum comici a tragoedia et comoedia afuerint, aestimare licet, nisi eatenus, ut non fuerint dramatici, sed lyrici, utpote chori; aliud ego discrimen non reperio, neque id demonstravit Lobeckius: immo manent tragici, manent comici Sicyoniorum et Aeginetarum chori, quos nulla removeris arte. Dein Romae fabulas tragicas comicasque ante Livium commissas esse, iisdem perhibetur argumentis doceri posse, quibus adversus Bentleium disputatum sit, ut maior tragoediae et comoediae tribueretur vetustas. Haec non intelligo. Nam *fabulas*, hoc est dramata, actas ante eos, quibus inventum tribuit Bentleius, equidem certe non dixi: lyrica cantica, tragica et comica, ante illos commissa esse contendo, qualia Pindaro et Simonidi tribuerim. Neve tragoedias Pindari et Simonidis putemus a solis Byzantinis litteratoribus fictas esse, intercedent vetustiores de tragicis choris, non dramaticis quidem, testes, in quibus est Herodotus: Diogene Laertio IX, 110. sciens abstineo, quod non satis liquet, utrum ille τραγῳδίας et δράματα τραγικὰ distinxerit necne. Postremo τραγῳδὸς παλαιᾶς τραγῳδίας in Orchomenia (immo Thespiensi) inscriptione memoratus non maiori iure inter tragicos referri visus est, quam Iason tragoedus Trallianus, qui, quum Crassi caput Arsacae afferretur, Euripidis Bacchas in convivio cantabat (Polyaen. VII, 41.): tum se errorem confessurum Lobeckius affirmat, „ubi ποιητὴς παλαιᾶς τραγῳδίας allatus fuerit, ut est ποιητὴς καινῆς (non νέας) τραγῳδίας". Quantum ex his colligo, παλαιὰ τραγῳδία Lobeckio est tragici veteris aliqua tragoedia, ex qua canticum cecinerit tragoedus, καινὴ vero tragoedia recens facta. Quod ne ob ipsam vocem καινή, non νέα, credas; καινὴ tragoedia dicta est, non νέα, et παλαιά, non ἀρχαία, quod simul de comoedia haec adiectiva in eodem usurpantur titulo, de qua si νέα et ἀρχαία dictum esset, putares nota illa ex grammaticis antiquae et novae comoediae discrimina significari: quamquam in Asianis reperiemus titulum, ubi καινὴ κωμῳδία et ἀρχαία κωμῳδία sibi opponuntur; quem hic apponerem, nisi nimium perversum haberem apographum. Sin autem ποιητὴς παλαιᾶς τραγῳδίας postulatur, postulatur aliquid, quod non debet. Innumeris locis titulorum τραγῳδοὶ et κωμῳδοί, ut αὐλῳδοὶ et κιθαρῳδοί, reperiuntur, sed numquam cum poeta: nempe ea est horum generum ratio, ut poeta et musicus idem sit: ut elegos suos cecinerunt veteres auloedi, nomos citharoedicos suos citharoedi. Neque Iasonis exemplum quidquam nos docet, nisi vetustas fabulas etiam postea vel actas vel cantatas esse; ut ὑποκριτὴς ἀρχαίας κωμῳδίας fuit Aristomenes Atheniensis aetate Hadriani (Athen. III. p. 115. B.), hoc est actor, qui *antiquas* Atticas comoedias, Aristophaneas et tales, agebat coram Hadriano talium poematum amatore, sicuti etiam Augustus veterem exhibuit comoediam publicis spectaculis (Sueton. c. 89.). Quapropter nihil video a Lobeckio effectum ad nostram sententiam refutandam. Superest ut, quare τραγῳδὸς παλαιᾶς τραγῳδίας *non possit tragoedus esse qui ex vetusta tragoedia canticum canat*, paucis dicam. Nam primum in his ludis consentaneum est non prisca esse cantica cantata, sed nova: non enim sola cantandi ars, sed *melica compositio* in ludis spectabatur; etiam rhapsodi in his ludis non vetusta recitant carmina, sed recens facta: quare cum poeta coniuncti sunt. Levissimi profecto ludi fuissent, in quibus cantico aliquo ex Sophoclis Antigona vel Oedipo Rege, eoque ἀπὸ σκηνῆς, brevi et aliunde decerpto, certare potuisset cantor: et sponte patet quae cecinerunt illi in his ludis comoedi et tragoedi, ampliora fuisse carmina lyrica, quae in ludis locum tueri possent. Deinde si tragoedum παλαιᾶς τραγῳδίας putes ex vetusta tragoedia deprompsisse canticum; cur ex vetustis tragoediis sola deprompta cantica sunt? cur non integrae illae sunt *actae*, quum tamen novae sint actae? Sed quod Lobeckius maxime neglexit, ipsius illam de cantore veteris tragoediae sententiam prorsus excludit plurium titulorum collatio, quam iterum instituo invitus. Contende igitur ex n. 1584. et 1585. has series:

1584.	1585.
τραγῳδός	[κωμῳδὸς παλαιᾶς κωμῳδίας]
κωμῳδός	τραγῳδὸς παλαιᾶς τραγῳδίας
ποιητὴς Σατύρων	- - - - - - -
ὑποκριτής	- - - - - - -
ποιητὴς τραγῳδιῶν	ποιητὴς καινῆς κωμῳδίας
ὑποκριτής	ὑποκριτὴς καινῆς κωμῳδίας
ποιητὴς κωμῳδιῶν	ποιητὴς καινῆς τραγῳδίας
ὑποκριτής	ὑποκριτὴς καινῆς τραγῳδίας

Sponte patet, qui n. 1585. est κωμῳδὸς et τραγῳδὸς παλαιᾶς κωμῳδίας et τραγῳδίας, eum n. 1584. simpliciter esse comoedum et tragoedum dictum: at quum comoedus et tragoedus simpliciter dictus non necessario vetustae fabulae canticum canat, et tamen ille par sit comoedo et tragoedo παλαιᾶς κωμῳδίας et τραγῳδίας, patet παλαιὰν non esse fabulam vetustam, sed genus vetustum recenti generi oppositum. Deinde qui n. 1584. simpliciter ποιητὴς vel ὑποκριτὴς τραγῳδιῶν et κωμῳδιῶν dicitur, is est n. 1585. ποιητὴς vel ὑποκριτὴς καινῆς τραγῳδίας et κωμῳδίας: unde liquet καινὴν non esse novam fabulam vetustae oppositam, sed genus aliud illi antiquo generi oppositum. Postremo generum ipsorum diversitas aestimari ex recentiore potest; quod quum sit dramaticum, vetus illud necessario est lyricum iudicandum: et lyricum hoc tum alibi frequentissimum est, tum habetur in

antiquiore titulo n. 1583. sine dramatico: unde colligas recens additum esse hoc scenicum in his ludis; ideoque ultimo loco ponitur n. 1584. in Charitesiis. Haec ob Lobeckii auctoritatem exposui fusius, quum praesertim Hermannus in iis, quae adversus Welckerum scripsit, in Lobeckii sententiam pedibus ierit. De *Charitesiis* et de aliis quibusdam rebus vide ad n. 1583. et de Homoloïis Introductionis caput de anno Boeotico. Νεμητὸς ἀγὼν qui sit nescio. In Homoloïis distinguuntur ἄνδρες et παῖδες αὐληταὶ et ἡγεμόνες. Et ἀνδράσιν et παισὶν αὐληταῖς vicit idem vir, quippe praefectus idem et virili et puerili choro. Ἀνδράσιν ἡγεμόσι vero vicit Rhodippus, non tibicen, sed auloedus (vs. 13. 14.): igitur alia hegemonum chori ratio est. Nempe choro αὐλητῶν dux et magister est tibicen, quod etiam chorus tibicinum est: ἡγεμόνες autem canunt ad tibias, ideoque auloedum ducem habent. Hi fortasse inde dicti sunt, quod praecederent tibicinum chorum: certe tibicines et hegemones coniunctos fuisse inde collegeris, quod alteri subiunguntur alteris: παῖδας αὐλητάς, παῖδας ἡγεμόνας, et ἄνδρας αὐλητάς, ἄνδρας ἡγεμόνας. Si non coniuncti fuissent, hoc fortasse ordine scripti essent: παῖδας αὐλητὰς et ἄνδρας αὐλητάς, παῖδας ἡγεμόνας et ἄνδρας ἡγεμόνας.

1585.

„*Apud Thebas*, apud aulam regiam in ornatissimo lapide"; Cyriac. p. XXXV. n. 232. versibus indiscretis. Ex suis et Cyriaci schedis a Compagnonio missis dedit Murat. T. II. p. DCLI. 1. versibus ex arbitrio prorsus inconcinne ac sine ratione dispositis. Haud dubie hi ita ut n. 1583. 1584. 1587. vel ut n. 1586. dispositi erant: retinui tamen formam tituli, quae est apud Cyriacum, sed omissis intermediis punctis. Minusculis reddita inscriptio est Oec. civ. Ath. T. II. p. 365 sq. Ceterum titulus non Thebanus est, nec videtur aula illa, quam Cyriacus dicit, regia Thebis ipsis ab illo poni. Res ipsa docet titulum esse *Thespiensem*; si schedis Cyriaci fides, repertus est ibidem ubi n. 1590. hoc est in loco Parapongia inter Thespias et Plataeas.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ΕΝΕΙΚΩΝΕΠΙΦΛΑΟΥΙΩΠΑΥΛΕΙΝΩΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥΝΤΙΜΟΥΣΩΝ
ΕΝΑΡΧΟΝΤΙΜΗΤΡΟΔΩΡΩΤΩΟΝΙΣΙΦΟΡΟΥΠΟΙΗΤΗΣΠΡΟΣΟΔΙΟΥ
ΕΥΜΑΡΩΝΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΘΕϹΠΙΕΥΣΚΑΙΑΝΤΙΦΩΝΑΘΗΝΑΙΟΣΚΗΡΥΞ
ΠΟΜΠΗΙΟΣΖΩΣΙΜΟΥΘΕϹΠΙΕΥΣΣΑΛΠΙΚΤΑΣΖΩΣΙΜΟΣΕΠΙΚΤΟΥ
ΘΗΒΑΙΟΣΕΓΚΩΜΙΟΓΡΑΦΟΣΕΙΣΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΠΟΥΠΛΙΟΣ
ΑΝΤΩΝΙΟΣΜΑΞΙΜΟΣΝΕΟΚΟΡΕΙΤΗΣΕΓΚΩΜΙΟΝΕΙΣΜΟΥΣΑΣ
ΠΟΥΠΛΙΟΣΑΝΤΩΝΙΟΣΜΑΞΙΜΟΣΝΕΟΚΟΡΕΙΤΗΣΠΟΙΗΤΗΣΕΙΣΤΟΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΑΙΜΙΛΙΟΣΕΓΙΚΤΗΤΟΣΚΟΡΙΝΘΙΟΣΠΟΙΗΜΑΕΙΣΤΑΣ
ΜΟΥΣΑΣΔΑΜΟΝΕΙΚΟΣΔΑΜΩΝΟΣΘΕϹΠΙΕΥΣΡΑΨΩΔΟΣΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ
ΚΟΡΙΝΘΙΟΣΠΥΘΑΥΛΑΣΦΑΒΙΟΣΑΚΤΙΑΚΟΣΚΟΡΙΝΘΙΟΣΚΥΘΑΡΙΣΤΑΣ
ΘΕΟΔΩΡΟΣΘΕΟΔΟΤΟΥΝΕΙΚΟΜΗΔΕΥΣΤΡΑΓΩΔΟΣΓΑΛΑΙΑΣΤΡΑΓΩΔΙΑΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΑΣΠΕΝΔΙΟΣΓΟΙΗΤΗΣΚΑΙΝΗΣΚΩΜΩΔΙΑΣ
ΑΝΤΙΦΩΝΑΘΗΝΑΙΟΣΥΠΟΚΡΙΤΗΣΚΑΙΝΗΣΚΩΜΩΔΙΑΣΑΝΤΙΦΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟΣΠΟΙΗΣΕΩΣΚΑΙΝΗΣΤΡΑΓΩΔΙΑΣΑΡΤΜΙΩΝΑΡΤΕΜΩΝΑΡΤΕΜΩΝΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣΥΠΟΚΡΙΤΗΣΚΑΙΝΗΣΤΡΑΓΩΔΙΑΣΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ
ΠΥΘΟΚΛΕΟΥΣΑΘΗΝΑΙΟΣΧΟΡΑΥΛΗϹΟΣΙΟΣΠΕΡΓΑΜΗΝΟϹΝΕΑΡΩΔΟΥϹ
Α.ΚΛΩΔΙΟΣΑΧΙΛΛΕΥΣΚΟΡΙΝΘΙΟΣΣΑΤΥΡΟΓΡΑΦΟΣΜ.ΑΙΜΙΛΙΟΣ
ΥΜΗΤΤΙΟΣΔΙΑΠΑΝΤΩΝΕΥΜΑΡΩΝΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΘΕϹΠΙΕΥΣ

Mur. semper C, quod ex Cyr. retinui, ubi hic habet. Π et Γ dedi, ubi sunt ap. Cyr. (Mur. semper Π). Vs. 3. Mur. ΠΡΟϹΩΔΙΟΝ; idem vs. 4. ΘΕΟΠΙΕΥϹ, 5. ΖΩϹΙΜΟϹΘΕΟΠΙΕΥϹϹΑΛΠΙϹΤΑϹ ΖΟϹΙΜΟϹ, 7. ΕΙ p. ΕΙΣ, 8. omittit ΕΙΣ, 10. habet ΘΕΟΠΙΕΥϹ, 12. ΝΕΙΚΟΜΙΗ etc. et ΤΡΑΓΩΔΙΑϹ (Cyr. ΤΡΓΩΔΙΑΣ). 17. ΘΟϹΙΟϹ p. ΟΣΙΟΣ. Vs. 18. Mur. ΑΧΙΛΛΕΥϹ, Cyr. ΑΚ... ΕΥΣ. Vs. 19. Mur. ΘΕΟΠΙΕΥϹ. Vs. 15. dele litteras ΑΡΤΜΙΩΝ.

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Ἐνείκων ἐπὶ Φλαουΐῳ Παυλείνῳ ἀγωνοθετοῦντι Μουσῶν, ἐ[π'] ἄρχοντι Μητροδώρῳ τῷ Ὀν[η]σιφόρου·
ποιητὴς προσοδίου
Εὐμάρων Ἀλεξάνδρου Θεσπιεὺς
καὶ Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος,
κήρυξ
Πομπήϊος Ζωσίμου Θεσπιεύς,
σαλπικτὰς
Ζώσιμος Ἐπίκτου Θηβαῖος,
ἐγκωμιογράφος εἰς τὸν Αὐτοκράτορα
Πούπλιος Ἀντώνιος Μάξιμος Νε[ω]κορείτης,
ἐγκώμιον εἰς Μούσας
Πούπλιος Ἀντώνιος Μάξιμος Νε[ω]κορείτης,
ποιητὴς εἰς τὸν Αὐτοκράτορα
Αἰμίλιος Ἐπίκτητος Κορίνθιος,
ποίημα εἰς τὰς Μούσας
Δαμόνεικος Δάμωνος Θεσπιεύς,
ῥαψῳδὸς
Εὐτυχιανὸς Κορίνθιος,
πυθαύλας
Φάβιος Ἀκτιακὸς Κορίνθιος,
κ[ι]θαριστὰς
Θεόδωρος Θεοδότου Νεικομηδεύς,
[κωμῳδὸς παλαιᾶς κωμῳδίας]
- - - - - - - - - -
τραγῳδὸς παλαιᾶς τραγῳδίας
Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου Ἀσπένδιος,
ποιητὴς καινῆς κωμῳδίας
Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος,

ὑποκριτὴς καινῆς κωμῳδίας
Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος,
ποιη[τὴ]ς καινῆς τραγῳδίας
Ἀρτέμων Ἀρτέμωνος Ἀθηναῖος,
ὑποκριτὴς καινῆς τραγῳδίας
Ἀγαθήμερος Πυθοκλέους Ἀθηναῖος,
χοραύλης
Ὅσιος Περγαμηνός,
νεαρῳδὸς
A. Κλώδιος Ἀχιλλεὺς Κορίνθιος,
σατυρογράφος
M. Αἰμίλιος Ὑήττιος,
διὰ πάντων
Εὐμάρων Ἀλεξάνδρου Θεσπιεύς.

Ἐ[π᾽] ἄρχοντι ut ἐπ᾽ ἀγωνοθετοῦντι insolens est; Μουσῶν pertinet ad ἀγωνοθετοῦντι, sc. ἀγῶνος Μουσῶν: nisi malis Μουσ[εί]ων, ut n. 1586. (cf. de genitivo n. 245. 1587.). Igitur titulus pertinet ad *Musea* Thespiensium in Helicone (Pausan. IX, 31, 3.), quo refertur etiam n. 1586. licet in ludorum catalogo paulum discrepans. Pauci etiam Imperatorum aetate Aeolismi sive Dorismi retenti in hoc monumento sunt, ut σαλπικτάς, πυθαύλας, licet infra sit χοραύλης. Archon haud dubie Thespiensis est et hic et n. 1586. Ex variis poematum et musicorum ludorum generibus ἐγκώμιον nomino, lyricum poema (cf. n. 245. 1587.); nam ἐγκωμίῳ εἰς Μούσας opponitur ποίημα (epicum) εἰς τὰς Μούσας, ut post ἐγκωμιογράφον εἰς τὸν Αὐτοκράτορα ponitur ποιητὴς εἰς τὸν Αὐτοκράτορα, et similiter n. 1587. et certe hi encomiographi vix possunt solutae orationis scriptores haberi: igitur ποίημα et ποιητὴς ad epos pertinet, quae propria horum vocabulorum vis, ut n. 1583. coll. n. 1584. 1587. De tragoediae et comoediae diversis generibus vide ad n. 1584. In ceteris non multa memorabilia sunt, nisi quod hic ut alibi χοραύλης et πυθαύλης opponuntur, de quibus vide Salmas. ad Vopisc. p. 491 sqq. N. 1586. πυθαύλης dicitur πυθικὸς αὐλητής, χοραύλης autem κύκλιος αὐλητής, utpote Dionysiacus. Νεαρῳδὸς quid sit, non liquet. Correxi vero νεαρῳδός, etsi accusativus pluralis potest ferendus videri. Satyrographus e vulgata lectione dicitur M. Aemilius Ὑμήττιος: at Hymettus habet quidem οἰκήτορας (Steph. Byz. v.), sed quum neque urbs sit nec demus, in tali recensu Ὑμήττιος nemo dici potest. Si ille ex Hymetto fuisset, dictus esset Ἀθηναῖος. Est Ὑήττιος ex Boeotia, unde satyrographus etiam n. 1584. Διὰ πάντων redit n. 1586. 1719. 1720. et saepius, maxime in titulis Aphrodisiadis Cariae; quocum contuli ἐκ πάντων et κατὰ πάντων (vide ad n. 232.); et haud dubie formulae sententia haec est, *hunc inter omnes victores esse praestantissimum iudicatum, victorem inter victores:* unde ultimo loco scriptus est, et tum hic tum n. 1586. unus est ex iis, qui iam antea in singulis ludis victores inscripti erant. Alia tamen ratio est in Attico titulo n. 232. ubi de stadio et diaulo agitur: nempe in his omnium trium aetatum cursus instituitur post singularum aetatum cursus; et ibi qui omnes tres aetates *simul* currentes vicerat, dicitur victor ἐκ πάντων. Ad hunc autem morem in cursu Athenis receptum, ex quo ultimo loco omnes aetates coniunctae certabant, pertinet glossa Lex. Seg. p. 91. διὰ πάντων ἀγὼν λέγεται ὁ ἔσχατος. Κρατῖνος Πανόπταις. Ad universam hanc rem refer etiam glossam Hesychii: διὰ πάντων κριτής, quae pertinet ad Plat. Rep. IX, p. 580. B.

1586.

In ecclesia prope monasterium D. Nicolai in monte Helicone. Ed. Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 102 sq. Habeo etiam ex schedis Köhlerianis, ex quibus correxi Clarkii apographum hinc inde vitiatum.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Ἀγωνοθετοῦντος τῶν
μεγάλων Καισαρήων
Σεβαστήων Μουσείων
Αὐρη. Καλλικλιανοῦ
τοῦ Σωτηρίχου,
ἐπὶ ἄρχοντος
Αὐρη. Μουσέρωτος,
πυρφοροῦντος Αὐρη.
Ἀριστοκλέους τοῦ Ἐπίκτα,
γραμματεύοντος Αὐρη.
Λιβάνου τοῦ Λιβάνου, ἐνείκων οἵδε·
σαλπικτὴς
Πού. Αἴλις Σεραπίων Ἐφέσιος,
κῆρυξ
M̄. Αὐρή. Εὐτύχης Ταναγραῖος,
ῥαψῳδὸς
M. Αὐρή. Εὔκαιρος Ταναγραῖος,
Πυθικὸς αὐλητὴς
M̄. Αὐρή. Ἰουλιανὸς Τριπολείτης,
Πυθικὸς κιθαριστὴς
Λού(κιος) Γάϊος Αἴλιος Ἀλέξανδρος,
κύκλιος αὐλητὴς
M̄. Αὐρή. Σεπτίμιος Νεμεσιανὸς
Ἀντιγενίδης Κολωναντιοχεύς,
τραγῳδὸς
M. Αὐφίδιος Ἀρτεμίδωρος Κορίνθιος,
κωμῳδὸς
M. Εὐτυχιανὸς Ἀθηναῖος,
κιθαρῳδὸς
M̄. Αὐρή. Ἀλέξανδρος Νεικομηδεύς,
χοροῦ πολειτικοῦ
Αὐρή. Ζωσιμιανὸς Γλύκωνος Θεσπιεύς,
διὰ πάντων
M. Αὐρή. Σεπτίμιος Νεμεσιανὸς
Ἀντιγενίδης Κολωναντιοχεύς.

Musea haec quum a Thespiensibus celebrentur (vide ad n. 1585.), archon est Thespiensis intelligendus: unde etiam πολιτικοῦ χοροῦ victor Thespiensis est (vs. 29 sq.). Scriptura tituli et nominum propriorum ratio novicia est; admodum frequentes sunt M. Aurelii, et Septimii nomen eo deducit, ut titulus in Septimii Severi vel Caracallae aetatem referatur. Vs. 20. mirum nomen est Λούκιος Γάϊος Αἴ-

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΑΓѠΝΟΘЄΤΟΥΝΤΟϹΤѠΝ
ⲘЄΓΑΛѠΝΚΑΙϹΑΡΗѠΝ
ϹЄΒΑϹΤΗѠΝⲘΟΥϹЄΙ
ѠΝΑΥΡΗΚΑΛΛΙΚΛΙ
ΑΝΟΥ.ΤΟΥϹѠΤΗΡΙ
ΧΟΥ ЄΠΙΑΡΧΟΝΤΟϹ
ΑΥΡΗⲘΟΥϹЄΡѠΤΟϹ
ΠΥΡΦΟΡΟΥΝΤΟϹΑῩΡ̄Η
ΑΡΙϹΤΟΚΛЄΟΥϹΤΟΥЄΠΙΚΤΑ
ΓΡΑⲘⲘΑΤЄΥΟΝΤΟϹΑῩΡ̄ΗΛΙΒΑ
ΝΟΥ7.ЄΝЄΙΚѠΝΟΙΔЄ
ϹΑΛΠΙΚΤΗϹΠΟΥΑΙΛΙΟϹϹЄΡΑ
ΠΙѠΝЄΦЄϹΙΟϹΚΗΡΥΞⲘΑΥΡ̄Η
ЄΥΤΥΧΗϹΤΑΝΑΓΡΑΙΟϹΡΑΨѠ
ΔΟϹⲘΑΥΡΗЄΥΚΑΙΡΟϹΤΑΝΑΓΡΑΙ
ΟϹΠΥΘΙΚΟϹΑΥΛΗΤΗϹⲘ̄ΑῩΡ̄Η
ΙΟΥΛΙΑΝΟϹΤΡΙΠΟΛЄΙΤΗϹ
ΠΥΘΙΚΟϹΚΙΘΑΡΙϹΤΗϹΛΟΥ
ΓΑΙΟϹΑΙΛΙΟϹΑΛЄΞΑΝΔΡΟϹ
ΚΥΚΛΙΟϹ.ΑΥΛΗΤΗϹⲘ̄ΑΥΡ̄Η
ϹЄΠΤΙⲘΙΟϹΝЄⲘЄϹΙΑΝΟϹΑΝ
ΤΙΓЄΝΙΔΗϹΚΟΛѠΝΑΝΤΙΟΧЄΥϹ
ΤΡΑΓѠΔΟϹⲘΑΥΦΙΔΙΟϹΑΡΤЄ
ⲘΙΔѠΡΟϹΚΟΡΙΝΘΙΟϹ.ΚѠⲘѠΔΟϹ
ⲘЄΥΤΥΧΙΑΝΟϹΑΘΗΝΑΙΟϹ
ΚΙΘΑΡѠΔΟϹⲘ̄ ΑῩΡ̄Η ΑΛЄΞΑΝ
ΔΡΟϹΝЄΙΚΟⲘΗΔЄΥϹ
ΧΟΡΟΥΠΟΛЄΙΤΙΚΟΥᾹῩΡ̄ΗΖѠϹΙ
ⲘΙΑΝΟϹΓΛΥΚѠΝΟϹΘЄϹΠΙЄΥϹ
ΔΙΑΠΑΝΤѠΝⲘΑῩΡ̄Η̄ϹЄΠΤΙ
ⲘΙΟϹΝЄⲘЄϹΙΑΝΟϹΑΝΤΙΓЄ
ΝΙΔΗϹΚΟΛѠΝΑΝΤΙΟΧЄΥϹ

λιος Ἀλέξανδρος, quamquam non sine exemplo in inscriptionibus, ut docebit Index; deficit etiam patria hominis: nec tutum iudico corrigere Ἀλεξανδρεύς. Κολωναντιοχεύς vs. 23. 33. est Antiochenus ex Pisidiae urbe Antiochia seu Caesarea (Plin. H. N. V, 27.), iuris Italici colonia inde ab Augusto, quae in nummis *Col. Caes. Antiochiae*. Vide Eckhel. D. N. T. III. p. 18. Mannert. Geogr. T. VI. P. II. p. 177 sq. De ludis et maxime de illo διὰ πάντων cf. ad n. 1583–1585.

1587.

In ecclesia loci *Carditza*, qui putatur vetus *Acraephia* esse; Krusio tamen Hellad. T. II. p. 573. videtur *Trophea* esse posse Acraephiae vicina. Equidem non dubito esse Acraephiam, ubi est Ptoi Apollinis templum, cuius mentio fit in titulo eodem loco reperto n. 1625. Ex schedis Hawkinsii dedit Walpolius Trav. p. 577.

ΑΝΤΙΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥΝ - - -
ΠΟΠΛΙΟΥΚΟΡΝΗΛΙΟΥΤΟΥΠΟΠΛΙΟΥΥΙΟΥΙ
ΜΑΙΟΥΤΩΝΤΗΣΤΙ - Ω - ΣΩΤΗΙ - ΩΝΠΡΩ
ΑΠΟΤΟΥΠΟΛΕΜΟΥΙΕΡΑΤΕΥΟΝΤΟΣΔΕΤΟ
ΟΣΤΟΥΣΩΤΗΡΟΣΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥΤΟΥΠΑΡΑ
ΜΟΝΟΥΟΙΔΕΕΝΙΚΩΝ
ΣΑΛΠΙΣΤΗΣ
ΟΝΗΣΙΜΟΣΔΕΞΩΝΟΣΚΟΡΩΝΕΥΣ
ΚΗΡΥΞ
ΦΙΛΟΚΛΗΣΝΙΚΟΚΛΕΟΥΣΘΗΒΑΙΟΣ
ΕΝΚΩΜΙΩΙΛΟΓΙΚΩ
ΠΟΛΥΞΕΝΟΣΚΑΦΙΣΟΤΙΜΟΥΑΚΡΑΙΦΙΕΥΣ
ΕΠΩΝΠΟΙΗΤΗΣ
ΠΡΩΤΟΓΕΝΗΣΠΡΩΤΑΡΧΟΥΘΕΣΠΙΕΥΣ
ΡΑΨΩΔΟΣ

Plurima desunt.

ʼΑντίου ἄρχοντος, ἀγωνοθετοῦν[τος]
Ποπλίου Κορνηλίου τοῦ Ποπλίου υἱοῦ [Τι- vel Πτολε-]
μαίου τῶν τῆς [πόλε]ω[ς] σωτη[ρί]ων πρώ[των
ἀ]πὸ τοῦ πολέμου, ἱερατεύοντος δὲ το[ῦ Δι-]
ὸς τοῦ σωτῆρος Θεομνήστου τοῦ Παρα-
μόνου, οἵδε ἐνίκων·
σαλπιστὴς
ʼΟνήσιμος Δέξωνος Κορωνεύς,
κήρυξ
Φιλοκλῆς Νικοκλέους Θηβαῖος,
ἐνκωμι[ο]λογικῷ
Πολύξενος Καφισοτίμου ʼΑκραιφιεύς,
ἐπῶν ποιητὴς
Πρωτογένης Πρωτάρχου Θεσπιεύς,
ῥαψῳδὸς
\- - - - - - - -
\- - - - - - - -

Quae supplevi et emendavi aperta sunt. Titulus duobus prioribus antiquior est, illisque ideo tantum a me postpositus, quod ludorum ratio ex illis melius cognoscitur. Hic non est Sullana aetate antiquior: agonotheta civis Romanus cum patre videtur ut tot illa aetate alii ex Sulla *P. Cornelius* vocatus esse. Vs. 2. 3. nolim ʽΡω]μαίου suppleri. ʽΟ πόλεμος aut bellum Mithridaticum est, quod Boeotiam maxime afflixit, aut unum ex civilibus insecutis: sed prius est probabilius. Eo igitur bello perfecto urbs σωτήρια ἑαυτῆς celebrabat; in quorum prima *post bellum* (ἀπὸ τοῦ πολέμου) celebratione vicerunt hi. Deus illorum ludorum est Ζεὺς σωτήρ. Ζεὺς μέγιστος templum habet in urbe Acraephia (n. 1625. 66.). De ludis vide priores titulos: τὸ ἐγκωμιολογικὸν (ποίημα s. προοίμιον) est idem quod in aliis titulis ἐγκώμιον (vide ad n. 1585.). Notus est versus encomiologicus. In voce ἐγκωμιολογικῷ et in extrema ῥαψῳδὸς deficit Iota subscr. (nisi in priore fallit apographum): sic n. 1584. circa Olymp. 145. iam deest in similibus formis, non tamen constanter.

1588.

Lebadeae. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 12. Wheler. Itin. p. 330. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 5. p. 61. Tractarunt vel apposuerunt Müller. Orchom. p. 470. Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 57. Ros. Inscr. Gr. p. 302. Sero allatae sunt schedae Köhlerianae.

ΤΟΙΙΠΠΟΤΗΛΕΒΑΔΕΙΕΩΝΑΝΕΘΙΑΝΤΡΕΦΩΝΙΟΙ
ΝΙΚΑΣΑΝΤΕΣΙΠΠΑΣΙΝΓΑΜΒΟΙΩΤΙΑΙΓΓΑΡΧΙΟΝΤΟΣ
ΔΕΞΙΓΓΩΣΑΥΚΡΑΤΕΙΩΕΙΛΑΡΧΙΟΝΤΩΝΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΘΡΑΣΩΝΙΩΕΠΙΤΙΜΩΣΑΥΚΡΑΤΕΙΩ

Vs. 1. Spon. omittit ΤΟΙΙΠΠΟ. Spon. Whel. Köhl. ΛΕΒΑΔΕΙΕΩΝ, Poc. ΛΕΡΑΔΕΙΗΩΝ. Ibidem Poc. ΕΘΙΑΝ, Spon. ΑΝΕΘΗΚΑΝ, Köhl. ΑΝΕΘΗΚΕΝ, Whel. quod dedi. Vs. 2. Spon. Whel. initio duarum litterarum lacunam signant, et sic Spon. etiam vs. 3. 4. Pocockius vs. 2. ΝΠ p. ΝΙ; Köhl. ΝΙΚΑΣΑΝ ΤΕΣ (ceteri ΞΑΝ p. ΣΑΝ). Ibid. Poc. ΙΠΑΣΙΗΝΑ ΜΙΟΙ etc. Ex Whel. semel dedi Γ, et deinde bis idem in voce apud Poc. ΙΠΠΑΡΧΙΟΝΤΟΣ, pro qua Spon. Köhl. Whel. ΙΠΠΑΡΧΟΝΤΟΣ et ΙΓΓΑΡ ΧΟΝΤΟΣ. Vs. 3. Poc. ΔΕΞΙΠΠΩΣΑΥ . ΡΑ, Spon. Köhl. ΔΕΞΙΠΠΟΣΛΥΚΡΑ, Whel. ΔΕΞΙΓΓΟΣ. ΑΥΚΡΑ: verum inde composui. In fine pro ΑΡΙ ΣΤΩΝΟΣ Poc. ΑΥΤΩΟΣ. Vs. 4. Whel. Köhl. ΘΡΑΣΩΝΙΩ, Spon. ΘΡΑΣΟΝΙΩ, Poc. ΟΡΑΣΩΝΝΙΩ. Postremo Spon. Köhl. ΜΟΣΛΥΚΡΑ, Whel. ΜΟΣ ΑΥΚΡΑ, Poc. ΜΩΑΥΚΡΑ, ex quibus veram lectionem composui.

Τοὶ ἱππότη Λεβαδειέων ἀνέθιαν Τρεφωνίῳ
νικάσαντες ἱππάσιν Παμβοιώτια,
ἱππαρχίοντος Δεξίππω Σαυκρατείω,
εἰλαρχιόντων ʼΑρίστωνος Θρασωνίω,
ʼΕπιτίμω Σαυκρατείω.

Λεβαδειήων si legeris, erit p. Λεβαδειαίων, ut ἱππότη p. ἱππόται. Cf. Introd. I, 8. Sed praetuli meliorum auctorum lectionem Λεβαδειέων a Λεβαδειεύς: neque enim in hoc titulo non perfecte Boeotico videtur Λεβαδειείων Boeoticum necessarium esse (cf. Introd. I, 5.). De forma ἀνέθιαν noto, abolita sigma littera ut in Μοῦα s. Μῶα Boeotico et Laconico atque ut in τύπτεαι (τύπτεσαι) etc. fieri ἀνέθεαν; unde Boeotice ἀνέθιαν. In Τρεφωνίῳ ΟΙ pro ΩΙ retentum ex prisca scriptura, quod vidimus iam supra. Τρεφωνίῳ p. Τροφωνίῳ, ut ʼΕρχομενὸς p. ʼΟρχομενός notante Rosio. Tum Müllerus νικάξαντες, licet aliud ex eo referat quidam: dedi tamen νικάσαντες ob n. 1579. 1580. ʽΙππάσιν, *in ludis equitatus*, qui ita instituebantur, ut totae alae vel turmae inter se decurrerent: inter quas equitatus Lebadeensis vicit. Nam si singulis equis decursum esset vel curribus, dicendum erat κέλητι vel ἵπποις. De Pamboeotiis vide Meurs. Gr. fer. Σαυκρατείω est Σωκρατείου, ut Σαύμειλος Σώμηλος. Non recte Os. Ναυκρατείω correxit. De patronymica forma adiectiva, quam non intellexerunt interpretes, vide ad n. 1574. De magistratibus militaribus vide Introd.

1589.

Lebadeae. In fragmine marmoris tres coronae, quibus inscripti tituli, quos littera *b* signavi; *a* est supra scriptum litteris paulo maioribus. Ed. Dodwell. Itin. T. II. p. 512.

a.	*b.*	*b.*	*b.*
ΑΝΙ ΝΚΑΙ ΓΡΩΤΟΝ ΚΛΑΣ	ΔΟΛΙΧΟΝ	ΔΙΑΥΛΟΝ	ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ ΔΟΛΙΧΟΝ

Supra debet nomen victoris scriptum fuisse, fortasse cum versibus. Vs. 1. extr. anne *καὶ* fuit? Vs. 2. conieceris Κλαζ[ομενῶν aliquam mentionem factam esse, quae sit victoris patria. Coronis inscripti ludi, quibus ille vicit: sed quibus in sollemnibus vicerit δόλιχον et δίαυλον, quum non dicatur, consentaneum est *Labadeae* eas coronas partas esse ex *Basiliis*. Tertio loco vicit Ἐλευθέρια δόλιχον; intellige Ἐλευθέρια Plataica. Mire Osannus Syllog. p. 201. Eleutheriam nobis mulierem praebet, quae vicerit dolicho.

1590.

„Apud *Thebas* ad aulam regiam in ornatissimo marmore"; ex suis et Cyriaci schedis, quas miserat Compagnonius, Murat. T. II. p. DCXLIX. 1. Sed in loco *Parapongia* (Guil. Gellio in tabula Petropungia, sed in textu Itin. Gr. p. 113. Parapungia) inter *Thespias* et Plataeas postea repertus titulus est: qui locus vicinus vico Leftra s. Lefka, hoc est Leuctris. Videtur tamen hoc monumentum ad ludos *Thespienses* referendum, ut infra dixi. Lapidem Athenas delatum in Britanniam deportavit Elginus (Catal. Viscont. n. 14.), ubi asservatur in Museo Britannico, Synops. n. 92. Ibi transcriptum titulum edidit Osannus Syll. I, 68. p. 199. Nos usi sumus schedis Osanni et Mülleri, qui ibidem transcripsit, et Köhlerianis in Graecia scriptis.

ΘΕΟΤΙΜΟΣΜΕΛΑΝΤΙΧΟΥΤΑΝΑΓΡΑΙΟΣ
ΣΤΑΔΙΟΝ
ΚΑΛΛΙΚΛΗΣΟΜΟΛΩΙΧΟΥΘΕΣΠΙΕΥΣ
ΔΙΑΥΛΟΝ
ΚΡΙΤΩΝΣΙΜΙΟΥΘΕΣΠΙΕΥΣ
ΠΑΛΗΝ
ΜΝΗΣΙΘΕΟΣΜΙΡΩΝΟΣΘΗΒΑΙΟΣ
ΠΥΓΜΗΝ
ΙΩΙΛΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΕΛΕΙΤΗΣ
ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝ
ΣΑΜΙΧΟΣΕΠΑΙΝΕΤΟΥΛΑΡΥΜΝΕΥΣ
ΠΑΙΔΩΝΤΩΝΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩΝΔΟΛΙΧΟΝ
ΕΡΜΟΓΕΝΗΣΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΙΜΥΡΝΑΙΟΣ
ΣΤΑΔΙΟΝ
ΕΡΑΤΩΝΕΥΧΑΡΙΔΟΥΟΠΟΥΝΤΙΟΣ
ΔΙΑΥΛΟΝ
ΕΡΑΤΩΝΕΥΧΑΡΙΔΟΥΟΠΟΥΝΤΙΟΣ
ΠΕΝΤΑΘΛΟΝ
ΟΥΛΙΑΔΗΣΑΡΤΕΜΙΣΙΟΥΧΡΥΣΑΟΡΕΥΣ
ΠΑΛΗΝ
ΔΑΜΟΚΡΑΤΗΣΤΙΜΟΚΛΕΟΥΣΚΩΙΟΣ
ΠΥΓΜΗΝ
ΔΙΟΚΛΗΣΔΙΟΚΛΕΟΥΣΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝ
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥΚΥΙΙΚΗΝΟΣ
ΑΓΕΝΕΙΟΥΣΣΤΑΔΙΟΝ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΝΙΚΑΡΕΤΟΥΠΛΑΤΑΙΕΥΣ
ΠΕΝΤΑΘΛΟΝ
ΠΑΝΤΑΛΕΩΝΔΗΜΟΦΩΝΤΟΣΜΥΝΔΙΟΣ
ΠΑΛΗΝ
ΑΛΚΙΜΟΣΜΗΝΟΦΙΛΟΥΝΙΚΑΙΕΥΣΑΠΟΒΙΘΥΝΙΑΣ
ΠΥΓΜΗΝ
ΣΩΣΤΡΑΤΟΣΔΩΡΟΘΕΟΥΔΗΜΗΤΡΙΕΥΣ
ΣΤΑΔΙΟΝ
- - - - - - - - - -

Litterarum formas dedi ex schedis Mülleri, quibuscum in forma litterae Π consentiunt schedae Osanni. Formam tituli Mur. perversam habet. Vs. 1. Os. ΤΑΝΑΓΙΑΙΟΣ. Vs. 3. Mur. ΟΜΟΛΟΙΧΟΥ. Vs. 6. extr. lacunam signat Mur. vapulans idcirco a Dorvillio ad Charit. p. 388. qui simul Muratorii interpretationem Latinam castigat: a quo labore putidissimo ego me per universum opus abstineo. Vs. 7. ΜΙΡΩΝΟΣ in lapide esse testatur Müll. consentiente Os. et schedis Köhl. Contra Mur. ΜΕΙΡΩΝΟΣ. Ibidem Os. ΘΗΡΑΙΟΣ, Mur. Müll. Köhl. ΘΗΒΑΙΟΣ. Vs. 9. Mur. ΕΛΕΑΤΗΣ. Vs. 11. Os. ΣΑΜΙΟΣ. Ibidem Os. . ΡΥΜΝΕ . Σ, Müll. . ΑΡΥΜΝΕΥΣ, Mur. Köhl. quod dedi. Vs. 12. ΛΙΧ ex Mur. Köhl. ceteri lacunam habent. Vs. 13. Mur. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΣΜ etc. Etiam Müll. Köhl. ΣΜ. Vs. 15. et 17. Müll. ΕΥΧΑΡΙΝΟΥ. Vs. 15. ultima ΤΙΟΣ ex Mur. Köhl. (hodie desunt), et vs. 17.

ultimum Σ indidem. Vs. 19. Mur. ΑΡΤΕΜΗΣΙΟΥ. Vs. 26. Os. ΑΓΕΝΕΙΟΥΣΤΑΔΙΟΝ, falso. Quod dedi cum Mur. habent Müll. Köhl. Vs. 27. Mur. ΠΛΑΤΕΕΥΣ, et vs. 29. ΔΕΜ etc. In fine lapis est fractus; Mur. additum habet vs. 34. ΣΤΑΔΙΟΝ, quod adieci licet dubitationi obnoxium.

- - - - - - - -

[παίδων τῶν νεωτέρων δόλιχον]
Θεότιμος Μελαντίχου Ταναγραῖος,
στάδιον
Καλλικλῆς Ὁμολωΐχου Θεσπιεύς,
δίαυλον
Κρίτων Σιμίου Θεσπιεύς,
πάλην
Μνησίθεος Μίρωνος Θηβαῖος,
πυγμὴν
Ζωΐλος Ἀλεξάνδρου Ἐλείτης,
παγκράτιον
Σάμιχος Ἐπαινέτου Λαρυμνεύς.
παίδων τῶν πρεσβυτέρων δόλιχον
Ἑρμογένης Ἀπολλωνίου Ζμυρναῖος,
στάδιον
Ἐράτων Εὐχαρίδου Ὀπούντιος,
δίαυλον
Ἐράτων Εὐχαρίδου Ὀπούντιος,
πένταθλον
Οὐλιάδης Ἀρτεμισίου Χρυσαορεύς,
πάλην
Δαμοκράτης Τιμοκλέους Κῷος,
πυγμὴν
Διοκλῆς Διοκλέους Ἀθηναῖος,
παγκράτιον
Ἀπολλόδωρος Ἀπολλοδώρου Κυζικηνός.
ἀγενείους στάδιον.
Διονύσιος Νικαρέτου Πλαταιεύς,
πένταθλον
Πανταλέων Δημοφῶντος Μύνδιος,
πάλην
Ἄλκιμος Μηνοφίλου Νικαιεὺς ἀπὸ Βιθυνίας,
πυγμὴν
Σώστρατος Δωροθέου Δημητριεύς,
[παγκράτιον]

- - - - - - - - - -

[ἄνδρας δόλιχον]

- - - - - - - - - -

στάδιον.

- - - - - - - - - -

etc.

Parapongiae repertus titulus quum sit, putes Leuctricum esse: sed quum titulus n. 1585. in eodem loco sit inventus a Cyriaco ubi hic, isque manifesto Thespiensis, consentaneum est hunc quoque Thespiensem esse. Iam vero quum Thespiensium Musea musicos tantum ludos habuerint, non hic catalogus Museorum victores continet: sed iidem celebrabant *Erotidia* musicis gymnicisque ludis insignia (Pausan. IX, 31, 3.); et gymnicas ex his victorias habes n. 1429. 1430. ubi cf. not. Itaque diu est ex quo hunc titulum ad Erotidia pertinere suspicatus sum; idem placuit Osanno. Aetas tituli haud dubie Romana in Graecia potentia prior est, quum ne unum quidem Romanum nomen insit: idem quum vulgari dialecto scriptus sit, si ex Orchomeniis titulis iudicare hunc licet, circa Olymp. 130–145. poni potest (cf. ad n. 1584.). Ex urbibus nominatis colligitur, non posse eum ante Demetrium Poliorceten et Lysimachum Thraciae regem, quorum alter Olymp. 123, 1. e Macedonia pulsus est, alter Olymp. 124, 3. periit, scriptum esse: nam Nicaeam Bithyniae (vs. 31.) Lysimachus ex uxore Nicaea denominavit (Steph. Byz. v.); Demetriadem (vs. 33.) condidit Demetrius Poliorcetes (Steph. Byz. v. et intt.). Ex Chrysaoridis mentione vs. 19. nihil potest deduci: quae urbs olim Hecatesia dicta, remotissimis ut videtur temporibus; tum Chrysaoris, postea Idrias ab Idrieo, non illo Hecatomni filio, sed heroe mythico, Caris filio (Steph. Byz. v. Ἑκατησία, Ἰδριάς, Χρυσαορίς): et quando hoc acciderit, nescimus. Sed optimum de aetate tituli indicium praebet vs. 15. unde patet esse eum aliquot annis ante Olymp. 135. scriptum: v. ibi not.

Initio perierunt praescripta et pauca alia, eaque in alio lapide supra apposito exarata fuisse videntur, quippe quae ne Cyriacus quidem vidit. Quid post praescripta positum fuerit, non potest nisi ordine ludorum examinato perspici. Qui ordo fuerit, collato imprimis n. 1591. intelligitur. Nempe in illo titulo, qui eiusdem haud dubie loci est, in unius anni recensu inde a vs. 23. scripti sunt παῖδες, ἀγένειοι, ἄνδρες, post hos curulium ludorum victores: in singulis illis aetatibus ex ordine habentur δόλιχος, στάδιον, δίαυλος, πάλη, πυγμή, παγκράτιον, nisi quod in ἀγενείοις deest δόλιχος et δίαυλος, et in viris praeterea additur ὁπλίτης δρόμος, his proprius. Vides observatum esse eum aetatum ordinem, ut imbecillior primo loco poneretur, media medio, robustior ultimo. Ἀγένειοι enim medii sunt inter παῖδας et ἄνδρας, quod et aliunde patet et ex Platone Legg. VIII. p. 833. C. Vide ad n. 232. Iam in nostro titulo vs. 26. incipiunt ludi ἀγενείων: sequebantur igitur ἄνδρες, ex quibus solum apud Cyriacum superest illud στάδιον, quod ille ex seqq. deprompsisse videtur missis intermediis, quae supplevi. Sed ante ἀγενείους vs. 12. incipiunt ludi παίδων τῶν πρεσβυτέρων: igitur consentaneum est in nostro titulo ante hos fuisse scriptos παῖδας τοὺς νεωτέρους. Nempe pueri, qui n. 1591. unam classem constituunt ab ἀγενείοις distinctam, hic divisi sunt in duos ordines; sic tres praeter viros aetates hic constituuntur, παῖδες νεώτεροι, παῖδες πρεσβύτεροι, ἀγένειοι, qui n. 232. sunt παῖδες τῆς πρώτης, τῆς δευτέρας, τῆς τρίτης ἡλικίας (vide ibi nott.). Errat vero Osannus, qui παῖδας πρεσβυτέρους putat maiores natu quam ἀγενείους fuisse: nec sententiam hanc, quae possit patronum nancisci, defenderis loco Pindarico Olymp. IX, 89. ubi ἀγένειοι sunt pueri simpliciter, et πρεσβύτεροι viri, nondum tum pluribus inter ludos puerorum viris minorum aetatibus constitutis. Quae quum ita sint, et quum vs. 2. στάδιον scriptum sit non addita aetate, necesse est ante vs. 1. scriptum

fuerit aliud ad παῖδας τοὺς νεωτέρους pertinens, nempe dolichus, ut vs. 12. est παίδων τῶν πρεσβυτέρων δόλιχον, et n. 1591. vs. 2. παῖδας δόλιχον. Ante haec vero perierint musicorum ludorum victores vel sola praescripta. His explicitis examinemus singularum aetatum in nostro titulo ludos. In *minoribus pueris* praeter δόλιχον, quem supplemus, habes στάδιον, δίαυλον, πάλην, πυγμήν, παγκράτιον, prorsus ut n. 1591. in pueris; in *maioribus* eadem cum *pentathlo*; in ἀγενείοις nostro in titulo sunt eadem quae in maioribus pueris, excepto dolicho et diaulo, ubi in fine suppleveris *pancratium*; atque ita prorsus n. 1591. nisi quod *pentathlum* excepto vs. 21. deest. Vides prope omnia concinere: quae discrepant possunt inde explicari, quod partim variatum in ludis habendis est, partim non ex omnibus generibus quotannis reportata est victoria.

Iam de singulis paucissima dicenda supersunt. Vs. 3. est Ὁμολώϊχος: de qua voce, ne in ea cum nupero interprete haereas, vide Introd. I, 15. Vs. 7. Μίρωνος offendit; videtur hoc ex Boeotismo retentum p. Μείρωνος: nam homo *Thebanus* est, non Thebaeus, ut visum. Vs. 9. Ἐλείτης illustratur ab Osanno veteri excerpto ap. Bredow. Epist. Par. p. 104. ubi Eleae Italicae civis Ἐλείτης dici perhibetur. Vs. 15. et 17. *stadio* et *diaulo* inter pueros maiores vicisse dicitur *Eraton Opuntius*: Locrum Opuntium intelligendum esse sponte patet; Opus Elea vel Achaica (vide Steph. Byz.) si significaretur, hoc designatum esset, quum hae et remotiores a Boeotia et ignobiles fuerint. Sed Locrenses hac aetate Aetoli sunt: itaque non dubito, quod Osannus incertum dixit, pro certo affirmare, hunc esse *Eratonem Aetolum*, qui secundum Africanum Olymp. 135. *stadio* vicit Olympia vir. Nempe is est *Aetolus Opuntius* renunciatus in honorem Aetolorum. Itaque titulus noster aliquot annis ante Olymp. 135. fortasse circa Olymp. 132. vel 133. scriptus est. Vs. 26. ἀγενείους lectio est unice vera, ut ἄνδρας alibi: immo ipsum ἀγενείους στάδιον habes n. 1591. nec talia sunt rara.

1591.

Marmor Athenis servatum in domo Abramiotae Doctoris. Posteriorem partem, *b*, per Niebuhrium misit Mustoxydes. Aliud apographum a *b* vs. 28. incipiens misit Münterus ex schedis Akerbladii: „Athenis in domo Hadje Achmet Aga". Sero accepi schedas Köhlerianas, quae utramque partem, *a* et *b*, continent, et ita coniunctam, ut dedimus: ne credas me coniunxisse. Immo vellem non coniungenda haec essent. Boeoticis addidi ob similitudinem prioris.

[*Textum vide pag. seq. interpositum.*]

In parte *b* fundus exempli nostri apographum Mustoxydianum est. Vs. 22. quo loco Must. habet ΤΟΣΩΤΙΚΟΣ etc. mira variatione Köhl. ...ΤΡΙΟΣΔΙΟΜΝ.ΣΥ.Ω.ΙΩΤΙΟ, quod fuerit Δημήτριος Διομνήστου Βοιώτιος: igitur aliquid turbatum esse patet, atque utramque lectionem sub uno versu coniunxi, asteriscis distinctam. Vs. 23. ex Köhl. (Must. ΠΗΙΛΙΣΔΟΝΙΧΟΝ). Vs. 24. Must. ΑΙΣΙΟΣΔΕ etc. Köhl. ΛΚΑΙΟΣΛΕ etc. Vs. 26. Must. ΕΜΑΣΟΣ, Köhl. quod dedi; ille ΧΑΡΟΤΟΣ, hic quod dedi. Vs. 28. Must. ΙΣΙΟΣ, Köhl. et Ak. ΙΚΧΙΟΣ: hic vs. 30. 31. omittit. Vs. 30. Must. ΗΓΗΣΙΑΚΛΙΤΟΣ, Köhl. ΣΑΓΗΣΙΑΝΑΚΤΟΣ. Vs. 32. Ak. Köhl. ΣΟΠ etc. Vs. 34. Ak. Köhl. .....ΔΗΜΙΔΑΥΝΑΣΙ etc. Vs. 35. Γ ex Ak. Köhl. Vs. 36. Ak. Köhl. ....ΟΣ ΛΥΟΥ etc. et in fine ΑΠΟΧΑ, ubi Must. ΑΠΕΧΑ. Vs. 38. iidem ......ΒΟΥΕΝΙΟΝΟΣ etc. Vs. 40. Must. ....ΑΝΤΡΟΔΩΡΟΥ, Ak. .....ΗΜΗΤΡΟ etc. Köhl....Η.ΜΗΡΟ etc. Vs. 43. Must. ΔΟΜΑΧΟΝ, Ak. Köhl. quod dedi. Vs. 44. Ak. ΛΕΧΙΟΣ, Köhl. ΑΕΞΙΟΣ; Must. ΝΙΟΣ; pro ΑΟΡ (sic Ak. Köhl.) Must. ΑΘΡ. Vs. 46. ΑΝΤΟΝ ex Ak. et Köhl. solis. Vs. 50. Ak. Köhl. ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ. Vs. 52. Must. ΕΠΙΡΙΚΟΣ, Ak. Köhl. ΕΠΙΝΚΟΣ. Vs. 56. Must. ΑΡΕΥΣ, Ak. Köhl. ΑΟΡΕΥΣ: ex iisdem addidi ultima ΙΟ. Vs. 57. Ak. Köhl. ΤΕΛΕΙΟΙ. Vs. 58. Ak. ΚΑΠΠΑ etc. Ex eodem et Köhl. ibidem addidi ultimum Α. Vs. 59. Köhl. Ak. Σ, Must. Ξ: hic ΤΕΛΕΙΩΙ, illi ΤΕΛΕΙΔΙ. Vs. 61. extr. Ak. addit Α. Vs. 64. extr. Ak. ΑΡΓΚΙΟΣ.

\- - - - - -

a. Ζ]ευξὼ Πολυκράτου[ς - - -
κέλητι [τελείῳ vel πωλικῷ]
Νουμήνιος Ἀπολλοδ[ώ]ρο[υ - - -
συνωρίδι τε[λείᾳ]
Εὐκράτεια Πολυκράτους - - -
ἅρματι τελ[είῳ]
\- - νη [Πολυ]κράτους - - -
\- - - - -
* * *
\- - - ρος Ἐπ[α]μείνο[ν]ος Ἀθηναῖος,
πένταθλον
*Δημή]τριος Διομν[ή]σ[το]υ [Βο]ιώτιο[ς.
b. **Το[ξ]ωτικὸς Εὐημερίου - - -
παῖδας δόλιχον
Ἀ]λκαῖος Λευκίππου Ἁλικαρνασεύς,
στάδιον
Ἀλ]κέμαχος Χάροπος Ἠπειρώτης,
δίαυλον
Ἀλ]κ[α]ῖος Λευκίππου Ἁλικαρνασ[εύς,
πάλην
\- - - ς Ἡγησιάνακτος Κολοφώνιος,
πυγμὴν
...ταῖος Σωπόλιδος Σμυρναῖος,
παγκράτιον
...... Ἀνα[ξ]ικλέους Κῷος.
ἀ]γενείους στάδιον
....τος Λυσίου Ἠπειρώτης ἀπὸ Χα[ονίας?
πάλην
\- - - Νίκωνος Ἐφέσιος,
πυγμὴν
\- - η[ς] Μητροδώρου Ἐρυθραῖος,
παγκράτιον
..ιππος Εὐξένου Ἀθηναῖος.

[*Continuatur pag. 775.*]

a. ...ΕΥΞΩΠΟΛΥΚΡΑΤΟΥ
ΚΕΛΗΤΙΓΓΛΟ
...ΝΟΥΜΗΝΙΟΣΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΣ
ΣΥΝΩΡΙΔΙΤΕΔΙ.
...ΕΥΚΡΑΤΕΙΑΓΟΛΥΚΑΤΟΥΣ
ΑΡΜΑΤΙΤΕΛ....
....ΝΗ.....ΚΡΑΤΟΥΣ
..ΟΥΤΙΝΟΒ.....

Hoc loco interciderunt undecim versus.

ΕΩ...ΡΟΣΕΓΟΜΕΙΝΟΔΟΣΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΓΕΝΤΑΘΛΟΝ
*...ΤΡΙΟΣΔΙΟΜΝ.ΣΥ.Ω.ΙΩΤΙΟ
b. **--ΤΟΣΩΤΙΚΟΣΕΥΗΜΕΡΙΟΥ----
ΓΑΙΔΑΣΔΟΛΙΧΟΝ
--ΛΚΑΙΟΣΛΕΥΚΙΓΓΟΥΑΛΙΚΑΡΝΑΣΕΥΣ
ΣΤΑΔΙΟΝ
..ΚΕΜΑΧΟΣΧΑΡΟΠΟΣΗΓΕΙΡΩΤΗΣ
ΔΙΑΥΛΟΝ
...ΙΚΧΙΟΣΛΕΥΚΙΓΓΟΥΑΛΙΚΑΡΝΑΣ --
ΓΑΛΗΝ
..ΣΗΓΗΣΙΑΝΑΚΤΟΣΚΟΛΟΦΩΝΙΟΣ
ΓΥΓΜΗΝ
...ΤΑΙΟΣΣΩΓΟΛΙΔΟΣΣΜΥΡΝΑΙΟΣ
ΓΑΓΚΡΑΤΙΟΝ
......ΑΝΑΣΙΚΛΕΟΥΣΚΩΙΟΣ
.ΓΕΝΕΙΟΥΣΣΤΑΔΙΟΝ
....ΤΟΣΛΥΣΙΟΥΗΓΕΙΡΩΤΗΣΑΓΟΧΑ....
ΓΑΛΗΝ
....ΝΙΚΩΝΟΣΕΦΕΣΙΟΣ
ΓΥΓΜΗΝ
...Η.ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥΕΡΥΘΡΑΙΟΣ
ΓΑΓΚΡΑΤΙΟΝ
Vs. 1. distingui nequit utrum Λεβάδεια an Λεβαδέα legendum sit. Vs. 5. παρ]ασχόντες?

1679.

In marmore prope fontem vici *Caprena*, hoc est *Chaeroneae*, vidit G. Gellius (Itin. Graec. p. 221.).

ΧΑΙΡΡΟΝΕΑ

Nominativus potest esse p. Χαιρώνεια s. Χαιρώνηα (hoc est Boeoticum), vel accusativus nominis gentilicii p. Χαιρωνεῖα. Scriptura prisca est, Ο p. Ω, Ε p. ΕΙ vel Η. Ῥῶ duplicatum notabile.

1680.

Lebadeae „ad incisum sub altissima rupe saxum" Cyriac. n. 215. p. XXXII. Turner eundem titulum repperit (Itin. T. I. p. 311.)

ΕΥΒΟΥΛΟΣ - ΤΟ - - Η - - Ο - -

Cyriacus habet solum ΕΥΒΟΥΛΟΣ: Turn. habet ΕΥ — ΒΟ — Ο — ΤΟ — Η — Ο —, quae vidit in rupe, quod antrum Trophonii habetur. Conf. Krus. Hellad. T. II. p. 645. Ex Bröndstedii narratione refert Münterus Epist. ad Ouvaroff. p. 18. in vicinia loci, ubi Trophonii antrum quaerendum, legi ΕΥΒΟΥΛΟΥΤΟ . . . . . (χρηστήριον vel σπήλαιον), et Eubulum censet ipsum Trophonium appellatum esse. Cyriacus tamen legit Εὔβουλος. Ego nihil decerno, et titulum hunc inter fragmenta referre tutissimum iudicavi.

1681.

Thebis. Ed. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 3. p. 50. n. 6.

ΣΩΘΡΑΚΙΩΙΑΤΤΑΛΟΣ
ϽΚΛΕΟΥΕΛΕΙΤΟΡΕΥΣ
ΕΤΕΡΟΝΚΑΙΟΝΗΣΙΜΟΣ
‾ΙΩΝΟΣΑΡΧΕΥΣΑΣ
. . ΤΗΓΑΙΜ . ΧΙΜΩ .
ΜΟΝΕΚΤ . ΥΔΙΟΥ

Vs. 1. Θρακίῳ vix verum. Deinde Ἄτταλος - - οκλέου[ς] . . . . . . εύς, vs. 3. - - ἑρ[ω]ν καὶ Ὀνήσιμος, vs. 4. [ὁ δεῖνα] - - τίωνος ἀρχεύσας? Vs. 6. ἐκ τ[ο]ῦ [ἰ]δίου. Fortasse dedicatio operis.

1682.

Ibidem; edidit idem l. c. n. 7.

. . . . ΩΣΔΑΝ
. . . . ΧΡΟΝΟΝΤΗΙΕΥΧ
ΑΣΤΟΥΔΗΜ . . . . ΕΚΙΟ . . ‾ΑΠΡΥΤΑ .
. . . ΝΑΤΡΙΑΥΑΙ . . . . ΑΛΗΝΛΙΟ
. . . . ΙΚΟ‾ΛΕΙΣΔΕ
. . . . ΙΑΙΗΝΜΕΡ
ΠΙΤΙΥ . . . Κ . . . ΝΟΜ . . ΝΑΣΑΤ .

Vs. 1. ὧς δ' ἂν ut n. 1570. *a*. 10. ὡς ἄν. Vs. 2. χρόνον τῇ εὐχ[ῇ. Vs. 3. - - ας τοῦ δήμ[ου, tum aliquid de πρυτα[νείᾳ vel alia forma cum hoc vocabulo coniuncta. Fortasse ex decreto non Thebano, sed Attico Thebis posito, ut n. 1572. Certe prytanes Thebis nullos novi.

1683.

Ibidem; ex eodem p. 49. n. 4.

ΘΕΙΣ
ΦΙΛΟ
ϽΛΑΟ
ΝΛΙΟΝ
. . . .
. . . .
. . . .
Ο
ϽΚΛΗΣ
ΣΙΟΣ
ΟΝ
ΚΛΗΣ
ΣΟΓΟΣ

Fortasse mera nomina propria fuerunt, unde vs. 9. - - οκλῆς, vs. 12. - - κλῆς.

1684.

Ibidem; ex eodem p. 50. n. 12.

ΑΙΩΛΙΩΝ
ΝΠΟΛΕΙ
ΙΤΟΝ . ΣΝΑΟ

Nihil nisi πόλει apertum.

1685.

Ibidem; ex eodem p. 49. n. 3.

ΓΑΛΜΑΤΑ
ΓΕΤΡΙΑ

Vs. 1. ἀγάλματα?

1686.

In muro ecclesiae prope monasterium D. Nicolai in monte *Helicone*. Ed. Clark. Itin. P. II. S. III. p. 104.

ΓЄΡΑϹΟΙΜΩ
ϹΙЄΡΟΙΟΥΑΥ
ΚΔΙΚΤΟΙΤΟΡΑ

PARS SEXTA.

INSCRIPTIONES PHOCICAE, LOCRICAE, THESSALICAE.

Primo loco n. 1687-1724. posui *Delphicas*, inter quas nota esse etiam *Amphictyonicas* n. 1688. 1689. 1689. *b*. 1694. 1712. 1713. 1718. et quodammodo n. 1711. In his Delphicis prima sunt acta publica paulo antiquiora (decreta, tabulae rationum, votiva et aliquot fragmenta, quae fortasse ex illo fuerint genere); sequuntur venditiones servorum: his addidi decretum Romanum de finibus regundis, honores Imperatorum et dedicationes statuarum aliorum hominum; agmen claudunt epitaphia cum oraculo recentius insculpto. Ex Parte prima ad Delphicos titulos pertinent n. 1. et 25. Delphicas inscriptiones sequuntur *Phocicae reliquae* n. 1725-1750. tum *Locridis* n. 1751-1765. et *Thessalicae* n. 1766-1792.

SECTIO PRIMA.

INSCRIPTIONES DELPHICAE.

1687.

Delphis in ecclesia monasterii in pariete, in corona oleagina. Ed. Chandlerus Inscr. II, 157. p. 86. Litterarum formas dedi ad ductum Syllabi Chandleriani, nisi quod M pro verticalibus lineis debet inclinatas habere.

ΟΔΗΜΟϟΟΑΘΗΝΑΙΟϟ
Π Υ Θ Ι Ο Ι ϟ

Ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναῖος Πυθιοις. Malim Ἀθηναίων. Populo Atheniensi in Pythiis videtur corona decreta qualemcunque ob causam esse. De coronis, quae civitatibus decernebantur, nota res ex Demosthene de corona.

1688.

In tabula marmorea XXI pollices alta, XIII pollices lata, undique integra, sed litteris ad dextrum finem evanidis; qua de re Köhlerus me certiorem fecit. Ex Aegina misit Fauvelius; est marmor Choiseulianum Catal. Dub. n. 184. nunc in Museo regio Catal. Clarac. n. 628. ubi merito dicitur *Delphicum*, etsi id Athenis positum fuisse non dubito. Nos damus ex tribus apographis, Claraci in tabulis aeri incisis, Köhleri Petropolitani et Odofr. Mülleri.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Litterarum formae sunt, quas dedi: pro Π tamen Köhl. solet Π praebere; aliquoties etiam Π esse notat Müllerus, ut habet raro Claracus. Clar. semel Θ et constanter Ξ: sed Θ et Ξ nititur diserta Köhleri et Mülleri auctoritate: O hinc inde minutius scriptum esse testatur Müllerus. ϟ, non Σ exaratum esse Müll. notavit. In varietate lectionis afferenda pro fundo posui Claraci apographum, quod ex ceteris, ubi opus videbatur, supplevi et correxi: incertas sive arrosas litteras in his variis lectionibus referendis significabo minusculis, exceptis iis litteris, quarum simul forma notanda est. Vs. 1. Cl. πΥΘεΟ, Müll. . ΥΘΓΩ, Köhl. . ΥΘΕΟ. Tum Clar. επι, Müll. Ε. Ι, Köhl. εκ. In fine Clar. ιππΟΘΟΝΤΙδοΣΤΡΙΤηικαι, haud dubie ex falsa coniectura; Köhl. ιΠπΟΘΟοντιδ. ΣΤΡΙΤΗΣ, Müller. Ι . . ΟΘΙΙ . ΤΙΔοϟΤΡΙΤ. Vs. 2. ex Müll. Apud Köhl. est vacuus; Clar. ΚΟ ubi Müllerus; sed punctis interruptis exaratas addidit multas litteras: εἰ]κο[στῆ τᾶς πρυτανείας, quae soli debentur coniecturae, eique vix probandae. Vs. 3. init. Köhl. ΔΙΚ/ . ας, Clar. ΑΙΚ/ . . . . . ΑΣ, Müll. ut Clar. nisi quod Λ pro /. Tum Clar. κ ΔικΑΙΟ . . καταγΝΩΜΑΝ · ΜΕΓ . . Ε . . . ., Müll. Ι . Δ . ΑΙΟ . ΑΙ . . . ΝΩΜΑΙ . . ΜΕΓ . ΕΙ . . . ., Köhl. ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΥΑΤΑ . γΝΩΜΑΙ . . ΕΜΕΓΓΕ . . ΑΜ ., quae ita composui, ut nihil periret. Vs. 4. ΑΤ omittit Köhl. Idem habet ΑΥΤΟΥ, Müll. ΑΥΤΟ sine lacuna, Clar. ΑΥΤ et tria puncta. Cetera sic habent Clar. ΚΑΙ . . ιεΡΑΔ . . . ταvΔ . . ΑΝΟΥ, Müll. ΚΑΙ . . ΙΕΡΑΛ⌒ΩΤΑΝ . ΑΝΟΥ, Köhl. ΚΑΙ . τι (vel τκ) ΕΡΑ ΜιαΤΑΝΔ . ΑΝΟΥ. Vs. 5. ex variis lectionibus delegi plenissimas aut concentu apographorum firmiores. Post primam lacunam Clar. ΤΑ, Müll. ΙΤΑ, Köhl. Α solum. In fine Clar. κεϱαΞεωενδυνασιν Τ . Ε, Köhl. ΚΠΡΑΞΕΩΕΝδυΤασΙΝΚΑΙΜΕ, Müll. ΚΕΡΑΞΕΩϟΝΔΙΝΑϟΙΝΚ . . Γ . . Ε. Vs. 6. init. Müll. ΤΟΙϟ . . CΝΤ, Köhl. ΤΑΙΕ . αΝΤ. Sub finem Clar. Müll. ΩΝΙΚΩΝ, Köhl. quod dedi: in fine pro ΥΠΟ Köhl. Κ et nihil praeterea. Vs. 7. init. Clar. εμηΝΑ etc., Müll. ΕΜΠ‾. Α . Υ. ΑΛΛΩΙ, Köhl. ΕΜ ΜαουδΑΛΛΩΙ. Duas ultimas litteras omittit Köhl. Vs. 8. primum Τ ex solo Clar. dedi, item ultimas tres litteras punctis scriptas (Köhl. ΑΡΤΑΜ). Vs. 9. Φ ex Köhl. (Müll. Ο, Clar. lacunam): ap. Clar. litterae ΔΕ . ΙΟΡΚΕΜΙΟΙ punctis interruptis signantur ut incertae. Vs. 10. init. extra seriem litterarum Γ praefigit Clar. non addicentibus ceteris. Köhl. ΕΤ (vel Γ) ΡΑΜ etc. et tum ΑΛΛΟΝ. Mox Clar. τοι, Müll. Köhl. . ΟΙ; in fine Clar. ΚΟ, reliqui ΚΕ. Vs. 11. init. Clar. Κ . . . ΤΑΝΑΞΙΑΝ, Müll. quod

ΠΥΘΕΟΑΡΧΟΝΤΟΣΕΠΙΤΗΣΙΠΠΟΘΟΟΝΤΙΔΟΣΤΡΙΤΗΣ
ΚΟ
ΔΙΚΑ.....ΑΣΔΙΚΑΣΩΣΚΑΙΔΙΚΑΙΟΥΚΑΤΑΓΝΩΜΑΝ.ΕΜΕΓΓΕΙ..ΑΜ....
ΓΡΑ....ΚΑΤΑΓΝΩΜΑΝΤΑΝΑΥΤΟΥΚΑΙ.' ΙΕΡΑΜΑΤΑΝΔ.ΑΝΟΥ
ΠΟΚΛ ΙΤΑΚΑΤΑΔΙΚΑΣΘΕΝΤΑΣΚΠΡΑΞΕΩΕΝΔΥΝΑΣΙΝΚΑΙΜΕ
ΤΟΙΣ.ΟΝΤ.ΟΥΔΕΤΩΝΧΡΗΜΑΤΩΝΤΩΝΑΜΦΙΚΤΙΟΝΙΚΩΝΥΠΟ
ΕΜΗΝΑΟΥΔΑΛΛΩΙΔΩΣ..ΤΩΓΚΟΙΝΩΝΧΡΗΜΑΤΩΝ..........ΕΤ
Τ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΤΟΥΠΥΘΙΟΥΚΑΙΤΑΣΛΑΤΟΣΚΑΙΤΑΣΑΡΤΑΜΙΤΟΣ
ΛΑΚΑΙΤΑΓΑΘΑΑΙΔΕΦΙΟΡΚΕΜΙΟΙΤΑΚΑΚΑΑΝΤΙΤΩΝΑΓΑΘΩΝ
ΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝΜΗΑΠΟΓΡΑΨΕΝΑΛΛΩΝΚΑΤΑΤΟΙΙΕΡΟΜΝΑΜΟΝΕΣΚΕ
Κ.ΤΑΝΑΞΙΑΝΜΗΔΕΔΩΡΑΔΕΞΙΑΣΘΩ⁝ΜΗΔΕΠ^.ΔΟΥΧΩΣΥΠΙΣΧΟΜ
ΤΟΥΚΑΙΤΑΣΑΡΤΑΜΙΤΟΣΚΑΙΕΥΔΙΚΕΟΝΓΙΝΕΜΜ. ΠΟΛΛΑΚΑΙΑΓΑΘΑ
ΙΕΡΟΜΝΑΜΟΝΑΣΟΡΚΙΞΕΩΚΑΙΤΟΣΚΑΡΥΚΑΣΤΟΝΑΥΤΟΝΟΙΚΟΝΡΟΜ..
ΤΟΝΦΟΡΟΝΚΑΙΤΑΙΕΡΗΙΑΑΘΡΟΑΣΥΝΑΓΟΝΤΩΝΤΟΣΟΝΟΣΤΟΝΔΟΚΙΜΑ
ΑΤΟΜΒΑΝΟΙΚΟΝΟΜΟΣΑΣΕΙΠΕΡΤΟΙΙΕΡΟΜΝΑΜΟΝΕΣΔΟΚΙΜΑΖΕΤΩ:Π.
ΠΑΞΤΑΑΝΑΜΦΙΚΤΙΟΝΕΣΙΑΡΩΣΑΝΕΠΕΙΙ.ΑΠΕΡΟΔΟΣΓΙΝΗΤΑΙΑΠΟΤΙ
ΣΤΑΤΗΡΑΣΑΙΓΙΝΑΙΟΣΚΑΤΤΑΠΕΛΕΘΡΟΝΕΚΑΣΤΟΝΤΟΙΔΕΙΕΡΟΜΝΑΜΟ
ΚΑΙ:·Ε..ΣΟΝΤΩΝΤΟΝΕΠΙΕΡΓΑΣΟΜΕΝΟΝΑΙΔΕΜΗΠΕΡΙΙΕΙΕΝΗΜΗΠΕ
ΜΗΔΕ...ΡΑΣΣΑΝΤΡΙΑΚΟΝΤΑΣΤΑΤΗΡΑΣΑΙΔΕΚΑΜΗΑΠΟΤΙΝΗΙΟ
ΕΙΛΕΣ...ΟΥΙΑΡΟΥΚΑΙΣΤΡΑΤΕΥΟΝΤΩΝΕΠΑΥΤΟΣΑΜΦΙΚΤΥΟΝΕΣ..
ΛΩΝΤ...ΤΑΣΙΕΡΑΣΓΑΣΚΟΠΡΟΝΜΗΑΓΕΝΜΗΔΕΜΙΑΝΟΙΚΗΣΙΟΣΕΠΙ
ΕΝΕΙΔΙΑ.ΕΠΙΘΑΛΑΣΣΑΙΤΑΣΔΕΠΑΣΤΑΔΑΣΚΟΙΝΑΣΕΙΜΕΝΠΑΝΤΕΣΣΙ
ΣΟΟΝΜΗΔΕΝΑΦΕΡΕΝΜΗΔΕΝΙΜΗΔΕΝΟΙΚΕΝΤΟΝΑΥΤΟΝΠΛΕΟΝΤΡΙΑΚ
ΕΝΟΙΚΕ..ΜΗΔΕΜΙΑΝΜΗΔΕΜΥΛΑΝΕΝΕΙΜΕΝΜΗΔΕΟΛΜΟΝΑΙΔΕΤΙΣ
ΑΡΟΜΝΑΜΟΝΕΣΖΑΜΙΟΝΤΩΝΟΤΙΝΙΚΑΔΙΚΑΙΩΙΣΦΙΝΔΟΚΗΙΕΙΜΕΝΕΠ
ΚΑΤΑΓ..ΑΛΟΝΤΩΝΠΟΙΤΟΣΙΑΡΟΜΝΑΜΟΝΑΣ:ΔΩΤΙΣΑΔΩΤΙΣΤΑΣΑΜΦ
ΑΙΓΙΝΑΙΟΙΤΟΔΑΜΠΕΧΟΝΟΝΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑΚΑΙΕΚΑΤΟΝΣΤΑΤΗΡ
ΤΩΝΕΚΑΤΟΝΣΤΑΤΗΡΕΣΑΙΓΙΝΑΙΟΙΤΑΣΣΤΕΦΑΝΑΣΕΚΑΤΟΝΣΤΑΤ
ΔΕΚΑΣΤΑΤΗΡΕΣΑΙΓΙΝΑΙΟΙΤΑΣΑΣΠΙΔΟΣΔΙΑΚΑΤΙΟΙΣΤΑΤΗΡΕΣΑΙΓΙ
ΤΗΡΕΣΑΙΓΙΝΑΙΟΙΛΟΦΟΥΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΣΤΑΤΗΡΕΣΑΙΓΙΝΑΙΟΙΔΟΡΑΤ.....
ΣΑΙΓΙΝΑΙΟΙΚΑΙΤΑΠΟΡΝΑΜΑΤΑΚΑΙΑΣΤΕΦΑΝΑΧΡΥΣΕΑΕΟΝΤΩΝΠ......
ΕΝΕΣΤΩΤΟΥΒΟΟΣΤΙΜΑΤΟΥΗΡΩΟΣΕΚΑΤΟΝΣΤΑΤΗΡΕΣΑΙΓΙΝΑΙΟΙΤΑΣ.....
ΟΦΕΙΛΕΤΩΧΡΗΣΤΗΡΙΟΝΑΙΤΙΣΚΑΜΗΠΑΡΕΧΗΙΕΚΑΤΟΝΣΤΑΤΗΡΑΣΟΦΕ......
ΣΕΦΟΔΟΝΘΥΕΝΕΝΑΝΕΜΑΙΑΙΣΤΡΙΚΤΕΥΑΝΚΗΥΑΝΤΩΙΤΡΙΚΤΕΥΑΝΚΗΥΜ.......
ΙΟΣΤΟΝΝΑΟΝΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΤ°ΠΥΘΙ°ΚΑΙΤΑΝΑΥΛΑΝΚΑΙΤΟΝΤΑΣΑΡΤΑΜΙ
ΔΡΟΜΟΝΚΑΙΤΑΝΚΡΑΝΑΝΤΑΝΕΜΠΕΔΙΩΙΤΟΙΙΑΡΟΜΝΑΜΟΝΕΣΤΟΙΑΜΦΙΚΤΙΟΝ
ΣΤΑΝΕΦΑΚΕΙΣΘΩΝΠΡΟΠΥΘΙΩΝΟΤΙΝΟΣΚΑΔΕΩΝΤΑΙΑΙΚΑΜΗΤΟΙΙΑΡΟΜΝΑΜΟ
ΕΝΤΑΙΤΑΙΠΥΘΙΑΔΙΤΑΙΙΑΡΑΙΕΠΙΚΟΣΜΗΣΩΝΤΙΟΤΙΝΟΣΚΑΔΕΩΝΤΑΙΑΠΟ......
ΣΤΑΤΗΡΑΣΑΙΓΙΝΑΙΟΣΑΙΚΑΜΗΑΠΟΤΙΝΗΙΤΟΙΣΙΕΡΟΜΝΑΜΟΝΕΣΣΙΤΟ.....
ΑΡΟΥΑΠΟΛΙΣΕΞΑΣΚΕΙΟΙΑΡΟΜΝΑΜΩΝΕΝΤΕΚΑΑΠΟΤΕΙΣΗΙ:ΟΔΩΝΤΑ.......
ΑΣΓΕΦΥΡΑΣΕΦΑΚΕΙΣΘΑΙΑΜΦΙΚΤΙΟΝΑΣΚΑΤΤΑΝΑΥΤΟΕΚΑΣΤΟΝΚ
ΜΗΣΙΝΗΤΑΙΚΑΙΤΟΥΔΡΟΜΟΥΤΟΥΣΙΑΡΟΜΝΑΜΟΝΑΣΤΟΥΣΑΜΦΙΚΤΙ
ΕΗΤΑΙΚΑΙΖΑΜΙΟΥΝΤΩΝΤΟΙΙΑΡΟΜΝΑΜΟΝΕΣΚΗΠΙΤΟΙΣΠΟΤΑΜΟΙΣ
ΑΠΥΘΙΑΣ:ΕΝΙΑΥΤΙΑΑΙΕΡΟΜΗΝΙΑΑΠΥΘΙΑΣΙΣΑΠΑΝΤΕΣΣΙΕΚΤΑΣ........
ΠΥΘΙΑΔΑΓΟΝΤΩΝΤΟΥΒΟΥΚΑΤΙΟΥΜΗΝΟΣΤΟΥΕΝΔΕΛΦΟΙΣΤΟΣΔΕΠ.......
ΕΛΦΟΙΤΟΥΒΥΣΙΟΥΜΗΝΟΣΑΙΔΕΚΑΜΗΠΕ.ΠΩΝΤΙΑΠΟΤΕΙΣΑΝΤΩ........
ΠΟΤΤΟΝΘΕΟΝΚΑΙΤΑΠΑ ΑΔΙΔΟΝΤΩΝΤΟΙΣΔΕΛΦΟΙΣΑΙΔΕΚΑΜ........
.. ΔΕΩΝΤΑΙΤΑΝΕΚΕΧΗΡΙΑΝΕΙΛΕΣΘΩΝΤΟΥΙΑΡΟΥΙ....................
........ΕΚΕΧΗΡΙΑΝ:ΙΕΡΟΜΝΑ..................ΡΟ - - - - - - -

dedi; Köhl. Ο.Αο (vel κ) ΔΕΙΑΝ. Tum ΔΕΞΙΑΣΘΩ cum nota distinctionis dedi ex Köhl. (Clar. Müll. ΔΕΞΙΑΣΘΟΙ). In fine Clar. Π.....ΟΥΣΥ.....ΣΧ .Μ, Müll. Π^.ΔΟΥ..ΟΥ.ΣΧ.Μ, Köhl. Π..ΟΥ ΧΩΣυΠΙσχΟμ: quae composui. Vs. 12. Clar. post ΚΑΙΕ et ante ΠΟΛΛΑ lacunam habet, quam explevi ex Müllero, qui Υ..ΚΕΟΜΓΙΝΕΜΜ.., et Köhl. qui ΥΔΙΚΕΟΝγΙΝΕΜμαι. Vs. 13. Clar. ΟΡΚΙΞΕ··ΚΑΙΤΟΣΙΑ.....ΑΥΤΟΝΑΥΤΟΝ..ΝΟΝΙ, Müll. ΟΡΚΙΞΕΩΚΑΙΤΟΣΚΑΡΥΣΑΥΤΟΝΑΥΤΟΝΟΙΚΟΝΡΟΜ.., Köhl. ΟΡΚΙΞΕ.ΚΑΙΤΟΣΚΑΤΕΚΑΣΤΟΝΑΥΤΟΝ...... In his latere κάρυκας, etsi in nullo apographo intemeratum, primus me monuit Sanderus. Vs. 15. Clar. praefigit εκ; ibidem Müll. Köhl. Ο.ΚΟ etc., Köhl. ΕΙ.ΕΡ. Vs. 16. init. Clar. ΠΑ......ΑΝ, Köhl. ιαΞτΑΑΝ, Müll. ΠΑΞ..ΤΩΑΝ. Mox Clar. ΙΔΕΩΣΑΝΕΠΕΙ ..Α, Köhl. ΙΔΡΩΣΑΝεΠΕΙΙ.Α, Müll. ΙΑΡΩΣΑΝΕ

ΓΕΙΙ . A: tum Clar. ΓιΝΗΤΑΙ: ex reliquis I plenum dedi. Ultima ΤΙ ex solo Claraco. Vs. 17. init. Clar. στ, reliqui ΣΤ. Müll. ΕΚΑΣΤΟΝ, Clar. Εκα.ΣΤΟΝ, Köhl. Ι . . . . ΤΟΝ. Ultimum Ο ex solo Köhlero. Vs. 18. init. Clar. ΚΑΙΜ . . . . ΣΟΝΤΩΝ, Müll. ΚΑΙ . . . . ΣΟΝΤΩΝ, Köhl. πε . . ΣΟΝΤΩΝ: in fine Clar. ΓΕΡΙΙΕΓΗΝΗΝΗΜΙ, Müll. ΠΕΡΝΕΓΕΝΝΝΗΓΗ, Köhl. ΓΕΡΙΙΕΙυμμΜΗΓΕ, ex quibus quae convenire videntur cum cura delegi. Vs. 19. primum Ρ in lacuna omittit Köhl. idem Ο pro ultimo Θ: igitur dedi Ο. Vs. 20. Clar. ΕΙΔΕ etc. reliqui ΕΙΛΕ. Pro ΟΥ post lacunam Köhl. ΘΥ. In voce Ἀμφικτύονες ob Claraci et Mülleri consensum retinui Υ: Köhl. Ι. Vs. 21. init. Clar. Δ, Müll. Köhl. Λ. Vs. 22. male Clar. ΘΑΛΛΑ etc. Vs. 23. pro ΜΗΔΕΝΑ Müll. Μ . . ΕΝΑ, Köhl. ΜενaΝΑ. Vs. 24. init. Köhl. ΕΝΟΙκι. Vs. 25. init. Clar. ΑΡΟΜναμΟΝΕΣΤΑ ΜΙΟΝΤΟΝ, Köhl. ΑιΟΜΝ . . ΝΕΣΣΑΜΙΟΝΤΩΝ, Müll. ΑΡΟΜ . . . ΟΝΕΣΞΑΜΙΟΝΤΩΝ. In fine Müll. ΕΓ. Vs. 26. init. Clar. ΚΑΙ Α . . . . . ΜΟΝΤΩΝΓΟ ΝΟΣ, Köhl. ΚΑΤΑ . . . μοΝΤΩΝΓΟΙΤΟΣ, Müll. ΚΑΞΑΓ . . ΑΛΟΝΤΩΝΓΟΙΤΟΣ; sub finem Clar. ΔΩΤΙΣΑΔΩΤΙΣ, Müll. Köhl. ΛΩΤΙΣΑΛΩΤΙΣ. Vs. 27. init. Clar. ΑΙΓΙΝΑΙΩΝ, Müll. ΑΙΓΙΝΑ . . . , Köhl. ΑΙΓΙΝΑΙΟΙ: in fine Müll. ΣΤΑΤΗ, Köhl. ΣΤΑΤΗΡ, Clar. ΣΤΑΤΗρας, manifesto de coniectura. Vs. 28. post init. Clar. falso ΣΤΡΑΤΗΡΕΣ, item vs. 29. ΑΙΑΚΑΤΙΟΙ, et in fine de coniectura ναιο. Vs. 30. idem ΛΟΦΟΥΣ: sed ΛΟΦΟΥ Müll. Köhl. In fine Müll. ΔΡΑ, Clar. ΔΩΡΑ, Köhl. ΔΟΡΑΤ. Vs. 31. extr. Γ ex Köhl. (Müll. Τ, Clar. nihil). Vs. 32. init. Clar. ΕΝΕΣΤΩΙΤΟΥ, Müll. Köhl. ΕΝΕΣΤΩ . ΟΥ: igitur omisi Ι: in fine ΑΣ ex Köhl. addidi. Vs. 33. init. Müll. Köhl. ΟΦΕΙΛΕΤΩ ΧΡΗΣΤΗ, Clar. ΟΦΕΙΛΕΙΤΟΧΡΗΣΤΗ etc. deinde Clar. μη, mox χ, quae plena dedi ex reliquis: falso deinceps idem ΣΤΡΑ etc. In fine Ε solus Köhlerus; sed Clar. de coniectura ειλειτο. Vs. 34. Clar. ΤΡΙΚΤΕΥΑΝΚΕΥΑΝΤΩΙΤΡΙΚΤΕΙΑΝΚΗΥ, Müll. ΤΡΙΚΤΕΥΑΝΚΗΥΑΝΤΩΙΤΡΙΚΤΕΥΑΝΚΗΥ, Köhl. ΤΡΙΚΤει(vel Τη)ΑΝκηναν . ωιτ . . τε . υανκηνμ. Vs. 35. Clar. ΓΥΘΙΟΥ, Köhl. ΓΥΘΙΟ, Müll. ut dedi. In fine hic et vs. 37. ductus interrupti ex solo sunt Claraco. Vs. 36. ultima ΚΤΙΟΝ ex eodem solo. Vs. 37. Clar. αιΚΑ, pro quo Müll. ΑΙΚΑ, Köhl. ΑΙΑΚΑ. Vs. 38. ΔΙΤΑΙΙΑΡΑΙ Müll. Köhl. δικαιΑΡΑΙ Clar. Mox Clar. ΣΟΝΤΙ, Müll. quod dedi, Köhl. ΣωΝΤΙ. Vs. 39. ultimum Ο omittit Köhl. Vs. 41. pro ΘΑΙ Müll. et Köhl. ΟΔΙ. Vs. 42. init. Clar. ΣΥΝΗ, Müll. Σ . ΝΗ, Köhl. ΣΙΝΗ. In fine Clar. addit ονας. Vs. 43. Müll. Ξ, Clar. Köhl. Τ. Vs. 44. ex Müll. Köhl. interposui distinctionem ⁝. Vs. 45. Clar. ΒΟΥ ΛΑ etc. Köhl. ΒΟΥΝΑ, Müll. quod dedi. In fine Müll. Γ pro Γ. Vs. 46. solus Clar. ΔΕΛΦΟΙΣΤΟΥ, et dein ΑΔΕΚΑ, quae ex reliquis correxi. Dein Clar. ΓΕ ΓΑΝΤΙ, Müll. ΓΕ . ΓΩΝΤΙ, Köhl. ΙΙΕ . ΓΑΝΤΙ. Vs. 47. Köhl. ΓΟΤΤΟΝΟΓΟΝΚΑΤΤΑ ΓΛΥ . . ΑΔΙ etc. Müllerus ut Clar. nisi quod habet ΓΑ . . . ΛΔΙ etc. In fine Clar. ΑΙΔΕΚ, Köhl. ΑΙΔΕ ΚΑ, Müll. ΑΙΓΚΚ/Ν. Vs. 48. init. Müll. sine lacuna ΩΙΙΤΑΙΤΑΝΕ etc. Köhl. . . . ΩΝΤΑ . . ΑΕ: mox Clar. χ, reliqui Χ. In fine Clar. ΙΑΡΟμναμονος, Köhl. ΙΑΡΟΥ, Müll. quod dedi. Vs. 49. ΕΚ omittunt Müll. Köhl. interpunctionem dat solus Köhlerus: ΝΑ addidi ex solo Müllero, item ΡΟ. Nam Clar. solum Ο, Köhl. nihil habet. Haec est varia lectio integra. Vs. 15. Ζ haud dubie Ξ fuit, ut ceteris locis habes Ξ. In orthographia tituli mira reperitur inconstantia: vocalis ου modo ΟΥ scribitur, modo Ο, quemadmodum etiam in Atticis post Olymp. 100. titulis haec mixta deprehenduntur: praeterea modo ἱερομνάμων, modo ἱαρομνάμων comparet, aliquoties ἱαροῦ, item ἱάρωσαν, et tamen vs. 4. ἱεράν, vs. 44. ἱερομηνία. Quapropter etsi solet Ἀμφικτίων scribi in hoc titulo, uno loco ex duorum apographorum consensu retinui υ. Mire porro variatur in praepositione κατὰ exprimenda: vs. 11. videtur κατὰν esse (pro κατὰ τὰν), quod non prorsus improbandum (v. ad n. 11. §. 3.): nisi ibi prius τ periit in lacuna. Sic vs. 41. est καττάν. Vs. 17. est adeo καττὰ πέλεθρον ἕκαστον; lapicida videtur καττὸ voluisse, sed articuli oblitus dedit καττά. Etiam magis offendit ΚΑΤΑ vs. 10. ubi manifesto non aliud est nisi κατ' ἃ, prorsus Ionice in Dorico titulo. Pro ει quantum intelligo frequens est Ε in infinitivis ex usu antiquo: certe ἄγειν, θύειν etc. legendum videtur, non ἄγεν, θύεν etc. Nam reperitur etiam ΟΙ ΚΕΝ, quod certe οἰκεῖν est. Contra ει retinetur extra hanc terminationem, ut in εἶμεν, εἵλεσθαι: immo, quod in antiquioribus titulis rarum, εἴδιος, ἀποτεῖσαι scribitur. Pro ῇ habes ει vs. 40. Postremo negligenter quaedam videntur omissa esse, ut vs. 34. post articulum τῷ certe Ἀπόλλωνι periit vel simile; vs. 38. τᾷ videtur bis scriptum esse. Causam harum discrepantiarum ac negligentiae reddam infra. Sed quod maxime dolendum est in praestantissimo marmore, periit prope dimidia pars; quod cui ceteri versus non persuadebunt, intelliget certe e vs. 12. (coll. vs. 9.) ubi quadraginta fere et aliquot insuper litteras intercidisse patet: non tamen par in omnibus versibus numerus fuit, quod titulus non est στοιχηδὸν scriptus. Ceterum in dextram apposita erat alia tabula, quae intercidit: in eam transcurrebant versus. Vide P. II. Class. II. Introd. §. V. Nam quae superest tabula fere integra non capit supplementa necessaria. Supplementa quae tentavi ipsa, ubi probabili ratione, quid perisset, investigari potuit, habes in hoc exemplo minusculis expresso: ea magna ex parte, si non sensum sed vocabula spectes, incerta esse satis scio, nec monerem, nisi devitanda esset invidia: attamen ea habebunt hanc utilitatem, ut qualis titulus fuerit, possit a peritis perspici.

Πυθέου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἱπποθ[ω]ντίδος τρίτης [πρυτανευούσης - - - - - - - - - -
- κο - - - - - - - - - - - - - - - - - -
δικα[ξέω τ]ὰς δίκας ὡς καὶ δίκαιο[ν] κατὰ γνώμαν ε[ἶ]μεν γει.. Ἀμ[φικτιον....? - - - - - - -
γρά[ψαι?] κατὰ γνώμαν τὰν αὐτοῦ καὶ .. ἱερὰν ιατανδ.ανου - - - - - - - - -
ποκλ...ι τὰ καταδικασθέντα [ἐ]κπραξέω ἐν δύνασιν, καὶ με - - - - - - - - -
τοις.οντ. οὐδὲ τῶν χρημάτων τῶν Ἀμφικτιονικῶν ὑπὸ - - - - - - - - - -
Ἕ[λλ]ηνα? οὐδ' ἄλλῳ δώσ[ω] τῶν κοινῶν χρημάτων ....ετ - - - - - - - [ὀμνύω κατὰ
τ[οῦ] Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου καὶ τᾶς Λατοῦς καὶ τᾶς Ἀρτάμιτος, [καὶ εὐορκέοντι μέμ μοι περὶ ταῦτα γίνοιτο πάντα τὰ κα-
λὰ καὶ τἀγαθά· αἱ δ' ἐφιορκέ[οιμ]ι, τὰ κακὰ ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν. - - - - - - - - [τῶν γ-
εγραμμένων μὴ ἀπογράψειν ἄλλων, κατ' ἃ τοὶ ἱερομνάμονες κε[λεύσοντι? - - - - - - -
κατὰν ἀξίαν, μηδὲ δῶρα δεξιάσθαι, μηδὲ πο.δουχυς ὑπιτχομ[εν..? - - ὀμνύω κατὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου καὶ τᾶς Λα-
τοῦ[ς] καὶ τᾶς Ἀρτάμιτος, καὶ εὐ[ορ]κέον[τ]ι [μ]έμ μ[ο]ι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ [γίνοιτο, αἱ δ' ἐφιορκέοιμι, τὰ κακὰ ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν. τοὺς δὲ
ἱερομνάμονας ὁρκιξέω καὶ τοὺς κάρυκας τὸν αὐτὸν ὅ[ρ]κον.ο. - - - - - - - - -
τὸν φόρον καὶ τὰ ἱερήϊα ἀθρόα συναγόντων, τοὺς ὄνους, τὸν δοκιμα - - - - - - - - [τὰν ἑκ-
ατόμβαν ὅ[ρ]κον ὀμόσας; [ἅ]περ τοὶ ἱερομνάμονες, δοκιμαζέτω. π[εριϊόντων δὲ καὶ τοὶ ἱερομνάμονες τοὺς ὅρους τᾶς
γ]ᾶ[ς], τὰν Ἀμφικτίονες ἱάρωσαν, ἐπεὶ [κ]α ἁ πέροδος γίνηται. ἀποτι[νέτω δὲ ὅτις κα ληφθῇ ἐπιεργαζόμενος ....
στατῆρας Αἰγιναίους κατ τ[ὸ] πέλεθρον ἕκαστον. τοὶ δὲ ἱερομνάμο[νες ἐγγραφόντων τὸν ἐπιεργαζόμενον καὶ τὰν ζαμίαν?
καὶ π[ρασ]σόντων τὸν ἐπιεργα[ζ]όμενον. αἱ δὲ μὴ περιΐειεν ἢ μὴ π[ράσσοιεν, ἀποτινόντων ἑκάστας τᾶς μνᾶς? ἃς μὴ ἔπραξαν
μηδὲ ...ρασσαν, τριάκοντα στατῆρας. αἱ δέ κα μὴ ἀποτίνη ὁ [ἐπιεργαζόμενος τὰν ἱαρὰν γᾶν, ἁ πόλις, ἐξ ἇς κα ᾖ,
εἰλέσ[θω τ]οῦ ἱαροῦ, καὶ στρατευόντων ἐπ' αὐτοὺς Ἀμφικτύονες. - - - - - - - - -
λωντ. [ἐπὶ?] τᾶς ἱερᾶς γᾶς κόπρον μὴ ἄγειν μηδεμίαν. οἰκήσιος ἐπι - - - - - - - - -
εν ἰδία[ς] ἐπὶ θαλάσσα, τὰς δὲ παστάδας κοινὰς εἶμεν πάντεσσι - - - - - - - - [μι-
σ[θ]ὸν? μηδένα φέρειν μηδενί. μηδ' ἐνοικεῖν τὸν αὐτὸν πλέον τριάκ[οντα ποδῶν? ἀπὸ - - - - πέρα δὲ μηδένα?
ἐνοικεῖ[ν?]. μηδεμίαν μηδὲ μύλαν ἐνεῖμεν μηδὲ ὅλμον. αἱ δέ τις [ἐνοικέοι, ἢ ἔχοι ἐν τᾷ ἱαρᾷ γᾷ μύλαν ἢ ὅλμον? τοὶ ἱ-
αρομνάμονες ζαμιούντων ὅτινί κα δικαίῳ σφιν δοκῇ εἶμεν ἐπ[ιζαμίῳ. - - - - - - - -
κατα[βαλ]λόντων πο[τ]τοὺς ἱαρομνάμονας. Δῶτις. ἁ δῶτις τᾶς Ἀμφ[ικτιονικᾶς πομπᾶς ἅδε ἔστω? - - στατῆρες
Αἰγιναῖοι· τὸ δ' ἀμπέχονον πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν στατῆρ[ες Αἰγιναῖοι. τῶν δὲ ἐπὶ τὸ ἀμπέχονον - - - πορπαμά-
των ἑκατὸν στατῆρες Αἰγιναῖοι. τᾶς στεφάνας ἑκατὸν στατ[ῆρες Αἰγιναῖοι. - - - - - - - -
δέκα στατῆρες Αἰγιναῖοι. τᾶς ἀσπίδος διακάτιοι στατῆρες Αἰγι[ναῖοι. - - - - - - - στα-
τῆρες Αἰγιναῖοι. λόφου πεντεκαίδεκα στατῆρες Αἰγιναῖοι. δόρατ[ος - - - - - - - - στατῆρε-
ς Αἰγιναῖοι. καὶ τὰ πορ[π]άματα καὶ ἁ στεφάνα χρύσεα ἐόντων. π[λέον δὲ τῶν ἐνταῦθα γεγραμμένων μὴ δόμεν μηδενὶ?
ἐνέστω. τοῦ βοὸς τιμὰ τοῦ ἥρωος ἑκατὸν στατῆρες Αἰγιναῖοι. τας - - - - - - [στατῆρας Αἰγιναίους
ὀφειλέτω. χρηστήριον αἴ τίς κα μὴ παρέχῃ, ἑκατὸν στατῆρας ὀφε[ιλέτω. - - - - - - - -
ς ἔφοδον θύειν ἐν Ἀνεμαίαις τρικτεύαν κηῦαν τῷ [Ἀπόλλωνι]? τρικτεύαν κηῦ[αν - - - - - - - -
ιος. τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου καὶ τὰν αὐλὰν καὶ τὸν τᾶς Ἀρτάμι[τος ναὸν? - - - - - καὶ τὸν
δρόμον καὶ τὰν κράναν τὰν ἐμ πεδίῳ τοὶ ἱαρομνάμονες τοὶ Ἀμφικτιόν[ων - - - - - - κατὰ πέροδον? ἑκά-
σταν ἐφακείσθων πρὸ Πυθίων, ὅτινός κα δέωνται. αἴ κα μὴ τοὶ ἱαρομνάμο[νες τοὶ ἐκ τῶν πολίων - - - - -
ἐν τᾷ Πυθιάδι τᾷ ἱαρᾷ ἐπικοσμήσωντι ὅτινός κα δέωνται, ἀπο[τεισάτω ὁ ἱαρομνάμων ὁ μὴ ἐπικοσμήσας - - - -
στατῆρας Αἰγιναίους. αἴ κα μὴ ἀποτίνη τοῖς ἱερομναμόνεσσι το[ῖς Ἀμφικτιόνων ὁ ἱαρομνάμων ὁ ὀφείλων, εἰλέσθω τοῦ ἱ-
αροῦ ἁ πόλις ἐξ ἇς κ' ᾖ ὁ ἱαρομνάμων, ἔντέ κα ἀποτείσῃ. ὁδῶν τὰ[ς ἐπὶ Δελφοὺς ἀγούσας? - - - - - καὶ τ-
ὰς γεφύρας ἐφακεῖσθαι Ἀμφικτίονας καττὰν αὑτοῦ ἕκαστον [χώραν? - - - - - - - - -
μὴ σίνηται. καὶ τοῦ δρόμου τοὺς ἱαρομνάμονας τοὺς Ἀμφικτι[όνων ἐπιμελεῖσθαι? - - - - - - - δ-
έηται, καὶ ζαμιούντων τοὶ ἱαρομνάμονες. κἠπὶ τοῖς ποταμοῖς - - - - - - - - - -
ἁ Πυθιάς. ἐνιαυτία ἁ ἱερομηνία ἁ Πυθιὰς ἴσα πάντεσσι ἐκ τᾶς [ξάτρας? - - - - - - - - -
Πύθια δ' ἀγόντων τοῦ Βουκατίου μηνὸς τοῦ ἐν Δελφοῖς. τοὺς δὲ Π[υθαϊστὰς? - - - - - - Δ-
ελφοὶ τοῦ Βυσίου μηνός. αἱ δέ κα μὴ πέ[μ]πωντι, ἀποτεισάντω[ν - - στατῆρας Αἰγιναίους. - - - -
ποττὸν θεόν, καὶ τὰ πάντα διδόντων τοῖς Δελφοῖς. αἱ δέ κα μ[ὴ] διδῶντι, ἀποτεισάντων - - στατῆρας. αἴ τινές
κα [βι]ῶνται? τὰν ἐκεχηρίαν, εἰλέσθων τοῦ ἱαροῦ. ι - - - - - - - - - - -
.... τὰν] ἐκεχηρίαν. ἱερομνα[μον] - - - ρο . . - - - - -

Continetur hoc titulo *lex Amphictyonum* in suo genere unica, de Delphicarum maxime rerum administratione; quod Müllerus meus (Dor. T. II. p. 532.) pactum de Delphico delubro dixit: neque hoc dissidium magnum est, propterea quod quas leges decernunt Amphictyones, eae sunt pacti loco, quo socii teneantur. Nec tamen Delphis posita haec, quam Fauvelius ex Aegina misit, tabula erat: nec magis videtur in Aegina posita fuisse. Nam initio archon Atticus scriptus est, isque primo loco, quod tum (Olymp. 100, 1.) Aeginae fieri non poterat, Aeginetis liberis et Atticae reipublicae infensis: neque Amphictyones Delphis Atticum potuerunt archontem praescribere, ne florentibus quidem Atheniensibus, nedum fractis; quod si qua olim Athenienses de Delphico constituerunt templo (cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 146. adde Plutarch. Pericl. 21.), ea sunt ex genere plane diverso. Potius Amphictyones actis suis ea aetate sacerdotem suum eponymum praescripserunt. Ne multa, postquam Amphictyonum concilium hanc tulit legem, est ea in singulorum Amphictyonum terris publice promulgata: Fauvelianum autem exemplum sive ab ipso Fauvelio, sive casu inter saburram nauticam, in Aeginam delatum, olim in Attica erat collocatum; unde simul tot lapicidae, utpote Attici nec Dorismo assueti, inconstantiae et errores explicandi sunt: igitur ut Atheniensibus constaret quando lata lex esset, ea, quae vides, praescripta Attica sunt praemissa, fere ut Demosthenes de cor. p. 279. decretis Amphictyonicis recitatis tempus rerum gestarum postea ex archonte Attico et mense designat: λέγε δὴ καὶ τοὺς χρόνους, ἐν οἷς ταῦτ' ἐγίγνετο· εἰσὶ γὰρ καθ' οὓς ἐπυλαγόρησεν οὗτος. λέγε. Χρόνοι. Ἄρχων Μνησιθείδης, μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος ἕκτη ἐπὶ δεκάτῃ: ubi tamen nota non ut hic decreti scripti diem designari, sed electi Pylagorae, et ex hoc rerum gestarum. Archon Atticus est *Pytheas*, Olymp. 100, 1.

prytania tertia, Hippothontidis; dedi autem Ἱπποθ[ω]ντίδος, formam olim usitatiorem: solum Köhleri apographum possit eo deducere, ut οω inferatur. Pro πρυτανευούσης potest etiam πρυτανείας suppleri. Quodsi prytaniae priores ut Olymp. 92, 3. habuerunt dies 35 (vide ad n. 147. pryt. VIII.), tertia prytania illo anno secundum Metonis canonem ab Idelero descriptum pertinet a d. XII. Boedromionis ad d. XVI. Pyanepsionis, ac proinde auctumni tempestatem refert. Itaque decretum tenemus Πυλαίας ὀπωρινῆς, quam in Boedromionem incidere omnino consentaneum est, licet potuerit iam incipi Metagitnione mense, quo fere incipit ὀπώρα. Vide de ea Tittmann. Amphict. p. 80 sqq. Haec vero Pylaea vulgo putatur Pylis habita esse, et verna Delphis: sed probabilius est Delphis decretum esse de his rebus, quae non potuerunt nisi Delphis in locorum ipsorum, de quibus agitur, conspectu recte decerni. Nec tamen ideo Delphica dialectus hinc iudicari potest, propterea quod lex est non Delphica, sed Amphictyonum: Demosthenis florentis aetate communi iam sermone utuntur Amphictyones, item n. 1689. 1689. *b.* Ceterum post Atticum archontem coniicias exarata decretorum Amphictyonicorum solita praescripta esse: Ἐπὶ ἱερέως τοῦ δεῖνα, ὀπωρινῆς Πυλαίας, ἔδοξε τοῖς Πυλαγόραις καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων (Dem. de cor. p. 278. 279.), sed opinor breviora; uberiora praescripta sunt n. 1689. 1689. *b.* Vs. 2. possit κο ex κοινῷ superesse: sed talia sciri nequeunt. Ceterum illum in his praescriptis ἱερέα nec Delphicum sacerdotem esse arbitror neque hieromnemonem Delphorum (utrumque coniungit Letronnius in praestantissima de Mnemonibus, Promnemonibus et Hieromnemonibus commentatione Act. Ac. Inscr. T. VI. 1822.), sed eponymum Amphictyonum ab ipsis creatum, ut supra docui Pamboeotos suum habuisse peculiarem archontem eponymum. Causas huius iudicii nunc de industria omitto; illud tamen patet *praesidem* concilii hieromnemonem non esse hunc ἱερέα, sed *eponymum*, qui accurate distinguendi sunt: quamquam hunc ἱερέα, sicut praesidem illum, esse ex hieromnemonibus lectum verisimile est. Cf. etiam ad n. 1694. Postea Amphictyones annos secundum Delphicos archontes designarunt (n. 1689. *b.* 1694.). Decretum ipsum varia complectitur, quae quomodo connexa fuerint, in tanta iactura non potest satis perspici: sed commode id in quattuor possumus partes dispescere; *prima* continet potissimum iuraiuranda vs. 3-13. *altera* officia quaedam magistratuum, et alia et de custodienda terra sacra, vs. 14-26. *tertia* summas certis rebus constitutas vs. 26-32. *quarta* leges et officia magistratuum maxime de festis Pythiis: quamquam quomodo haec pars a secunda diversa sit, non plane intelligimus. Nunc accedo ad singulas.

§. 1. vs. 3-13. Formam δικαξέω non ignotam dedi, ut postea est ἐκπραξέω, ὁρκιξέω. Finis versus 3. inde ab εἶμεγ est obscurus: sed iusiurandum, quo se qui iurat obstringit, iuste sese iudicaturum, continetur manifesto. De causis apud Amphictyones iudicatis cf. Tittmann. Amphict. p. 130 sqq. Vs. 4. αὐτοῦ videtur noto usu esse p. ἐμαυτοῦ, ut in iureiurando heliastico statim afferendo. In fine coniecerim καὶ τὰν ἱερὰν ῥάτραν, etsi spatia litteris inserendis angusta sunt. Vs. 5. ἐκπραξέω τὰ καταδικασθέντα ἐν δύνασιν patet: ἐν δύνασιν (ἐν p. ἐς, ut ἔντε vs. 40.) est εἰς δύναμιν, *pro viribus,* quae haud rara locutio, p. κατὰ δύναμιν. Vs. 6. nota Ἀμφικτιονικῶν littera ι, ut posthac constanter, excepto fortasse vs. 20. ubi υ duorum apographorum causa retinui. Atticos eadem aetate usurpasse υ, docent tituli n. 158. 159. neque aliter n. 1058. 1124. 1689. 1689. *b.* 1712. 1713. 1718. 1738. etc. ι tamen etiam in nummis aliquot Amphictyonicis reperitur, inter alios in elegantissimo nummo ap. Bröndsted. Itin. lib. I. tab. I. Etymi ratione ι verum est; sed usu invaluit, ut plurimi uterentur littera υ in nomine foederis, quasi a quodam Amphictyone repetitum esset: cf. nott. critt. ad Pind. Nem. VI, 40. Vs. 8. 9. habes iam formulam, qua terminatur iusiurandum, quae redit fere vs. 12. Utroque loco comparato patet fere ita scribendum esse: [ὀμνύω κατὰ] τ[οῦ] Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου καὶ τᾶς Λατοῦς καὶ τᾶς Ἀρτάμιτος, [καὶ εὐορκέοντι μέμ μοι περὶ ταῦτα γίνοιτο πάντα τὰ κα]λὰ καὶ τἀγαθά· αἱ δ' ἐφιορκέ[οιμι], τὰ κακὰ ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν. Verba περὶ ταῦτα spatii causa hoc loco inserui: praeterea quod vs. 9. est τἀγαθά, non dedi πολ]λὰ καὶ sed πάντα τὰ κα]λὰ καί: quamquam pro his non pugno. Post Ἀρτάμιτος exspectes καὶ Ἀθηνᾶς Προνοίας (Aeschin. c. Ctesiph. p. 499. 502. 512.) sed hanc excludit vs. 12. Tum pro εὐορκέοντι vs. 12. legitur εὐδικέοντι; sed ΔΙ esse incertum, docet varietas lectionis: res postulat εὐορκέοντι, et addicunt exempla statim afferenda atque oppositum priore loco ἐφιορκέοιμι. Γίνοιτο, non γένοιτο scripsi ex foedere Cretensi. Ἐφιορκεμιοι corruptum est: pro μιοι scribendum οιμι, sive lapicida peccavit, sive falso legerunt docti: optativum et res postulat et exempla, quae proferam. Ἐφιορκεῖν in foedere Smyrnaeorum et Magnetum redit bis: in altero Cretensi est ἐφορκεῖν: damnat priorem scripturam Phrynichus v. ἐφίορκους; Hesychius habet ἐφιορκήσαντες, ψευσάμενοι. Nunc formulas aliquot, quibus finiuntur iuraiuranda, addo ex monumentis. Foedus Smyrnaeorum et Magnetum bis, vs. 69. 78. εὐορκοῦντι μέμ μοι εὖ εἴη, ἐφιορκοῦντι δὲ ἐξώλεια καὶ αὐτῷ καὶ γένει τῷ ἐξ ἐμοῦ. Foedus Cretense: ὅρκος. ὀμνύω τὰν Ἑστίαν etc. αἰ δέ τι ἐπιορκήσαιμι τῶν ὤμοσα ἢ τῶν συνεθέμαν, τούς τε θεοὺς τοὺς ὤμοσα ἐμμάνιας ἦμεν, καὶ ἐξόλλυσθαι κακίστῳ ὀλέθρῳ etc. εὐορκοῦσι δὲ ἁμῖν τούς τε θεοὺς ἵλεως ἦμεν καὶ γίνεσθαι πάντα ἀγαθά. Aliud iusiurandum Cretense sic finitur: Εὐορκέοντι μὲν ἦμεν πολλὰ καὶ ἀγαθά, ἐφορκέοντι δὲ τὰ ἐναντία. Iusiurandum Heliastarum ap. Dem. c. Timocr. p. 747. ἐπόμνυμι Δία, Ποσειδῶ, Δήμητρα, καὶ ἐπαρῶμαι ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνοιμι, εὐορκοῦντι δὲ πολλὰ κἀγαθὰ εἶναι. Quae vs. 10. sequuntur, etsi valde obscura sunt, tamen κατ' ἃ (καθ' ἃ) τοὶ ἱερομνάμονες κε[λεύσοντι vel simile, apertum est, et vs. 11. κατὰν vel καττὰν ἀξίαν: tum agitur de eo,

ne quis dona accipiat, μηδὲ δῶρα δεξάσθω, pro quo δεξιάσθω scriptum est; et adiicitur confirmatio iurisiurandi, de qua antea dixi. Postremo cui hoc secundum iusiurandum praeitur, is promittit, sese etiam hieromnemones et praecones obligaturum, *eadem formula*, τὸν αὐτὸν ὅρκον: quod ad sola referri verba ὀμνύω etc. res ipsa docet. At cui utrumque iusiurandum scriptum est? Secundo quidem qui obstringitur, is verba praeit ipsis hieromnemonibus, qui illi etiam in his, κατ' ἃ τοὶ ἱερομνάμονες κε - - videntur opponi: fortasse igitur de Pylagoris hic agitur; nam de praeside concilii vix haec ceperim, quem ipsum hieromnemonem fuisse post Valesium notavit Letronnius. Prius vero iusiurandum scribitur magistratibus, qui et iudices sunt et de pecuniis Amphictyonicis decernunt; iisdem vs. 5. exactio multarum tribuitur: quod secundum §§. 2. 4. est hieromnemonum. Igitur priore formula obstrictos hieromnemones esse non dubito. Ceterum Pylagorarum nusquam postea mentio fit.

§. 2. vs. 14-26. Magistratus certi, fortasse ipsi hieromnemones, τὸν φόρον καὶ τὰ ἱερήϊα ἀθρόα συναγόντων: φόρος videtur partim vectigalia servorum templi (cf. Müller. Dor. T.I. p.254.), maxime qui agrum colunt, *quem quidem coli fas sit*, partim tributa civitatum complecti. Deinceps est τοὺς ὄνους et τὸν δόκιμα - - -, hoc est aliquid e voce δοκιμάζειν. Nam victimas probatas esse etiam impensiore cura quam equos militares constat. De asinis non est quod dubites: non Graeci Hyperboreos fecissent Apollini asinorum hecatomben offerentes, nisi in Graecia quoque asini mactati Apollini essent. Certe τόσον ὃς scribi nequit. Proxima perspici non possunt: sed dictum erat de eadem qua supra δοκιμασίᾳ ab aliquo instituenda. Ὄ[ρ]κον, ut vs. 14. feci, ita hic quoque scribendum esse vidit Sanderus. Tum εἴπερ vix ferri potest. Ad vs. 16 sqq. haec praemoneo. De Cirrhaea agitur terra, quam devictis Cirrhaeis Olymp. 47, 3. consecrarant Amphictyones, qua de re pervulgata omissis Thessali, Strabonis, Pausaniae, aliorum locis pauca ad rem nostram pertinentia delibabo ex Aeschine c. Ctesiph. p. 497 sqq. Quippe hic docet eum agrum dedicatum esse ἐπὶ πάσῃ ἀεργίᾳ, καὶ ταύτην τὴν χώραν μήτ' αὐτοὺς ἐργάζεσθαι μήτ' ἄλλον ἐᾶν: et paulo post, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν καθιέρωσαν κατὰ τὴν μαντείαν, καὶ ἐπὶ τούτοις ὅρκον ὤμοσαν ἰσχυρὸν μήτε αὐτοὶ τὴν ἱερὰν γῆν ἐργάσεσθαι μήτ' ἄλλῳ ἐπιτρέψειν, ἀλλὰ βοηθήσειν τῷ θεῷ καὶ τῇ γῇ τῇ ἱερᾷ etc. At Aeschinea aetate colebant hanc terram Locri Amphissenses (ἐπειργάζοντο Aeschin. p. 504.), habebantque in ea figlinas et stabula (κεραμεῖα καὶ αὔλια p. 510.), portuque utebantur diris devoto: quapropter archonte Theophrasto Olymp. 110, 1. adversus illos Amphictyones excitavit Aeschines, et decreverunt hieromnemones περιελθεῖν τὴν χώραν, ut ait Demosthenes de cor. p. 277. vel ut in decreto Amphictyonico p. 278. dicitur, ἐπελθεῖν τοὺς Πυλαγόρας καὶ τοὺς συνέδρους καὶ στήλαις διαλαβεῖν τοὺς ὅρους. Ubi nota dictionem περιελθεῖν, qua iterum postea utitur Demosthenes: περιϊόντων τοίνυν τὴν χώραν τῶν Ἀμφικτυόνων. Resistentibus vero Locris bellum adversus illos Amphictyonicum decretum est et post primam expeditionem multa imposita (Aesch. p. 519.): quam quum non solverent, Philippo Macedoni mandatum bellum Amphictyonicum est. Ecce vero in titulo nostro ipsam tenemus Amphictyonum legem, ex qua fere illae res gestae sunt; cuius quidem verba non omnia certa sunt, sed vis et sententia: πε[ριϊόντων δὲ καὶ τοὶ ἱερομνάμονες τοὺς ὅρους τᾶς γ]ᾶ[ς], τὰν Ἀμφικτίονες ἱάρωσαν, ἐπεί [κ]α ἁ πέροδος γίνηται. ἀποτι[νέτω δὲ ὅτις κα ληφθῇ ἐπιεργαζόμενος ....] στατῆρας Αἰγιναίους κατ τ[ὸ] πέλεθρον ἕκαστον. τοὶ δὲ ἱερομνάμο[νες ἐγγραφόντων τὸν ἐπιεργαζόμενον καὶ τὰν ζαμίαν], καὶ π[ρασ]σόντων τὸν ἐπιεργα[ζ]όμενον. αἰ δὲ μὴ περιΐειεν ἢ μὴ π[ράσσοιεν, ἀποτινόντων ἑκάστας τᾶς μνᾶς? ἃς μὴ ἔπραξαν] μηδὲ ... ρασσαν, τριάκοντα στατῆρας. αἰ δέ κα μὴ ἀποτίνῃ ὁ [ἐπιεργαζόμενος τὰν ἱαρὰν γᾶν, ἁ πόλις, ἐξ ἇς κα ᾖ], εἰλέσ[θω τ]οῦ ἱαροῦ, καὶ στρατευόντων ἐπ' αὐτοὺς Ἀμφικτύονες. De circuitione dici, ipsa quae supersunt verba docent: γᾶς τὰν incertum est, et ex reliqua tituli dialecto exspectes ἄν, quamquam variatur in talibus: TAAN videtur lapicidae error esse, ut insunt plures (vide supra). Possis etiam χώρας: sed vs. 21. est γᾶς. De Cirrhaeo agro dici nemo est quin intelligat; hunc Ἀμφικτίονες ἱάρωσαν, hoc est *concilium foederatorum* sive *foederati ipsi*, non certi quidam magistratus. Circuitio imperatur ἐπεί κα (ἐπὰν) ἁ πέροδος γίνηται; intelligitur opinor *periodus Pythica*, *penteteris*: nam singulae quoque penteterides, non solum omnes quattuor magnae penteterides coniunctae, sunt περίοδοι. Certe circuitio terrae ἁ πέροδος non videtur esse; neque obest, quod circuitio, de qua Demosthenes dicit, Olymp. 110, 1., non tempore Pythiorum facta est: quippe illa fuit extraordinaria. Si tamen περίοδον malis de circuitione terrae sacrae intelligi, quoniam post ἐπεὶ in exigua lacuna vix potest δὲ inseri, erit asyndeton statuendum, ut §. 4. et puncto ante ἐπεὶ posito legendum: ἐπεί κα ἁ πέροδος γίνηται, ἀποτινέτω ὅτις κα etc. Πέροδος exstat ap. Pind. Nem. XI, 40. adde nott. ad n. 1064. Multae et pretia in hoc titulo stateribus Aeginaeis designantur, qui passim memorantur in inscriptionibus et apud auctores: cf. Müller. Aegin. p. 89 sqq. nulla vero moneta in communibus rebus Graeci magis usi sunt quam Aeginetica et antiquissima et optima. Stateres hic intellige argenteos: vulgo vero stater argenteus est tetradrachmum (Oec. civ. Ath. T. I. p. 16.); et Aeginetica drachma aequiparatur obolis Atticis decem: igitur si stater Aeginaeus tetradrachmum et ipse fuit, erunt oboli Attici quadraginta. Triginta vero stateres Aeginaei erunt drachmae Aeginaeae viginti et centum, Atticae ducentae. Vs. 17. quae supplevi, valde incerta sunt: ἐγγραφὴν tamen aptam hoc loco esse veterum institutorum periti non dubitabunt: cf. nos Oec. civ. Ath. T.I. p. 417 sqq. Certius fortasse constaret, si vs. 19. vox ... PAΣΣAN expleta esset. Sequentium verborum restitutio ex iis, quae supersunt, assumpto vs. 40. satis aperta est, etsi quae supersunt ipsa emen-

datorem desiderabant. Et vs. 18. quidem haud cunctanter dedi π[ρασ]σόντων, quod solum commodum est, ut supra vs. 5. ἐκπραξέω. Tum futurum ἐπιεργασόμενον vel ideo falsum est, quod ex tituli dialecto dicendum erat ἐπιεργαξεόμενον. Ἐπεργάζεσθαι de Locris Amphissensibus huius ipsius delicti, de quo hic agitur, reis attuli supra ex Aeschine: sed nota scripturam ἐπιεργ. ex prisco ἐπιϝεργ. reliquam. Περιΐειεν prodit ex collatione variarum lectionum: at περιΐοιεν exspectabunt grammatici. Sed E omnia apographa habent. Et sic δεδιείη dedit Bekkerus ap. Plat. Phaedr. p. 251. A. cui reluctatur Buttmannus Gr. Gr. ampl. T. II. p. 103. Quantopere in verbo εἶμι flectendo variatum sit, docent etiam epicae formae non prorsus dissimiles εἴη (ἴοι) et κατεῖεν, de quibus vide Buttmann. l. c. T. I. p. 563. Vs. 19. μηδὲ ...ρασσαν vel μηδ᾽ ε...ρασσαν mihi quidem prorsus obscurum est: verbum tamen in eo latere haud dubium iudico. Qui vero multam non solverit ob agrum cultum debitam, eius civitas iam arcetor a sacris Delphicis; ad restitutionem cf. vs. 39. 40. et inde maxime haec: εἰλέσθω τοῦ ἱ]αροῦ ἁ πόλις ἐξ ἇς κ᾽ ᾖ. Formula εἰλέσθω τοῦ ἱαροῦ certa fit collatis vs. 20. 40. 48. De voce εἴλω s. ἴλλω, unde Attici iuris ἐξούλη, eximie egit Buttmannus Lexil. T. II. p. 141 sqq. (cf. ad Mid. p. 172.) et potissimum p. 153. ubi ἰλλομένην notavit a Simplicio exponi κωλυομένην, et ex Hesychio attulit εἰλλόμενον, εἰργόμενον, ex Athenaeo VII, p. 308. C. ἴλλεσθαι, εἴργεσθαι. In nostro decreto εἰλέσθω τοῦ ἱαροῦ primum vs. 20. civitas eius, qui culta sacra terra multam non solverit, vs. 40. civitas, cuius hieromnemon debitum non solverit, vs. 48. qui indutias violarint. Sic praeco Delphis ap. Aesch. c. Ctesiph. p. 514. pronunciavit τοὺς ἱερομνήμονας καὶ Πυλαγόρας ἥκειν εἰς τὸν αὐτὸν τόπον βοηθήσοντας τῷ θεῷ καὶ τῇ γῇ τῇ ἱερᾷ· ἥτις δ᾽ ἂν μὴ παρῇ πόλις, εἴρξεται τοῦ ἱεροῦ. Ob indutias violatas nec solutam multam ideo debitam Λακεδαιμόνιοι τοῦ ἱεροῦ ὑπὸ Ἠλείων εἴρχθησαν ὥστε μὴ θύειν μηδ᾽ ἀγωνίζεσθαι, ut ait Thucyd. V, 49. qui eadem formula εἴργοντο τοῦ ἱεροῦ utitur ibid. 50. Non idem est sed simile τὸ ἀπείργεσθαι τῆς Ἀμφικτυονίας (Plutarch. Themist. 20.). Itaque quod vulgo est εἴργεσθαι τοῦ ἱεροῦ, Dorice est εἴλεσθαι τοῦ ἱαροῦ. Sequitur in titulo nostro alia lex, ne fimus inferatur sacrae terrae; credo quo vicini utantur agris suis stercorandis. Cf. n. 1119. μηδὲ κόπρον ἐσάγειν. Tum dicitur de aedificiis: ad mare videntur οἰκήσεις vel οἰκίαι ἴδιαι concedi, unde vs. 22. εἰδίας ἐπὶ θαλάσσᾳ; his opponuntur stoae, quae omnibus sint communes. Εἰδίας, ut ἀποτεῖσαι; nisi malis ϝιδίας, ut in tabulis Heracleensibus. Ceterum terra sacra usque ad mare porrigebatur: Pausan. X, 37, 5. ἔπεισεν οὖν ὁ Σόλων καθιερῶσαι τῷ θεῷ τὴν Κιῤῥαίαν, ἵνα δὴ τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος γένηται γείτων ἡ θάλασσα. Cf. Polyaen. Stratag. III, 5. Aesch. c. Ctesiph. p. 503. Ibidem est portus diris devotus. Vs. 23. videtur definiri, ne quis antea nominatus propius quam certa mensura a certo loco habitet in sacra terra; dein ne pistrinum insit neque ὅλμος, in quo quid teritur. Similiter n. 1119. ergastula excluduntur e sacra terra; de figlinis in solo Cirrhaeo conquerentem Aeschinem supra vidimus. Vs. 26. verba καταβαλλόντων etc. fortasse de iis dicta sunt, qui multam ipsis irrogatam debeant apud hieromnemones solvere (καταβάλλειν).

§. 3. vs. 26-32. Lectio ΛΩΤΙΣ quum nulla ratione explicari queat, praetuli δῶτις: quae vox primum indicis loco videtur praemissa esse, ut in foedere Cretensi ad §. 1. allato vox ὅρκος, et similia passim; deinde dictum fuerit: ἁ δῶτις ἅδε ἔστω vel simile. Quae vero deinceps pretia constituta sunt, non possunt rerum venalium in foro Delphico (de quo Müller. Dor. T. II. p. 399.) haberi; potius quod auctor catalogi Choiseuliani significat, mihi quoque placet, ut certae definitae summae sint, ex pecuniis Amphictyonicis (§. 1.) in ornatum pompae impendendae, quo ducit etiam bovis pretium vs. 32. Hae impensae dicuntur δῶτις (δόσις, de forma cf. δώτωρ, ἄμπωτις). Sed quis gestaverit illum ornatum, ignoramus: hoc tamen mihi apertum est de uno tantum sive homine sive simulacro ornando dici: et de simulacro potissimum, eoque colosseo cogitaverim. Summae pro iis rebus constitutae sunt solito multo maiores. Nam τῷ ἀμπεχόνῳ, certi generis pallio, de quo vide lexica, stateres Aeginaei definiuntur 150, minae ut videtur Atticae decem, fere 230 imperiales: vulgo pallium Athenis constabat drachmis Atticis 16 vel 20, purpura tribus minis Atticis (Oec. civ. Ath. T. I. p. 116.). Mox e vs. 31. discimus iam in prioribus esse de πορπήμασι dictum, plurali numero: itaque non potest περονατρὶς, *vestis*, intelligi, quod singularis desideraretur, sed intelligendae sunt *fibulae*, quibus munitur pallium. Haec πορπήματα igitur statim post ἀμπέχονον inserui, et ex genitivo πορπαμά]των vs. 28. superest ΤΩΝ: nam ex nominativo in genitivum transitum esse docent sequentia. Πορπήματα debere aurea esse diserte dictum est; iis constituuntur stateres Aeginaei centum, drachmae Atticae 666⅔, quae fere quinquaginta drachmis auri parandis sufficiunt. Ingens haec quoque summa est; sed fortasse fibulae coniunctae aurea catena grandiore fuerunt. Sequitur στεφάνη item aurea et pretii eiusdem, hoc est corona ex lamina aurea (cf. ad n. 150. p. 235.), vulgo προκόσμημα γυναικεῖον, sed hoc loco virile, cuius usus exemplum desiderabam Explicatt. ad Pind. Olymp. II, p. 132. Est quidem στεφάνη etiam galeae species: sed de hac non cogitarim hoc loco. Tum vs. 28. exciderit thorax et res quaedam minor, pro qua decem dantur stateres. Vs. 29. in clypeum tribuuntur stateres Aeginaei ducenti, drachmae Atticae 1333⅓. Tum perierit galea; pro crista (λόφῳ) dantur stateres Aeginaei quindecim, mina Attica. Additur hasta, post quam aliud quiddam periit. Vs. 31. extr. restitutio est incerta: vs. 32. init. ἐνέστω credo pro vulgari ἐξέστω esse. Post haec pretium bovis, τοῦ βοὸς τοῦ ἥρωος, immane scriptum est, stateres Aeginaei centum, 666⅔ drachmae Atticae, fere 154 imperiales: n. 158. pretium bovis

hecatombae idonei est drachmarum Atticarum $77\frac{1}{4}$; alia pretia minora vide Oec. civ. Ath. T. I. p. 82. Qualis igitur debet hic bos fuisse, qui tanto constaret pretio? Quare non miror hunc bovem esse τὸν βοῦν τὸν ἥρωα dictum; quamquam arbitror esse, qui me derideant, quod non potius τὸν βοῦν τοῦ ἥρωος hic nominari putem. Sed hi fruantur sua sapientia. Quantumvis offendat βοῦς ὁ ἥρως, magis offendit βοῦς τοῦ ἥρωος, pro quo certe herois nomen exspectabas. Ceterum summam illam tantam cave putes simul ad ornatum referri: nam τιμὴ βοὸς est pretium solius bovis; neque ornatum magna pecunia constitisse potest ex n. 158. colligi. Postremo hunc bovem heroem puto eum esse, qui alibi ἡγεμών. Xenoph. Hell. VI, 4, 29. de Iasone Pythia celebraturo: ἐκήρυξε δὲ καὶ νικητήριον χρυσοῦν στέφανον ἔσεσθαι, εἴ τις τῶν πόλεων βοῦν ἡγεμόνα κάλλιστον τῷ θεῷ θρέψειε. Vides quanti aestimatus sit ille bos, quem si qua *civitas* aluerit, aurea illi corona detur.

§. 4. vs. 32-49. Hac in parte singula capita nulla fere solent particula coniunctiva nexa proponi: quod restitutionum causa moneo. Vs. 32. extr. superest ΤΑΣ, vs. 33. init. ὀφειλέτω: credo hoc caput tale fuit, quale proxime subsequens, hunc fere in modum: τὰς [- - - αἴ τίς κα μὴ παρέχῃ, - - - στατῆρας Αἰγιναίους] ὀφειλέτω. Deinde χρηστήριον est *victimam*. Ἔφοδον fortasse *auspicia pompae ducendae* dixeris. Sequitur de sacrificio in hac ut videtur ἐφόδῳ offerendo: θύειν ἐν Ἀνεμαίαις, qui videtur locus esse, ut oppidum est Anemoria. Bis tum sequitur τρικτεύαν κηῦαν, haud dubie pro diversis diis: interpositum est τῷ, post quod lapicida videtur dei nomen omisisse, credo Apollinis: alterum sacrificium fuerit Latonae vel Dianae. Υ in κηῦαν omnia agnoscunt apographa; τρικτευαν, si omnia tria apographa utriusque loci computes, quater scriptum, et bis τρικτειαν: possis igitur etiam τρικτεῖαν legere: sed in re dubia plures sequor auctoritates. Ἡ τριττὺς et ἡ τριττύα est sacrificium ex tribus hostiis compositum, apro, hirco, ariete, vel apro, ariete, tauro, vel ut Ister tradidit, ex bobus, capris, suibus masculis triennibus etc. Vide Schol. Aristoph. Plut. 820. Suid. v. τριττύς, Etym. M. p. 768. 17. Phot. p. 445. Eustath. ad Odyss. κ, p. 1676. 37. Pro hoc Dorice dicitur τρικτύς, τρικτύα. Hesych. τρικτύα, τριάδα· ἔνιοι θυσία κάπρου, κριοῦ, ταύρου. Idem τρίκτειρα ἢ τριττύα, θυσία Ἐνυαλίῳ. Hoc loco, aut τρικτεῖα aut τρικτεύα est p. τρικτύα. Κηῦαν est καθαρτηρίαν, παρὰ τὴν καῦσιν, unde ῡ. Hesych. κεῖα, καθάρματα, item κήϊα, καθάρματα. Conveniunt haec *auspicandae pompae*, ut καθαρσίοις (porcellis) lustrabantur comitia, theatra, omnes populi conventus. Vide Schömann. de comitt. Ath. lib. I. cap. 8. Vs. 35 sqq. hieromnemones iubentur templa et alia aedificia sarta tecta praestare (ἐφακεῖσθαι vs. 37. 41. in quo insolens φ). Αὐλὰν intellige τεμένους partem templo proximam, maceria clausam. Vs. 36. (cf. vs. 42.) δρόμος non stadium est in urbe, sed hippodromus in campo; statim enim additur καὶ τὰν κράναν τὰν ἐμ πεδίῳ. De quo fonte mihi nihil constat; neque huc advocaverim alterutrum fontem, de quo n. 1711. Vs. 36. diserte scripti sunt τοὶ ἱαρομνάμονες τοὶ Ἀμφικτιόνων: sed deinde vs. 39. 40. de multis singulorum hieromnemonum dicitur. Haec aliter componi nequeunt, nisi ubi statuas, hieromnemones Amphictyonum universorum opponi hic hieromnemonibus, quos miserit haec vel illa urbs, non quasi hi non sint inter illos, sed ut universis opponantur singuli, qui neglecto suo officio universis pendere multam debeant. Ad hanc rationem igitur supplevi vs. 37 sqq. αἴ κα μὴ τοὶ ἱαρομνάμο[νες τοὶ ἐκ τῶν πολίων - - - - -] ἐν τᾷ Πυθιάδι τᾷ ἱαρᾷ ἐπικοσμήσωντι ὅτινός κα δέωνται, ἀπο[τεισάτω ὁ ἱαρομνάμων ὁ μὴ ἐπικοσμήσας - - -] στατῆρας Αἰγιναίους. αἴ κα μὴ ἀποτίνῃ τοῖς ἱερομναμόνεσσι το[ῖς Ἀμφικτιόνων ὁ ἱερομνάμων ὁ ὀφείλων, εἰλέσθω τοῦ ἱ]αροῦ ἁ πόλις, ἐξ ἇς κ' ᾖ ὁ ἱερομνάμων etc. De formula εἰλέσθω τοῦ ἱαροῦ vide ad §. 2. His adduntur leges de viis, pontibus reficiendis, quo pertinere etiam fluminum mentio videtur paulo post iniecta. Hae res non hieromnemonibus mandantur, sed *Amphictyonibus* (vs. 41.), hoc est *civitatibus Amphictyonicis*: ac ni fallor his imperatur, ut in sua quaeque dicione viam sacram Delphicam reficiat. Mox vs. 44. *annua Pythias* memoratur, mihi nova. Nota formam ἐνιαυτία. Illa annua et ipsa, ut penteterica, esto omnibus communis, non Delphis propria, nempe sic, ut templum et oraculum ex foederibus Laconum et Atheniensium sociorumque (Thucyd. IV, 118. V, 18.), ut liceat χρῆσθαι τὸν βουλόμενον ἀδόλως καὶ ἀδεῶς κατὰ τοὺς πατρίους νόμους. Deinde *Pythiorum*, quinquennalium haud dubie, quibus hoc nomen proprium, tempus definitur, mensis *Bucatius* Delphis, qui redit n. 1702. 1703. Nova haec res antiquariis; noli vero etiam tum nove hoc institutum putare: nam talium sollemnium tempus non mutatur ex arbitrio: tantum definit lex, quae observata antiquitus erant, ut certius de re ipsa constet omnibus Amphictyonibus et eorum magistratibus, quorum erat instituere Pythia. Tum noli τοὺς δὲ Π[υλαγόρας coniicere, quibus nullus in Pythiis sollemnibus locus. Dedi Π[υθαϊστάς: nam de theoris dici suadet vs. 46. illud αἰ δέ κα μὴ πέμπωντι. Ni fallor, dictum est, theoros debere mense Bysio mitti a civitatibus Amphictyonicis et accipi a Delphis: quae theoros non miserint, multam danto. Bysium ante Bucatium esse coniicio. In fine de violatis sacris indutiis dicitur: pro ἐκεχειρία bis exstat ἐκεχηρία. Quod supplevi βιῶνται, exempli causa dedi; sed non arbitror verum esse. De reliqua formula vide ad §. 2.

Quod Pythia mense Bucatio Delphico acta esse ex hoc marmore prorsus eximio constat, disputandum nobis appendicis loco de *anno Delphico* est, de quo quae dixerunt Dodwellus Cycl. p. 236 sqq. et Corsinus Diss. agon. p. 29 sqq. F. A. T. II. p. 437 sqq. ea hodie sequuntur fere omnes, etiam Idelerus Chron. T. I. p. 367. Et Pythiades quidem quinquennales in annum Olympiadum tertium incidere rectissime demonstravit Corsinus; easdem ab

Olymp. 48, 3. computari, certa ratione docui Explicatt. ad Pind. Olymp. XII. erratque Clintonus Fast. Hell. p. 195 sq. qui ab Olymp. 49, 3. Pythiades computatas censet. Praeterea vero Corsinius Dodwelli fere vestigiis insistens Pythia vere acta contendit, eaque mense Munychione Attico incipiente; sed alia, quae iidem proposuerunt, refellenda sunt. Quippe Pythia Bysio mensi assignant, qui respondeat Attico Munychioni, Delphicique anni sit primus; igitur Delphicum annum incipere a mense Pythiorum et pendere ex aequinoctio verno; postremo Cors. hos proposuit Delphici anni menses:

1. Bysium,
2. Heracleum,
Theoxenium,
Ilaeum,
Bucatium,
Domum,
Theluthium,
Synelium,
Dionysium.

Consideremus haec singillatim. Primum igitur, ne commoremur in Dodwelli et Corsini iis argumentis, quae falsis prorsus rebus nituntur, exagitatis illis a Clintono p. 197. 198., Pythia quidem eodem fere tempore habita esse quo convenisset Amphictyonum concilium, tum inde patet, quod Amphictyones ludorum Pythiorum praesides sunt, eorumque hieromnemones ante Pythia curare Delphis multa debent (vs. 37.), tum ex Aeschine c. Ctesiph. p. 645. ἡμερῶν μὲν ὀλίγων μέλλει τὰ Πύθια γίνεσθαι καὶ τὸ συνέδριον τὸ τῶν Ἑλλήνων συλλέγεσθαι: adde n. 1689. 1689. *b*. Itaque Pythia aut auctumno habita sunt, aut vere: sed ver recte ut mihi videtur elegit Corsinus. Olymp. 89, 1. Athenienses et Spartani indutias annuas erant pacti inde a d. XIV. Elaphebolionis (Thucyd. IV, 118.): de quibus Thucyd. V, 1. τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους (Olymp. 89, 2.) αἱ μὲν ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι Πυθίων. Quae vulgo sic intelliguntur, Olymp. 89, 2. indutias finitas esse Pythiis: itaque vel ex hac interpretatione verna sunt Pythia. At Pythia non Olymp. 89, 2. sed 3. celebrata sunt; itaque locus ille sic exponendus est: *sequente vero aestate indutiae annuae dissolutae erant usque ad Pythia*, hoc est, peractis annuis indutiis, inde ab Elapheb. XIV. Olymp. 89, 2. nullae fuerunt indutiae usque ad Pythia Olymp. 89, 3. Iam Olymp. 89, 3. Elaphebolionis d. XXV. iterum factae indutiae sunt (Thucyd. V, 19.). Unde quidem colligitur Pythia fuisse diei Elapheb. XXV. proxima. Verum hoc argumentum refutare conatur Clintonus p. 199. docens exeunte aestate Olymp. 89, 3. sex fere mensibus antea quam dixi, iam desisse bellum, non Elaphebolione demum Olymp. 89, 3. Sed hanc viri doctissimi rationem vix probes. Nam etiamsi bellum aestate finita, ut solet, cessabat, tamen ideo nondum erant σπονδαὶ repetitae aestatis fine: verba autem, αἱ σπονδαὶ διελέλυντο μέχρι χρόνου τινός, non id significant, usque ad id tempus nullum fuisse bellum, sed nullas fuisse σπονδάς. Indutiae igitur quum Elapheb. XXV. demum repetitae sint, illa verba διελέλυντο αἱ σπονδαὶ μέχρι Πυθίων docent Elaphebolionis diei illi proxima Pythia fuisse, non exeunte aestate celebrata, quod Clintonus perhibet. Accedit quod Thucydides belli narrationem non cum fine aestatis concludit (V, 12.), quod Clintonus dicit, sed diserte ille narrat, hieme insequenti Spartanas copias ad Pierium progressas esse et deinde redisse (V, 13.); quamquam posthac nihil iam gestum sed de pace cogitatum est (V, 14.), de quo etiam paulo ante cogitarant inde a fine aestatis. Postremo cur potissimum μέχρι Πυθίων dixisset auctor, si tempus belli paulatim omissi tam indefinitum significare volebat? cur non dixit μέχρι τοῦ ἐπιγιγνομένου χειμῶνος? Sed alia Clintonus argumenta haud contemnenda et profecto acuta attulit, quibus Pythia doceret versus auctumnum, Augusto vel Septembri acta esse: quae inverso referam ordine. Iason Pheraeus ἐπιόντων Πυθίων civitatibus imperat hostiarum apparatum, παρήγγειλε δὲ καὶ ὡς στρατευσομένοις εἰς τὸν περὶ τὰ Πύθια χρόνον Θετταλοῖς παρασκευάζεσθαι (Xenoph. Hell. VI, 4, 29. 30.). Si vere acta Pythia, ait, Iason hibernum parasset bellum vere terminandum, sin auctumno, aestivum, quod unice consentaneum. Immo contra, opinor; si auctumno acta Pythia, Iason Thessalis hibernam praedixit expeditionem: si vere acta statuimus, vere expediturus *post Pythia* erat. At Demosthenis et Aeschinis de corona certamen Olymp. 112, 3. paulo ante Pythia actum est (Aesch. c. Ctesiph. p. 645.): Darius occisus est eodem anno mense Hecatombaeone (Arrian. Exp. Alex. III, 22.): sed Aeschines de corona (c. Ctesiph. p. 522.) de eo ut vivo loquitur; igitur eius mors nondum comperta Athenis fuit, unde patet non vere, novem mensibus post Hecatombaeonem, acta Pythia esse, sed auctumno. Aeschinis verba haec sunt: Οὐχ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεὺς ὁ τὸν Ἄθω διορύξας, ὁ τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, ὁ γῆν καὶ ὕδωρ τοὺς Ἕλληνας αἰτῶν, ὁ τολμῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γράφειν, ὅτι δεσπότης ἐστὶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀφ' ἡλίου ἀνιόντος μέχρι δυομένου, νῦν οὐ περὶ τοῦ κύριος ἑτέρων εἶναι διαγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας; Speciosum est quod vivus repraesentari Darius dicitur, sed speciosum tantum. Prioribus temporibus recentia opponit Aeschines; recens acta tempore praesenti extulit, ἀγωνίζεται, non ut adhuc vivum Darium repraesentaret, sed ut nuperrime acta antiquis opponeret. ,,Olim Persa de imperio universorum contendebat, nunc contendit de eo, vivat an moriatur." Hoc etiam noto Darii obitu dici potuit; immo si nota iam Darii nex fuit, multo gravior sententia est, qua rem tristissimam nuper compertam proponit Atheniensium animis, et miseratur verbis lenibus. Possunt Aeschinis verba omnia servari, etiamsi aliquid addideris de morte Darii; poterat sic scribere: νῦν οὐ περὶ τοῦ κύριος ἑτέρων εἶναι διαγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας· ὃν ἐναγχος ἠκούσατε ἀπεσφάχθαι: sed non addidit hoc, quod omnes norant. Praeterea locus Aeschinis p. 554. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἔξω τῆς ἄρκτου (hoc est *ultra septentrionem*, etsi alii id aliter explicant) καὶ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν πάσης μεθεστήκει

non potest nisi ad septentrionalem Alexandri expeditionem referri, quae post obitum Darii suscepta est: ut videas Darii mortem tum iam notam fuisse Athenis. Igitur Aeschinis verbis certissimum argumentum ex Thucydide ductum non refellitur. Videamus aliud. Bellum Phocicum constat finitum esse Scirophorione Olymp. 108, 2. deinde diruta Phocensium oppida sunt. Quod quum aegerrime ferrent Athenienses, non miserunt theoros et thesmothetas ad Pythia (Demosth. π. παραπρ. p. 380.): quae ut a sese agerentur, Philippus bello finem imposuerat (Demosth. de pace p. 62. quae oratio Olymp. 108, 3. paulo post Phocica composita est). Patet igitur, dixeris, Pythia paulo post initium anni Attici, sub auctumnum acta esse. Sed haec quoque nullius momenti sunt. Nam Pythios theoros Delphos mittere quidni noluerint Athenienses etiam novem mensibus post Phocenses victos, quorum oppida adhuc tum vidissent nuperrime deiecta et vacuam terram? Et cave haec ad initium anni referas, quod Demosthenes quae de theoris non missis dicit, componit cum legatione Aeschinis, quae in anni initium incidit: haec enim oratorie composita sunt, ut iuxta posita magis illucescerent, non ut rerum ordo et tempora designarentur. Nec quum Demosthenes orationem de pace meditabatur, acta iam Pythia eius anni statuo. Volebat ea Philippus agere: egisse non dicitur. Postularat, credo, in auctumnali Pylaea paulo post initium anni Olymp. 108, 3. habita, ut ipsi agenda Pythia mandarentur: sed Athenienses noluerunt eum ad Amphictyoniam admittere (Demosth. de pace p. 61. extr. cf. Argum. p. 56. Dionys. Epist. ad Amm. p. 123.); a qua re ut desistant, hortatur eos Demosthenes, et hoc facere videtur ante ea Pythia, quae a sese agi Philippus postularat: ut proinde Pythia possint vere Olymp. 108, 3. subsecuta esse. Haec ut ita constituam, cogit me Thucydidis indutiarum computus, a quo non arbitror discedi posse, quod et verba eius aperta sunt et ille scriptor omnium diligentissimus. Quod nisi videretur, vincere dicerem Clintoni eam rationem, quam de tempore occupatae Cadmeae repetiit. Haec ex Diodori (XV, 20.) calculis, quos cur hoc loco falsos putemus, nulla causa est, Olymp. 99, 3. (archonte Evandro) capta est, et ex Xenophontis (Hell. V, 2, 29.) fide aestate, quum satis arderet sol: Aristides vero Orat. Eleus. T. I. p. 258. Jebb. ut doceat sola Eleusinia sacra non violata esse, ceterorum etiam praestantissima, Πυθίων ὄντων, addit, ἡ Καδμεία κατελήφθη. Mireris tamen Xenophontem, hominem caerimoniarum curiosum, nihil de laesis Pythicis indutiis dicere: mireris maxime, quod Agesilaus dixit ἐξεῖναι τὰ τοιαῦτα αὐτοσχεδιάζειν (Xenoph. Hell. V, 2, 32.), si Pythiorum tempore, quo vel hostes tuti, sine bello Cadmeam occupasset Phoebidas. Utut est, non possum quin ob Thucydidem fidem denegem Aristidi. Anne hic memoriae vitio Pythia posuit, quum in Thesmophoriis Thebanis occupatam Cadmeam e Xenophonte liqueat? Anne Pythia fortasse duxit e scriptore, qui de sollemnibus dixerit in Πυλαίᾳ (ὀπωρινῇ, aestate adulta) habitis? Postremo minorem difficultatem puto in Pythiis Olymp. 96, 3. esse, quibus potissimum insistitur. Nam pugnam Coronensem constat hoc anno paucis post d. xiv. Augusti diebus pugnatam esse: post quam statim Delphos translatus est Agesilaus pluribus vulneribus affectus, deoque decimam praedae obtulit. Xenoph. Hell. IV, 3, 21. καὶ οὕτω δὴ αἵ τε σπονδαὶ γίγνονται, καὶ Ἀγησίλαος μὲν ἐς Δελφοὺς ἀφικόμενος δεκάτην τῶν ἐκ τῆς λείας τῷ θεῷ ἀπέθυσεν οὐκ ἐλάττω ἑκατὸν ταλάντων. Hoc vero Pythiis tribuit Plutarchus Agesil. c. 19. Καὶ τὴν νίκην οὕτως ἐκβεβαιωσάμενος, εἰς Δελφοὺς ἀπεκομίσθη, Πυθίων ἀγομένων, καὶ τήν τε πομπὴν ἐπετέλει τῷ θεῷ, καὶ τὴν δεκάτην ἀπέθυε τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας λαφύρων, ἑκατὸν ταλάντων γενομένην. Hic quoque locus non una ratione conciliari cum Corsiniana de Pythiis sententia potest. Sane statim post pugnam Delphos profectus est Agesilaus: Pythia tamen statim post celebrata esse Plutarcho, recentiori scriptori, non debet continuo credi: nec credidit ei hoc Manso a Schneidero ad Xenophontem laudatus. Potuit Agesilaus aliam pompam aliquam sollemnem Delphis celebrare, quae facile confundebatur cum Pythiis. Sed ne hoc quidem necessarium. Neque enim e Xenophonte constat dona ab Agesilao statim post adventum oblata deo esse; addit hoc Xenophon obiter, ubi de Agesilai Delphos profectione dicit: ita certe solent scriptores. Nam Agesilaus diutius commoratus Delphis est: Diod. XIV, 84. καὶ αὐτὸς Ἀγησίλαος πολλοῖς περιπεπτωκὼς τραύμασιν εἰς Δελφοὺς ἐκομίσθη, κἀκεῖ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ σώματος ἐποιεῖτο. Illinc quando abierit, non constat, nisi quod domum navigavit dimisso exercitu, ante ultimos menses anni Olymp. 96, 3. quibus ad Corinthum dimicari coeptum est (Xenoph. Hell. IV, 4, 1.): sed exercitus quando dimissus sit, auctumnone an propinquo vere, nescimus: atque ut statuas auctumno dimissum, sicut solebat, potuit Agesilaus, quem plura vulnera accepisse narrat etiam Xenophon, Delphis restare usque ad ver, et vere deo in Pythiis pompam apparare donaque offerre; immo potuit ibi ob hoc ipsum tamdiu manere, ut hoc faceret. Sic Plutarchi fidem non relinquimus, nisi quod eum dicemus per errorem facile obrepentem Pythia statim post adventum Agesilai collocare. Ceterum, ut hoc addam, ex Pylaeae tempore Pythiorum tempus colligi nequit: nam Delphis Pylaea sine Pythiis modo vere habita est, quod ex Demosthene constat, modo auctumno, quod ex hoc decreto colligo: sed de Pylaeae tempore cum Pythiis coniunctae nihil tenemus. Itaque nobis quidem Corsiniana ratio non refutata videtur, Pythiaque adhuc putamus secundum Thucydidem proxima fuisse Elaphebolionis diei xxv. Nec vero probabile est exeunte mense celebrata Pythia Apollinea esse, sed ineunte, quod Apollini sacri sunt mensium dies i. et vii. (de septimo v. imprimis Cors. F. A. T. II. p. 329.): itaque diem Elaphebolionis xxv. non diem Pythiorum esse statuimus, sed incidere solum in tempus ἐκεχειρίας Pythicae, quae certe xv diebus

ante Pythia incipere debebat: quod si statuas, Thucydidis locutio integra est, etiamsi Pythia paulo post accidebant. Consentaneum igitur proxime post Elaphebolionem, Munychione incipiente acta esse Pythia diebus Apollineis, et quum septimo die (mensis intellige) Apollo musicum de Pythone devicto certamen celebrarit (Schol. Pind. Argum. Pyth.), septimo mensis die acta Pythia iudico. Neque obest, quod ap. Demosth. de cor. p. 279. Anthesterionis d. XVI. memoratur in definiendo tempore, quo Pylagoras Aeschines fuerit: ibi enim tempus electionis designari mihi non est dubium; igitur poterant nihilominus mense Elaphebolione convenire Amphictyones et agi Pythia paulo post: quamquam illo, de quo Demosthenes dicit, anno Pythia quinquennalia omnino non celebrata sunt. Iam quum ex nostro titulo liqueat, non Bysio, sed Bucatio mense acta esse Pythia, *Bucatius* potissimum erit Munychioni Attico comparandus. Alia est Boeotici Bucatii tempestas: quippe Bucatium alii alium mensem dixerunt, a bobus immolandis, prout magna sacrificia hoc vel illo offerebant mense: quod Boeoti et Attici fecerunt primo anni mense Bucatio et Hecatombaeone, Delphi in Pythiis.

Bysium mensem esse vernalem, docet Plutarchus Qu. Gr. 9. ἔαρος γὰρ ἄρχει, καὶ τὰ πολλὰ φύεται τηνικαῦτα καὶ διαβλαστάνει. Igitur quoniam proprio eruditis usu loquendi ver incipit ab aequinoctio, Munychioni comparatus est Bysius a Dodwello et Corsino: sed Plutarchum non ita ibi loqui manifestum est. Veris initium dicit eum mensem, ubi germinant et proveniunt herbae; quod in Graecia certe ante Munychionem fieri solet. Itaque Bysius erit potius Atticus vel Anthesterion vel Elaphebolion. Et ex titulo nostro mihi quidem fit probabile, Bysium esse mensem ante Bucatium proximum; quamquam id morosis iudicibus demonstrari nequit. Itaque donec certiora argumenta reperiantur, Bysium comparemus Elaphebolioni. Sed Bysium Delphici anni esse primum mensem, Delphicumque annum coeptum esse a Pythiorum mense, etsi alterum hoc ex Olympicae periodi comparatione probabile dixeris, tamen est falsum; id quod Delphicorum mensium ordine accuratius examinando paucis nunc docebo. Primum vero ex novem Corsinianis mensibus eiiciendi quattuor sunt. Nam quem ille *Domum* dicit, is est Phocensium μὴν ἕβδομος, non Delphicus; *Synelius* nullus unquam nec Delphis neque usquam alibi mensis fuit; *Theluthius* est Boeoticus, non Delphicus (vide Introd. titulorum Boeot. c. III.). Postremo *Dionysium* Corsinus p. 444. ex Naupactio petiit titulo n. 1756. et quod Naupactus in Locride sita est, Locrique Amphissenses sunt Delphis vicini, Locros censuit Delphicis usos esse mensibus. At Naupactus illa aetate Aetolicos menses habuit, quippe ab Aetolis habitata: et neque Aetolorum neque Amphissensium Locrorum menses sunt Delphici. Nam Delphicus Bucatius *Aetolis* est *Panamus* (n. 1702.); *Amphissensibus* autem *Pocius* dicitur, qui Delphis Heracleus (n. 1707.); alium eorundem mensem *Aerastyonem* vidimus supra (Introd. Boeot. III, 3.). Sed Delphicus omnino mensis est *Heracleus*, de quo inscriptiones n. 1699. 1707. isque respondet Attico Thargelioni, post Munychionem proximo (Cors. F. A. T. II. p. 438.). At vero hic est secundi semestris Delphici (n. 1699.): igitur nec Bucatius nec Bysius, si vernus uterque, primus Delphis mensis est, neque annus Delphicus ab aequinoctio verno pendet neque incipit a mense Pythiorum. Praeterea novimus tres prioris semestris menses, Ἀπελλήϊον n. 1705. cuius nomen Macedonibus commune est (apud quos Ἀπελλαῖος), hoc est Ἀπολλώνιον; Ἀπόλλων enim Dorice Ἀπέλλων: Ἠράπιον vel Ἡράπιον n. 1706. quod nomen etsi fortasse non sanum tamen non est ex Ἡρακλείῳ corruptum; Ἀποτρόπιον n. 1709. Secundi semestris est Θεοξένιος n. 1700. a Delphicis Theoxeniis dictus, cf. Expl. ad Pind. p. 194. incerti semestris Ἰλαῖος seu Εἰλαῖος n. 1708. 1710. ab ἴλαις s. εἴλαις dictus, quarum in sacris mentio fit apud Pindarum. Post haec denuo redeo ad Bysium mensem. Nam n. 1704. in secundo semestri ex Chandleri scriptura legitur ΜΗΝΟΣΣΥΒΥΣΙΟΥ. Non sane probabile est Delphis talem fuisse mensem, qui vulgari lingua sonaret Θυπυθίου vel Συπυθίου: sed ΣΥ videtur in illo titulo ex priore Σ et sequenti ΒΥ conflatum esse: titulus est enim unus ex iis, quos Chandlerus *lectu difficiles* dicit et *cum nonnullis erratis* in lapide impolito exaratos (v. ad n. 1699.), Fauvelianae autem schedae prorsus non legibiles esse contendunt. Immo in Fauvelianis schedis, in quibus prima huius ipsius tituli verba sunt, non ΣΥΒΥΣΙΟΥ est, sed ΒΗΣΕΟΥ. Itaque μηνὸς Βυσίου legendum, et Bysius est secundi semestris. Quantum igitur assequi rem intricatam possumus, hi sunt menses Delphici probabiliter dispositi.

Πρώτης ἑξαμήνου·
Ἀπελλήϊος.
Ἀποτρόπιος.
Ἠράπιος vel Ἡράπιος.
Δευτέρας ἑξαμήνου·
Βύσιος, Elaphebolion.
Βουκάτιος, Munychion.
Ἡράκλειος, Thargelion.
Θεοξένιος.
Sedis prorsus incertae:
Ἰλαῖος s. Εἰλαῖος.

Quod superest, quoniam Elaphebolion et Thargelion menses in tertium et quartum anni Attici quadrantem incidunt, iisque respondentes Delphici menses secundi omnino Delphici semestris sunt, nihil est probabilius quam Delphici anni initium concinuisse cum initio Attici ac proinde Olympici anni: quod manebit integrum, etiamsi Bysium in Anthesterionem, et Bucatium in Elaphebolionem removeris, aut adeo cum Clintono Pythia in Bucatium incidentia aestate exeunte acta putes eoque transtuleris Bucatium, qui tamen tum primo erit Delphico semestri tribuendus. Illam igitur de anni Delphici initio sententiam etiam in Introd. titulorum Boeot. c. III. professus sum.

1689.

Delphis; ed. Dodwell. Itin. T. II. p. 508. Habeo etiam ex schedis Köhlerianis.

ΙΟΥΑΛΜΕΟΣΣΙΜΑΡΟΥ
ΑΠΡΟΣΧΕΙΟΥΠΟΛΥΞΕΝΟΥΛΙΜΝΑΙΟΥ
ΛΑΙΕΟΣΜΝΑΣΙΛΑΙΔΑΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ
ΣΤΑΝΟΥΔΕΛΦΩΝΤΕΛΕΑΑΜΟΥΕΜΜΕΝΙΔΑ
ΘΑΥΜΑΚΟΥΠΥΘΙΟΙΣΕΠΕΙΔΗΠΑΡΑ
ΕΚΑΛΕΣΕΝΤΟΥΣΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΣΟΠΙΟΣ
ΑΝΤΡΙΕΤΗΡΙΔΩΝΚΑΙΓΕΝΗΤΑΙΕΝ
ΑΓΝΑΝΑΓΡΑΨΑΙΤΑΔΟΓΜΑΤΑΤΑ
ΕΝΔΕΛΥΤΑΚΑΙΕΝΠΑΡΑΔΟΣΕΙΚΑΘΟ
ΠΟΣΙΝΟΠΟΣΑΝΗΟΥΣΙΑΤΟΙΔΙΝΥΣΟΙ
ΙΝΟΝΤΟΝΤΕΧΝΙΤΟΝΤΩΝΕΙΣΙΣΜ.Ν
ΥΣΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΑΣΟΙΑΝΟΣΙΝΕΝΤΟ
ΑΜΕΙΟΙΕΝΘΗΒΑΙΣΥΠΕΡΤΟΥ
ΟΙΝΟΝΤΟΝΤΕ.ΙΤΟΝ

Θ dedi ex Köhl. (Dodw. ut solet Θ). Vs. 1. Dodwelliana potissimum retinui; Köhl. ΙΟΥΜΙΣΟΣΣΙΜΑΓΟΥ, unde solum primum et ultimum Ι et ultimum Ο Dodwellianis addidi, Ο hoc in lacunae loco. Vs. 2. ΑΠ ex Köhl. addidi; in fine Dodw. ΑΙΜΝΑΙΟΥ, Köhl. ΛΙΜΝΑΙΟΥ. Vs. 3. primum Λ ex Köhl. addidi. Vs. 4. init. Köhl. perperam ΤΡΑΙΑΝΟΥ: tum Dodw. ΔΕΛΦΟΝ, Köhl. quod dedi. Ibidem extr. Köhl. ΤΕΛΕΑΑΜΟΥΝΕΙΝΙΤΟ; dedi Dodwellianum, nisi quod ΤΕΛΕΑΑΜΟΥ scripsi ex Köhl. ubi Dodw. ΤΕΛΕΜΜΟΥ. Vs. 6. ex Köhl. nam Dodw. sic inde ab initio: ΜΕΣΕΝ.Ο..ΣΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΣ, omissis reliquis. Vs. 7. ΤΡΙ ex Köhl. (Dodw. lacunam habet); ibid. Köhl. ΔΩΝ, Dodw. Δ.Ν; pro ΙΓ, quod Köhl. schedae praebent, Dodw. Η. Vs. 8. init. Dodw. ΑΓΝΑΙΑ..ΓΡΑΨΑΙ, Köhl. ΔΟΝΑΝΑΓΡΑΨΑΙ. Vs. 9. Dodw. ΝΑ.ΛΥ.ΑΓΛΙΕΝΠΑΡΑΔΟΣΒΙΚΔΘΟ; Köhl. ut dedi, nisi quod pro ultimo Θ habet Ρ (Θ dedi ex Dodw.). Vs. 10. primum Π ex Köhl.; tum ΟΠΟΣ ex eodem; Dodw. ΟΓΟΣ; ΤΟΙ ex Köhl. nam Dodw. Τ.Ι. Vs. 11. Dodw. ΝΟΝΤ...ΤΕΧΝΙΤ.Ν, Köhl. ut dedi. Vs. 13. primum Α ex Köhl. Vs. 14. ultimum Ν indidem.

Fragmentum decretorum Amphictyonicorum, quae restitui nequeunt. Vs. 1–4. ex praescriptis sola supersunt nomina, quae esse hieromnemonum a civitatibus missorum docet n. 1689. *b*. Hinc vs. 1. - - ίου [Δα]μ[ι]έος, Σιμάρου etc. vs. 2. - - α Προσχείου, Πολυξένου Λιμναίου, vs. 3. - - λαιέος, Μνασιλαΐδα Ἀμβρακιωτᾶν, vs. 4. - - - - στάνου Δελφῶν, Τελε[σ]άμου, Ἐμμενίδα - - - -, vs. 5. τοῦ δεῖνα] Θαυμακοῦ. Singula nomina singulorum hominum sunt, ut n. 1689. *b*. et 1694. Προσχείου Sandero monente p. Προσχιέος, ex Proschio Aetoliae; quamquam antiquitus Aetoli non sunt inter Amphictyones (cf. ad n. 1694.). Λιμναῖος, ex Limnaea Thessaliae vel Acarnaniae, si Acarnanes tum foederis participes. *Ambraciotae* ut Dores foederis Amphictyonici participes sunt. Θαυμακοῦ, ex Thaumacia Thessaliae: v. Steph. Byz. v. Θαυμακία. Tum vs. 5. ut n. 1689. *b*. additur decreti tempus Πυθίοις, quibus convenisse Amphictyones vidimus ad n. 1688. Iam incipiunt verba decreti ipsius: ἐπειδὴ παρα - - - ἐκάλεσεν τοὺς Ἀμφικτύονας, ὅπ[ως]? Vs. 7. - - αν τριετηρίδων, καὶ γένηται ἐν - - - [τὸν δὲ γραμμ]α[τέα] ἀναγράψαι τὰ δόγματα τά[δε vel τα[ῦτα. Sic scribendum docet n. 1689. *b*. Vs. 9. - - εν δὲ [α]ὐτὰ καὶ ἐν παραδόσει, καθ[ώς: ultima vox debetur Niebuhrio nostro. Possis etiam καθ' ὅ. Sequuntur decreta, quae inscribenda esse in prioribus dicuntur.

Vs. 10. Ἔδοξε τοῖς Ἀμφικτυ]όσιν· ὅπ[ω]ς ἂν ἡ [θ]υσία τ[ῷ] Δι[ο]νύσῳ - - [ο]ῖνον, τ[ῶ]ν τεχνιτ[ῶ]ν τῶν εἰς Ἰσμ[ή]ν[ιον] - - - [το]ὺς ἱερομνήμονας, οἳ ἂν [ὦ]σιν ἐν το - - - [τ]αμεί[ῳ] ἐν Θήβαις ὑπὲρ τοῦ - - - - οἶνον, τόν τε [σ]ῖτο[ν - - - Ultimam vocem hic quoque dedit Niebuhrius. Periit decreti pars cum ceteris decretis. Hoc quod ex parte superest, pertinet ad Bacchi sacra Thebana constituenda; etiam τεχνῖται sunt Dionysiaci Thebis (n. 1600.). *Ismenii* Thebani praeterea mentio fit: Bacchi matrem Semelam Ismenio coniunctam habes ap. Pind. Pyth. XI. Dialectus est vulgaris, ut in decretis Amphictyonicis apud Demosthenem de cor. p. 278. 279. nisi quod in nominibus propriis quaedam videntur Dorica retenta, ut Ἀμβρακιωτᾶν etc.

1689. *b*.

Delphis; ex schedis Köhlerianis.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Archon est Delphicus, idem qui n. 1705. cf. n. 1694. et ad n. 1688. (paulo ante §. 1.): sequuntur qui tum a variis civitatibus hieromnemones missi erant, in quibus quattuor sunt nescio quorum, alii Delphorum, duo Boeotorum. De his praescriptis cf. n. 1689. 1694. Vs. 4. ΠΥΛΑΙΑ ferri non potest; debebat Iota additum esse subscribendum, quod in hoc titulo non omittitur. Ἀγορατρὸς est idem quod πυλαγόρας (ut ἰητρὸς et ἰητήρ, sic ἀγορατρὸς et ἀγορατήρ). Πυθίοις tempus designatur ut n. 1689. Γραμματεὺς est Amphictyonum.

...ΝΙΚΟΔΑΜΟΥΑΡΧΟΝΤΟΣΙΕΡΟΝΗΜΟΝΟΥΝΤΩΑΡΕ...........
...ΓΕΛΩΝΟΣΔΙΚΑΤΑΡΧΟΥΣΤΡΑΤΑΓΟΥΚΡΩΒΟΥΛΟΑΝΔ.........
ΤΟΥΣΔΕΛΦΩΝΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣΑΝΔΡΩΝΟΣΒΟΙΩΤΟΝΦΛΕ....
ΑΣΥΡΗΡΕΤΩΝΤΟΙΣΙΕΡΟΜΝΗΜΟΣΙΕΝΡΥΛΑΙΑΚΑΙΕΝΔΕΛΦΟΙΣΚΑΙ.....
ΝΟΣΧΡΟΝΟΝΠΟΛΥΝΤΩΙΚΟΙΝΩΙΣΥΝΕΔΡΙΩΙΤΩΝΑΜΦΙΚΤΟΥΝΩΝΑΝΚΛΗΤ..
ΕΔΟΞΕΤΟΙΣΙΕΡΟΜΝΗΜΟΣΙΚΑΙΤΟΙΣΑΓΟΡΑΤΡΟΙΣΡΥΘΙΟΙΣΕΠΑΙΝΕΣΑΙΤΕΙΒΕ..ΑΙΣΚΡΑ
ΛΑΜΙΗΟΙΚΟΥΝΤΑΕΝΗΡΑΚΛΕΙΑΙΚΑΙΣΤΙΣΦΑΝΟΣΑΙΔΑΦΝΗΙΣΤΕΦΑΝΩΙΠΑΡΑΤΟΥΘΕΟΥΚΑΙΣΙΝ
ΤΩΙΠΡΟΔΙΚΙΣΝΑΣΦΑΛΕΙΑΝΑΣΥΛ.ΑΝΠΡΟΕΔΡΙΑΝΑΤΕΛΕΙΑΝΠΑΝΔΟΝΤΩΝΔΕΓΡΑΜΜ...
ΑΝΑΓΡΑΚΑΙΤΑΔΕΔΟΓΜΕΝΑΣΤΟΙΣΙΕΡΟΜΝΗΜΟΣΙΚΑΙΤΟΙΣΑΓΟΡΑΤΡΟΙΣΕΝΤΩΝΙΕΡΟ..
ΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣ

Ἐπὶ] Νικοδάμου ἄρχοντος, ἱερο[μ]νημονούντω[ν] - - - - - - - - - - - - - - -
... Γέλωνος, Δικα[ι]άρχου, Στρατάγου, Κρωβύλο[υ] - - - - - - - - - - - - -
τους Δελφῶν, Ἀριστοκράτους, Ἄνδρωνος Βοιωτ[ῶ]ν, Φλε - - - - - - [ἐπειδὴ ὁ δεῖνα] - -
ας ὑπηρετῶν τοῖς ἱερομνήμοσι ἐν Πύλαι[ς] καὶ ἐν Δελφοῖς καὶ - - - - - - - - - -
νος χρόνον πολὺν τῷ κοινῷ συνεδρίῳ τῶν Ἀμφικτ[υό]νων - - - - - - - - - - - -
ἔδοξε τοῖς ἱερομνήμοσι καὶ τοῖς ἀγορατροῖς· Πυθίοις· ἐπαινέσαι Τειβε - - - - - - - - -
Λαμιῆ? οἰκοῦντα ἐν Ἡρακλείᾳ καὶ στ[ε]φαν[ῶ]σαι δάφνη[ς] στεφάνῳ παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ [ε]ἶν[αι αὐ-
τῷ προδικί[α]ν, ἀσφάλειαν, ἀσυλ[ί]αν, προεδρίαν, ἀτέλειαν πάν[τω]ν, τ[ὸ]ν δὲ γραμμ[ατέα
ἀναγρά[ψ]αι τὰ δεδογμένα τοῖς ἱερομνήμοσι καὶ τοῖς ἀγορατροῖς ἐν τῷ ἱερ[ῷ]
τοῦ Ἀπόλλωνος.

1690.

E ruderibus Delphorum; edidit Dodwell. Itin. T. II. p. 507. Tractavit Graefius Act. Acad. Petrop. Vol. VIII. p. 666–679. cf. p. 645. Titulus est *στοιχηδὸν* scriptus; in litterarum tamen situ aliquoties ab editore erratum esse patet. Litterarum quae desiderantur plurimae antiquitus deletae de industria sunt; quod ipse notat Dodwellus.

ΝΟΦΑ
ΤΟΟΔΕΛΟ
ΠΙΙΡΑΤΙΔ
ΣΤΑΤΗΡΑΣΔΕΚΑ
ΕΝΑΙΟΣΑΙΟΙΤ.
ΔΡΑΧΜΑΝΟΔΕΛΟΣ.ΛΥΟΗΜ.....Δ
Λ..ΩΝΕΧΑΛΚΟΥ.ΑΣΑ
ΔΕΚΑΔΡΑΧΜΑΝΧΑΛΚΕΟΥΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣΑΝΔΡΟΜΑ...Α
ΣΤΑΤΗΡΑΣΔΕΚΑΕΝΑΟΔΕΛΟΥΣΤΕΤΟΡΑΣ
ΚΟΛΟΣΙΜΗΟΣΤΑΣΑΣΤ.ΥΙΑ....ΟΙΚ.ΗΑΝΛΙΝ
ΓΕΝΟΜΕΝΑΣΚΑΙΜΕ.ΟΝΕΥΡΟ..Α.ΣΤΑΤΗΡΑΣΠΕΝΤΕ
Φ.ΛΛΥΔΑΣΟΡΑΣΥΟΣΤΟΥΑ...........ΧΟΡΙΟΥΣΤ
ΔΕΚΑΟΚΤΩΔΡΑΧΜΑΝΟΔΕΛΟΥΣΤΕΤΟΡΑΣΧΑΛΚΕΟΝ
ΤΟΧΜΕΤΑΠΩΛΗΘΕΝΤΩΝΤΑΠΡΟΤΑ
ΣΙΜΥΛΙΟΥΤΟΥΑΓΑΘΟΝΟΣΧΟΡΙΟΥΣ.....ΤΕΤΡΟΚΟΝ
ΔΡΑΧΜΑΝΟΔΕΛΟΥΣΤΡΕΙΣ
ΘΕΣΣΑΛΟΣΤΟΥΑ....ΟΥΧΟΡΙΟΥΣ...Α..ΡΑΕΜΗΚΟΝΤΑ
....................ΣΧ....ΟΝΣΤ. Α...Α.ΟΝ.ΕΝΤΕ
....................ΟΟ..ΣΟΙΚΙΑ...Η....
ΧΗΡΙΑ...ΣΑΙΓΥΛΟΥΟΙΚΗΑΣΣΤΑΤΗΡΑΣ
ΔΡΑΧΜΑΝΟΔΕΛΟΥΣΤΡΕΙΣ .Α
ΡΙΣΟΚΡΑΤΗΣΤΑΣΚΑΛΛ..ΕΝΕΟΣΟΙΚΗΑΣΣΤΑΤΗΡΑΣΠΕΝΤΕ
ΔΡΑΧΜΑΝΟΔΕΛΟΥΣΤΡΕΙΣ
ΞΕΝΟΔΑΜΟΣΤΑΣ.ΕΝΟΝΟΣΚΑΙΔΙΩΝΑΚΑΟΙΚΗΑΣΣΤΑΤΗΡΑΣ
ΔΥΟΔΡΑΧΜΑΝΟΔΕΛΟΝΗΜΙΟΔΕΛΟΥΣΧΑΛΚΕΟΥΣΤΕΤΟΡΑΣ
ΕΧΙΝΑΙΟΙΙΑΣΔΙΩΝΑΚΑΟΙΚΗΑΣΣΤΑΤΗΡΑΣΔΕΚΑΕΝΑ
ΧΑΙΡΟΛΑΣΤΑΣΠΕΙΣΙΑΤΟΥΦΛΕΙΑΚΟΣΟΙΚΗΑΣΣΤΑΤΗΡΑΣ
ΤΡΕΙΣΔΡΑΧΜΑΝ

Vs. 14. correxi operarum vitium ΤΕΤΡΟΑΣ, quod littera Ρ falso a typotheta ante Ο insorta natum esse intelliget qui Dodwellum inspexerit. Singuli tituli articuli ita ordinati sunt, ut ubi novus articulus incipiat, initium versus unius litterae spatio reducatur in dextram, quod tantum vs. 5. neglectum est; nam vs. 23. primum Ρ est delendum. Inter vs. 14. et 15. spatium relictum est, quod vs. 15. novam partem incipit.

Titulus optimae est aetatis. Continetur eo recensus non summarum solutarum, sed debitarum: unde factum est, ut delerentur quaedam de industria, postquam soluta debita sunt. Cf. ad n. 158. p. 258. *a*. Summae pro singulis rebus, quae memorantur, domibus et fundis, pendendae, ita sunt exiguae, ut pretia emptorum integra esse nequeant; itaque aut partes pretiorum pendendorum, aut mercedes domuum fundorumque conductorum intelligendae sunt; et posterius mihi verum videtur: de quo paulo post dicam. Domus et fundi haud dubie publici vel potius sacri fuerunt, sive posthac venditi sive locati, iique ex pristinis designati possessoribus, ut fit n. 158. Moneta qualis sit nescio: stateres aureos intelligit Graefius, eosque Phocaicos, nescio quamobrem; de Phocaicis a Phocaea Asiae, non a Phocide appellatis omnino non cogitandum est: nec video cur non argentei statuantur esse: immo quod ipse Graefius animadvertit, post staterem nusquam plus quam una drachma memoratur; quod mirum foret, si stater esset aureus. Nam si etiam drachmam idem putat auream intelligendam esse, errat manifesto: numquam enim in quotidiano commercio secundum drachmas auri computantur rationes, nec post drachmam auri statim possent oboli et aerei subiici constanter. Iam quum argenteus stater quattuor aestimetur drachmis, et summa in hoc titulo pro domo sit minima staterum duorum et drachmae cum aliquot minoribus nummulis, hoc est drachmarum novem, maxima vero, excepto vs. 21. mutilo, staterum fere undecim sive drachmarum quattuor et quadraginta; etiamsi Delphica moneta fuerit Atticâ paulo maior, ne pars quidem pretii die certâ pendenda poterit intelligi. Nam si Athenis et in Attica domuum pretia inter minas tres et minas centum et viginti variant (Oec. civ. Ath. T. I. p. 71 sqq.), quomodo Delphis quarta vel tertia pars pretii domus novem drachmis constare potuit? Itaque non dubito mercedes redempti in nostro memorari titulo. Quodsi maxima summa pro fundo debita vs. 19. quae est drachmarum 420, pro mercede redempti videatur nimia, comparatis Atticis rebus intelliges non esse nimiam. Nam ut illam summam tertiam tantum partem mercedis annuae esse putemus, tamen fundus, pro quo ea penderetur, vix minis 165 aestimatus fuerit (cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 156.). Iam fundos potuisse etiam pluris constare, potest ex iis intelligi, quae Oec. civ. Ath. T. I. p. 67. composui. Sed potuerunt illae summae debitae etiam integri anni mercedes esse: quo statuto minuitur difficultas. Apponam nunc textum quatenus fieri potest emendatum et suppletum; plurima occuparunt Graefius et in schedis mecum communicatis Niebuhrius. Latitudinem scripturae disces e vs. 23. 25. 28. ad quam comparata supplementa sunt.

\- - - - - - - - - - - - - - - - - - -
Ξε]νοφά[νης . . . . στατῆρας
ὀκ]τ[ώ], ὀδελο[ὺς - - -
Ἐ]πι[κ]ρατίδ[ας . . . .
στατῆρας δέκα - - - - - -
Ἔν[δ]ιος [Δ]ίο[υ]? τ . . . . [στατῆρας . . . .
δραχμάν, ὀδελο[ύ]ς δύο, ἡμ[ιόδε]λ[ον].
Α . . ων Ἐχάλκου, [τ]ᾶς Ἀ - - - - - - [οἰκίας, στατῆρας
δέκα, δραχμάν, χαλκέους - - -
Ἀριστοκράτης Ἀνδρομά[χου, τ]ᾶ[ς - - - - - - οἰκίας,
στατῆρας δέκα ἕνα, ὀδελοὺς τέτορας.
Κολοσίμηος, τᾶς Ἀστ[υφ]ι[λίδου]? οἰκήα[ς ἀνοικοδομήτου
γενομένας καὶ μέ[σ]ον εὐρο[ύσ]α[ς], στατῆρας πέντε.
Φ[υ]λλ[ί]δας [Θ]ράσυος, τοῦ Ἀ[στυφιλίδου]? χ[ω]ρίου, στ[ατῆρας
δέκα ὀκτώ, δραχμάν, ὀδελοὺς τέτορας, χάλκεον.

Τ[ῶν] μεταπωληθέντων τὰ πρ[ῶ]τα.
Σιμύλιο[ς], τοῦ Ἀγάθ[ω]νος χ[ω]ρίου, σ[τατῆρας] τετρ[ώ]κον[τα,
δραχμάν, ὀδελοὺς τρεῖς.
Θεσσαλός, τοῦ Α[ἰγύλ]ου χ[ω]ρίου, σ[τατῆρ]α[ς ἑ]βδεμήκοντα.
. . . . [τοῦ] . . . . . . ς χ[ωρί]ο[υ], στ[ατῆρ]α[ς ἑκ]α[τ]ὸν [π]έντε.
. . . . [τᾶς Ἀγά]θω[νο]ς? οἰκία[ς, στατ]ῆ[ρας - - -
Χηρία[ς, τᾶ]ς Αἰγύλου οἰκήας, στατῆρας . . : . . . . . [κοντ]α,
δραχμάν, ὀδελοὺς τρεῖς.
Ἰσοκράτης, τᾶς Καλλ[ιγ]ένεος οἰκήας, στατῆρας πέντε,
δραχμάν, ὀδελοὺς τρεῖς.

Ξενόδαμος, τᾶς [Ξ]έν[ω]νος καὶ Διωνάκα οἰκήας, στατῆρας
δύο, δραχμάν, ὀδελόν, ἡμιόδελο[ν], χαλκέους τέτορας.
Ἐχιναῖο[ς, τ]ᾶς Διωνάκα οἰκήας, στατῆρας δέκα ἕνα.
Χαιρόλας, τᾶς Πεισία τοῦ Φλείακος οἰκήας, στατῆρας
τρεῖς, δραχμάν.

Initio perierunt fortasse multa; in fine nihil desideratur. Primo loco scriptus semper debitor casu primo, vel addito vel omisso patris nomine; deinde domus vel fundus, ex quo is debeat, genitivo casu, subintellecto accusativo τιμήν, vel ut ego arbitror, μίσθωσιν aut simili: tum additur debita summa. Pristinorum possessorum aliquoties nomina eadem recurrunt, ut n. 158. extr. unde coniicias eorum bona universa vel donatione vel publicatione accessisse civitati vel potius templo. Vs. 1. possis etiam Ξενόφαντος scribere. Vs. 5. nomina ut potui correxi; Τ fuit ex τοῦ vel τᾶς, χωρίου vel οἰκίας. Vs. 6. punctum post Σ ante id ponendum esse sponte patet; ibidem dedi ἡμιόδελον, retento ο pro ω, ob vs. 26. etsi Dodwelli hac in re exigua fides est, qui toties dederit χορ. pro χωρ. et omnino plurimis locis ο pro ω, in quo errore non est haerendum. Vs. 7. nomini Ἐχάλκου Graefius comparavit *Isalcen*. Vs. 9. dedi Ἀνδρομάχου, non Ἀνδρομάου inauditum, etsi voce Οἰνόμαος excusabile; nam Dodwellum puncta non accurate posuisse docent vss. 11. 16. 18. etc. Vs. 11. nomen Κολοστίμηος recte Graefius monstrosum dixit; deinde Ἀστυφιλίδου mihi est probabile, idque quum nomina eadem redire infra viderem, dedi etiam vs. 13. congruente ad amussim lacuna. Primum eius praedium, tum eiusdem domus memoratur. Οἰκήας vs. 11. non mutavi, quod id toties redit, quamquam in eodem titulo etiam οἰκίας habetur. In fine Graefius ἀνανύτου ἔτι: quod poeticum est; et vacat ἔτι. Dodwellus ΟΙΚ.ΗΑΝ ΛΙΝ, in quo punctum rursus alieno loco positum. Fortasse fuit ΟΙΚΗΑ.ΑΝΟΙΚ: sic certe correxi, non audacter opinor. Μέσον εὐρούσας Graefius optime, *ad medium adductae*, ut Thucyd. I, 91. de moenibus, ὕψος λαμβάνει. Itaque domus fuit imperfecta; nihilominus potuit locata esse, vel antequam instauranda videretur, vel etiam postea.

Sequitur a vs. 15. alterum caput, novo indice insignitum τῶν μεταπωληθέντων τὰ πρῶτα; sic enim legendum esse sponte patet. Genitivus manifesto est in eadem ratione in qua deinceps χωρίου; τὰ πρῶτα consentaneum accusativum esse eiusdem rationis, cuius στατῆρας etc. Itaque integra dictio erit: οἵδε ὀφείλουσι τῶν μεταπωληθέντων χωρίων καὶ οἰκιῶν τὰ πρῶτα. Μεταπωλεῖν quid potest aliud esse nisi *revocata priore venditione iterum vendere*? Sed quum etiam locatum quodammodo vendatur, nec locationem et venditionem diligentius distinguant veteres, μεταπωλεῖν arbitror posse idem esse ac μεταμισθοῦν. Iam si de vera venditione cogites, τὰ πρῶτα erunt primae pensiones pretiorum per dies constitutas solvendorum: nam de ἐπωνίῳ civitati in venditione pendendo vix intelligi τὰ πρῶτα poterunt. Contra si de conductione agitur, τὰ πρῶτα aut possunt mercedis conducti pensiones prima die constituta solvendae esse, aut aliud latet, quod mihi omnino probatur. Locati erant illi fundi et domus, sed quum vectigal non penderent conductores, revocata pristina locatione aliis deinde locati erant; et τὰ πρῶτα ratione τῆς μεταπωλήσεως habita dicuntur *primae mercedes*, hoc est mercedes debitae ex prima locatione fundorum posthac revocata ob id ipsum, quod primi conductores non solverant. Vs. 16. nota τετρώκοντα, ut in epitaphio Corcyraeo, cuius initium ὀδῖτα βαιόν; cf. Buttm. Gr. Gr. ampl. T. I. p. 283. Vs. 18. dedi Αἰγύλου e vs. 21. congruente lacuna; primum habes eius praedium, deinde eiusdem domum. Ibidem nota formam ἑβδεμήκοντα, ut in tabulis Heracleensibus. Vs. 20. ΟΟ in ΘΩ mutaverim et scripserim Ἀγάθωνος; ut domus sit eiusdem, cuius vs. 16. est praedium. Vs. 21. Χηρίας est Boeoticum p. Χαιρέας. Vs. 21. extr. Α addendum est, quod in Dodwelliano apographo per incuriam vs. 22. extr. apponitur. Nam vs. 22. esse integrum patet. Vs. 23. Graefius Καλλιμένεος; praetuli Καλλιγένεος, nomen Delphicum n. 1702. 1704. Vs. 25. Graef. Μένονος: praetuli Ξένωνος nomen Delphicum n. 1699. 1705. Vs. 26. post ὀδελὸν infertur ἡμιοδέλους χαλκέους τέτορας: cuius dictionis difficultates exposuit Graefius. Nam plures hemioboli efficiunt unum vel plures obolos: itaque post obolum non possunt plures addi, nisi si forte hemiobolos dixeris nomine tantum esse dimidios obolos, sed quod huius monetae pretium esset deminutum, iam hemiobolos duos non effecisse obolum; immo dicas ideo addi χαλκέους, ut appareat non esse hemiobolos argenteos, quorum bini efficiant obolum, ut Athenis hemiobolus argenteus omnino fuit oboli dimidia pars, sed esse aereos, tam vili pretio aestimatos, ut ne quattuor quidem aequarent obolum. Verum haec nec per se probabilia sunt, nec conveniunt cum reliqua inscriptione, ubi vs. 8. 14. χαλκοῖ non sunt hemioboli, sed aerei nummi Atticis χαλκοῖς respondentes. Itaque pro ἡμιοδέλους haud cunctanter scribo ἡμιόδελον. Superest χαλκέους τέτορας. Hoc quoque ex Attica moneta iudicatum ferri non posset. Nam obolus Athenis octo aestimatur χαλκοῖς; itaque quattuor χαλκοῖ quum efficiant hemiobolum, post hunc illi inferri nequeunt. Hinc Graefius paulo audacius coniecit, τέτορας apud Dodwellum ex sequente versu aliquo, qui omissus sit, esse admistum, et scribendum χαλκέους τρεῖς. Mihi difficultas hic nulla esse videtur. Nam etsi in talenti, minae, drachmae, oboli inter se ratione conveniunt Graeciae civitates, non tamen opus est, ut obolus Delphis tot constiterit aereis, quot apud Athenienses: potuerunt Delphici aerei decem vel duodecim obolo aequari; ita ut sana sit lectio χαλκέους τέτορας. Vs. 28. Φλείακος aut nomen patris Pisiae est aut

cognomentum, *phlyacographi*. Posteriori tamen sententiae obest diphthongus ει: nam ne φλοίαξ quidem bene scribi videtur, recte notante Schweighäusero ad Athen. III. p. 86. A. ad quem remisit iam Graefius. Postremo compono tabulam pecuniarum debitarum.

1)	Xenophanes debet	ex – –	stat. 8	dr. ,,	ob. ..	hem. ,,	chalc. ,,
2)	Epicratidas –	ex – –	– 10	– ,,	– ,,	– ,,	– ,,
3)	Endius –	ex – –	– ..	– 1	– 2	– 1	– ,,
4)	L..on –	ex domo	– 10	– 1	– ,,	– ,,	– ..
5)	Aristocrates –	ex domo	– 11	– ,,	– 4	– ,,	– ,,
6)	Colosimeus –	ex domo	– 5	– ,,	– ,,	– ,,	– ,,
7)	Phyllidas –	ex fundo	– 18	– 1	– 4	– ,,	– 1
8)	Simylius –	ex fundo	– 40	– 1	– 3	– ,,	– ,,
9)	Thessalus –	ex fundo	– 70	– ,,	– ,,	– ,,	– ,,
10)	.... –	ex fundo	–105	– ,,	– ,,	– ,,	– ,,
11)	.... –	ex domo	– ..	– ,,	– ,,	– ,,	– ,,
12)	Cherias –	ex domo	– .0	– 1	– 3	– ,,	– ,,
13)	Isocrates –	ex domo	– 5	– 1	– 3	– ,,	– ,,
14)	Xenodamus –	ex domo	– 2	– 1	– 1	– 1	– 4
15)	Echinaeus –	ex domo	– 11	– ,,	– ,,	– ,,	– ,,
16)	Chaerolas –	ex domo	– 3	– 1	– ,,	– ,,	– ,,

1691.

Delphis prope templum. Dedit Cyriacus p. xxx. n. 203. et ex suis ac Cyriaci schedis a Compagnonio missis Murat. T. II. p. DCCCCXXXVIII. 2. Iteravit ex eodem fonte Villois. Act. Acad. Inscr. T. XLVII. p. 326. et notis ad Herodot. I, 54. inseruit Wesselingius. Minusculis expressit Rosius Inscr. p. 284. Versuum distinctio ap. Murat. prorsus arbitraria nec probabilis est; ap. Cyr. sunt indiscreti. Igitur nos quoque arbitrariam dedimus versuum distinctionem: vs. 1. tamen nota sic ut dedimus separatum a Cyr. praeberi.

ΘΕΟΙ
ΔΕΛΦΟΙΕΔΩΚΑΝΦΙΛΙΠΠΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΚΑΛΥΜ
ΝΙΩΙΑΥΤΩΙΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣΠΡΟΞΕΝΙΑΝΠΡΟ
ΜΑΝΤΕΙΑΝΠΡΟΕΔΡΙΑΝΠΡΟΔΙΚΙΑΝΑΣΥΛΙΑΝ
ΑΤΕΛΕΙΑΝΠΑΝΤΩΝΚΑΙΤΑΑΛΛΑΔΟΣΑΚΑΙ
ΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣΑΡ
ΧΟΝΤΟΣΔΑΜΟΚΡΑΤΕΟΣΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝΑΓΙΩΝΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΥΕΥΔΩΡΟΥΑΛΕΞΑΡΧΟΥ

Litterarum formas dedi ex Cyr. Vs. 1. non correxerim Θεοῖς: si dativus postulatur, Θεῷ legendum est, scripto O p. Ω, quod passim fit in formulis ex remotiore antiquitate retentis. Sed ipse nominativus videtur ferri posse collatis iis, quae habentur ad n. 4. cf. n. 1694. Itaque hunc praetuli in sequente tituli repetitione.

Θεοί.

Δελφοὶ ἔδωκαν Φιλίππῳ Ἀπολλωνίου Καλυμνίῳ αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις πρόξενίαν, προμαντείαν, προεδρίαν, προδικίαν, ἀσυλίαν, ἀτέλειαν πάντων καὶ τὰ ἄλλα [ὁπ]όσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις. ἄρχοντος Δαμοκράτεος, βουλευόντων Ἁγίωνος, Ἀριστομάχου, Εὐδώρου, Ἀλεξάρχου.

Pro ΔΟΣΑ dedi ὁπόσα; nam δὲ inauditum est in hac formula toties recurrente: Rosius Δ delendum censet. Damocrates redit n. 1693. 1704. Hagion n. 1700. 1709. *b.* Eudorus n. 1695. 1699. 1704. sed hi possunt alii esse; et diversus certe Eudorus est uterque n. 1710. *Archontum* Delphicorum frequens in his titulis mentio: olim, certe usque ad Olymp. 105. prytanis eponymus fuit, etsi hic quoque archon a grammaticis vocatur. Vide Müller. Dor. T. II. p. 135. 182. *Consiliarii* quattuor sunt, non duo, ut visum Muratorio: rem evincit n. 1695. neque aliud statuendum n. 1710. Contra ubi de semestri agitur, ibi tantum duo Delphis consiliarii nominantur, divisis inter quattuor illos temporibus. Vide locos ad n. 1699. citatos.

1692.

Olim *Delphis* (Castri) in ecclesia D. Eliae; nunc Oxonii, quo deportavit Whelerus. Ediderunt Whelerus Itin. p. 314. ed. Brit. T. II. p. 346. ed. Gall. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 8. et ex utroque Vandal. Diss. p. 442 sqq. qui non de omnibus locis recte iudicavit. Postremo e lapide dedit Chandlerus Marm. Oxon. II, 30. Marmor est candidum, favi instar multis locis leviter excavatum: quod ubi factum est, litterae plus quam solet inter se distant: idem de aliis marmoribus Delphicis a se transcriptis monuit Wood ap. Chandl. Ceterum Chandlerus primos versus male restituit.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Fundus lectionis nostrae est apographum Chandleri, qui etiam lacunas accurate notavit: ex prioribus apographis varietates omnes annoto. Vs. 1. Sp. ..... ΑΔΕΛΦΟ.., Wh. ut Ch. sed omisso Ι. Vs. 2. Ch. .. ΑΝΠΑΤΡΩΝ......, Sp. .... ΑΝΠΑΤΡΩΝΑ, Wh. ΑΝΓΙΑΤΡΩΝΑ. Vs. 3. Ch. ... ΩΝ .. ΕΥΔΩΡ ......, Sp. tantum ΕΥΔΩΡΩΙ, Wh. .. ΩΝΙΟ ΕΥΔΩΡΩΝ. Vs. 4. Ch. .... ΑΡΧΟΥ . ΟΙ etc., Sp... ΤΑΡΧΟΥΒΟΙ etc. Wh... ΑΡΚΟΥΒΟΙ etc. Vs. 6. Ι omittit Sp., ultimum Ν Sp. Wh. Praeterea Wh.

. . . . . ΤΥΧΑΔΕΛΦΟΙ . .
. . ΑΝΠΑΤΡΩΝΑ . . . .
. . . ΩΝ . . ΕΥΔΩΡΩΙ . .
. . . ΤΑΡΧΟΥΒΟΙΩΤΟΙΣ .
. . ΤΑΝΑΓΡΑΣΑΥΤΟΙΣ
. . ΙΕΓΓΟΝΟΙΣΠΡΟΞΕΝ
. ΑΝΠΡΟΜΑΝΤΕΙΑΝ . .
ΕΛΕΙΑ . ΑΣΥΛΙΑΝ
ΠΡΟΕΔΡΙΑΝΠΡΟΔΙΚΙ
ΑΝΕΠΙΤΙΜΑΝΚΑΘΑΠΕΡ.
ΔΕΛΦΟΙΣΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΘΟΙΝΙΩΝΟΣΒΟΥΛΕΥ:
ΝΤΩΝ . ΣΩΠΟΔΩΡΟΥ
. ΡΑΚΛΕΙ . ΑΔΑΜΟΝ . .

---

legit ΕΝΓ. Vs. 7. primum Α Wh. primum ΑΝ Sp. omittunt. Vs. 8. primum Ε ex Sp. Wh. addidi; dein alterum Ε omittit Wh., in lacuna Δ habent Sp. Wh. Vs. 11. ante Δελφοῖς uterque lacunam signat, alter unius, alter duarum litterarum. Vs. 13. uterque ΔΟΡΟΥ. Vs. 14. deest ap. Wh. Sponius pro Ν habet Τ.

Ἀγαθᾷ] τύχᾳ. Δελφοὶ [ἔδωκ]αν Πατρών[δᾳ] . . . . . ω-ν[ος?], Εὐδώρῳ . . . . . τάρχου Βοιωτοῖς [ἀπὸ] Τανάγρας αὐτοῖς [κα]ὶ ἐγγόνοις προξεν[ί]αν, προμαντείαν, [ἀτ]έλεια[ν], ἀσυλίαν, προεδρίαν, προδικίαν, ἐπιτιμὰν καθάπερ Δελφοῖς. ἄρχοντος Θοινίωνος, βουλευ[ό]ντων [Ἀ]σωποδώρου, [Ἡ]ρακλεί[δ]α, Δαμον - - - - - Periit quartum nomen (v. ad n. 1691.). Ἐπιτιμὰν est p. ἐπιτιμίαν.

1693.

Delphis „in rotundo Apollinis templo''; Cyriac. p. XXVII. n. 196. et ex suis schedis Murat. T. II. p. DLXXXIX. 1. Tractavit Leich. in Misc. Lips. nov. T. I. p. 479 sqq. ubi simul minusculis expressus titulus; item minusculis, sed ex solo Muratorio, reddidit additis notis Rosius Inscr. p. 285 sqq. cum emendationibus Dobraei p. 424 sq. qui Cyriaco usus est. Apud Cyriacum versus indiscreti sunt; igitur Muratorianam dedi divisionem: sed nota illam nullius esse fidei, et in quoque versu posse sine cunctatione inseri quae necessaria sint, etiamsi ea versuum Muratorianorum limites excedant. De Apollinis, quod fertur, templo cf. n. 1694. ubi notavi esse exedram, quae tamen post hanc inscriptionem videtur dicata esse; ita ut haec postea in illam translata esse censenda sit.

ΑΓΑΘΑΤΥΧΑΑΡΧΟΝΤΟΣΕΛΕΩΝ
ΕΠΕΙΔΗΔΑΜΟΚΡΑΤΗΣΚΑΙΤΙΜΑΣΝΙΚΑΘΑΜΒΟΠΟΙΕΥΣΕΞΑΠΟΣΤΑΛΕΝΤΕΣ
ΘΕΩΡΟΙΠΟΤΙΤΟΝΤΑΣΤΕΧΕΠΙΤΑΝΕΚΚΛΗΣΙΑΝΑΝΑΓΓΕΙΛΑΙ
ΠΕΡΙΔΙΚΑΙΑΡΧΟΥΤΟΥΦΙΛΩΝΙΔΑΛΛΟΔΙΚΕΟΣΟΤΙΑΝΗΡΑΓΑΘΟΣΤΕ
ΤΟΠΟΝΚΑΙΤΑΝΠΟΛΙΝΤΩΝΔΕΛΦΩΝΚΑΙΠΕΡΙΠΛΕΙΣΤΟΥΠΟΙΕΙΜΕΝΟΣ
ΤΑΝΠΟΤΙΤΟΥΣΘΕΟΥΣΕΥΣΕΒΕΙΑΝΕΥΠΑΣΣΩΝΠΑΡΑΣΚΕΥΑΖΕΙ
ΕΝΠΑΝΤΙΚΑΙΡΩΙΚΑΙΚΟΙΝΑΙΤΑΙΠΟΛΕΙΚΑΙΙΔΙΑΙΤΟΙΣΕΥΤΥΓΧΑΝΟΝ
ΤΟΙΣΚΑΤΙΣΑΥΖΟΝΠΑΡΑΚΑΛΗΚΑΙΤΟΙΣΑΦΙΚΝΟΥΜΕΝΟΙΣ
ΔΕΛΦΩΝΠΟΤΙΤΟΝΒΑΣΙΛΗΑΑΝΤΙΟΧΟΝΣΥΝΕΡΓΕΙΜΕΤΑΠΑΣΗΣ
ΠΡΟΘΥΜΙΑΣΚΑΙΤΥΓΧΑΝΩΝΧΡΕΙΗΝΕΧΟΝΤΕΣΚΑΙΛΕΓΕΙ
ΚΑΙΠΡΑΣΣΕΙΔΙΑΠΑΝΤΟΣΠΑΡΑΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΑΝΤΙΟΧΩΙΠΕΡΙ
ΤΟΥΙΕΡΟΥΚΑΙΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΩΝΔΕΛΦΩΝΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙ
ΔΕΔΟΧΘΑΙΚΑΙΠΟΛΕΙΤΩΝΔΕΛΦΩΝΑΓΟΡΑΙΑΦΟΙΣΤΑΙΣ
ΕΝΝΟΜΟΙΣΕΠΑΙΝΕΣΑΙΔΙΚΑΙΑΡΧΟΝΦΙΛΟΝΙΔΑΛΛΟΔΙΚΕΑΤΩΝ
ΠΟΤΙΘΑΛΑΣΣΑΙΕΙΤΑΙΕΥΣΩΣΙΑΙΚΑΙΕΠΤΑΙΛΟΙΠΑΙΠΡΟΔΙΡΕΣΕΙΑΝ
ΕΧΩΝΤΥΓΧΑΝΕΙΠΟΤΙΤΕΤΟΙΕΡΟΝΚΑΙΤΑΝΠΟΛΙΝΤΩΝΑΥΤΩΙΣ
ΘΕΩΡΟΔΟΚΙΑΝΤΩΝΔΕΠΥΘΙΩΝΚΑΙΣΩΤΗΡΙΩΝΕΙΜΕΝΔΕ
ΑΥΤΟΝΚΑΙΠΡΟΞΕΝΟΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΝΙΟΝΤΟΥΙΕΡΟΥΚΑΙ
ΤΑΣΠΟΛΙΟΣΤΩΝΔΕΛΦΩΝΚΑΙΥΓΑΙΝΑΥΤΩΙΠΡΟΜΑΝΤΕΙΑΝ
ΠΡΟΔΙΚΙΑΝΑΣΥΛΙΑΝΑΤΕΛΕΙΑΝΠΑΝΙΑΝΕΜΠΡΑΣΕΙΣΤΟΙΣ
ΑΓΩΝΟΙΣΑΡΡΟΛΙΣΥΝΚΑΙΤΑΛΛΑΤΟΙΣΩΣΑΚΑΙΤΟΙΣ
ΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΚΑΙΕΤΕΡΟΙΣΚΑΙΣΕΙΠΑΡΑΤΑΣΠΟΛΙΟΣ

Fundus lectionis est Cyriaci textus. Vs. 1. Mur. ΑΡΟΝΤΟΣ; idem vs. 2. ΔΗΔΗΜΟ etc. Vs. 3. longior est ap. Mur. qui habet ΠΟΤΙΤΑΤΤΟΝΤΕΣΤΑΕΠΙ et in fine ΑΝΑΓΓΕΛΛΕΤΑΙ: versum esse prorsus mutilum patet. Vs. 4. Mur. ΑΓΑΘΟC, et sic deinceps aliquoties C habet; quod annotare putidum. Vs. 6. Cyr. ΕΥΠΑΣΣΟΝ, Mur. ΕΥΠΡΑCCΩΝ. Vs. 7. Π Cyr. habet ubi dedi, et sic omnibus, ubi apud nos est, locis. Vs. 7. init. Mur. ΕΚ, et dein ΚΑΙΡΩ (sine Ι), et ΚΟΙΝΑΙΑΤΑΙ etc. et in fine ΝΩΝ. Vs. 8. Mur. ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΖΩΝΠΑΡΑΚΑΛΕΙ. Vs. 10. extr. Mur. ΚΑΙΑΛΕΓΕΙ. Vs. 11. idem ΑΝΤΙΟΧΩΙ,

Cyr. ΑΝΤΙΟΧΩ. Vs. 12. Mur. ΔΕΔΟΚ etc. et ΑΓΟΡΑ; Cyr. ΑΓΟΓΑ. Vs. 15. Mur. ΕΙΤΑΙΙΕΥ etc. et sub finem ΔΙΕΡΕΣΕΙΑΝ, Cyr. ΔΙΡΕΣΕΙΑΝΙ. Vs. 16. Cyr. ΤΥΓΧ, Mur. ΤΥΓΧ. dein ΤΕ omittit Mur. In fine Cyr. ΑΥΓΟΙΣ, Mur. ΑΥΤΩΙΣ. Vs. 17. Mur. ΣΟΤ etc. Vs. 21. pro ΑΓΡΟΛΙΣΥΝ, Mur. ΑΠΡΑΓΜΟΣΥΝΗΝ, e falsa correctione.

Ἀγαθᾷ τύχᾳ, ἄρχοντος Ἐλέων[ος]· Ἐπειδὴ Δαμοκράτης καὶ Τιμασ.. κ[αὶ] Ἄθαμβο[ς] οἱ [δὶ]ς ἐξαποσταλέντες θεωροὶ ποτὶ τὸν [β]ασ[ιλῆα Ἀν]τ[ίο]χ[ον] ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν ἀνάγγειλα[ν] περὶ Δικαιάρχου τοῦ Φιλωνίδα Λαοδικέος, ὅτι ἀνὴρ ἀγαθὸς [γ]έ[γονε περὶ] τὸ [ἱερ]ὸν καὶ τὰν πόλιν τῶν Δελφῶν, καὶ περὶ πλείστου ποιε[ύ]μενος τὰν [ποτ' αὐτοὺς εὔνοιαν, καὶ τὰν] ποτὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν [φ]υ[λ]άσσων [πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας] παρασκευάζει ἐν παντὶ καιρῷ καὶ κοινᾷ τᾷ πόλει καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχανόντ[ε]σ[σι, ἐς ὅ] κά τις αὐ[τ]ὸν παρακαλῇ, καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις Δελφῶν ποτὶ τὸν βασιλῆα Ἀντίοχον συνεργεῖ μετὰ πάσ[α]ς προθυμίας, [ὧν] κα τυγχάνων[τι] χρεί[α]ν ἔχοντες, καὶ λέγει καὶ πράσσει διὰ παντὸς παρὰ τῷ βασιλεῖ Ἀντιόχῳ περὶ τοῦ ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος τῶν Δελφῶν· ἀγαθᾷ τύχᾳ, δεδόχθαι [τ]ᾷ πόλει τῶν Δελφῶν· ἀγορά, [ψ]άφοις ταῖς ἐννόμοις· ἐπαινέσαι Δικαίαρχον Φιλ[ω]νίδα Λαοδικέα τῶν ποτὶ θαλάσσᾳ ἐ[π]ὶ τᾷ εὐσ[εβε]ίᾳ καὶ ἐπ[ὶ] τᾷ λοι[π]ᾷ προ[α]ιρέσει, ἃν ἔχων τυγχάνει ποτί τε τὸ ἱερὸν καὶ τὰν πόλιν τ[ὰ]ν αὐτῶ[ν, καὶ ἐπὶ τᾷ φιλοτιμίᾳ, ἃν εἶχε κατασταθεὶς ἐπὶ τὰν] θεωροδοκίαν τῶν [τ]ε Πυθίων καὶ Σωτηρίων· εἶμεν δὲ αὐτὸν καὶ πρόξενον καὶ εὐεργέταν τοῦ ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος τῶν Δελφῶν, καὶ ὑ[π]ά[ρχε]ιν αὐτῷ προμαντείαν, προδικίαν, ἀσυλίαν, ἀτέλειαν πάν[των, προεδρ]ίαν ἐμ π[ᾶσιν] τοῖς ἀγώνοις, [τοῖς] ἁ πόλις [σ]υν[τελεῖ], καὶ τἆλλα [ὅ]σα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ ε[ὐ]ερ[γέτα]ις [ὑπ]ά[ρχ]ει παρὰ τᾶς πόλιος.

Dicaearcho Laodicensi ex *Laodicea ad mare* in Syria honores decernunt Delphi ob merita de theoris ad Antiochum regem missis. Condidit illam urbem Seleucus Nicator (Strab. XVI. p. 749. Steph. Byz. v.) et ex matre sua denominavit: ἡ πρὸς θαλάσσῃ vocari coepta est, ex quo plures extiterunt Laodiceae. At Seleucus Nicator ipse quinque Laodiceas condidisse dicitur ab Appiano Syr. 57. in quibus ponit Laodiceam Phoeniciae, quam Mannertus Geogr. T. VI. P. I. p. 428. non Laodiceam ad mare, sed Laodiceam ad Libanum esse censet: sed quum inter nobilissimas urbes Appianus illam Laodiceam nominet, eam, quae ad mare est, intelligendam arbitror. At quum omnino non plures quam quinque Laodiceae cognitae sint, nisi omnes condiderit Nicator, falsus fuerit Appianus. Et certe Laodiceam ad Lycum condidit Antiochus II. Deus, Stratonices f. (Steph. Byz. v.) ex uxore denominatam; de Laodiceae combustae conditore nihil mihi compertum; Laodiceae Mediae (Steph. Byz. v. Strab. XI. p. 524. Plin. H. N. VI, 29. ubi eadem appellari videtur) a Plinio Antiochus conditor tribuitur, quippe Seleuci f. Soter. De ceteris quidquid statues, patet iam sub Antiocho Sotere *Laodiceam ad mare* potuisse hoc cognomento vocari. Igitur ab hac quidem parte nihil obest, quominus *rex Antiochus* putetur esse *Soter*, primus huius nominis Syriae rex, de quo cogitandi materiam praebet Σωτηρίων mentio vs. 17. iniecta, quae ad Antiochum Soterem rettuleris. Rursum vero valde probabilis Rosii coniectura est, theoros hos missos esse ad sollemnia Daphnaea, quae Antiochus Epiphanes, postquam legatos et theoros per civitates misit futuros ludos nunciatum, ingenti sumptu celebravit; his prope trecentae affuerunt theoriae. V. Polybium apud Athen. V. p. 194. C sqq. quae res acta fere a. Chr. a. 166. Sane Daphnaea sacra, de quorum loco cf. Cellar. Geogr. ant. T. II. p. 352 sq., Apollini et Dianae dicata esse constat; quo magis consentaneum est Delphos ad illa theoros misisse: immo non dubito illa Daphnaea esse Pythia dicta, quemadmodum Imperatorum aetate Laodiceae ad Lycum instituta Pythia esse urbis inscriptio docet; quae videntur a Daphne petita esse. Accedit quod Antiochiae nummi Delphicum referunt tripodem. Sed Daphnen quum iam Seleucus Nicator Apollini dicaverit, quod eius mater Laodice sibi per quietem visa est ex Apolline concepisse (Iustin. XV, 4.), potuerunt Delphi iam sub Sotere theoros Daphnen mittere. Quod quum considero, vel invitus reducor ad *Soterem*, cui Delphos, et Daphnaea ad sacra et gratulandi causa ad festa Soteria in ipsius honorem acta, theoros misisse non est dissimile vero. Nam Olymp. 125, 3. a. Chr. 278. Galli petierant Delphos, a Graecis tum fusi; eosdem quum tribus annis post Antiochus in Asia fregisset, Soteris est cognomen nactus a gratis populis (Appian. Syr. 65.). Igitur tum esse *Soteria* acta consentaneum est: ad ea Soteria et Daphnaea theoros miserunt Delphi, victori de Gallis obstricti: eosque quum Dicaearchus theorodocus ab Antiocho constitutus regi conciliasset, honores illi habuerunt Delphi. Haec quidem divinando e vs. 17. elicio, licet ibi sententia supplendo integranda sit: attamen coniectura non spernetur a peritis. Ceterum titulus ita est male habitus, ut verba ipsa non possint omnia certo restitui: etenim hinc inde, ut solet apud Cyriacum, integra perierunt cola. Neque emendatio satis bene cessit Leichio, cuius conamina prope omnia silentio transeo, quod vel falsa sunt, vel ea tantum perficiunt, quae quisque correxerit: meliora dederunt Rosius et Dobraeus.

Vs. 1. Ἐλέωνος primus dedit Leichius: sed hoc quoque incertum. Theori videntur tres fuisse; duorum quidem nomina quam unius probabilius est in obscuris istis Cyriaci quisquiliis inde a ΚΑΙΤΙΜΑΣ sepulta esse. Et vocem Ἄθαμβος arbitror me recte restituisse ex n. 1702. 1704. 1706. Tum ΟΙΕΥΣ videtur mihi οἱ δὶς esse: bis enim videntur illi theori missi, semel ad Pythia, iterum ad Soteria (v. supra). Ποτὶ τὸν βασιλέα Ἀντίοχον recte dedit Dobraeus, nisi quod βασιλῆα e vs. 9. scripsi. Post haec παρελθόντες inseruit Rosius exemplo decretorum permultorum, ut eorum, quae de asylo in Teiis reperies, aliorum: sed hoc fortasse omitti potest. Ἀνάγγειλαν recte Dobr. ceteri ἀναγγέλλονται. Idem dedit γέγονε. Mox Dobr. ποιεύμενος, Ros. ποιούμενος, unde suspen-

dit accusativum *εὐσέβειαν*, pergens deinde: *εὖ πράσσων παρασκευάζει*: sed debebat potius *εὖ ποιῶν* esse, nec *παρασκευάζει εὖ πράσσων* Graecum est. Sentit hoc Dobr. scribens *εὔχρηστον ἑαυτὸν παρ.* Mihi non dubium est ΕΥΠΑΣΣΩΝ esse *φυλάσσων*: itaque plura perisse arbitror, quae exempli causa supplevi, additis verbis *ποτ᾽ αὐτοὺς εὔνοιαν καὶ τάν*, quae poterant ob homoeoteleuton excidere, et deinde verbis usitatis *πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας*. At ne sic quidem convenit *παρασκευάζει*, pro quo ex usu decretorum exspectes *παρέχεται* vel *παρέσχηται*. Sententia enim manifesto eadem est, quae exempli causa in Deliaco decreto: Ἐπειδὴ Κλεινόδημος etc. *ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν διατελεῖ περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν δῆμον τῶν Δηλίων, καὶ χρείας παρέχεται καὶ κοινῇ τῇ πόλει καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ τῶν πολιτῶν, ἐς ὃ ἄν τις αὐτὸν παρακαλῇ* etc. In aliis plurimis est *παρέσχηται*. Tenium quoque marmor suo loco edendum memoravit iam Rosius, in quo: *καὶ διατελεῖ χρείας παρεχόμενος καὶ κοινῇ τῇ πόλει καὶ καθ᾽ ἰδίαν τοῖς ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ*. Et ex eo quod attuli Deliaco decreto Ros. mox scripsit: *τοῖς ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ* (sic etiam antea Rochett. Antt. Bosp. p. 175.) *εἰς ὃ ἄν τις αὐτὸν παρακαλῇ*. Hoc emendavit Dobr. eodem quo ego modo, nisi quod ubi ego *ἐς ὅ* dedi, ille habet *αἷ* vel *ὅ*. Tum scribendum erat *πάσας*. *Ὧν κα* etc. recte scripsit Dobr. Vs. 9. conieceris *βασιλῆϊ*, ut paulo ante *βασιλῆα*. Sed impeditissimus locus fuit vs. 13. extr. ΑΓΟΡΑΙΑΦΟΙΣΤΑΙΣΕΝΝΟΜΟΙΣ. Haec, ne alia afferam, Dobraeus sic restituit: *ἀγοραῖς ταῖς ἐννόμοις*, mistas arbitrans duas lectiones ΑΓΟΡ et ΑΦΟΙ, idque Attico interpretatur *ἐν κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ*. Melius contulisset *ἐν ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ* n. 1567. nam *κυρία* non est *ἔννομος*, sed aliud. At insuper pluralis *ἀγοραῖς* insolens est. Propius ad verum accessit Rochettus Antiqq. Bosp. p. 167. scribens *ἐν ἀγορᾷ, ψάφοις ταῖς ἐννόμοις*. Sed hoc quoque emendandum videtur. Scripsi: *ἀγορά, ψάφοις* etc. solo Ι in Ψ mutato. Nempe nominativus absolutus in praescriptis decretorum usitatus est, ut in Deliaco marmore Archonte Aristaechmo: *ἐκκλησία κυρία ἐν τῷ ἐκκλησιαστηρίῳ*, ut in Atticis n. 105. 111. 112. 113. 122. 124. Ille igitur nominativus nunc ex formula sollemni interpositus est. Supra quidem fuit *ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν*: nihilominus potuit hic *ἀγορὰ* scribi, retenta antiqua formula. Mox *ἐπὶ τᾷ εὐσεβείᾳ* etc. recte emendarunt Ros. et Dobr. ille tamen ante *εὐσεβείᾳ* intulit *προθυμίᾳ καὶ τᾷ*, omissis verbis *τῶν ποτὶ θαλάσσᾳ*, in quibus videtur illud *προθυμίᾳ* quaesivisse. In seqq. ubi *τὰν αὐτῶν* dedi, sine causa Dobr. *τῶν Δελφῶν· εἶμεν δὲ* …… Ante *θεωροδοκίαν* haud pauca excidisse nemo non videt. *Θεωροδόκος* est *qui theoros recipit*; frequentem rei mentionem multis exemplis illustrare putidum est: ad n. 1193. et decretum Tenium pro Ammonio provocavit iam Rosius: qui quidem Ammonius a Teniis laudatur, quod *ἀναδέδεκται τὰν θεαροδοκίαν τῶν Δηλίων*, hoc est *sollemnium Deliorum*, ad quae theoros miserant Tenii. Hoc vidit etiam Ebertus Diss. I. de Cerer. Chthon. p. 15. Sic hoc loco *θεωροδοκία* est *τῶν [τ]ε Πυθίων καὶ Σωτηρίων*, quae festa debent apud Antiochum celebrata esse: nam theori sunt Delphici, iique ad Antiochum missi; igitur theorodocus debet in Antiochi terra quaeri: et apud hunc quomodo locum habere Pythia et Soteria potuerint, satis supra docui. Ita eo delabimur, ut theorodocus fuerit Dicaearchus Delphicae theoriae accipiendae ab Antiocho constitutus; ad quam rationem supplementum nostrum comparatum est. *Καταστᾶσαι θεαροδόκον* habes n. 1193. *Καταστῆσαι ἐπί τι* non est insolens: v. modo n. 123. §. 5. Paulo post Ros. *καὶ δόμεν αὐτῷ προμαντείαν*. Sed ΥΓΑΙΝ fuit ΥΠΑΡ[ΧΕΙ]Ν. Vs. 20. in litteris ΕΜΠΡΑΣΕΙΣ Rochettus Diss. archaeol. p. 75 sq. sibi visus est reperire *ἔμπασιν* (*ἔγκτησιν*), de qua voce diximus Introd. Boeot. I, 14. At neque *ἔμπασιν* scripto reliqua congruunt, neque in Delphicis proxeniae decretis moris est *ἔγκτησιν* diserte memorari; contra *προεδρίαν* illa nominatam offerunt (n. 1691. 1692.). Et hanc quidem restituendam esse vidit Rosius; nec tamen omnia absolvit. Dedit enim: *ἀτέλειαν, προεδρίαν ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγῶσι, ἀπραγμοσύνην*. At primum ΠΑΝΙΑΝ est ex *πάν[των, προεδρ]ίαν*, ut n. 1691. *πάντων* additum est. Deinde etsi vel *πᾶσι* vel *πάντεσσι* haud dubium videtur, ut apud Herodotum VI, 57. *καὶ ἐν τοῖσι ἀγῶσι πᾶσι προεδρίας ἐξαιρέτους*: tamen *ἀπραγμοσύνην* inauditum est nec debetur alii ac Muratorio. Meliora docuit Dobr. quem fere secutus sum. Is *ἀγώνοις* Aeolicum retinet, post quod desideratur *οἷς* vel *τοῖς*, quod addidit, credo arreptum ex seqq. ΤΑΛΛΑΤΟΙΣ, ubi id omnino eximendum est. Postremo dedit *ἁ πόλις συντελεῖ*, cuius vestigia sunt in lectione Muratorii. Sic marm. Ten. *προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν, οἷς συντελεῖ ἡ πόλις*, et saepius. Mox Dobr. *ὁπόσα κα*, non recte. In fine Ros. *εὐεργέταις τοῦ ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος*. Quod dedi verius iudico.

1694.

In ruderibus aedificii circularis modici ambitus, inter vicum Castri et fontem Castalium, quod nihil fuit nisi exedra, in qua considerent homines otiosi, vidit Dodwellus Itin. T. I. p. 182. in uno latere inscriptum. At Cyriacus et Apianus hoc aedificium pro templo Delphici Apollinis venditant; igitur Cyriaco p. XXIX. n. 201. dicitur haec „inscriptio in ipso Apollinis templi Delphorum latere, adhuc integra in parte manente et ad occidentalem plagam spectante." Ibidem fere ponit Apianus p. CCCCC. ex quo dedit Gruterus p. CXXIX. 15. atque iterum p. MXXI. 7. ubi male „in Cycladibus" ponitur. Postea ex scholiis Cyriaci in Strabonem excerpsit Langermannus, a quo acceptum titulum dedit Reinesius I, 241. p. 223. Ex suis schedis, quae a Cyriaco derivatae sunt, Graece dedit Murat. T. II. p. DLXX. 3. et Latino sermone male expressum ex schedis Marchionis Capponii T. I. p. CLXXVI. 2. Tractarunt praeter alios Marsham. Canon. p. 120. Vandal. Diss. p. 453–457. Corsin. F. A. T. II. p. 439 sqq. Tittmannus de Amphict. p. 97. qui et ibi et p. 51. miro errore Vandalii iudicium secutus unum hunc titulum quasi plures citat. Ex Gorii Symb. litt. apposuit Taylorus ad Aeschin. c. Ctesiph. p. 508. ut ait emendatissimum, sed re vera depravatum (est enim idem apographum quod apud Murat.); ex Dodwello Letronn. Journ. des Sav. 1820. Ian. p. 41. quem cf. etiam in Act. Acad. Inscr. T. VI. a. 1822. p. 248.

ΘΕΟΙ
ΕΠΙΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΔΕΛΦΟΙΣ|ΠΥΛΑΙΑΣΗΡΙΝΗΣΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΥΝΤΩΝ
ΑΙΤΩΛΩΝΠΟΛΕΜΑΡΧΟΥΑΛΕΞΑΜΕΝΟ|ΥΔΑΜΩΝΟΣ

Formam tituli unus Dodwellus recte nobis repraesentat: sed quum alter lapis, in quo extrema versuum pars scripta erat, hodie perierit, Dodwellus nec supra scriptum ΘΕΟΙ vidit, neque ea, quae post lineolas a me interpositas vs. 2. 3. comparent. Ad litterarum formam quod attinet, Σ est ap. Dodw. et Cyriacum Moronianum, item apud Apianum et in priore Gruteri textu; Mur. Reines. et alter Gruteri textus male C: ex Cyriaco Moroniano simul Γ dedi (Dodw. et reliqui Π, nisi quod Apianus ΕΠΙ). Universi tituli lectionem reddidi ex Cyriaco Moroniano, qui solus veram scripturam servavit. Vs. 1. deest apud Apian. et in Latinis Capponii. Gruteri exemplis Gudius ex scholiis Cyriaci addidit ΘΕΟΙΣ; et sic Reines. Ego insolentius ΘΕΟΙ retinui ex Cyriaco Moroniano et Mur. Reliqua varietas lectionis integra praeter schedas Graevianas in Grut. Thes. Addend. p. CCCXXI. prorsus futiles est haec: Vs. 2. Apian. ΑΡΙΣΤΑΓΩΡΑ ΑΡΧΩΝΤΟΣ et ΠΥΛΑΙΑΕ; pro ΗΡΙΝΗΣ Apian. Grut. ΗΣΙΗΣ: unde Scaliger p. CCCVI. falso correxit Πυλαίας οὔσης, et Vandalius Πυλαίας ἐτησίης: legendum esse Πυλαίας ἠρινῆς patet ex Dem. de cor. p. 278. Tum Apian. ΙΕΡΟΜΝΙΜΟΝΟΥΝΤΩΝ, Mur. ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΣΤΩΝ. Vs. 3. Grut. in priore textu ΑΙΥΩΛΩΝ. Postremo solus Dodw. ΠΟΛΙΜΑΡΧΟΥΑΛΕΞΑΝΔΡΟ., quem consentaneum est litteras iam evanidas non recte legisse.

Θεοί.

Ἐπὶ Ἀρισταγόρα ἄρχοντος ἐν Δελφοῖς, Πυλαίας ἠρινῆς, ἱερομνημονούντων Αἰτωλῶν Πολεμάρχου, Ἀλεξαμενοῦ, Δάμωνος.

De voce Θεοί monui ad n. 1691. Titulum esse integrum, inde colligas, quod plures his versus ne Dodwellus quidem repperit: itaque nihil de eo aliud iudicari potest, nisi designari annum et Pylaeam, qua dedicata illa exedra est, in cuius latere scriptus titulus. Primum igitur nominatur Delphicus archon, de quo tribus verbis monui ad n. 1691. deinde verna eius anni Pylaea, quae Delphis habita est ut illa ap. Dem. de cor. p. 278. Et illa quidem, de qua Demosthenes, non anno Pythiorum acta est; quae causa est, cur illius meminerim p. 813. *b.* extr. Haec, quam memorat noster titulus, fueritne Pythiis coniuncta necne, incertum est; quare eius ibi nullam feci mentionem. Tertia definitio ab Aetolis desumpta est: in qua primum de Polemarcho dicendum. Hunc plurimi hoc loco magistratum esse putant, in his Reinesius et Vandalius: atque hi quidem Aetolicum magistratum habent, Osannus Syll. p. 188. Delphicum. Et de Delphico quidem non est quod dicam: Aetolorum vero polemarchos memorari apud Suidam dicunt. Ac sane Suidas haec habet: Πολέμαρχοι· ἀρχὴ ἣν συνέβαινε κλείειν πύλας, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον κυριεύειν τῶν κλειδῶν καὶ ποιεῖσθαι τὸ καθ' ἡμέραν τὴν δίαιταν ἐπὶ τῶν πυλώνων παρ' Αἰτωλοῖς. Verum haec docuit iam Valesius esse ex Polybio IV, 18. ducta, et per incuriam Cynaethensium polemarchos Aetolis tribui. Sed etiamsi Aetolici magistratus essent polemarchi, si hoc loco polemarchus Aetolorum intelligeretur, docendum erat polemarchum esse eponymum Aetolorum magistratum. At aliter se habet res: eponymus Aetolorum est *praetor*, στρατηγός, qui non est πολέμαρχος. N. 1702. ἐν δὲ Αἰτωλίᾳ στραταγέοντος τὸ δεύτερον .... ιτύρου. Inscriptio Naupactia (Naupactii enim ea aetate Aetoli) n. 1757. στραταγέοντος Κλ. etc. Decretum Aetolorum inter Teios titulos: στραταγέοντος Ἀλεξάνδρου Καλυδωνίου Παναιτωλικοῖς. De hoc praetore cf. Tittmann. Gr. Staatsverf. p. 726 sq. et Ceum titulum, cuius initium Ἔδοξεν τοῖς Αἰτωλοῖς. Alia ratio est Theori, de quo dixi ad n. 1756. Praeterea si polemarchi munus hic memoraretur, post ἱερομνημονούντων exspectabas πολεμαρχοῦντος Ἀλεξαμενοῦ τοῦ Δάμωνος. Quae quum ita sint, Marshamus verum vidit, qui *tresviros Aetolos hieromnemones* agnovit, *Polemarchum*, *Alexamenum*, *Damonem*. Hoc nunc confirmant tituli n. 1689. et 1689. *b.* ex quibus uberioribus praescriptis haec iudicanda sunt. *Polemarchus* nomen proprium est satis frequens; sic nemo nescit Lysiae fratrem Polemarchum: alios praebent tituli, ut n. 1710. Haec praemonenda erant, ut iudicari de vi formulae ἱερομνημονούντων posset. Etenim legitime singulas Amphictyonicas civitates suos misisse hieromnemones et ex parte plures, constat et aliunde et ex titulis modo allatis; igitur si Aetoli soli nunc dicuntur ἱερομνημονεῖν, patet aliquid singulare, his hieromnemonibus Aetolorum proprium, significari. Itaque Tittmannus Amphict. p. 97. hieromnemonis munus ab hieromnemonibus civitatum diversum intelligit, eundemque illum hieromnemonem in decretis Amphictyonicis ap. Dem. de cor. p. 278. putat esse ἱερέα dictum; Letronnius l. c. p. 248. praesidium eo anno Aetolis competisse coniicit: nam praesidium concilii habet hieromnemonum unus, quod docet Cottyphus hieromnemon, de quo v. Tittm. p. 96. Sed haec non sufficiunt. Primum enim ἱερεύς ipsa voce monstrante non est ἱερομνήμων ideoque ne praeses quidem hieromnemonum, sed eponymus sacerdos Amphictyonum, ut alibi tales eponymi sacerdotes reperiuntur (cf. ad n. 1513.); et quum hoc loco tres sint ἱερομνημονοῦντες, non hi possunt cum illo apud Demosthenem sacerdote comparari. Nec de tribus concilii praesidibus apte cogitari potest; omninoque non liquet singulis civitatibus alternis competisse praesidium, nec potius ex omnibus hieromnemonibus lectum quovis conventu praesidem esse. Praeterea vox ἱερομνημονεῖν non potest apte praesidium concilii significare: nam etiam ceteri, qui non praesident, ἱερομνημονοῦσιν. Quodsi Athenis prytanis et epistates est prytanum et prytanum ceterorum quivis: longe haec alia res est, propterea

quod vox πρύτανις *praesidis* notionem continet. Postremo etsi n. 1689. Aetolus quidam est inter hieromnemones, tamen antiquitus Aetolos Amphictyonici foederis iure et legitime participes fuisse non constat (v. Tittmann. p. 51.). Hae me rationes eo deduxerunt, ut in eam concederem sententiam, quam aliquatenus praeivit Ste-Croix Gouv. féd. p. 68. Nempe qua aetate hic titulus conceptus est ab Aetolis, qui dedicarant exedram (ipsos enim hos dedicasse non dubito), nulli fuerunt alii Delphici Amphictyonum hieromnemones, nisi Aetoli; Aetoli, legitime expertes Amphictyoniae, hanc et Delphicum sibi templum arrogaverant, Aetoli fuere pro Amphictyonibus, Aetoli exclusis ceteris omnibus Graecis miserunt suos hieromnemones; ceteri Amphictyones nulli erant nisi nomine, exclusi a Delphico concilio, quod soli constituebant Aetoli, tribus missis hieromnemonibus. Huic explicationi unice conveniunt verba: ἱερομνημονούντων Αἰτωλῶν Πολεμάρχου, Ἀλεξαμενοῦ, Δάμωνος. Huius Aetolorum potentiae vestigium iam est in vita Demetrii Poliorcetae, de quo Plutarchus c. 40. extr. τῶν δὲ Πυθίων καθηκόντων πρᾶγμα καινότατον ἐπέτρεψεν αὑτῷ ποιεῖν ὁ Δημήτριος. ἐπεὶ γὰρ Αἰτωλοὶ τὰ περὶ Δελφοὺς στενὰ κατεῖχον, ἐν Ἀθήναις αὐτὸς ἦγε τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν πανήγυριν etc. Igitur iam tum theoris certe Delphos mittendis aditum praecludebant Aetoli; quod, ut hoc obiter addam, non fecissent, si concilii fuissent participes. Disertius illam Aetolorum iniuriam eloquuntur verba decreti Graecorum foederatorum Olymp. 139, 4. scripti, ap. Polyb. IV, 25. συναναχομιεῖσθαι δὲ καὶ τοῖς Ἀμφικτύοσιν ἔγραψαν τοὺς νόμους καὶ τὴν περὶ τὸ ἱερὸν ἐξουσίαν, ἣν Αἰτωλοὶ παρῄρηνται νῦν, βουλόμενοι τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν ἐπικρατεῖν αὐτοί. Ceterum si haec ita statuo, non nego aliquando, ut n. 1689. docet, Aetolos receptos in Amphictyoniam Delphicam esse, sed fortasse post tituli n. 1694. aetatem. Ad hanc rem pertinent opinor etiam verba Aetolorum in decreto inter Ceos titulos: Ἔδοξεν τοῖς Αἰτωλοῖς· ποτὶ τοὺς Κείους τὰν φιλίαν τὰν ὑπάρχουσαν διαφυλάσσειν, καὶ μηθένα ἄγειν Αἰτωλῶν μηδὲ τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ πολιτευόντων τοὺς Κείους μηθαμόθεν ὁρμώμενον μήτε κατὰ γᾶν μήτε κατὰ θάλατταν, μήτε ποτ' Ἀμφικτυονικὸν μήτε ποτ' ἄλλο ἔγκλημα μηθέν, ὡς Αἰτωλῶν ὄντων τῶν Κείων. Huius vero, de quo agimus, tituli aetas probabiliter poterit in Olymp. circiter 135-140. definiri ex Polybio.

1695.

„*Delphis* in pariete amphitheatri" Cyriac. p. xxxi. n. 208. et ex suis ac Cyriaci schedis a Compagnonio missis Murat. T. II. p. DLVI. 1. Supra scripta apud Cyriacum est Latina inscriptio: Q. MINCIVS . Q . F. RVFVS . LEG . APOALINEI . KIVTIO. MERITO, quam separatam refert Murat. T. I. p. XXIII. 9. Sed hic titulus, in quo MINVCIVS et PYTHIO legendum (*Q. Minucii Rufi* nomen e Cicerone notum), a Graeco omnino videtur segregandus. Graeci tituli versuum divisionem dedi ex Mur. non tamen formam tituli, quam ille habet non probabilem. Amphitheatri mentioni apud Cyriacum nihil tribue: recurrit ea apud illum saepius, locusque is videtur ille esse, quem Chandlerus verbis ad n. 1699. appositis describit. Certe hoc ex titulo n. 1703. cum n. 1702. collato colligas, item ex aliis, ut n. 1700. qui eodem ubi n. 1699. loco videtur positus esse. Omnino cf. ad n. 1710. ex quo doceo, illo loco, quem Chandlerus dicit, non amphitheatrum quidem, sed theatrum Apollineum fuisse.

ΘΕΟΣΤΥΧΑΝΑΓΑΘ
ΑΡΧΟΝΤΟΣΗΡΟΥΣΤΟΥΚΛΕΩΝΟΣΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝ
ΞΕΝΟΚΡΙΤΟΥΤΟΥΜΕΝΗΤΟΣΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥΤΟΥΔΡΟ
ΜΟΚΛΕΙΔΑΑΡΧΕΛΑΟΥΤΟΥΕΥΔΩΡΟΥΧΑΡΙΞΕΝΟΥ
ΤΟΥΣΩΠΥΛΟΥΕΠΕΙΟΛΕΥΚΙΟΣΤΙΛΛΙΟΣΛΕΥΚΙΟΥΥΙΟΣ
ΡΩΜΑΙΟΣΑΝΗΡΚΑΛΟΣΚΑΓΑΘΟΣΕΥΣΕΒΩΣΗΜΙΝΔΙΑ
ΚΕΙΜΕΝΟΣΤΥΓΧΑΝΕΙΚΟΜΜΟΣΟΝΕΥΝΟΙΚΩΣ
ΔΕΚΑΙΠΟΤΙΤΑΝΠΟΛΙΝΑΥΤΩΝΠΑΤΡΩΝΕΥΩΝ
ΔΙΑΠΑΝΤΟΣΤΟΙΣΕΝΤ - - - - - - -

Litterarum forma est ex Cyr.; Mur. modo Σ, Ω, modo C, ω. Fundus lectionis est textus Cyriaci. Vs. 1. Cyr. ΑΓΑΤ, Mur. ΑΓΑΘ. Vs. 3. Mur. ΞΕΝΩ etc. Vs. 5. idem ΛΟΥΚΙΟΣΟΣΤΙΛΛΙΟΣ ΛΟΥΚΙΟΥ. Vs. 6. pro ΗΜΙΝ, vs. 7. pro ΚΟΜΜΟ ΣΟΝ Mur. lacunas habet.

Θεὸς τύχαν ἀγαθ[άν.]

Ἄρχοντος - - ήρους τοῦ Κλέωνος, βουλευόντων Ξενοκρίτου τοῦ Μένητος, Ταραντίνου τοῦ Δρομοκλείδα, Ἀρχελάου τοῦ Εὐδώρου, Χαριξένου τοῦ Σωπύλου· Ἐπει[δὴ] Λεύκιος Τ[ύ]λλιος Λευκίου υἱὸς Ῥωμαῖος, ἀνὴρ καλὸς κἀγαθός, εὐσεβῶς ἡμῖν διακείμενος τυγχάνει - - - - - εὐνοϊκῶς δὲ καὶ ποτὶ τὰν πόλιν αὐτῶν πατρωνεύων διὰ παντὸς τοῖς ἐντ[υγχάνουσιν etc.

De prima formula cf. ad n. 4. de consiliariis monui ad n. 1691. Decretum laceratum est nec patitur restitutionem. Αὐτῶν nisi sit pro ἡμῶν, ut passim, non video ullum nexum. *L. Tullii* plures fuerunt, etiam in Ciceronis familia.

1696.

Delphis in vicinia, ut videtur, templi Apollinis. Ed. Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 194.

. . . . ΩΝ . . .
ΩΣΕΝΕΠΙΜΕ . . .
ΑΥΤΩΝΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ
ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥΔΕΛ

Fortasse ex dedicatione operis publici, cui convenit ἐπιμελείας quaedam mentio vs. 2. Tum vs. 3. 4. est αὐτῶν, Καλλίστρατος Καλλιστράτου Δελ[φός.

1697.

„Εἰς τὸ Κάστρον τῆς Φωκίδος" (*Castri* est Delphi), „εἰς τὸ χανὶ τὸ Βεκὴρ Πασχᾶ εἰς τὴν λεκάνην τῆς βρύσεως"; ex schedis Mustoxydis. Habeo etiam ex schedis Köhlerianis, in quibus vs. 1. omittitur.

ΘΝ - - - - - - - - - - -
ΘΗΡΙΝ - - - - - - ΠΟΛΙΣ - - - ΤΕ
ΙΠΠΩΝΟΣ - - - - - - - - - -

1698.

In monasterio Παναγίας prope Delphos in pavimento. Ed. Wheler. Itin. p.316. ed. Brit. T.II. p.349. ed. Gall.

ΔΕΛΦΩΝΠΟΛΕΩΣΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΥ

Δελφῶν πόλεως ἀπελευθέρου. Nihil praeterea in lapide scriptum esse testatur Whelerus, si eum recte intelligo: sed fragmentum est manifesto. Cetera potuerunt in alio lapide scripta esse.

1699.

Delphis. Ed. Chandlerus Inscr. P.II. p.84. n.151. cum hac nota ad n.1705. scripta et ad hunc et ad n.1699. 1702. 1704. 1706. 1707. 1709. pertinente: „Haec inscriptio, cum sex sequentibus, multisque aliis, extat in parte muri, qui, ni fallar, templum Apollinis olim inclusit, tuguriolis nunc celatâ. Incisae sunt negligenter, cum nonnullis erratis, in lapide impolito, hodie non sine magno labore legendae. Omnes, quas inspexi, eiusdem fere argumenti erant, sed temporibus et emptionis conditionibus diversis notabiles. Vellem me potuisse plures exscribere; quippe in iis praeter cetera Delphicorum et Aetolorum mensium nomina quaedam ignota reperiuntur." Titulos vix legi posse docent etiam schedae, de quibus dixi ad n.1688. extr. Muros illos esse theatri, quod Cyriacus amphitheatrum dixit, conieci ad n.1710. extr. Quae in his titulis inter uncos addita sunt, non de meo addidi sed ex Chandlero retinui.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΒΡΟΜΑΧΟΥΜΗΝΟΣΗΡΑΚΛΕΟΥΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝΤΑΝΔΕΥΤΕ
ΡΑΝΕΞΑΜΗΝΟΝΚΑΧΛΙΑΤΟΥΔΙΩΝΟΣΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥΤΟΥΕΥΔΩΡΟΥ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣΔΕΤΑΣΒΟΥΛΑΣΕΥΑΝΔΡΟΥΑΠΕΔΟΤΟΞΕΝΩΝΔΗΜΗ
ΤΡΙΟΥΣΥΝΕΥΔΟΚΕΟΝΤΟΣΚΑΙΤΟΥΥΙΟΥΚΛΕΩΝΟΣΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΤΩΙΠΥΘΙΩΣΩΜΑΓΥΝΑΙΚΕΙΟΝΑΙΟΝΟΜΑΠΙΣΤΑΤΟΓΕΝΟΣΕΙΝΔΟΓΕΝΗΤΙ
ΜΑΣΑΡΓΥΡΙΟΥΜΝΑΝΠΕΝΤΕΚΑΙΤΑΝΤΙΜΑΝΕΧΟΝΤΙΠΑΣΑΝΚΑΘΩΣΕΠΙΣ
ΤΕΥΣΕΠΙΣΤΑΤΑΝΩΝΑΝΤΩΘΕΩΕΦΩΤΕΕΛΕΥΘΕΡΑΕΙΜΕΝΚΑΙΑΝΕΦΑ
ΠΤΟ[Σ]ΑΠΟΠΑΝΤΩΝΤΟΝΠΑΝΤΑΒΙΟΝΠΟΙΟΥΣΑΟΚΑΘΕΛΗΚΑΙΑΠΟΤΡΕΧΟΥΣΑ
ΟΙΣΚΑΘΕΛΗΒΕΒΑΙΩΤΗΡΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΠΑΤΡΩΝΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ
ΕΙΔΕΤΙΣΕΦΑΠΤΟΙΤΟΠΙΣΤΑΣΕΠΙΚΑΤΑΔΟΥΛΙΣΜΟΙΒΕΒΑΙΟΝΠΑΡΕΧΟΝΤΩ
ΟΙΠΑΡΑΤΥΓΧΑΝΟΝΤΕΣΚΥΡΙΟΙΕΟΝΤΩΣΥΛΕΟΝΤΕΣΠΙΣΤΑΝΩΣΕΛΕΥΘΕ
ΡΑΝΟΥΣΑΝΑΞΑΜΙΟΙΕΟΝΤΕΣΚΑΙΑΝΥΠΟΔΙΚΟΙΠΑΣΑΣΔΙΚΑΣΚΑΙΞΑ
ΜΙΑΣΜΑΡΤΥΡΟΙΙΕΡΕΙΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣ
[Ι]ΔΙΩΤΑ[Ι] ΞΕΝΟΚΡΑΤΟΣ
ΟΘΑΙΟΣΑΡΙΣΤΩΝ

Ἄρχοντος Ἀβρομάχου, μηνὸς Ἡρακλέου, βουλευόντων τὰν δευτέραν ἑξάμηνον Κα[λ]λία τοῦ Δίωνος, Νικοστράτου τοῦ Εὐδώρου, γραμματεύοντος δὲ τᾶς βουλᾶς Εὐάνδρου, ἀπέδοτο Ξένων Δημητρίου, συνευδοκέοντος καὶ τοῦ υἱοῦ Κλέωνος τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ σῶμα γυναικεῖον, ᾇ ὄνομα Πίστα, τὸ γένος ἐνδογενῆ, τιμᾶς ἀργυρίου μνᾶν πέντε· καὶ τὰν τιμὰν ἔχοντι πᾶσαν· καθὼς ἐπίστευσε Πίστα τὰν ὠνὰν τῷ θεῷ, ἐφ᾽ ᾧτε ἐλευθέρα εἶμεν καὶ ἀνέφαπτο[ς] ἀπὸ πάντων τὸν πάντα βίον, ποιοῦσα ὅ κα θέλῃ καὶ ἀποτρέχουσα οἷς κα θέλῃ. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον τᾶς πόλιος Πάτρων Ἀριστοβούλου. εἰ δέ τις ἐφάπτοιτο Πίστας ἐπὶ καταδουλισμ[ῷ], βέβαιον παρεχόντω [τῷ θεῷ τὰν ὠνὰν ὅ τε ἀποδόμενος Ξένων καὶ ὁ βεβαιωτὴρ Πάτρων· εἰ δὲ μὴ παρέχοισαν βέβαιον, πρακτίμιοι ἐόντω κατὰ τὸν νόμον. ὁμοίως δὲ καὶ] οἱ παρατυγχάνοντες κύριοι ἐόντω συλέοντες Πίσταν ὡς ἐλευθέραν [ἔ]οῦσαν, ἀζάμιοι ἐόντες καὶ ἀνυπόδικοι πάσας δίκας καὶ ζαμίας. μάρτυροι [οἱ] ἱερεῖς τοῦ Ἀπόλλωνος - - - - - - [ἰ]διῶτα[ι δὲ] - - - Ξενοκράτο[υ]ς - - - - - - οθαῖος Ἀρίστων[ος fortasse.

Ἡρακλέου pro Ἡρακλείου retinui de industria. Duo hic sunt semestres senatores, ut n. 1700. 1705. 1706. et in aliis opinor lacunosis titulis. Post praescripta hic et in seqq. usque ad n. 1710. sequitur formula venditionis, ubi non mutilus titulus est ut n. 1708. 1709. De ipsa venditione, quae est manumissio pretio soluto, dixi ad n. 1607. (cf. etiam n. 1608.) unde nihil repeto. Vs. 5. in ΠΥΘΙΩ addendum Ι, quod etiam vs. 7. 8. 9. omissum. Ibidem correxi ἐνδογενῆ ex n. 1703. Mox verba καθὼς ἐπίστευσε τῷ θεῷ τὰν ὠνὰν pertinere ad formulam ἐφ᾽ ᾧτε etc. docet traiectio n. 1702. Est: *ut (quomodo) deo credidit emptionem serva.* Nempe serva suo, ut videtur, aere redimitur, sed deo credidit emptionem. Mox cave οἷ κα θέλῃ corrigas: vide n. 1703. 1705. 1706. Post vs. 10. duos versus Chandlerus omisit manifesto; cuius erroris causa haec fuit, quod vs. 10. incipit ab εἰ δέ, a quo delapsi oculi sunt ad versum ex omissis alterum, quem coniicio verbis

εἰ δὲ μὴ incepisse: sic igitur putabat hunc versum ab εἰ δὲ μὴ incipientem sese iam transcripsisse. Quae supplevi, ex aliis petita titulis sunt, ut n. 1702. 1704. Πρακτίμιος, quod e n. 1704. duxi, est εἴσπρακτος, hoc est: *liceto ab eo multam exigere.* N. 1702. pro eodem habetur πρᾶκος, n. 1706. ἔκτιμος, ubi simul summa additur xxx minarum, pretio, quo venditus servus est, sexies sumpto par. Haec igitur multa videtur constituta venditori vel fideiussori esse κατὰ τὸν νόμον, *nisi ratam deo emptionem praestiterit venditor vel fideiussor* (εἰ μὴ παρέχοι βέβαιον τὰν ὠνάν). Dedi vero παρέχοισαν formam insolentiorem, quae n. 1702. extat, vulgo Alexandrina habita. Cf. Buttm. Gr. Gr. ampl. T. I. p. 362. Multa cedit vendito, quod patet ex n. 1704. vel alii in syngrapha nominato, ut n. 1706. Κύριοι ἐόντω συλέοντες, *liceto iis eam legitime in libertatem vindicare*, Attice ἐξαιρεῖσθαι. Mox οὖσαν mutavi in ἐοῦσαν, ut ἐόντω et ἐόντες: etsi variat in hoc usus, ut n. 1709. b. est ὢν diserte. Tum addidi οἱ, ut n. 1702. 1704. 1705. 1706. 1710. Idem inserui n. 1703. Deinde addidi δέ, ut n. 1702. etsi potest etiam καὶ scribi e n. 1703. 1706. 1710. Etiam genitivus videtur in hac formula usurpari, ἰδιωτᾶν, τῶν ἀρχόντων n. 1704. 1705.

1700.

Delphis in pariete amphitheatri (vide ad n. 1695.); Cyriac. p. XXXI. n. 207. versibus indiscretis, et ex suis schedis Murat. T. II. p. DXCI. 3. formâ tabulae observatâ: unde ex hoc versuum distinctionem dedi. Tractavit Corsinus F. A. T. II. p. 441.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΓΙΩΝΟΣΤΟΥΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΥΜΗΝΟΣΘΕΟ
ΞΕΝΙΟΥΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝΤΑΝΔΕΥΤΕΡΑΝΕΞΕΑΡΙΣΤΟΒΟΥ
ΛΟΥΑΡΙΣΤΩΝΟΣΤΟΥΔΑΜΟΦΑΝΕΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΔΕΤΑΣΒΟΥΛΑΣΗΡΑΚΛΕΙΔΑΑΠΕΔΟΤΟΥΤΩΑΙΧΜΙΩΝΟΣ
ΣΥΝΕΥΔΟΚΕΟΝΤΟΣΚΑΙΤΟΥΑΝΔΡΟΣΑΥΤΑΣ- - - - -

Formam litterarum dedi ex Cyr. Muratorius semper Π, sed miscet Σ et C. Fundum lectionis constituit apographum Cyriaci. Vs. 1. Mur. ΑΓΙΟ ΩΝΟΣ. Vs. 4. Cyr. ΑΠΕΔΟΤΟΤΩΑΙΧ etc. Mur. ΑΠΕΔΟΤΟΥΤΩΤΗΣΑΙΧ etc. unde Υ licet incertum retinui.

Ἄρχοντος Ἁγίωνος τοῦ Πολυκλείτου, μηνὸς Θεοξενίου, βουλευόντων τὰν δευτέραν ἑξ[άμηνον] Ἀριστοβούλου, Ἀρίστωνος τοῦ Δαμοφάνεος, γραμματεύοντος δὲ τᾶς βουλᾶς Ἡρακλείδα, ἀπέδοτο ..υτῳ Αἰχμίωνος, συνευδοκέοντος καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτᾶς etc. fere ut n. 1699. ubi v. nott. Ἑξάμηνον correxit etiam Cors. duce Maffeio, sed admistis aliis coniecturis. Post Ἀριστοβούλου patris nomen ut in scriba videtur de industria omissum esse.

1701.

Delphis in monasterio D. Eliae, in latere lapidis quadrati, qui ab omnibus quidem lateribus inscriptus est, sed ita oblitteratis titulis, ut huius solius pars legi posset. Ed. Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 193.

. . . . ΑΘ. . . .
ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΝΤΙΓΕ. . . .
ΤΩΝΚΗΤΩΑΛΟΥΤΟΥ. .
ΣΩΣΩΝΝΙΚΑΝΔΡΟ. . . . ΛΠΕ
ΟΝΟΜΑΣΩΣΩΣΕΠΕΛΕΥΘ. .
ΤΑΝΤ. ΜΑΝΑΠΕΧΟ. . ΑΣΑΝ
ΤΑΤΟΝΤΑΣΖΩΑΣΧΡΟΝΟΝ
ΕΙΔΕΜΗΠΟΙΗΕΞΟΥΣΙΑΛΛΕΧΕΤ
ΚΑΘΕΛΗΕΙΔΕΤΙΣΕΦΑΠΤΟΙΤΟΣ
ΒΑΙΟΝΠΑΡΕΧΕΤΩΤΩΘΕΩΤΑΝΥ
ΛΕΩΝΣΩΣΟΝΗΠΕ. . . ΘΕΡΙΑΑ
ΤΑΣΑΣΑΙ. . . . . . Χ. . . . ΑΣ

Θεὸς τύχαν ἀγ]αθ[άν.
Ἄρχοντος Ἀντιγέ[νεος? μηνὸς - - - - - - βουλευόντων .....λου τοῦ - - - - - - - - - - - - Σώσων Νικάνδρο[υ] ἀπέ[δοτο τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ σῶμα ἀνδρεῖον ᾧ ὄνομα Σῶσ[ο]ς ἐπ' ἐλευθ[ερίᾳ, τιμᾶς ἀργυρίου μνᾶν - - - καὶ τὰν τ[ι]μὰν ἀπέχ[ει π]ᾶσαν· [ἐφ' ᾧτε ἀνέφαπτον εἶμεν πάντα τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον. - - - - - - - - - - εἰ δὲ μὴ ποι[οῖ], ἐξουσία[ν] ἐχέτ[ω ποιεῖν ὅ κα θέλῃ, καὶ ἀποτρέχειν οἷς κα θέλῃ. εἰ δέ τις ἐφάπτοιτο Σ[ώσου ἐπὶ καταδουλισμῷ, ὁ ἀποδόμενος βέβαιον παρεχέτω τῷ θεῷ τὰν [ὠνάν· ὁ δὲ παρατυχὼν κύριος ἔστω συλέων Σῶσον [ἐ]π' ἐ[λευ]θερίᾳ, ἀ[ζάμιος ἐὼν καὶ ἀνυπόδικος π]άσας [δ]ί[κας καὶ ζαμι]ας.

Quum in titulis his nec certum et constantem singuli versus litterarum numerum habeant, nec formulae semper eaedem sint et eodem sibi ordine succedant, restitutio certa reddi nequit; versus tamen non videntur longiores fuisse quam in hac restitutione. Vs. 1. formula est eadem quae n. 1695. docentibus Clarkii punctis. Vs. 2. potest etiam Ἀντιγενίδα scribi et patris nomen additum fuisse. Vs. 3. δὲ post βουλευόν]των scripsi, ut n. 1710. Consiliarii hic quoque videntur tantum duo fuisse; cf. ad n. 1699. Vs. 4. Σώσων Νικάνδρου haud dubie dominus est praeposito nomine vendentis ante ἀπέδοτο, ut n. 1710. Post Νικάνδρο[υ] et ante ἀπέ[δοτο addi nihil potest; ἐπὶ τοῖςδε ut n. 1710. nimium est pro lacuna, nec convenit cum sequenti ἐπ' ἐλευθερίᾳ vs. 5. Clarkius nimiam notavit lacunam; quod quomodo illi accidere potuerit, docet lemma ad n. 1692. Vs. 5. coll. vs. 11. patet venditum esse Sosum: qui quum nomen habeat ad nomen domini proxime accedens, consentaneum est οἰκογενῆ eum fuisse. De voce ἀπέχει vs. 6. cf. ad n. 1569. *a*. III. Vs. 7. videtur aliquid singulare neque in ceteris huius generis titulis obvium dictum esse, unde vs. 8. insolita formula εἰ δὲ μὴ ποιῇ vel potius ποιοῖ. Vs. 9. κα θέλῃ superest; unde vs. 8. supplevi quae habes, licet formula ἐξουσίαν ἐχέτω iis, quae supplevi, in ceteris non reperiatur praemissa. Vs. 10. dedi ὁ παρατυχὼν e n. 1702. 1706. Reliqua vulgaria sunt: multa vero, quae in ceteris venditionibus dicta sunt, hic videntur omissa esse; certe ego illa omnia inferre non possum. In fine perieritne aliquid nec ne, incompertum.

1701. *b*.

Eodem loco ubi n. 1699. Initium similis tituli, ex schedis Köhlerianis.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΑΝΤΙΠΑΤΡΟ - - -

Ἄρχοντος Ἀντιπάτρο[υ - - -

1702.

Delphis ibidem ubi n. 1699. Confer ibi notata de supplementis. Ed. Chandlerus ibid. p. 85. n. 153.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΟΣΜΗΝΟΣΒΟΥΚΑΤΙΟΥΕΝΔΕΑΙΤΩ
ΛΙΑΙΣΤΡΑΤΑΓΕΟΝΤΟΣΤΟΔΕΥΤΕΡΟ.....ΙΤΥΡΟΥΜΗΝΟΣΠΑΝΑΜΟΥ
ΑΠΕΔΟΤΟΚΛΕΑΡΕΤΑΣΥΝΕΥΔΟΚΕΟΝΤΟΣΤΟΥΤΕΑΝΔΡΟΣΚΑΙΦΙΛΟΧΟ[ΡΟΥ]
ΚΑΙΤΟΥΙΟΥΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΤΩΙΠΥΘΙΩΙΣΩΜΑΓΥΝΑΙ
ΚΕΙΟΝΑΙΟΝΟΜΑΑΛΚΥΟΝΙΣΤΟΓΕΝΟΣΟΙΚΟΓΕΝΕΣΤΗΣΤΙΜΑΣΑΡΓΥ
ΡΙΟΥΜΝΑΝΤΕΣΣΑΡΩΝΚΑΙΤΑΝΤΙΜΑΝΕΧΟΝΤΙΠΑΣΑΝΩΣΤΕΕΛΕΥΘΕ
ΡΑΝΕΙΜΕΝΑΛΚΥΟΝΙΔΑΚΑΘΩΣΕΠΙΣΤΕΥΣΕΑΛΚΥΟΝΙΣΤΑΝ
ΩΝΑΝΤΩΙΘΕΩΙΒΕΒΑΙΩΤΗΡΚΑΤΑΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΤΑΣΠΟΛΙΟΣ
ΑΝΤΙΓΕΝΗΣΔΙΟΔΩΡΟΥΕΙΔΕΤΙΣΕΦΑΠΤΟΙΤΟΑΛΚΥΟΝΙΔΟΣ
ΕΠΙΚΑΤΑΔΟΥΛΙΣΜΩΙΚΥΡΙΟΣΕΣΤΩΟΠΑΡΑΤΥΧΩΝΣΥΛΕΩΝ
[Α]ΖΑΜΙΟΣΕΩΝΚΑΙΑΝΥΠΟΔΙΚΟΣΠΑΣΑΣΔΙΚΑΣΚΑΙΖΑΜΙΑΣ
ΒΕΒΑΙΟΝΔΕΠΑΡΕΧΟΝΤΩΤΑΝΩΝΑΝΑΤΕΑΠΟΔΟΜΕΝΑΚΛΕΑΡΕΤΑ
ΚΑΙΟΒΕΒΑΙΩΤΗΡΑΝΤΙΓΕΝΗΣΕΙΔΕΜΗΠΑΡΕΧΟΙΣΑΝ
ΤΑΝΩΝΑΝΠΡΑΚΟΣΕΣΤΩΚΛΕΑΡΕΤΑΚΑΙΟΒΕΒΑΙΩΤΗΡ
ΑΝΤΙΓΕΝΗΣΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΜΑΡΤΥΡΟΙΟΙ
ΙΕΡΕΙΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΑΡΧΙΩΝ
ΚΑΙΑΘΑΜΒΟΣΙΔΙΩΤΑΙΔΕΟΕΥΞΕΝΟΣΔΕΞΩΝ
ΔΑΚΑΛΛΙΓΕΝΗΣ[Β]ΑΒΥΛΟΣΛΑΙΑΔΑΣΦΙΛΟΝΙΚΟΣ

Ἄρχοντος Καλλικράτεος, μηνὸς Βουκατίου, ἐν δὲ Αἰτωλίᾳ στραταγέοντος τὸ δεύτερο[ν] .... ιτύρου, μηνὸς Πανάμου, ἀπέδοτο Κλεαρέτα συνευδοκέοντος τοῦ τε ἀνδρὸς Φιλοχό[ρου] καὶ τοῦ [υ]ἱοῦ Ἀλεξάνδρου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ σῶμα γυναικεῖον, ᾇ ὄνομα Ἀλκυονίς, τὸ γένος οἰκογενές, τιμᾶς ἀργυρίου μνᾶν τεσσάρων· καὶ τὰν τιμὰν ἔχοντι πᾶσαν· ὥστε ἐλευθέραν εἶμεν Ἀλκυονίδα, καθὼς ἐπίστευσε Ἀλκυονὶς τὰν ὠνὰν τῷ θεῷ. βεβαιωτὴρ κατὰ τοὺς νόμους τᾶς πόλιος Ἀντιγένης Διοδώρου. εἰ δέ τις ἐφάπτοιτο Ἀλκυονίδος ἐπὶ καταδουλισμῷ, κύριος ἔστω ὁ παρατυχὼν συλέων [ἀ]ζάμιος ἐὼν καὶ ἀνυπόδικος πάσας δίκας καὶ ζαμίας, βέβαιον δὲ παρεχόντω τὰν ὠνὰν ἅ τε ἀποδομένα Κλεαρέτα καὶ ὁ βεβαιωτὴρ Ἀντιγένης. εἰ δὲ μὴ παρέχοισαν [βέβαιον]? τὰν ὠνάν, πρᾶκος ἔστω Κλεαρέτα καὶ ὁ βεβαιωτὴρ Ἀντιγένης κατὰ τὸν νόμον τᾶς πόλιος. μάρτυροι οἱ ἱερεῖς τοῦ Ἀπόλλωνος Ἀρχίων καὶ Ἄθαμβος, ἰδιῶται δὲ [Θ]εύξενος Δεξώνδα, Καλλιγένης, [Β]αβύλος, Λαϊάδας, Φιλόνικος.

De archonte cf. n. 1703. de Aetolico mense ad n. 1688. de Aetolico praetore ad n. 1694. Vs. 3. dele litteras ΚΑΙ. Cleareta videtur Aetolica mulier fuisse; quapropter Aetolicus praescribitur cum mense magistratus. Certe n. 1703. eodem anno et mense Aetolicus magistratus non praescribitur. Vs. 5. dele litteras ΤΗΣ. De forma παρέχοισαν et de ceteris vide ad n. 1699.

1703.

Delphis „in lapide in moenibus, iuxta maximum amphitheatrum" (intellige muros, de quibus Chandlerus ad n. 1699.), Cyriac. p. xxix. n. 200. versibus indiscretis, et ex Barberinis Cyriaci schedis Murat. T. II. p. DXCIII. 2. Meminit Corsin. F. A. T. II. p. 442. Versuum divisionem dedi ex Mur. non tamen ea illos forma composui, quam ex arbitrio finxit Mur.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥΣΜΗΝ...ΒΟΥΚΑΤΙΟΥΕΔΟΤΟΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΙΑ
ΔΕΞΙΚΡΑΤΙΑΕΟΣΤΩΙΑΓΟΛΛΩΝΙΤΩΙΠΥΘΙΩΙΣΩΜΑΓΥΝΑΙΚΕΙ
ΘΕΙΛΙΟΝΑΙΓΑ....ΕΝΣΤΡΑΤΑΕΝΔΟΓΕΝΗΤΕΑΓΕΛΕΥΘΕΡΙΑΙΤΙΜΑΣ
ΑΡΓΥΡΙΟΥΚΑΤΑΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΤΑΣΠΟΛΙΟΣΑΝΤΙΓΕΝΗΣ
ΔΙΟΔΩΡΟΥ......ΩΣΩΝΔΙΟΝΥΣΙΟΥΔΕΛΦΟΙΕΙΦΩΙΝΙΚΟΣΤΡΑΤΕ
ΕΛΕΥΘΕΡΑΝΕΙΜΟΝ.....ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΑΝΚΑΙΑΝΕΦΑΠΤΟΝΑΠΟΝΤΩΝ
ΤΟΝΓΑΝΤΑΧΡΟΝ.....ΠΟΙΟΥΣΑΝΚΑΘΕΛΗΚΑΙΑΓΟΤΙΕΧΟΥΣΑΝ
ΟΙΣΚΑΘΕΛΗΕΙΔΕΑΠΤΙΤΟΝΙΚΟΣΤΡΑΤΑΣΕΠΙΚΑΤΑΔΟΥΛΙΣΜΩΙ
ΚΥΡΙΟΣΕΣΤΩΑΠΤΟΙΤΟΝΙΚΟΣΠΑΡΤΥΧΙΣΙΩΣΕΛΕΥΘΕΡΑΝΟΥΣΑΝ
ΚΑΙΟΙΒΕΒΑΙ.......ΒΕΒΑΙΟΝΓΑΡΕΧΟΝΤΩΤΩΙΘΕΩΙΤΑΝΑΝΠΑΡΑΤΑΣ
ΚΛΙΟΜΟΙΣΝΙΚΟΣΤΑΕΛΕΥΘΕΡΑΜΑΡΤΥΡΟΙΙΕΡΕΙΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣ
ΑΡΧΩΝ....ΑΒΟΜΑΧΟΥΚΑΙΝΕΩΚΟΡΟΣΚΑΙΙΔΙΩΤΑΙΔΙΟΔΩΡΟΣ
ΟΣΟΣΟΘΕΝΟΣΠΟΥΩΘΕΟΞΕΝΟΥΣ

Γ ubi dedi, habet Cyr. cuius lectionem pro fundo posui. Vs. 1. extr. Cyr. ΚΑΚΡΑΤΕΙΑ, Mur. quod dedi. Vs. 3. Mur. ΕΝΔΟΤΕΝΗ, et pro ΤΙ ΜΑΣ habet ΑΝΤΙΓΕΝΗΣ. Vs. 5. init. Mur. ΔΙΟ ΔΩΡΟΙ. Vs. 9. ubi Cyr. ΑΠΤΟΙ, Mur. ΑΝΤΟΙ; utrumque falsum (v. infra). Vs. 10. maiorem lacunam signavi e Mur. (ceteras lacunas dedi ut Cyr.). Ibid. Mur. ΠΑΡΕΚΟΝΤΩ; Cyr. ΤΩΘΕΩΙ, Mur. ΤΩΙ ΘΕΟΙ. Vs. 12. Mur. ΝΕΩΧΟΡΟΣ et ΙΔΙΟ ΤΑΙ. Vs. 13. init. Mur. Ο.ΣΟΣΤΕΝΟΣΠΟΥΩΕΟ ΞΕΝΟΥΣΠΟΥΩΕΟΞ etc. Titulus est turpissime habitus; lacunae non satis recte notatae sunt; immo vs. 6. (item 12.) nulla statui debet: nam ibi τὰν inserere non est tutum. Praeterea multae litterae prorsus vacant, ut vs. 2. ΙΑ, et aliae vs. 3. Vs. 5. sub fin. ΝΙΚΟΣΤΡΑ e vs. 6. petitum est: vs. 9. ΑΠΤΟΙΤΟ est e vs. 8. ubi male ΑΠΤΙΤΟ legitur, et loco illius vocis vs. 9. alia inserenda sunt. Similiter vs. 11. ΝΙΚΟΣΤΑΕΛΕΥΘΕΡΑ videtur aliunde illatum; quod vero praecedit ΠΑΡΑΤΑΣΚΛΙΟΜΟΙΣ prorsus non potest intelligi, licet in ultimis putes *καὶ ὁμοίως* latere, ut in aliis est *ὁμοίως δὲ καί*. Praeterea multa omissa sunt, ut vs. 4. periit summa et vox *βεβαιωτῆρες*: plures enim fuisse et quae ibi supersunt docent et vs. 10. Haec qui notarit, videbit titulum collatis ceteris ita fere restituendum esse:

Ἄρχοντος Καλλικράτους, μην[ὸς] Βουκατίου, [ἀπ]έδοτο Καλλικράτεια Δεξικράτεος τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ σῶμα γυναικεῖ[ον], ᾇ ὄν[ομ]α [Νικο]στράτα, ἐνδογενῆ, ἐπ' ἐλευθερίᾳ, τιμᾶς ἀργυρίου [μνᾶν - - -· βεβαιωτῆρες] κατὰ τοὺς νόμους τᾶς πόλιος Ἀντιγένης Διοδώρου [καὶ Κλέ]ων Διονυσίου Δελφοί· ἐφ' ᾧτε ἐλευθέραν εἶμ[ε]ν Νικοστράταν καὶ ἀνέφαπτον ἀπὸ [πά]ντων τὸν πάντα χρόν[ον], ποιοῦσαν [ὅ] κα θέλῃ καὶ ἀποτ[ρ]έχουσαν οἷς κα θέλῃ. εἰ δέ [τις] ἅπτ[ο]ιτο Νικοστράτας ἐπὶ καταδουλισμῷ, κύριος ἔστω [συλέων] Νικοσ[τράταν ὁ] παρ[α]τυχ[ὼν] ὡς ἐλευθέραν οὖσαν, καὶ οἱ βεβαι[ωτῆρες] βέβαιον παρεχόντω τῷ θεῷ τὰν [ὠν]άν. - - - - - - μάρτυροι [οἱ] ἱερεῖς τοῦ Ἀπόλλωνος Ἀρχ[ί]ων Ἀβ[ρ]ομάχου καὶ Νεώκορος, καὶ ἰδιῶται Διόδωρος [Θε]οσθέν[ε]ος? Π[ύθ]ω[ν] Θεοξένου? Σ - - - - - -

Vs. 1. *Καλλικράτους* est, quum n. 1702..1704. sit *Καλλικράτεος*; et ipso vs. 2. videtur *Δεξικράτεος* fuisse. Vs. 9. *ἅπτοιτο* retinui, non *ἐφάπτοιτο*: vide n. 1704. Ceterum de potissimis cf. ad n. 1699. et de aoristo *παρατυχὼν* ad n. 1701. Vs. 5. etsi lacuna est amplior, coniicio ex n. 1706. *Κλέων Διονυσίου* scribendum. Nam lacunas istas non accurate designatas esse monui iam supra; et titulum esse eiusdem ac n. 1706. aetatis docet sacerdos Archion. Quippe in fine duo Apollinis sacerdotes scripti sunt, ut solet in his titulis: horum prior est Archion, qui n. 1702. 1706. Is filius est Habromachi, quo nomine ipse sacerdos vocatur n. 1704. aut idem qui hic aut ex eadem sacerdotali familia. Et nota eodem anno sed alio mense alios ibi atque hic sacerdotes memorari, eodem vero mense unum certe alium n. 1703. Nempe multi videntur Apollinis sacerdotes fuisse, collegium constituentes.

1704.

Delphis ibidem ubi n. 1699. (cf. ibi notata de supplementis). Ed. Chandlerus Inscr. II, 154. p. 85 sq.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Fauvelianae Köhleri schedae ex hoc titulo habent prima verba, desinentes sic: ΜΗΝΟΣΒΗΣΕΟΥ ΒΟΥΛΕΥΟ. Vs. 1. extr. Chandl. in uncis addidit ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟΥΝΤΩΝ, quod ut nimis absonum omisi.

Ἄρχοντος Καλλικράτεος, μηνὸς Βυσίου, βουλευόντων τὰν δευτέραν ἑξάμηνον - - - [τοῦ] - - [κρά]τεος, Ἀμύντα τοῦ Εὐδώρου, γραμματεύοντος δὲ τᾶς βουλᾶς Καλλιγένεος τοῦ Δαμοκράτεος, ἀπέδοτο Σώτ[α]ς [Χ]αριξένου τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ σῶμα ἀνδρεῖον, ᾧ ὄνομα Σάτυρος, τὸ γένος οἴκοθεν, τιμᾶς ἀργυρίου μνᾶν τεσσάρων, καὶ τὰν τιμὰν ἔχει πᾶσαν [Σώτ]ας· καθὼς ἐπίστευσε Σάτυρος τῷ θεῷ τὰν ὠνάν, ἐφ' ᾧτε ἐλεύθερος εἶμεν καὶ ἀνέφαπτος ἀπὸ πάντων τὸν πάντα βίον, ποιῶν ὅ κα θέλῃ. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον Καλλιγένης Δαμοκράτεος. εἰ δέ τις ἅπτοιτο Σατύρου ἐπὶ καταδουλισμῷ, βέβαιον παρεχέτω τῷ θεῷ

ΑΡΧΟΝΤΟΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΟΣΜΗΝΟΣΣΥΒΥΣΙΟΥΒΟΥΛΕΥΟΝΤ[ΩΝ]ΔΙΟΓΕΝΕΟΣΤΩΝ
ΤΩΝΤΑΝΔΕΥΤΕΡΑΝΕΞΑΜΗΝΟΝ - - - -
ΤΕΟΣΑΜΥΝΤΑΤΟΥΕΥΔΩΡΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣΔΕΤΑΣΒΟΥΛΑΣ
ΚΑΛΛΙΓΕΝΕΟΣΤΟΥΔΑΜΟΚΡΑΤΕΟΣΑΠΕΔΟΤΟΣΩΤΟΣΑΡΙΞΕΝΟΥΤΩ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΤΩΙΠΥΘΙΩΙΣΩΜΑΑΝΔΡΕΙΟΝΩΙΟΝΟΜΑΣΑΤΥΡΟΣΤΟΓΕΝΟΣΟΙ
ΚΟΘΕΝΤΙΜΑΣΑΡΓΥΡΙΟΥΜΝΑΝΤΕΣΣΑΡΩΝΚΑΙΤΑΝΤΙΜΑΝΕΧΕΙΠΑΣΑΝΨΙΘΥΑΣ
ΚΑΘΩΣΕΠΙΣΤΕΥΣΕΣΑΤΥΡΟΣΤΩΙΘΕΩΙΤΑΝΩΝΑΝΕΦΩΤΕΕΛΕΥΘΕΡΟΣΕΙΜΕΝ
ΚΑΙΑΝΕΦΑΠΤΟΣΑΠΟΠΑΝΤΩΝΤΟΝΠΑΝΤΑΒΙΟΝΠΟΙΩΝΟΚΑΘΕΛΗΒΕ
ΒΑΙΩΤΗΡΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΚΑΛΛΙΓΕΝΗΣΔΑΜΟΚΡΑΤΕΟΣΕΙΔΕΤΙΣΑ
ΠΤΟΙΤΟΣΑΤΥΡΟΥΕΠΙΚΑΤΑΔΟΥΛΙΣΜΩΙΒΕΒΑΙΟΝΠΑΡΕΧΕΤΩΤΩΘΕΩ
ΤΑΝΩΝΑΝΕΙΔΕΜΗΠΑΡΕΧΟΙΒΕΒΑΙΟΝΠΡΑΚΤΙΜΙΟΣΕΣΤΩ[ΚΑΛΛΙ]
ΓΕΝΗΣΑΤΥΡΩΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝ ΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙΟΙΠΑΡΑΤΥΓΧΑ
ΝΟΝΤΕΣΚΥΡΙΟΙΕΟΝΤΩΣΥΛΕΟΝΤΕΣΤΟΥΣΑΤΥΡΟΥΩΣΕΛΕΥΘΕΡΟΝ
ΟΝΤΑΑΞΑΜΙΟΙΕΟΝΤΕΣΚΑΙΑΝΥΠΟΔΙΚΟΙΠΑΣΑΣΔΙΚΑΣΚΑΙΞΑΜΙΑΣ
ΜΑΡΤΥΡΟΙΟΙΕΡΕΥΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΑΘΑΜΒΟΣΑΒΡΟΜΑΧΟΣ
ΙΔΙΩΤΑΝΚΛΕΟΔΑΜΟΣΚΑΛΛΙΓΕΝΕΟΣΞΕΝΟΚΡΙΤΗΣΣΤΗΣΙΜΕΝΕΟΣ
ΔΑΜΟΚΡΑΤΗΣΑΤΙΣΙΔΑΣΘΡΟΜΙΟΥ

τὰν ὠνάν· εἰ δὲ μὴ παρέχοι βέβαιον, πρακτίμιος ἔστω [Καλλι]γένης [Σ]ατύρῳ κατὰ τὸν νόμον. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ παρατυγχάνοντες κύριοι ἐόντω συλέοντες τὸ[ν] Σάτυρο[ν] ὡς ἐλεύθερον [ἐ]όντα, ἀζάμιοι ἐόντες καὶ ἀνυπόδικοι πάσας δίκας καὶ ζαμίας. μάρτυροι ο[ἱ] ἱερε[ῖ]ς τοῦ Ἀπόλλωνος Ἄθαμβος, Ἁβρόμαχος, ἰδιωτᾶν Κλεόδαμος Καλλιγένεος, Ξενοκρ[ά]της Στησιμένεος, Δαμοκράτης, Ἀτισίδας (Ἀγεσίλας?) Θρομίου?

Permulta in his titulis falso scripta vel corrupta esse, et ex Chandleri nota (v. ad n. 1699.) et ex ipsis his apographis patet; ut n. 1702. plura vidimus delenda esse. Quare non dubito vs. 1. deletis cum Fauv. litteris ΣΥ scribere *μηνὸς Βυσίου*: cf. ad n. 1688. extr. Post hoc confusa omnia praebet Chandlerus. Sequi omnino debet *βουλευόντων*, unde vs. 2. superest ΤΩΝ. Igitur quae vs. 1. extr. habentur Τ[ΩΝ]ΔΙΟΓΕΝΕΟΣΤΩΝ prorsus interrumpunt seriem orationis legitimam. De quibus non novi melius, quam petita haec ex titulo iuxta posito esse, confusis pluribus titulis, quod accidit in monumento prorsus simili n. 1608. Nam si illa velis vs. 2. post *ἑξάμηνον* ponere, non omnia convenient. Utut est, liquet opinor non plures quam duos fuisse consiliarios scriptos, ut in locis ad n. 1699. citatis. Vs. 4. extr. adde Ι, quod tamen etiam aliis locis in hoc deest titulo. Ibidem paulo ante finem nomen vendentis est ΣΩΤΟΣ, sed vs. 6. extr. idem dicitur ΨΙΘΥΑΣ, nisi dixeris has litteras ex iuxta posito titulo admistas esse, quum praesertim in ceteris inscriptionibus hoc loco non addi soleat venditoris nomen. Non tamen audeo hoc statuere. Ψ videtur Σ fuisse, et ΙΘ esse pro Ω lectum, Υ pro Τ. Contra Α videtur verum esse. Dedi etiam *Χαριξ.* pro ΑΡΙΞ. Mox fideiussor est ipse scriba concilii. Sacerdotes duos videmus et alibi in his titulis scriptos, et in hoc ipso duo nomina habentur illorum, *Ἄθαμβος* (cf. ad n. 1693.) et *Ἁβρόμαχος* (de quo monui ad n. 1703.), iidem qui n. 1702. itaque correxi *οἱ ἱερεῖς*. De ceteris rebus cf. potissimum ad n. 1699.

1705.

Delphis ibidem ubi n. 1699. (cf. ibi notata de supplementis). Ed. Chandler. ibid. p. 83 sq. n. 150. addita in Syllabo Latina interpretatione admodum vitiosa, cuius potissima menda ex notulis nostris ad n. 1699. corrigi possunt. Duos priores versus habent Köhleri Fauvelianae schedae.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΝΙΚΟΔΑΜΟΥΜΗΝΟΣΑΠΕΛΛΗΙΟΥΒΟΥΛΕΥΟΝΤΟΣ
ΠΑΝΠΡΩΤΟΝΕΞΑΜΗΝΟΝΠΟΛΥΩΝ[Ο]ΣΔΑΜΩΝΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΔΕΒΟΥΛΑΣΚΛΕΩΝΔΑΕΠΙΤΟΙΣΔΕΑΠΕΔΟΤΟΞΕΝΩΝΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥΣΥΝΕ[Υ]
ΔΟΚΕΟΥΣΗΣΚΑΙΚΛΕΟΥΣΚΑΙΑΙΝΗΣΙΟΥΤΟΥΠΑΤΡΟΣΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΤΩΙ
ΠΥΘΙΩΙΣΩΜΑΓΥΝΑΙΚΕΙΟΝΟΙΚΟΓΕΝΕΣΑΙΟΝΟΜΑΣΩΤΗΡΙΣΤΙΜΑΣΑΡΓΥ
ΡΙΩΥΜΝΑΝΤΕΣΣΑΡΩΝΚΑΙΤΑΝΤΙΜΑΝΕΧΕΙΠΑΣΑΝΚΑΘΩΣΕΠΙΣΤΕΥΣΕ
ΣΩΤΗΡΙΣΤΩΙΘΕΩΙΤΑΝΩΝΑΝΕΦΩΤΕΕΛΕΥΘΕΡΑΝΕΜΕΝΣΩΤΗΡΙΝ
ΚΑΙΑΝΕΦΑΠΤΟΝΑΠΟΠΑΝΤΩΝΤΟΝΠΑΝΤΑΒΙΟΝΠΟΙΟΥΣΑΝΟΚΑΘΕΛΗ
ΚΑΙΑΠΟΤ[Ρ]Ε[Χ]ΟΥΣΑΝΟΙΣΚΑΘΕΛΗΒΕΒΑΙΩΤΗΡΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝ
ΤΑΣΠΟ[ΛΕΟΣ]ΠΑΤΡΩΝΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥΕΙΔΕΤΙΣΕΦΑΠΤΟΙΤΟΣΩΤΗΡΙΟΣ
ΕΠΙΚΑΤΑΔΟΥΛΙΣΜΩΙΒΕΒΑΙΑΝΠΑΡΕΧΟΝΤΩΤΩΙΘΕΩΙΤΑΝΩΝΑΝΟΤΕΑΠΟ
ΔΟΜΕΝΟΣΞΕΝΩΝΚΑΙΟΒΕΒΑΙΩΤΗΡΠΑΤΡΩΝΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙΟΙΠΑΡΑΤΥΝΧΑ
ΝΟΝΤΕΣΠΟΙΕΟΝΤΩΣΥΛΕΟΝΤΕΣΣΩΤΗΡΙΝΩΣΕΛΕΥΘΕΡΑΝΕΟΥΣΑΝ
[ΑΖ]ΑΜΙΟΙΕΟΝΤΕΣΚΑΙΑΝΥΠΟΔΙΚΟΙ ΠΑΣΣΑΔΙΚΑΣΚΑΙΖΑΜΙΑΣΜΑΡΤΥ
ΡΟΙΟΙΙΕΡΕΙΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΠΑΤΡΩΝΠΥΡΡΙΟΣΚΑΙΤΩΝ
ΑΡΧΟΝΤΩΝΠΟΛΥΑΝΔΡΟΣΝΙΚΙΟΣ ΚΛΕΩΝΑΡΙΣΤΟ
ΒΟΥΛΟΣΔΑΜΟΣΤΡΑΤΟΣ ΕΥΘΥΔΑΜΟΣ

Vs. 1. Fauv. ΑΠΕΛΛΡΙΟΥ.

Ἄρχοντος Νικοδάμου? μηνὸς Ἀπελλήΐου, βουλευόντ[ων τ]ὰν πρώταν ἑξάμηνον Πολύων[ο]ς? Δάμωνος, γραμματεύοντος δὲ [τᾶς] βουλᾶς Κλεώνδα, ἐπὶ τοῖςδε ἀπέδοτο Ξένων Ἀριστοβούλου, συνε[υ]δοκεούσης καὶ Κλεοῦς καὶ Αἰνησίου τοῦ πατρός, τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ σῶμα γυναικεῖον οἰκογενές, ᾇ ὄνομα Σώτηρις, τιμᾶς ἀργυρί[ο]υ μνᾶν τεσσάρων· καὶ τὰν τιμὰν ἔχει πᾶσαν· καθὼς ἐπίστευσε τῷ θεῷ τὰν ὠνάν, ἐφ' ᾧτε ἐλευθέραν ε[ἶ]μεν Σώτηριν καὶ ἀνέφαπτον ἀπὸ πάντων τὸν πάντα βίον, ποιοῦσαν ὅ κα θέλῃ, καὶ ἀποτ[ρ]έ[χ]ουσαν οἷς κα θέλῃ. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον τᾶς πό[λιος] Πάτρων Ἀριστοβούλου. εἰ δέ τις ἐφάπτοιτο Σωτήριος ἐπὶ καταδουλισμῷ, βεβαίαν παρεχόντω τῷ θεῷ τὰν ὠνὰν ὅ τε ἀποδόμενος Ξένων καὶ ὁ βεβαιωτὴρ Πάτρων. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ παρατυνχάνοντες [κύρι]οι ἐόντω συλέοντες Σώτηριν ὡς ἐλευθέραν ἐοῦσαν, [ἀζ]άμιοι ἐόντες καὶ ἀνυπόδικοι πάσ[ας] δίκας καὶ ζαμίας. μάρτυροι οἱ ἱερεῖς τοῦ Ἀπόλλωνος Πάτρων, Πύῤῥιος, καὶ τῶν ἀρχόντων? Πολύανδρος Νίκιος, Κλέων, Ἀριστόβουλος, Δαμόστρατος, Εὐθύδαμος.

De mense v. ad n. 1688. extr. Τᾶς addidi ob ceteros titulos. Consiliarios esse duos patet; si unus foret, esset scriptum τοῦ Δάμωνος. *Cleo* haud dubie uxor est vendentis. Σώτηρις, Σώτηριν, non Σωτηρὶς etc. scripsi de industria ob genitivum Σωτήριος. Quae correxi, ut πόλιος, κύριοι, ex ceteris titulis certa sunt. At superest τῶν ἀρχόντων, cui non confido: quales enim hi fuerint simpliciter ἄρχοντες dicti? Sed ut concedas, potuisse hos viros magistratus qualescunque esse, in ceteris titulis Delphicis hoc loco ἰδιῶται scripti sunt. Igitur vix dubito Chandlerum erroris insimulare, ut pro ΑΡΧΟΝΤΩΝ legatur ΙΔΙΩΤΩΝ. Videntur autem hi quinque esse; Νίκιος enim non nominativo simile est, sed genitivus pro Νίκιδος: cf. ad n. 1197. Sunt quidem alibi sex testes: sed legitimum hunc numerum non fuisse ex aliis titulis constat. Neque offendit uni patris nomen addi, in ceteris omitti: cuius rei exempla permulta sunt.

1705. *b.*

Ibidem; ex schedis Köhlerianis initium similis tituli.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΛΙΚΟΜΑΧΟΥΜΗΝΟΣΝΙΑΧΑΣΕΟΥ - - -

Ἄρχοντος [Ν]ικομάχου, μηνὸς - - - έου. Mensis nomen incertum.

1706.

Delphis ibidem ubi n. 1699. Ed. Chandler. ibid. p. 84 sq. n. 152.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΠΥΡΡΟΥΜΗΝΟΣΗΡΑΠΙΟΥΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝΤΑΝ
ΠΡΩΤΑΝΕΞΑΜΗΝΟΝΜΙΚΚΥΛΟΥΚΛΕΩΝΟΣΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΔΕΤΑΣΒΟΥΛΑΣΘΕΟΤΙΜΟΥΑΠΕΔΟΤΟΠΡΑΤΟΝΠΛΙΣΤΑΡΧΟΥ
ΣΥΝΕΥΔΟΚΕΟΝΤΩΝΚΑΙΤΩΝΥΙΩΝΑΥΤΑΣΑΙΑΚΙΔΑΚΑΙΧΑΙΡΕΦΑ
ΝΕΟΣΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΤΩΙΠΥΘΙΩΙΣΩΜΑΓΥΝΑΙΚΕΙΟΝΑΙΟΝΟΜΑ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΙΜΑΣΑΡΓΥΡΙΟΥΜΝΑΝΠΕΝΤΕΚΑΙΤΑΝΤΙΜΑΝ
ΕΧΟΝΤΙΠΑΣΑΝΚΑΘΩΣΕΠΙΣΤΕΥΣΕΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝΩΝΑΝΤΩ
ΘΕΩΕΦΩΤΕΕΛΕΥΘΕΡΑΕΙΜΕΝΚΑΙΑΝΕΦΑΠΤΟΣΑΠΟΠΑΝΤΩΝΤΟΝ
ΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝΠΟΙΟΥΣΑΑΚΑΘΕΛΗΚΑΙΑΠΟΤΡΕΧΟΥΣΑΟΙΣΚΑ
ΘΕΛΗΒΕΒΑΙΩΤΗΡΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΚΛΕΩΝΔΙΟΝΥΣΙΟΥΕΙΔΕΤΙΣΑΠΤΟΙ
ΤΟΑΠΟΛΛΩΝΙΑΣΕΠΙΚΑΤΑΔΟΥΛΙΣΜΩΒΕΒΑΙΟΝΠΑΡΕΧΟΝΤΩΤΑΝ
ΩΝΑΝΤΩΙΘΕΩΑΤΕΑΠΟΔΟΜΕΝΑΚΑΙΟΒΕΒΑΙΩΤΗΡΕΙΔΕ
ΜΗΠΑΡΕΧΟΝΤΩΝΕΚΤΙΜΟΙΕΟΝΤΩΜΝΑΝΤΡΙΑΚΟΝΤΑΣΕΛΕΥΚΩ
ΣΕΛΕΥΚΟΥΑΣΣΕΛΕΥΚΟΣΘΕΛΗ ΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙΟΠΑΡΑΤΥ
ΧΩΝΚΥΡΙΟΣΕΣΤΩΣΥΛΕΩΝΑΠΟΛΛΩΝΙΑΝΩΣΕΛΕΥΘΕΡΑΝΟΥ
ΣΑΝΑΞΑΜΙΟΣΕΩΝΚΑΙΑΝΥΠΟΔΙΚΟΣΠΑΣΑΣΔΙΚΑΣΚΑΙΞΑΜΙΑΣ
ΜΑΡΤΥΡΟΙΟΙΙΕΡΕΙΣΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΑΡΧΙΩΝΑΘΑΜΒΟΣ
ΚΑΙΙΔΙΩΤΑΙΛΙΚΑΤΑΣΚΑΛΛΙΑΣΕΧΕΦΥΛΟΣ

Ἄρχοντος Πύῤῥου, μηνὸς Ἡραπίου (vel Ἠραπίου), βουλευόντων τὰν πρώταν ἑξάμηνον Μικκύλου, Κλέωνος, γραμματεύοντος δὲ τᾶς βουλᾶς Θεοτίμου, ἀπέδοτο Πρᾶτον Πλιστάρχου, συνευδοκεόντων καὶ τῶν υἱῶν αὐτᾶς Αἰακίδα καὶ Χαιρεφάνεος, τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ σῶμα γυναικεῖον, ᾇ ὄνομα Ἀπολλωνία, τιμᾶς ἀργυρίου μνᾶν πέντε· καὶ τὰν τιμὰν ἔχοντι πᾶσαν· καθὼς ἐπίστευσε Ἀπολλωνία τὰν ὠνὰν τῷ θεῷ, ἐφ' ᾧτε ἐλευθέρα εἶμεν καὶ ἀνέφαπτος ἀπὸ πάντων τὸν πάντα χρόνον, ποιοῦσα ἅ κα θέλῃ καὶ ἀποτρέχουσα οἷς κα θέλῃ. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον Κλέων Διονυσίου. εἰ δέ τις ἅπτοιτο Ἀπολλωνίας ἐπὶ καταδουλισμῷ, βέβαιον παρεχόντω τὰν ὠνὰν τῷ θεῷ ἅ τε ἀποδομένα καὶ ὁ βεβαιωτήρ· εἰ δὲ μὴ παρέχο[ισα]ν, ἔκτιμοι ἐόντω μνᾶν τριάκοντα Σελεύκῳ Σελεύκου, ἃς Σέλευκος θέλῃ. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ παρατυχὼν κύριος ἔστω συλέων Ἀπολλωνίαν ὡς ἐλευθέραν [ἐ]οῦσαν, ἀζάμιος ἐὼν καὶ ἀνυπόδικος πάσας δίκας καὶ ζαμίας. μάρτυροι οἱ ἱερεῖς τοῦ Ἀπόλλωνος Ἀρχίων, Ἄθαμβος, καὶ ἰδιῶται [Δ]ικάτας, Καλλίας, Ἐχέφυλος.

Quum hi tituli passim corrupti sint (v. lemma ad n. 1699.), potest de mensis nomine dubitari; interim vide ad n. 1688. extr. Vs. 12. etsi etiam in

aliis vocibus deest Iota subscribendum, malim tamen ΘΕΩΙ ob ΤΩΙ. Vs. 13. παρεχόντων ferri non potest; παρέχοισαν quid esset, dixi ad n. 1699. Vs. 13. diserte constituitur, ut Seleuco Seleuci f. multae obnoxii sint vendens et fideiussor, nisi ratam praestiterint venditionem. Is fortasse amicus fuerit Apolloniae, eamque redemerit, vel etiam uxorem ducere voluerit. Tum dedi ἂς Σέλευκος θέλῃ, hoc est ἂν, ut in Atticis ἐς Σάμῳ, ἐς Σιδῶνι, ἐστήλῃ, ἐς Σίγγῳ: v. ad n. 147. pryt. IX. Vs. 15. ἐ]οῦσαν dedi, etsi diffidens; nimium saepe enim in his titulis emendatione inferendum ε fuit hac in voce.

1707.

Delphis ibidem ubi n. 1699. Edidit Chandlerus Inscr. P. II. p. 86. n. 155. et denuo ex lapide dedit Hughes Itin. T. I. p. 376. Unum hinc, ut videtur, verbum ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ rettulit Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 196. Vs. 1. quattuor priora verba sola sunt in schedis Fauvelii Köhlerianis.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΣΤΡΑΤΑΓΟΥΜΗΝΟΣΠΟΚΙΟΥΩΣΔΜΠΙΣΣΕΙΣΑΓΟΝΤΕΝΔΕΛ - Ο - Σ - - ΑΡΧΟΝ
ΤΟΣΠΥΡΡΙΑΜΗΝΟΣΗΡΑΚΛΕΙΟΥΑΠΕΔΟΤΟΔΙΚΑΙΑΣΥΝΕΥΔΟΚΕΟΝΤΩΝΚΑΙ
ΤΩΝΥΙΩΝΑΥΤΑΣΔΩΡΟΘΕΟΥΚΑΙΑΡΙΣΤΟΜΑΧΟΥΤΩΑΠΟΛΛΩΝΙΤΩΠΥΘ
ΙΩΣΩΜΑΓΥΝΑΙΚΕΙΟΝΑΙΟΝΟΜΑΑΡ - - Ω - ΤΟΓΕΝΟΣΟΙΚΟΓΕΝΕΣΤΙ
ΜΑΣΑΡΓΥΡΙΟΥΜΝΑΝΤΡΙΩΝΙΔΑΡ - - ΩΝΚΑΘΩΣΕΠΙΣΤΕΥΣΕΑΡΧΩΤΙΘΕ - ΤΑΝ
ΩΝΑΝΕΨ - - - - ΕΛΕΥΘΕΡΑΝΕΙΜΕΝΚΑΙΑΝΕΦΑΠΤΟΝΑΠΟΠΑΝ - - -
ΤΟΝΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝΒΕΒΑΙΩΤΗΡΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝ - - ΑΙΚ - - ΑΤΑΤΟΣΥΜΒΟ - -
ΟΝΑΜΙΝΑΣΤ - - ΛΕΟΣΑΜΦΙΣΕΥΣΜΑΡΤΥΡΟΙ
ΝΑΥΞΕΙΝΟΣΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣΔΕΞΙΘΕΟΣΔΑΜΟΞΕΝΟΣΑΜΦΙΣΣΕΙΣ
- - - - - - - - - - - ΔΡΩΠΙΔΑΣΦΑΛΛΙΚΑΙΟΣ

Titulum maxime laceratum quantum potui collato utroque apographo ita restitui, ut quidquid utrumque attulerit, compositum habeas. Formam litterarum retinui ex Chandl. (Hugh. ut solet Θ). Spatia pro lacunis ab Hugh. relicta nota passim nimia esse, vel omnino non lacunas veras designare, sed vitia lapidis; vide quae in lemmate ad n. 1692. diximus. Fundus lectionis est Chandlerianus. Vs. 1. Hugh. ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ. Post ΠΟΚΙΟΥ Chandl. habet ΕΝΔΕΠΙΣΣΕΙΣΑΓΟΝΤΩΝΑΡΧΟΝ, Hugh. Ω - - Σ - Μ - ΣΣ - - - - ΕΝΔΕΛ - Ο - Σ et tum undecim lineolas (ultimum Σ cum lineolis separatum apud eum versum constituere ne credas: separavit ea typotheta, quod spatium non aliter ferebat). Inter Ω et Σ nulla est lacuna, sed lapis excavatus haud dubie (cf. ad n. 1692.): ΩΣ debet Chandleriano ΕΝ substitui, quod vel ante Hughesii exemplar visum in ὡς mutaveram; tum ubi Chandl. Ε proximum habet, reposui Hughesii Μ. Mox Hughesii ΕΝ manifesto est Chandleri ΩΝ; igitur illo loco reposui Hughesianum ΕΝΔΕΛ - Ο - Σ; sed in fine addidi Chandlerianum ΑΡΧΟΝ, quod omissis ceteris Chandl. videtur in versus exitu a se lectum dedisse: minutum tamen ante id spatium reliqui ex ingenti, quam Hugh. signat, lacuna. Vs. 2. init. Hugh. ΝΟΣ - - - ΡΙ - Α - ΜΗ ΝΟΣ. Vs. 3. Chandl. ΥΩΝ, Hugh. ΥΙΩΝ. Tum Hugh. ΔΟΡΟΘΕΟΥΚ - - ΑΡΙ etc. In fine idem ΠΥ -, additis tamen eodem versu ex sequenti litteris ΙΩΣΩΜΑΕΥ, et vs. 4. pro ΝΑΙΚΕΙΟΝ habet - - - ΩΝ. Mox ubi - - Ω - ex Hugh. dedi, Chandl. meram lacunam praebet eiusdem fere spatii, quod tamen nimium esse e vs. 5. patet. Tum Hugh. ΟΙΚΟ - - ΝΕΣ, et sequentem versum usque ad τριῶν versui quinto annectit, habens - - ΜΑΣΑΡ ΓΥΡΙΟΥΜΝ - ΑΤΡΙΩΝΙ|ΔΑΡ - - ΩΝΚΛΟ - - Σ - - ΠΙΣΤ etc. Pro his Chandl. ΜΑΣΑΡΓΥΡΙΟΥ ΜΝΑΝΤΡΙΩΝΚΑΘΩΣΕΠΙΣΤ etc. Quum Hughesii ΚΛΟ - - Σ sit Chandlerianum ΚΑΘΩΣ, patet litteras ΙΔΑΡ - - ΩΝ deesse apud Chandl. qui a litteris ΤΡΙΩΝ homoeoteleuto deceptus transiluit ad alterum ΩΝ: itaque ΙΔΑΡ - - ΩΝ interposui. Postea litteras ΧΩΤΙΘΕ - dedi ex Hugh. pro lacuna Chandleriana: in fine Hugh. ΠΑΝ. Hoc loco versum claudit etiam Hugh. qui priores confuderat. Vs. 6. init. Hugh. ΤΩΝΑΝ. Post hoc Chandl. [ΤΩΘΕΩΕΦΩΤΕ]ΕΛΕΥ etc. Sed haec sola coniectura est: Hugh. post ΤΩΝΑΝ statim subiicit: ΕΨ - - - - ΕΛΕΥ etc. et hoc dedi. Deinde Hugh. ΘΕΡΑΝΕ - - ΛΕ - - ΜΕΝΚΑΙΑΝΕΙΛΗΠΤΟΝΑΠΟ ΠΑ - - - - - - - - - ex quo tantum tres in fine lineolas - - - assumpsi. Praestare videtur Chandleri lectio: pro solo ΕΙΜΕΝ ap. Hugh. est Ε - - ΛΕ - - ΜΕΝ, in quo quid Ε - - ΛΕ esse possit non video, nisi dicas esse ἐ[αυτ]άν: sed exspectabas potius τὰν Ἀρχῶ. Mihi videtur Hugh. illud Ε - - ΛΕ pro varia lectione sequentis - - ΜΕΝ adscripsisse vel idem bis legisse. Vs. 7. init. Chandl. ΤΩΝ, Hugh. ΤΟΝ. Ibidem pro ΒΕΒΑΙΩΤΗΡ Hugh. - - - ΝΙΕΡΑΙΩΤΗ - Quae post ΝΟΜΟΝ sunt, ea solus praebet Hugh. nam Chandl. lacunam habet. Vs. 8. quae ante lacunam habes, dedit solus Hugh. Post lacunam quae sunt, ex Chandl. retinui; Hugh. hic ΓΕΟΣΑΜΦΙ ΣΕΥΣ ΜΑΡΤ - Ρ - Post μάρτυροι nullam lacunam signat Chandl. Sed Hughes continuat versum iis, quae e vs. 9. petita esse docet Chandl. Nam ibi Chandl. habet primum lacunam asterisco signatam incertae mensurae, tum ΝΟΣ[Κ]ΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ, lacunam duobus asteriscis signatam, et ΞΕΝΟΣ ΑΜΦΙΣΣΕΙΣ. Sed Hugh. vs. 8. 9. ΝΑΥΞΕΙΝΟΣ ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣΔΕΞΙΘΕΟΣ ΔΑΜΟΣΕΝΟΣ ΑΜΦΙΣΣΕΙΣ, et hic claudit versum. Et in ver-

suum quidem ordine, quem aliquoties turbat Hugh. obtemperandum Chandlero fuit: sed lectio Hughesii praestat, nisi quod in voce Δαμόξενος Ξ ex Chandl. recipiendum. Vs. 10. Chandl. ab initio lineae ΔΡΟ ΠΙΔΑΣΦΑΛΛΙΚΑΙΟΣ; Hugh. tantam quantam dedi lacunam notat, et habet ΔΡΩΠΙΔΑΣΨ - - ΚΑΙΟΣ.

Ἄρχοντος Στρατάγου, μηνὸς Ποιτρόπίου, ὡς [Ἀ]μ[φ]ισσεῖς ἄγοντ[ι], ἐν Δελ[φ]ο[ῖ]ς [δὲ] ἄρχοντος Πυῤῥία, μηνὸς Ἡρακλείου, ἀπέδοτο Δικαία, συνευδοκεόντων καὶ τῶν υἱῶν αὐτᾶς Δωροθέου καὶ Ἀριστομάχου, τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ σῶμα γυναικεῖον, ᾇ ὄνομα Ἀρ[χ]ώ, τὸ γένος οἰκογενές, τιμᾶς ἀργυρίου μνᾶν τριῶν [Ͱ δ]ρ[αχμ]ῶν, καθὼς ἐπίστευσε Ἀρχὼ τ[ῷ] θε[ῷ] τὰν ὠνάν, ἐ[φ᾽ ὧτε] ἐλευθέραν εἶμεν καὶ ἀνέφαπτον ἀπὸ πάν[των] τὸν πάντα χρόνον. βεβαιωτὴρ κατὰ τὸν νόμον [κ]αὶ κατὰ τὸ σύμβο[λ]ον Ἀμιν[ί]ας Τ[αλεκ]λέος? Ἀμφισ[σ]εύς. μάρτυροι Ναύξεινος, Καλλίστρατος, Δεξίθεος, Δαμόξενος Ἀμφισσεῖς, [καὶ οἱ ἱερεῖς τοῦ Ἀπόλλωνος] Δρωπίδας, Φαλλικαῖος?

Nomen *Στράταγος* habes n. 1689. *b.* Dicaea haud dubie Amphissensis fuit, ut fideiussor, ut testes primo loco scripti: igitur Amphissensis magistratus cum mense nominatur. *Ὡς Ἀμφισσεῖς ἄγοντι* lectio est haud dubia; *ἄγειν* de tempore annotant etiam Lexica. Philippi epistola ap. Dem. de cor. p. 280. *τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς Λώου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν, ὡς δὲ Ἀθηναῖοι Βοηδρομιῶνος* etc. Aristoxenus Harm. elem. II. p. 37. *ἀλλὰ παντελῶς ἔοικε τῇ τῶν ἡμερῶν ἀγωγῇ τῶν ἁρμονικῶν ἡ περὶ τῶν τόνων ἀπόδοσις· οἷον ὅταν Κορίνθιοι μὲν δεκάτην ἄγωσιν, Ἀθηναῖοι δὲ πέμπτην* etc. Plutarch. Aristid. 19. *ἄλλην ἄλλοι μηνὸς ἀρχὴν καὶ τελευτὴν ἄγουσιν.* Hesych. et Append. Prov. Vatic. I, 66. *Ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα; παροιμία ἐπὶ τῶν οὐκ εὐγνώτων. Οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα, ἀλλ᾽ ὡς ἕκαστοι θέλουσιν, ἄγουσιν.* In summa pretii hic esse drachmas designatas vix dubito: ΙΔ fuit Ͱ, in quo nota Δ non tam minutum semper scribi, quam in nostro hoc siglo. Mox malis *ἐλευθέρα* et *ἀνέφαπτος*: sed accusativus certus est. Vide de hoc loco etiam variam lectionem. In fideiussore singulare est additamentum in ceteris titulis deficiens, sed tamen certissimum *καὶ κατὰ τὸ σύμβολον*: inter Κ et ΑΤΑ species est lacunae, non lacuna (v. supra). Putes hoc additum esse, quod non solum venditor sed etiam fideiussor sunt peregrini: nam civem ipsa obstringi lege; exteros non obstringi Delphica lege nisi *ex pacto de commercio*, hoc est *συμβόλῳ*. Cui sententiae non obest n. 1702. ubi fideiussor Delphicus est, licet vendens sit Aetolica. At n. 1607. vendens est Amphissensis, fideiussor Chaliensis, et venditio fit Chaliae; tamen dicitur *βεβαιωτὴρ κατὰ τὸ σύμβολον*: igitur *symbolum* puto *privatum pactum* esse inter fideiussorem et venditorem. Vs. 8. nota scripturam *Ἀμιν[ί]ας* fere Boeoticam. Testes primo loco nominantur Amphissenses quattuor; duo reliqui in fine scripti videntur Delphici esse sacerdotes duo, qui in ceteris titulis priore loco positi sunt. Formae *Ναύξεινος* et *Δαμόξενος* inter se non conveniunt; sed in nominibus propriis ferenda est discrepantia.

1708.

Delphis in pavimento ecclesiae D. Nicolai, longa inscriptio, sed oblitterata. Hoc eius initium edidit Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 180.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΣΩΣΥΛΟΥΜΗΝΟΣΙΛΑΙΟΥ
ΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝΤΩΝ

Ἄρχοντος Σωσύλου, μηνὸς Ἰλαίου, βουλευόντων τ[ὰ]ν - - - [ἑξάμηνον] etc.

De mense cf. ad n. 1688. extr.

1709.

Delphis ibidem ubi n. 1699. Duos priores versus edidit Chandlerus Inscr. P. II. p. 86. n. 156. Cetera addidi ex schedis Fauvelianis Köhleri.

ΑΡΧΟΝΤΟΣΤΙΜΟΚΡΑΤΕΟΣΜΗΝΟΣΑΠΟΤΤΡΟΠΙΟΥΒΟΥΛΕΥΟΝ
ΤΩΝΤΑΝΠΡΩΤΑΝΕΞΑΜΗΝΟΝΑΤΡΑ..ΟΧΟΥ..ΟΥΑΡΧΕΛΑΟΥ
ΓΕΝΝΑΙΟΥ.ΚΗΡΑΚΟΝΟΣΠΡΑΝΝΑ...ΘΕΛΕΤΟΛΥΟΝΟΣ
ΤΟΧΕΟΣΝΟΥΑΣΕΔΟΤΟΚΡΥΣΣΑΣ..ΒΝΔΑΣΥΝΕΥΛΟΚΕΟΝΑ
ΤΟΝΚΡΙΤΩΝΧΙΩΝΑΥΤΑΣΑΝ..ΑΡΑΤΟΥΚΑΙΝΙΜΑΡΕΤΟΥΤΩΝΑΝ

Vs. 1. 2. fundus lectionis est Chandlerianus. Vs. 1. Fauv. ΜΗΝΟΣΙΠΒΟΙΤΡΟΡΙΟΑΝΟΥΣΕΥΟΝ. Vs. 2. pro litteris ΑΤΡΑ..ΟΧΟΥ..ΟΥ, quas ex Fauv. addidi, lacunam habet Chandlerus.

Ἄρχοντος Τιμοκράτεος, μηνὸς Ἀποτροπίου, βουλευόντων τὰν πρώταν ἑξάμηνον Ἀτρα..όχου [τ]οῦ Ἀρχελάου, Γενναίου [τοῦ] Ἡρακ[ῶ]νος, [γ]ρα[μμ]α[τεύοντος δ]ὲ - - νος το[ῦ] - - [έ]νου, ἀ[π]έδοτο Κρ[ί]σσα? . . . [ὠ]νδα συνευ[δ]οκεόντ[ω]ν κ[α]ὶ τῶν [υ]ἱῶν αὐτᾶς Ἀν . . . αράτου καὶ Νι[κ]αρέτου τῶν Ἀν - - -

In mensis nomine dele alterum Τ. *Ἀποτρόπιος* est p. *Ἀποτρόπαιος*. Nomen *Ἡρακῶν* habes n. 1709. *b.* et in Atticis n. 654. ubi tamen genitivus τ assumpsit. Talia variant secundum dialectos. Consiliarii sunt duo; cf. ad n. 1691. 1699.

1709. *b*.

Delphis; ex schedis Köhlerianis.

...ΒΟVΛΙVΟΝΤΩΝΣΤΡΑΤΩΝΟΣΦΙΛΟΝΕΙ........
...ΑΠΕΔΟΤΟΧΡΥΣΙΠΠΟΣΔΑΜΑΡΧΟΥΣ...........
...ΜΑΑΝΔΡΕΙΟΝΟΙΚΟΓΕΝΕΣΩΙΟΝΟΜΑΛΙΥΣ..........
...ΤΩΑΡΙΣΤΟΥΣΤΕΤΑΣΑΓΙΩΝΟΣΚΑΙΤΩΝΥΩΝΑΥΤΑΣΑΓΙΩΙ
...ΠΥΡΡΟΥΚΑΙΤΑΣΡΥΓΑΤΡΟΣΧΡΥΣΙΠΠΟΥΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΑ
...ΔΡΟΣΑΥΤΑΣΚΑΛΑΓΡΑΕΩΣΤΕΙΜΑΣΑΡΓΥΡΙΟΥΜΝΑΝ
...ΑΠΕΧΕΙΠΑΣΑΝΚΑΘΟΣΕΠΙΣΤΕΥΣΕΤΩΙΘΕΩΙΤΑΝΩ
...ΜΑΧΟΣΕΦΩΤΕΕΛΕΥΘΕΡΟΝΕΙΜΕΝΛΥΣΙΜΑΧΟΝΚΑΙΑΝ
...ΠΟΠΑΝΤΩΝΒΑΙΒΕΑΙΩΤΗΡΕΣΚΑΤΑΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΤΑΣΠΟ
....ΚΛΕΩΝΟΣΗΡΑΚΩΝΣΩΤΥΔΟΥΕΙΔΕΤΙΣΕΦΑΝΤΟΙΤΟΛΥΣΙΜ
...ΔΟΥΛΙΣΜΟΙΒΑΙΒΕΙΟΝΠΑΡΕΧΟΝΤΟΣΩΙΟΠΟΙΤΑΝΩΝΑΝC
...FΑΒΝΩΤΗΒΕΣΚΑΟΜΟΙΩΣΟΠΑΡΑΣΥΧΩΝΥΡΙΟΣΕΧ
....ΩΣΕΛΕΥΘΕΡΟΝΟΝΤΑΑΖΑΜΙΟΣΩΝΚΑΙΑΝΥΠΟΛΙΚΟΣΠΑΣΑ
...ΦΙΛΑΣΣΕΤΩΔΕΛΥΣΙΜΑΧΟΣΤΧΡΥΣΙΠΠΟΥΟΚΕΜΜΑΛΑ
...ΤΩΝΔΩΡΕΑΜΜΑΡΤΥΡΟΙΟΙΤΕΙΕΡΕΙΣΤΟΥΑΓΟΛΛΩΝΟΣ.ΑΙ
...ΚΑΕΤΑΓΓΕΛΟΣΕΕΝΟΚΡΙΤΟΣΜΝΑΣΙΔΑΜΟΥΜΕΝΤΟΡ

Ἄρχοντος τοῦ δεῖνα etc.] βουλ[ε]υόντων Στράτωνος, Φιλονεί[κου? - - -
- - - - - - - ἀπέδοτο Χρύσιππος Δαμάρχου Σ - - [τῷ Ἀπόλ-
λωνι τῷ Πυθίῳ σῶ]μα ἀνδρεῖον οἰκογενές, ᾧ ὄνομα Λυσ[ίμαχος,
συνευδοκεόντων αὐ]τῷ Ἀριστοῦς τε τᾶς Ἁγίωνος καὶ τῶν ὑῶν αὐτᾶς Ἁγίω[ν-
ος] - - - - - - Πύῤῥου καὶ τᾶς [θ]υγατρὸς Χρυσίππου Νεικοστράτα-
ς - - - καὶ τοῦ ἀν]δρὸς αὐτᾶς Καλ[λικ]ρά[τ]ε[ο]ς? τειμᾶς ἀργυρίου μνᾶν
- - - καὶ τὰν τιμὰν] ἀπέχει πᾶσαν· καθ[ὼ]ς ἐπίστευσε τῷ θεῷ τὰν ὠ-
νὰν Λυσί]μαχος, ἐφ᾽ ᾧτε ἐλεύθερον εἶμεν Λυσίμαχον καὶ ἀν-
έφαπτον ἀ]πὸ πάντων. β[ε]βαιωτῆρες κατὰ τοὺς νόμους τᾶς πό-
λιος] - - - - Κλέωνος, Ἡρακῶν Σω[σ]ύ[λ]ου. εἰ δέ τις ἐφά[π]τοιτο Λυσιμ-
άχου ἐπὶ κατα]δουλισμῷ, β[έ]β[α]ιον παρεχόντ[ω τ]ῷ [θεῷ] τὰν ὠνὰν ὅ
τε ἀποδόμενος καὶ οἱ βε]β[αι]ωτῆ[ρ]ες. κα[ὶ] ὁμοίως ὁ παρα[τ]υχὼν [κ]ύριος ἔ[σ-
τω συλέων Λυσίμαχον] ὡς ἐλεύθερον ὄντα, ἀζάμιος ὢν καὶ ἀνυπό[δ]ικος πάσα-
ς δίκας καὶ ζαμίας]. φ[υ]λασσέτω δὲ Λυσίμαχος τ[ὸ] Χρυσίππου [θρ]έμμα Λα-
- - - - - - - λαβ]ὼν? δωρεά[ν]. μάρτυροι οἵ τε ἱερεῖς τοῦ Ἀπόλλωνος [κ]αὶ
- - - - - - κα, Ε[ὐ]άγγελος? [Ξ]ενόκριτος Μνασιδάμου, Μέντ[ω]ρ vel Μεντορ[ίδας.

Consiliarii fuerunt duo; vide ad n. 1699. Vs. 10. τάδου. Θρέμμα est δοῦλος τρόφιμος. Hic quoque ὄντα et Σωσύλου dedi, nomen Delphicum; cave corrigas Σω- ὤν, non ἐόντα etc. habes.

1710.

„Apud Phoceam *Pythiam* prope *Delphos* ad II. mil. in quadam marmorea columna ad aedem Etreneam"; Cyriac. p. IX. n. 67. 68. versibus indiscrêtis, quorum tamen formam retinui. Titulum *A*. ex Barberinis Cyriaci schedis refert Murat. T. I. p. CXXXIV. 2. item ex schedis suis et Cyriaci a Compagnonio missis T. II. p. DXCIII. 1. versibus ex arbitrio dispositis et aliter T. I. aliter T. II. Meminit Corsin. F. A. T. II. p. 442. Alterum *B*. habet Murat. T. II. p. DLXX. 5. ex suis schedis, versibus itidem ut videtur pro lubitu discretis. Utrumque perperam tractavit Leichius in Mencken. Misc. Lips. nov. T. I. p. 462.

A. ΑΓΑΘΑΤΥΧΑ
ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΔΕΛΦΟΙΣΤ.ΦΛΑΒΙΟΥΡΩΛΛΙΑΝΟΥΜΗΝΟΣΕΙΛΑΙΟΥ
ΙΒ. ΒΟΥΛΕΥΟΝΤΩΝΔΕΤΑCΠΟΛΙΟCΕΠΙΝΕΙΚΟΥΤΟΥΕΥΔΩΡΟΥΚΑΙ
CΩΚΡΑΤΟΥΣΤΟΥΚΟΣΜΟΥΚΑΙΤΙΒ.ΙΟΥΛΙΟΥΛΕΟΝΤΟCΑΥΤΟΛΥΚΟΥ
ΤΟΥΟΝΗCΑΝΕΙΚΑCΩCΩCΥΛΟΥΑΙΑΥΤΟΥΡΡΟΝΟΟΥΝΤΟCΑΥΤΗC
ΛΑΙΔΑΤΟΥΑΡΕΔΟΤΟΤΩΑΠΟΛΛΩΝΙΤΩΠΥΘΙΩΕΠΕΛΕΥΘΕΡΙΑΓΥΝΑΙΚΑ
CΩCΥΛΑΝΩCΕΤΩΝΚ

B. ΕΝΤΗΩΝΗΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΙCΠΑCΙΝΥΠΟΝΕΙΕΑCΩCΤΗCCΩCΥΛΟΥ
ΤΙΘΟΜΑΙΤΗΝΩΝΗΜΗΝΗΜΕΝΕΝΧΑΡΑΖΑCΑΕΙCΤΟΙΕΡΟΝΤΟΥ
ΠΥΘΙΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟCΕΙCΘΕΑΤΡΟΝΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΚΗΔΕΟΕΜΗΕΙC
ΤΑΔΑΜΟCΙΑΤΑCΠΟΛΙΟCΓΡΑΜΜΑΤΑΔΙΑΤΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕΩCΤΙΒ
ΙΟΥΛΙΟΥΛΙΚΑΡΙΟΝΟCΜΑΡΤΥΡΕCΟΙΙΕΡΕΙCΤΟΥΠΥΘΙΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟC
Γ. ΜΕΜΜΙΟCΕΥΘΥΔΑΜΟCΚΑΙΕΥΚΛΕΙΔΑCΑCΤΟΞΕΝΟΥΚΑΙΙΔΙΩΤΑΙ
ΕΥΔΩΡΟCΕΠΙΝΕΙΚΟΥΚΑΙΠΟΛΕΜΑΡΧΟCΔΑΜΩΝΟCΜΝΗCΙΘΕΟC
ΑΝΤΙΓΕΝΟΥC

Litterarum forma in variis apographis differt; Mur. semper Π, Cyr. Π vel Ρ, ut quoque loco dedi. Cyr. porro Ω per utramque partem; Mur. in titulo *A*. T. I. Ω, T. II. ω; in titulo *B*. item ω, excepta antepaenultima voce *Δάμωνος*. In hac littera ego Muratorio potissimum obtemperans dedi ω, quod Moroniana editio etiam ibi Ω praebet, ubi aliunde certum est ω pingendum esse: retinui tamen ΔΑΜΩΝΟC. Postremo ap. Cyr. in titulo *A*. regnat C; aliquoties tamen habet Σ, ubi id retinui. In titulo *A*. Mur. quoque variavit hanc litteram in utroque apographo, nec tamen secum nec cum Cyr. conveniens: has discrepantias singillatim annotare putidum. In titulo *B*. C constans est ap. Cyr. et Mur. Fundus lectionis est Cyriaci textus. *A*. vs. 2. Mur. T. II. ΔΕΛΦΕΙΣ, utroque loco ΤΟΥ (p. Τ.), T. II. ΓΩΛΛ etc. T. I. ΕΙΛΑΟΥ, T. II. ΕΙΛΕΙΟΥ. Vs. 3. Mur. T. II. ΙΒ. Vs. 4. Mur. CωΚΡΑΤΟΥΤΟΥ et ΤΙΒ. Vs. 5. omnia post ΟΝΗC Mur. T. II. omittit cum litteris ΛΑΙ ΔΑΤΟΥ vs. 6. Tit. *B*. vs. 1. primum Ρ ex Mur. addidi; dein idem ΓΕΓΑΜΜ etc. Vs. 3. idem ΤΟ ΝΟΜΟΝ. Vs. 4. ultimum C ex Mur. Idem ΤΙΒ. Vs. 7. idem Κ pro Χ, et ΔΑΜΩΝΟC (Cyr. ΔΑΜΟ ΝΟC). In fine Mur. ΑΝΤΙCΤΕΝΟΥC.

A. Ἀγαθᾷ τύχᾳ. Ἄρχοντος ἐν Δελφοῖς Τ. Φλαβίου Πωλλιανοῦ, μηνὸς Εἰλαίου ιβʹ, βουλευόντων δὲ τᾶς πόλιος Ἐπινείκου τοῦ Εὐδώρου, καὶ Σωκράτους τοῦ Κόσμου, καὶ Τιβ. Ἰουλίου Λέοντος, [καὶ] Αὐτολύκου τοῦ Ὀνησᾶ, Νεικασὼ Σωσύλου [δ]ιὰ τοῦ? προνοοῦντος αὐτῆς Λαΐδα τοῦ [ἀνδρὸς?] ἀπέδοτο τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Πυθίῳ ἐπ' ἐλευθερίᾳ γυναῖκα Σωσύλαν, ὡς ἐτῶν κʹ. Deficiunt pretium et alia, quae adscribi venditionibus solent.

B. [Πρὸς δὲ τοῖς] ἐν τῇ ὠνῇ προγεγραμμένοις πᾶσιν ὑπὸ Νει[κ]ασῶς τῆς Σωσύλου, τίθ[ε]μαι τὴν ὠνὴ[ν τ]ῇ μὲν ἐνχαρά[ξ]ασα εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος εἰς θέατρον κατὰ τὸν νόμον, [τ]ῇ δὲ [τί]θεμ[αι] εἰς τὰ δαμόσια τᾶς πόλιος γράμματα διὰ τοῦ γραμματέως Τιβ. Ἰουλίου [Ν]ικαρί[ω]νος. μάρτυρες οἱ ἱερεῖς τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος Γ. Μέμμιος Εὐθύδαμος, καὶ Εὐκλείδας Ἀστοξένου, καὶ ἰδιῶται Εὔδωρος Ἐπινείκου, καὶ Πολέμαρχος Δάμωνος, [καὶ] Μνησίθεος Ἀντιγένους.

Titulus Vespasiano non antiquior est: quo minus mirandum, quod dialectus variat, ut modo *τᾶς* modo *τῆς*, *αὐτῆς*, *τὴν ὠνὴν* scribitur: idem vidimus in Spartanis. De mense Ilaeo cf. ad n. 1688. extr. Consiliarios debere quattuor esse patet ex iis quae ad n. 1691. dixi; et tot omnino sunt. Nam tertii nomen desinit in *Λέοντος*, non addito patris nomine, quod omitti solet in nominibus ad Romanum morem compositis, ut in hoc ipso titulo parte *B*. in nomine Nicarionis et Euthydami. Praeterea si *Αὐτολύκου* esset patris nomen, debebat ex more *τοῦ* praemitti. Sed post *Λέοντος*, si sibi constabat scribens, *καὶ* inserendum erat, ut parte *B*. ante *Μνησίθεος*: nisi dixeris hoc in ultimo nomine de industria omitti, quod non probabile. *Ὡς ἐτῶν κʹ*, *circiter viginti annos natam*. Tituli *B*. initio aliqua perisse apertum est. Mox *Νεικασῶς* est genitivus Doricus, ut in Spartanis titulis; v. ad n. 1386. adde Locrica n. 1756. 1763. Sequentia vero sunt paulo difficiliora. Attamen *τίθεμαι* vs. 2. apertum est, *ponendam curo*; transitur in primam personam: *ego Nicaso*. Idem fit in simili monumento n. 1608. *b*. *c*. *Τῇ μέν*, *τῇ δὲ* corrigere in promptu est, etsi in priori pro Τ est ΗΝ, quippe confusis cum *τῇ* praecedentibus litteris, ut fit ap. Cyr. *Θέατρον* non Dionysiacum esse iudico, sed locum ludorum musicorum: quod quomodo conciliari possit cum narratione Cyriaci de loco, ubi titulus repertus, non est operae pretium inquirere, quod in schedis Cyriaci et cetera et lemmata sunt perturbatissima. Attamen ubi hic titulus ex lege (*κατὰ τὸν νόμον*) propositus est, ibidem esse similes omnes, et maxime Chandlerianos n. 1699. et qui ad n. 1699. citati sunt, collocatos, vix dubites. Igitur quum Chandleriani tituli ipsis Delphis in vicinia templi Apollinis fuerint positi, patet ibidem collocatum fuisse hunc Cyriaci, et quum hic titulus ad theatrum (*εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος εἰς θέατρον*) positus dicatur, ille locus, de quo Chandlerus dicit, est ipsius theatri locus, spectandis et audiendis ludis musicis comparati, quod Cyriacus solet amphitheatrum vocare (n. 1695. 1700. 1703.). Etiam n. 1720. ad amphitheatrum ponitur, qui titulus haud dubie ad locum musicorum ludorum positus erat, hoc est *ad theatrum*. Et est hoc theatrum, de quo Pausan. X, 32. *τοῦ περιβόλου δὲ τοῦ ἱεροῦ θέατρον ἔχεται θέας ἄξιον.*

1711.

Delphis in vicinia eiusdem loci, ubi Chandlerus vidit venditiones servorum (cf. ad n. 1695. 1699.), id quod ex Dodwelli Itin. T. I. p. 174 sq. et Clarkii Itin. P. II. S. III. p. 193 sq. narrationibus colligere licet, in stabulo. Tabula est marmorea, magna ex parte solo infixa, et praeterea inversa, cuius quae super terra est pars, metitur 6′ 2″ et 2′ 6″. Clarkio teste seriem ea decretorum inscriptam habet, per columnas dispositorum, litteris pulcherrime scriptis, sed diversa forma et aetate: Dodwellus praeter Graecum et Latinum titulos eos, quos edimus, alium Graecum dicit inesse litteris minutissimis scriptum, sed maximam partem sub solo sepultum. Hos quos edimus magnis litteris exaratos esse Clarkius refert. Tituli sunt valde oblitterati et mutilati, ac tum propter hanc causam tum ob loci condicionem luce carentis non sine magno labore legi potuerunt. Graecus est ad sinistram, Latinus ad dextram, ut ait Dodwellus; Clarkius Latinum mediae columnae tribuit. Ex Graeco titulo undeviginti tantum litteras dedit Clarkius, Latini sex priores versus. Plenius utrumque dedit Dodwellus T. II. p. 510. Olim Latinum transcripserat Cyriacus p. XXVIII. n. 197. „apud Delphos in magno et expolito lapide ad orientalem templi Apollinis parietem Graecis et Latinis litteris ornatissimum epigramma"; in fine additur: „Reliqua vetustate deficiunt". Deinde in edito Cyriaci libro verbis paulo obscurioribus Graecae in eodem lapide inscriptionis altera pars occupata muro esse dicitur; igitur sese tantum *dextram* eius partem exhibere. Verba haec sunt: „Graeca in eodem lapide inscriptio, ea quae videtur detecta, pars altera cum sit occupata muro".

Haec non aliud velle quam quod dixi, docent ea quae apud Cyriacum n. 199. sine lemmate habentur. Nam Graeci huius tituli versuum exitus n. 199. agnovi, per tres dispositos columnas, senorum singulas versuum, ita tamen, ut pateat voluisse eum, ut pro octodecim hi habeantur versibus: id quod typographus ipse solitis signis indicavit. Ex hoc Cyriaci fragmento supplevi Dodwelliana. Ex Cyriaci schedis Barberinis Latinum titulum a Compagnonio missum dedit Murat. T. II. p. DXCVIII, 1. utrumque solis Muratorii et Dodwelli exemplis usus tractavit Graefius Act. Acad. Petrop. T. VIII. p. 679-698. Meminit huius monumenti Müll. Orchom. p. 496. Dor. T. I. 254.

A.

ΜΝ . . . . ΤΩΙΘΕΩ . . . . ΔΕΔΩΚΕΕ . . . . ΟΛΟ
Ο.ΤΩΒ.ΕΝΕΛΑΤΕΙΑΠΕΡΙΤΗΣΑΜΦΙΣΒΗΤΗΣΕΩΣΤΗΣΔΕΛΦΩΝΠΡΟΣΑΜ
Σ.ΙΧΚΑ.ΙΥΑΥΠΕΡΤΩΝΟΡΩΝΠΕΡΙΗΧΟΜΕΓΣΙΤΟΣΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΕΚΕΛΕΥΣΕΝ
ΜΕΚΡΕΙΝΑΠΛΕΟΝΑΚ.ΣΗΚΑΤΕΡΩΝΔΙΑΚΟΥΣΑΣΚΑΙΕ..ΝΤΩΝΤΟΠΩΝΓΕΝΟΜΕΝΟΣΚΑΙ
ΤΑΜΛΟΩΝΕ.ΗΧΓΑ.ΠΤΗΣΑΥΤΟΨΙΑΣΚΑΙΤΗΝΑΜΦΟΤΕΡΩΝΥΦΗΓΗΣΙΝΠΡΟΣ
ΔΕΕΝΤΥΧΩΝΤΟΙΧΕΙΣΑΠΟΔΕΙΧΙΝΤΕΑΥΤΩΝΠΡΟΦΕΡΟΜΕΝΟΣΑΕΠΕΙΝΩΝΤΑΥ
ΗΤΗΑΠΟΦΑΣ.ΠΕΡΙΕΥΑΒΟΝ..Ε.ΕΤΗΝΥΠΟΤΩΝΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΩΝΓΕΝΟΜΕΝΕΝΗΝΚΡΙΣΙΝ
ΗΝΜΑΝΙΟΥΑΚΕΙΛΙΟΥΚΑΙΤΗΣΣΥΝΚΛΗΤΟΥΝΩΜ.ΗΝΗΝΙ.ΑΙΟΜΕΓΙΣΤΟΣΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ
ΩΝΜΑΛΙΣΤΑΚΥΡΙΑΝΕΤΗΡΗΣΕΗΣΥΝΩΜΟΛΟΓΗΘΗΤΑΥΤΗΝΕΙΝΑΙΤΗΝ
ΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΤΟ.ΕΝΔΕΛΦΟΙΣΕΖΕ.Ν. . . . . Ο. . ΤΩΝΕΝΚΕ
ΝΗΝΑΡΕΣΚΕΙΚΑΤΑΤΟΝΠΡΟΤΩΝΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΩΝ. ι . . . . ΜΕΝΟΝΑΠΟ
Ο.ΗΤΙΣΕΣΤΙΝΠΕΤΡΑΕΡΧΟΥΣΑΥΠΕΡΚΟΙΛ. . . ΝΗΝΧ. . ΑΑΡ. . . ΥΦΗΝΕΣΤΙΝ
ΒΑ. . ΑΥ.ΤΕΥΟΥΜΕΧΡΙΤΗΣΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΗΣΚΡΗΝΗΣΤ.ΙΤΡΟ. . ΙΟΥΣΑ.ΙΟΣΔΕΛΦΩΝ
ΤΗΣΚΡΗΝΗΣΤΗΣΕΛΑΤΕΙΑΣΕΠΕΔΙΗΟ. . . ΤΟΣΑΦΟΡΙΣΜΟ.ΣΗ. . . . ΝΕ.ΤΑΣΤΡΑΒΑΝ
ΝΕΙΝΑΙΑΡΕ. . ΕΙΜΕΧ. . Ο. . ΡΟΥΤΟΥΓΙΤΩΑΣΤΡVΒΑΝΤΙΔΕ.ΚΛΙ.ΜΕΝΟΥΟΥ
ΘΑΛΑΣΣΗ. . . ΝΩΤΡΙΠΟΙΣΗ.ΚΕΚΟΜΜΕΤΑΙΕΝΤΟΝΠΕΔΙΟΝΕΙΝΑΙΤΗΣΙΕΡΑΣΤΩΝ
ΣΥ.Μ. . ΟΝΕΠ. . Α.ΤΑΕΥΩΝΥΜΙΩΣΕΠΙΘΑΛΑΣΣΑΝΕΙΝΑΙΔΕΛΦΩΝ
ΑΚΕΙΝΟΥΤ. . . ΟΥΟΧΕΙΤΕΔΕΙΧΘΗΜΟΙΚΑ
ΝΟΣΕΦΑΙΝΕ

B.

ΙΩΝΑΕΧΚΦΤΑΟΡΜΝΑΧΤ . . . . ΑΚΟΝ . . . . ΑΜΤΝ . . . . ΟΝ

GAVIDIONIGRINOLEGAVGPROPR

DECRETAEXTABELLISRECITATAVIIDVSOCTOBRELEVSINECVMOPTIMVSPRINCEPSSENTENTIA
HIEROMNEMONVMQVACONSECRATAMREGIONESAPOLLONIPYTHIOEXAVCTORITATEMANIACILIETS
DETERMINAVERVNTSEQVENDAMESSEPRAESCRIPSISSETQVAEETIAMDELPHISINLATEREAEDISINSCVLPTA
ESTNEQVEVENIRETINDVBIVMINTERANTICYRENSESQVOQVEETDELPHOSQVIBVSIVDEXDATVS
ABOPTIMOPRINCIPEEASENTENTIASTARIOPORTERENECESSARIAFVITDILIGENTIOREXPLORATIOTAM
VETVSTATEREITANTOMAGISQVODETPOSSESSIOQVIBVSDAMLOCISVARIAVERATETVOCABVLAREGIONVM
QVAEHIEROMNEMONVMDETERMINATIONECONTINEBANTVRVIXIAMNOTAPROPTERTEMPORISSPATIVM
VTRAQVEPARSADVTILITATEMSVAMTRANSFEREBATCVMITAQVEETINREPRAESENTISAEPIVSFVERIMET
QVADAVTEXNOTITIAHOMINVMAVTEXINSTRVMENTISQVAEEXSTABANTCOLLIGIPOTERANTPLVRIBVSDIEBVS . . . . .
SERIMQVAEMAXIMEVISASVNTCVMHIEROMNEMONVMIVDICIOCONGRVEREHACSENTENTIACOMPREHEND
ETIAMSIVTRORVMQVESPEIALIQVIDAPSCISVMESTPOTERITTAMENVIDERIVTRISQVECONSVLTVMQVOD
POSTERVMBENEFICIOOPTIMIPRINCIPISCERTAPOSSESSIOEISETSINELITECONTINGETOPOENTAMINMARIQVOD
ANTICYRAMVERGITQVAMPRIMAMINDETERMINATIONEHIEROMNEMONESNOMINAVERVNT
EAMESSECONSTITITQVAENVNCABALIISOPVSABALIISOPOENTADICITVRPROMVNTVRIVMQVOD
ESTACIRRHAANTICYRAMNAVIGANTIBVSCITRANOXAM . . . . ASAMVSISABEORECTO . . . . .
GOREADMONTICVLVM . . . . ELLATOSACRA . OLOD . . . . . . TEMPLAHIEROMNEMON
MONVMETIAMEXEOAPPARETQVODNATVRALESINVT . . . . MONTICVLOLAPIDEOEX
QVORVMMINALTEROGRAECAINSCRIPTIOQVAESIGN - - - - CVMTERMINVM . . . . . .
ADHVCMANETCVIVETVSTASFIDEMFACIATINALTERO - - - - MDEMINSCRIPTIONEM . . . . .
ASAEINESO . OE - - - - - - FESTANTADCENDENT
DEXTRAANTICYRENSIVMLAEVASACRAREGIONISDELPHORVMSINTABIIS
CHONOSVOCATVRETINDVBITATVSINTERDELPHOS
PERINDEDELPHORVMREGION . . . . .

In utroque titulo nota primum versum, quem non numero, superesse ex fine tituli vel titulorum sub solo latentium, qui exiguis litteris scripti esse a Dodwello dicuntur: inverso enim lapide superiora sepulta sunt. Eam igitur partem legere non potuit Dodwellus nec Clarkius; habet tamen ille primum versum, Clark. Cyr. Mur. non habent. Utriusque tituli forma a me ex Dodw. repraesentatur, quocum in Latini versibus digerendis consentit Clarkius vs. 1-6. Apud Cyr. Latini tituli versus indiscreti sunt; Mur. eos ita distinxit, ut casu finiuntur ap. Cyr. In *Graeco* lectionis fundus est textus Dodwelli. Clarkius tantum e vs. 16. habet ΕΠΙΘΑΛΑΣΕΙΝΑΙΔΕΛΦΩΝ. Cyriaci frustula, quae partim egregia sunt, integra affero omnia. Vs. 1. extr. Dodw. ΠΡΟΣΑΜ, Cyr. ΠΡΟΣΑΝ. Vs. 2. extr. ubi Dodw. ΛΕΥΧΕΝ, Cyr. ΕΛΕΥΣΕΝ, recte. Vs. 3. Cyr. ut Dodw. ΝΟΣΚΑΙ; vs. 4. Cyr. ΝΠΡΟΣ. Vs. 5. extr. Dodw. ΝΩΝΙ.Υ, Cyr. ΝΩΝ ΤΑΥ; idem vs. 6. ΗΝΚΡΙΣΙΝ. Vs. 7. Cyr. ΟΣΑΥ; unde Υ addidi, quum Dodw. habeat ΑΤΟΚΡΑΤΩΡ. Vs. 8. Cyr. ΝΕΙΝΑΙΤΗΝ. Vs. 9. Dodw. ..... ΕΝΚΕ, Cyr. ΤΩΝΕΝΚΕ. Vs. 10. Dodw. ....ΝΑΠΟ, Cyr. ΜΕΝΟΝΑΠΟ. Vs. 11. Dodw. ......ΗΝΕΣΤ, Cyr. ΥΦΗΝΕΣΤΙΝ. Vs. 12. Dodw. Ι⊦.ΔΕΛΦ, Cyr. ΟΣΔΕΛΦΩΝ. Vs. 13. Dodw. ΝΕ ....ΤΙΑ, Cyr. ΤΑΣΤΡΑΒΑΝ. Vs. 14. Dodw. ..ΕΝΟΥΟ, Cyr. ΜΕΝΟΥΟΥ. Vs. 15. Dodw. omittit ΤΩΝ: Cyr. ΤΗΣΙΕΡΑΣΤΩΝ. Vs. 16. Cyr. ut Dodw. ΝΕΙΝΑΙΔΕΛΦΩΝ, item vs. 17. ΕΙΧΘΗΜΟΙΚΑ. Vs. 18. Cyr. ΝΖΕΦΑΙΝΕ.

In *Latina* inscriptione fundus lectionis est textus Cyriaci; varietates Muratorianae, Clarkianae, Dodwellianae hae sunt. Vs. 1. solus Dodw. maioribus litteris; Cyr. et ceteri C.AVIDIO, Dodw. GAVIDIO: Clark. in fine PROTR. Vs. 2. Mur. OCTOB. omisso R. Clark. OCTOBRA...VSANS CVM (ubi INVS suprascriptum videtur varia esse lectio), Dodw. OCTOBRIS..VSIN.CVM: in fine SENTENTIA omittit Dodw. et Clarkius pro eo habet SEI. Vs. 3. init. Dodw. IER etc. Clark. ER etc. Ibidem Cyr. Mur. QVAM: Clark. Dodw. QVA. Mur. ut Cyr. reliqua habet, excepto APOLLINI: Clark. CONSECR...RECIONESA..LLO..TINOE X AVCTORITATE, omissis ceteris; Dodw. CONSE CRA.REGIONES AVLLO...TINOIEX etc. omissis iisdem. Vs. 4. Clark. DETERMINASVE etc. et SE QVENDA..SSERRAES..PSISSET..TIAMNDELPHI SINI..ERE omissis ceteris, Dodw. SEQVENDA... ESSE, et in fine INI.T.RE omissis ceteris. Vs. 5. init. Dodw. ET. Clark. DVBIAS..INTER. Dodw. QVODVE. In fine Clark. DELPHOSOVIB..DEL.., Dodw. DELPHOSQVIBVS..DELPHI, et nihil praeterea. Vs. 6. Clark. SENTENTIASSTARIOPO et nihil praeterea, Dodw. OPORTERENEQVEIAEVI TDI.IO.N.ORE.LOR, et hic finit versum. In versu sexto desinit Clarkii apographum. Vs. 7. init. VE deest ap. Dodw. Vs. 7. init. Dodw. TVSTAIE REI.OM.G.QVOD; tum QVAE.DA..IS.VA.IA VERATETACONSVLAREO, ubi finit versum. Mur. VARIAVERIT. Vs. 8. init. Dodw. omittit QV, habet HERO etc. et usque ad finem sic: CONTI NEBATVRVIXI..TNOTAEOPIERTEI.ORI. Vs. 9. Dodw. ADVTAIT.IEMSVA..ANSFEREBATOV MI..VEEIINRE et in fine SAEPIVS E..PIM. Vs. 10. init. Cyr. Mur. QVID etc.: Dodw. QVA ........TIA..IN.AVT; tum omittit proximum IS in lacuna; in fine habet: EXSTABANTO.... POTERANT.S.V.IEBV. Cyr. Mur. EXTABANT. Vs. 11. Dodw. SEP...ALMMIMEVISASAI..ICV MHIEPO etc. et in fine: CONGRVERVNTOSE NIE.I.VCOMPREHEND. Cyr. in fine COM PΛEND, Mur. COMPLEND. Vs. 12. post *utrorumque* Dodw. ST....EQVID, et post *apscisum est* IOTER....EN, tum VTRISOVE etc. Vs. 13. Dodw. ...ERIM..EFIGIOOPTIMVSPRINCEPS, et post *possessio* ...INEEITECONTINGITOPOENT MINA.RIQV. Vs. 14. Dodw. ANTICYRAMV.. GI.AMPRIMAM (Cyr. Mur. PRIMVM) DETERMI NATIONEMHIEROMNEMONE.DETERMINA VERVNT. Vs. 15. Dodw. CONSTITVTOQVAE, et dein usque ad finem: OBVSABAI...ONEN.. DICITVRPR.NTVRVMO. Vs. 16. init. Dodw. ES TACIRRHA (Cyr. Mur. CIRRA) MC.RAI...LITI GANTIBVSCITRANOXAM....... (Cyr. NOLO...., Mur. NOBO - -) In fine O omittit Dodw. Vs. 17. deest ap. Cyr. Mur. Vs. 18. Dodw. MONVMEN TVMEXE.....ET, et post *naturales* .....MON TICVLO (Cyr. Mur. PONTICVLO) EADIDE.EX. Vs. 19. init. Cyr. Mur. QVOINALTEROGRAECA; Dodw. DVORVMMINAE.BOO..., quae composui, recepto Dodwelliano initio, licet ultimum M ex priori repetitum sit sive a lapicida sive a Dodwello: attamen pro primo D ex altero fonte dedi Q. Mox SIGN omittit Dodw. et pro CVM habet VM. Ceterum inter SIGN et CVM nulla apud Cyr. et Mur. lacuna est; Dodw. lacunam septem punctis notat inter QVAE et VM; sed plures litteras excidisse spatium docet inter illa a Dodw. relictum, quod accurate reddidi in meo exemplo. Vs. 20. Dodw. MANENTIVETVSTASFIDEM.AOIATI; dein post lacunam omittit litteras MDE et in fine M. Lacunam Cyriacus quinque signavit punctis; ego spatium Dodwellianum cum cura reddidi. Vs. 21. quae ante FESTANT etc. sunt, habet solus Dodw. Cyriacus et Murat. post lacunam, quam signant, praebent FESTVMADCENDENT, Dodw. IANTADCEN DENT; FESTVM igitur cadit in Dodwelliani IANT locum, et Dodwelli lectio videtur praeferenda eatenus esse, ut *festant*, non *festum*, quod Cyriaco sese ut notius offerre poterat, reponatur. Post ADCENDENT nulla apud Cyr. Mur. lacuna est, quae tamen ibi necessario statuenda; igitur quae illi addunt, sunt e seq. vs. ubi ea posui, loco designato ex Dodw. qui vs. 22. haec habet: VAOSA CRAR....DELPHORVMTABELLIS; ubi non confido *tabellis*, pro quibus Cyr. Mur. *sint ab iis*. Post haec lacunam signant Cyr. Mur. igitur quae sequuntur, e vs. 23. petita esse probabile est; et locum ibi illis monstrant Dodwelliana. Nam. Dodw.

vs. 23. haec sola habet: QVOD . . VI . I . INDVBI TAVSINTERDELPHOS, quod est Cyriaci hoc: SVOCATVRETINDVBITATVS etc. Post DEL PHOS lacunam signant Cyr. Mur. igitur reliqua sunt e vs. 24. ubi Dodw. sola haec: D . DFLI . O - - - - O, quae tamen prorsus conveniunt cum Cyriaci lectione in hoc lapide longe praestantissima. Ex his igitur lectionibus et formam tituli et verba quam potui diligentissime restitui.

A.

- - - Ὀ[κ]τωβ[ρ.] ἐν Ἐλατείᾳ, περὶ τῆς ἀμφισβητήσεως τῆς Δελφῶν πρὸς Ἀμ-
[φισσεῖ]ς [τῆς] κα[ινῆς] ὑπὲρ τῶν ὅρων, περὶ ἧ[ς] ὁ μέγ[ισ]τος Αὐτοκράτωρ ἐκέλευσέν
με κρεῖνα[ι], πλεονάκ[ι]ς [ἑ]κατέρων διακούσας καὶ ἔ[νδο]ν τῶν τόπων γενόμενος, καὶ
[τεκμήρια ἅπαν]τα μ[αθ]ὼν ἐ[ν τ]ῇ χ[ώρ]ᾳ [ἐκ] τῆς αὐτοψίας κα[τὰ] τὴν ἀμφοτέρων ὑφήγησιν, προς-
[έτι] δὲ ἐντυχὼν τοῖ[ς] εἰς ἀπόδει[ξ]ιν [ὑπ᾽] αὐτῶν προφερομένο[ι]ς, ἃ ἐπέ[γ]νων ταύ-
[τ]ῃ τῇ ἀποφάσ[ει] περιέ[λ]αβον· [Ἐπ]ε[ιδὴ] τὴν ὑπὸ τῶν ἱερομνημόνων γενομένην κρίσιν
[κατὰ τ]ὴν Μανίου Ἀκειλίου καὶ τῆς συνκλήτου [γ]νώμην, ἣν [κ]αὶ ὁ μέγιστος Αὐτοκράτωρ
[πρὸ πάντ]ων μάλιστα κυρίαν ἐτήρησε[ν], συνωμολογήθη ταύτην εἶναι τὴν [ἐν
τῷ ἱερῷ τῷ το]ῦ Ἀπόλλωνος το[ῦ] ἐν Δελφοῖς ἔξ[ω] ἐν [στήλῃ ὑπ]ὸ [τῶν ἀε]τῶν? ἐνκε[χα-
ραγμέ]νην, ἀρέσκει κατὰ τὸν πρ[ῶ]τ[ο]ν ἱερομνημόνων [ἀφορισμόν, γενό]μενον ἀπὸ [τοῦ
ὄρ]ο[υ], ἥτις ἐστὶν πέτρα [ὑπ]ερ[έ]χουσα ὑπὲρ κοίλ[ην κρή]νην [καὶ χαρ]ά[δ]ρ[αν], ὑφ᾽ ἣν ἐστιν
βα[θεῖ]α ὕ[λη φηγ]οῦ, μέχρι τῆς προειρημένης κρήνης, τ[ὴν π]ρο[χωρ]οῦσα[ν ἐντ]ός, Δελφῶν [εἶναι
μέχρι] τῆς κρήνης τῆς Ἐλατείας. ἐπε[ι]δὴ ὁ [αὐτὸς οὖ]τος ἀφορισμὸ[ς] ση[μαί]νε[ι τὸν] Ἀστράβαν-
[τα ἱερὸ]ν εἶναι, ἀρέ[σκ]ει μέχ[ρι τ]ο[ῦ ὅ]ρου τοῦ [ἐ]πὶ τῷ Ἀστρ[ά]βαντι δε[ι]κ[νυ]μένου οὐ
[πόῤῥω] θαλάσση[ς, ἐ]ν ᾧ τρίπο[υ]ς [ἐν]κεκό[λαπ]ται, [τὸ] ἐντὸ[ς] πεδίον εἶναι τῆς ἱερᾶς τῶν
[Δελφῶν] σύμ[παν, τ]ὸ [δ᾽] ἐπ[ὶ τ]α[ῦ]τα εὐωνυμίως ἐπὶ θάλασσαν εἶναι Δελφῶν.
- - - - - - - [ἐ]κείνου τ[οῦ ὅρ]ου, ὅ[ς] ἐ[π]εδείχθη μοι κα - -
- - - - - - - - - - - - νος ἐφαίνε[το - -
- - - - - - - - - - - - - - -

B.

G. Avidio Nigrino Leg. Aug. Propr.

Decreta ex tabellis recitata VI. Idus Octobr. Eleusine. Cum Optimus Princeps sententia[m]
Hieromnemonum, qua consecrata[s] regiones Apolloni Pythio ex auctoritate Mani Acili et S[enatus]
determinaverunt, sequendam esse praescripsisset, quae etiam Delphis in latere aedis insculpta
est, neque veniret in dubium, inter Anticyrenses quoque et Delphos, quibus iudex datus [sum]
ab Optimo Principe, ea sententia stari oportere: necessaria fuit diligentior exploratio, tam
vetustate rei, tanto magis quod et possessio quibusdam locis variaverat, et vocabula regionum,
quae Hieromnemonum determinatione continebantur, vix iam nota propter temporis spatium
utraque pars ad utilitatem suam transferebat. Cum itaque et in re praesenti saepius fuerim,
et quae[e] aut ex notitia hominum aut ex instrumentis, quae exstabant, colligi poterant, pluribus diebus [conges]-
serim, quae maxime visa sunt cum Hieromnemonum iudicio congruere, hac sententia comprehend[i].
Etiamsi utrorumque spei aliquid apscisum est, poterit tamen videri utrisque consultum, quod [in]
posterum beneficio Optimi Principis certa possessio eis et sine lite continget. Opoëntam in mari, quod
Anticyram vergit, quam primam in determinatione Hieromnemones nominaverunt,
eam esse constitit, quae nunc ab aliis Opus, ab aliis Opoënta dicitur, promunturium, quod
est a Cirrha Anticyram navigantibus citra no[n]am. [Aedes, in qu]as amusis ab eo recto [vergit ag]-
g[e]re, ad monticulum [in app]ellato sacra[t]o lo[co, quae vocant] templa Hieromnemon[um, esse Hieromne]-
monum etiam ex eo apparet, quod naturales in ut[roque] monticulo lapide[s] ex[stant],
quorum in altero Graeca inscriptio, quae sign[ificat Delphi]cum terminum [hunc esse],
adhuc manet, cui vetustas fidem faciat; in altero [fuisse ea]ndem inscriptionem [vestigia
docent: quae monumenta coll]a[t]a [f]ines [sacrae terrae mani]festant ad[t]endent[i, ita ut ab
illis] dextra Anticyrensium, laeva sacra, regionis Delphorum, sint, ab iis [ipsis monumen-
tis et ab illo aggere, qui] Chonos vocatur, et indubitatus inter Delphos [et Anticyrenses
limes est] - - - - - perinde Delphorum region
- -

In titulorum horum restitutione ubi Graefius eadem quae ego habet, raro hoc annoto: ubi dissentimus, etiam illius sive supplementa sive correctiones memoro; neque haec pauca sunt, in Graeco potissimum, ubi aliam aliquoties viam et Cyriacus mihi monstravit et accurata superstitum litterarum consideratio. Uterque titulus in fine mutilus est; quae supersunt, ne tertiam quidem fortasse vel quartam integri monumenti partem constituerint; ceteris, quae desunt, in alia olim perscriptis tabula, quae infra apposita fuerit. Utraque inscriptio in iudicio finium regundorum versatur, sed finium prorsus diversorum; Graeca haud dubie fines sacrae terrae et Delphorum in occidentem potissi-


mum, versus Amphissensium terram describit, Latina fines sacrae terrae et Delphorum in orientem ab Anticyrensium territorio dirimit: quod vidit iam Müllerus Dor. T. I. p. 254. Igitur non eadem est in utroque titulo iudicis sententia expressa; et alio tempore Graeca, alio Latina scripta est, periitque opinor et Latinum exemplum Graecis respondens, et Graecum respondens Latino. Utraque vero sententia, et ea, quae Delphicae et Anticyrensis, et ea, quae Amphissensis et Delphicae terrae fines constituit, occasione litis lata est ab iudice partibus dato ab Imperatore Romano, quod ipsi tituli docent. Sic in Graeco: *περὶ τῆς ἀμφισβητήσεως τῆς Δελφῶν πρὸς Ἀμφισσεῖς - - ὑπὲρ τῶν ὅρων, περὶ ἧς ὁ μέγιστος Αὐτοκράτωρ ἐκέλευσέν με κρεῖναι.* In Latino: *inter Anticyrenses quoque et Delphos, quibus iudex datus sum ab Optimo Principe.* Quae quum titulorum aetas sit, Iota subscribendum deest in Graeco titulo. Accuratiorem temporis notationem continet Latinus: *G. Avidio Nigrino Leg. Aug. Propr.* Avidius Nigrinus Imp. Domitiano Proconsul fuit incertum cuius provinciae (Plin. et Traian. Epist. X, 71. 72.): sed Proconsul provinciam sortito obtinens non est Legatus Augusti: igitur ille Avidii proconsulatus huc non pertinet. Legati Augusti Achaiam rexerunt ab a. u. c. 767. usque ad a. 797. imperantibus Tiberio et Caio ac primis Claudii annis (Tacit. Ann. I, 76. ubi Strabonis consensum annotat interpres, Dion. LX, 24. Sueton. Claud. 25. ubi v. Casaub.): Claudius Senatui reddidit Achaiam, Proconsulibus administrandam, quorum passim in titulis mentio fit, et maxime sub Traiano et Hadriano (v. ad n. 1732. *a.*); quodsi etiam Quaestor Achaiae Propraetore vel simpliciter Propraetor Achaiae nominatur (n. 364. 1133. 1327. 1186.), hoc quoque ad proconsularem provinciam referendum est: de qua re ne longus sim, v. Ern. ad Tac. Ann. I, 74. quamquam hoc est altioris indaginis. Igitur titulum inter annos u. c. 769-797. posueris: nam a. u. c. 768. Poppaeus Sabinus Achaiam obtinuit (Tac. Ann. I, 79.). Nec tamen confido. Quippe potuit extra ordinem Legatus Augusti in Achaiam mitti, et certe Maximus Achaiae rector, ad quem scribit Plinius Epist. VIII, 24. non fuit Proconsul, quippe cui a Plinio tribuatur *legatio*, quae illi *non sorte*, sed *iudicio* Principis obtigerit. Quodsi *Optimi Principis* denominatio in Latino titulo sollemnis sit, cogites de Traiano, qui Optimus inde ab a. u. c. 867. (p. Christ. 114.): sed hoc quoque valde dubium est. *Iudex* sitne ipse Legatus an alius, non constat: in Daulio titulo de finibus regundis n. 1732. iudicem dat Proconsul, non ipse iudicat: at hic iudex, utpote a Principe datus, videtur tamen potius ipse Legatus esse; et credo eundem iudicasse de finibus Graeco in titulo definitis, qui de finibus in Latino titulo descriptis iudicavit. Alibi tamen acta res utraque. Nam Graeca *Elateae* Phocidis scripta sunt, Latina *Eleusine*, quo quippe convenerant syndici civitatum litigantium: sic Phocensium lis dirempta Chaeroneae (n. 1732.). Utraque res mense ut videtur *Octobri* acta est; Latinus titulus VI. Idus Octobr. nominat, Graecus certe Octobrem, quamquam potest hoc etiam ad Septembris dies posteriores referri: Octobris exitum in simili re prae se fert Daulius titulus n. 1732. Anne igitur is mensis vel certe auctumnus constitutus erat his rebus iudicandis, ut fines inde ab auctumno occupari a legitimis dominis possent et agri exerceri?

Sed maius his titulis pretium conciliat antiquiorum rerum memoria, quae illis continetur. Nam utraque finium descriptio iussu Principis ita instituta est, ut iudex sequeretur *sententiam Hieromnemonum, qua consecratas Apollini Pythio regiones ex auctoritate Man. Acilii et Senatus determinarant.* Hieromnemonibus enim cura sacrae terrae custodiendae data erat (cf. ad n. 1688. §. 2.): eosdem cum ceteris Amphictyonicis magistratibus *στήλαις διαλαβεῖν τοὺς ὅρους* eius terrae iubet decretum Amphictyonicum Olymp. 110. factum ap. Demosth. de cor. p. 278. Illi igitur etiam postea fines sacrae terrae constituerunt, sed confirmarunt eam constitutionem Man. Acilius ac Senatus Romanus. Graefio iudice est ille Man. Acilius Glabrio, a. u. c. 563. consul Graeciam sortitus (Liv. XXXVI, 2.), de rege Antiocho et Aetolis triumphans (Liv. XXXVII, 46.): qui etsi multo ante Achaiam a. u. c. 608. subactam, Graeciam ingressus est, et recentiores Manii Acilii intelligi possunt, tamen veram iudico Graefii sententiam, quod res satis vetusta esse in Latino titulo dicitur. Nempe vel Amphictyones vel partes litigantes interponi auctoritatem Senatus Romani et Consulis voluerant. Illa vero Hieromnemonum sententia Delphis scripta erat in latere aedis Apollinis (tit. *B.*): unde coniicio, pauca illa verba, quae ante hanc inscriptionem litteris minoribus scripta comparent, superesse ex illa Hieromnemonum sententia, cui deinceps haec decreta, quae habemus, addita sint. Ceterum Hieromnemonum sententiam in latere aedis Delphicae insculptam esse, in Latino titulo ita ponitur, ut rem etiam antea certam fuisse pateat: contra in Graeco, prout eum legendum doceo, dicitur *convenisse* (συνομολογηθῆναι), *Hieromnemonum sententiam esse eam, quae in Delphico templo scripta sit*, ut de re, quae tum demum sit certa facta. Praeterea in Latino dicitur: *Neque veniret in dubium, inter Anticyrenses quoque et Delphos ea sententia stari oportere*: unde colligas, prius *in alia causa* decretum esse, ut ea staretur sententia. Haec fere eo deducunt, ut Graecus titulus sit prius conceptus; quum praesertim Amphissenses potissimum de sacra terra litigasse aliunde constet, ac proinde illa Hieromnemonum sententia de sacrae terrae finibus, quam Princeps sequendam esse etiam antea decreverat, quam de Anticyrensium et Delphorum finibus decerneretur, in nulla alia causa plus valere debuerit, quam in Amphissensium et Delphorum lite.

Iam ad singula accessurus praemoneo in titulo tam oblitterato et qui lectu difficillimus fuerit, licere hinc inde aliquot mutare litteras: non tamen abutar hac potestate; sed lacunarum spatia contendo

non accurate notata esse, ut ne n. 1690. quidem in titulo *στοιχηδὸν* scripto recte notata sunt: quamquam etiam in hac re non multum discedam a Dodwelli apographo. Aliquot ab hoc litteras omissas esse haud temere statuo: quippe id vel in titulis optime servatis accidit; multo magis accidit in hoc oblitterato et insuper inverso, de qua re in lemmate dixi. Tit. *A.* initium deest, quo continebatur diei notatio. Vs. 1. extr. 2. init. *Ἀμ[φισσεῖ]ς* latent: etsi enim vs. 1. extr. Cyriacus habet ΑΝ, de Anticyrensibus cogitari nequit, quod fines Anticyrensium tit. *B.* descripti prorsus alii sunt: nihil igitur relinquitur, nisi ut de Amphissensibus cogitetur, quos iam olim obtinuisse Cirrhaeam sacram terram et partem certe eius suam iudicasse patet ex Demosthene et Aeschine de corona; cf. Strab. IX, p. 419. Vs. 2. init. Graefius legit *-φισσεῖς καὶ ἰδίᾳ ὑπὲρ τῶν ὅρων*, quippe Σ.ΙΧ putans fuisse ΣΕΙΣ. At spatium vs. 2. ante Σ relictum docet hoc Σ esse ultimum vocis *Ἀμ[φισσεῖ]ς*, vacatque insuper illud *καὶ ἰδίᾳ*. Mihi in illo .ΙΧ non dubium est latere *της* (ut Χ pro Σ bis habes vs. 2. 5. item apud Dodw. vs. 2. extr. in litteris ΕΚΛΕΥΧΕΝ, v. var. lect.), deinde desiderari adiectivum. Igitur ΚΑ.ΙΥΑ muto in *καινῆς*; *nova lis* memoratur, quod prius quoque de finibus litigarant cum Amphissensibus Delphi: qua de re satis constat. Vs. 4. Graef. *σημεῖα πάντα μαθὼν ἐκ τῆς ἀγαπητῆς αὐτοψίας*, et *σημεῖα* putat etiam vs. 13. 16. redire, ubi haud dubie nihil de *σημείοις*. Defendi tamen haec vox potest ex Daulio titulo n. 1732. sed praetuli latius *τεκμήρια*. Cetera mihi videor rectius emendasse. Nota vero articulum *ἐκ τῆς αὐτοψίας*, ut in Daulio: *περὶ χώρας ἀμφισβητουμένης ἀκούσας ἑκατέρου μέρους ἐφ᾽ ὅσον ἐβούλοντο, καὶ ἐπὶ τὴν αὐτοψίαν ἐλθών.* Vs. 5. Graef. *ἀπόδειξίν γε αὐτῶν.* Τὰ *εἰς ἀπόδειξιν ὑπ᾽ αὐτῶν προφερόμενα* sunt *instrumenta* (tit. *B.*). Ibidem in fine Graefius non dedisset poeticum *ἃ ἐπέγνων ἔτυμα, ταύτῃ* etc. si Cyriaci nosset lectionem. Mox *ἀπόφασις* est: *sententia*, ut in Daulia inscriptione n. 1732. de Amphictyonum iudiciis ap. Diod. XVI, 24. et in tit. *B.* *hac sententia comprehendi* (*περιέλαβον*). Sub finem vs. 6. dele ΝΕ. Post *περιέλαβον* Graefius: *Μετά γε την ὑπὸ* etc. et vs. 8. init. *Ῥωμαίων*, quae vox ferri non potest; deinde vero idem: *ταύτην εἶναι τὴν [νομιζομένην ἱερὰν γῆν το]ῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Δελφοῖς· ἔξειν [δὲ τὸν ὅρον τὴ]ν ἐκε[ῖ οὖσαν κοίλην κρή]νην.* Veram sententiam observatis superstitibus litteris et in usum vocata Latina inscriptione restitui. Incipit decretum vox *ἐπειδή*, ut solet: et eius supersunt vestigia. Sic etiam Latina inscriptio: *Cum Optimus Princeps sententiam Hieromnemonum, qua consecratas regiones Apolloni Pythio ex auctoritate Mani Acili et Senatus determinaverunt, sequendam esse praescripsisset, quae etiam Delphis in latere aedis insculpta est.* Et ex his verbis hic locus iudicari debet; nisi quod ex superstitibus litteris liquet, hoc nunc dici: *sententiam Hieromnemonum ex Manii Acilii et Senatus auctoritate dictam esse eam, quae in latere aedis Apollinis Pythii insculpta sit*; quippe qua de re in lite Amphissensi primum convenerat: quam rem postea in lite Anticyrensi ut iam certam ponit iudex. Vide quae supra dixi. Iam primum vs. 9. 10. ΕΝΚΕ - - - ΝΗΝ est *ἐνκε[χαραγμέ]νην*, Latino in titulo: *quae insculpta est.* Titulus Delphicus n. 1710. *b.* *ἐνχαράξασα εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος.* Titulus Daulius n. 1732. *καὶ τοὺς ὅρους τῆς μετρήσεως ἐνχαράξουσι κοινῇ*, et deinceps *ὅταν ἐνχαραχθῶσιν.* Et sic scriptores passim. Hoc constituto sponte nascitur priorum verborum hoc supplementum: *ταύτην εἶναι τὴν [ἐν τῷ ἱερῷ τῷ το]ῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Δελφοῖς.* Post haec quaerenda accuratior definitio respondens Latino *in latere.* Ea incipit a litteris ΕΖΕ.Ν, et debet litteris ΤΩΝ finiri; sed eam non possum nisi ex incerta praestare coniectura. ΕΖΕ.Ν potuit ΕΞΩΕΝ esse, transposito lacunae signo, quod n. 1690. in Dodwelliano titulo omnino faciendum erat. Nam Dodwelli exempla vitiavit etiam typotheta, ut vs. 2. ΣΙ posuit pro ΙΣ. Igitur dedi *ἔξω ἐν [στήλῃ*, et addidi valde incertum *ὑπ]ὸ [τῶν ἀε]τῶν*, donec reperiatur aliud: potuit enim in utroque templi latere *ἀέτωμα* esse, sub quo (non in alto, sed ad solum vel paulo superius) esset titulus tabulae inscriptus. Et sic omnino iudico constructum Delphicum templum fuisse. Quippe huic Euripides Ion. 188. postquam non Athenis solis esse *εὐκίονας αὐλὰς* dixit, tribuit *διδύμων προσώπων καλλιβλέφαρον φῶς*: *πρόσωπον* autem poetae est porticus, ut ap. Pind. Olymp. VI. init. Igitur *δίδυμα πρόσωπα* vix possunt alia esse nisi duplices porticus in utroque breviori latere templi, super quibus sunt *ἀετοί*: sicut Pindarus Olymp. XIII, 29. vulg. *δίδυμον βασιλῆ᾽ οἰωνῶν* *duplex aëtoma* a Corinthiis inventum dixit, *τὰ ὄπισθεν καὶ ἔμπροσθεν*, ut ait Didymus: id Delphos transferre Corinthius templi architectus Spintharus potuit. Vs. 10. a voce *ἀρέσκει* incipit apodosis. Haec et cetera usque ad finem Graefius ita legebat: *ἀρέσκει κατὰ τὸν πρὸ τῶν Ἱερομνημόνων γεγενημένον ἀπολογι[σμόν· „ἥ τίς ἐστι πέτρα, ἐξέχουσα ὑπὲρ κοίλην κρήνην, χώρα ἄρχεται, ἣν ἔστιν | βλάβη ἀροτρεύειν μέχρι τῆς προειρημένης κρήνης, ἐπὶ πρόσω ἰοῦσα μέχρι Δελφῶν | καὶ τῆς κρήνης τῆς Ἐλατείας ἐν πεδινῷ·" τούτου ἀφορισμοῦ σημεῖα νέα ἀντὶ ἀρ|χαίων εἶναι ἀρέσκει, μέχρι τοῦ ὅρου τοῦ ἐπὶ τῷ ἄστει· βάντι δὲ ἐκ λιμένας ἀπὸ | θαλάσσης τὰς ἄνω ἀτραπούς, ᾗ ἐκκομίζεται ἐκ τοῦ πεδίου, εἶναι τῆς ἱερᾶς | γῆς σημεῖον· ἐπὶ ταῦτα εὐωνυμίως ἐπὶ θάλασσαν εἶναι Δελφῶν*, tum vs. 17. *α κεινόν* et cetera ut apud nos, vs. 18. *ἀληθινὸς ἐφαίνετο.* Equidem non ut viri eruditissimi conatus reprehendam, qui sciam quam laboriosa haec opera sit, sed rei causa mihi haec non placere confiteor: neque enim haec verba iudicio finium regundorum satis conveniunt, nec litteris, quae servatae sunt: quamquam quod Graefius Cyriaci lectionem ignorabat, non poterat de hac re satis iudicare: postremo sententia et obscura et omnino talis est, ut Amphissensium et Delphorum liti dirimendae non sit accommodata. Nunc mea breviter explicabo. Nempe postquam iudicii fundamentum, Hieromnemonum sententia, definitum est, debet iam determinationis initium

addi, aut ita, ut *primus terminus* designetur uberius ac nihil praeterea, sicut in Latino titulo primum Opoënta definitur, ,,*quam primam in determinatione Hieromnemones nominaverunt,*" aut ita, ut statim addatur *prima determinatio universa*, hoc est terminus a quo cum termino ad quem. Posterius hic factum esse ipsa formula superstes docet: ἀρέσκει κατὰ τὸν etc. quibus verbis manifesto significatur, placere iudici, ut *secundum determinationem Hieromnemonum* certa regio horum vel illorum sit. At πρὸ τῶν ἱερομνημόνων ferri nequit: non enim quae ante illos, sed quae ab illis constituta sunt, sequi iudex ex praecepto Principis debet. Sed ne ὑπὸ quidem (loco illius πρό) commodum est: nam sub finem MENON ante ἀπὸ superest ex participio, ἀπὸ vero manifesto post se habuit genitivum, ad quem refertur ἥτις πέτρα (neque enim ἥ τις πέτρα legi potest, quod tam indefinite non loquuntur iudices finium regundorum); igitur si scriberes ὑπό, ante participium positum fuisset substantivum, velut: κατὰ τὸν ὑπὸ τῶν ἱερομνημόνων ἀφορισμὸν γενόμενον; quod insolens foret. Quare ΠΡΟΤΩΝ iudico Dodwellum legisse pro ΠΡΩΤΟΝ et memorari *primam Hieromnemonum* (ἱερομνημόνων sine articulo non offendit) *determinationem* (ἀφορισμὸν vs. 13.), quae sit a certo termino a quo ad certum ad quem. Terminus a quo his exprimitur verbis: ἀπὸ [τοῦ ὅρ]ο[υ], ἥτις ἐστὶν πέτρα [ὑπ]ερ[έ]χουσα ὑπὲρ τὴν κοίλ[ην κρή]νην [καὶ χαρ]ά[δ]ρ[αν], ὑφ' ἣν ἔστιν βα[θεῖ]α ὕ[λη φηγ]οῦ. Primus terminus accuratissime describi debebat, ut a quo omnis procederet limitatio. Rupes terminus habetur n. 536. Καὶ χαράδραν incertum est, tamen prope fontem esse fossam probabile est: X mutavi in K, alterum A in Δ. Articulo τὴν χαρ. non magis opus est quam in praegresso κοίλην κρήνην. Βαθεῖα ὕλη haud est dubium: pro φηγοῦ nihil novi melius. Terminus ad quem sequitur: μέχρι τῆς προειρημένης κρήνης. Iam addi debebat iudicium de terra, quod retentis litterarum vestigiis plurimis sic reddidi: τ[ὴν π]ρο[χω]ροῦσα[ν ἐντ]ός, Δελφῶν [εἶναι μέχρι] τῆς κρήνης τῆς Ἐλατείας. Τὴν γῆν τὴν ἐντὸς προχωροῦσαν dico eam, quae *pone limitem* sit versus mediterranea Delphorum; ἐντὸς ni fallor redit vs. 14. Fontem Elateam iudica pone alterutrum illorum terminorum versus mediterranea fuisse, ita ut ille fons et alter terminorum, exempli causa *rupes*, limitem definierint in hoc altero termino, hoc est in rupe ut posuimus, sub certo angulo concurrentem cum limite eo, quem alter hic terminus, rupes, ut posui, cum altero, nempe τῇ κοίλῃ κρήνῃ, definiebat. Hoc ut intelligeretur, exempli causa descripsi terminos hac figura:



Sequitur ΕΠΕΔΙΗ, quod dicas esse ἐμ πεδίῳ, collato n. 1688. 16. Sed probabilius est ἐπειδή, quo incipiat *altera determinatio* sine coniunctione, qua huiusmodi stilum non egere docent Latina. Apertum est tale quiddam dictum esse: ἐπειδὴ ὁ [αὐτὸς οὗ]τος ἀφορισμὸ[ς] ση[μαί]νε[ι, nempe Hieromnemonum πρῶτος ἀφορισμός. Quid igitur ille significat? Nempe certum locum, de quo litigabatur, certi cuiusdam domini esse. Locum illum repperi haud ambigue: τὸν] Ἀστράβαν[τα, ut vs. 14. ἐπὶ τῷ Ἀστρ[ά]βαντι. Vs. 14. pro altero A legitur V: sed V nulla est in hoc titulo littera, et A esse verum docet consensus auctorum vs. 13. ubi Cyr. ΑΣΤΡΑΒΑΝ, Dodw. ....ΤΙΑ superstes ex ΤΡΑ. Forma est talis qualis Ἄβας, λυκάβας, ὀκρίβας, κιλλίβας, Κορύβας. Conferri etiam Ἀστράβακος potest heros Spartanus (Herodot. Pausan. Clem. Alex.). Sic prodit secunda determinatio: ἐπειδὴ ὁ [αὐτὸς οὗ]τος ἀφορισμὸ[ς] ση[μαί]νει [τὸν] Ἀστράβαν[τα ἱερὸ]ν εἶναι, ἀρέ[σκ]ει μέχ[ρι τ]ο[ῦ] ὅ]ρου τοῦ [ἐ]πὶ τῷ Ἀστρ[ά]βαντι δε[ι]κ[νυ]μένου οὗ [πόρ]ρω] θαλάσση[ς, ἐ]ν ᾧ τρίπο[υ]ς [ἐν]κεκό[λαπ]ται, [τὸ] ἐντὸ[ς] πεδίον εἶναι τῆς ἱερᾶς τῶν [Δελφῶν] σύμ[παν, τ]ὸ [δ'] ἐπ[ὶ τ]α[ῦ]τα εὐωνυμίως ἐπὶ θάλασσαν εἶναι Δελφῶν. Quod Astrabantem sacrum esse certum erat, sacrae terrae adiudicatur omnis campus, qui ab extremo versus mare Astrabantis termino porrigitur in mediterranea pone limitem (ἐντός, cf. ad vs. 12.); quae vero ab eodem limite ad mare porriguntur, Delphorum sunto, non sacra, sed ne Amphissensium quidem. Procedebat autem, quod ex his colligo, *a mediterraneis* haec limitatio; deinde iudex vertitur *in occidentem*, unde in sinistra est mare. Δεικνυμένου apertum est; legitur enim ΔΕ.ΚΛΙ.ΜΕΝΟΥ; vs. 16. de eodem termino intelligenda verba videntur: ἐκείνου τοῦ ὅρου, ὃς ἐπεδείχθη μοι. Πόῤῥω est incertum: in θαλάσσης cave articulum addendum censeas. Ἐν ᾧ τρίπους ἐνκεκόλαπται mihi non est dubium et usui sermonis unice congruum; ΜΜΕ fuit ΛΑΠ: noli putare formam ab ἐγκέκομμαι deductam inesse. Tripus vero omnino terrae Apollini sacrae terminum aptissime signat. De forma εὐωνυμίως vide Introd. Boeot. I, 5. In fine possis Ἀκειλίου pro ΑΚΕΙΝΟΥ legere; sed praefero ἐκείνου.

Paucioribus in Latino defungar titulo. Vs. 3. nota scripturam *Apolloni*, consensu trium nixam apographorum, quam temere mutavit Muratorius: nempe ferenda ea in Graecia. Graef. *Apollini*; et vs. 5. *quodve*. Idem extr. recte addidit *sum*, ut in Graeco ἐκέλευσέν με κρεῖναι. Vs. 6. 7. laborat structura: *tam vetustate rei, tanto magis quod* etc. Graef. *tanta vetustate*. Ego cum Müllero l. c. accedente etiam Buttmanno nihil muto, sed structuram arbitror negligentem esse, post *tam* pro debiliori *quam* illato fortiori *tanto magis*. Vs. 10. 11. Graef. [*examinav*]*erim*, quod non convenit cum lectione tradita. Idem recte vs. 11. *comprehend*[*i* ex Graeco περιέλαβον. Vs. 14. extr. Graefius addit *urbem*: sed promontorium, non oppidum nominatur. Vs. 15. retinui scripturam *promunturium* (ut *frundes* et alia, quae potissimum Umbrica). Ibid. 15.

extr. Graef. addit *oppositum*: hoc falsum iudico. Nam non inde, quod id oppositum navigantibus sit, sed ex eo peti determinatio debet, quam longe ille locus absit ab aliquo alio. Hoc vero inerat sequentibus, ubi Graef. legit *citra noxam* [*situm*, nullo sensu. Dedi *citra nonam*. *Nona hora* (omittitur autem *hora*, quod docent iam Lexica) coenabatur. Iam ex ordinaria navigatione qui Cirrha Anticyram navigabant, certo loco, ut solent nautae, coenabant: citra illum locum, hoc est *citra nonam*, erat *Opoënta*. *Opoënta* formatum est Aetolico more, ut Siciliensium et Italicorum Graecorum urbes apud Romanos, *Tarentum*, *Maleventum* etc. (cf. Niebuhr. Hist. Rom. T.I. p. 50. ed. sec.). Post *situm*, quod ego non agnosco, pergit Graefius: *qu*]*a amussis ab eo recto* [*gerit ag*]*g*[*e*]*re ad monticulum* [*in app*]*ellato sacra*[*t*]*o lo*[*co prope*] *templa Hieromnemonum* [*antiquum esse*] *monumentum ex eo apparet* etc. unde nullum possum sensum elicere finium iudicio congruum; nec *qu*]*a* sed *qu*]*as* legendum esse patet. Sed etiam nostra restitutio incerta est; eam tamen paucis explicabo. Determinatio incipit ad mare in promontorio Opoënta. Iam vox *amusis* eo deducit, ut ab illo promontorio dicatur in mediterranea dirigi linea; ac si verum est *aggere*, quod ob vs. 23. credo, illa linea dicitur *ab eo* promontorio *recto aggere* (in hoc ipso aggere rectâ) *vergere* in locum quendam, quas puto *aedes* esse, quae *templa* (ναοὶ) *Hieromnemonum* vocentur. Quodsi templa Hieromnemonum *vocabantur*, probabile erat ea *esse* Hieromnemonum et sacrae terrae: sed alio quoque argumento id comprobatur, unde dicitur: *etiam ex eo apparet*. Nam lectio Dodwelliana *monumentum ex e*[*o* etc. posthabenda est reconditiori et insolentiori Cyriaci *monum etiam ex eo* etc. Fuerunt vero illae aedes *ad monticulum in loco sacrato appellato*. Qui *monticulus* ubi ab aedibus illis in orientem erat, si demonstrabatur Delphicum terminum esse in illo monticulo, erat demonstratum, aedes illas omnino sacrae terrae esse. Hoc iam docetur inde a verbis: *quod naturales in u*[*troque*] *monticulo lapide*[*s*] *ex*[*stant*. Graefius: *in* [*illo*] *monticulo lapide*[*s*] *ex*[*stant etiamnunc duo*. Sed *utroque* certum est; nec duos in utroque monticulo arbitror fuisse lapides, sed singulos in singulis, eosque naturales (nativos), qui sunt certissimi termini (cf. ad tit. *A*.): alter monticulus est promontorium Opoënta, alter ille ad templa Hieromnemonum. Exponitur autem, in utroque monticulo terminum Delphicum positum esse: unde patebat, inter illos monticulos esse limitem Delphicae et Anticyrensis dicionis. Igitur additur: *quorum in altero Graeca inscriptio, quae sign*[*ificat Delphi*]*cum terminum* [*hunc esse*], *adhuc manet, cui vetustas fidem faciat*. Graefius legebat: *quae* [*de*]*sign*[*at*]*um terminum* [*accuratissime describit*: quod nec tradito textui nec rei ipsi convenit. Idem deinde alteram inscriptionem Latinam fuisse putat, sine causa, nec probabiliter, quum termini Romana dominatione antiquiores intelligantur. Legit autem: *in altero* [*ea*]*ndem inscriptionem* [*Latina lingua olim lectam esse litterae evanescentes docent. Haec mani*]*festant, ad*[*s*]*cendent*[*i dextra ad aggerem agros*] *Anticyrensium, laeva sacra*[*s*] *regiones Delphorum in tabellis* [*Hieromnemonum poni, ubi agger*] *Chonos vocatur, et indubitatus inter Delphos* [*et Anticyrenses terminus dicitur*." Sed quae dedi supra, multo videntur magis probabilia: altera inscriptio eadem erat, quae prior; sed prior *adhuc manebat*; alteram in altero lapide olim *fuisse* coniiciebatur. *Laeva* et *dextra* intellige ei, qui a mari venerit: inde enim coepta est limitatio. Neque vero opus legi *adscendenti*; facilior est correctio *adtendenti*. Omnino enim attendendum erat, propterea quod alterius termini inscriptio erat oblitterata. *Chonos* a Graefio bene illustratur ex Hesych. χῶνος· βουνός, τόπος, βόθυνος: ubi βόθυνος fossam significat, quae ad aggerem.

1712.

Delphis in lapide, Cyriac. p. XXX. n. 205. versibus indiscretis, et ex schedis Cyriaci Murat. T. I. p. CCXXI. 5. ex quo dedi versuum distinctionem licet arbitrariam.

ΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΩΝ
ΛΕΥΚΙΟΝΙΟΥΛΙΟΝ . . . . ΙΟΥΛΙΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΑΣΕΒΑΣΤΟΝΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΠΥΘΙΩΙ

Vs. 1. male Mur. ΤѠΝ, et vs. 2. octo puncta. Idem recte refert ad L. Caesarem, Agrippa et Iulia genitum, et ad hanc sententiam emendat: Τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων Λεύκιον Ἰούλιον Καίσαρα Σεβαστο[ῦ υἱὸν] Ἀπόλλωνι Πυθίῳ. Alterum Ἰούλιον vs. 2. fortasse ex titulo simili de C. Caesare, iuxta posito petitum est.

1713.

Delphis prope D. Nicolai; ex Clarkio Itin. P. II. S. III. p. 180. Vitiosius habet Pouquevillius Itin. T. III. p. 566. Extat etiam in schedis Köhlerianis, sed omissis pluribus verbis.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Vs. 10. Pouq. falso ΤΟΥΙΕΡΕΩΣΒʹ.

Αὐτοκράτορα Καίσαρα, Θεοῦ Τραιανοῦ Παρθικοῦ υἱόν, Θεοῦ Νέρβα υἱωνόν, Τραϊανὸν Ἀδριανὸν Σεβαστόν, τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων, ἐπιμελητεύοντος ἀπὸ Δελφῶν Μεστρίου Πλουτάρχου τοῦ ἱερέως.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑ
ΘΕΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥΠΑΡΘΙ
ΚΟΥΥΙΟΝΘΕΟΥΝΕΡΒΑ
ΥΙΩΝΟΝΤΡΑΙΑΝΟΝΑΔΡΙ
ΑΝΟΝΣΕΒΑΣΤΟΝΤΟΚΟΙ
ΝΟΝΤΩΝΑΜΦΙΚΤΥ
ΟΝΩΝΕΠΙΜΕΛΗΤΕΥΟΝ
ΤΟΣΑΠΟΔΕΛΦΩΝΜΕΣ
ΤΡΙΟΥΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΤΟΥΙΕΡΕΩΣ❦

1714.

Delphis in lapide, Cyriac. p. xxx. n. 206. vulgaribus litteris epigraphicis versibusque indiscretis. Ex Apiano p. ccccc. Gruterus p. cclxxvii. 4. „in templo Apollinis". Habet etiam Smetius fol. clvi. 4.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙCΑΡΑ
ΜΑΡΚΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝΚΑΡΟΝ
ЄΥCЄΒΗЄΥΤΥΧΗCЄΒΑCΤΟΝ
ΗΙЄΡΑΔЄΛΦΩΝΠΟΛΙC
ЄΔΟΚЄΝ

Versus dedi ex Grutero, item litterarum formam, licet vs. 4. Apianus habeat Ω. Ibidem primam litteram Η addidi ex Cyr. Primus versus maioribus litteris scriptus est. Αὐτοκράτορα Καίσαρα Μάρκον Αὐρήλιον Κᾶρον, Εὐσεβῆ, Εὐτυχῆ, Σεβαστόν, ἡ ἱερὰ Δελφῶν πόλις [ἀν]έ[θη]κεν.

1715.

Delphis in basi statuae repperit Cockerellus; ed. Hughes Itin. T. I. p. 365. Nomen victoris periit. Titulus est στοιχηδὸν scriptus, idque accuratissime, quod lineis inter litteras ductis monstrat Hughes.

ΟΛΥΝΠΙΑΤΡΙΣΠΥΘΙΑΤΕΤΡΑΚΙΣ
ΙΣΘΜΙΑΕΠΤΑΚΙΣΝΕΜΕΑΕΠΤΑΚΙΣ
ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑΤΕΤΡΑΚΙΣΑΣΚΛΑΠΙΕΙΑ
ΤΕΤΡΑΚΙΣΕΚΑΤΟΜΒΑΙΑΤΡΙΣ
ΛΥΚΑΙΑΤΡΙΣ

Ὀλύνπια τρίς,
Πύθια τετράκις,
Ἴσθμια ἑπτάκις,
Νέμεα ἑπτάκις,
Παναθήναια τετράκις,
Ἀσκλαπίεια τετράκις,
Ἑκατόμβαια τρίς,
Λύκαια τρίς.

Panathenaea vicit Athenis, Asclepiea Epidauri (de Atticis ne cogita), Hecatombaea Argis, Lycaea in Arcadiae monte Lycaeo. Cur Nemea Isthmiis postponantur nescio.

1716.

Delphis in regione templi. Ed. Clarkius Itin. T. II. S. III. p. 196. ex quo formam versuum et litterarum ac lectionem reddidi. Ibidem ponit Hughes Itin. T. I. p. 364. Turnerus Itin. T. I. p. 394. solam hinc vocem Κορίνθιος habet. Vitiosius praebet Pouquevillius Itin. T. III. p. 567. qui Lycoreae ponit. Delphis tribuunt schedae Köhlerianae.

Α❦ΜΑΡΙΟΝΝΕΠΩΤΑΑΙΓΙΑΛΕΙΝΟΝΤΕ
ΤΕΙΜΗΜΕΝΟΝΑΠΟΤΗΣΚΟΡΙΝΘΙΩΝ
ΒΟΥΛΗΣΤΕΙΜΑΙΣΒΟΥΛΕΥΤΙΚΑΙΣΚΑΙ
ΑΓΟΡΑΝΟΜΙΚΑΙΣ ΑΜΑΡΙΟΣΝΕΠΩΣ
ΠΑΤΗΡΚΟΡΙΝΘΙΟΣΚΑΙΙΟΥΛΙΑΑΙΓΙΑΛΗ
ΔΕΛΦΗΤΟΝΕΑΥΤΩΝΥΙΟΝΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΠΥΘΙΩΙ

Hugh. cum Clarkio consentit, nisi quod vs. 7. omittit, et vs. 4. spatium vacuum non habet: ac sane nulla ibi lacuna est; quare omisi Clarkianum punctum. Köhl. vs. 1. Λ❦: apud ceteros deest ❦; Pouq. vs. 1. ΑΙΓΙΑΝΕΙΝΟΝ et vs. 5. ΑΙΓΙΑΝΗ. Idem vs. 4. cum Köhl. ΛΜΑΡΙΟΣ. Cetera in schedis Köhl. ut apud nos.

Α. Μάριον Νέπωτα Αἰγιαλεινόν, τετειμημένον ἀπὸ (p. ὑπὸ) τῆς Κορινθίων βουλῆς τειμαῖς βουλευτικαῖς καὶ ἀγορανομικαῖς, Α. Μάριος Νέπως πατήρ, Κορίνθιος, καὶ Ἰουλία Αἰγιάλη Δελφή, τὸν ἑαυτῶν υἱὸν Ἀπόλλωνι Πυθίῳ. Viri sunt coloniae in Corintho Romanae.

1717.

Delphis „prope templum ad marmoreum lapidem"; Cyriac. p. XXIX. n. 202. versibus indiscretis. Ex suis schedis et Cyriaci Barberinis a Compagnonio missis Murat. T. II. p. DCXL. 1. ex quo in universum dedi litterarum formam et versuum distinctionem.

ΑΠΟΛΙϹΤѠΝΔΕΛΦѠΝ
ΙΟΥΛΙΟΝΑΥΤΑΦΙΛΟΝ
ΘΕϹϹΑΛΟΝΥΠΑΤΑΙΟΝΤΟΝ
ΚΑΙΔЄΛΦΟΝΑΓѠΝΟΓΗΣΑΝΤΑ
ΠΥΘΙѠΙΕΝΔΟΞѠϹΚΑΤΑΤΗΝ
ΠΑΛΑΙΑΝΔΟΞΑΝΤΟΥΑΓѠΝΟϹ
ΑΡΕΤΑϹΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑϹ
ΤΑϹΕΝΑΥΤΑΝΑΠΟΛΛѠΝΙ
ΠΥΘΙѠΙ

Ubi Γ habes, est ex Cyr. qui Σ et Ω: sed in hac re Moroniano exemplo nulla fides. Lectionis fundus est textus Cyriaci. Mur. vs. 4. ΔΕΛΦѠΝ ΑΓѠΝΙϹΑΝΤΑ. Vs. 8. ΑΥΤΑΝ Mur. ΑΥΤΑΝΙ Cyr.

Ἁ πόλις τῶν Δελφῶν Ἰούλιον Αὐτάφιλον Θεσσαλὸν Ὑπαταῖον, τὸν καὶ Δελφόν, ἀγωνο[θετ]ήσαντα Πυθίω[ν] ἐνδόξως κατὰ τὴν παλαιὰν δόξαν τοῦ ἀγῶνος, ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ εὐνοίας τᾶς ἐ[ς] αὐτάν, Ἀπόλλωνι Πυθίῳ.

Ὑπαταῖος ex urbe Hypate (cf. Steph. Byz.). Notavit etiam Bimardus ad Murat. in Donat. Nov. Thes. Inscr. T. I. p. 495.

1718.

Delphis in D. Nicolai, in columella. Ed. Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 181. Habent etiam schedae Köhlerianae.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ΤΙΒΚΛΠΟΛΥΚΡΑΤΕΙΑΝΝΑΥϹΙΚΑΛΚΙ
ΤΗΝΚΡΑΤΙϹΤΗΝΚΑΙΑΡΧΙЄΡЄΙΑΝΤΟΥΚΟΙΝΟΥ
ΤѠΝΑΧΑΙѠΝΤΙΒΚΛΠΟΛΥΚΡΑΤΟΥϹΑΡΧΙЄΡЄѠϹ
ΚΑΙѠΑΛΑΡΧΟΥΔΙΑΒΙΟΥΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤѠΝΑΧΑΙѠΝ
ΚΑΙΤΙΒΚΛΔΙΟΓЄΝЄΙΑϹΑΡΧΙЄΡЄΙΑϹΤΟΥΚΟΙΝΟΥΤѠΝ
ΑΧΑΙѠΝΘΥΓΑΤЄΡΑ ΤΟΚΟΙΝΟΝΤѠΝΑΜΦΙ
ΚΤΥΟΝѠΝΚΑΙΤΟΚΟΙΝΟΝΤѠΝΑΧΑΙѠΝ
ΑΡЄΤΗϹЄΝЄΚЄΝ

Vs. 2. dedi Clarkii lectionem, nisi quod Σ est ap. Clark. Sed sch. Köhl. ΝΑVϹΙΚΜ. Vs. 4. Köhl. ΤΙΒ, Clark. ΠΒ. Vs. 5. init. Köhl. ΙΝϹΜΑΤΙΚΟΥΔΙΑ ΒΙΟΥ, Clark. quod dedi, nisi quod ΔΙΒΙΟΥ habet.

Ἀγαθῇ τύχῃ, Τιβ. Κλ. Πολυκράτειαν, Ναυσικά[αν?] τὴν κρατίστην καὶ ἀρχιέρειαν τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, Τιβ. Κλ. Πολυκράτους ἀρχιερέως καὶ [Ἑλλ]α[δ]άρχου διὰ βίου τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, καὶ Τιβ. Κλ. Διογενείας ἀρχιερείας τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν θυγατέρα, τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων καὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν, ἀρετῆς ἕνεκέν.

Vs. 2. ultima ΚΙ videntur in Ν mutanda: certe illo loco potuit nihil nisi epitheton mulieris positum esse, quae videtur Nausicaa cognominata esse, ut in Laconicis titulis n. 1409. 1447. mulieres Spartanae vocantur *Πηνελόπειαι νέαι*. Et fortasse hic quoque *νέαν* additum fuit. Notabilis mox, si vere conieci, *Ἑλλαδάρχης τῶν Ἀχαιῶν*, diversus certe ab *Ἑλλαδάρχῃ τῶν Ἀμφικτυόνων* n. 1124. Vidimus etiam *Ἑλλαδάρχην τῶν Ἑλλήνων* n. 1124. 1318. 1396. et ne hic quidem idem videtur: etsi munera haec dixerim saepe coniuncta fuisse. Certe *τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν* n. 1318. 1396. coniunctionem quandam habet cum *Ἕλλησιν*, et *Πανελλήνων* atque *Ἀχαιῶν* concilia Argis coniuncta vidimus n. 1625. 20.

1719.

Delphis in lapide prope templum Apollinis; Cyriac. p. XXXI. n. 210. versibus indiscretis; ex Cyriaci schedis Barberinis Murat. T. II. p. DCXL. 2. ex quo versuum divisionem dedi. E Muratorio Cornelius Flaminius Cret. sacr. T. I. p. 146.

ΗΠΟΛΙΣΗΓΟΡΤΥΝΙΩΝΤΙΒ.ΣΚΑΝΔΙΛΑΤΙΝΟΝΖΩΣΙΜΟΝ
ΝΕΙΚΗΣΑΝΤΑΠΥΘΙΑΠΥΘΑΥΛΑΣΚΑΙΧΟΡΑΥΛΑΣΠΡΩΤΟΝΑΠΑΙΩΝΟΣ
ΤΗΑΥΤΗΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΙΡΩΜΗΝΠΥΘΑΥΛΑΣΑΚΤΙΑ
ΧΟΡΑΥΛΑΣΙΣΘ - - - - ΑΡΜΕΝΕΙΑΔΙΑΚΟΙΝΟΝΕΛΛΗΝΩΝ
ΠΥΘΑΥΛΑΣΚΑΙΧΟΡΑΥΛΑΣΝΕΜΕΙΑΝΠΥΘΑΥΛΑΣ
ΟΥΡΑΝΙΑΒ.ΚΟΙΝΟΝΑΣΙΑΣΙΓ.ΚΟΙΝΟΝΚΗ . . . .
ΜΓ.ΠΥΘΑΥΛΑΣΧΟΡΑΥΛΑΣΔ.ΠΑΝΤΩΣΚΑΙΑΛΛΟΙΣ

Cetera desunt.

Vs. 2. et 7. Mur. ΠΥΘΑΥΑΣ. Vs. 4. Cyr. ΙΣΤ, quod ex Mur. correxi. Lacunae spatium incerti est ambitus. Vs. 7. Cyr. ΠΑΝΤΩ, Mur. ΠΑΝΤΩΣ.

Ἡ πόλις ἡ Γορτυνίων Τιβ. Σκα - - - - - νον Ζώσιμον, νεικήσαντα Πύθια Πυθαύλας καὶ χοραύλας πρῶτον ἀπ' αἰῶνος τῇ αὐτῇ πενταετηρίδι, Ῥώμην Πυθαύλας, Ἄκτια χοραύλας, Ἴσθ[μια] - - -, Ἀ[δ]ρ[ιά]νεια? διὰ [πάντων], κοινὸν Ἑλλήνων Πυθαύλας καὶ χοραύλας, Νέμεια ., Πυθαύλας, Οὐράνια β', κοινὸν Ἀσίας ιγ', κοινὸν Κ[ρ]η[τῶν] γ' Πυθαύλας, χοραύλας, δ[ιὰ] πάντω[ν], καὶ ἄλλο[υ]ς [πλείστους etc.

Vs. 1. portentosum est ΣΚΑΝΔΙΛΑΤΙΝΟΝ. Conieceris *Σκανδιλιανόν*, ex Romano nomine *Scandilius*; nisi potius *Σκα.* est *Σκαπτίᾳ*, ut *Αἰμ. Αἰμιλίᾳ*, ex nomine tribus, quod interponi nominibus ceteris solet. Nec *Ζώσιμον* certum iudico: potest *Ζωσίμου* scribi. Vs. 3. in accusativo *Ῥώμην* nulla difficultas est; hic enim ex usu titulorum agonisticorum etiam in nominibus urbium ponitur: sed desidero sollemnia, ut *Καπετώλεια Ῥώμην.. Ἀδριάνεια* nota sunt, hoc tamen loco incerta: desidero etiam urbis notationem, e. c. *Ῥώμην* (n. 247.). Bis deinde dedi *διὰ πάντων*, de quo vide ad n. 1585. Sed vs. 4. ante *διὰ* etiam *Πυθαύλας, χοραύλας* fuerit scriptum, ut vs. 7. et n. 1720. haec addita sunt. Post *Νέμεια* N fuit numerus, fortasse Δ (*quater*). *Οὐράνια* sunt Spartana, de quibus suo loco dixi. *Κοινὸν Κρητῶν* vicisse Gortynium omnino probabile est; idque *κοινόν*, de quo vide nummos (Eckhel. D. N. T. II. p. 300.), ludos haud dubie celebravit. In fine fuit tale quiddam: *καὶ ἄλλους πλείστους θεματικοὺς καὶ ταλαντιαίους ἀγῶνας* (vel *ἱεροὺς καὶ θεματικοὺς ἀγῶνας*), ut fere n. 247. et in Smyrnaeo titulo Septimii Publii. Similis appendix est n. 1720. et alibi. Possis etiam *πλείστους πενταετηρικοὺς ἀγῶνας*, ut in Neapolitano Archibii titulo.

1720.

Delphis „in moenibus vetustis iuxta maximum amphitheatrum" (vide ad n. 1711. extr.), Cyriac. p. xxx. n. 204. versibus indiscretis; ex suis schedis et Cyriaci Barberinis Mur. T. II. p. DCXXXII. versibus ex arbitrio nec probabiliter dispositis. Retinui formam tituli, qualis casu habetur in editione Cyriaci Moroniana.

ΗΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣΚΑΙΠΡΩΤΗΒΕΙΘΥΝΙΑΣΠΟΝΤΟΥΑΔΡΙΑΝΗ
ΝΕΟΚΟΡΟΣΝΕΙΚΟΜΗΔΕΙΑΙΕΡΑΚΑΙΑCΥΛΟCΦΙΛΗΚΑΙΣΥΜΜΑΧΟC
ΕΝΘΕΝΤΩΔΗΜΩΤΩΡΩΜΑΙΩΝΤ.ΑΙΛΙΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝ..ΝΘΕΟΔΟΤΟΝ
ΤΟΝΙΔΙΟΝΠΟΛΙΤΗΝΤΟΝΚΑΙΘΗΒΑΙΟΝΚΑΙΑΘΗΝΑΙΟΝΚΑΙΣΜΥΡΝΑΙΟΝΚΑΙ
ΕΦΕΣΙΟΝΚΑΙΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝΚΑΙΑΝΤΙΟΧΕΑΤΗCΠΡΟCΔΑΦΝΗΝ
ΟΙΚΟΝΚΑΙΟΛΙΟΝΑΥΛΗΤΗΝΠΑΡΑΔΟΞΟΝΜΟΝΟΝΚΑΙΠΡΩΤΟΝ
ΤΩΝΑΠΑΙΩΝΟCΕΚΚΑΙΔΕΚΑΕΤΩΝΑΡΑΜΕΝΟΝΑΠΟΡΟΘΙΩΝ
ΤΟΥΣΑΝΔΡΑCΑΓΩΝΙΖΕCΘΑΙΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΘΕΝΤΑΕΝΡΩΜΗ
ΚΑΠΕΤΩΛΙΑΠΥΘΑΥΛΑCΚΑΙΠΟΤΙΟΛΟΥCΕΥCΕΒΕΙΑΔΙΣΚΑΙΝΕΑΠΟΛΙΝ
ΚΑΙΕΝΣΜΥΡΝΗΚΟΜΟΔΕΙΑΝΑΟΛΥΜΠΙΑΚΑΙΤΕΝΑΘΗΝΑΙCΑΔΡΙΑΝΕΙΑ
ΑΙΗΡΕΑΚΑΙΝΕΜΕΙΑΚΑΙΙCΘΜΙΑΔΙCΚΑΙΤΟΒ.ΑΚΤΙΑΚΑΤΑΤΟ
ΠΥΘΑΥΛΑCΚΑΙΧΟΡΑΥΛΑCΚΑΙΠΥΘΙΑΠΥΘΑΥΛΑCΧΟΡΑΥΛΑC
ΚΟΙΝΟΝΤΗCΒΕΙΘΥΝΙΑCΕΝΝΕΙΚΟΜΗΔΕΙΑΠΥΘΑΥΛΑCΧΟΡΑΥΛΑC
ΚΑΙΤΟΝΔΙΑΠΑΝΤΩΝΚΟΙΝΟΝΑCΙΑCΕΝΣΜΥΡΝΗΠΥΘΑΥΛΑC
ΧΟΡΑΥΛΑCΚΑΙΤΟΝΔΙΑΠΑΝΤΩΝΚΟΙΝΟΝΑCΙΑCΕΝΠΕΡΓΑΜΩ
ΠΥΘΑΥΛΑCΧΟΡΑΥΛΑCΚΑΙΤΟΝΔΙΑΠΑΝΤΩΝΚΑΙΑΛΛΟΥCΠΛΕΙC
ΤΟΥCΙΕΡΑΤΕΘΕΜΑΤΙΚΟΥΣΑΓΩΝΑΣΦΙΛΟΠΟΝΗCΑΝΤΑΥΠΟΔΙΔΑCΚΑΛΩ
ΚΑΙΜΕΛΟΠΟΙΩΤΩΙΔΙΩΠΑΤΡΙΡΟΥΦΩΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ.....ΝΕΡΙΤΗΝ
ΔΟΞΑΝΦΙΛΟΤΕΙΜΙΑCΕΝΕΚΕΝ

Et ap. Cyr. et ap. Mur. Σ et C promiscua sunt, sed non omnibus locis uterque habet idem: ego dedi ut Cyr. Fundus lectionis est Cyriaci textus: in quibus variat Muratorius et quae ex eo recepi, annoto. Vs. 2. Mur. ΝΕΟΧΟΡΟC; idem vs. 3. ΕΝ ΘΕΥΗΔΗΜΩ. Ibid. Mur. quattuor fere litterarum lacunam signat. Vs. 4. ΚΑΙΣΜΥΡΝΑΙΟΝ ap. Cyr. omissum ex Mur. addidi. Vs. 5. Mur. ΠΕΡΓΑΜΕΙΝΟΝ. Vs. 6. Mur. ΟΛΟΝ p. ΟΔΙΟΝ; hinc concinnavi ΟΛΙΟΝ. Cyr. ΠΑΡΑΔΟCΟΝ, Mur. quod dedi. Vs. 7. Mur. ΤΩΝΑΠΟ, vs. 9. ΚΑΠΗΤΩΛΙΑΠΙΘ etc. et in fine ΝΕΑΠΟΛΕΙ, 10. ΣΜΥΡΝΑΙΣ; ibidem vocem ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ Mur. bis habet, ante ΟΛΥΜΠΙΑ, ubi omittit Cyr., et post ΑΘΗΝΑΙΣ: sed repetitio videtur ex solita schedarum Cyriaci perturbatione nata esse: omninoque hoc loco aliquid turbatum esse paulo post patebit. Vs. 11. Cyr. ΑΙΗΡΕΑ, Mur. ΗΡΑΚΛΕΙΑ, quod emendantis videtur esse. Ibidem Mur. Β.ΑΚΤΙΑΚΑΤΟΥΣ, sequente tum ΠΥΘΑΥΛΑC: quae lectio prorsus improbanda est: dicitur enim *Ἄκτια*, non *Ἀκτιακά*, nec ferri potest *τούς*. Vs. 13. extr. Mur. ΚΟΡΑΥΛΑC. Vs. 17. Cyr. ΤΟΥCΤΕΘΕΜΑΤΙΚΟΥΣ, Mur. ΤΟΥC ΙΕΡΑΤΕΥΜΑΤΙΚΟΥC, in quo ΤΕΥΜΑ videtur pro ΤΕΘΕΜΑ esse: quare ante hoc addidi ΙΕΡΑ. Vs. 17. 18. pro Ω Mur. constanter ΩΙ. Lacuna apud illum quanta habenda sit iudicare non licet, quod lapidis fracturam pro lacuna signavit, ita tamen ut possit haec amplior quam ap. Cyr. esse.

Ἡ μητρόπολις καὶ πρώτη Βειθυνίας Πόντου Ἀδριανὴ νε[ω]κόρος Νεικομήδεια, ἱερὰ καὶ ἄσυλος, φίλη καὶ σύμμαχος [ἄ]ν[ω]θεν τῷ δήμῳ τῷ Ῥωμαίων, Τ. Αἴλιον Αὐρηλι[α]ν[ὸ]ν? Θεόδοτον, τὸν ἴδιον πολίτην, τὸν καὶ Θηβαῖον καὶ Ἀθηναῖον καὶ Σμυρναῖον καὶ Ἐφέσιον καὶ Περγαμηνὸν καὶ Ἀντιοχέα τῆς πρὸς Δάφνην, [Πυθ]ικὸν καὶ [κύκ]λιον αὐλητὴν παράδοξον, μόνον καὶ πρῶτον τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος ἑκκαίδεκα ἐτῶν ἀράμενον ἀπὸ ... ίων τοὺς ἄνδρας ἀγωνίζεσθαι, καὶ στεφανωθέντα ἐν Ῥώμῃ Καπετώλια Πυθαύλας, καὶ Ποτιόλους Εὐσέβεια δίς, καὶ Νεάπολιν, καὶ ἐν Σμύρνῃ Κομόδεια [κ]α[ὶ] Ὀλύμπια, καὶ ἐν Ἀθήναις Ἀδριάνεια, [κ]αὶ Ἡρ[αῖ]α, καὶ Νέμεια, καὶ Ἴσθμια δίς, καὶ τὸ β´ Ἄκτια κατὰ τὸ [ἑξῆς] Πυθαύλας καὶ χοραύλας, καὶ Πύθια Πυθαύλας, χοραύλας, κοινὸν τῆς Βειθυνίας ἐν Νεικομηδείᾳ Πυθαύλας, χοραύλας καὶ τὸν διὰ πάντων, κοινὸν Ἀσίας ἐν Σμύρνῃ

Πυθαύλας, χοραύλας καὶ τὸν διὰ πάντων, κοινὸν Ἀσίας ἐν Περγάμῳ Πυθαύλας, χοραύλας καὶ τὸν διὰ πάντων, καὶ ἄλλους πλείστους ἱερ[ούς] τε [καὶ]? θεματικοὺς ἀγῶνας, φιλοπονήσαντα ὑπὸ διδασκάλῳ καὶ μελοποιῷ τῷ ἰδίῳ πατρὶ Ῥούφῳ Φιλαδέλφου, [ἀρετῆς? καὶ τῆς π]ερὶ τὴν δόξαν φιλοτειμίας ἕνεκεν.

Vs. 3. ΕΝΘΕΝ est in ἄνωθεν mutandum, ut in Nicomediensi titulo diserte legitur. Vs. 4. ΟΙΚΟΝ ΚΑΙΟΛΙΟΝ mutavi in [Πυ]θικὸν καὶ [κύκ]λιον: nempe Theodotus vicit Πυθαύλας et χοραύλας; unde patet eum fuisse Πυθικὸν καὶ κύκλιον αὐλητήν (v. ad n. 1585.). Vs. 7. quid dictum sit, non video. Fortasse turbatae schedae sunt, et ἀπὸ ante ἑκκαίδεκα ponendum est, ita ut ille dicatur *inde a sedecim annis* (sedecim annos natus) in certamen cum viris descendisse, quamquam ne sic quidem expedio illud ΡΟΘΙΩΝ sequente τοὺς ἄνδρας. Εὐσέβεια Puteolana ab Antonino Pio in honorem Hadriani instituta sunt. De accusativis Ποτιόλους, Νεάπολιν cf. n. 1719. 247. inscriptionem de Septimio Publio Smyrnaeam et similes titulos. Ad Neapolin mente repete Εὐσέβεια (ut n. 247. etc.). Scriptura Κομόδεια defenditur aliis exemplis, ut titulo Smyrnaeo Septimii Publii, et n. 1736. Κομοδειανὰ scribere non audeo: ΝΑ ex καὶ superesse videtur, quo omnino opus. *Olympia* intellige Smyrnaea, de quibus est in eodem Septimii Publii titulo. Ante ἐν Ἀθήναις dele Τ. Ἀδριάνεια Ἀθήναις etiam alibi, ut in eodem Smyrnaeo titulo, memorantur. *Heraea* Argis celebrantur, quae ut intelligam, facit Nemeorum vicinia. Κατὰ τὸ ἑξῆς dedi ex aliis agonisticis, ut n. 247. 1427. et Smyrnaeo modo allato ac Neapolitano Archibii etc. Καὶ τὸ β′ refer ad Isthmia; *et postquam secundum vicit Isthmia, continuo vicit proxima Actia.* Τὸν διὰ πάντων quo referatur, patet ex nott. ad n. 1585. Id hoc loco de proprio quodam, quo omnes simul certarint cuiuscunque generis agonistici, certamine accipi vix potest; saltem non video quomodo tale potuerit certamen institui; itaque vide an non ἀγῶνα, sed στέφανον supplendum sit; intellige coronam illi decretam, quod omnium victorum optimus iudicatus erat. Κοινὸν Ἀσίας sollemnia modo hic modo illic celebrata esse aliunde satis constat: talia ex Indice peti poterunt. De θεματικοῖς ἀγῶσι cf. ad n. 247. et ad n. 1719. item titulum Septimii Publii etc. Ἱεροὺς e vestigiis Muratorianis probabile videtur; similiter in Spartanis n. 1418. habes ἱερούς τε καὶ στεφανίτας. Ad postrema cf. finem tituli de Septimio Publio: ὑπὸ φωνασκὸν Γ. Αἴλ. Ἀγαθήμερον, Ἐφέσιον καὶ Σμυρναῖον καὶ Περγαμηνόν, κιθαρῳδὸν ἱερονείκην καὶ μελοποιὸν ἔνδοξον, περὶ πάντα εὔνουν γενόμενον ὡς φύσει πατέρα.

1721.

Delphis in monasterio Panagiae, in cippo parieti inserto, qui foliis sculptis pulchre ornatus lotoque coronatus est. Edidit Chandler. Inscr. II, 158. p. 86. repetierunt Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 188. Hughes Itin. T. I. p. 359. Turner Itin. T. I. p. 304. Inscriptionem rudissime incisam ligneo typo reddidit Hobhousius Itin. p. 247. unde formas litterae Α dedi. Habeo etiam ex schedis Mustoxydianis a Miltiade scriptis: „Εἰς τὸ Κάστρον τῆς Φωκίδος εἰς τὸ μετόχι τοῦ ἁγίου τάφου ἐπὶ λίθου''.

ΑΙΑΚΙΔΑ	Αἰακίδα
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

Male Turn. ΑΙΑΚΙΔΕ. Hughes Neoptolemi sepulcro impositum hunc lapidem fuisse putat, miro iudicio. *Aeacidae* nomen, Delphi hominis, habes n. 1706.

1722.

Delphis. Ed. Dodwell. Itin. T. II. p. 508. Tractarunt Welckerus Spicil. epigr. alt. n. 41. p. 18. et Graefius Act. Acad. Petrop. Vol. VIII. p. 658 sqq.

ϹΗΜΑΤΟΔΗΡΩΟϹΠΑΤΗΡ
ΠΑΡΑΤΑΙϹΔЄΠΥΛΑΙϹΙΝ
ΠΥΘΙΚΟϹΙΔΡΥϹЄΝΠΑΙΔΟϹЄΠΙ
ΦΘΙΜЄΝΟΥΡΗΤΡΟΥΠΑ
ΛΟΥΠΙΝΥΤΟΙΟΚΑΙЄϹ
ΡΟΥΒΙΟΤΗϹΤΥΤΘΟΝ

Emendavi vitia typothetae. Vs. 1. articulum ὁ post ΟϹ excidisse vix est quod ambigas: σῆμα ἥρωος dictio offendere non potest, quum defuncti sexcenties dicantur ἥρωες; neque obest quod sequitur παιδὸς ἐπὶ φθιμένου. Vs. 4. ultimum Υ delendum censeas, ut nomen pueri sit, quod Welckerus statuit, Ῥητροπάλου: sed intutum est aliquid mutare. Vs. 5. haud dubium est ἐσθλοῦ, quod postulabat Dodwellus, nec meliora allata sunt, quam quae idem praebet, supplementa, ὃς ἐνθάδε κεῖται, τῆς νεα]ροῦ βιοτῆς τυτθὸν [ἐφαπτόμενος, nisi quod magis poeticum est ἐπαυρόμενος. Sed cur non potius νεαρῆς scriptum fuerit? Et cetera quoque languent. Non video cur ille puer non possit Ῥῆτρος dictus esse; et saltem vs. 4. extr. quaedam supplenda sunt, ne vs. 5. nimium excurrat. At haec certa via restitui non possunt; sed tamen sine mutatione ea supplere ita licet:

Σῆμα τόδ' ἥρωος [ὁ] πατὴρ παρὰ ταῖσδε πύλαισιν
Πυθικὸς ἵδρυσεν παιδὸς ἐπὶ φθιμένου,
Ῥήτρου πᾶ[σι φίλου, κα]λοῦ, παντοῖο καὶ ἐσ[θλοῦ,
τοῦ νεα]ροῦ, βιοτῆς τυτθὸν [ἐπαυρόμενου.

Possunt etiam alia tentari, si cui tot displicuerint genitivi.

1723.

Delphis in monasterio Panagiae prope aram sanctuarii in marmore. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 9. (cf. Patin. Comm. in Monumm. ant. Smyrn. p. 236.), Clark. Itin. P. II. S. III. p. 189. Hobhous. Itin. p. 247. Hughes Itin. T. I. p. 360. Turner Itin. T. I. p. 304.

ΧΡΗΣΤΟΣ
ΠΡΩΤΟΥΘΕΣΣΑ
ΛΟΣΛΑΡΕΙΣΑΙΟΣ
ΠΕΛΑΣΓΙΩΤΗΣ
5 ΕΤΩΝ ΙΗ
ΗΡΩΣ
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Formam tituli dedi ex Clarkio, nec multum discedunt ceteri, nisi quod Hobh. versum quintum in duos divisit. Vs. 1. foliolum est ex Clark. Hobh. Vs. 2. Ο et Α minutiora scripsi ex Hobh. qui vs. 4. Γ rotundius pinxit. Vs. 4. Hugh. ΠΕΛΑΣΓΙΩΤΙΣ; Turn. hoc omittit. Vs. 5. Hobh. ΗΤΩΝ: post quod Clark. punctum habet, apud ceteros omissum. Vox ΗΡΩΣ in ora tabulam cingente scripta est. Nulla parte hunc titulum neque oblitteratum neque mutilatum esse testatur Clarkius, nihilominus Spon. vs. 7. habet ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ, quod ceteri omittunt omnes. Sed qui titulos Larissae Pelasgiotidis et Triccaeum (n. 1781 sqq.) contulerit, videbit illis hominibus usitatum fuisse, ut in fine epitaphiorum adderent verba ἥρως χρηστὲ χαῖρε; itaque Sponii lectio satis defensa est; hodie illa verba deesse non est mirum, potestque ea lapidis pars resecta esse.

Χρῆστος Πρώτου Θεσσαλὸς Λαρεισαῖος Πελασγιώτης, ἐτῶν ιη'. ἥρως χρηστὲ χαῖρε.

Pelasgiotes additum est, quod plures sunt Larissae in Thessalia: hoc loco nobilis ad Peneum urbs intelligenda est, non Larissa Cremaste in Phthiotide, licet haec sit *a nonnullis* Pelasgia vocata (Strab. IX, p. 435. 440. unde habet Steph. Byz. v. Λάρισσα). Nam Πελασγιώτης est qui sit *ex Pelasgiotide*.

1724.

Delphis „iuxta antiquissimam quercum in medio amphitheatri (cf. ad n. 1711. extr.), ad magnum et marmoreum lapidem"; Cyriac. p. XXVIII. n. 198. et ex suis et Cyriaci schedis (Barberinis a Compagnonio missis) Murat. T. II. p. DLXXXVII. 3. Cf. Leich. in Mencken. Misc. Lips. nov. Vol. I. p. 467.

ΟΙΔΑΔΕΓΩΨΑΜΜΟΥΤΑΡΙΘΜΟΝΚΑΙΜΕΤΡΑΘΑΛΑΣΣΗΣ
ΚΑΙΚΩΦΟΥΣΥΝΙΗΜΙΚΑΙΟΥΦΩΝΕΥΝΤΟΣΑΚΟΥΩ
ΟΔΜΗΜΕΣΦΡΕΝΑΣΗΛΘΕΚΡΑΤΕΙΡΗΟΙΑΧΕΛΩΝΗΣ
ΕΨΟΜΕΝΗΣΕΝΧΑΛΚΩΙΑΜΑΡΝΕΙΟΙΣΙΚΡΕΕΣΙΝ
5 ΗΧΑΛΚΟΣΜΕΝΥΠΕΣΤΡΩΤΑΙΧΑΛΚΟΝΔΕΠΙΕΣΤΑΙ

Sic Cyr. Muratorius Σ et C miscet.

Cyriacus quum hunc titulum Delphis sese vidisse narret, nec de fide hominis optimi dubitare liceat, merito Maffeius Crit. lapid. p. 56. ubi aliud oraculum apud Cyriacum p. XLI. extans, cuius singularis est ratio, recte spurium iudicavit, ab hoc damnando abstinuit; nec probari Leichii sententia potest, qui Cyriaci fidem spernens ex Herodoti membranis ab illo hos versus petitos esse iudicabat. Haud dubie hoc oraculum, quod olim Croeso dedit Pythia, e libro scripto petitum, recentiore aetate Delphis inscriptum est, quod illud Apollinis praedicat rerum omnium quae sunt fiuntque scientiam: sed praecipua difficultas est in varia lectione, non in exigua illa vs. 4. κρέεσιν pro κρέεσσι vel κρέεσσιν, sed quod κρατειρὴ οἷα χελώνης legitur, pro quo apud Herodotum I, 47. et ceteros, qui hoc oraculum referunt, κραταιρίνοιο χελώνης legitur, vel minuto discrimine κραταιῤῥίνοιο aut κραταιρήνοιο, et quod ipsam Cyriaci lectionem in textu posuit H. Stephanus. Quae lectio Cyriaci quum manifesto falsa sit, nec statui queat forma κρατειρή: tamen vix intelligas, quomodo factum sit, ut eadem reperiatur apud Stephanum. Wesselingius quidem ex codice eam a Stephano petitam iudicabat: at recte videtur observasse Schweighäuserus T. I. P. II. p. v. nullo Stephanum codice usum esse, sed solo fortasse exemplo quodam sive Aldinae sive Hervagianae editionis, cuius in marginibus lectiones e manuscripto codice, et docti alicuius coniecturae notatae essent. Contra Dobraeo Diar. class. T. XXX. p. 146. hoc videtur apertum, lectionem Cyriaci κρατειρὴ ex Herodoto typis impresso petitam esse; nempe Cyriacum quidem titulum hunc in lapide repperisse Delphis, ideo olim inscriptum, ut ornaret publicum privatumve monumentum, sed fortasse tantum duos priores versus; editorem schedarum autem vel scribam, qui Cyriaci schedas prius transcripserit, ex Herodoto addidisse reliqua. At ne hoc quidem credibile est. Nam Cyriaci textus Moronianus primum a. 1654. ex schedis Barberinis editus videtur fideliter et sine ullo additamento ex illis manuscriptis expressus esse; et quum praeterea Muratorius in suis schedis repperit eadem, Moronius certe non culpandus est. Quodsi ex Stephani Herodoto petita esset lectio, debebat eam scriba inseruisse Muratorio doctior; Muratorius enim ne ipse quidem intellexerat hoc oraculum etiam apud Herodotum legi. Denique quomodo tandem schedas Barberinas Cyriaci post Stephanianam Herodoti editionem, hoc est post a. 1566. scriptas esse credideris? Vide modo lemma ad n. 362. Quae quum ita sint, iudico Italum quendam vel alium doctum ex schedis Cyriaci orae eius libri, quo Stephanus in Herodoto recognoscendo usus videtur, adscripsisse lectionem κρατειρή: qua sola sententia tollitur difficultas.

SECTIO SECUNDA.

INSCRIPTIONES PHOCICAE RELIQUAE.

1724. *b.*

In monasterio D. Lucae prope *Stiridem*; ex schedis Köhlerianis sero acceptis.

ΚΑΝΟΡΘΟΤΙΜΩΙΘΑΙΘΟ
ΤΥΛΙΣΙΟΙΠΡΟΞΕΝΙΑΝΑΥ
ΕΥΓΟΝΟΙΣΚΑΙΕΓΠΗΣΙΝ
ΣΙΚΙΑΣΓΝΟΜΙΑΣΚΑΙ
ΑΝΚΑΙΑΣΦΑΛΕΑΝΚΑΙΓΟ
ΚΑΙΣΙΡΑΝΑΣΚΑΙΡΑΛΛΑΟ
ΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΩΞΕΝΟΙΣΚΑΙ
ΓΟΡΑΙΣΙΑΡΧΟΝΤΩΝΙΔΑΜΙΝ
ΚΛΕΟΜΕΔΟΝΤΟΣ

. . . .

Ἀγαθᾷ τύχᾳ (vel simile), Στιρῖται ἔδω]καν Ὀρθοτίμῳ Θαι. ο - - τ. τυλισί[ῳ] προξενίαν, αὐ[τῷ καὶ] ἐ[κ]γόνοις, καὶ ἔ[π]π[α]σιν [γᾶς καὶ ο]ἰκίας, [ἐπι]νομία[ν] καὶ [ἀσυλί]αν καὶ ἀσφάλε[ι]αν καὶ [π]ο[λέμου] καὶ [ε]ἰράνας, καὶ [τ]ἄλλα ὅ[σα περ καὶ] τοῖς ἄλλοις πρ[ο]ξένοις καὶ [εὐερ]γ[έτ]αις, ἀρχόντων - - -, Κλεομέδοντος.

De forma decreti cf. n. 1691. 1692. 1752. 1771 sqq. De ἐππάσει dixi Introd. Boeot. Vs. 4. ΣΙ videtur ΟΙ fuisse: certe FY (ϝυκίας, ut in Boeoticis) non audeo scribere. Ἐπινομία quid sit, vide ad n. 1569. a. III. Offendor vero quod non est καὶ ἐπινομίαν: anne igitur contra morem legendum: ἔππασιν [γᾶ]ς, [ο]ἰκίας, [ἐπι]νομίας? Tum dedi ἀσυλίαν: possis etiam ἀτέλειαν; sed haec omittitur aliquoties in huiusmodi titulis (v. Introd. Boeot. extr.). Vs. 8. Ι secundum dele. De archontibus binis cf. ad n. 1732. *b.*

1725.

Daulide in lapide; Cyriac. p. XXXII. n. 212. versibus non distinctis, et ex schedis Cyriaci Barberinis Murat. T. II. p. DXCIV. 1. ex quo versuum divisionem dedi. Attigit Corsinus F. A. T. II. p. 442.

ΤΟΥΠΑΤΡΩΝΟΣΒΟΥΛΑΡΧΕΟΝΤΟΣΚΑΛΛΙΚΛΕΟΣΜΗ
ΝΟΣΔΟΜΟΥΙΕΡΗΤΕΥΟΥΣΑΣΤΑΑΘΑΝΑΠΑΤΟΠΛΟΥΤΑΣΙΕ
ΡΟΓΛΑ.....ΕΝΝΟΜΩΕΥΣΑΔΙΑΕΞΕΤΡΕΥΣΑΣΤΟΥΣΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣ
ΜΑΡΤΥΡΕΣΑΓΕΔΑΜΟΣΠΥΘΕΑΚΑΛΛΙΚΛΗΣΦΙΛΩΝΟΣ
ΤΕΙΜΑΓΟΡΟΣΤΑΝΤΟΣΔΑΥΛΙΕΙΣ

Cyr. constanter Σ; Mur. Σ et C miscet. Vs. 1. Cyr. ΚΑΛΛΙΚΛΕΟΥΣ, Mur. quod dedi. Vs. 2. Cyr. ΙΕΡΗΤ etc. Mur. ΙΕΡΑΤ etc. Vs. 3. Mur. solus lacunam habet.

Ἄρχοντος] - - - τοῦ Πάτρωνος, βουλαρχέοντος Καλλικλέος, μηνὸς [ἑβ]δόμου, ἱερητευούσας τᾶ Ἀθανᾶ - - πλούτας, - - - - ἐννόμῳ ἐ[κκλη]σ[ί]ᾳ? - - - - - - - [αὐ]τοὺς? ἐλευθέρους. μάρτυρες Ἀγέδαμος Πυθέα, Καλλικλῆς Φίλωνος, Τειμάγορος - - αντος, Δαυλιεῖς.

Recte Mur. haec ex syngrapha de manumissione sive venditione servorum superesse putat, simili ea Delphicis: sed plurima intercidisse manifestum est. Initio archontis nomen periit, superstite paterno: de archontibus Phocicis cf. ad n. 1732. *b.* Mensis nomen esse ἕβδομον, vidimus Introd. Boeot. Cap. III. 3. Emendavi pridem (v. Osann. Syllog. p. 191.); emendavit etiam Müllerus Orch. p. 380. Venditio videtur ita instituta, ut emeret Minerva: quare huius memoratur sacerdos. De templo Minervae Daulide v. Pausan. X, 4, 6. Lectionem ἱερητευούσας retinui ex Cyriaco, quod Muratorii nulla in his rebus fides est. Vide de ea forma ad n. 1603. Ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ valde est incertum; deduxit me eo n. 1567. quamquam venditionem in concione fieri non est probabile.

1726.

Ambryssi s. *Ambrossi* (hodie *Dystomo*) e Meletii Geogr. ant. et nov. p. 333. ubi litteris Constantinopolitanis redditur.

ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΑ ΑΠΟΛΛΩΝΙ

Καλλιστράτα Ἀπόλλωνι.

Meletius adiunxit iis, quae n. 1729. dedi.

1727.

Ibidem; ex schedis Guil. Gellii misit Rosius.

ΠΑΝΤΑΙΝΕΤΑ	Πανταινέτα,
ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙΑ	Ξενοκράτεια
ΔΑΜΑΤΡΙ	Δάματρι
ΚΑΙΚΟΡΑΙ	καὶ Κόρᾳ.

1728.

In rupe *antri Corycii* in Phocide; ex diario Raikesii ed. in Walpol. Mem. p. 314.

ΕΥΣΤΡΑΤΟΣ	Εὔστρατος
ΔΑΚΙΔΟΜΟΥ	[Ἀλ]κιδόμου
ΑΜΒΡΥΣΙΟΣ	Ἀμβρύσιος
ΣΥΜΠΕΡΙΠΟΛΟΙ	συμπεριπόλῳ
ΠΑΝΙΝΥΜΦΑΙΣ	Πανί, Νύμφαις.

Ἀλκίδομος, ut Εὐθύδομος in Atticis. Συμπεριπόλῳ esse dativum non ambigo: Pan hoc cognomento dicitur, ut qui cum Nymphis Coryciis bacchantibus (Κωρυκίαις Νύμφαις Βακχίσιν, ut ait Sophocles) una vagetur. Panem et Nymphas et alibi et in inscriptt. coniungi nemo ignorat. Cf. modo n. 456.

1729.

Ibidem ubi n. 1726. et ex eodem, litteris minusculis, cum lemmate: καὶ ἐν ἄλλοις (λίθοις).

ΑΛΚΑΙΟΣΑΜΒΡΩΣΣΕΩΝΑΜΦΙΔΑΜΟΣ
ΣΑΡΑΠΙΣΙΑΝΟΥΒΙΑΡΙΣΤΑΔΑΣ. . . . .
ΠΙΡΙΑΟΝ

Haec videntur ex variis titulis contracta esse. Mitto duo priora vocabula; dein fuisse videtur: Ἀμφίδαμος Σαράπι, Ἴσι, Ἀνούβι. Tum fuit novus titulus: Ἀριστ[εί]δας etc.

1730.

Stiride (hodie Stiri) ad Conventum D. Lucae. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 10. et versibus rectius divisis Whelerus Itin. p. 523. et ex suis schedis Murat. T. I. p. CCCCLXXXVIII. 5. Minusculis habet Melet. l. c. p. 333.

ΘΕΟΙΣΣΕΒΑΣΤΟΙΣΚΑΙΤΗΙΠΟΛΕΙΤΗΝ
ΚΡΗΝΗΝΚΑΙΤΑΠΡΟΣΤΟΥΣΒΑΘΜΟΥΣΚΑΙ
ΤΟΕΠΟΙΚΙΟΝΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣΚΑΙΕΥΜΑΡΙΔΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΑΝΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΚΑΙΤΗΝ
ΤΟΥΥΔΑΤΟΣΕΙΣΑΓΩΓΗΝ

Vs. 1. Spon. ΤΗΠΟΛΕΙ. Vs. 2. Whel. ΒΑΜΟΥΣ. Vs. 4. Mur. ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

Θεοῖς Σεβαστοῖς καὶ τῇ πόλει τὴν κρήνην, καὶ τὰ πρὸς τοὺς βαθμούς, καὶ τὸ ἐποίκιον Ξενοκράτης καὶ Εὐμαρίδας ἀνέθηκαν ἐκ τῶν ἰδίων, καὶ τὴν τοῦ ὕδατος εἰσαγωγήν.

Inscriptio videtur ad fontem pertinere, de quo Pausan. X, 35, 5. τὸ δὲ ὕδωρ οἱ ἄνθρωποι τὸ πότιμον ὅσον στάδια τέσσαρα ὑποκαταβαίνοντες λαμβάνουσιν ἐκ πηγῆς· ἡ δὲ ἐν πέτραις ἐστὶν ὀρωρυγμένη, καὶ ἀρύονται κατιόντες ἐς τὴν πηγήν. Θεοὶ Σεβαστοὶ sunt *Imperatores*. Ἐποίκιον hic ut alibi est *casa*, ad fontem exstructa. Τοῦ ὕδατος εἰσαγωγὴ videtur *canalis* esse. Fortasse hic postea factus est, et verba καὶ τὴν τοῦ ὕδατος εἰσαγωγὴν aliquo tempore post reliquam inscriptionem addita sunt.

1731.

Elateae (Leuta); e Melet. Geogr. vet. et nov. p. 336.

ΝΕΜΕΙΑ ΕΦΕΣΟΝ ΑΔΡΙΑΝΙΑ Β

- - - Νέμεια, Ἔφεσον Ἀδριάνια β′. Haec supersunt e recensu victoriarum statuae victoris subscripto.

1732.

Daulide. Titulum *a* ab Aberdeeno repertum edidit Walpol. Mem. p. 459 sqq. *b* est ex eiusdem lapidis alio latere a Leakio editus in Walpol. Trav. p. 513 sqq. cf. p. 523. Partem *a* habeo etiam ex schedis Köhlerianis.

[*Textum vide in pag. seq.*]

In *a* ex schedis Köhlerianis vs. 10. addidi alterum Μ. Vs. 20. spatium vacuum reliqui ex Köhl. Vs. 40. Walp. ΦΛΑΥΙΟΣ, Köhl. ΦΛΑΟΥΙΟΣ. Vs. 42. Walp. ΣΩΚΛΑΡΟΥ, Köhl. quod dedi; vs. 46. Walp. ΜΑΡΤΙΑΝΟΥ, Köhl. ΜΑΡΤΙΑΝΟΙΣ: unde dedi ΜΑΡΤΙΑΝΟΣ.

a.

Ἀγαθῇ τύχῃ. Αὐτοκράτορι Τραϊανῷ Ἀδριανῷ Καίσαρι Σεβαστῷ τὸ β′, Γναίῳ Πεδανίῳ Φούσκῳ Σαλεινάτορι ὑπάτοις, πρὸ θ′. Κ(αλ.) Νουενβρίων, ἐν Χαιρωνείᾳ, Ζώπυρος Ἀριστίωνος καὶ Παρμένων Ζωπύρου, οἱ ἔγδικοι τῆς Δαυλιέων πόλεως, ἐμαρτυροποιήσαντο ἀπόφασιν ἀντιγεγράφθαι τὴν δοθεῖσαν ὑπὸ Τ. Φλαουΐου Εὐβούλου τὴν ὑπογεγραμμένην.

Τ. Φλαούϊος Εὔβουλος, ὁ δοθεὶς κριτὴς καὶ ὁριστὴς ὑπὸ Κασίου Μαξίμου ἀνθυπάτου, καὶ τηρηθεὶς ὑπὸ Οὐαλερίου Σεουήρου ἀνθυπάτου, μεταξὺ Ζωπύρου τοῦ Ἀριστίωνος καὶ Παρμένωνος τοῦ Ζωπύρου καὶ Μεμμίου Ἀντιόχου περὶ χώρας ἀμφισβητουμένης, ἀκούσ[ας] ἑκατέρου μέρους ἐφ᾽ ὅσον ἐβούλοντο καὶ ἐπὶ τὴν αὐτοψίαν ἐλθών, κελεύσαντός με ἀποφήνα[σ]θαι Κλωδίου Γρανιανοῦ τοῦ κρατίστου ἀνθυπάτου, κρείνω καθὼς ὑπογέγραπται. Ἀγροῦ

a.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΤΡΑΙΑΝΩΑΔΡΙΑΝΩΚΑΙ
ΣΑΡΙΣΕΒΑΣΤΩΤΟΒΓΝΑΙΩΠΕΔΑΝΙΩΦΟΥ
ΣΚΩΣΑΛΕΙΝΑΤΟΡΙΥΠΑΤΟΙΣΠΡΟΘ
ΚΝΟΥΕΝΒΡΙΩΝΕΝΧΑΙΡΩΝΕΙΑ
ΖΩΠΥΡΟΣΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣΚΑΙΠΑΡΜΕΝΩΝ
ΖΩΠΥΡΟΥΟΙΕΓΔΙΚΟΙΤΗΣΔΑΥΛΙΕΩΝΠΟ
ΛΕΩΣΕΜΑΡΤΥΡΟΠΟΙΗΣΑΝΤΟΑΠΟΦΑΣΙΝ
ΑΝΤΙΓΕΓΡΑΦΘΑΙΤΗΝΔΟΘΕΙΣΑΝΥΠΟΤΦΛΑΟΥ
ΙΟΥΕΥΒΟΥΛΟΥΤΗΝΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗΝ
ΤΦΛΑΥΙΟΣΕΥΒΟΥΛΟΣΟΔΟΘΕΙΣΚΡΙΤΗΣΚΑΙΟΡΙ
ΣΤΗΣΥΠΟΚΑΣΙΟΥΜΑΞΙΜΟΥΑΝΘΥΠΑΤΟΥΚΑΙΤΗΡΗ
ΘΕΙΣΥΠΟΟΥΑΛΕΡΙΟΥΣΕΟΥΗΡΟΥΑΝΘΥΠΑΤΟΥΜΕΤΑ
ΞΥΖΩΠΥΡΟΥΤΟΥΑΡΙΣΤΙΩΝΟΣΚΑΙΠΑΡΜΕΝΩΝΟΣ
ΤΟΥΖΩΠΥΡΟΥΚΑΙΜΕΜΜΙΟΥΑΝΤΙΟΧΟΥΠΕΡΙΧΩΡΑΣ
ΑΜΦΙΣΒΗΤΟΥΜΕΝΗΣΑΚΟΥΣΕΚΑΤΕΡΟΥΜΕΡΟΥΣ
ΕΦΟΣΟΝΕΒΟΥΛΟΝΤΟΚΑΙΕΠΙΤΗΝΑΥΤΟΨΙΑΝΕΛΘΩΝ
ΚΕΛΕΥΣΑΝΤΟΣΜΕΑΠΟΦΗΝΑΘΑΙΚΛΩΔΙΟΥΓΡΑ
ΝΙΑΝΟΥΤΟΥΚΡΑΤΙΣΤΟΥΑΝΘΥΠΑΤΟΥΚΡΕΙΝΩΚΑΘΩΣ
ΥΠΟΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΑΓΡΟΥΔΡΥΠΠΙΟΥΟΝΗΓΟΡΑΣΕ
ΠΑΡΑΤΩΝΚΛΕΑΣΚΛΗΡΟΝΟΜΩΝΜΕΜΜΙΟΣΑΝΤΙΟ
ΧΟΣΚΑΤΑΛΑΒΟΜΕΝΟΣΕΚΤΩΝΕΠΙΜΕΚΟΜΙΣΘΕΝ
ΤΩΝΓΡΑΜΜΑΤΩΝΠΡΟΣΗΚΕΙΝΑΝΤΙΟΧΩΠΛΕΘΡΑ
ΦΩΚΙΚΑΥΛΕΟΣΑΑΝΕΥΡΕΘΗΠΛΕΙΩΤΟΥΤΩΝ
ΚΡΕΙΝΩΕΙΝΑΙΤΗΣΔΑΥΛΙΕΩΝΠΟΛΕΩΣΟΜΟΙ
ΩΣΑΓΡΟΥΕΥΞΥΛΕΙΑΣΠΛΕΘΡΑΥΛΚΡΕΙΝΩ
ΕΙΝΑΙΑΝΤΙΟΧΟΥΤΑΔΕΛΟΙΠΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣΕΙ
ΝΑΙΧΩΡΙΩΝΠΛΑΤΑΝΟΥΚΑΙΜΟΣΧΟΤΟΜΕΩΝ
ΠΛΕΘΡΑΣΛΚΡΕΙΝΩΕΙΝΑΙΑΝΤΙΟΧΟΥΤΑΔΕΛΟΙ
ΠΑΤΗΣΠΟΛΕΩΣΤΗΝΔΕΑΡΧΗΝΤΗΣΜΕΤΡΗΣΕΩΣ
ΚΡΕΙΝΩΓΕΝΕΣΘΑΙΤΗΣΧΩΡΑΣΟΘΕΝΑΝΒΟΥ
ΛΗΤΑΙΑΝΤΙΟΧΟΣΕΝΕΚΑΤΕΡΩΝΤΩΝΑΓΡΩΝ
ΔΡΥΠΠΙΩΚΑΙΕΥΞΥΛΕΙΑΕΝΔΕΠΛΑΤΑΝΩ
ΚΑΙΜΟΣΧΟΤΟΜΕΑΙΣΜΙΑΕΠΑΜΦΟΤΕΡΟΙΣΑΡ
ΧΗΤΗΣΜΕΤΡΗΣΕΩΣΕΣΤΑΙΜΕΤΡΟΥΜΕΝΩΝ
ΑΠΟΤΗΣΔΟΘΕΙΣΗΣΑΡΧΗΣΤΩΝΕΦΕΞΗΣΜΗ
ΕΛΛΟΓΟΥΜΕΝΩΝΤΑΙΣΜΕΤΡΗΣΕΣΙΝΑΠΑΣΑΙΣ
ΜΗΤΕΡΕΙΘΡΩΝΜΗΤΕΟΣΑΤΡΑΧΕΑΟΝΤΑΚΑΙ
ΜΗΔΥΝΑΜΕΝΑΓΕΩΡΓΕΙΣΘΑΙΥΠΕΡΔΕΚΑΣΦΥ
ΡΑΣΕΣΤΙΝ·ΠΑΡΗΣΑΝΤΦΛΑΟΥΙΟΣΕΥΒΟΥ
ΛΟΣΑΠΕΦΗΝΑΜΗΝΚΑΙΕΣΦΡΑΓΙΣΜΑΙΛ'ΜΕΣ
ΤΡΙΟΣΣΩΚΛΑΡΟΣΚΛΕΟΜΕΝΗΣΚΛΕΟΜΕΝΟΥΣ
ΝΕΙΚΩΝΣΥΜΦΟΡΟΥΛΑΜΠΡΙΑΣΝΕΙΚΩΝΟΣ
ΖΩΠΥΡΟΣΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥΣΩΣΙΒΙΟΣΔΡΑΚΩ
ΝΟΣΝΕΙΚΩΝΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΛΕΩΝΘΕΟΔΟ
ΤΟΥΚΑΛΛΩΝΦΥΛΑΚΟΣΚΑΣΣΙΟΣΜΑΡΤΙΑΝΟΣ
ΨΗΦΙΣΜΑΤΙΤΗΣΠΟΛΕΩΣ

b.

ΟΔΟΣΔΕΗΕΠΙΤΟΝ
ΑΡΧΑΓΕΤΗΝΕΞΕΙΠΛΑ
ΤΟΣΚΑΛΑΜΟΥΣΔΥΟ
ΤΑΔΕΣΗΜΕΙΑΚΑΙΤΟΥ.
ΟΡΟΥΣΤΗΣΜ ΤΡΗΣΕ
ΩΣΕΝΧΑΡΑΞΟΥΣΙΚΟ.
ΝΗΕΝΤΟΣΤΗΣΕΙΚΑΔΟΣ
ΤΟΥΔΩΔΕΚΑΤΟΥΜΗ
ΝΟΣΗΜΩΝΟΤΑΝΕΝ
ΧΑΡΑΧΘΩΣΙΝΕΠΕΛΕΥ
ΣΟΜΕΝΩΝΑΥΤΟΥΣ
ΠΕΡΙΑΓΡΟΥΔΡΥΠΠΙΟ.
ΚΑΤΑΤΗΝΠΡΟΚΟΜΙΣΘ..
ΣΑΝΧΕΙΡΑΥΠΟΣΕΡΑΠ.
ΑΔΟΣΖΩΠΥΡΟΥΤΟΥ
ΕΓΔΙΚΟΥΚΑΙΤΩΝΠΕΡΙ
ΦΙΛΩΝΑΣΩΣΙΚΡΑΤΟΥΣ
ΚΑΙΔΑΜΩΝΑΖΩΠΥ
ΡΟΥΑΡΧΟΝΤΩΝΚΡΕΙ..
ΜΕΝΕΙΤΙΛΕΙΠΕΙΤΩ.
ΡΙΘΜΩΕΚΤΗΣΑΠΟΦΑ
ΣΕΩΣΤΗΣΕΥΒΟΥΛΟΥ
ΤΕΤΡΑΚΟΣΙΩΝΤΡΙΑΚΟ.
ΤΑΠΕΝΤΕΠΛΕΘΡΩΝ
ΤΟΥΤΟΥΕΧΕΙΝΑΠΑΙΤΗ
ΣΙΝΣΕΡΑΠΙΑΔΑΑΠΟ
ΤΗΣΔΑΥΛΙΕΩΝΠΟΛΕ
ΩΣΠΑΡΗΣΑΝ
ΚΟΥΡΡΙΟΣΑΥΤΟΒΟΥ
ΛΟΣΚΕΚΡΙΚΑΚΑΙ
ΤΗΝΠΡΩΤΗΝΕΣΦΡΑ
ΓΙΣΑΝΙΚΗΦΟΡΟΣΛΥ
ΚΟΜΗΔΟΥΣΚΕΚΡΙΚΑ
ΑΓΑΣΙΑΣΤΕΙΜΩΝΟΣ
ΚΕΚΡΙΚΑΠΑΙΛΙΟΣ
ΔΑΜΟΞΕΝΟΣΕΣΦΡΑ
ΓΙΣΑΤΕΤΑΡΤΗΝΕΙΣΙΔ
ΠΕΜΠΤΗΝΜΗΤΡΟΔ
ΡΟΣΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΥΑΝ
ΤΙΚΥΡΕΥΣΝΕΙΚΑΡΕ
ΤΟΣΠΙΣΤΟΥΤΙΘΟΡΕΥΣ
ΤΥΡΑΝΝΟΣΤΥΡΑΝΝΟΥ
ΕΣΦΡΑΓΙΣΜΑΙΑΚΙΝΔΥ
ΝΟΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥΣΤΙ
ΘΟΡΕΥΣΣΕΞΚΟΡΝΗΛΙ
ΟΣΑΣΙΟΧΟΣΕΥΝΟΥΣ
ΕΠΑΙΡΑΚΑΛΛΙΓΕΝΗΣ
ΚΛΕΟΝΕΙΚΟΥΕΣΦΡΑΓΙΚΑ
ΤΙΘΟΡΕΥΣ

δρυππίου, ὃν ἠγόρασε παρὰ τῶν Κλέας *κληρονόμων* Μέμμιος Ἀντίοχος, *καταλαβόμενος ἐκ τῶν ἐπί με κομισθέντων γραμμάτων προσήκειν* Ἀντιόχῳ *πλέθρα* Φωκικὰ *υλε', ὅσα ἂν εὑρεθῇ πλείω τούτων, κρείνω εἶναι τῆς* Δαυλιέων *πόλεως. ὁμοίως ἀγροῦ εὐξυλείας πλέθρα υλ' κρείνω εἶναι* Ἀντιόχου, *τὰ δὲ λοιπὰ τῆς πόλεως εἶναι. χωρίων πλατάνου καὶ μοσχοτομεῶν πλέθρα σλ' κρείνω εἶναι* Ἀντιόχου, *τὰ δὲ λοιπὰ τῆς πόλεως. τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς μετρήσεως κρείνω γενέσθαι τῆς χώρας ὅθεν ἂν βούληται* Ἀντίοχος *ἐν ἑκατέρων τῶν ἀγρῶν δρυππίῳ καὶ εὐξυλείᾳ, ἐν δὲ πλατάνῳ καὶ μοσχοτομέαις μία ἐπ' ἀμφοτέροις ἀρχὴ τῆς μετρήσεως ἔσται, μετρουμένων ἀπὸ τῆς δοθείσης ἀρχῆς τῶν ἐφεξῆς, μὴ ἐλλογουμένων ταῖς μετρήσεσιν ἁπάσαις μήτε ῥείθρων μήτε ὅσα τραχέα ὄντα καὶ μὴ δυνάμενα γεωργεῖσθαι ὑπὲρ δέκα σφύρας ἐστίν. παρῆσαν·* Τ. Φλαούϊος Εὔβουλος, *ἀπεφηνάμην καὶ ἐσφράγισμαι.* Λ. Μέστριος Σώκλαρος, Κλεομένης Κλεομένους, Νείκων Συμφόρου, Λαμπρίας Νείκωνος, Ζώπυρος Ἀντιπάτρου, Σωσίβιος Δράκω-

νος, Νείκων Ἀλεξάνδρου, Λέων Θεοδότου, Κάλλων Φύλακος, Κάσσιος Μαρτιανός. ψηφίσματι τῆς πόλεως.

b.

Ὁδὸς δὲ ἡ ἐπὶ τὸν Ἀρχαγέτην ἕξει πλάτος καλάμους δύο, τὰ δὲ σημεῖα καὶ τού[ς] ὅρους τῆς μ[ε]τρήσεως ἐνχαράξουσι κο[ι]νῇ ἐντὸς τῆς εἰκάδος τοῦ δωδεκάτου μηνός, ἡμῶν, ὅταν ἐνχαραχθῶσιν, ἐπελευσομένων αὐτούς. περὶ ἀγροῦ δρυππίο[υ] κατὰ τὴν προκομισθ[εῖ]σαν χεῖρα ὑπὸ Σεραπιάδος Ζωπύρου τοῦ ἐγδίκου καὶ τῶν περὶ Φίλωνα Σωσικράτους καὶ Δάμωνα Ζωπύρου ἀρχόντων κρεί[νο]μεν, εἴ τι λείπει τῷ [ἀ]ριθμῷ ἐκ τῆς ἀποφάσεως τῆς Εὐβούλου τετρακοσίων τριάκο[ν]τα πέντε πλέθρων, τούτου ἔχειν ἀπαίτησιν Σεραπιάδα ἀπὸ τῆς Δαυλιέων πόλεως. παρῆσαν· Κούρριος Αὐτόβουλος, κέκρικα καὶ τὴν πρώτην ἐσφράγισα. Νικήφορος Λυκομήδους, κέκρικα. Ἀγασίας Τείμωνος, κέκρικα. Π. Αἴλιος Δαμόξενος, ἐσφράγισα τετάρτην. Εἰσί[ας] πέμπτην. Μητρόδ[ω]ρος Ἀπολλοδότου Ἀντικυρεύς, Νεικάρετος Πίστου Τιθορεύς, Τύραννος Τυράννου ἐσφράγισμαι. Ἀκίνδυνος Καλλικράτους Τιθορεύς, Σέξ. Κορνήλιος Ἀ[ξ]ίοχος, Εὔνους Ἐπα[φ]ρᾶ, Καλλιγένης Κλεονείκου ἐσφράγικα Τιθορεύς.

Tit. *a.* est p. Chr. 118. IX. Kal. Nov. Chaeroneae scriptus, Proconsule Achaiae *Clodio Graniano*. Continetur iudicium finium regundorum ex sententia T. Flavii Eubuli, qui litigantibus erat iudex datus et servatus a duobus prioribus Proconsulibus, qui sub Traiano fuerint necesse est: unde simul patet causam per plures esse annos dilatam. Manifesto vero sententia ab Eubulo dicta pertinet ad litem, quam Dauliensium civitas moverat Memmio Antiocho: civitatis causam autem egerunt Zopyrus Aristionis f. et Parmeno Zopyri f. ut actores civitatis rem repetentes (ἔκδικοι). In fine subscripti sunt qui scribendo affuerunt (παρῆσαν, quae dictio et ex titulis Graecis Latinisque et aliunde nota est), decem viri praeter Eubulum. Hanc igitur sententiam in album relatam esse (ἀντιγεγράφθαι), illo quem diximus die Zopyrus et Parmeno civitatis syndici testibus productis affirmant; ipsaque sententia *iussu civitatis* (ψηφίσματι τῆς πόλεως) marmori incisa est. Iudicavit vero Eubulus, ἀγροῦ δρυππίου plethra Phocica Antiochi esse 435, ἀγροῦ εὐξυλείας plethra 430, χωρίων πλατάνου καὶ μοσχοτομεῶν plethra 230: quidquid superesset terrae, de qua agebatur, id esse civitatis: simul quomodo demensio instituenda esset, praecepit. Iam tit. *b.* ad eandem quidem rem pertinet, non tamen ad universam, sed ad partem eius: via quam lata esse debeat definitur; termini quomodo et quando collocandi sint: postremo, si quid deficiat ad illa 435 ἀγροῦ δρυππίου plethra, quae competunt Antiocho, civitatem Dauliensium teneri, ut id expleat. Haec sententia supplementi causa additur priori; unde factum est, ut ea inciperet particulâ coniunctiva: ὁδὸς δὲ ἡ ἐπὶ etc. Non tamen eiusdem haec iudicis sententia est, sed Curii Autobuli et undecim aliorum, qui praesentes fuisse ac iudicasse dicuntur et sententiam signant: in quibus nullus est eorum, qui tit. *a.* memorantur; sunt vero partim peregrini, Anticyrensis, Tithorenses. Denique ipsa re docente haec sententia non ad actionem Dauliensium pertinet, neque actores fuerunt Zopyrus et Parmeno civitatis syndici; sed actor a civitate repetit aliquid, Serapias Zopyri f. ἔκδικος, qui necesse est Antiochi causam adversus Dauliensium urbem egerit. Quae quum ita sint, post sententiam Eubuli patet Antiochum novam Dauliensibus litem movisse, quod neque de viae latitudine et aliis rebus constaret, nec certum esset ἀγρὸν δρύππιον tantum esse, quantum agri competeret Antiocho. Igitur alii iudices dati sunt; qui quum partim peregrini sint, non probabile est rem potuisse ipso anno prioris tituli (p. Chr. 118.) perfici, quum praesertim prior causa per plures annos dilata sit. Itaque alius anni hic titulus est: quod tenendum, ne quis εἰκάδα τοῦ δωδεκάτου μηνὸς (tit. *b.*) Dauliensium putet debere die IX. Kal. Nov. (tit. *a.*) eodem anno posteriorem esse. Etenim ex iis, quae Introd. Boeot. cap. III, 4. disputavimus, liquet duodecimum Phocensium mensem fere Septembri Romanorum respondere, quatenus quidem mensis lunaris respondere solari potest.

De singulis paucissima moneo. Ἀπόφασιν esse *sententiam* monui ad n. 1711. Vs. 16. schedae et Köhlerianae et Aberdeeni ΑΚΟΥΣ, omisso ΑΣ lapicidae culpa. Δρύππιος, Εὐξυλεία, Πλάτανος, Μοσχοτομέαι videntur nomina propria praediorum, sed ducta a soli condicione et proventu. Δρύππιος videtur a δρύππη, *druppa* esse; μοσχοτομέαι est a μόσχοις, *surculis*: ceterum non saltus sunt vel loci arboribus consiti, sed arva, quae arari queant; quod ex seqq. patet. Mox ἐν ἑκατέρων τῶν ἀγρῶν offendit: exspectes ἑκατέρῳ τῷ ἀγρῷ. Verba μήτε ὅσα τραχέα etc. sic verte: *neque iis* (*computatis*), *quae, quum saxosa sint nec culturam patiantur, sint super decem malleolorum mensuram,* h. e. nec computatis locis saxosis et culturam non admittentibus, si decem malleolis ampliora sint. Σφῦραν esse mensuram patet, fortasse denominatam a σφύρᾳ instrumento agricolarum, quo diminuebantur glebae: et recte mihi videtur Leakius ap. Walpol. Trav. p. 528. mensuram plani dixisse. In subscriptis nota Κάσσιος, supra Κάσιος. In formis memorabile Δράκωνος: cf. Introd. Boeot. I, 17. *Soclari* nomen redit n. 1733. et reperitur etiam apud Plutarchum.

Tit. *b.* Ὁ Ἀρχαγέτης est ἡρῷον ἥρω Ἀρχηγέτου in regione Tronide (Pausan. X, 4, 7.). Κάλαμον Italicae *cannae* confert Leakius, quae longi mensura est; addit Walp. εἶχε κάλαμον χρυσοῦν, ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν, ex Apocal. XXI, 16. Heroni geometrae *calamum* esse $6\frac{2}{3}$ cubitorum in Lexico notavit Schneiderus. Χεῖρα esse χειρόγραφον ex Polluce II, 152. notatur, ubi allatus locus Hyperidis non est plane geminus. Tum mira virilis nominis forma est Σεραπιάς, sed certa ex seq. Σεραπιάδα. Duo deinde archontes memorantur ut praesides collegii, prorsus ut Ambryssi n. 1736. et Stiride n. 1724. *b.* Fortasse alter fuit proprie eponymus archon, alter bularchus (cf. n. 1725.). Archon Amphicleae Phocicae habetur n. 1738. Mox malis Κούρτιος. ΕΙΣΙΔ muto in ΕἰσίΑ[Σ: Walp. Εἰσίων; deinde Ἀξίοχος et

Επαφρᾶ sunt haud incerta. In formulis, quibus singuli subscribentium usi sunt, ingens est inconstantia; alius addit alius omittit vocem κέκρικα vel ἐσφράγισα, ἐσφράγισμαι, ἐσφράγικα. In ultimo nomine nota positum vocabulorum, de quo vide ad n. 25. et passim.

1733.

Ex ruderibus *Tithoreae* (hodie Veliza) in sanctuario ecclesiae. Ed. Clarkius, The Tomb of Alexander p. 155. n. 4. Itin. P. II. S. III. p. 222.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΝΕΡΒΑΝΚΑΙΣΑΡΑ
ΑΡΧΙΕΡΕΑΜΕΓΙΣΤΟΝΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ
ΕΞΟΥΣΙΑΣΥΠΑΤΟΝΤΟΔ̄
ΠΑΤΕΡΑΠΑΤΡΙΔΟΣΗΠΟΛΙΣ
ΤΙΘΟΡΕΩΝΚΑΙΤΦΛΑΒΙΟΣΣΩ
ΚΛΑΡΟΣΚΑΙΤΦΛΑΒΙΟΣΑΠΑΣ
ΚΑΙΛΦ̄Λ̄ΑΒΙΟΣΠΩΛΛΙΑΝΟΣΑΡΙΣΤΟΣ

Vs. 3. Δ̄ esse in lapide, non quod olim expressum erat Δ, in Itin. Clark. notatur ex Guil. Gellii auctoritate.

Αὐτοκράτορα Νέρβαν Καίσαρα, ἀρχιερέα μέγιστον, δημαρχικῆς ἐξουσίας ὕπατον τὸ δ', πατέρα πατρίδος, ἡ πόλις Τιθορέων καὶ Τ. Φλάβιος Σώκλαρος καὶ Τ. Φλάβιος Ἀ[γ]ασ[ίας?] καὶ Λ. Φλάβιος Πωλλιανὸς Ἀρίστο[υ?

Inscriptio pertinet ad a. p. Chr. 98. m. Ianuar. De Soclari nomine cf. ad n. 1732. In fine Ἄριστος vix ferri potest: T. Flavium Aristum tamen ex Wheleriano lapide contulit Parrius in Clarkii libro priore.

1734.

Ambryssi (Dystomo). Minusculis dedit Meletius Geogr. ant. et nov. p. 333.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΝΕΡΩΝΑΤΡΑΙΑΝΟΝΚΑΙΣΑΡΑ
ΣΕΒΑΣΤΟΝΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗ
ΜΟΣΑΜΒΡΩΣΣΙΩΝ

Αὐτοκράτορα Νερ[ούαν] Τραϊανὸν Καίσαρα Σεβαστὸν Γερμανικὸν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἀμβρωσσ[έ]ων.

Dedi ἈμβρωσσΕων ex n. 1729. 1736.

1735.

Elateae; minusculis dedit idem p. 336.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑΜΑΡΚΟΝΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝΕΥΣΕΒΗΣΕΒΑΣΤΟΝΤΟΝ
ΜΕΓΙΣΤΟΝΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΕΛΑ
ΤΕΩΝ

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Μάρκον Αὐρήλιον Ἀντωνεῖνον Εὐσεβῆ Σεβαστόν, τὸν μέγιστον, ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἐλατέων.

M. Antoninum Philosophum esse *Pium* vocatum non satis constat (v. Eckhel. D. N. T. VII. p. 74.): fortasse igitur Caracalla intelligendus (cf. ib. p. 221.): De Elagabalo nolo cogitare.

1736.

Ambryssi (Dystomo), in basi statuae impolita. Minusculis dedit Meletius Geogr. ant. p. 333. deinde rectius Chandler. Inscr. II, 148. p. 82. quem vide in Syllabo de forma litterarum a nobis ad ipsius ductum expressa.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙ
CΑΡΑΜ·ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΚΟΜΟΔΟΝΑΝΤΩ
ΝΕΙΝΟΝΑΥΤΟ
ΚΡΑΤΟΡΟCΚΑΙCΑΡΟCΛΥ
CΕΠΤΙΜΙΟΥCΕΟΥΗ
ΡΟΥΠΕΡΤΙΝΑΚΟC
CΕΒΑCΤΟΥΑΡΑΒΙ
ΚΟΥΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΥ
ΠΑΡΘΙΚΟΥΜΕΓΙCΤΟΥ
ΑΔΕΛΦΟΝΗΠΟΛΙC
ΑΜΒΡΩCCΕΩΝΕΠΙ
ΤΗCΑΡΧΗCΑΝΤΕΡΩ
ΤΟCΤΟΥΑΝΤΕΡΩΤΟC
ΚΑΙΕΥΤΥΧΕCΤΑΤΟΥΤΟ[Υ]
ΖΗΘΟΥΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝ
ΤΟCΤΟΥΑΡΧΟΝΤΟCΑΝ
[ΤΕ]ΡΩΤΟC ΨΒ

Supplementa apposita sunt Chandleri. Vs. 2. Mel. Αὐρωλιον. Idem vs. 5. Λ' (pro ΛΥ). Vs. 9. Mel. Ἀδιαβηνικο. Vs. 11. ἀδελφοιν. Vs. 12. Chandl. ΑΜΒΡΟ CΕΕΩΝ, Melet. Ἀμβρωσσεων, quod dedi. Vs. 15 sqq. Mel. το Ζηθου ..... ἐπιμεληθεν ...... ρος του αρχοντος ψ β'.

Αὐτοκράτορα Καίσαρα Μ. Αὐρήλιον Κόμοδον Ἀντωνεῖνον, Αὐτοκράτορος Καίσαρος Λυ. Σεπτιμίου Σεουήρου Περτίνακος Σεβαστοῦ, Ἀραβικοῦ, Ἀδιαβηνικοῦ, Παρθικοῦ μεγίστου ἀδελφόν, ἡ πόλις Ἀμβρωσσέων, ἐπὶ τῆς ἀρχῆς Ἀντέρωτος τοῦ Ἀντέρωτος, καὶ Εὐτυχεστάτου το[ῦ] Ζήθου, ἐπιμεληθέντος τοῦ ἄρχοντος Ἀν[τέ]ρωτος, ψηφίσματι βουλῆς.

M. Aurelius Commodus Antoninus, filius M. Antonini Philosophi, regnans usque ad a. p. Chr. 192, a Sept. Severo inter Divos relatus est, postquam Severus adoptione sese M. Aurelii Philosophi filium esse finxit; quod fecit a. p. Chr. 195. Ab

hoc igitur tempore Severus Commodi, Commodus Severi frater dicitur; v. Eckhel. D. N. T. VII. p. 173. 132. Quare patet hunc titulum diu post obitum Commodi scriptum in adulationem Septimii Severi esse, vitato *Divi* in Commodo cognomento, quasi iam vivo Commodo eius frater fuisset Severus. Et fortasse abrasa priore statuae Commodi inscriptione hic titulus impositus basi est, quum Commodi statua reponeretur: unde fieri potuit, ut impolita Chandlero videretur basis. De scriptura Κόμοδος monui ad n. 1720. et de archontibus Phocicis ad n. 1732. *b*.

1737.

Ibidem; ed. Dodwell. Itin. T. II. p. 512.

ΤΟΝΜΕΓΙϹΤΟΝΚΑΙΘΕΙ
ΟΤΑΤΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΜ
ΑΥΡΗΛΙΟΝϹΕΟΥΗΡΟΝΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ
ΕΥΤΥΧ

Τὸν μέγιστον καὶ θειότατον Αὐτοκράτορα Μ. Αὐρήλιον Σεουῆρον Ἀλέξανδρον, [εὐσεβῆ], εὐτυχ[ῆ, Σεβαστόν].

1738.

In ecclesia prope vicum Dhadhia, ad montem Parnassum in parte septentrionali, ubi olim videtur *Amphiclea* sita esse Bacchi cultu insignis (Pausan. X, 33, 5.). Ed. Leakius in Walpol. Trav. p. 508. n. 7. addiditque notam Walpol. p. 520.

Ψ К Δ
ΜΟΥΛΔΑΜΑΣΙΠΠ
ΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑΤΟΥ
ΓΑΛΟΥΘΕΟΥΔΙΟΝΥϹΟ
ΤΟΝΒΟΙΩΤΑΡΧΗΝΠΑ
ΤΡΟϹΒΟΙΩΤΑΡΧΟΥ
ΓΩΝΟΘΕΤΗΝΦΩΚΑΡ
Π ΧΗΝΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΘΕ
ΗΚΟΛΟΝΠΑΝΕΛΛΗΝΑ
ΑΡΧΟΝΤΑΚΑΙΤΑϹΑΛΛΑϹ
ΠΑϹΑϹΕΝΤΗΠΑΤΡΙΔΙ
ΤΕΛΕϹΑΝΤΑΛΙΤΟΥΡΓΙ
ΑϹΚΙΝΤΥΛΙΑΠΛΟΥΤΑ
ΧΗΗΓΥΝΗΤΟΝΙΔΙΟΝ
ΑΝΔΡΑΕΥΝΟΙΑϹΚΑΙΑΡΕ
ΤΗϹΕΝΕΚΕΝΔΙΟΝΥ
ϹΟΥΕΝΤΕΜΕΝΕΙ

Ψηφίσματι [βουλῆς] καὶ δήμου. Μ. Οὔλπιον Δαμάσιππ[ον], τὸν ἀρχιερέα τοῦ [με]γάλου θεοῦ Διονύσο[υ], τὸν Βοιωτάρχην, πατρὸς Βοιωτάρχου, [ἀ]γωνοθέτην, Φωκάρχην, Ἀμφικτύονα, θηκόλον, Πανέλληνα, ἄρχοντα, καὶ τὰς ἄλλας πάσας ἐν τῇ πατρίδι τελέσαντα λιτουργίας, Κιντυλία Πλουτά[ρ]χη ἡ γυνὴ τὸν ἴδιον ἄνδρα εὐνοίας καὶ ἀρετῆς ἕνεκεν, ἐν Διονύσου τεμένει, sc. ἀνέστησεν.

Litterae ω lineae minus incurvae sunt quam in nostro exemplo, et media altius surgit.

Vs. 1. videtur B perisse. De Boeotarchia Damasippi cf. Introd. Boeot. II, 2. Hunc non ante Hadrianum fuisse docet munus Panhellenis. Φωκάρχης pertinet ad concilium Phocicum, quod ea quoque aetate convenisse docet Pausan. X, 5, 1. De archonte cf. ad n. 1732. *b*. Mox malim Κυντιλία.

1739.

In vico qui dicitur Ἅγιος Βλάσιος, prope *Panopeum* Phocidis; ed. Melet. Geogr. vet. et nov. p. 332. minusculis.

ΕΠΕΥΟΥΔΑΜΩ   Ἐπ' Εὐ[θ]υδάμῳ.

De hac sepulcralium titulorum forma v. Introd. Boeot. cap. I. extr.

1740.

Ambryssi; ed. Dodwell. Itin. T. II. p. 512. Vide ad n. 1739.

ΕΠΙΜΑΚΗΤΙ   Ἐπὶ Μάκητι.
ΕΠΙΚΑΛΛΟΙ   Ἐπὶ Καλλοῖ.

1741.

In porta aediculae Eremitae cuiusdam, in regione veteris *Bulidis* iudice Whelero Itin. p. 325. Stirin versus ut videtur: et cum Stiriensi titulo n. 1730. aliquam hunc coniunctionem habere falso putabat Whel. Distinxi versus; Whel. verba uno tenore apposuit inter reliquum suae orationis textum.

ΕΠΙΞΕΝΟΒΟΥΛΗ   Ἐπὶ Ξενοβούλῃ.
ΕΠΙΞΕΝΩΝ   Ἐπὶ Ξένων[ι.

Epitaphia, ut praecedentia.

1742.

Elateae; minusculis dedit Melet. Geogr. vet. et nov. p. 336.

ΕΠΙΡΩΜΑΙΩΙΦΙΛΩΙΚΑΛΛΙΔΩΡΑ

Ἐπὶ Ῥωμαίῳ φίλῳ Καλλιδώρα. *Callidora Romaeo* (*Romano*) *amico* posuit epitaphium.

1743.

Ambryssi; ex Dodwell. Itin. T. II. p. 512. Cf. praecedentia.

ΕΠΙΧΟ   Ἐπὶ Χο - - -

1744.

Tithoreae (Veliza) in sepulcro ecclesiae. Ed. Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 222. ex schedis Guil. Gellii, Dodwell. Itin. T. II. p. 138.

ΑΡΧΕΒΟΥΛΑ   Ἀρχεβούλα.
ΕΥΝΙΚΙΔΑΣ   Εὐνικίδας.

Clark. ΕΥΝΙΧΙΔΑΣ.

1745.

Ambryssi; ed. Meletius Geogr. vet. et nov. p.333. minusculis, Dodwell. Itin. T.II. p.512. Tractat Osann. Syll. p.155.

ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΝ Ἐπαφρόδειτον
ΧΑΙΡΕ χαῖρε.

Dodw. vs. 1. Ε pro ΕΙ. Ἐπαφρόδειτον non potest accusativus esse, ut visum. Nisi igitur vitium subest, neutrale erit mulieris nomen, ut Ἀφροδίσιον: quamquam forma haec neutralis Ἐπαφρόδειτον, quae deminutivi ne speciem quidem habeat, suspecta est.

1746.

Tithoreae in sepulcralibus lapidibus. Titulum *a* edidit Dodwell. Itin. T.II. p.138. Memorat Clarkius Itin. P.II. S.III. p.222. Titulum *b* addidi ex Clarkio.

a.
ΕΥΘΥΜΑΧΟΣ
ΦΙΛΩ
ΣΩΣΙΚΡΑΤΕΙΑ

b.
ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ
Τιμοκράτης.

a. Εὐθύμαχος. φίλῳ Σωσικράτεια. *Hic situs Euthymachus; amico posuit Sosicratia.* Cf. n. 1742. 1764.

1747.

Ambryssi; ex Melet. Geogr. vet. et nov. p.333. et Dodwell. Itin. T.II. p.512.

ΝΙΚΙΑΣ Νικίας.

1748.

Ad monasterium D. Lucae in Phocide, prope *Stirin*, in muro ecclesiae; ed. Chandler. Inscr. II, 147. p.82. qui explevit lacunam.

[Π]ΥΡΡΙΧΟΣ Πύῤῥιχος.

1749.

Ibidem in marmore („apud nobilissimam Lucae Monachi aedem in Phocide iuxta Daulidem ad VIII. mil."); Cyriac. p. XXXI. n. 211. et ex eiusdem schedis a Compagnonio missis Murat. T. I. p. CDXCIII. 2.

ΦΙΛΟΚΡΑΤΕΙ
ΑΡΧΗΚΑΡΠΟΦΟΡΙΑΣΑΝΘΟΣ
ΚΑΙΑΡΧΗΠΡΑΚΤΙΚΗΣΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΓΚΡΑΤΕΙΑ

Cyr. ΕΝΓΚΡΑΤΙΑ. Dele vel Ν vel Γ.

Φιλοκράτει. ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος, καὶ ἀρχὴ πρακτικῆς ἀρετῆς ἐγκράτεια.

Φιλοκράτει videtur pro ἐπὶ Φιλοκράτει esse, quod in praegressis habes: titulum iudico sepulcralem, adscripta sententia stoica, in adolescentem defunctum quadrante.

1750.

Ambryssi; ex Dodwell. T.II. p.512.

ΗΕΑΡΧ
ΥΤΟΥΑΝΓΕ
ΟΕΜΜΕΛΗ
ΟΝΔΡΟΝΑΓΑ
ΑΠΥΧΟΝ

Cave Ἀρχύτου coniungas: omnes versus fracti sunt nec cohaerent.

SECTIO TERTIA.

INSCRIPTIONES LOCRICAE.

1751.

Thronii in Locris Epicnemidiis, hodie Παλαιόκαστρο εἰς τὰ Μάρμαρα, supra vicum Ῥωμάνι. Minusculis dedit Meletius Geogr. vet. et nov. p.337.

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΑΡΧΟΝΤΟΣΑΛΕΞΙΟΥΓΡΑΜΜ
ΑΤΕΩΣΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣΤΑΜΙΑΑΡΙΣΤΕΝΟΥΣ
ΕΔΟΞΕΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΘΡΟΝΙΕΩΝ
ΑΛΚΙΝΟΑΔΗΜΗΤΡΙΟΥΕΦ . . . . ΟΠ
ΟΥΤΙΩΝ . . . . ΟΛΟΓΧΗΤΟΝ

Reliqua deficiunt; verba πόλις ποτὲ μεσόγειος, quae apud Meletium addita sunt, non pertinent ad inscriptionem.

Ἀγαθᾷ τύχᾳ, ἄρχοντος Ἀλεξίου, γραμματέως Εὐφράνορος, ταμία Ἀριστ[ογ]ένους, ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμῳ Θρονιέων, Ἀλκίνο[υ]? Δημητρίου Ἐφ - - - - Ὀπου[ν]τίων - - - - -

Videtur decretum proxeniae esse. Ὀπουντίων vix potest dubium esse, quamquam quomodo hoc vocabulum ceteris coniunctum in hoc titulo fuerit, non exputo. Aetas tituli videtur media esse, saeculi ante Christum fortasse tertii vel secundi; qua aetate Epicnemidios Locros, quorum est Thronium, ab Opuntiis iam separatos fuisse non constat. Olim enim Opuntii ab Epicnemidiis non fuerunt diversi, sed Opus fuit caput omnium Epicnemidiorum, hoc est eorum Locrorum, a quibus reliqui omnes originem duxerunt: unde fit, ut Opus Locrorum simpliciter dicatur μήτηρ et μητρόπολις (Pind. Olymp. IX, 20. et in epigrammate Pylaeo Olymp. 75. circiter scripto apud Strab. IX. p. 425.), atque ut Epicnemidii apud Herodotum et Thucydidem nusquam nominentur, sed Opuntii. Nec catalogus navium Iliad. β, 531 sqq. distinguit Epicnemidios et Opuntios; et Aiax Oïlei filius Naryco ortus (Steph. Byz. v. Νάρυξ, Strab. IX. p. 425.) Opuntis dicitur rex fuisse (Strab. l. c. Steph. Byz. v. Ὀζόλαι), et tamen ap. Eurip. Iphig. A. 264. rursum Thronii ponitur. Similiter Pausanias X, 1, 1. Epicnemidiis haud obscure annumerat Opuntios, et apud eundem X, 8, 2. ubi Locri Epicnemidii participes Amphictyonici concilii dicuntur, non possunt non Opuntii his comprehensi esse, Locrorum omnium principes. Etiam Plinius H. N. IV, 12. Opuntem primo loco inter Epicnemidiorum oppida recenset, et Schol. Pind. Olymp. XI. init. tantum tres Locrorum populos novit, Epicnemidios, Ozolas, Epizephyrios; neque aliter Schol. Iliad. l. c. et Steph. Byz. v. Ὀζόλαι, ubi ex correctione Salmasii scribendum: Λοκρῶν μοῖραι τρεῖς εἰσιν· Ἐπικνημίδιοι, οἱ καὶ Ὀπούντιοι, ἐξ ὧν Αἴας, Ἐπιζεφύριοι, οἱ δὲ Ὀζόλαι. Unde idem: Ὀπόεις, πόλις Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων. Schol. Thuc. III, 89. τρεῖς Λοκρίδες εἰσίν, αὐτή τε ἡ τῶν Ὀπουντίων, καὶ ἡ τῶν Ἐπιζεφυρίων, καὶ ἡ τῶν Ὀζολῶν. Accedit Polybii auctoritas XII, 11, 2. duplices tantum Locros in Graecia agnoscentis. Unus Strabo secum ipse pugnans modo Opuntem Epicnemidiis annumerat, ut IX. p. 416. Ὀποῦς, ἡ τῶν Λοκρῶν μητρόπολις τῶν Ἐπικνημιδίων, et p. 424. extr. modo Opuntios et Epicnemidios dividit, ut p. 416. extr. et p. 425. quae divisio quin ipsius aetate obtinuerit non dubito. Strabonem sequitur Eustathius ad Dionys. Perieget. Paulo aliter rem diiudicat Mannertus Geogr. ant. T. VIII. p. 116. quamquam non negat Opuntios esse partem Epicnemidiorum; ut Λοκροὶ Ἀμφισσεῖς Ozolarum sunt. Illorum autem Epicnemidiorum s. Opuntiorum coloni sunt Ozolae (Strab. IX. p. 427. et aliis testantibus), quorum principes urbes Naupactus et Amphissa: ab Ozolis descendunt Epizephyrii, Strabone auctore (VI. p. 259. IX. p. 427.); non tamen huic vituperandus Ephorus erat, quod Epizephyrios dixit Opuntiorum colonos, quippe quod ipsi Ozolae ab Opuntiis descendebant; et Epizephyrii videntur ex Crissaeo sinu in Italiam navigasse haud ita multo post, quam Opuntii Ozolas condiderant: ita ut illi quoque Opuntiis potuerint originem debere. Sic Ceos ut suos colonos adiuvant Opuntii (Herodot. VIII, 2.), licet Locrica in Ceo colonia Naupacto progressa sit: nempe Opuntii seu Epicnemidii, qui ad Crissaeum sinum profecti erant, partim ibi substitere, partim in Italiam, partim Naupacto delati in Ceon sunt: et hinc communis laus bonorum institutorum Opuntiis sive Epicnemidiis (Pind. Olymp. IX, 15. epigr. Pyl. ap. Strab. IX. p. 425. e lectione veteri optima Μητρόπολις Λοκρῶν εὐθυνόμων Ὀπόεις), Locris Epizephyriis, Ceis.

1752.

Post Thronium accedimus ad *Opuntem*. Quam urbem Meletius Geogr. vet. et nov. p. 336. ingenti errore ponit ad hodiernam Puntonnitzam, quae non longe distat a veteri oppido Scarphea prope Thronium (vide Gell. Itin.). Verum urbis situm perspexerunt Whelerus et Guil. Gellius, prope Talanta (Meletio Ταλάντιον s. Τολάντι, quem locum bis nominat, p. 337. p. 346. hic post absolutam Boeotiam, quod hoc loco fines Boeotiae et Locridis esse putabat, prope vicum Malessinam, cuius meminit p. 340.), e regione insulae Atalantae (Ταλαντονῆσι). Ibi igitur, in loco Τολάντι, εἰς τὸν Ἅγιον Παντελεήμονα vidit hanc inscriptionem Meletius et minusculis edidit p. 337.

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΔΑΜΩΟΠΟΥΝΤΙΟΙΕΔΩΚΑΝ
. . . . ΤΙΚΟΝΑΥΤΟΙΚΑΙΑΝΓΟΙ . .
. . . . ΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙΑΥΤΟΙΣΚΑΙΚΑΤΑ
ΘΑΛΑΣΣΑΝΤ . . . . ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΡΟΔΑ
ΜΩΝΙΚΟΒΟΥΛΟΣΝΙΚΟΤΕΑ

Titulus insigniter mutilatus sic fere restituendus est: Ἀγαθᾷ τύχᾳ δάμω, Ὀπούντιοι ἔδωκαν [τῷ δεῖνα τοῦ δεῖνα] - - τικ[ῷ], αὐτῷ καὶ [ἐ]νγό[νοις προξενίαν,] ἀσυλίαν καὶ αὐτοῖς [καὶ χρήμασι καὶ κατὰ γᾶν] καὶ κατὰ θάλασσαν - - - - - ἄρχοντος Ἐροδάμω, Νικόβουλος Νικοτέ[λεος ἐγραμμάτευε].

Proxeniae decretum hoc fuisse sponte patet peritis. Ἐγγόνοις pro ἐκγόνοις in his decretis vidimus aliquoties. Mox ΑΥΤΟΙΣ vs. 3. positum docet formulam fere talem fuisse qualem n. 1793. in titulo Acarnanico: ἀσφάλειαν καὶ αὐτοῖς καὶ χρήμασι καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ πολέμου καὶ εἰράνας: sed Meletius plurima hinc omisit. Vs. 4. T fortasse erat ex π[ολέμου καὶ εἰράνας, quod addi solet, sed praemisso tamen καί. Nomini Ἐροδάμω non confido. Γραμματέως nomen esse Νικόβουλος ex n. 1751. coniicio: quod nominativo casu expressum fuit, nisi Νικοβούλου scribere malis, vel ab ἄρχοντος aliam inscriptionem incipere, qua de re ex Melet. non satis tuto iudicare licet.

1753.

Ibidem in D. Nicolai; ex Meletio p. 337. qui minusculis habet.

ΟΠΑΛΑΙΟΣΤΑΤΙΟΣΟΠΟΛΙΧΟΥΤ - - - - - -

Ὁ παλαιός. Τάτιος ὁ Πολίχου?. *Ptolichi* nomen notum est: pro quo potuit etiam Πόλιχος dictum esse.

1754.

Ibidem in D. Nicolai; ex eodem, apud quem minusculis extat.

ΗΡΟΔΟΤΟΣΛΑΜΠΩΝΑΜΦΙΑΝΘΕΟΙΣ

Ἡρόδοτος, Λάμπων, Ἀμφίαν θεοῖς (ἀνεθέτην).

1755.

Ibidem in D. Nicolai; ex Melet. p. 346. ubi minusculis extat; hinc Hobhouse Itin. p. 1051. qui pro Boeotico habuit, quod Meletius titulum hunc in fine capitis de Boeotia apposuit. Sed Opuntium esse satis patet ex verbis praemissis: Τελευταῖον ἰστέον, ὅτι ἀναμεταξὺ τοῦ Ῥάδου, τοῦ Προσκυνᾶ καὶ τοῦ Δουκίσι, χωρίων τοῦ Ταλαντίου, εἶναι Μετόχι τοῦ Ἁγίου Γεωργίου τοῦ ἐν Μαλεσσίναις, Ἅγιος Ἀθανάσιος εἰς τοῦ Βένδρα ἐπονομαζόμενον, ὅπου τοπάλαι ἦτον τέμενος τοῦ Ἀσκληπιοῦ Σωτῆρος, καθὼς ἐκ τῶν ἐκεῖσε εὑρισκομένων ἐπιγραφῶν δηλοῦται. οἷον ἡ ἐν τῷ πλησίον ναῷ τοῦ Ἁγίου Νικολάου.

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΕΔΟΞΕΝΤΗΙΙΕΡΑΙΓΕΡΟΥΣΙΑΙΤΟΥΣΩΤΗΡΟΣΑ
ΣΚΛΗΠΙΟΥΕΝΚΟΙΝΩΙΣΤΗΛΗΝΑΝΑΓΡΑΦΗΝΑΙ
ΕΝΗΙΣΤΗΛΗΙΕΙΝΑΙΤΑΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΑΝΤΙ
ΠΟΛΛΩΝΚΑΙΜΕΓΑΛΩΝΩΝΕΥΕΡΓΕΤΗΘΗΠΑΡΑ
ΤΟΥΘΕΟΥΟΜΝΗΜΗΣΑΡΙΣΤΗΣΙΟΥΛΙΟΣΑΡΙ
ΣΤΕΑΣΕΧΑΡΙΣΑΤΟΔΙΑΤΟΥΘΕΟΥΤΗΙΓΕΡΟΥΣΙΑΙ
ΧΩΡΙΔΙΟΝΣΤΥΦΛ. . . . . . . .ΡΙΟΝΠΟΥΤΙΠΛΕΙΣΙΟ
ΓΕΙΤΩΝΕΣΑΠΟΜΕΝΗΟΥΣΑΥΡΙΘΑΛΑΜΟΣ
ΚΑΙΠΡΟΣΝΟΤΟΝΚΑΛΛΙΣΤΗΣΚΛΗΡΟΝΟΜΩΝ
ΑΠΟΔΕΑΡΚΤΟΥΑΥΡ. . . . . . . .ΘΕΟΔΩΡΟΣΑΠΟ
ΔΥΣΕΩΣΟΙΑΡΕΣΚΟΝΤΕΣΟΛΜΩΝΙΟΥΚΛΗΡΟ
ΝΟΜΟΙΑΠΟΔΕΜΕΣΗΜΒΡΙΑΣΣΥΜ. . . . . .ΟΡΟΣ
ΟΝΙΟΣΚΑΙΟΙΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙ
ΕΠΙΤΙ. . . . . .ΦΥΤΕΥΣΗΤΟΥΣΓΕΡΟΥΣΙΑΣ
ΤΑΣΚΑΙΑΧΕ. . . . . .ΑΙΩΝΙΟΝΑΝΑΦΕΡΟΤΟΝ
ΟΜΟΙΩΣΕΔΟΞΕΝΚΑΤΑΤΗΝΑΥΤΗΝ *Cetera desunt.*

Ἀγαθῇ τύχῃ, ἔδοξεν τῇ ἱερᾷ γερουσίᾳ τοῦ Σωτῆρος Ἀσκληπιοῦ ἐν κοινῷ, στήλην ἀναγραφῆναι, ἐν ᾗ στήλῃ εἶναι τὰ ὑπογεγραμμένα· ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγάλων, ὧν εὐεργετήθη παρὰ τοῦ θεοῦ, ὁ μνήμης ἀρίστης Ἰούλιος Ἀριστέας ἐχαρίσατο διὰ τοῦ θεοῦ τῇ γερουσίᾳ χωρίδιον στυφλ[ῆς γῆς?] - - ρι - - Ὀποῦ[ν]τι? πλ[η]σίο[ν]? Γείτ[ο]νες· ἀπὸ μὲν ἠοῦς Αὐρ. Θάλαμος, καὶ πρὸς νότον [οἱ] Καλλίστης κληρονόμ[οι], ἀπὸ δὲ ἄρκτου Αὐρ. - - - - Θεόδωρος, ἀπὸ δύσεως οἱ Ἀρέσκοντ[ο]ς Ὁλμωνίου κληρονόμοι, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας Σύμ[φ]ορος - - - όνιος? καὶ οἱ Νικοστράτου κληρονόμοι. ἐπὶ τι - - - φυτεύσῃ, τοὺς γερουσιαστὰς καὶ ἀχε - - - αἰώνιον ἀναφερό[ν]τ[ω]ν? ὁμοίως ἔδοξεν κατὰ τὴν αὐτὴν - - - - - -

Vs. 7. ΟΝΠΟΥΤΙ videtur in ΟΠΟΥΝΤΙ mutandum; deinde cave πλησιογείτονες scribas: usus postulat solum γείτονες. Nec πλεισίον ex Boeotismo retinuerim. Vs. 8. Ι post ΑΥΡ pro interpunctione legit Melet. Ἀρέσκοντος dedi de Sanderi coniectura: Ὁλμωνίου, ex Holmonibus. Post ΣΥΜ vs. 12. solum videtur Φ excidisse: nam Meletii lacunae incertae mensurae sunt, neque in mediis versibus ut in exemplo nostro, sed maxime in finibus fuisse videntur: versuum enim initia et exitus ille non designavit. *Sacrum concilium Aesculapii* dono acceperat fundum, idque per testamentum: designantur fines, in quibus qui in orientem sunt, duplici limite definiuntur, in orientem *simpliciter*, ubi Aur. Thalamus, et in orientali plaga, *qua vergit in meridiem* (πρὸς νότον).

1756.

Naupacti in Locris Ozolis, in moenium orientali parte; Cyriac. p. VII. n. 59. versibus indiscretis, et ex suis ac Barberinis Cyriaci schedis Murat. T. II. p. DXCII. 2. versibus mire dispositis. Cf. Corsin. F. A. T. II. p. 444. Retinui formam tituli ex edito Cyriaci textu.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Fundum lectionis constituit exemplum Cyriaci. Vs. 3. init. Mur. ΚΕΙΟΥΣΑΣ et tum ΚΑΛΛΙΣΤ - - ΤΩΙΔΙΟΝΥΣΙΩΙΤΩΙΕΠΕΛΕΥΘΕΡΩΙ, inepte. Cyr. ΤΟΙΔΙΟΝΥΣΟΙΤΟΙ: sed Ω pro Ο ex Mur. recepi. Vs. 4. Cyr. ΑΝΔΡΕΟΝΟΙΟΝΥΜΑΜΑ, Mur. quod dedi. Mox p. ΤΙΜΗΜ Mur. ΤΙΜΗ. Vs. 6. Cyr.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣΘΕΑΡΟΙΣΑΗΣΕΤΩΝΟΣΤΟΥΑΡΙΣΤΩΝΥΜΟΥΜΗΝΟΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥΑΠΕΔΟΤΟΔΕΔΕΛΦΙΩΝΣΩΤΙΩΝΟΣΝΑΥΠΑΚΤΙΟΣΣΥΝΕΥΔΟ
ΚΕΟΥΣΑΣΚΑΙΘΥΓΑΤΡΟΣΚΑΛΛΙΣΤΟΣΤΩΙΔΙΟΝΥΣΩΙΤΩΙΕΠΕΛΕΥΘΕΡΙΑΙ
ΣΩΜΑΑΝΔΡΕΙΟΝΩΙΟΝΥΜΑΛΙΒΑΝΟΣΓΕΝΟΣΑΡΑΒΑΤΙΜΗΜΑΡΓΥΡΙΟΥ
ΕΙΣΓΕΝΕΑΝΛΙΒΑΝΟΣΕΙΔΕΘΡΕΨΕΙΑΤΗΣΚΑΙΑΡΜΕΝΑΑΔΙΩΝΑΣΕΣΤΩ
ΚΑΙΟΠΡΟΑΝΟΔΟΤΑΣΜΗΠΡΟΠΩΛΙΤΩΚΑΙΛΙΒΑΝΟΣΕΣΤΩΔΕΛΦΙΩΝΟΣ
ΜΑΡΤΥΡΟΙΝΙΚΟΜΑΧΟΣΛΙΚΥΔΑΜΟΤΕΛΗΣΜΙΚΚΟΣΒΡΣΚΟΣΑΤΡΑΦΑΤΗ
ΣΤΑΝΩΝΑΝΦΥΛΑΣΕΙΣΩΣΑΝΔΡΟΣΛΥΚΙΔΑ

ΟΠΡΟΑΝΟΔΟΤΑΣΜΗΠΡΟΠΩΛΙΤΩΚΑΙΛΙΒΑ ΝΟΣΕΣΤΩΔΕΑΦΙΩΝΟΣ, Mur. ΟΠΡΟΑΝΟΔΟ ΤΑΣΗΤΟΝΜΗΠΡΟΠΩΛΙΤΑΙΚΑΙΛΙΒΑΝΟΣΜΗ ΕΣΤΩΔΕΛΦΙΩΝΟΣ. Vs. 7. Mur. ΜΑΡΤΥΡΕΣ et ΒΡΕΚΟΣ.

Titulus hic in integrum restitui nequit; vs. 2. prius ΔΕ delendum esse patet; vs. 5. vero ante Λίβανος haud pauca excidisse ex similibus inscriptionibus coniicio: quae post εἰ δὲ dicta fuerint, non exputo; nec quidquam proficimus e varietate Muratoriana. Quae liquent, sunt fere haec:

Γραμματεύοντος θεαροῖς Ἀ[ρί]σ[σ]τωνος τοῦ Ἀριστωνύμου, μηνὸς Διονυσίου, ἀπέδοτο Δελφίων Σωτίωνος Ναυπάκτιος, συνευδοκεούσας καὶ [τᾶς?] θυγατρὸς Καλλιστ[ῶ]ς, τῷ Διονύσῳ τῷ [ἐν Ναυπάκτῳ] ἐπ' ἐλευθερίᾳ σῶμα ἀνδρεῖον, ᾧ ὄνυμα Λίβανος, [τὸ?] γένος Ἄραβα, τιμ[ᾶς] ἀργυρίου [π]έ[ντ]ε [μν]ᾶν, [καθὼς ἐπίστευσε τῷ θεῷ τὰν ὠνὰν] Λίβανος. εἰ δὲ - - - - - - - - ὠνᾶς ἔστω, καὶ ὁ προα[π]οδότας μὴ προπωλ[ε]ίτω, καὶ Λίβανος ἔστω Δελφίωνος. μάρτυροι Νικόμαχος, Λ[υ]κ[ίδας,] Δαμοτέλης, Μίκκος, Β[οί]σκος, Ἀ[ντι]φάτης? τὰν ὠνὰν φυλάσ[σ]ει Σώσανδρος Λυκίδα.

Naupactus Locris Ozolis erepta, ab Atheniensibus Olymp. 81, 2. Messeniis tradita est (Thucyd. I, 103. Diod. XI, 84. Pausan. IV, 24. extr.): qui quum eam tenerent, Athenienses ibi sedem belli habuerunt (Thucyd. II, 69. 91. Pausan. IV, 26. init.). Inde expulsis Messeniis post pugnam ad Aegospotamos Locri Ozolae recuperarunt urbem (Pausan. IV, 26. init. X, 38, 5.). Sed postea occuparunt Achaei, quos expulit Epaminondas Olymp. 103, 2. (Diod. XV, 75.). Postremo Philippus Amyntae f. Achaeis, qui eam iterum occuparant, eripuit Naupactum et Aetolis dedit (Demosth. Philipp. III. p. 120. 1. Strab. IX. p. 427. init.): hi vero retinuerunt constanter, donec Patrensibus Naupactum subiecit Augustus (Pausan. X, 38, 5.). Quare Naupactus vulgo *Aetoliae* dicitur urbs (v. Steph. Byz. et quos laudant eius intpp.); congregantur subinde Naupacti Aetoli (Polyb. V, 103.): εἰς Ναύπακτον καὶ πρὸς τοὺς συνέδρους τῶν Αἰτωλῶν legatos mittunt Cei (Inscr. Ceorum): Naupactii prorsus pro Aetolis sunt (ibid.). Quae quum ita sint, neque haec inscriptio et n. 1757. aut Philippo Amyntae f. antiquiores aut Augusto recentiores haberi queant, uterque titulus pertinet ad Aetolos Naupactios. Universorum vero Aetolorum eponymus magistratus est στρατηγός (v. ad n. 1694.), idemque n. 1757. *a.* Naupactio titulo praescribitur. Sed hic et n. 1757. *b.* γραμματεὺς θεωρῶν praefigitur: itaque θεωροὶ sunt aut Aetolorum universorum sub Praetore magistratus, aut solius Naupactiorum urbis; et posterius mihi eatenus magis probatur, ut in singulis Aetolorum urbibus putem eiusmodi theoros fuisse, harum, non foederis, magistratus. In Ceis titulis sub Aetolorum decreto incipit aliud mutilatum, cuius initium: ἐπὶ θεωροῦ Σωκράτους, quod ad Naupactiorum urbem referri posse patet vel ex iis, quae ex Ceis titulis paulo ante rettuli: et in ipsa Naupactiorum urbe idem habemus n. 1758. ἐπὶ Στασία θεαροῦ. Neve mireris, quod n. 1757. in eodem lapide duarum inscriptionum geminarum alteri *a* Praetor Aetolicus, alteri *b* scriba theororum Naupactiorum praefigitur; pendebat omnino ex scribentibus, utrum ex urbano magistratu an ex foederis eponymo designare annum vellent. De theoris magistratibus Aeginetarum, Troezeniorum, Mantinensium, Thasiorum dixit Müllerus Aeginet. p. 134 sq. Dor. T. II. p. 18. Naupactios vero theoros a Messeniis originem repetere putat: sed Messeniaca instituta Naupacti haud dubie abolita sunt; nec constat apud Messenios theoros fuisse magistratus. Ceterum in Ceo titulo et n. 1758. θεωρὸν accipe de eo theoro, qui *eponymus* fuit; sed in inscriptionibus n. 1756. 1757. *b.* pro hoc *scriba theororum* actis praefigitur, qui fortasse theororum fuit princeps. ΑΗΣΕΤΩΝΟΣ fuit ΑΡΙΣ ΣΤΩΝΟΣ: filius *Aristonymi* ex more *Aristo* est, quod sic variant nomina in familiis (v. Oec. civ. Athen. T. II. p. 235.); σστ pro στ vidimus saepius, idque n. 25. est fortasse in ipsa voce Ἀρίστων, in titulo in eadem ora reperto, prope Crissam Locris vicinam: neque obest, quod deinceps est Ἀριστωνύμου scriptum: sic enim in uno et eodem titulo Ἀσστράγαλος Νέστορος habetur. Mensis *Dionysius* Aetolicus haberi debet, quod Naupactii Aetoli sunt (cf. ad n. 1688. extr.). Is sane a Διονύσῳ Naupacti culto nomen habet; sed ipse hic cultus ab Aetolis videtur adductus esse, apud quos celeber est Bacchus Calydonius. Cognomen Dionysi, quod hoc in titulo excidit, dixeris esse Εὐΐῳ, quia n. 1757. est ΕΚΤΩΙ. Nam de ἕκτῳ nemo cogitabit: quinque Bacchos excogitarunt docti; in cognomenta sollemnia non abierunt haec numeralia. At ut hic titulus sic n. 1757. ita est lacunosus, ut sine temeritate in litteris ΕΚΤΩΙ aliquid excidisse liceat statuere: et simplicissimum est scribere ἐ[ν Ναυπά]κτῳ. Immo ipsum Ναυπάκτῳ in alia parte eius inscriptionis servatum est, quod statim patebit. Paulo ante malui Καλλιστ[ῶ]ς quam Καλλιστο[ῦ]ς: cf. ad n. 1386. et ipsum Καλλιστῶς n. 1763. in Locrico titulo, ac Νεικασῶς in Delphico n. 1710. Quae post illa, τῷ Διονύσῳ τῷ [ἐν Ναυπάκτῳ], partim ex Cyr. retinuimus

partim restituimus, confirmantur titulis similibus n. 1607. n. 1695 sqq. A voce μνᾶν (ΝΕΑΝ) Cyr. aberrasse ad ὠνὰν videtur, quod ante vocem Αἴβανος posui (quam nota esse Arabicam et Syriacam). Sed post εἰ δὲ traditae litterae tantum discedunt a formulis usitatis, ut nihil iam intelligi queat. ΜΗ inter Αἴβανος et ἔστω ap. Mur. positum videtur ex prioribus repetitum esse. In fine ὠνή est *syngrapha venditionis*, ut n. 1710. *b.* etc. Paulo aliter idem expressum est n. 1607. τᾶς ὠνᾶς τὸ ἀντίγραφον φυλάσσοντι οἱ Θεοκόλοι etc.

1757.

Ibidem; Cyriac. p. VII. n. 60. et ex suis ac Barberinis Cyriaci schedis Murat. T. II. p. DXCII. 1. Cyriacus habet versibus indiscretis, Muratorius distinctis; posterior initio, ubi id fieri poterat, sequendus erat, quod lacunas signavit ap. Cyr. non notatas: ceterum cave ideo putes formam tituli Muratorianam esse genuinam. Inde a fine versus quarti, Muratorii lectione prorsus discrepante ab edito Cyriaco, cuius textus unice genuinus est, versus ex meo divisi arbitrio, servato ex Mur. initio versus quarti. Aliter enim agi non potuit, si tituli rationem explicare volebam. De lineolis, quas in versibus posui, monebo paulo post.

a. b.

ΣΤΡΑΤΑΓΕΟΝΤΟΣΚΛΕΑΝΣ|ΕΥΟΝΤΟΣΘΕΑΡΟΙΣΛΕΩ - - -
ΕΥΔΟΚΕΟΥΣΑΣΚΑΙΤΑΣΜΑΤΡΟΣ......|.......ΕΥΘΥΑΙ
ΝΙΚΑΙΑΑΠΟΝΑΥΠΑΚΤΙΑΣΑΠΕΔΟΝΤΟΤΩΔΙΟΝΥΣΙΩ|ΕΔΟΤΟΤΩΔΙΟΝΥΣΩΙ
ΤΩΕΚΤΩΙΕΠΕΛΕΥΘΕΡΙΑΙΣΩΜΑΑΝΔΡΕΙΟΝ|ΝΑΥΠΑΚΤΩΙΕΠΕΛΕΥΘΕΡΙΑΙΣΩ
ΛΥΚΙΔΟΣΟΙΚΟΓΕΝΗΤΙΜΣ|ΔΡΙΟΝΩΙΟΝΟΜΑΑΡΙΩΝΟΙΚΟΣΤΙΜΑΣΑΡΓΥΡΙΟΥ
ΝΟΣΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥΝΙΚΟΚΟΥΑΟΣ|ΔΙΟΝΥΣΩ

c.

Pro fundo posui textum Cyriaci; nam Muratoriana texta in universum minus sunt fida. Uterque vero mire discrepat. Vs. 1. Mur. ΚΑΙΚΛΕ p. ΚΛΕ. In fine lacuna est ex Mur. ut vs. 2. Vs. 3. ultima ΕΔΟΤΟΤΩΔΙΟΝΥΣΩΙ omittit Mur. haud dubie de coniectura. Vs. 4. Mur. ΕΚΤΟΙ, Cyr. ΕΛΕΥΤΕΡΙΑΙ, et cetera ut dedi usque ad ΝΟΣ vs. 6. Pro his Mur. ΕΛΕΥΘΕΡΙΩΙΝΑΥΠΑΚΤΙΩΣΩΜΑΑΝΔΡΕΙΟΝΩΙ|ΟΝΟΜΑΑΡΙΩΝΟΙΚΟΣΛΥΚΙΔΟΣΟΙΚΟΓΕΝΕΙΣΤΙΜΑΣ|ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΜΣ ΑΡΙΟΝΥΙΟΣ, quae ex transpositis et mutilatis Cyriaci verbis composita videntur. In fine Mur. ΝΙΚΟΚΛΑΟΣΔΙΟΝΥΣΟΥ. Accidit in hoc titulo idem quod n. 1608. ut variae inscriptiones iuxta positae confunderentur a Cyriaco; qui quum praeterea, *ut solet*, multa omiserit in medio et in fine, immo pauca tantum verba delibarit hinc inde, nec de positu litterarum et forma tituli liqueat, non possunt hae inscriptiones restitui. Ceterum quomodo distinguendae variae inscriptiones essent, lineolis interpositis et additis litteris *a. b. c.* significavi. De titulorum forma cf. n. 1656. et ibi citatos, et de Praetore Aetolorum ac theoris vide ibidem. Singulae syngraphae fuerunt fere hae:

a.

Στραταγέοντος Κλεαν - - ς, [οἱ δεῖνα τοῦ δεῖνα, συν-]
ευδοκεούσας καὶ τᾶς ματρός, [τᾶς δεῖνα τᾶς]
Νικά[τ]α, ἀπὸ Ναυπακτίας, ἀπέδοντο τῷ Διονύσῳ
τῷ ἐ[ν Ναυπά]κτῳ ἐπ' ἐλευθερίᾳ σῶμα ἀνδρεῖον, [ᾧ ὄνομα]
Λυκῖ[ν]ος? οἰκογενῆ, τιμ[ᾶ]ς [ἀργυρίου - - - - μάρτυροι] - - -
νος Ἀριστάρχου, Νικό[β]ου[λ]ος etc.

b.

[Γραμματ]εύοντος Θεαροῖς Λεω[νίδα? μηνὸς]
- - - - Εὐθύ[δ]ι[κος? - - - - - - - -
- - ἀπ]έδοτο τῷ Διονύσῳ
[τῷ ἐν] Ναυπάκτῳ ἐπ' ἐλευθερίᾳ σῶ-
[μα ἀν]δρ[ε]ῖον, ᾧ ὄνομα Ἀρίων, οἰκό[γενέ]ς,
τιμᾶς ἀργυρίου etc.

c.

Hoc vel illo magistratu certus quidam homo
ἀπέδοτο τῷ] Διονύσῳ etc.

1758.

Naupacti ad portam; Cyriac. p. VIII. n. 61.

ΕΠΙΣΤΑΣΙΑΔΕΑΡΟΥΚΑΠΠ

Ἐπὶ Στασία [Θ]εαροῦ, Καππ - - - Initium decreti, ut in Ceo titulo decretum Aetolicum, idque ut opinor Naupactiorum, continente: ἐπὶ Θεωροῦ Σωκράτους. Vide ad n. 1756. Στασίας est pro Στασέας (ut Μνασέας), sicut Καλλίας et Καλλέας, Νικίας et Νικέας etc. Θεαροῦ tacite correxit Osann. Syll. p. 161. Cf. Ebert. Diss. I. de Cerer. Chthon. p. 15. quem vellem aliter iudicasse.

1759.

Inter Amphissam (quae hodie Salona) et Naupactum (Naupacto, Nepacto, Epacto, Lepanto) est Λοιδωρίκιον (s. Λοιδορίκιον), Meletio p. 331. Doridis κωμόπολις et sedes episcopalis: haec manifesto in *Locris Ozolis* sita est. In vicinia Lidoricii schedae Mustoxydis hanc tradunt inscriptionem repertam esse: Εἰς χωρίον ὀνομαζόμενον Μετόχι δύο ὥρας ἀπέχον τοῦ Λοιδορικίου. Sed Pouquevill. Itin. T. III. p. 249. ponit in muro conventus (μετόχι) monachorum Artotinae, quam putat Erineum Do-

ridis esse. At locum Artotina, de quo cf. Gell. Itin. p. 300. Müllerus mihi scribit non posse Erineum ad Pindum fluvium esse, qui Cephiso miscetur, sed esse ad flumen positum, quod in sinum Corinthiacum effunditur: itaque esse Artotinam Locris Ozolis tribuendam: Pouquevillium quidem Doridem omnino non vidisse idem notat Dor. T. I. p. 36. Itaque titulum in Locris Ozolis colloco, etsi et hic et n. 1760. qui eodem loco a Pouquevillio poni videtur, Doricas res refert.

ΚΑΛΧΑΝΤΑΜΟΨΟΝΔΙΚΑΙΟΣΗΡΑΚΛΗΣ
ΧΛΕΥΜΕΝΟΣΠΕΙΕΡΙΝΕΟΙΠΛΗΞΑΣ
ΑΥΤΟΝΤΩΚΟΛΑΦΩΚΑΙΑΠΕΚΤΕΙΝΑΣ
ΤΕΘΑΨΕΝΕΝΕΡΙΝΕΩ

Hoc est Mustoxydianum exemplum: Pouq. vs. 2. ΠΕΡΙ pro ΠΕΙ, sed Ρ ut incertum notans; vs. 3. ΑΠΕΚΤΙΝΑΣ, vs. 4. ΕΝΘΕΡΙΝΕΩ.

Quae ad interpretationem tituli pertinent, contulit iam Müllerus Dor. T. I. p. 416. Calchantis et Mopsi vatum de fico certamen ex Hesiodo narravit Strabo XIV. p. 642. sed aliam fabulam secutus est Lycophron Alex. 980. ex qua Calchas de fico cum Hercule eodem modo contendens in Italia occiditur. Quam sic enarrat Tzetzes: Ἡρακλέους τὰς Γηρυόνου βοῦς ἐλαύνοντος ἐξ Ἐρυθείας καὶ ἰδόντος τὸν Κάλχαντα τοῦτον, ἤτοι τὸν Μόψον, ὑπό τινα ἐρινεὸν καθήμενον, συνέβη ἐρωτῆσαι, πόσους ὀλύνθους ἔχει ἡ ἐρινεός. τὸν δὲ εἰπεῖν, δέκα μεδίμνους καὶ ἕνα ὄλυνθον, ὥστε μὴ δύνασθαι χωρῆσαι ἐπιτιθέμενον τῷ μεδίμνῳ. τοῦ δὲ Ἡρακλέους πολλὰ βιαζομένου τὸν περισσὸν ὄλυνθον ἐπιθεῖναι τῷ μεδίμνῳ καὶ μὴ δυναμένου, ὁ Κάλχας αὐτοῦ κατεγέλα. ὃν πατάξας κονδύλῳ ἀπέκτεινε καὶ ἔθαψε περὶ τὴν ἐρινεόν. ἐρινεὸς δὲ καταχρηστικῶς ἐλέχθη ἡ ἀγρία συκῆ, ἀπὸ Ἐρινεοῦ πόλεως Δωρικῆς φαῦλα σῦκα ἐχούσης. Lapis noster in vicinia Doricae Erinei, etsi non in ipsa Doride, repertus fabulam hanc transferre ad Erineum Doricam videtur: certe alia causa vix potest excogitari, quare in ea regione talis inscriptio ab ullo confici et collocari potuerit. Titulus tamen ita mirus est, ut de eius veritate lis moveri possit; mihi omnino genuinus videtur, sed aetate satis recente, fortasse non ante Christi natales, ab antiquario aliquo rerum et verborum priscorum studioso confectus. Vates dicitur Κάλχας Μόψος, hoc est Tzetzam sequentibus Κάλχας ὁ καὶ Μόψος. Eodem modo ex Mülleri emendatione Hercules, qui ab initio Alcaeus dictus esse dicitur, vocatur [Ἀλ]καῖος Ἡρακλῆς: δίκαιος certe vix ferendum. ΧΛΕΥΜΕΝΟΣ Müllero est χολούμενος: sed Tzetzae vox κατεγέλα eo deducit, ut sit pro κεχλευασμένος, quasi a χλεύω omissa reduplicatione, quo facto retrahendus accentus erit, χλεύμενος, ut δέγμενος, βλήμενος. Sequitur ΠΕΙΕΡΙΝΕΟΙ, quod pro dativo haberi vix potest, quum terminatio ῳ in hoc titulo scribatur Ω. Itaque recte Müllerus dedit περὶ ἐρινεοῦ, *de fico*. Sed si ΠΕΙ in lapide est, dederim πὲρ, de quo Aeolismo antiquo etiam Doribus communi v. ad n. 1064. et 1688. §. 2. Etiam τῷ κολάφῳ p. τῷ κονδύλῳ Attico esse Doricum constat ex Epicharmo. Ἀπ[ο]κτείνας scribendum esse sponte patet: nec ferri potest τέθαψεν. Anne igitur Τ delebimus? Equidem etsi risum praebebo adversariis, retineo Τ, καὶ ἀποκτείνας τ᾽ ἔθ. cf. Praef. §. IX. Καί — τε ex antiquo usu posuit, quisquis confecit hunc titulum. Postremo ἐν Ἐρινεῷ de oppido intelligimus. Utut de hac inscriptione iudicabitur, sic legenda videtur:

Κάλχαντα Μόψον [Ἀλ]καῖος Ἡρακλῆς, χλεύμενος πε[ρ᾽] ἐρινεο[ῦ], πλήξας αὐτὸν τῷ κολάφῳ, καὶ ἀποκτείνας τ᾽, ἔθαψεν ἐν Ἐρινεῷ.

1760.

Ibidem quantum video (Artotinae); ed. Pouquevill. l. c. p. 250. Fragmentum.

ΔΟΡΙΣΠΕΛΙΣΕΟΣΘΕΜΑΝΟΒΟΙΩ

An Δωρίς – – Βοιῷ? *Boeum* est Doridis oppidum.

1761.

„In Achaia apud Soloneum Phocidis oppidum prope Delphos ad x. mil." Cyriac. p. VIII. n. 65. et ex suis et Cyriaci schedis Murat. T. III. p. MDCCLXXV. 6. Significatur Salona, *Amphissa Locrorum Ozolarum.*

ΓΟΛΥΕΤΙΟΥΓΟΝΤΗΝ
ΑΚΡΕΙΒΕΑΦΙΛΑΔΙΑ
ΤΗΡΕΚΤΗΝΙΔΙΗΝ

Ψ . . . . . Β

Γ diserte Cyr.

[Τὴν δεῖνα] Πολυετίου? – – τὴν ἀκρειβέα, Φίλα [μή]της ἐκ τ[ῶ]ν ἰδί[ω]ν. ψηφίσματι βουλῆς. Possis et [μ]άτηρ, si dialecti mistionem non inusitatam evitare nolis. Statuae haec subscripta erant, quam filiae posuit mater. *Polyetius* videtur pater puellae esse; nisi in ΓΟΝ quaesiveris γυναῖκα. Titulus est usitata et aliunde notissima forma conceptus.

1762.

„In Achaia apud Cirrham maritimam civitatem Phocidis, quam Anconem Pentagiosque vocant"; Cyriac. p. VIII. n. 63. et ex Cyriaci schedis Murat. T. III. p. MDCXXXVI. 2. Pentagi est prope Galaxidi, in *Locris Ozolis*, et videtur prope *Phaestum* esse.

ΑΡΧΕΔΑΜΟΥ
ΘΑΥΜΑΡΕΤΑΧΑΙΡΕ

Ἀρχεδάμου.
Θαυμαρέτα χαῖρε.

Non liquet de sententia. Vulgo in epitaphiis τὸ χαῖρε acclamatur defuncto: itaque Ἀρχεδάμου vel eius nomen esse dicas, qui Thaumaretae posuerit monumentum, vel patris Thaumaretae, praemisso patris nomine insolentius; aut potest etiam alius ante Thaumaretam in eodem sepulcro conditus esse, cuius exciderit nomen primo casu expressum, [ὁ δεῖνα] Ἀρχεδάμου: igitur certe non opus est, ut Archedamum putemus esse nomen eius, quem condiderit Thaumareta, et illud χαῖρε a defuncto acclamari superstiti Thaumaretae: quod in quibusdam monumentis fit. Attamen earum quas significavi sententiarum nulla mihi vera videtur. Potius successu temporis *Archedamus* ipse et deinde *Thaumareta* in eodem conditi sepulcro sunt, et ille quum sepeliretur, nomen eius genitivo casu est insculptum, ut binorum defunctorum n. 1763. in eiusdem loci titulo et n. 1496. posthac vero Thaumaretâ illatâ solita addita est acclamatio, Θαυμαρέτα χαῖρε.

1763.

Ibidem; Cyriac. p. VIII. n. 64. et ex suis schedis Murat. T. III. p. MDCXLIX. 14.

ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΟΣ
ΚΑΛΛΙΣΤΩΣ

ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ dedit Mur. de suo opinor.

Καλλικράτεος.
Καλλιστῶς.

De forma Καλλιστῶς v. ad n. 1756. et de genitivis ad n. 1762.

1764.

In pago Galaxidi in *Locris Ozolis*, prope vetustam *Oeantheam*; ed. Dodwell. Itin. T. I. p. 131. Hughes Itin. T. I. p. 397.

ΚΛΕΟΔΑΜΟΣ
ΞΕΝΩ
ΑΜΟΤΙΜΑ

Κλεόδαμος. ξένῳ [Δ]αμοτίμα. *Hic situs est Cleodamus: hospiti suo posuit Damotima.* De forma tituli cf. n. 1746. item 1742. Possis etiam Ξενῶ legere: sed ob n. 1746. potissimum praefero quod dedi.

1765.

Ibidem; ed. Hughes Itin. T. I. p. 397.

ΠΟΛΥΞΑ ΧΑΙΡΕ

Πολύξα vel Πολυξ[ὼ] χαῖρε.

SECTIO QUARTA.

INSCRIPTIONES THESSALICAE.

1766.

In oppido Turnavo, octo a Larissa miliariis, in finibus veteris *Atracis*, in aula domus episcopalis, in marmoris quadrati latere. Ed. Leakius in Walpol. Trav. p. 506. cum suis et Walpolii notis, his p. 516 sqq. Dixit quaedam de hoc titulo Müllerus in Diar. class. Brit. T. XXVI. p. 393 sqq. item Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 83.

ΑΠΛΟΥΝΙΚΕΡΔ . ΙΟΥΣΟΥΣΙΠΑΤΡΟΣ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΙΔΑΙΟΣΟΘΥΤΑΣ
ΟΝΕΘΕΙΚΕΙΕΡΟΜΝΑΜΟΝΕΙ
ΣΑΣΚΑΙΑΡΧΙΔΑΥΧΝΑΦΟΡΕΙΣΑΣ

Ἄπλουνι κερδ[ο]ίου Σουσίπατρος Πολεμαρχίδαιος ὁ θύτας ὀνέθεικε ἱερομναμονείσας καὶ ἀρχιδαυχναφορείσας.

Ἄπλουνι, vulgo Ἀπόλλωνι, ut n. 1767. Plato Cratyl. p. 405. C. Ἁπλῶν (ita nunc legitur, olim Ἁπλόν) γάρ φασι πάντες Θετταλοὶ τοῦτον τὸν θεόν: sed praestat opinor lectio aliorum librorum Ἄπλουν: quod scripsisse Plato videtur pro eo quod debebat scribere Ἄπλουνα. Sic in vase Siciliensi extat ΑΠΛΟΥΝ, et *Aplu* atque *Apulu* in pateris Etruscis ap. Gor. Mus. Etr. T. II. p. 93 sqq. Dempster. Etr. reg. tab. 3. 4. Thessali pro ω dicunt ου, ut statim post Σουσίπατρος, atque inde etiam terminatio vocis κερδοίου p. κερδῴῳ explicanda videtur, Aeolice abiecto ι subscribendo (Greg. Cor. p. 606. Choerobosc. Bekk. Anecd. T. III. p. 1187.) et ω residuo mutato in ου. Κερδ[ο]ίου dedi cum Walpolio, ex affinitate Boeoticae dialecti (vide Introd. Boeot. I, 10.). De Apolline κερδῴῳ v. Lycophr. Alex. 208. c. Schol. Vs. 2. ex Dobraei sententia legitur Πολεμαρχίδα: quod relinquitur ΙΟΣΟ ΘΥΤΑΣ in promptu est mutare in ἱεροθύτας: pro quo Walpol. volebat retinere ἰσοθύτας, ut ὄνειρος ὄνοιρος et *Furius Fusius* etc. Sed posterius per se incredibile convincitur formâ ἱερομναμονείσας vs. 3. neque ΟΣ in ΕΡ mutare audeo, quum Leakii apographa soleant valde bona esse. Quare alia inita ratione et ne littera quidem mutata scripsi Πολεμαρχίδαιος ὁ θύτας. Articulum vocis θύτας rectissime positum esse intelliget, qui rem perpenderit: nam Sosipater ille dedicavit aliquid, quum erat hieromnemon et archidaphnephorus; igitur si praeterea alio

munere functus ille vir vs. 2. dicitur, patet eius muneris nomen designandae diligentius personae inservire, ut in formula Σοφοκλῆς ὁ ποιητής: in qua formula articulus necessarius est. Et sic videtur Sosipater ὁ Θύτας vocari, qui, credo, perpetuo sacrificuli fungebatur munere, ideoque quasi perpetuo epitheto ὁ Θύτας nominabatur. Πολεμαρχίδαιος autem est *Polemarchidae filius.* Quippe Boeoti, Thessalorum posteri, pro genitivo patris nomen continente adiectivum patronymicum solent ponere (vide ad n. 1574.): quod etsi in Boeotia non fit, quando patris nomen ipsum est patronymicum, tamen in Thessalico hoc titulo non dubito factum esse, assumpta praeterea terminatione αιος pro ειος, ut in Laconico n. 1360. Ἐτυμοκλήδαια (Ἐτυμοκλείδεια), ut Λεωνίδαιον est Olympiae (Pausan.). Ὀνέϑεικε pro ἀν. Aeolice, vide Intt. Greg. Cor. p. 455. ubi ex Cumaeo titulo habes ΟΝΤΕΘΗΝ, ex Ioanne Grammatico ὄνω (ἄνω), ὀνέληται, ὀνεχώρησεν, ex Hesych. ὄστασαν (ἀνέστησαν), ὀσκάπτω (ἀνασκάπτω). Cf. ad n. 3. extr. Ει pro η Thessalis et Boeotis commune est, unde ὀνέϑεικε, ἱερομναμονεἰσας etc. Hieromnemonia haec Sosipatri Müllero visa est ad Thessalorum aliquam pertinere Amphictyoniam: sed nihil obstat, quominus Delphicae s. Pylaeae Amphictyoniae hieromnemon Thessalicus fuerit ille Sosipater, ut Cottyphus Thessalus, ut n. 1689. Thaumacensis quidam, etc. cui sententiae convenit, quod statim de archidaphnephoria dicam. Omnino Thessalis in Amphictyonia Pylaea et Pythiis ludis plurimum fuisse auctoritatis, notavit iam Schneiderus ad Xenoph. Hellen. VI, 4, 30. Postremo ut accedam ad ultimam vocem, ἀρχιλυχνηφόρον eam interpretati plures sunt: quod ut tueretur, Walpolius docet δ et λ, αυ et υ confundi, et vere, quamquam non omnia, quae affert, sana sunt. At lychnophoria ab Apollineo cultu fere aliena videtur, quod etiam Müllerus notavit; nec scio omnino, quid sit ἀρχιλυχνηφόρος, nisi forte de λαμπαδάρχῃ (hoc est *praeside et liturgo lampadephoriae*) cogitabant docti. Equidem, quod et Leakius et Müllerus fecerunt, iam olim Explicatt. ad Pind. Pyth. XI, p. 336. professus sum, ἀρχιδαυχναφόρον esse ἀρχιδαφνηφόρον, hoc est ducem theoriae daphnephoricae, ἀρχιϑέωρον δαφνηφορίας: daphnephoria enim Apollinea est; et nulla notior quam Pythica Delphis per Thessaliam ad Tempeum delubrum deducta (v. Müller. Dor. T. I. p. 202 sqq.): quodsi Sosipater hieromnemon Delphis sive Pylis fuerit, facile intelliges, quam hoc archidaphnephori munus consentiat cum hieromnemonia; nihilque est magis consentaneum, quam Thessalico hieromnemoni datum illud esse munus theoriae per Thessaliam deducendae. Δαύχνα autem Thessalicum iudico p. δάφνη. Nempe υ vetustae vocis δαύχνα cessit litterae φ; sed ipsum υ adhuc remanet in Latino *laurus* (λάφνη Pergaeis, Hesych. v.); χ vetustae vocis expulsum est euphonice.

1767.

In vico Tatári *inter Larissam et Tempe* prope Peneum. Ed. Leakius in Walpol. Trav. p. 506. n. 3. cf. Müller. l. c. ad n. 1766. Walpol. p. 519.

ΑΠΛΟΥΝΙΤΕΜΠΕΙΤΑ
ΑΙΣΧΥΛΙΣΣΑΤΥΡΟΙ
ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ

Ἄπλουνι Τεμπείτα Αἴσχυλὶς Σατύροι, ἐλευϑέρια. Titulus donarii pro libertate dicati. De Tempeo Apollinis sacro cf. Müller. Dor. T. I. p. 202. In Τεμπείτα ι omissum videtur ex dialecto, non ob aetatem recentem. Σατύροι est pro Σατύρου, ex Aeolismo sane recondito, quocum conferendus Lesbiacus Aeolismus τοὶς νόμοις, τοὶς Θεοίς: cf. Plehn. Lesb. p. 127. quamquam Lesbii Σατύρω dicunt, non Σατύροι. Remotiora sunt ὑπάκοισον, δίδοι, et prorsus aliena Θανοῖσα et talia, in quibus ι ex ν natum est. Müllerus tamen Σατύροιο, quae forma Thessalica, rescribendum sibi videri privatim significavit.

1768.

In fragmento monumenti reperto in *Phthiotide*, nunc Londini in aedibus Leakii; ex schedis Mülleri.

ΣΤΟΚΡΑΤΕΙΑ	Ἀρι]στοκράτεια?
ΤΤΑΡΛΙΕΙΑ	. . . τταρ[δ]ιεία?
ΕΜΙΔΙΛΟΧΕ	Ἀρτ]έμιδι λοχε-
‾ΑΙΕΥΕΜ	ία] τᾶ εὐε[ργέτιδι?

Vs. 2. videtur adiectivum patronymicum latere, more Boeotico (cf. ad n. 1766.).

1769.

Olim *Thebis Phthiotidis*; in anaglypho duos cincinnos repraesentante. Est nunc in domo Leakii. Ex schedis Mülleri. Ed. Millingen Ancient uned. mon. tab. XVI. statuarum.

ΦΙΛΟΜΒΡΟΤΟΣΑΦΘΟΝΗΤΟΣΔΕΙΝΟΜΑΧΟΥΠΟΣΕΙΔΩΝΙ

Φιλόμβροτος, Ἀφϑόνητος Δεινομάχου, Ποσειδῶνι. Comam Neptuno dedicant filii Dinomachi.

1770.

In valle Titaresii, sex leucis Gallicis a Larissa Peneïa in Caurum, in loco veterum *Cyretiarum*, in marmore candido repperit Leakius. Is Gallice versum titulum cum notis praebuit in epistola ad Prevostum, Biblioth. Britann. Nov. 1815. recusa in Diar. class. T. XIII. p. 158 sq. Idem Graecum textum edidit Diar. class. T. XIV. p. 339. cum Anglica translatione (cf. T. XV. p. 165.). Interim ex eiusdem schedis edidit et commentatus est E. Q. Viscontus Journ. des Sav. Sept. 1816. p. 21 sqq.

ΤΙΤοΣΚοΙΝΚΤΙοΣΣΤΡΑΤΗΓοΣΥΠΑΤοΣΡΩΜΑΙΩΝΚΥΡΕΤΙΕΩΝ
ΤοΙΣΤΑΓοΙΣΚΑΙΤΗΙΠοΛΕΙΧΑΙΡΕΙΝΕΠΕΙΚΑΙΕΝΤοΙΣΛοΙΠοΙΣΠΑΣΙΝ
ΦΑΝΕΡΑΝΠΕΠοΗΚΑΜΕΝΤΗΝΤΕΙΔΙΑΝΚΑΙΤοΥΔΗΜοΥΤΩΝΡΩΜΑΙΩΝ
ΠΡοΑΙΡΕΣΙΝΗΝΕΧοΜΕΝΕΙΣΥΜΑΣοΛο...ΡΩΣΒΕΒοΥΛΗΜΕΘΑΚ..
ΕΝΤοΙΣΕΞΗΣΕΠΙΔΕΙΞΑΙΚΑΤΑΠΑΝΜΕΡοΣΠΡοΕΣΤΗΚοΤΕΣ
ΤοΥΕΝΔοΞοΥΙΝΑΜΗΔΕΝΤοΥΤοΙΣΕΧΩΣΙΝΗΜΑΣΚΑΤΑ
ΛΑΛΕΙΝοΙοΥΚΑΠοΤοΥΒΕΛΤΙΣΤοΥΕΙΩΘοΤΕΣΑΝΑ
ΣΤΡΕΦΕΣ ΘΑΙοΣΑΙΓΑΡΠοΤΕΑΠοΛΕΙΠοΝΤΑΙΚΤΗΣΕΙΣ
ΕΓΓΕΙοΙΚΑΙοΙΚΙΑΙΤΩΝΚΑΘΗΚοΥΣΩΝΕΙΣΤοΔΗΜοΣΙοΝ
ΤοΡΩΜΑΙΩΝΠΑΣΑΣΔΙΔοΜΕΝΤΗΙΥΜΕΤΕΡΑΙΠοΛΕΙ
οΠΩΣΚΑΙΕΝΤοΥΤοΙΣΜΑΘΗΤΕΤΗΝΚΑΛοΚΑΓΑΘΙΑΝΗΜΩΝ
ΚΑΙοΤΙΤΕΛΕΩΣΕΝοΥΘΕΝΙΦΙΛΑΡΓΥΡΗΣ..ΒΕΒοΥΛΗΜΕΘ.
ΠΕΡΙΠΛΕΙΣΤοΥΠοΙοΥΜΕΝοΙΧΑΡΙΤΑΚΑΙΦΙΛοΔοΞΙΑΝοΣοΙΜΕΝ
ΤοΙΜΗΚΕΚοΜΙΣΜΕΝοΙΕΙΣΙΝΤΩΝΕΠΙΒΑΛΛοΝΤΩΝΑΥΤοΙΣ
ΕΑΝΥΜΑΣΔΙΔΑΞΩΣΙΝΚΑΙΦΑΙΝΩΝΤΑΙΕΥΓΝΩΜοΝΑΛΕ
ΓοΝΤΕΣΣΤοΧΑΖοΜΕΝΩΝΥΜΩΝΕΚΤΩΝΥΠΕΜοΥΓΕΓΡΑΜ
ΜΕΝΩΝΕΓΚΡΙΣΕΩΝΚΡΙΝΩΔΙΚΑΙοΝΕΙΝΑΙΑΠοΚΑ ΘΙΣΤΑΣ
ΘΑΙΑΥΤοΙΣ

ΕΡΡΩΣΘΕ

Τίτος Κοΐνκτιος, στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαίων, Κυρετιέων τοῖς ταγοῖς καὶ τῇ πόλει χαίρειν. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς πᾶσιν φανερὰν πεποήκαμεν τήν τε ἰδίαν καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων προαίρεσιν, ἣν ἔχομεν εἰς ὑμᾶς ὁλο[σχε]ρῶς, βεβουλήμεθα κ[αὶ] ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιδεῖξαι κατὰ πᾶν μέρος προεστηκότες τοῦ ἐνδόξου, ἵνα μηδ' ἐν τούτοις ἔχωσιν ἡμᾶς καταλαλεῖν οἱ οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου εἰωθότες ἀναστρέφεσθαι. ὅσαι γάρ ποτε ἀπολείπονται κτήσεις ἔγγειοι καὶ οἰκίαι τῶν καθηκουσῶν εἰς τὸ δημόσιον τὸ Ῥωμαίων, πάσας δίδομεν τῇ ὑμετέρᾳ πόλει, ὅπως καὶ ἐν τούτοις μάθητε τὴν καλοκαγαθίαν ἡμῶν, καὶ ὅτι τελέως ἐν οὐθενὶ φιλαργυρῆσ[αι] βεβουλήμεθ[α], περὶ πλείστου ποιούμενοι χάριτα καὶ φιλοδοξίαν. ὅσοι μέντοι μὴ κεκομισμένοι εἰσὶν τῶν ἐπιβαλλόντων αὐτοῖς, ἐὰν ὑμᾶς διδάξωσιν καὶ φαίνωνται εὐγνώμονα λέγοντες, στοχαζομένων ὑμῶν ἐκ τῶν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένων ἐγκρίσεων, κρίνω δίκαιον εἶναι ἀποκαθίστασθαι αὐτοῖς. ἔῤῥωσθε.

Κοΐγκτιος est n. 1325. hic assumptum N, non ex Latino more, quae Visconti sententia est, sed ex Graeco haud raro. *T. Quinctius Flamininus* prorsus ut n. 1325. et in praeconio ap. Plutarch. Vit. Flam. 10. sollemni denominatione vocatur a sese στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαίων, omnibus locis post consulatum: nihilominus ὕπατος me iudice non *summus* est adiective, quod volebat Viscontus, sed *consul*, quod nondum ἀνθύπατος dicebatur ea aetate. Quinctius vero exercitui in Graecia praefuit inde ab a. u. c. 556. (anno consulatus) usque in a. 560. Thessaliamque statim primo ingressus anno est, postquam Philippum Macedonem ad fauces Antigonenses fudit; nominatim autem Atracem est profectus (Liv. XXXII, 15.), quod vicinum Cyretiis oppidum: sequenti anno vicit in ipsa Thessalia apud Cynoscephalas. Hinc oblata occasione Cyretiensium, fortasse etiam aliorum Thessalorum, qui a Philippi steterant partibus, bona a Romanis videntur publicata esse; Cyretiisque putes eo plures fuisse Macedonum sectatores, quod a. u. c. 554. id oppidum vi captum foede diripuerant Aetoli Romanorum socii (Liv. XXXI, 41.). Postea, ex quo Antiochus Magnus iam suspectus favorque conciliandus nomini Romano apud civitates fuit, Quinctius, speciosa Graeciae liberatione promulgata famam benignitatis una cum populo Romano prae se ferens, multa ab ipso Athenis hibernante petentibus sociis, lenius agere coepit, cuius rei eximium exemplum praebet Livius (XXXIII, 27.). Hoc pertinet ad a. u. c. 558. Quo tempore vel paulo post, fortasse etiam a. 560. dum Elateae hibernans totius hiemis tempus iure dicundo consumpsit mutandisque iis, quae Philippi aut huius praefectorum licentia in civitatibus facta erant (Liv. XXXIV, 48.), scripserit Quinctius has litteras munificas, quibus deliniret Cyretiensium animos: similes forsitan etiam aliis misit civitatibus. Non multum aliter iudicarunt Viscontus et Leakius. *Cyretiarum*, quae apud Ptolemaeum falso Χυρετίαι, mentio fit Liv. XXXI, 41. XXXVI, 10. 13. XLII, 53. Ταγοὺς Thessalorum magistratus maxime militares novimus e Xenoph. Hellen. VI, 4, 28. 33. coll. VI, 1, 8. 18. 19. Polluc. I, 129. Mox dedi ὁλοσχερῶς, ad Polybii usum, ex quo iudicare T. Quinctii stilum non absonum est; ceteri ὁλοκλήρως, nec male. Οἱ οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου εἰωθότες ἀναστρέφεσθαι, *qui non optimo consilio vitae sectam* (ἀναστροφήν) *instituunt*, Romanorum obtrectatores. De ipso, quod Quinctius largitur, beneficio aliter censeo ac priores. Nam et Leakius de restitutis bonis publicatis dicit, et Viscontus

(p. 25. vs. 5.) diserte notat, bona publicata reddidisse Quinctium pristinis possessoribus; immo hic eo usque procedit, ut e verbis, *ὅσαι γάρ ποτε ἀπολείπονται* etc. colligat Quinctium iam antea multa ex bonis publicatis reddidisse pristinis possessoribus iis adiudicationibus, de quibus vs. 16. 17. dicitur. At res est longe alia, nec quidquam in hac epistola de *restituendis* bonis publicatis legitur, sed alia est Quinctii mens, quam paucis explicabo. Quippe quorum bona Cyretiis publicata a Romanis erant, ii deliquerant adversus Romanos; sed ut fit, traxit ea calamitas etiam insontes: aut publicati erant inter damnatorum bona etiam aliorum fundi, aut alii ius habebant in bonis publicatis, exempli causa ex hypotheca. Hi igitur potuerunt ex publicatis bonis sua repetere et vindicare, quod etiam Athenis licuit per *διαδικασίαν*. Atque his sua adiudicarat iam prius Quinctius, qua de re vss. 16. 17. intelligendi sunt. Sed haec bona, iure ab aliis vindicata, non sunt in *ταῖς καθηκούσαις εἰς τὸ δημόσιον τὸ Ῥωμαίων κτήσεσιν*: immo illa *οὐ καθῆκον εἰς τὸ δημόσιον*. Itaque *ὅσαι ποτὲ ἀπολείπονται*, eae debent *reliquae esse* subtractis *aliis*, *non illis*. Ne multa, alienaverat earum possessionum partem populus Romanus vel venditione vel donatione: quae nondum alienatae sunt, eae sunt *ὅσαι ποτὲ ἀπολείπονται*. Quid vero fit his reliquis? *Πάσας δίδομεν τῇ ὑμετέρᾳ πόλει*, ait Quinctius, hoc non est *restituimus pristinis possessoribus*, sed *donamus civitati*. Publicaverat illa bona populus Romanus in suum commodum; nunc donantur civitati Cyretiensium, quae reliqua sunt, *ut omnem avaritiae suspicionem a sese removeant Romani, gloriae tantum et gratiae cupidi* (*ὅτι τελέως ἐν οὐθενὶ φιλαργυρῆσαι βεβουλήμεθα, περὶ πλείστου ποιούμενοι χάριτα καὶ φιλοδοξίαν*). Vides tantum de munificentia dici, non de lenitate nec de venia reis data. Similiter Neronianorum bona publicarat Galba, sed non sunt omnia statim in fiscum conversa; itaque *Neronianarum sectionum reliquias* postea Galba donavit aliis quibusdam, revocatis ab exilio (Tac. Hist. I, 90.). Postremo Quinctius addit in fine: *si quid tamen* (*μέντοι*), *quod privatis competat ex illis bonis iure ullo* (exempli causa ex hypotheca vel quod iniuria aliquid inter bona publicata coniectum erat), *nondum ab iis esset receptum*, *id iis esse reddendum* (*ἀποκαθίστασθαι*); qua de re iudicium permittit Cyretiensibus, sed ita, *ut eam rem aestiment ex ipsius iudiciis prioribus*, quibus quidem, quid cuique competeret, constituerat. Sic tandem omnia inter se et cum verbis epistolae conveniunt.

1771.

Thaumacis (Dhomoko). Ed. Dodwell. Itin. T. II. p. 124. Leak. in Walp. Trav. p. 507.

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΠΟΛΙΣΘΑΥΜΑΚΩΝ
ΕΔΩΚΕΑΓΕΣΤΩΙΑΓΡΟΛΕΩΝΟΣ
ΚΑΛΛΙΕΙΠΡΟΞΕΝΙΑΝΕΠΙΝΟΜΙ
ΑΝΑΣΥΛΙΑΝΑΣΦΑΛΕΙΑΝΕΝΚΤΗ
ΣΙΝΑΤΕΛΕΙΑΝΠΑΝΤΩΝΚΑΙΠΟΛΕ
ΜΟΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΕΠΙΤΟΝΑΠΑΝΤΑ
ΧΡΟΝΟΝΚΑΙΑΥΤΩΙΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣΚΑΙ
ΟΣΑΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΠΑΝ
ΤΑΑΡΧΟΝΤΩΝΣΦΟΔΡΙΑΛΕΩΣΠΔΑ
ΦΑΝΑΕΝΓΥΟΣΤΑΣΠΡΟΞΕΝΙΑΣ
ΠΟΛΥΜΝΙΑΣΤΟΙΣ

Vs. 3. Leak. ΚΑΛΛΙΕΙ, Dodw. ΕΑΜΙΕΙ, ex quo cave exsculpas Λαμιεῖ. Vs. 6. Dodw. ΕΠΙ, Leak. ΕΝ: eadem varietas redit n. 1772. sed retinui Dodwellianum ob n. 1773. licet Leakio plurimum tribuam. Vs. 7. ΕΚΓΟΝΟΙΣ in litura scriptum est, et ΚΑΙ (sequens ut videtur) in margine additum notante Leakio. Vs. 9. extr. Dodw. ΛΕΩΣΠΛΑ, Leak. ΛΕ - - - ΔΑ; composui utrumque. Vs. 10. Dodw. ΠΡΟΞΕΝΕΙΑΣ, Leak. quod dedi. Vs. 11. Leak. notat diserte ΤΟΙΣ esse in lapide.

Ἀγαθᾷ τύχᾳ, πόλις Θαυμακῶν ἔδωκε Ἀγέστῳ Ἀγρολέωνος Καλλιεῖ προξενίαν, ἐπινομίαν, ἀσυλίαν, ἀσφάλειαν, ἔνκτησιν, ἀτέλειαν πάντων, καὶ πολέμου καὶ εἰράνας, ἐπὶ τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις, καὶ ὅσα τοῖς ἄλλοις προξένοις πάντα. ἀρχόντων Σφοδρία, Λεω[νί]δα, Φάνα? ἔνγυος τᾶς προξενίας Πολυμνίας - - - -

Callium est vicinum oppidum Aetoliae. De *ἐπινομίᾳ* cf. ad n. 1569. *a*. III. De dialecto vocis *ἔγκτησις* v. Introd. Boeot. I, 5. et de ordine vocabulorum cf. n. 1564. extr. Archontes debent tres statui, ut n. 1772. 1773. In fine *praes proxeniae* scriptus est, quod novum: intelligendus is, qui privatim proxeno ipsi obligatus sit, si proxenia non servetur a civitate; nam quum civitas det proxeniam, eius est praedem dare, non proxeni. Hic praes ex suo et patris nomine vocatur, ut n. 1772. 1773. itaque nomen non est ut putatur Πολυμνίαστος, quae forma omnino nulla est (Iota vacans etiam ex Boeoticis titulis sustulimus), sed ΤΟΙΣ debet ex patris nomine superstes iudicari: quamquam nomen Πολυμνίας paulo insolentius.

1772.

Ibidem, in eodem lapide; ediderunt iidem.

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΠΟΛΙΣΘΑΥΜΑΚΩΝΕΔΩΚΕΝΠΥΡΡΑ
ΤΙΜΑΓΟΡΟΙΗΡΑΧΛΕΙΩΤΑΙΟΝΤΙΕΥΕΡΓΕΤΑΑΥΤ
ΑΣΠΡΟΞΕΝΙΑΝΙΣΟΠΟΛΙΤΕΙΑΝΕΠΙΝΟΜΙΑΝΑ
ΣΥΛΙΑΝΑΣΦΑΛΕΙΑΝΕΝΚΤΗΣΙΝΑΤΕΛΕΙΑΝ
ΠΑΝΤΩΝΚΑΙΠΟΛΕΜΟΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΚΑΙΑΥΤΩΚΑΙ
ΕΚΓΟΝΟΙΣΕΠΙΤΟΝΑΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝΚΑΙΟΣΑ
ΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΠΑΝΤΑΑΡΧΟΝΤΩΝ
- - - - - - - ΑΙΕΙΡΑΚΟΥΝΙΚΟΜΑΧΟΥΕΝΓΥΟΣΤΑΣ
ΠΡΟΞΕΝΙΑΣΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣΕΥΗΘΙΔΟΥ

Vs. 1. Dodw. ΕΔΩΚΕΣΥΡΡ, Leak. ΕΔΩΚΕΝ ΠΥΡΡΑ; vs. 2. Dodw. ΟΜΑΙΓΡΩΙΗΡΑΧΛΕΙΩΤΑΙ, Leak. ΤΙΜΑΓΟΡΟ - - Ρ - - - ΕΙΩΤΑΙ: composui utrumque. Vs. 2. extr. pro ΑΥΤ Leak. lacunam signat. Vs. 3. init. Dodw. ut dedi, Leak. - - Σ. Quantum video, Dodw. coniectura usus est, debetque ΕΥΕΡΓΕΤΑ[Ι]ΑΥ|ΤΑΣ scribi. Litteras ΙΣ in lacuna omittit Leakius. Idem ΠΟΛΙΤ etc. Dodw. ΠΟΛΗΤ. Ultimum Α ex Dodw. retinui; Leak. id initio versus quarti habet. Vs. 5. extr. ΤΩΚΑΙ ex Dodw. nam Leak. lacunam habet. Scribe ΑΥΤΩ[Ι]. Vs. 6. Dodw. ΕΠΙ, Leak. - Ν: v. var. lect. n. 1771. Vs. 8. Dodw. post vacuum spatium ΑΙΕΙΡΑΚΟΥ, Leak. - - - - - - - ΑΙΣΙΡΑΚΟ -; in fine Dodw. ΤΛΣ. Vs. 9. extr. pro ΟΥ Leak. lacunam habet.

Ἀγαθᾷ τύχᾳ, πόλις Θαυμακῶν ἔδωκεν Πύῤῥᾳ Τιμαγόρο[υ] Ἡρα[κ]λειώτᾳ, ἔντι εὐεργέτᾳ αὐτᾶς, προξενίαν, ἰσοπολιτείαν, ἐπινομίαν, ἀσυλίαν, ἀσφάλειαν, ἔγκτησιν, ἀτέλειαν πάντων, καὶ πολέμου καὶ εἰράνας, καὶ αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις, ἐπὶ τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ ὅσα τοῖς ἄλλοις προξένοις πάντα. ἀρχόντων - - - - - - - α, Ἱειράκου, Νικομάχου. ἔγγυος τᾶς προξενίας Νεοπτόλεμος Εὐηθίδου.

Heracleam intellige Trachinem. Vs. 8. primum nomen littera Α terminari non dubito: alterum probabiliter est Ἱεράκου, Aeolice p. Ἱέρακος, ut φυλάκου etc. Sed exspectes Εἰράκου, ut εἰρεύς (sic etiam Lesbii; Boeoti ἴαρος dicunt, ut alii Aeoles et Dores): nec tamen audeo alterum omittere Iota. De ceteris cf. ad n. 1771.

1773.

Ibidem in alio lapide; ed. Dodwell. l. c.

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΠΟΛΙΣΘΑΥΜΑΚΟΝΕΔΟΚΕΜΑ
ΚΟΝΙΟΙΦΑΛΙΟΝΟΣΛΑΡΙΣΑΙΩΙΟΝΤΙΕΥΕΡΓΕΤ
ΑΑΥΤΑΣΠΡΟΞΕΝΙΑΝΚΑΙΠΟΛΙΤΕΙΑΝΕΠΙΝΟΜΙ
ΑΝΑΣΥΛΙΑΝΑΣΦΑΛΕΙΑΝΕΝΚΤΗΣΙΝΑΤΕΛ
ΕΙΑΝΠΑΝΤΩΝΚΑΙΠΟΛΕΜΟΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΕΠΙ
ΤΟΝΑΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝΚΑΙΑΥΤΟΙΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣ
ΚΑΙΟΣΑΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΚΑΙΕΥΕΡΓ
ΕΤΑΙΣΔΙΔΩΣΑΠΑΝΤΑΑΡΧΟΝΤΩΝΝΕΠΙΜΕΝΕ
ΟΣΑΛΙΟΤΑΝΙΚΟΜΑΧΟΥΕΝΓΥΟΣΤΑΣΠΡΟΞΕ
ΝΙΑΣΦΙΛΗΜΟΝΑΝΤΙΠΟΝΟΥ

Vs. 3. primum Α videtur coniecturae deberi: exspectamus ΑΙ. Omnino hic titulus non bene transcriptus est. Vs. 8. post *ἀρχόντων* dele Ν.

Ἀγαθᾷ τύχᾳ, πόλις Θαυμακ[ῶ]ν ἔδ[ω]κε Μακ[ω]νίῳ Φα...νος Λαρισαίῳ, ὄντι εὐεργέτᾳ αὐτᾶς, προξενίαν, [ἰσο]πολιτείαν, ἐπινομίαν, ἀσυλίαν, ἀσφάλειαν, ἔνκτησιν, ἀτέλειαν πάντων, καὶ πολέμου καὶ εἰράνας, ἐπὶ τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ αὐτ[ῷ] καὶ ἐκγόνοις, καὶ ὅσα τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις δίδ[οται] πάντα. ἀρχόντων Ἐπιμένεος, Ἀλι[ώ]τα?, Νικομάχου. ἔνγυος τᾶς προξενίας Φιλήμ[ω]ν Ἀντι[γ]όνου.

Vs. 3. manifesto falsum est ΚΑΙ incommode intrusum, haud dubie ex coniectura, ut quaedam n. 1772. Quo titulo solo, ne longius discedam, comparato, patet *ἰσοπολιτείαν* scribendum esse. Cf. ad n. 1565. et Introd. Boeot. II. extr.

1774.

Hypata oppidum hodie est Neopatra, Νέαι Πάτραι s. Πατρατζίκι, quod demonstrant haec inscriptionum frustula ap. Melet. Geogr. vet. et nov. p. 385. Εἶναι ἐπιγραφὴ ἔν τινι λίθῳ·

Αὐτοκράτορα ... θεὸν θεοῦ υἱὸν Σεβαστὸν εὐεργέτην, καὶ τοὺς υἱούς, Γάϊον, Οὔαρον, καὶ δα...... Ἰούλιον Καίσαρα ἡ Πόλις Ὕπατα, καὶ ἄλλαι.

Hic titulus a me quidem non intelligitur, quum nec qui Augustus sit nec qui Caesares pateat. De Octaviano Augusto et Caio Lucioque Caesaribus cogites: sed *θεὸν* si de defuncto est, vix poterit de illis intelligi titulus. *Vari* mentio etiam obscurior est.

Nescio an potius proscribendum illud Οὔαρον sit ut aliunde illatum, et θεὸν Meletius male legerit; nec novi melius, quam ut Augustus sit *Tiberius*, filii autem sint *C. Caesar Germanicus* et *Drusus*. Sic fere scribendum foret: Αὐτοκράτορα [Καίσαρα Τιβέρι]ον θεοῦ υἱὸν Σεβαστὸν εὐεργέτην, καὶ τοὺς υἱοὺς Γάϊον [Καίσαρα Γερμανικ]ὸν καὶ Δ[ροῦσον] Ἰούλιον Καίσαρα etc. Sed nihil affirmo. In fine fortasse Ὑπαταΐων scribendum.

1775.

Ex titulo, quem Leakius repperit ad Dhamasi prope *Turnavo* (vide n. 1766.), haec mihi misit Müllerus:

Δῆμος ὁ Λαρεισαίων - - - - Δεξίππου, γυναῖκα δὲ Φιλίσκου, Τρυ[.......]ς υἱοῦ, ἱερητεύσασαν Ἰουλίας Ἥρας Σεβαστῆς.

De forma ἱερητεύω cf. ad n. 1603. Iulia, hoc est Livia Augusti, hic sacerdotem habet et *Iuno* est; igitur titulus non antiquior est Claudio Imperatore. V. Lips. ad Tac. Ann. V, 2. ubi de Livia Iunone; cf. n. 313.

1776.

Lamiae (Zeiton, Zeitun, Zeituni); ed. Paul. Lucas Itin. Gr. As. min. etc. T. I. p. 318. n. 52. et ex illo, mittente Bimardo, Murat. T. II. p. DL. 3.

ΗΠΟΛΙΣΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝΛΑΜΙ
ΕΩΝΜΝΑΣΙΛΑΙΔΑΝΠΑΡΑ
ΜΟΝΟΥΦΥΣΕΙΔΕΞΕΝΟ
ΦΑΝΤΟΥΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΤΗΣΕΙΣΑΥΤΗΝ

Dedi Muratorii exemplum, etsi emendatum a Bimardo ut videtur. Luc. vs. 1. ΣΕΒΑΣΤΗΩΝ, vs. 5. ΙΣ p. ΕΙΣ.

Ἡ πόλις Σεβαστηνῶν Λαμιέων Μνασιλαΐδαν Παραμόνου, φύσει δὲ Ξενοφάντου, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτήν.

Σεβαστηνοὶ dicuntur cives urbis *Augustae* cognominatae.

1777.

Ibidem; ex Paulo Luca (l. c. n. 53.), mittente Bimardo, dedit Murat. T. III. p. MDCCLII. 17.

ΘΥΜΑΡΗΣΔΑΜΟΣΘΕΝΕΟΣ
ΔΑΜΟΣΘΕΝΗΣΦΡΟΝΙΚΟΥ

Lucas vs. 1. extr. ΟΕΝΕΟΣ, vs. 2. extr. ΦΡ<Τ ΚΟΥ. Dedi Muratorianum.

Θυμάρης Δαμοσθένεος.
Δαμοσθένης Φρονικοῦ?
Videtur filii et patris epitaphium.

1778.

Triccae (Tricala); ed. Pouquevill. Itin. T. III. p. 32. ex quo litterarum formam repraesento; sed quum ipse titulum continua serie praebeat scriptum et versus distinxerit duobus punctis, ego eum in versus distribui. Minusculis dedit Hughes Itin. T. I. p. 451. qui acceperat a Graeco Psalida: ex hoc quaedam correxi. E Pouquevillio apposuit Osann. Syll. p. 227.

ΦWΤΑΘΕΟΙCΙΚΕΛΟΝCΤΥΓΕΡWΝΙΗΤΟΡΑΝΟΥCWΝ
ΜΟΙΡΗΥΠΑΤΡΕΠΤWΚΙΜΒΕΡΑΤΥΜΒΟCΕΧΕΙ
ΟΝΠΙΝΥΤΗΠΑΡΑΚΟΙΤΙCΑΝΙΗΡΟΝΠΟΟΙΡΑ
ΘΑΨΕΝΑΚΟΙΜΗΤΟΙCΔΑΚΡΥCΙΝΑΝΔΡΟΜΑΧΗ

In Psalidae exemplo nonnulla correxit Hugh. sed ea, utpote ex coniectura profecta, non recepi, nisi a Pouq. firmata. Vs. 1. Psal. στυγερόν, Pouq. quod dedi; ibidem extr. Pouq. ΙΗΠΟΡΑΙΟΥCΙΝ, Psal. quod dedi. Vs. 2. Psal. Κιμβηρα, Pouq. quod dedi; tum Pouq. ΑΤΡΕΠΠW, Psal. quod dedi. Vs. 3. Pouq. ΠΙΝΥΤΕ, Psal. quod dedi. In fine Pouq. ΠΟΟΙΡΑ, Psal. pro hoc ὁδῖτα, quod Hugh. explet scribendo φίλ' ὁδῖτα: possis etiam παροδῖτα. Sed locus videtur aliter sanandus; nam ἀνιηρόν, quod vix ad ὅν referri potest (nisi forte argutius scriptum fuisse ἀνίητον putes), postulat participium, cui id pro adverbio additum sit; pulchreque Os. dedit ποθέουσα. Vs. 4. extr. Pouq. ΑΝΟΛΟΜΑΣ, Psal. quod dedi. Epitaphium est medici: Tricca celebris est medicinâ ex Aesculapii profectâ cultu.

Φῶτα θεοῖς ἴκελον, στυγερῶν ἰήτορα νούσων,
Μοίρη ὑπ' ἀτρέπτῳ Κίμβερα τύμβος ἔχει·
ὃν πινυτὴ παράκοιτις ἀνιηρὸν ποθέουσα
θάψεν ἀκοιμήτοις δάκρυσιν Ἀνδρομάχη.

1779.

Larissae Pelasgiotidis, ad Peneum, in Turcarum coemeterio; ex D. Giraud praebet Spon. Misc. erud. antiq. X, 28. n. 8. p. 331.

ΑΓΑΘΟΚΛΙ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ
ΑΦΡΟΔΙCΙΤΗCΤΡΑΧΗΑC
ΕΤΕΛ . ΕΤΩΝ . . . ΕΠΟΙΗ
CΑΝΟΙΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙ

Ἀγαθοκλ[ῆς]? Μενάνδρου Ἀφροδισι(εὺς) τῆς Τραχήας (Ciliciae), ἐτελ(εύτησεν) ἐτῶν . . . ἐποίησαν οἱ ἀπελεύθεροι.

1780.

Ibidem in eodem coemeterio; ex eodem Spon. l. c. n. 4. Hinc habet Astorius de Alcmanis monum. p. 9. et ex hoc Murat. T. II. p. MXLII. 6.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣΑΓΛΑΩΦΟΝ
ΤΟΣΚΥΖΙΚΗΝΟΣΧΑΙΡΕ

Ἀπολλόδωρος Ἀγλα[ο]φ[ῶ]ντος Κυζικηνός, χαῖρε.

1781.

Qua via *Triccâ* itur ad oppidum Moscoluri s. Mascoluri, secundum Meletium duabus, secundum Pouquevillium tribus a Tricca horis vicus est Μισδάνι s. *Meïsdani*, ubi ecclesia est ἁγίων Ἀποστόλων cum monasterio. In hac ecclesia in cippo expressus eques conspicitur, et super hac imagine est inscriptio, minusculis edita a Meletio Geogr. p. 388. indiscretis versibus; maiusculis, sed versibus aeque indiscretis a Pouquevillio Itin. T. III. p. 86. Divisi in versus arbitrarios non multum discedentes a Pouq.

ΚΟΙΝΤΑΑΦΡΟΔΕΙΣΙΝΤΟΝΕΑΥΤΗΣΑΝΔΡΑΝΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝΑΝΕΘΗΚΕ ΗΡΩΣΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Fundus lectionis est Meletii apographum prorsus intemeratum; Pouq. vs. 1. ΑΦΡΟΔΙ.ΙΝ, vs. 2. post ἀνέθηκε lacunam habet, cui locum reliqui, etsi nihil deest. Ibidem Pouq. ΗΡΟΣ.

Κοΐντα Ἀφρόδεισιν τὸν ἑαυτῆς ἄνδραν μνήμης χάριν ἀνέθηκε. ἥρως χρηστὲ χαῖρε.

Sic haec legenda sunt; quod ex consensu Meletii et Pouquevillii concedet etiam Letronnius, licet in egregio libro Recherch. sur l'Ég. p. 471. alia proposuerit. Ἀφρόδεισιν est Ἀφροδείσιον, quem posuit uxor Quinta: de forma Ἀφρόδεισις vide ad n. 265. 269. 942. et Addenda ad n. 511. Ἄνδραν manifesto in lapide est, vitione quadratarii an residuum ex prisca dialecto Thessalica, quis diiudicet? Τὴν μητέραν habes in epistola hominis plebeii Aegyptii barbare scripta, quae Parisiis in Museo Aegyptiaco asservatur (Peyron. Pap. Gr. P. I. p. 22.). Γυναῖκαν, θυγατέραν est in lapide Olbiae ad Borysthenem.

1782.

Larissae ad Peneum in eodem coemeterio, in quo n. 1779. 1780. Edidit Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 276. n. 9.

ΑΥΓΗΓΑΙΟΝΤΟΝΙΔΙΟΝΑΝΔΡΑ
ΜΝЄΙΑCΧΑΡΙΝ
ΗΡѠCΧΡΗCΤЄΧΑΙΡЄ

Αὔγη Γάϊον τὸν ἴδιον ἄνδρα μνείας χάριν. ἥρως χρηστὲ χαῖρε.

1783.

Ibidem in eodem coemeterio. Ed. Clarkius l. c. n. 1.

ΔΙΟΝΥCΙΑЄΡΜΟΓЄΝΗΝΤ
ΟΝЄΑΥΤΗCΑΝΔΡΑΜΝΙΑC
ΧΑΡΙΝΗΡѠCΧΡΗCΤЄΧЄΡΙΝ

Διονυσία Ἑρμογένην τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα μνίας χάριν. ἥρως χρηστὲ χέριν? Χέριν barbare pro χαίρειν: nisi fuit χέρε.

1784.

Ibidem in eodem coemeterio. Ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 28. p. 331. n. 9. ex D. Giraud.

ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣΕΛΠΙΔΑ
ΤΗΝΑΥΤΟΥΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝ
ΗΡΩΣΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Ἀβάσκαντος Ἐλπίδα τὴν αὐτοῦ θυγατέρα μνείας χάριν. ἥρως χρηστὲ χαῖρε (p. ἡρωΐς χρηστὴ χαῖρε, nisi certe χρηστὴ scribendum, ut n. 1789. At retinet me n. 1786.).

1785.

Ibidem in eodem coemeterio; edidit idem l. c. n. 3. ex eodem. Habet etiam Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 5. p. 61. cum lemmate „Larissae *Zeitoun*". At Zeitoun est Lamia.

ΕΥΒΟΥΛΟΣΕΥΒΟΥΛΟΥ
ΗΡΩΣΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Poc. ΗΡΟΣ.
Εὔβουλος Εὐβούλου. ἥρως χρηστὲ χαῖρε.

1786.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. Spon. l. c. n. 11. ex D. Giraud.

ΑΝΤΙΚΡΑΤΗΣΕΥΚΛΕΙΑΤΗΕΑΥΤΟΥ
ΓΥΝΑΙΚΙΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝΗΡΩΣΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ
ΕΝΕΧΟΜΑΙΜΗΔΕΝΑΕΤΕΡΟΝΤΕΘΗΝΑΙΧΩΡΙΣ
ΕΜΟΥΗΓΩΝΕΥΣΛΟΝΓΙΝΟΣΕΑΝΔΕΤΙΣ
ΕΤΕΡΟΣΤΟΛΜΗΣΗΔΩΣΕΙΕΣΤΟΤΑΜΕΙΟΝ⋇ΑΒΦ

Ἀντικράτης Εὐκλείᾳ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ μνείας χάριν. ἥρως χρηστὲ χαῖρε. ἐνέχομαι μηδένα ἕτερον τεθῆναι, χωρὶς ἐμοῦ ἢ γ[ο]νεὺς Λονγῖνος· ἐὰν δέ τις ἕτερος τολμήσῃ, δώσει ἐς τὸ ταμεῖον δηνάρια ͵βφ'.

Cf. ad n. 1784. Non intelligo istud ἐνέχομαι; hoc enim est *teneor*; sed desideratur ἀπαγορεύω vel simile. Ἢ γονεὺς Λογγῖνος soloece constructum. Vs. 5. ultimum A nihili est; fuit Z, siglum numeris praemitti solitum, ut in Smyrnaeo titulo sepulcrali Alexandri Alexandri f. ⋇ΖΒΦ. Denarii MMD solita est multa in hac re; vide Smyrnaea.

1787.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 5. ex eodem. Inde habet Astorius de Alcman. monum. p. 9. et hinc Murat. T. III. p. MDCCXVI. 10.

ΝΙΚΗΦΡΟΣ
ΕΙΣΑΓΟΡΟΥ
ΗΡΩΣΧΑΙΡΕ

Astor. ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ, ex coniectura. Mur. falso ΗΕΡΩΣ. Νικήφ[ο]ρος Εἰσαγόρου, ἥρως χαῖρε. Fuit credo Φ.

1788.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 1. ex eodem. Inde habet Astorius l. c. p. 8. et ex hoc Murat. T. II. p. CMLXVIII. 3.

ΟΝΗϹΙΜΟϹΟΝΗϹΙΜΟΥ
ΙΑΤΡΟΥΥΙΟϹΧΡΗϹΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Male Astor. ΧΡΙΣΤΕ; Mur. recte.
Ὀνήσιμος Ὀνησίμου ἰατροῦ υἱός, χρηστὲ χαῖρε.

1789.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 6. ex eodem. Hinc habent Astorius de Alcman. monum. p. 9. Fleetwood Syll. p. 203. 1. Ex Astorio Murat. T. III. p. MDCCXXII. 15.

ΠΑΡΑΜΟΝΗΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥ
ΓΥΝΗΔΕΘΡΑΣΩΝΟΣ
ΗΡΩΣΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

Astor. Mur. ΠΑΡΜΟΝΗ. Παραμόνη Παρμενίσκου, γυνὴ δὲ Θράσωνος, ἥρως χρηστὴ χαῖρε. Cf. ad n. 1784.

1790.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 10. ex eodem Giraud.

ΛΑΙΝΑΜΕΜΜΙΟΝ
ΣΥΜΦΩΡΟΝΤΟΝ
ΕΑΥΤΗΣΑΝΔΡΑ
ΜΝΕΙΑΣΧΑΡΙΝ

Λαῖνα Μέμμιον Σύμφ[ο]ρον τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα μνείας χάριν.

1791.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 7. ex eodem.

ϹѠΤΙΑϹϹѠϹΘЄΝΗ
ΤΟΝΓΛΥΚΥΤΑΤΟΝ
ΜΟΥΑΝΔΡΑЄΚΤѠΝ
ЄΑΥΤΟΥΜΝЄΙΑϹΧΑΡΙΝ

Σωτιὰς Σωσθένη τὸν γλυκύτατόν μου ἄνδρα, ἐκ τῶν ἑαυτοῦ, μνείας χάριν.

Sponius ἐκ τῶν ἑαυτοῦ vertit *ex mea pecunia*; id reprehendens Leichius in Mencken. Misc. Lips. nov. T. I. p. 477. vult *ex ipsius* (viri) *pecunia*. Sed ita debebat αὐτοῦ esse; ac ne hoc quidem commodum est. Potius ἑαυτοῦ licentius est pro ἑαυτῆς, et hoc noto usu pro ἐμαυτῆς, i. q. ἐκ τῶν ἰδίων.

1792.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 2. ex eodem. Ex Sponio dederunt Fleetwood Syll. p. 202. 5. Astorius de Alcman. monum. p. 8. Ex Astorio Murat. T. II. p. MLII. 7.

ΥΑΚΙΝΘΕΛΑΡΙΣΑΙΩΝ
ΔΗΜΟΣΙΕΗΡΩΣ
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ

Astor. ΧΡΙΣΤΕ; sed Mur. recte.
Ὑάκινθε, Λαρισαίων δημόσιε, ἥρως χρηστὲ χαῖρε.
Δημόσιος est *servus publicus*.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Praeter operarum vitia complector hoc loco quae ipse mutanda intellexi et quae schedae doctorum vel libri post impressas plagulas oblati attulerunt, ita tamen ut si quid iam in progressu operis correxerim, eo remittam lectorem; postremo ex peritorum censuris potissima refero. Et in schedis quidem principem locum tenent variorum virorum collectanea, quae mihi *Köhlerus* Petropolitanus, vir eximius, sero misit: has schedas ut plurimum Köhlerianas dico, quod a quo quaeque scriptae sint, nescio: pars tamen est a Fauvelio profecta, manuque eadem scripta, qua schedae a St-Martino missae. Et Fauvelio quidem deberi apographum omnibus locis annotavi, ubi de ea re constabat: ceterum etiam reliqua prope omnia videntur ab eodem esse, qui fere solus hanc inscriptionum molem partim reconditissimarum sibi comparare potuit: sunt autem haec apographa ex parte multo vetustiora quam quae prius habuimus. In ipso opere condendo hae copiae mihi praesto fuerunt inde a n. 1538. iis vero, quae ad prius excusa pertinent, ita usus sum, ut si quid novi afferrent, annotarem, et integras, quas nondum habueram, inscriptiones, in his aliquot summi pretii, iis locis adderem, ubi addidissem, si oblatae maturius essent: ubi nihil novi praestiterunt illae chartae, eas omnino non nominavi; id quod maxime in iis inscriptionibus evenit, quae ex schedis St-Martini editae sunt, ut n. 108. Inter libros imprimis memoro tabulas *Claraci*, quibus titulos Musei Parisini complexus est Comes illustrissimus: his quod a n. 245. demum in ipso opere uti licuit, ad priores inscriptiones annotavi, quidquid in illis scitu dignum vel memorabile repperi. *Osanni* vero Sylloges eam partem, quae est inde a p. 273. accepi, quum opus circiter ad n. 580. perductum esset; *Rosii* librum, cui index „Inscriptiones Graecae vetustissimae" (Cantabr. 1825. 8.) inde a n. 1102. tractare licuit: ex utroque addidi ad priores inscriptiones ea, quae recepissem in opus ipsum, si libri tum iam editi fuissent; qui autem tituli ab illis post impressas nostras plagulas editi sint, ubi nihil ex illorum operibus addendum videtur, non refero. Tomo primo autem iamiam ad exitum perducto *Carolus Vidua*, Comes illustrissimus, per Alexandrum Humboldtum misit mihi „Inscriptiones antiquas in Turcico itinere collectas" (Paris. 1826. 8.): ex quo libro Atticis quaedam addidi. E censoribus *Koppius*, vir rei palaeographicae peritissimus, aliquot inscriptiones etiam in aliis libris praeter eos, quos citavi, excusas esse docuit: quorum quos de industria omisi, eos ne nunc quidem annoto; unus ex iis me latuerat invitum, quo usus ad n. 26. sum. De *God. Hermanno* vide Praef. §. V. Praeterea et in Praefatione et in his Addendis conscribendis grato animo usus sum et aliorum monitis et imprimis *Maur. Meieri, Odofr. Mülleri, Schömanni*; qui quum in censuris suis optime docuerint, et quomodo ego in titulis tractandis versatus sim, et quomodo tractari haec materia debeat, aliquoties illorum verba mea facere non dubitavi. Alias censuras sero vidi, ut *Lennepii* et *C. Fr. Hermanni*, iuvenis docti, illam in nova bibliotheca critica, hanc in Annalibus Heidelbergensibus: itaque his raro usus sum, ut C. Fr. Hermanni mentionem feci ad n. 32. et 72. Ceteris locis ubi Hermanni nomen posui, dico litteratorem Lipsiensem celeberrimum.

N. 1. p. 2. Huius tituli interpretationem uberius defendi Praef. §. IX. Initio explicationis, ne quis pro Λητοῦς υἱέ exspectaret Λητοῦς καὶ Διὸς υἱέ, monui Λητοῦς υἱέ esse idem quod *vulgo* apud poetas „Λητοΐδης s. Λατοΐδας": unde adversarius p. 86. me Doricum Λατοΐδας vulgato Λητοΐδης explicuisse finxit.

N. 3. p. 6. *a.* Dubitationem de fide columnae Nanianae, postquam ipsam Venetiis lustravit, candide retractavit Thierschius Gr. Gr. Hom. ed. III. p. 19. (cf. ibid. p. 51.) et in Itin. Ital. T. I. p. 268. Nulla inscriptio certioris est fidei; nec merito eam suspectam habet etiam Rosius p. 329.

N. 4. p. 11. *a.* 10. scribe *Atticam*. Ibid. quae de *demiurgis* dixi, iis adde n. 1193. 1542. et nott. Mox *b.* 19. lege 57. (pro 37.), et *b.* 14. *a fin.* scribe: „addendum certe pretium pactum *erat*". Disputationi de proxenia adde dicta in Introd. Boeot. cap. I. extr. Ad interpretationem tituli (p. 11. *b.*) Meierus bene monet „donationem legitime apud magistratus fieri; δόσιν enim grammaticis auctoribus esse ὅταν τις τὰ αὑτοῦ διδῷ τινι διὰ τῶν ἀρχόντων". Idem Saotin censet *virum* fuisse, quod *testamenti factio* prisca aetate ne Romae quidem competierit mulieri, licet Ciceronis saeculo competierit mulieri sui iuris. Credo tamen meam sententiam p. 12. *a.* explicatam stare posse.

N. 5. p. 12. Viri, qui hominem inter eos constitutum invadunt, sinistra tenent vaginas gladiorum; ut hos ex illis modo exsertos esse putes: ceterum *gladii iam exserti sunt,* quos *exseri* in lemmate dixi, propterea quod actionem eam respexi, cuius eventum repraesentat imago: prope nihil interest, utrum illud an hoc dicas, nec quidquam alterutrum ad interpretationem tituli pertinet, quippe qui explicari omnino nequit. Multum tamen interesse putat Hermannus, qui praeterea illum, qui gladiis petitur, non *supplicem,* sed *exterritum* esse dicit; ego cum Hirtio supplicem dico eum, qui alteram

manum versus sinistrum, alteram versus dextrum aggressorem protendat: simul eum exterritum esse quis neget? Porro in vase hoc Dolonem repraesentari, quem invadant Diomedes et Ulysses, Hermannus negat; mediam enim figuram, contra quam apud Homerum, esse inermem (hoc monueram ipse), nec pelle lupina sed pallio tectam: deesse Ulyssis et Phrygis notas; nullum haberi scenae Homericae vestigium; nec figurarum positum eo referri posse. Hirtius noster etiam post Hermannum in eo perstat, quod in opere Hamiltoniano dictum est; ac sane figurarum positus convenit in duos illos heroes Dolonem aggredientes, exploratorem vero inermem repraesentari omnino consentaneum est; nec quod ab Homerica narratione quaedam discrepant, mirari potest qui artificum norit licentiam. Equidem de hac interpretatione modeste dubitavi; hypothetice tamen tentavi explicationem inscriptionis, eamque ipse reieci. At Hermannus confidenter pronunciat Orestis et Pyladis in Aegisthum impetum repraesentari; nec tamen illi haec sententia minime demonstrata profuit quidquam ad titulum interpretandum; nihil quidquam potuit huc referendum extricare, sed ut ego titulum ex alio vase male transcriptum dixit. Totus incubuit in hoc, ut in meis praeter ea, quae ipse reprehenderam, reprehenderet etiam alia; sed falso omnia. Primum enim πεπτοιηκὼς a Buttmanno perperam formatum esse dicit contra ipsius grammaticam ampliorem T. I. p. 322. idque eum videri passive accepisse pro ἐπτοημένος, ad Dolonem relatum. His respondet Buttmannus his verbis: „Formam πεπτοιηκὼς in obscuriori aliqua dialecto usurpatam suspicabar eadem et forma et sensus ratione, qua eiusdem stirpis verbum πεπτηώς in Homerica: de quo tamen nihil monebam, certus mentem meam neminem fugere posse, de indigno viris ioco securus". Dein adversarius non intelligit, quid sibi velint verba mea: „Nec tamen aptum illud δὶς videtur: certe si Homerum contuleris, etiam melius poterat τρὶς dici, vel etiam τετράκις". Quippe δὶς πεπτοιηκὼς ex Buttmanni sententia est *bis perterritus*; id mihi non placuit, quod in continua actione terrores numerari videbatur ludibundum: sin numeres Dolonis terrores, videtur saepius quam bis perterritus ex Homerica narratione Iliad. κ, 341-455. semel quando ἔστη δοῦπον ἀκούσας vs. 354. tum fugiens vs. 357. tum ubi de eius tremore refertur vs. 374. 390. Sed me his rebus nihil tribuere sponte patet. Porro pro ἐπάσατο Hermannus postulat πάσεται: male: nam qui Dolonem in eo esse videbat, ut occideretur, non *nacturum* illum mercedem, sed *nactum* intelligebat: iam enim pro nullo censendus est. Praeterea πεπληγὼς passivo sensu recentioris usus esse dicitur: vere: sed quidni id antiquitus iam in aliqua dialecto extiterit? Ita censet etiam Buttmannus. Postremo ne de caesura κατὰ τέταρτον τροχαῖον dicam, quam ne adversarius quidem mihi obiicere ausus est, reprehenditur hiatus νυ ἐπάσ. Hiatum me aegre ferre ipse satis scit Hermannus: neque ille me latuerat; sed paenitebat in ignoti hominis versiculo de hiatu admisso dicere vel verbulo, multoque magis eum cavere. Cf. Praef. §. XI. Denique quod profecit Hermannus, hoc est: τοῖόν (vel τοίων) νυ ἒ πάσατο, quod tantum quantum nihil.

N. 6. p. 13. Sigillum Polycratis adhuc manere in Nanianis, docet Thiersch. Itin. Ital. T. I. p. 266. Hirtius tamen monet quo tempore Naniana monumenta ipse viderit, non id in illis affuisse.

N. 8. p. 14 sqq. Epistolae Bentleianae, quae in lemmate affertur, exemplum Britannicum in Burneii collectione epistolarum Bentleii extat, unde repetierunt et alii et Friedemannus, apud quem est p. 212 sqq. Sigeensem inscriptionem quod dixi recentioris aetatis fetum esse, probavi Buttmanno, Maur. Meiero, Odofr. Müllero, Schömanno, Welckero; ex quibus viris duo historiae artium, ex qua argumenta petii, sunt peritissimi. At magno conatu mea impugnavit Hermannus non modo p. 37. sed prolixa commentatione p. 190-219. quam eadem fere rerum serie servata sed brevius percensere coactus sum: etenim me et quaedam omisisse contendit ab aliis collata, et male disposuisse argumenta, nec demonstrasse id quod volebam, nec recte verba inscriptionis explicuisse. Omisi igitur Dawesium Misc. crit. p. 121 sq. cum notis Burgessii p. 423 sq. Toupium Em. ad Suid. T. II. p. 367 sq. cum notis Porsoni T. IV. p. 481. Quae mihi cognita fuisse, p. 21. a. certe ex parte docet, ubi attuli Theoph. Schneideri libellum de dial. Sophocl. p. 47. qui disputat contra Dawesiana: quin in ipso lemmate dixi me *alios omittere*. Cur vero tantorum virorum omisi nomina? Nempe Dawesius pauca et hodie trita ad exemplum male fidum notavit: Toupius similiter pravo usus apographo falsam protulit coniecturam, quam Porsonus ex lapidis scriptura tribus verbis refutat; haec tacui, quod ipsa lapidis scriptura supervacuam Toupii et Porsoni mentionem reddebat; Burgessii vero notulam non putabam cuiquam fraudem facturam: nunc tandem Hermanni causa de ea disputandum infra erit. Insignem autem in ordine disputationis meae reprehendendo importunitatem reprimet brevissima huius ordinis adumbratio ab Hermanno parum perspecti. Primum *externa* et ad *universum* monumentum pertinentia considerans quaero, cur idem in eodem lapide bis scriptum sit, et quod huic rei coniunctum est, uter titulus sit vetustior: quae expositio me p. 17. *a. med.* eo iam deducit, ut tituli antiquitatem affectatam habeam; alterum argumentum promitto me ad §. 1. allaturum: tum de palaeographicis et dialecti ratione dico. Mox ad *singula* accedens, per quattuor §§. diviso titulo, in unaquaque parte *interpretationi* addo ea, quae possint ex ea parte ad *iudicium* de tituli aetate ferendum peti. Et §. 1. quidem quod supra promiseram, alterum argumentum affero, simul significans esse hoc non primum, sed alterum, ubi p. 19. sub fin. *titulum ipsa repetitione suspectum* dico; id quod ad primum refertur argumentum: ut videas iniuriose fingi, prioris me ar-

gumenti ibi oblitum esse. Similiter §. 2. extr. post explicata verba e delectu vocabulorum nimis diligenti et grammaticum redolente meum confirmo iudicium; §. 3. verba tituli affectatae simplicitati prorsus congruere noto; postremo §. 4. quod hic primum artifices nominantur, de Proconnesia horum origine coniecturam propono et ex artis et artificum historia meae sententiae quaero patrocinium. Appendicis loco de Bentleiana ratione dixi. Sic unice ordinanda materia erat, ne lectori iudicium meum obtruderem, antequam ad ea pervenisset, unde petitum iudicium est: sed ut conferret lector ea, quae simul consideranda essent, neve eadem bis dicerem, ubi opus erat ad alias disputationis partes remisi; quod nemini non conceditur me excepto. Sed pergo ad ea, quae de ipso titulo et interpretando et iudicando prolata sunt.

Primum quae p. 16. *a.* de Chishullo et Bentleio dixi, impugnantur; in qua disputationis parte ex Bentleii verbis rettuli, noluisse illum *inferiorem* titulum *antiquiorem* et primitivum esse; nam *neminem tam inepte facere potuisse, ut immenso superiori spatio relicto primitivam inscriptionem infimo prope loco poneret.* At Hermannus ex me refert, *Bentleium non intellexisse, cur tantum inter utramque inscriptionem spatium relictum esset, nec quemquam tam stultum futurum fuisse, ut potiorem inscriptionem infimo loco apponeret.* Sic statim in introitu commentationis nescit, quae agatur res: longe aliud ego dixi, longe aliud ex me rettulit; non de *potiore* titulo dicitur, sed de antiquiore; non de *spatio inter utrumque relicto*, sed de *spatio lapidis superiori universo relicto ab eo, qui inferiorem titulum,* ubi hic antiquior habeatur, *infimo loco apposuerit.* Accedit quod inter utramque inscriptionem non est magnum spatium relictum. Sed quae mihi obiiciuntur in hoc disquisitionis loco, duo sunt. Alterum est, quod Phanodici protomen lapidi impositam fuisse sumam sine demonstratione: posse enim etiam δῶρον sive ἀνάθημα ad Φανοδίκου εἰμὶ intelligi, non solum εἰκών, contra quam dixerim adversus Bentleium (p. 22. *b.*): ut in epigrammate ap. Pausan. V, 8. Λαοδίκης ὅδε πέπλος, et ap. Herodot. I, 51. Λακεδαιμονίων: immo proprie nihil suppleri oportere. Concedo hunc genitivum ad dedicantem relatum, ubi nulla sit ambiguitas: nihilominus *nexus orationis*, quamdiu quid impositum fuerit nescimus, sponte eo deducit, ut ille genitivus ad imaginem referatur, quae fuerit imposita. Neque vero hoc argumento usus imaginem fuisse impositam statui, sed quod foramen superest inserendae protomae inserviens (vide lemma p. 14. et p. 18. *a.* extr.). ,,At hoc ipsum falso collectum est; verba Φανοδίκου εἰμὶ possunt vel hoc solum significare, esse hoc *sepulcrum Phanodici*; potuit illi foramini alius tantum lapis insertus esse, cui insisteret aliquid, sigillum numinis, vel ille crater cum colo et hypobathro; quae omnia quum pro una re censerentur, potuit singulari numero εἰμὶ dici." Minime vero. Nam ut taceam, quam hoc absonum sit talem lapidem et titulum habere pro sepulcralibus: lapis ubi lapidi inseritur per commissuram (ἁρμόν), commissura elaboratur angularis, non rotunda, quale illud foramen est; ac si alius esset lapis impositus, non poterat is quidquam esse nisi cymatium: cymatio vero si pilam ornare voluisset artifex, non elegisset alium lapidem, sed in ipsa id pila expressisset. Itaque rotundum quiddam insertum pilae erat; huic rotundo autem nec crateris hypobathrum apte imponi potuit nec sigillum numinis; nisi forte aereum dices sigillum fuisse, cuius basis inserta foramini esset: sed quantulum fuisset hoc sigillum basi insistens trium digitorum diametrum habenti, idque in lapide tam amplo positum? Quare protomen per cylindrum infixam lapidi iudicavi, ut vulgo fit. Eadem docet Müllerus his verbis: ,,Quicunque inscriptionem infra scriptam legerit, *Ego sum Phanodici, et ego Sigeensibus craterem dedi,* sponte intelligit, Phanodici personam repraesentari. Hanc vero imaginem fuisse protomen, quae ope rotundi foraminis adhuc conspicui infixa erat, apertum est: protome cum pila formabat Hermam, cuius generis plurimi extabant. Quin latitudo lapidis (1′ 6″) et crassitudo (supra 10″) tales sunt, ut thorax humanus solitae mensurae insidere potuerit; quapropter lapis supra non habet cymatium, quod ex eodem saxo caesum fuisset, si adesse id voluissent. Unaquaeque alia ratio imaginem collocandi solidus fuerit Soloecismus vel potius Alabandismus artificis." Alterum autem, quo petor, telum est illud, quod Chishullus ministravit: qui superest lapidem alii fuisse impositum; nisi enim hoc statueretur, inferiorem inscriptionem ut primitivam male infimo esse loco positam; ceterum ob tenuitatem lapidis hunc Hermannus ad parietem putat collocatum fuisse. At sive in pariete positus lapis fuit sive secus, protome, quam impositam fuisse docuimus, cum lapide constituit Hermam; Herma vero non imponitur basi, nimisque alte posita imago fuisset, si magnus ille lapis alii fuisset lapidi ita impositus, ut inferior inscriptio ori legentium admoveretur propius. Quare erratum a lapicida statui in inferioris tituli loco eligendo; dein proportionis causa additum esse superiorem titulum, et ut tamen aliquid inesset discriminis, hominem grammaticae studiosum formas litterarum, dialectum et verba aliquot variasse; alia omissa esse, quod ceteris repetitis esset iam consilio satisfactum. Coniectura haec est, fateor; sed si eam non demonstratam logice esse Hermannus docet, non videtur aestimare, quid intersit inter demonstrationem et coniecturam, quae excogitetur, ut ea concilies, quae demonstrata prius sint. Neque enim expediri res sine coniectura potest, nec coniectura non est probabilis. Nam errant haud raro vulgares operae, quibus utuntur etiam artifices; atque ut concedamus, ut nos rem proposuimus, vitium esse vitio correctum: tam ludicrus est universus Sigeensis titulus, ut illius auctori etiam ille lusus sine temeritate possit tribui. Anne vero huiusmodi lusus sine exemplo est? Nonne va-

riis litteris lusit Archedamus (n.456.)? Nonne Herodes illusit marmoribus suis? Nonne n. 1759. nihil potest nisi antiquarii lusus esse? Quod superest, quoniam in spatiorum ratione magna huius quaestionis pars versatur, id quoque quaesitum est, quomodo factum esset, ut apud Chandlerum inscriptiones eo essent loco collocatae, ubi apud nos, Chishullus autem super titulo superiore nullum, sub inferiore maius reliquisset spatium. Nempe quod Chishullus monumentum falso delineatum praebuit, ideo id ex Revetti pictoris tabula iterum repraesentavit Chandlerus; pictoris vero in tali re summa est auctoritas, a qua non licet nobis recedere.

Superiorem inscriptionem post Phanodici obitum posse additam esse negavi p. 17. *a.* quod non tantum iuris cuiquam in alieno esset monumento, ut quod liberet adderet. ,,At monumentum in potestate Sigeensium fuit'', inquit; ,,ii certe post Phanodici fata potuerunt inscriptionem addere, ut potuerunt prorsus delere, si causa fuerit delendi''. Equidem illi argumento, quo sublato non mutatur mea sententia, non multum tribui; neque eam firmabo sanctitate monumentorum exponenda, etiam diris subinde aucta: sed si monumenti collocationem Sigeenses concesserunt Phanodico, potuerunt quidem id tollere revocata concessione, nec tamen ideo in eo ex arbitrio quae vellent mutare. ,,Verum probabilius est, inferiorem inscriptionem in prytaneo obtectam structura aliqua esse: itaque eius argumentum in superiore parte repetitum postea est, tertia persona pro prima §. 2. assumpta, omissis iis, quae iam non convenirent, usurpatis litteris novis, quae tum usitatae erant, dialecto recepta Ionica, ab uno fortasse ex Phanodici posteris utpote Ionico''. Quasi vero haec sententia eas tollat difficultates, quae me ab illa probanda deterruerunt. Nam si quis inferiorem titulum in conspicuum transferre locum voluisset, non fuisset causa quidquam mutandi, ne primam quidem personam in tertiam (§. 2.); verba §. 3. tum tandem omitti poterant, si ad Phanodici personam, non ad imaginem referebantur: sed ea ad imaginem referri infra demonstrabitur; postremo cur Aesopi et fratrum memoria neglecta fuerit, quum praesertim spatium universo titulo repetendo suppeteret? Quae quum me offenderent, et quum et lusum grammaticum deprehendere in his titulis comparatis mihi viderer, et cum progressu artium non conciliare hoc monumentum possem, si id priscae tribueretur aetati: utramque inscriptionem fere simul exaratam ea aetate putabam, ,,qua prisca scriptura Attica *pridem* exoleverat, et Simonidea dudum recepta erat''. Haec aetas fere Alexandrina est; nam prisca Attica scriptura exolevit demum Olymp. 94. Alexandrina vero aetate doctos indulsisse lusibus litterariis et grammaticis, num demonstrandum demum est? num non satis id testantur alae, arae, secures? Tamen etiam adversus hoc disputatur, quod Phanodicum ipsum dixerim utraque dialecto, et Ionica et Attica, in his duabus inscriptionibus usum esse: sed ex iis, quae de hac re notantur, ob id ipsum, quod eam lusui et affectationi tribuo, nihil quidquam meam disputationem tangit, nisi hoc: ,,Si talis lusus in titulo diversa et dialecto et scriptura repetendo non conveniat aetati septem Sapientum, quod is stultus sit, non magis eum convenire ulli aetati: neque illam aetatem adeo posse sapientem haberi, qua septem tantum Sapientes numerati sint''. Quod doleo a viro clarissimo scriptum esse. Nam primum ea aetate, quam paulo liberius usque ad Simonideas litteras prolatas computavi, non potuit in dialecto varianda ludi, quod tum grammaticen non exercebant docti, neque illis dialectorum varietas doctrinae ostentandae materiam praebebat; at Alexandrino saeculo, florentibus grammaticorum studiis, maioris momenti fuit dialectorum ratio iamiam exolescentium, et potuit aliquis in hac re peritiam antiqui usus monstrare. Quis vero sine summa arrogantia spernere aetatem septem Sapientum possit, virorum prudentia civili et simplici sapientia insignium fecundissimam? quis, qui sciat, quo casu septem Sapientum nomen inclaruisse feratur, non plures quam septem tum prudentes et sapientes viros numerari potuisse contendat?

P. 17. *a. sub fin.* accedo ad palaeographica, quae moneo *non obstare*, quominus uterque titulus putetur recentiore esse aetate scriptus: immo superiorem certe titulum sola affectatione esse βουστροφηδὸν exaratum; quo enim tempore Ionica litteratura recepta fuerit, non usitatum fuisse hoc scripturae genus. Igitur non quidquam pro mea de *universo* monumento sententia collegi ex his palaeographicis; nec refello, quae adversus aliquid dicuntur, quod ego non dixi: sed in ea luce litterarum, quae Simonidem, Pindarum, Ionicos scriptores et philosophos viderit, qua multi iam extiterint scripti libri, antiquata saltem scripturae rudimenta fuerint, secundum quae versus ducebantur βουστροφηδόν. Hoc qui negat, eum argumentis uti oportet, vel potius exemplis.

Ad §. 1. male dicor *collegisse*, lapidi esse imaginem impositam. Sane interpretationem ita proposui, ut ea conveniret sententiae de imposita imagine; unde posthac dico: *imposita igitur imago fuit*: nec paenitet me huius rationis initae, in qua omnia prorsus congruunt; ceterum imaginem impositam fuisse patebat iam ex ipsius lapidis condicione, ut statim in lemmate dixeram: idque paulo ante satis defensum est. Diutius singulis quibusdam rebus prorsus putidis immorari cogor. Nam p. 18. *b.* variis opinionibus pertractatis hoc dico *superesse*, ut Phanodicus ipse suam imaginem dicarit, vel id posuerint defuncto propinqui; sed statuo prius, quod *stilus* monumenti non sepulcralis sit. Stilum hic docetur pro *argumento* me dixisse: quod mihi non in mentem venit. Stilus enim praeter alia in *formulis* cernitur, ut curiali, quem vocant, stilo certae formulae propriae habentur: sic sepulcralia monumenta aliis, donaria aliis formulis insignia sunt. At in Sigeensi lapide non reperio epitaphiorum *for-*

mulas; igitur *stilum* dixi non sepulcralem: et hinc colligo titulum non esse sepulcralem, sive non esse sepulcrale argumentum. „At non hoc *superest*, ut Phanodicus suam dicarit imaginem; hoc debebat primum esse, *quum hoc diserte in lapide scriptum sit*". Lego relegoque titulum, neque id invenio in lapide. Scilicet post verba *Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκοννησίου* additur: *κἀγὼ κρατῆρα κἀπίστατον καὶ ἠθμὸν ἐς πρυτανεῖον ἔδωκα μνῆμα Σιγειεῦσι*: et ex hoc additamento a viro acutissimo *collectum* est, quod *scriptum* in lapide dicit, Phanodicum ipsum hoc monumentum posuisse. Sed ego, quomodo id inde colligatur, non percipio. Nam his verbis is, cuius imago cernebatur, sua de Sigeensibus merita proponit: num tamen ideo ipse haec scripsisse, ipse monumentum hoc condidisse censendus est? Nonne alius eum prima persona loquentem facere potest? Evolve titulos; haud rara reperies exempla, ubi *defunctus* suas praedicet virtutes prima loquens persona: anne igitur *defunctus* sibi posuit monumentum, sibi epigramma, quo praedicatur, inscripsit? Anne Thesmophanes puer scripsit et posuit versus n. 956. Iconius versus n. 942.? Sed quid exempla congeram rei notissimae?

Impugnatur deinceps altera causa, ob quam de tituli vetustate dubitavi: et primum vapulo, quod non dixerim hanc esse alteram; quam iniuriam supra repuli. At deseruerat me Hermanno iudice illa mea antiquitatis cognitio, quum scribebam haec: „Simplici illa aetate nulla civitas immodicam hanc latura arrogantiam erat, ut, quod hodie reges faciunt, privatus imaginem suam publico donaret, vel ea publice ponenda vanam sibi gloriolam quaereret". Amasis enim *multas* imagines ipsum repraesentantes *hunc in usum* donavit (Herodot. II, 182.). Quae quidem Amasidis dona mihi probe nota (v. Explicatt. ad Pind. p. 172.) in Sigeensis lapidis tractatione omisi sciens. *Tres* Amasis ipsum repraesentantes imagines in Graecis civitatibus collocavit; nam Lindi posita Minervae fuerunt simulacra: Cyrenis, unde eius uxor, posuit Minervae imaginem et in tabula expressam suam, quam tabulam, ut illud Minervae simulacrum, et prope hoc, in templo positam esse, sponte patet; Sami in Iunonis duas ipsius imagines posuit, ut hospitis sui Polycratis deam veneraretur. Non igitur in publico Amasis statuas proposuit Graecis in civitatibus, sed *religionis causa in templis dicavit*. Nec quid rex Aegyptius fecerit, quid huic licuerit, ad Phanodicum pertinet; de Graecis et privatis dicendum fuit. Itaque dixi de Themistocle: sed hic quoque suam imaginem in templo *dicavit*, nec sine invidia; quae etiam Phidiam et Periclem invasit (Plutarch. Pericl. 31. non 32. ut p. 19. *b*. 14. excusum est). Memoratis deinceps Bupalo et Anthermo (vel potius Athenide, ut nunc rectius eum vocant) Theodorum Samium concessi sese ex aere fudisse: cuius imago quod Plinio auctore tribus laevae manus digitis quadrigulam tenuerit tantae parvitatis, ut totam eam cum curru et auriga alis tegeret musca simul facta, hinc ab Hermanno colligitur tanta illa aetate statuariae perfectio fuisse, ut quae de artium progressu dixerim, falsa sint habenda. At primum a me non de solo agitur artificio: nego tum iam moris fuisse, ut exigui meriti causa imago viri in publico collocaretur. Cum hoc non pugnat sigillum Theodori, quod hic vel *domi habuerit* vel *dicarit in templo*; etiam alienius vero a nostra re sigillum Polycratis est (n. 6.), quod nemo pro Polycratis potest imagine habere: quamquam huius quoque mentio facta nescio quamobrem. Deinde, ut etiam de artis perfectione, quae illa aetate esse potuerit, dicam, harum rerum periti ab eadem qua ego sententia stant, neque istam muscam et quadrigulam patiuntur sibi fraudem facere: quam quadrigulam non potuisse a Theodoro elaboratam esse, apertum iudicabam; quare ne verbo quidem de ea re dixi: immo recte Meyerus Hist. art. T. II. p. 25. et Müllerus Aeginet. p. 99. universam illam imaginem abiudicarunt Theodoro. Neque ego aliter censeo aut censui, licet Theodorum sese ex aere fudisse concesserim et adhuc concedam: rudis enim Theodori ars fuit, certo auctore Pausania X, 38, 3. ubi de eius loquitur opere; nec quod Polycratis ille annulum scalpsit, ideo is opus adeo subtile fecisse putandus est. Sed nunc mea de ista imagine sententia, quam texi donec provocarer, uberius explicanda est. Antiqua, credo, imago exstiterat Theodori ab ipso ex aere fusa; at haec non fuit illa, quam dicit Plinius his verbis: *Theodorus, qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex aere fudit, praeter similitudinem mirabilem fama magnae subtilitatis celebratus. Dextra limam tenet, laeva tribus digitis quadrigulam tenuit, translatam Praeneste, tantae parvitatis, ut totam eam currumque et aurigam integeret alis simul facta musca.* Quid enim si haec imago Theodorum quidem referebat, utpote os eius ex antiquo sigillo expressum praebens exacte, sed recentius facta erat, quod artifex quidam muscam et quadrigulam potissimum a sese elaboratam repraesentare vellet? Quod si volebat, non potuit aptius facere: finxit statuarium inventis clarum Theodorum, cuius imaginem ex sigillo antiquo norat, limam tenentem, et altera manu illam quadrigulam, quam ostentare artifex volebat. Ipse vero artifex qui fuerit, probabiliter ostendetur. Nempe Plinium constat ex variis fontibus sua corrasisse sine iudicio: qui quum Praeneste sciret quadrigulam illam et muscam esse, quum praeterea ex Theodori imagine eam desumptam esse nosset legissetque Theodorum sese ex aere fudisse, temere collegit, eam imaginem Theodori, ex qua deprompta illa quadrigula erat, ab ipso Theodoro una cum musca et quadrigula factam esse. At rursum aliis locis servavit nobis artificem illius quadrigulae: H. N. XXXVI, 4. extr. *Sunt et in parvis marmoreis famam consecuti, Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis musca, et Callicrates, cuius formicarum pedes atque alia membra pervidere non est*: ubi quod Plinius opus marmoreum dicit,

error compilantis est; ex marmore enim tale opus omnino fingi nequit. Melius ipse eburneum dixit VII, 21. *Callicrates ex ebore formicas et alia tam parva fecit animalia, ut partes earum a ceteris cerni non possent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, a quo quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis, fabricatam, et navem, quam apicula pinnis contegeret.* Eandem materiam significat Varro de L. L. VII (VI), p. 281. Speng. *Ut enim facilius obscura opera Myrmecidis ex ebore oculi videant, extrinsecus admovent nigras setas.* Ac sane potuit aereo sigillo eburnea quadrigula et musca inter digitos apponi: quamquam idem artifex fortasse etiam ferream fecit vel aeream, quae illi imagini addita esset; et potuerunt plura eiusdem opusculi exempla e variis materiis fabricata extare. Schol. Dionys. Thrac. Anecd. Bekk. T. II. p. 651. Μικροτεχνία ἐστὶν ἧς τὸ ἀποτέλεσμα βραχύτατόν ἐστιν, ὡς ἐπὶ Μυρμηκίδου (sic recte Osann. ad Apulei. min. p. 78.) τοῦ Ἀθηναίου καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου. οὗτοι γὰρ ἐποίησαν σιδηροῦν ἅρμα ὑπὸ μυίας ἑλκόμενον καὶ τῷ πτερῷ τῆς μυίας καλυπτόμενον. Theodosius Gramm. p. 54. ed. Göttling. ψευδοτεχνία δέ ἐστιν ἡ τῶν τερατοποιῶν, ὡς ἐπί τινος ποιήσαντος χαλκοῦν ἅρμα καὶ ἀναβάτην ἑλκόμενον ὑπὸ μυίας. Non nunc quaeram utrum Callicrates et Myrmecides coniuncti artem factitarint necne; hoc enim nihil ad nos: nec dicam de mira inter formicam, quae Callicrati tribuitur, et nomen Myrmecidis coniunctione: illud constat aut Myrmecidem aut Callicratem aut utrumque fecisse illud opus, quod Plinius alibi falso tribuit Theodoro. Accedit quod, si Theodorus olim his minutiis impendisset operam, ille princeps inter huius generis artifices nominatus esset: at plures praeter Varronem et Scholiasten Dionysii recensent μικροτέχνους, omisso Theodoro, in his optimus auctor Galenus Adh. ad art. T. I. p. 3. ed. Bas. (T. I. p. 20. ed. Kühn.) ubi post inutiles artes recensitas additur: οἷα τά τε Μυρμηκίδου τοῦ Ἀθηναίου καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου. Aelian. V. H. I, 17. ταῦτα ἄρα ἐστὶ τὰ θαυμαζόμενα Μυρμηκίδου τοῦ Μιλησίου (sic etiam Athen. XI. p. 215. ed. Schweigh.) καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου, τὰ μικρὰ ἔργα. τέθριππα μὲν ἐποίησαν ὑπὸ μυίας καλυπτόμενα, καὶ ἐν σησάμῳ δίστιχον ἐλεγεῖον χρυσαῖς γράμμασιν ἐπέγραψαν. Plutarchus adv. Stoic. 44. οἱ δὲ περὶ Καλλικράτη καὶ Μυρμηκίδην λέγονται δημιουργεῖν ἅρματα μυίας πτεροῖς καλυπτόμενα, καὶ διατορεύειν ἐν σησάμῳ γράμμασιν ἔπη τῶν Ὁμήρου. Cicero Qu. Acad. IV, 38. *Ut etiam inter deos Myrmecides aliquis, minutorum opusculorum fabricator, fuisse videatur.* Iulianus Or. III. p. 111. extr. ed. Spanh. γελοιότερον νομίζει τῶν ἀποτορεύειν τὰς κέγχρους ἐπιχειρούντων, καθάπερ οἶμαί φασι τὸν Μυρμηκίδην ἀντιπραττόμενον τῇ Φειδίου τέχνῃ. Vides altum de Theodoro silentium. Unus Apuleius minor de orthogr. p. 12. ed. Osann. admiscuit Theodorum, ubi de Myrmecide: *Fuit scalptor admirandus in minutis marmoreis operibus formandis, meliorque Theodoro et Callicrate:* at hic compilavit Plinium, quod ipsa *marmoreorum* operum mentio docet. Iam remota, opinor, est Theodori musca et quadrigula. Post Theodorum vero memini Chirisophi. Is mihi non valde antiquus videtur: quis vero docuit esse antiquum? Sane Pausanias ubi de Chirisopho dixit, etiam Daedali meminit: at qui Pausaniam norit, non ideo putabit Chirisophum priscum esse artificem. Sed duo alia oblitus dicor. Quippe in Amyclaei Apollinis solio ἀνωτάτω χορὸς ἐπὶ τῷ θρόνῳ πεποίηται, Μάγνητες οἱ συνειργασμένοι Βαθυκλεῖ τὸν θρόνον (Pausan. III, 18, 8.); et Croesus in Delphicum templum pistricem suam dicavit aureâ statua expressam (Herodot. Plutarch.). Quid vero haec ad nostram rem? Plurimum enim interest inter Phanodici imaginem ab ipso in prytaneo positam, et pistricem auream a rege barbaro in templo dicatam, acceptissimum et pretiosissimum in illa auri infrequentia cimelium. Nec Magnetum artificum, quos iconice expressos esse ne certum quidem est, chorus Apollinem saltatione venerans, ab ingeniosis et piis sculptoribus in sella Apollinis nativa simplicitate repraesentatus, cum Phanodici imagine in prytaneo collocata potest vel e longinquo conferri ab eo, qui de qua re agatur cogitet. Denique, ut Mülleri verbis utar, „quicunque chronologiae artis aliquam dederit operam, non ignorat, imagines honorarias privatorum, qui non sacros ludos vicissent, ante bellum Peloponnesiacum fuisse rarissimas; sed illas statuendi mos debebat iam admodum usitatus esse, quando suam imaginem publice proponendam dicare licuit ei, qui nullo alio merito esset insignis, quam quod in prytaneum (ad convivia prytanum) craterem cum hypobathro et colo dicasset." Nec de solis hoc Athenis contendimus: quamquam quidni Sigeenses tum Atticos, quorum dialecto etiam concepta inferior inscriptio est, ex Atticis potissimum moribus iudicemus? „Verum Phanodicus non meritorum suorum causa imaginem suam collocavit, *sed amicitiae causa in memoriam sui dono dedit, quod diserte dictum est in titulo*". Ita *iterum* fingitur aliquid in titulo dictum esse, quod non dictum est. Legitur in titulo hoc: *Ego sum Phanodici; craterem vero et hypobathrum cum colo in prytaneum dedi memoriae causa Sigeensibus.* Craterem igitur, et quae ad craterem pertinent, memoriae causa dedit, *non imaginem, quae a donatis diserte distinguitur.* Denique *statuam sibi vel imaginem in prytaneo collocare*, quod ne meritissimis quidem viris conceditur, nonne est paulo arrogantius amicitiae documentum? Igitur his omnibus rebus nihil quidquam effecit Hermannus; qui si etiam Euripidem (Alcest. 349 sqq.) et Aeschylum (Agam. 425 sq.), Pericleae aetatis poetas, advocat, ut doceat ne Athenis quidem simulacra amoris monumenta offensionem praebuisse, qui evolverit illos locos, nihil reperiet aliud, nisi Admetum velle uxoris defunctae simulacrum, quod amplectatur, collocare in lecto, et in regiis domibus ex Aeschyli sententia fuisse reginarum statuas: quae a Phanodici imagine in prytaneo Sigeensi posita plane aliena sunt. Simul illam imaginem, quantum assequi coniectura licet, fuisse marmoream p. 18. *a.* praemoneo

ex iis, quae posthac addidi: qua re difficultatem augeri apertum est. Neque haec, ut dicitur, infirma sunt, quod nondum docuerim imaginem impositam fuisse: de hac enim re inde ab initio non potuit dubitari nisi quadam artes dialecticas ostentandi cupidine.

P. 19. *a.* extr. quem ex Vossio falso citavi Servii librum, non est VII. sed VI. p. 352. ed. Lion. Fortasse etiam ap. Harpocr. v. Ἑκάτης νῆσος, ubi Φανόδημος ἐν πρώτῃ Δηλιακῶν, Phanodicus restituendus. Hunc ubi historiolam de tripode Delphico in libro de Tripode vel de Septem sapientibus narrasse conieci, non nego eum *potuisse* eam in Deliacis narrare. *Pium* dixi, quod de sacris rebus scripsit: nam Deliaca maxime sacra sunt, et sacra solent piis potissimum cordi esse: tali *pio* homini et *antiquarum rerum studioso convenire Sigeense monumentum* iudico. „At craterem dicare et cetera potuit etiam qui nec pius nec doctus sit." Quis negat? Verum quum crater prytanum inserviat sacris prytanum, qui ex eo libant, et quum inscriptio me iudice doctrinam sapiat, *convenit* monumentum donatori pio et docto. Nam quae in titulo reprehendenda sunt, ea, quantum ad dictionem pertinent, non tam inscitiae scribentis quam affectationi tribuenda videntur, qua fit, ut aliquid paulo perversius, dum simplicitas quaeritur, ponatur de industria: quae autem in orthographia peccata sunt, lapicidae, non auctori imputo probabiliter. Quodsi dixeris, si Phanodicus affectasset priscum colorem, curaturum eum fuisse, ut titulus perfecte imitaretur antiquitatem, sicut factum sit in columnis Herodis, eumque tituli delineationem exactam fuisse lapicidae traditurum, ne quid hic ex sua admisceret aetate; non dubito quin tradita lapicidae delineatio sit, sed tamen hic non caverit errores: quod non mirabitur, qui operas vulgares experientia rerum norit. Ceterum in litterarum ductibus et scripturae forma titulus antiquitatem aeque refert diligenter ac columnae Herodis, et ex orthographicis vitiis in titulo inferiore ΣΙΓΕΥΕΥΣΙ certò debetur lapicidae, quum rectius compareat §. 3. unde etiam ΕΠΟΙΕΙΣΕΝ §. 4. eidem imputandum erit. Contra ΣΥΚΕΥΕΥΣΙ in superiore titulo nè vitium quidem haberi probabiliter potest. Postremo quod ad columnas Herodis n. 26. provocatur, id ipsum nobis favet. Nam in altera columna, prout ex prioribus apographis edita est, integer desideratur versus: quem etsi ea apographa, quae in Addendis memoro, habent, nondum constat vere in lapide esse. Immo contrarium est verisimilius: atque etiamsi ex his apographis emendaveris illam columnam, residebit vitium idque antiquam migrans scribendi rationem, ΑΠΠΙΑ pro ΑΠ ΠΙΑΙ. Utut de hac re iudicabis, facilius errabatur a lapicida, qui recentiore aetate priscam scripturam incidere iubebatur, quam qui incideret verba et formas sua aetate usitatas.

Paucis defungi licet §. 2. Ubi quae de verborum et formarum diligenti in utroque titulo delectu dixi, levi transmissa iudicio, non refutata, ea quantum valeant, optime notat Müllerus: „In oculos incurrit, ait ille, grammaticum studium Ionicam linguam et Ἰωνικὰ γράμματα Atticae dialecto et Ἀττικοῖς γράμμασιν ex adverso componendi: secunda inscriptio plures offert crases coacervatas (κἀγώ, κάπίσστατον, ἀδελφοί, et fortasse Αἴσωπος), quam genuinorum dialecti huius monumentorum plurima repraesentant." Quae locum tuentur, etiamsi inferior inscriptio concepta erat, antequam auctor de superiore addenda cogitaret. Porro mihi defendendum est, quod ad §. 3. μελεδαίνειν dixi medica significatione *huic verbo propria* usurpari: medica enim non propria esse dicitur. Propriam appello non generalem et in ipso etymo sitam, sed quae *usus proprietate* invaluerit, restrictiorem et ad certas res vel ad certa quaedam negotia vulgo accommodatam. Generatim μελεδαίνειν de quavis cura est, restrictius de medica. Sic *curatio* Latinis ad quamvis curam refertur, sed restrictius et *proprie* ad medicam. Donatus ad Ter. Andr. I, 1. post init.: *Curatio proprie medicorum est, cura reliquorum*; hoc est, si restricta et usus proprietate sancita utaris significatione, de medicis curationis vox usurpatur, curae de ceteris: nam medicis propriam curationem non ita dicit Donatus, ut neget etiam de aliis praedicari curationem posse, si quidem Ciceronem legit, sed *vocem* ex usu vulgo obtinente *restrictius et proprie usurpatam* ad medicos referri vult. His addo verba Quintiliani Inst. Or. VIII, 2. ubi de *proprietate sermonis* dicit: „Et tertius est huic diversus modus, quum res communis pluribus in uno aliquo habet nomen eximium, ut carmen funebre *proprie* naenia, et tabernaculum ducis augurale: *item quod commune est et aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut urbem, Romam accipimus, et venales, novitios, et Corinthia, aera; quum sint urbes aliae quoque, et venalia multa, et tam aurum et argentum, quam aes Corinthium.*" Vides *restrictiorem* vocis significatum Latine vocari *proprium*. Profecto dura mihi necessitas imposita est, qui talia defendere cogar.

Post §. 4. de artificum origine verisimili et rebus cum ea coniunctis disputans, marmoream iudico Phanodici imaginem fuisse: nam si fusa ex aere esset, quorsum illae tam intentae preces: Ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγειῆς? Sane etiam aes laedi potest, sed difficilius; atque insuper Proconnesii viri mentio manu ducit ad marmorariam. „At universum monumentum cum lapide marmoreo, qui laedi potest, intelligere licet". Hoc examino distinctius. Initio dicitur: Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκοννησίου; pergitur: κἀγὼ κρατῆρα κἀπίστατον καὶ ἡθμὸν ἐς πρυτανεῖον ἔδωκα μνῆμα Σιγειεῦσι; postremo additur: ἐὰν δέ τι πάσχω etc. In his personam aliquatenus variatam esse, utut interpretaberis singula, concedendum est: nam media particula ex ipsius est Phanodici persona dicta; prima et tertia possunt varie trahi. Ponamus igitur aut utrasque has aut certe tertiam ab universo monumento, hoc est a magno lapide et imposita natura-

lis magnitudinis protome dici: tum magni lapidis persona exiguo capite instructi commutata cum viro ipso erit. Profecto vir et imago eius confundi possunt; sed qui talis lapidis et viri personam commutarit, stipes fuerit et lapis. Itaque verba ἐὰν δέ τι πάσχω etc. si de artis opere intelligenda sunt, tribui debent protomae, quam impositam fuisse docui; et fit ex illis probabile hanc fuisse marmoream. Quodsi marmorea fuit, ex vulgari de titulo Sigeensi sententia *Aesopus et fratres tantum non primi iconicas fecerunt imagines*: unde mirum est nihil de illis et de prisca in Proconneso marmorariorum fictorum officina narrari, quum praesertim Sigeense superesset monumentum. „Nempe marmoris scalpendi ars iam inde ab Olymp. 40. coepta erat; et vulgares Aesopus et fratres opifices fuerunt". At quid eximium est in artis rudimentis? Nonne tum etiam tenuia initia magni erant momenti? Et certe Solonis aetate iconicas imagines ex marmore confici *solitas* esse non constat. Quapropter omnibus collectis utrumque titulum esse recentiorem iudicavi, superiorem vero casui potius quam consilio originem debere: cuius disputationis nulla pars hucusque labefactata est; immo ne ordinem quidem argumentorum iure vituperavit adversarius acerrimus. Sane in hoc titulo non perficere licet, quod n. 25. perfecimus, ut recentior illius aetas demonstretur argumentis prorsus certis: sed etiamsi omnia, quae dixi, falsa essent, nondum de remotiore constaret tituli aetate: nunc quum argumenta mea probabilia sint, probabilior est monumenti aetas recentior. Quo deducta re superest ut ea examinem, quae de tituli explicatione in fine addidit Hermannus.

Equidem titulum iusta interpretatione complexus non solum singula verba exposui, sed etiam nexum partium paucis docui: §. 1. rettuli ad imaginem, §. 2. ad Phanodicum, §. 3. 4. rursum ad imaginem, ita ut §. 2. imago cum persona Phanodici confundatur; hoc est, omnia loquitur imago, quae sola praesens conspicitur, sed §. 2. imago ipsius viri personam induit. Quam notionum confusionem p. 20. *a.* init. ex Pausania illustravi; eandem ex n. 747. illustrat Rosius (Inscr. p. 6.), ubi ita dicitur, ut imago pro ipso censeatur viro. Et n. 1582. primum Phorystas dicitur suam posuisse imaginem: Εἰκόνα τήνδ᾽ ἀνέθηκε Φορύστας: deinde continuo imago induit personam viri: εἷλον ἀγῶνας. „At primum imaginem de se loqui (§. 1.), dein ut Phanodicum (§. 2.), rursum ut imaginem loqui et Sigeenses alloqui (§. 3.), postremo pergere ut imaginem, sed alloqui omnes, qui ipsam videant, non iam solos Sigeenses, hoc est nimis malum". Immo vero nihil inest mali, nisi quod §. 2. imago personam Phanodici induit, quod satis defendimus: quae quod §. 3. alloquitur Sigeenses, non ullum debet offendere; nam quae imago loqui potest, ea potest etiam alloqui Sigeenses, qui adsint: §. 4. autem imago non omnes, qui eam videant, alloquitur, sed neminem; loquitur simpliciter. Nunc vero quaenam tandem bona pro his, quae mala habentur, sunt allata? Quippe Burgessio auctore (ad Dawes. Misc. p. 424.) formula ἐὰν δέ τι πάσχω dicitur testamentaria esse; additur non incognitam mihi illam fuisse formulam testamentariam (vide Corp. Inscr. p. 12.), quae quum aliunde nota sit tum ex testamento Stratonis ap. Diog. L. V, 61. et Argum. Is. de Cleonymi hered. Alibi esse ἐὰν δέ τι συμβῇ, docet Burgessius. Omnino haec mihi nota fuerunt; et Sigeensis lapidis verba reddidi ea ipsa formula, qua Romani in testamentis utuntur, ubi dico (p. 21. *a.* init.): „Quod superest imago ipsa loquitur, sed ita quasi homo sit: ἐὰν δέ τι πάσχω, *si quid mihi acciderit*, μελεδαίνειν με, *curetis me*". Pomponius Digest. L, 16, 162. „Siquis ita *in testamento* scripserit, *si quid filio meo acciderit*" etc. Plura praebent Lexica. Nihilo magis tamen in Sigeensi titulo cogitavi de testamento, propterea quod ἐὰν δέ τι πάσχω nihil est nisi *ubi moriar*, atque aeque extra testamentum quam in testamento dicitur; nec Burgessium attuli, quod is quoque ut ego in vulgari et tradita tituli interpretatione substitit, ex qua haec verba referuntur ad imaginem, admista sola testamentariae formulae notitia, qua afferenda nihil proficitur. Nam formula ἐάν τι πάσχω per se aperta est. Ea igitur formula, ἐάν τι πάσχω, *si quid mihi acciderit*, ex omnium priorum hominum mente translatione facili ad imaginem relata esse putabatur, hoc sensu: *Si quid detrimenti patiar*. Nunc autem quid fit? Phanodico ipsi illa verba tribuit Hermannus; *Phanodicus his verbis testamentum scripsit*: itaque medicam vocis μελεδαίνειν significationem criticus hoc loco reiicit; quae postliminio redibit, quum primum sublatum Phanodici testamentum fuerit. Interim medicandi vi dictum verbum μελεδαίνειν cum accusativo construi ab Hermanno adiutus doceo loco Hippocratis de morb. mul. p. 598. τὰς δὲ ὑστέρας ὧδε μελεδαίνειν, quem ex Foësio apposuit: et accuso me, quod minus commodos Hippocratis et Herodoti locos forte oblatos in rem meam verti, Foësiumque consulere neglexi, quo me usum esse Hermannus finxit. Attamen si μελεδαίνεσθαι passiva vi de medicatione dicitur, quod ex Hippocratis duobus locis, p. 616. et 593. (ita pro 696. scribe p. 20. *b. a fin.*) a me monstratum est, pluribusque doceri e Foësio potest, ex transitivi cum accusativo constructione demonstrata illud ipsum passivum explicandum, et apud Herodotum quoque VIII, 115. ea, quam p. 20. *b.* dixi, ratio sequenda erit. Denique recte attuli Theocriti locum, in quo μελεδαίνειν τινὰ est de vulgari cura, ut in loco ab Hermanno addito Archilochi apud Orion. v. ἐπίῤῥησις ex emendatione Elmsleii (Gaisf. Fragm. 91.): nam μελεδαίνειν sive medicam sive aliam vim habet, non potest pro hac vi mutare structuram. *Idem* est enim *in utroque usu significatus*, sed *in medico restrictus*: qua restrictione nullo modo afficitur structura.

His interpositis pervenio iam ad Phanodici testamentum. Quod qui excogitavit, eius explicatio fere haec est: „Ἐάν τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ver-

tendum: *si defunctus fuero, curam mei suscipite.* Craterem enim Phanodicus dedit Sigeensibus, ut defuncti susciperent curam, quod nullos Sigei, ubi peregrinus vivebat, habebat propinquos. Vel *ἐάν τι πάσχω* sensu minus stricto etiam de *gravi morbo* intelligi potest, quo accidente sese curari a Sigeensibus Phanodicus velit. Igitur quum post obitum Phanodici adderetur superior inscriptio, omissae illae preces sunt, quibus iam nullus locus erat". Haud dubie si res ita sese habet, cur §. 3. in superiore desit inscriptione, explicitum est: at cur cetera omissa sint, ne hinc quidem explicari potest, quod supra docui, antequam ad §. 1. accederem. Atque insuper universa haec ratio est eiusmodi, ut mireris eam potuisse ulli offerri. Primum confusionem personarum, quam minuere volebat, haud mediocriter auxit interpres. Nam *omnia loquitur imago, quae sola adest*; ea ex vulgari explicatione *semel* §. 2. confunditur cum ipso Phanodico; nunc vero *bis*, §. 2. et §. 3. Nec prudenter verba §. 3. ita scripsisset auctor, ut e Phanodici dicta essent persona; praestabat ea de imagine ponere, ne quis lepidus homo etiam verba §. 4. quae adduntur continuo, ad Phanodici personam referret: quo facto quid procedat ridiculi, nemo non videt. Deinde ea notionum confusio, ex qua imago personam viri induit, habet suos fines, quos excedere absurdum est: eosdem fines habet personae mutatio, quae fieri nequit nisi per illam confusionem. Absurdum autem est, *imaginem superstitis hominis, quae ponitur, ut superstiti sit superstes*, viri ipsius persona suscepta ea pronunciare, quae ad futuram mortem vel gravem morbum huius viri pertineant, et quae ille fieri corpori suo velit: imago enim perdurat etiam post viri mortem vel morbum. Porro anne unquam tale est testamentum scriptum, qualis haec inscriptio est? anne testamenti formula dedicationi monumenti inseritur per saturam, eaque ex ore sive monumenti sive imaginis pronunciata, quasi viri, et prioribus et sequentibus verbis non ad virum, sed ad monumentum sive imaginem relatis? Et quis credat, cratere donando publicae sepulturae, quam quidem civitas curandam suscipiat, honorem comparari, et a peregrino, et *per testamentum*? Haec profecto nimium absona sunt. Sed remittitur iam aliquid de severitate, et testamentaria illa formula, cuius oblivio mihi exprobratur, iam mittitur universa; nam illud *ἐὰν δέ τι πάσχω* non solum de morte, sed de gravi morbo intelligi posse conceditur. Cur igitur tam multum testamentariae formulae tributum erat? Certe in testamentis *ἐάν τι πάσχω* mortem significat, non gravem morbum. Significet tamen gravem morbum, per me licet: ita Phanodicus Sigeensibus donaverit craterem, ut forte aegrotantis susciperent curam, redeunte sic quoque, ut hoc in transcursu addam, vocis *μελεδαίνειν* vi aut medica aut medicae proxima. Anne igitur Phanodicus voluit medicos et famulos, qui eum foverent, a civitate mitti? anne in nosocomium recipi voluit? Nullumne habuit servulum, nullam servulam vir apud Sigeenses tam gratiosus, cui promittere libertatem et bona posset, si ipsum probe foveret; nullum Sigei amicum vel hospitem vel Proconnesium proxenum, qui sive spe hereditatis sive officii causa eum curaret et defuncto iusta faceret; nullum, cui idem mandaret, libertum? Horum est enim, opinor, peregrinos aegrotantes fovere vel defunctorum sepulturae providere, non reipublicae. Itaque verba *ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγειεῖς*, ad imaginem referenda sunt; monumenta enim ne laedantur, curat civitas, quod pervulgatum est; atque id etiam monumentis inscribi, Coo titulo apposito docuit Rosius, ubi habetur: *τοῦ μνημείου τούτου ἡ γερουσία κήδεται.* Quamquam haec res non eget demonstratione. Postremo Silligius in Catal. Artiff. p. 4. Aesopum Sigeensem, ut videtur, narrat cum fratribus vel sociis craterem cum basi et colo fecisse, et provocat de hac re ad Hermanni libellum; quo iure, ipse viderit. Illud nemo intelliget, quomodo primâ personâ et *crater cum colo et basi* et *Phanodicus* nominari possint simul. Immo Aesopus est sculptor Proconnesius, qui fecit Phanodici imaginem ex marmore Proconnesio.

N. 9. p. 22 sqq. Vide Praefat. §. IX.

N. 11. p. 26 sqq. §. 1. p. 28. *b.* exemplis Elei ϱ pro σ adde Hesych. *δίκαϱ· τοὺς κριτάς, Ἠλεῖοι.* P. 29. *a.* Ἠϱϝαοῖοι mihi est Aeolicum p. Ἡραεῖοι, licet in voce Ϝαλεῖοι non sit οι p. ει. Nempe non constat Eleum et Arcadicum Aeolismum prorsus congruere, in publicis autem actis eae solent nominum propriorum formae retineri, quibus utebantur ii, quorum sunt ea nomina, ut in Dorico decreto ap. Dem. de cor. p. 255 sq. non Ἀθαναῖοι dicitur, sed Ἀθηναῖοι. Hermannus vult Ἡραῷοι (ut Γελῷοι), nec male: modo ne provocetur ad codices Strabonis, qui pro Ἡραία praebent Ἡρῶα. Qui enim Strabonem versavit, non nescit corruptissimos eius esse codices: et nomen urbis Ἡραία ex Thucydide, Polybio, Livio, Plinio, Pausania, Ptolemaeo, Aeliano, Stephano Byzantio, aliis, ita certum est, ut mentione indigni Strabonis fuerint codices. Ceterum verba *τοῖϱ Ϝαλείοις καὶ τοῖς Ἠϱϝαοίοις* idem ad sqq. refert et cum *συμμαχία κ᾽ ἔα* coniungit: quod fieri non potest. Nam *ἁ ϝράτρα* simpliciter dictum nihil significat, nec praecedit quidquam nec praecessit, quo illud relatum esse queat, ut statim docebitur. Neque usui tam congruum est *Ἠλείοις καὶ Ἡραείοις συμμαχία κ᾽ ἔα*, quam contraria collocatio *ἡ ῥήτρα τοῖς Ἠλείοις* etc. Vulgo enim in principio ponitur foederis notio: Thucyd. V, 47. *σπονδὰς ἐποιήσαντο ἑκατὸν Ἀθηναῖοι ἔτη καὶ Ἀργεῖοι* etc. V, 18. *σπονδὰς ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι* etc. VIII, 58. *ξυνθῆκαι ἐγένοντο ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ Λακεδαιμονίων* etc. Alterum rarum est; Thucyd. V, 79. ex alio prorsus est genere. Prioribus exemplis accedit n. 74. ex nostro quidem supplemento, sed certo.

§. 2. p. 29. *a.* *ἄϱχοι δέ κα τοί*] Hermannus vult *ἄϱχοι δέ κα τῷ*, quod unicuique primum in mentem venit, idque explicat *ἄρχοι δέ κα τούτῳ τῷ ἔτει ἁ συμ-*

μαχία: articulo autem in dictione ἁ ϝράτρα prodi, praecessisse aliquid huius argumenti: „His magistratibus foedus ictum est", quo referatur vox ἁ ϝράτρα et illud τούτῳ τῷ ἔτει. Sed articulus ille id non evincit. Nam ne de traditis Demosthenearum orationum indicibus dicam partim articulo instructis, qui non sunt antiqui, articulus nihil significat nisi rem *definitam*: itaque ἁ ῥάτρα est *certum et definitum foedus*. At foedus hoc antequam Olympiae proponeretur, notum et certum fuit; et si dicitur ἁ ϝράτρα, est hoc idem ac si dicatur: „*Hoc est foedus Eleorum* etc. quod constat ictum esse". Deinde si quid praeter ea, quae habemus, de foedere hoc Olympiae proponendum in tabula erat, aut capiebat hoc quae superest tabula aut non capiebat. Si capiebat, esset huic inscriptum; si non capiebat, aut eligebatur maior, aut binae connectebantur, ut connectuntur lapides (vide Acta Quaestorum Atticorum): at haec, quae superest, nulli superius appositae coniuncta fuit, quod ipsa eius forma docet; suspendebatur enim ansis duabus supra appositis, quae, si alia superius ipsi coniuncta fuisset, debebant ad utrumque latus esse, ne spatio separarentur, quae coniungi debebant. Neque alteram tabulam ad sinistram affixam fuisse probabile est: quod tum liceret dicere, si altitudo maior esset latitudine. Sed omnino hoc monumentum, quale habemus, absolutum est, nec quidquam desideratur: de quo ad §. 4. iterum dicendum erit. Tempus decretorum in decretis haud raro non est scriptum; ut n. 76. 86. 89. 101. et saepius: sufficiebat decretum proponere ipsum, quod hic Olympiae fit sanctitatis causa: tempora in actis publicis notata erant, ubi ea cognoscebat, cuius interesset. Quamquam non nego esse ea aliquoties foederum tabulis publice propositis addita, ut n. 74. ut apud Thucyd. V, 19. VIII, 58. His locis Thucydides tempora foederum, licet ex narrationis suae serie iam aperta, tamen definivit, quod ea in publicis repperit tabulis; unde colligas, ubi hoc non facit, ibi eum ea non repperisse adscripta, ut V, 77. 79. V, 47. Atque ita in hac quoque tabula tempus decreti facti omittitur. Lectionem ἄρχοι δέ κα τῷ (ἁ συμμαχία) merito reiecit Thierschius (Gramm. Gr. ed. III. p. 53. cf. p. 709.). Nam proprietas sermonis etsi a veteribus et maxime a poetis non semper observata, tamen in foedere sollemni legendo observanda demonstrativum aliud τῷδε postulat, non τῷ s. τούτῳ: quippe praesens annus est τόδε τὸ ἔτος, quod nostra praebet lectio τοί, quam moneo Bekkero ut mihi etiamnunc unice probari. Praeterea non ἄρχει ἡ συμμαχία, sed ἄρχεται dicendum erat: at ἔτος τι ἄρχει τῆς συμμαχίας. Rectam harum formarum rationem, quatenus ad tempus referuntur, magna ex parte intellexit Küsterus de verb. med. p. 16 sq. ed. Woll. quam paulo aliter divisam propono. Ἄρχειν sive incipiendi sive imperandi potestate est *praeire* s. *primus esse*; quod ad tempus relatum *initium facere* s. *incipere* est: hoc enim fit *praeeundo*. Ἄρχει is, qui quid ita praeeundo incipiat eiusque initium faciat, ut alius idem continuet; sicut ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων, quas alius continuat. Sic certus annus ἄρχει τῆς συμμαχίας, alius eam continuat; ut ἦρχε μύθων Calypso Odyss. ε, 202. quos alius respondendo continuet. Sic ἄρχει ἡ συμμαχία τινός, ubi societas aliquid incipiat, quod alia res, exempli causa alia societas, deinceps continuet. Ut, ἡ συμμαχία τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν Λακεδαιμονίων ἦρξε τῆς τῶν Περσῶν καταλύσεως, ἡ δὲ τῶν Μακεδόνων καὶ τῶν Ἑλλήνων συμμαχία ἐτέλεσεν αὐτήν. Itaque ἄρχει est τίθησι s. καθίστησιν ἀρχήν, *initium facit alicuius rei*. Ἄρχεται medium autem est *praeeundo suum sibi initium facit*; unde ἄρχεται aliquis, qui sibi praeeundo initium rei facit, quam ipse deinceps continuet: ut ἄρχομαι τοῦ λόγου, *initium mihi facio orationis*, s. *in orationis meae initio constitutus sum*, oppositum progressui orationis; ut ἅπαντες ἄνθρωποι ἀρξάμενοι ἀφ᾽ ὑμῶν, *omnes homines suo sibi initio sumpto a vobis*, ipsi etiam continuantes seriem. Igitur ἄρχεται medium pro re nata est modo ἐν ἀρχῇ ἐστιν, modo ἀρχὴν ἔχει s. λαμβάνει (*initium capit*): nam ἄρχομαι τοῦ λόγου est ἐν ἀρχῇ εἰμι τοῦ λόγου; et ἅπαντες ἄνθρωποι ἀρξάμενοι ἀφ᾽ ὑμῶν est idem quod ἅπαντες ἄνθρωποι ἀρχὴν ἔχοντες ἀφ᾽ ὑμῶν. His conveniunt loci a me allati. Thucyd. IV, 118. ἄρχειν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, *hic dies incipit foedus*, quod reliquo continuatur tempore. Pactio Orchomenia n. 1569. *a*. III. ἄρχι τῶ χρόνω ὁ ἐνιαυτὸς ὁ μετὰ Θύναρχον ἄρχοντα, *hic annus incipit pacti tempus*, sequentes anni continuant eiusdem pacti tempus. Neutro loco ἄρχεται dici potuit. Paulo intricatior est alius locus Inscr. n. 71. (quam exactius citare p. 29. non poteram, quod numeros titulorum Atticorum certos nondum constitueram), ubi singulis collatis patet scribendum esse: ἄρχειν δὲ τὸν χρόνον τῶν σπονδῶν τοῦ Μεταγειτνιῶνος μηνὸς ἀπὸ ἀρχομηνίας. Sed universa difficultas in levi posita est traiectione verborum: τῶν σπονδῶν non ex χρόνου pendet, sed ex ἄρχειν, et τοῦ Μεταγειτνιῶνος etc. appositio est ad τὸν χρόνον. Τῶν σπονδῶν ἄρχει ὁ χρόνος, ὅς ἐστι τοῦ Μεταγ. etc. *indutias incipit tempus, quod est Metagitnionis ab initio*, aliud tempus eas continuat. Prorsus gemini sunt duo reliqui loci a me allati, alter excepta illa traiectione, alter ipsam quoque traiectionem referens: χρόνος ἄρχει τῆς μισθώσεως Εὔβουλος ἄρχων (n. 93.), *tempus, quod est archon Eubulus, incipit locationem*; ἄρχει χρόνος τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ἡ βουλή, *tempus, quod est certus hic senatus, incipit huius decreti vim*. Postremo in his omnibus tribus locis genitivum ab ἄρχειν pendere, non a voce χρόνος, et illud χρόνος notam temporis per appositionem sibi adiunctam habere, demonstrat locus Thucyd. V, 16. ἄρχει δὲ τῶν σπονδῶν ἔφορος Πλειστόλας etc. ubi χρόνος prorsus omissum est; quod imprimis tenendum, ne de tribus prioribus locis perperam iudices, neve in primo illorum ἄρχει ὁ χρόνος putes esse pro ἀρχὴν ἔχει ὁ χρόνος. Unus, qui discedit, locus affertur Eurip. Hippol. 409. ἐκ δὲ γενναίων δόμων τόδ᾽ ἦρξε θηλείαισι γίγνεσθαι κακόν, ubi proprietas sermonis postulabat ἤρξατο: nam malum *suum sibi fecit initium*, ἀρχὴν ἔσχεν

ἐκ γενναίων δόμων. At poeta suppressa notione *τοῦ sibi* potuit licentius dicere ἦρξεν, *initium fecit*, quasi ἀρχὴν ἔθηκε (sc. ἑαυτῷ) τοῦ γίγνεσθαι Θηλείαις, pro ἀρχὴν ἔσχε τοῦ γίγνεσθαι Θηλείαις. Sed in decreto non licet a proprietate sermonis redire. Aliter de Euripidis loco dixit Hermannus, non verius. Nam ἄρχειν dicit esse *praeire cum aliqua re alicui*: quacum re praeitur, id latere in dictione ἐκ γενναίων δόμων; cui praeitur, id latere in γίγνεσθαι. Minime vero. Nam sibi praeit, sese incipit illud malum, sibi facit initium, ἀρχὴν ἔχει; nec praeit cum claris domibus, sed sibi initium facit ἐκ γενναίων δόμων, continuat sese in ceteris domibus: ut videas proprie ἤρξατο dicendum fuisse. Idem suam tituli lectionem ita explicat: *praeit societas cum hoc anno ceteris annis*. Non opinor: sed sibi praeit, sibi initium facit societas ab hoc anno, continuat sese ceteris annis, ut dicendum sit ἄρχεται ἡ συμμαχία, hoc est ἀρχὴν ἔχει. Contra annus ipse initium facit non sibi, sed initium societatis: ἄρχει τὸ ἔτος τῆς συμμαχίας, *annus facit initium societatis*. Ceterum ut Euripides poetica audacia ἦρξε dicit pro ἤρξατο, suppressa notione ἑαυτῷ, ita addi notio ἑαυτῷ potest, ubi non est necessaria nec communi congrua usui. Sic Thucyd. I, 144. dixit: πολέμου δὲ οὐκ ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνούμεθα. Exspectabatur ἄρχοντας: at qui belli initium faciunt, non modo ut ab aliis id continuetur, eius faciunt initium, sed sibi faciunt eius initium, ut id bellum ipsi continuent: itaque etiam ἀρχομένους dici potuit, hoc est ἐν ἀρχῇ ὄντας.

§. 3. p. 29. *b*. sq. Apocopen ἀλλ non agnoscit Hermannus: scalptorem omisisse potius A in prima scriptione, in correctione vero aut iterum eius oblitum esse aut id ob spatii angustiam non addidisse. At nec tam angustum spatium est, et cetera probe correxit scalptor. Παρ durum dixi, pro quo exspectaretur περὶς commode Hermannus ipsum πὰρ pro πὲρ dictum videri notat, ut ἄργον pro ἔργον; sic πὲρ pro περὶ erit per apocopen dictum, quemadmodum etiam apostrophum patitur (v. ad n. 1064.). P. 30. *a*, 8. *dele* locum citatum (Theocr. III, 27), qui prava nititur Aem. Porti sententia. Mox λατρειόμενον explico per λατρευόμενον, non hoc alterum *lego*: vide modo p. 84. Passivum λατρευόμενον non, quod fingitur, inauditum est, sed iam a Stephano in Thesauro ex Damascio enotatum; id solum novum in mea interpretatione est, quod quum λατρεύεσθαι passivum vulgo sit *veneratione affici*, in mea explicatione id est *per venerationem praestari*. Contra Hermannus finxit et novam vocem λατρειούμενον et mirum eius significatum, *usui templi sacro destinatum*, qui non ulla commendatur veri specie, nec notionem certam et satis distinctam continet, sed habet quiddam ἄκυρον. Cf. Welcker. Append. Trilog. Aeschyl. p. 79. Praeterea lego; τῷ καδαλημένῳ ad Δί: quod putes supervacaneum esse. At si foedus confirmatum est iureiurando *per Iovem*, de quo qui foedera norit non dubitabit, commodum fuit addere, *Iovi cedere multam, quippe quem fefellerint, qui foedus violassent*. Sic maior foederis sanctitas proponitur, maius Iovis in multa ius. Ceterum τοὶ καδαλήμενοι scribi non opus est, ut subiectum lucreris verbi ἀποτίνοιεν: potius Graecorum usu certo ex praegresso εἰ δὲ μὰ συνέαν mente repetitur οἱ μὴ συνόντες τοῖς ἄλλοις.

§. 4. p. 30. *b*. αἰ δέ τις τὰ γράφεα ταὶ καδαλέοιτε, αἴτε Fέτας αἴτε τελέστα αἴτε δᾶμος ἐντ', ἐπιάρῳ κ' ἐνέχοιτο τῷ 'νταῦτ' ἐγραμμένῳ]. Αἴ κα si εἴ κα cum optativo apud poetas reperiri notum est, et concessi ad Pindarum: sed hoc loco καδαλ. non κα δαλ. ex usu et huius tituli et aliorum legendum: in quibus non memini me reperire εἴ κα cum optativo, sed cum coniunctivo, ut n. 1688, ut in foedere Cretensi (Marm. Oxon. Chandl. p. 58 sq.) et saepius. Pro eo, quod simplex ratio postulat, τὰ γράφεα ταὶ, Hermannus legit τὰ γραφέα τᾷ, i. e. ἃ γράφείη τῆδε, *quod hic forte scriptum fuerit*; optativo enim hoc respici singulas partes, et quae forte posthac additae fuerint, et maxime superiorem tabulam, in qua praeter notam temporis, quo ictum foedus, alia quaedam ad tempus constituta fuerint scripta, quae iterumque iterumque mutarentur. At nulla alia tabula huic iuncta omnino fuit, nedum ita, ut quae in altera scripta essent, potuerint *hic* (τῆδε) scripta dici; nec foederum tabulas sic mutatas esse ullo potest exemplo demonstrari; postremo prohibere, ne quis laedat ea, quae *forte posthac* scripta fuerint, non est moris civilis; immo id ipsum hoc loco sensu cassum est. Nam quidquid illud sit, quod posthac scriptum fuerit, id non potest laedi, *priusquam fuerit scriptum*; sin scriptum fuerit, id *iam praesens est*; itaque de illo non potest dici, ἃ γραφείη τῆδε, sed ἃ γέγραπται τῆδε, quod referebatur ad quaeque prioribus substituta, quum primum haec in priorum cesserant locum. Aut certe ἃ γεγράψεται τῆδε dicendum erat. Porro, quod tabulae laesioni eadem multa constituta a me dicitur, quae foederis violationi, id tale visum est, quasi Elei et Heraeenses fuissent Stoici, quibus paria peccata omnia. Quod ut evitet, Meierus modus τὰ γράφεα vult esse *ea, quae his litteris continentur*, additque, non decorum esse, ut in foedere dicatur de tabulae laesione, nec si eadem tabula ex more in Isthmo et Delphis ac Nemeae posita fuerit (Thucyd. V, 18.), poenam laesionis potuisse foederatos exigere. At τὰ γράφεα sunt τὰ γράμματα litteras designat, non argumentum; nec minorum et vicinorum populorum foedera arbitror in omnibus quattuor ludorum sacrorum locis proposita esse, remotiore praesertim aetate, qua illorum ludorum nondum tanta erat celebritas, si Olympia exceperis; et Isthmum certe, a cuius ludis arcebantur Elei (Pausan. V, 2, 3 sq. VI, 3, 4. 16, 2.), omnino non attulerim. Immo etiam maiorum civitatum foedera ex parte tantum Olympiae proposita sunt (Thucyd. V, 47.). Neque vero indecora de tabulae laesione mentio est neque haerendum in poenae modo. Nempe ob id ipsum, quod in *foedere* de tabulae laesione dicitur, intelligitur, non adversus petulantiam plebis haec scripta esse, sed caveri, ne delen-

dis foederis exemplis societatis minueretur vis: nec de sola hac tabula dicitur, sed de omnibus huius foederis exemplis, etiam in actis publicis; in omnibus enim idem hoc scriptum erat: *Si quis haec verba laedat.* Atqui quum in centum annos iceretur foedus, nonne id in oblivionem adducere delendis tabulis poterant, quibus id iamiam non placeret, praesertim illa aetate, ubi rara litterarum monumenta? Nonne eâdem multâ debet affici, qui tabulam laedat, qua qui foedus? Nam omnino illa tabulae laesio est foederis violatio censenda. ,,At in *democratica* civitate'', ait Hermannus, ,,foedus oblitterari actis delendis nequit, quod filius a patre traditam memoriam accipit''. Verum illae civitates non fuerunt democraticae, ea praesertim aetate; Elei ne posthac quidem legitime aut constanter. Ac si deleta monumenta sunt, periit foederis vis, quidquid pater edocuerit filium. Deletâ privati commercii syngraphâ periit pacti vis, quidquid loquetur os. Hinc factum, ut Olympiae aliisque locis foederum ponerentur exempla, quo certius constaret de foederibus. Num vero sine exemplo hoc admisi, eandem quam foederis esse tabulae violationi poenam irrogatam? Nonne docui in Teio monumento iisdem diris devoveri qui tabulas laedat, quibus devoventur qui leges ibi scriptas violent? Num vero multa talenti magis acerba est quam dirae? Non opinor. ,,At qui tabulam laederent, consentaneum erat ne habituros quidem talentum argenti''. Tanto magis cavebatur delictum: nam qui multam solvere non posset, acerbiore iam circumveniebatur calamitate, certe si ex Attico iure licet iudicare, cui similia necesse est etiam in aliis obtinuerint rebuspublicis: et saepe Athenis de industria tantae delictis multae impositae sunt, quantam constabat non posse reum solvere, ut hic puniretur acerbius. Mitto quod Boissonadus contulit, in foedere Priansiorum et Hierapytniorum singula foederis capita violantibus irrogari multas decem, quinquaginta, centum staterum, tabulae autem violatori quinquaginta stateres: nam etsi qui caput foederis laedit, laedit foedus omnino, et ob hanc causam conferri haec a Boissonado potuerunt, tamen longius repetita res est, meliorque Teiarum dirarum collatio.

Iam quum *in foedere* non possit de alia tabulae laesione dici, nisi quae foederis violandi causa fiat, quoniam inquilini, qui peregrini sunt, non tenentur foedere, τελέσται non possunt inquilini esse: neque esse inquilinos ullo argumento constat. Quod enim inquilini pendunt τέλος, μετοίκιον, nihili est; nam civium quoque est τέλος. Nec quomodo puniendus peregrinus sit, qui Olympiae vel alibi publicum monumentum laeserit, pacto potest inter Eleos et Heraeenses constitui; hoc constituitur legibus eorum, qui loci illius rebus praesunt. Non, si in foedere de peregrinorum poena nihil dictum est, impune peregrini laedent tabulam, sed punietur reus ex legibus, non ex pacto. Iuris periti concedent. Igitur allatis argumentis satis gravibus τελέσταν pronunciavi *magistratum* esse. ,,At quomodo'', inquit, ,,magistratui hoc imputari potest, laesurum eum tabulam, quod plebs facit?'' Imputavi magistratui, foedus eum rescindere velle et artibus dirimere; simile quiddam Atheniensium magistratibus imputavit Philippus Macedo (Demosth. de cor. p. 251. 12.), cuius memor eram. ,,At ridiculum est magistratum sibi ipsum, ne deleret tabulam, multam talenti imponere''. Non sibi hanc soli irrogat magistratus, cuius forte opera foedus icitur; sed omnibus, qui per centum annos futuri sint, magistratibus irrogat civitas. Attamen etiam sibi irrogat cum civitate magistratus; nam ita sese alterius civitatis magistratus obstringit alteri civitati. ,,At si ϝέτας est civis, τελέστας magistratus, falsa est distinctio: nam magistratus et ipse civis est''. Sed non difficile est ϝέταν de cive privato intelligere, quum praesertim Elide, credo tum etiam Heraeae, magistratus certarum fuerint familiarum; ut facile potuerint vulgares cives voce ϝέται distingui ab optimatibus magistratibus. Contra certo falsa divisio erit, si cum Hermanno δᾶμον statues hominem de plebe esse et τελέσταν inquilinum: nam homo de vulgo necessario aut civis est aut peregrinus, et inquilini sunt in peregrinis. Etiam si τελέστας tibi non erit inquilinus, sed ut mihi magistratus, civi non potest homo de plebe opponi, quod magna pars civium plebs est. Quae quum ita sint, idoneis insuper argumentis additis δᾶμον dixi *pagum* esse. Corollarii loco duos de ἔτη addo locos, alterum Euripidis, Πόλει μὲν ἄρχων, φῶτι δ᾽ οὐκ ἔτῃ πρέπων, alterum Aeschyli, Οὔτε δῆμος οὔτ᾽ ἔτης ἀνήρ (Eustath. ad Iliad. ζ, 262. p. 641. Rom.): sed ex neutro quidquam conficitur: nec si constaret, qui Aeschylo esset δῆμος hoc loco, aptari poetae usus foederis Peloponnesiaci interpretationi deberet.

Coniunxi verba: αἴτε ϝέτας αἴτε τελέστα αἴτε δαμός ἐντ᾽. Supervacaneum dicitur ἐντ᾽ esse, nec supra additum in formula αἰ δέ τι δέοι αἴτε ϝέπος αἴτε ϝάργον; neque ἐντ᾽ (ἐστὶ) sed εἴη dicendum fuisse, quod non certum sit laesurum aliquem tabulam. At manifesto inepte dictum esset αἴτε ϝέπος αἴτε ϝάργον ἐντί: igitur ἐντὶ ibi omissum est: sed hoc loco additur ἐντί, quod id addi potest; indicativum feret, qui meminerit, saepe apud Graecos ut apud Latinos in condicionali dictione ut certum poni quod incertum sit, maxime in disiunctiva condicione. Statim post, ἐφίερον non posse multam sacram esse, non demonstratum est, nec potest demonstrari; vocem, etsi alio significatu, ex Polluce firmavi, apud quem locum tuebitur: neque enim verum est, eam apud Pollucem verborum tenori non convenire: in placentis affertur ἐφίερος, sc. πλακοῦς. Quapropter non opus erat, ut novae proponerentur interpretationes huius loci: sunt tamen duae propositae. Prior haec est: ἔντ᾽ ἐπιάρῳ κ᾽ ἐνέχοιτο τῷ ᾽νταῦτ᾽ ἐγραμμένῳ, sive ὄντι ἐπάρῳ ἂν ἐνέχοιτο τῷ ἐνταῦθα γεγραμμένῳ, *is hoc hic per interdictum dirarum scripto tenetor* (*der soll für das hier mit einem Fluche verpönt geschriebene verantwortlich seyn*). Mitto quod ἔντ᾽ pro ὄντι (Dorice ἔντι)

durum est et loco incommodissimo positum, et quod *ἐπάρῳ* nulla plane est Graeca vox; at quum *ἐνέχεσθαί τινι* dicatur, qui *lege* quadam poenam minitante vel *poena* ipsa teneatur, quanam tandem lege vel poena ille tenetur? Nam nulla lex neque poena hic scripta est; ipsae dirae, quam poenam esse dixeris, hic non sunt scriptae, sed foedus. Nescio igitur quomodo dici possit *ἐνέχοιτο ἂν ὄντι ἐπάρῳ τῷ ἐνταῦθα γεγραμμένῳ.* Si de diris dicere volebat auctor foederis, debebat dicere: *ἐπάρῃ ἂν ἐνέχοιτο, diris tenetor,* nec quidquam praeterea. Sed videamus etiam alteram explicationem, ex qua apodosis paulo prius incipit: *αἴτε ϝέτας αἴτε τελέστα αἴτε δᾶμός ἐντ', ἐπὶ ἄρῳ κ' ἐνέχοιτο τῷ 'νταῦτ' ἐγραμμένῳ, sive civis, sive inquilinus, sive de vulgo homo est, ad opem ferendam teneatur hic scripto (huic tabulae)*; *ἄρος ἄρου* enim esse *ὄφελος* (Hesych. Eustath. p. 1422. 19. Aeschyl. Suppl. 892. c. Schol.); dativum *τῷ γεγραμμένῳ* regi ab altero *ἄρῳ*, ut nominativus sit *ἄρος τῷ γεγραμμένῳ, auxilium scripto*; *ἐνέχοιτο* esse sine dativo positum. At quis unquam talem legit dictionem in rebus publicis: *opem ferre tabulae*? Si quis laesit tabulam, denunciandus est, in iudicium sistendus, puniendus aliqua ratione: talia praecipiuntur in publicis decretis, non ut auxilium feratur tabulae. Nam quod vulgo dicitur *βοηθεῖν τοῖς νόμοις* conferri nequit: hic enim non de lege vel foedere ipso, sed de litteris scriptis in tabula, quae non laedendae sint, agitur. Nunc autem etiam singuli et universi *cuiuscunque ordinis* homines obstringuntur, ut tabulae opem ferant. Quid, malum, hoc monstri est? Anne *πανδημεὶ καὶ πανστρατιᾷ* concurrendum Olympiam erat ad opem tabulae ferendam, quum primum praecipites nuncii delictum ab aliquo esse attulissent? Sed vide praeterea quae dura insint in hac interpretatione. Dura mutatio subiecti vocis *ἐνέχοιτο*, quae in nostra idem quod *καδαλέοιτο* subiectum habet: id quod omnino exspectatur: nam qui *deliquit*, qua *teneatur* (*ἐνέχοιτο*) poena exspectatur. Durum, quod dativus *τῷ ἐγραμμένῳ* post *ἐνέχοιτο* continuo positus regitur ab *ἄρῳ*, a quo seiunctus est, dum in nostra explicatione iungitur verbo *ἐνέχοιτο*, quod dativum habere solet. Durus alter dativus pendens ab altero tali loco, ubi summa est ambiguitas: nam ubi nulla fuerit ambiguitas, ut ap. Herodot. VII, 16. *οὐ τῷ πρώτῳ οἱ κελεύσματι πειθόμενος*, facile hoc fertur. Quod vero *ἐνέχεσθαι ἐπί τινι* dicitur, *teneri ad aliquid*, id iam non durum est, sed inauditum. Dicitur enim *ἐνέχεσθαί τινι* vel *ἔν τινι, teneri aliqua re.*

N. 12. p. 31 sqq. *Ἐν μέσσῳ γε Θριῆς τε καὶ ἄστεος, ὦνερ, ὅδ' Ἑρμῆς*] Malignus fuerit, qui *γε* hoc loco vertat *saltem*; non enim hanc solam esse eius significationem, inter alios Hermannus docet ad Soph. Trach. 73. Γε inservit voci supra ceteras extollendae, quod optime exposuit Thierschius Gr. Gr. ed. III. p. 549 sqq. itaque modo *saltem, certe,* modo *quidem* vel *omnino* reddi potest, modo nulla est particula reddendum, sed tonum tantum praegressae voci maiorem addit, sive emphasin sive ethos. Hoc loco *γε* voci *μέσσῳ* ethicum toni augmentum addit. „At ethos in miliario quis exspectet?" Nempe Hipparchus, qui Hermas Atticos posuit, vir fuit *ἠθικώτατος*, qui quum etiam miliariis formare mores civium vellet, de quo ex dialogo de lucro constat, non caverit in miliario ethos orationis. Vim voculae exemplo illustrabo. Iliad. *α*, 216. *χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε ἔπος, θεά, εἰρύσασθαι*, i. e. *verbum hoc, utpote vestrum.* Sic nostro loco: *hic, utpote in medio.* Intelliges iam cur p. 32. *b.* 29. *γε non incommodum huic loco* dixerim. Neque opus est alia, quae praecedat vel subsequatur, sententia, ad quam tale *γε* referatur: refertur ad id solum cui additur: *ἐν μέσσῳ γε, hic, utpote in medio.* Quare etiam in initio epigrammatum ponitur, ubi ad nihil praegressum referri queat. Agathias Anthol. Palat. T. I. p. 171. T. II. p. 204. p. 299. dixit:

ἦ ῥά γε καὶ σύ, Φίλιννα, φέρεις πόθον,
μὴ σύ γ' ἐπ' ἀλλοτρίης, ὤνθρωφ', ἵζοιο τραπέζης,
ἦ ῥά γε ποῦ τὸ φρύαγμα τὸ τηλίκον;

In epigrammate vetusto ap. Pausan. V, 25. extr. VIII, 42, 2. concedo *μέν γε* esse recte expulsum. Ceterum Osannus Syll. p. 241. in ceteris mecum sentiens vult: *μέσσοι ἕστηκε Θριῆς* etc. Favet huic *ἕστηκε* dialogus de lucro; sed *μέσσοι* nescio an ab epico epigrammate alienum sit: atque ut concedamus rariorem syllabae ante *στ* correptionem, ut ΗΕΣΤΕΚΕ ductibus lapidis accommodetur, vitiose ΗΕΣΘΕΚΕ scriptum fuisse sumendum est; quod durum videtur. Post illos fluctus, quos in particula minima *γε* excitavit Hermannus, obiicit mihi, quod *Θριῆς* ut iambum posuerim; *Θριάσιος* adiectivum quidem primam habere longam; atque insuper etymon suadere longam. Nempe pagum *Thriam* a *θρῖαῖς* vel Nymphis *Θρίαις*, quae a *θριαῖς* dictae, denominatum ferunt (Etym. M. Lex. Seg. p. 265. et obscurius Steph. Byz. v.). At etymon non docet syllabarum mensuram, nec verum nec falsum. Sic *θρῖαὶ* a grammaticis docetur esse pro *τρῖαί*: igitur ne ipsi quidem putarunt in etymo explicando syllabarum mensuram servandam esse. *Condĭcio* certo etymo est a *condīcendo.* Et Iota natura longum haud raro ante vocalem in media voce corripitur, ut *πῑαίνω*, apud Pindarum *πῐαίνω*, quod primus et recte docuit Hermannus. Denique nullum dum exemplum vocum *Θρία* et *Θριάσιος* repperi, ex quo pateat, Iota illud longum esse, duo, in quibus breve sit. Horum alterum est exigui momenti, *Θρῐασεὺς* Maximi Planudis figmentum Anthol. Palat. T. I. p. 449. Alterum est Senecae Hippol. 5. in versu anapaestico: *subiecta iacent, et quae Thriasīs.* Haec est antiqua lectio: *quae Thriasiis* (omisso *et*) coniectura est nullo libro confirmata. Neque est quod dubites de lectione *Thriasīs*, quam ferri posse iudicat etiam Bothius Nott. p. 398. Quo iure enim *dīs, exilīs* (exiliis, Senec. Phoen. 625.), *gaudīs* (Plaut. Capt. IV, 2, 60.), *alīs* (Lucret. IV, 641. VI, 1225.), *denarīs* (Martial. I, 118. IX. 101. bis) dicitur, potest etiam *Thriasīs* dici: quodsi in adiectivis fertur a

nonnullis haec forma non usitata fuisse, nonne *denarius* (nummus) est adiectivum? Thriae aliam ob causam non favet Krusius Hellad. T. I. p. 579. et vult ἐν μέσσῳ Στειρίης: quod ex traditis litterarum ductibus exsculpere nequeo; et meliore versiculo scriptum a poeta esset μέσσος Στειριέων, si id voluisset. Sane non spernendum Krusius argumentum attulit; locum enim, ubi titulus repertus sit, convenire in Stiriae viciniam (cf. Krus. T. II. p. 256.); quippe Fourmontus titulum tribuit τῷ χωρίῳ τοῦ Κουρσαλας, quod Krusius refert ad locum *Krusalades, Krusala, Kurtsakadai* dictum. At non constat Fourmontianum χωρίον τοῦ Κουρσαλας esse illum locum; potest alius quoque locus simili nomine vocatus esse: et probabiliter n. 94. eodem loco repertus pertinet ad Meliten, in via Athenis Thriam (v. Add. ad n. 94.), fere ut n. 12. Rectissimeque monere Sanderus videtur, τὸ χωρίον τοῦ Κουρσαλας esse demum, qui ad montem Corydallum est et ipse Κορυδαλλὸς vocatur: eum quidem Krusius ipse inter Athenas et Thriam posuit fere medium. Postremo ne de loco Fourmontiano fallaris a Rosio Inscr. p. 21., cf. Addenda ad n. 22. Accedo ad tertium opprobrium. Sententiam videbam postulare, ut in fine legeretur ὅδ' Ἑρμῆς, *In medio inter Thriam et Athenas, vir, hic Hermes est*: hoc quemque docet sensus recti et commodi, docent collata dialogi de lucro verba; nec ferri possunt tres, quas proposuit Hermannus, coniecturae:

ἐς μέσον εἶ Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἄνερ, ὅθ' Ἑρμῆς,
ἐν μέσῳ εἶ Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἄνερ, ὅθ' Ἑρμῆς,
ἔμμεσος ἥδε Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἄνερ, ὅθ' Ἑρμῆς,

in media es inter Thriam et urbem via, ubi columna (ὅθ' p. ὅθι); vel, *hoc trivium, ubi columna, est medium inter Thriam et urbem*; haec enim contorta recedunt nimium a *formula*, quam tradidit scriptor dialogi de lucro, licet sensus idem sit. Itaque ego dixi aut ὅδ' esse corrigendum, aut, quod *cum dubitatione* proposui, ὅθ' Ἑρμῆς esse pro ὅδ' Ἑρμῆς ex aliqua singulari ratione scriptum, *etiam media ante asperum a nonnullis in aspiratam mutata*. Sensim enim confirmatus in his rebus orthographicis usus est; potuitque antiquitus variari (v. Praef. §. VIII.). Non pugnabo magnopere pro hac sententia, quamquam eam prorsus probat Buttmannus Gramm. Gr. ampl. T. II. p. 413. sed quae ad eam illustrandam dixi, sunt verissima. Fit idem in μηθείς, οὐθείς et similibus formis; et asperum huius aspiratae causam esse, eamque non ex tenui esse natam sed ex media, docent formae, in quibus spiritus asper non fuit: numquam enim dictum est μητεμία, sed μηδεμία. Contra μηθαμῶς, μηθαμόθεν dictum est, non solum μηδαμῶς etc. nam simplex est ἁμῶς, ἁμόθεν, ἁμηγέπη etc. quae aspirari in optimis libris testatur Bekkerus. „At μηθείς, οὐθείς etc. recentiores sunt barbarismi". Nihil potest *barbarum* vocari, quod frequens sanxit Graecorum usus. Scripserunt ita Aristoteles, Theophrastus, qui ab oris divinitate nomen traxit, Chrysippus et Chrysippei (Phrynich. p. 182. et ibi Lobeck.), Aristoxenus, vir satis eruditus. Οὐθενὶ legitur in fragmento Philolai Pythagorici p. 62. nostr. ed. quamquam nihil hoc exemplo conficitur, quod in aliis eiusdem locis libri praebent contrarium. Pleni harum formarum sunt tituli optime scripti; sic in Boeotico n. 1569. in Laconico n. 1335. in Arcadico n. 1434. in Chaeronensi n. 1608. in Aetolicis Cei et in Ceis ipsis, in Theraeo Epictetae testamento, in Cyretiensi T. Quinctii Flaminini epistola, etc. Nec recentius tantum id ϑ est, quamquam eo recentiores usos esse notant grammatici. Profecto Zenodotus Odyss. σ, 130. ap. Eustath. p. 1841. non scripsisset οὐθέν, nisi id antiquitus traditum esset; sustulere talia successores vulgaribus regulis addicti. Aeolicum dicunt Eustathius l. c. Philemon v. οὐδὲ ἕν, Phavorinus. Quippe resedit apud Aeoles, qui ad hoc genus aspirationis erant procliviores, unde pro μήδω μήθω, pro δάσος θάσος dixerunt: postea latius propagatum in communem linguam est: sed ne Homericae quidem poesi prorsus id incognitum fuisse, Zenodoti auctoritas evincit. Itaque nihil obstat, quominus Hipparchus, cuius Homericus textus Zenodoteo fortasse propior fuit quam Aristarcheo, scripserit ὅθ' Ἑρμῆς. Contuli etiam coniugationem, in qua media ante aspiratam mutatur in aspiratam, „ut ἀμείβω ἠμείφθην". Respondetur mediam non transire in aspiratam, sed mutari primum in tenuem, tenuem deinde in aspiratam. Quasi vero, quod grammatici, ut iusto systematis ordine proponant formarum analogiam, ἠμείφθην derivant ab ἤμειπται, ideo media β in π mutata sit, priusquam formaretur ἠμείφθην. Has rationes antiquatas putabam. Potius ex ἀμείβ-ω fiunt ἤμειβ-ται et ἠμείβ-θην; tum postulante linguae indole ibi β in π, hic β in φ mutatur: et neutrum altero est prius factum. Addam tertium, secundo simile. Nempe ut in coniugatione ante aspiratam media transit in aspiratam, ita ante sibilum aspiratae propinquum eadem media transit in eandem aspiratam, ἀμείβω, ἀμείβ-σω, ἀμείφσω (ἀμείψω). Nam hoc, quod vulgo est ψ, non βσ fuit, sed φσ; quare Attici ΑΜΕΙΦΣΟ, non ΑΜΕΙΒΣΟ scripserunt. Anne hic quoque dicemus, mediam primum in tenuem, dein in aspiratam mutari? Hanc nostram rationem unice veram esse, docent eae formae, quae π vel φ habent, licet deriventur ab alia, in qua primitivum β iam evanuit. An enim, si ἤμειψαι, ἤμειπται, ἤμειφθε derivatur ab ἤμειμμαι, β dicemus primum in μ mutari, deinde retro μ (nam β iam evanuit prorsus) in π, et rursum in φ? Non opinor; sed simul sunt ἤμειβ-μαι, ἤμειβ-σαι, ἤμειβ-ται, ἤμειβ-θε, deinde in quovis fit ea litterae β mutatio, quam postulat linguae indoles. Itaque firma est ea, quam posui, comparatio.

N. 13. p. 33. *b*. in commentario lin. 1. extr. scribe ἱε-

N. 14. p. 33. Sine causa hic titulus metricus putatur. Talia fragmenta ex analogia iudicanda sunt, quam praebet n. 19. qui ut hic Argivus titulus est; addo Peloponnesiacum n. 1513. In his compa-

rent πεδάϝοικοι, μέτοικοι: hi nostro loco latent in litteris ΠΕΔΑFOFOOI, ubi FO in IK mutare non durum est, praesertim in Fourmontiano apographo. Nam vitium lapidis offerre speciem potest, quasi I sit F (ut saepe ⊢ pro I lectum); O potuit Fourmontus legere pro superstiti <, postquam evanuit verticalis litterae K linea. Nota vero πεδά de industria me dedisse, non πέδα: causas v. Introd. Boeot. I, 2. Οἶκον brevissimis verbis, quae nihilominus ut supervacua reprehensa sunt, notavi digamma habere, et scribi ideo πεδάϝοικος, ne quis forte, quod in tabulis Heracleensibus hanc litteram frequentantibus digamma in voce οἶκος deest et quod etiam πέδοικος dicitur (Aeschyl. ap. Hesych. v.), hoc posterius exspectaret. Sub finem cur voci δαμόται in parenthesi addiderim δημόται, nuperae cavillationis causa exponendum. Δαμόται enim in hoc titulo ex mea ratione opponuntur μετοίκοις; at μετοίκοις vulgo opponuntur πολῖται, ubivis et n. 1513. in simili titulo. Iam Athenis δήμοις comprehenduntur soli cives: itaque δημόταις opponi μέτοικοι possunt Attico usu. At apud Dorienses δῆμοι vulgo sunt κῶμαι vocati (Aristot. Poet. 3.); rarumque haud dubie apud hos δήμου vocabulum pro pago, licet id n. 11. non sine causa statuerim. Itaque ut, rariore usu, δαμόται significarem hic idem esse quod πολῖται, digitum intendi ad Atticam formam δημόται, quasi si dicerem: „Δαμόται, hoc est idem quod δημόται in Attica republica, cives comprehensi suis pagis, oppositi inquilinis". Sed accuso brevitatem meam, cuius iam saepe dedi poenas.

N. 15. p. 34. Ut de formula mystica aut telestica vel oraculo cogitarem, adduxerunt me et cetera, quae legere mihi videbar, et illud καθαίρειν et ὑδροφόρος: atque ita spectanti nihil inest meis, quod reprehendas; verba et formae sunt probae vel verisimiles, ut vs. 1. ὑόν et ἐδήδοϝε, quod redire vs. 4. videtur, ἐ]δήδοϝας ἄρκαλον: sententiae, quantum sententia inest lacero fragmento, conveniunt tali argumento; neque inauditum, prolem comedi ab aliquibus: faciunt hoc bestiae; Tantalique et Thyestae scelera nemo ignorat. Repetita vero edendi mentio confirmare potius coniecturam, quam ei obesse visa est. Porro vocis ἄρκαλος (de qua quem locum Aeliani ex Schneidero harum rerum peritissimo citavi, is est VII, 47. non 17. quod sphalma Schneideriani Lexici correxissem, nisi oblitus essem evolvere locum), eius igitur vocis vis me adduxit, ut etiam vs. 3. de bestia cogitarem, ὃς ἔθηκέ με [φ]ῆρα: φῆρα p. θῆρα ex selectiore usu Aeolico, qui vulgo remansit in Satyris et Centauris denominandis, unde patet non proprium nomen esse Φήρ, sed appellativum. Sententiam quod attinet, memineram hominum in bestias mutatorum quam plurimorum in fabulis. Ceterum singula haec et quamvis mira quomodo inter se componi possent, utpote in fragmento nimis mutilo non quaesivi, satis habens repperisse quaedam, quae essent ex eodem genere petita, vix uno et altero in apographo Fourmonti, qui multa depravare solet, apice mutato. At in tali fragmento proclivem ad labandum interpretationem esse quis neget? Ac sane, etsi quod Hermannus vs. 1. legit, - - ἄντου ἧδε ῥοὴ εὐο, non apertius est quam quod ego dedi, magnam speciem habet, quod amicus eius vs. 3. coniecit, ὃς ἔθηκέ με χήρα[ν; quae dictio convenit *mulieris epitaphio*. Sed mihi non in mentem venerat cogitare de epitaphio mulieris. Nam ex Fourmontianarum schedarum dispositione titulus est Spartanus habendus, et ex litterarum forma priscus: antiquitus vero Spartae ne *nomen* quidem licuit sepulcro inscribi nisi certis quibusdam viris et mulieribus (Plutarch. Lycurg. 27.); quo minus verisimile est mulieri quamvis honoratae prisca aetate prolixum esse epitaphium impositum. Utut est, titulus, quod dixi, intellectum non admittit.

N. 16. p. 34 sq. De historia interpretationis huius tituli cf. Bröndsted. in Böttig. Amalth. T. III. p. 55 sqq. In qua me eodem quo Hermannum tempore versatum esse docet lemma; sed mea explicatio forte est prius edita, quum eam cum Thierschio communicassem: communicavi etiam cum Rosio, qui tamen eam non recte intellexit (Inscr. p. 67.). In notis p. 34. *a*. 4. scribe *vs*. 3. (pro vs. 4.). P. 35. *b*. Hermannum dixi per apocopen Τυραν pro Τυῤῥανῶν accepisse: sed de compendio scribendi sese cogitasse ipse vere monet: quod non perspiciebam, qui talia scripturae compendia non vidissem in priscis titulis nisi in sollemnibus notis, quibus demi vel munera vel similia significantur, ut TPIE pro τριήραρχος n. 169. etc. N. 31. quidem ΦY nullo modo pro siglo haberi potest. Superest, ut quod olim posui, nunc confirmem, verba τῷ Δὶ Τυῤῥάν᾽ ἀπὸ Κύμας, esse *versum paroemiacum*, non qui casu exciderit (excidunt enim casu etiam iambici et heroici), sed cusum de industria. TVPAN pro Τυῤῥανὰ sive Τυρσανὰ scriptum duplicem praebet offensionem: alteram, quod P simplex est pro duplici, pro quo vel PΣ exspectes, quia antiquior forma videtur Τυρσηνός, quam habemus in Hesiodeis, apud Pindarum, Sophoclem, Euripidem, Critiam, Herodotum, Thucydidem, alios, nec contrarium afferri potest nisi Τυῤῥηνῶν incertum in Simonideo epigrammate (Gaisford. n. 93.); alteram, quod apostropho abiecta est terminatio. Priorem p. 34. *a*. removi uno prope verbulo, quantum ad litteram simplicem: nam si n. 2. Ἱπομεδων, n. 11. ἐγραμενῳ, n. 12. μεσῳ p. μεσσῳ scribitur, quanto facilius scribi potest Τυραν᾽ p. Τυῤῥαν᾽, quum nulla littera pronunciando facilius duplicetur quam P; unde δὲ ῥῖνας pronunciatum est δὲ ῥῖνας (δεῤῥῖνας); unde ἀμφίρυτος et ἀμφίῤῥυτος etc. unde etiam scriptum Κυθήῤῥιος, πεῤῥέχω (Κυθήριος, περιέχω s. περέχω) et talia. Ne in recentioribus quidem titulis P pro PP vitatur, ut ΦΡΕΑΡΙΟΣ n. 255. Deinde quum consensus auctorum doceat, Tyrrhenos apud Cumas victos ab Hierone esse, haud dubium esse potest, Tyrrhenica hic nominari, et proinde iam colligitur ex hoc titulo, mature coeptum esse dici etiam Τυῤῥηνός pro Τυρσηνός, ut pro χέρσος temporibus satis antiquis dictum est χέῤῥος, et pro ἄρσην ἄῤῥην. Haud ita multo post Hieronis

titulum Thucydidea aetate Χεῤῥόνησον habes n. 143. De ipso Thucydide non satis constat scripseritne Χερόνησος, an Χεῤῥόνησος, an Χερσόνησος (cf. Poppo Obss. Thuc. p. 147. et de eloc. Thuc. p. 210.). Immo ῤῥ pro ρσ adeo est antiquum, ut τύῤῥις (*turris*) pro τύρσις ante rerum memoriam in Latinam linguam transierit, et ῤῥ commune, ρσ Atticum dictum sit. Ex quo iudicantibus grammaticis Τυρσηνὸς est Atticum visum, Τυῤῥηνός commune (Gregor. Cor. p. 154.); et recte: nam Attici maxime hoc retinuerunt ex prisco Ionismo, a quo habent poetae, etiam Pindarus, cuius dialecti fundamentum est epica, Dorismo et aliquot Aeolismis temperata. Quamquam recentiorem Atticismum respicientes sunt etiam, qui Atticum dicant θαῤῥῶ: v. Poppo de eloc. Thuc. p. 209. Altera difficultas, quae in abiecto A posita est, evincit versum, et versu expeditur. Nam apostrophus quidem per se nullam difficultatem habet, quod exemplis p. 34. a. quae tamen et ipsa ex versibus maximam partem sunt, docui: at nullus titulus talem praebet apostrophum, Ἀττίκ', Περσίκ' (p. Ἀττικά, Περσικά), ne in Atticis quidem, nedum in Doricis: unde certo colligitur, A esse singularem ob causam omissum, quae est in versu posita. Accedit dictio concisa, manca, solo posito Τυῤῥανά sine rei designatione, et breviter dicto ἀπὸ Κύμας, ut ex Cumaea pugna capta spolia non tam dicerentur quam significarentur; taceo omissum ἀνέθεσαν utpote nimis vulgare, et in solo relativo durum, quamquam ne in hoc quidem in versu sine exemplo (n. 1080. *B.*). Illa igitur, quam modo memoravi, orationis conformatio evincit carmen: nam manca dictio versus indicium (Praef. §. XI.). Versui praeterea imprimis convenit forma Τυῤῥανά pro Τυῤῥηνικά: illam certe, ubi in soluta oratione reperitur, e poetico fluxisse usu merito notat Müllerus. Ipsius adiectivi Τυῤῥηνὸς addo aliquot exempla, quod de eo quoque comperi viros valde eruditos dubitasse. Steph. Byz. v. Κύζικος: λέγεται καὶ κτητικὸν Κυζικηνικός; κέχρηνται δὲ καὶ τῷ Κυζικηνὸς ἁπλῷ ἀντὶ κτητικοῦ, ὡς τὸ Τυρσηνοὶ (adde δεσμοί) ἀντὶ τοῦ Τυῤῥηνικοί, αἱ χαλεπαί etc. Cf. Hesych. et alios v. Τυῤῥηνοὶ δεσμοί. Τυρσηνὴ θάλασσα est ap. Steph. Byz. v. Τυῤῥηνία; Τυρσηνὴ σάλπιγξ nota; Τυῤῥηνὸς αὐλὸς ap. Polluc. IV, 70. Τυρσηνὸν μελέδαμα, Τυρσηνὴ ἅλς sunt in Anthologia. Iam vero, ut haec disputatio firma sit, docendum est, titulos tales e prosa oratione transire in versum, et plures etiam voces extra versum poni, non tantum unam et alteram. Docui iam olim; sed distinctius disserere cogor. De n. 22. quo usus sum, dubitari potest (vide Addenda): de altero exemplo dubitationem eximit Pausan. V, 27, 1. τῷ προτέρῳ δὲ τῶν ἵππων ἐπίγραμμα ἔπεστιν ἐπὶ τῇ πλευρᾷ, τὰ πρῶτα οὐ σὺν μέτρῳ· λέγεται γὰρ δὴ οὕτω·

Φόρμις ἀνέθηκεν,

Ἀρκὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος.

Quis vero haec scripsit et ubi? *Hieronis amicus, vir Syracusius, in Olympico donario.* Vides quantum hoc valeat ad Hieronis Olympicum donarium. At fortasse Hieronis amici prosam et pentametrum miscuerunt elegiacum, non prosam et paroemiacum anapaesticum, qui non usurpetur singillatim positus. Prorsus contra; multum ausus est Hieronis amicus, qui elegiacum pentametrum subiecit prosae; nam elegiacus pentameter *primitivo usu* (taceo de Dionysio aereo et de Philippo Thessalonicensi) est nihil nisi epodus heroici; paroemiaci ratio est eadem quae heroici et senarii iambici, quod statim docebitur. Tertium est exemplum, sed dubium visum, Pausan. X, 7, 1. idque Hieroneo vetustius: μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τοῦ Ἐχεμβρότου τὸ ἀνάθημα τρίπους χαλκοῦς, ἀνατεθεὶς τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐν Θήβαις· ἐπίγραμμα δὲ ὁ τρίπους εἶχεν·

Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε τῷ Ἡρακλεῖ,

νικήσας τόδ' ἄγαλμ' Ἀμφικτυόνων ἐν ἀέθλοις,

Ἕλλησιν δ' ἀείδων μέλεα καὶ ἐλέγους.

In his alter versus corruptus est; sed fuisse eum elegiacum produnt numeri superstites: et mirus fuisset Echembrotus, si elegis victor scripsisset sibi epigramma heroicum. Igitur errat Hermannus, qui totum epigramma vult in heroicos cogere: neque ulla causa est quare prima verba negentur extra versum posita esse; quod Thierschius noster non negasset, nisi *Thebani* Herculis desiderasset mentionem (Act. Monac. T. III, p. 585 sq.), quippe quod non discere nisi ex epigrammate potuisset Pausanias, dicatum illum tripodem Thebano Herculi esse. At *Thebis* id epigramma vidit Pausanias: hinc illud novit. Addam novum exemplum, in quo verba aeque multa atque in galea Hieronis extra versum posita, n. 456.

Ἀρχέδαμος ὁ Θηραῖος ὁ νυμφόληπτος

φραδαῖσι Νυμφῶν τἄντρον ἐξηργάσατο.

Hic dictio poetica evincit versum. Postremo quod in transitu attigi, doceo *paroemiacum* multo quam elegiacum pentametrum prius *potuisse prosae subiici*. Quippe sic poni potest eiusmodi versus, quo solita sit exigua quaedam sententia epigrammatice vel proverbialiter concludi et quasi iaci. Talis est hexameter heroicus, tale distichon elegiacum (non tamen solus pentameter elegiacus), talis senarius iambicus. Proverbia conclusa hexametris et iambicis senariis esse notat Hephaestio p. 26. paroemiacus autem his et eo similis est, quod κατὰ στίχον repetitur, et eo, quod proverbiale metrum est. Tantum enim abest, ut paroemiacus solis inserviat anapaesticis systematis concludendis, ut et in canticis plures sese excipiant spondiaci paroemiaci (Sophocl. Electr. 86. Eurip. Iphig. A. 115. Aristoph. Av. 1062. etc.), et Cratinus in Ulysse paroemiacis κατὰ στίχον usus sit (Hephaest. p. 26.), et Tyrtaeus integra embateria paroemiacorum serie κατὰ στίχον contexta composuerit, unde sex primi supersunt versus. Proverbiale autem hoc metrum esse ipsum nomen docet. Hephaestio: Τὸ δὲ δίμετρον καταληκτικὸν καλεῖται μὲν παροιμιακόν, διὰ τὸ παροιμίας τινὰς ἐν τούτῳ τῷ μέτρῳ εἶναι·

Ποτὲ δ' Ἄρτεμις οὐκ ἐχόρευσε.

καὶ κόρκορος ἐν λαχάνοισιν.

His duobus exemplis addo alia duodecim:

Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ' ἄρτους.
Δέχεται καὶ βῶλον Ἀλήτης.
Αἴρειν ἔξω πόδα πηλοῦ.
Ἄκρον λαβὲ καὶ μέσον ἕξεις.
Ἐπιχώριοι οὖρον ἴσασιν.
Καθ' ἑαυτοῦ Βελλεροφόντας.
Κἂν αἶξ δάκοι ἄνδρα πονηρόν.
Ἀγναμπτότατος βάτος αὖος.
Ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν.
Οἶνος καὶ παῖδες ἀληθεῖς.
Πολλαὶ κυνὸς ἄῤῥενος εὐναί.
Τὸ κυνὸς κακὸν ὗς ἀπέτισεν.

Haec collegi ex Michaele Apostolio; reperiuntur etiam apud ceteros paroemiographos. In plurimis ipsa dictio versum evincit; omnia per se absoluta sunt: alia omisi, quae ex epicis sint carminibus: quamquam ne haec quidem necessario omittenda erant, quod potuerunt prius facta esse quam insererentur heroicis.

N. 17. p. 35 sq. Vide Praef. §. X. defensionem interpretationis.

N. 18. p. 36. init. cave legas ἐπρίαντο.

N. 22. p. 38. Ne quis erret, moneo Rosium p. 21. quidem locum, ubi Fourmontus titulum ponat, dicere Χουρβάλα (hoc est Κουρσαλα, v. Addenda ad n. 12.); sed semet correxisse p. 423. ubi ex Fourmonti schedis dicitur Χριστόδουλος Παξυξα habuisse. Hoc quoque credo male lectum esse p. Πατοῦσα, ut Mustox. In explicatione *b*. 3. lege *bina*. Vs. 1. dixi prosa conceptum (cf. Add. ad n. 16.); videtur enim generalis praemitti sententia, versu deinceps amplificata: unde redit idem ἔστησε; certe sequentia de eadem et re et persona dicta fuisse non dubito. Hermannus metrica illa quoque iudicat, exempli causa: Ἀρχένεως παῦδ' ἔστησεν τάφρυ ἔμμεν ἄγαλμα. Dobraeus Diar. class. T. XXX. p. 145. (Ros. Inscr. p. 415. coniicit ΗΟΔΟ: (ὁδοῦ): at ἐγγὺς ut πέλας recipit etiam dativum.

N. 23. p. 38 sq. Hermannus coniicit, ut de duplici statua, νὼ [ἐποί]ησεν: sed illud νὼ debebat potius prius positum esse ante ἀνέθηκεν. Amicus meus vult hexametri esse fragmen; sed retinent me et tituli forma, subsistente linea in voce ἀνέθηκεν, et vocis forma vulgaris Ἀριστοκλῆς, pro qua in versu praestabat Ἀριστοκλέης. Nec causa est, quare de versu cogites. Cf. Praef. §. XI. P. 39. *b*. et p. 237. *a*. quod Cleoetam dixi Phidiae adiutorem in Olympico Iove faciendo fuisse, id *ex coniectura* me dixisse apertum est; quare non esset quod Cleoetam cum Colote confudisse me Silligius Catal. artific. p. 91. censeret, etiamsi non ipse de Colote distinctius egissem ad n. 24. Coniectura ipsa vaga est, fateor, sed nihil ei superstruxi, neque illi quidquam obest. Cleoetas enim quadrat in Phidiae aetatem, atque Athenis et Olympiae artem fecit; et Athenis quoque Cleoetae familiae cum Phidiacis operibus videtur aliquid coniunctionis fuisse: v. p. 237. *a*. Etiam Odofr. Müllerus in diss. de Phidia I, 13. Cleoetam Phidiae adiutorem fuisse mecum censet; cui longe plurimum tribuo. Ceterum Silligii causa addo Aristoclem Cydoniatam a Pausania in vetustissimis artificibus haberi, quod Pausanias in Anaxilai aetate definienda falsus est. Vide p. 39. *a*. Idem Silligius falso dixit Aristoclem Cydoniatam a me Olymp. 70–75. poni: posui contrarium. Nec iure Aristoclem Cydoniatam fert Sicyonium esse illum, de quo Pausan. VI, 3, 4. huius enim Sicyonii aetatem optime novit Pausanias, Cydoniatae vix coniectando potuit aetatem definire: ut videas diversos esse, sicut patria eorum nominatur diversa. Neque ulla causa est quare duos statuamus huius nominis Sicyonios artifices fuisse, nec quare Cleoetae patrem et filium, quos Atticos esse censeo et in inscriptionibus memorari, putemus esse Sicyonios: quorum Atticorum minorem Olymp. 95. superstitem fuisse p. 237. conieci, non Sicyonium aliquem.

N. 24. p. 39 sqq. Hic titulus Rosio p. 333. falso suspectus est. Vs. 1. non potest aliud exsculpi quam ἱερῇσι ὠδῖσι, omisso I subscr. ut n. 71. *b*. vs. 31. in αὐτῇσι, ubi si aliam dixi rem esse, feci ideo, quod ibidem τῇσι est cum I subscr. Ἱεραὶ fortasse dicuntur, quod caerimoniis adiutus partus. Callimacheum ἱερὸν ὕπνον (Fragm. 10. *de morte*) non recte contuli. Ceterum in mea restitutione nihil est duri: omissum ἀνέθηκε non eget defensione; cf. tamen Add. ad n. 16. Mistio dialecti et tolerabilis est et fide textus traditi nititur. Quippe dialectus in plurimis est Ionica distichis elegiacis propria, quam evincit certum μήτηρ, non μάτηρ; sic igitur etiam ἱερῆς, ἀμοιβήν et Κολώτεω scribendum mihi erat: ex Dorismo loci, ubi positum epigramma, solum ω pro ου in genitivis admiscetur, quod habes in ultimi versus verbis τῶ Παρίω; igitur etiam Ἀσφαλίω et Ἔρω scribendum erat. Tantum σωι in σαι et πωιημα in ποιημα mutandum est; sed ob haec vitia etiam cetera Ω omnia in O mutare non audeo. In priore vero epigrammate statuo hoc dici: *Asphalii mater Pliersis, Eri filia, dicat hoc donarium pro partu*, quo enixa erat Asphalium. Hoc simplex est et concinnum; eleganter vero Ἀσφαλίω μήτηρ praemittitur, quod ob Asphalium offertur donarium. Et Ἀσφαλίω diserte scriptum est. Contra Hermannus scribit Ἀσφαλ[τ]ώ: matrem et filiam, quae simul pepererint, dicasse hoc donarium: quod sine ulla fingitur causa. In secundo epigrammate ναΐε dico esse pro ναῖε, ut δειλαΐος, ut abiecto Iota ποέω, quae contuli loco Pindarico, in quo me iudice est νάοισαι. Ita Ἀλκμαΐων, Ἀθήναΐος, plura alia, et Iota illud potuisse in voce ναίειν abiici, docent formae aeque bonae ναιέτης et ναέτης. Porro mea coniectura exacte insistit traditis litteris: Hermanno magis sobrium visum est scribere Κολώτα θάεο λειάσσων, at simplici σ exaratum. Recte illi obloquitur Welcker. Append. Trilog. Aeschyl. p. 80. Nempe dum ego nihil muto (quod enim pro I pono N, non mutatio est, sed additio in loco vacuo), ipse I mutat in Θ, Γ in Σ, nec videt litterae, quam inserit, Λ nullum in aere locum relictum esse. P. 40. *b*. 15. scribe 42, 2. (pro 42, 4.).

N. 25. p. 42. *b*. Hypatodori Minervam apud Alipherenses ut insignem memorat Polyb. IV, 78, 5. ubi vulgo Ἑκατόδωρος: verum viderunt iam alii. In ea facienda socium habuit *Sostratum*, de quo dicere supersedeo, quod utrum Plinii et Pausaniae loci ad hunc ipsum pertineant necne, magis dubium est quam putatur.

N. 26. p. 43. *b*. Ausonii verba pertinent ad historiolam p. 258. *a*. §. 6. e Plutarcho appositam. Ad p. 44. *a*. 15. ex fideliori Uhdenii delineatione noto in Lithostroto Praenestino non ΕΝΗΥΔΡΙΣ, sed ΕΝΥΔΡΙΣ esse. Ibid. *a*. 43. lege *Traiano* (p. Hadriano). Columnarum Herodis harum altera, nobis ad dexteram, in cuius vs. 1. est solum ΟΔΕΝΙ, ex incerti auctoris delineatione extat in ephemeride Gentlem. Magaz. LXIX. p. 25. (Ian. 1799.); quae delineatio non melior Smetianâ, quacum consentit et in versuum ac litterarum dispositione et in lectione, nisi quod inferior inscriptio, quam Smetius spatii causa infra addit, est ad latus, et quod post ΤΕΙ ΑΠΠΙΑ integer versus inseritur ΕΝΤΟΙ. Pro quo quum debuerit esse ΙΕΝΤΟΙ, interpolatum hoc exemplum ex altera columna iudico. Idem censeo de utriusque columnae apographo, quod in schedis Pighii Berolinensibus fol. 198. *b*. inveni. Id etiam in sinistra columna in fine brevioris tituli addit ΚΑΙ, quod ex altera petitum videtur; in eadem vss. 14. 15. sic divisi sunt: ΚΙΝΕΣΑΝ|ΤΙΜΑΡΤΥΣ, traiecto ΤΙ ad normam dexterae. In dextera vero idem illud ΕΝΤΟΙ (pro ΙΕΝΤΟΙ) insertum est. Breviorem titulum utrumque Pighius iuxta longiores, sed in summa parte apponit, ut nos breviorem dicimus initio ponendum esse: at mutato ordine, brevioris tituli versus ita divisit in sinistra, ut apud Smetium sunt in dextera, et vicissim. Equidem arbitror haec duo exempla, Britannicum et Pighianum, non esse optimae fidei. ΕΝΤΟΙ inseruit utriusque auctor, quod id deesse videbat; sed quum in sinistra columna praecedens Iota, quod et ipsum supplendum erat, in praegressa esset linea positum, neglexit id uterque.

N. 27. p. 46. Vs. 2. scripsi Ἐ]καλῆθεν, non quod primum in mentem venerat Κ[εφ]αλῆθεν, quod inter Κ et Α nulla a Fourmonto lacuna notata est interponendis punctis: tantum diductius scriptae litterae videntur, ut proximum Μ. Raro certe Fourmontus lacunam non signavit punctis, et tantum maiorem (n. 94. 132. nam n. 119. non est Fourmonti: v. Add.). Quodsi lacunam statueris, eius mensura non e vs. 1. contrario ordine scripto iudicanda erit, sed e vs. 3. ad quem iudicans quum viderem unam tantum posse inter Κ et Α litteram suppleri, malui nullam supplere, quum una suppleta non praeberet vocabulum. At si Osannus Syll. II, 57. vere tradidit, vs. 2. non ΕΘΕΝ sed ΕΘΕΚΕΝ legi, tale quiddam supplendum est: Δήμῳ Ἀθηναίων [Κυδαθηναιεὺς] ἀνέθηκεν. Possunt etiam alia tentari, sed minus probabilia. Vs. 4. ἄριστον ut simplicius adhuc praefero alteri meae coniecturae ἄμεμπτον.

N. 29. p. 47. Accuratius, quod desiderabam, exemplum appono ex Ros. Inscr. tab. VII. (ad p. 59.).

ΤΑΦΛ. ΟΙΑΝΕΘΕΝΤΟΙΦΙϜΙΤΟΝϘΟΦΙΝΘΟΘΕΝ

Nota vero non licere quidquam mutare, quum omnia distincte expressa sint: Ρ et D cur similia litterae Φ essent, docui in lemmate. Titulus senario iambico quamquam non bono conceptus est, quidquid obloquitur Hermannus: hoc docet dictio concisa, praesertim illud τῶν Κορινθόθεν, quo spolia de Corinthiis haec esse magis significatur ob metri angustias, quam diserte enunciatur. Cf. de versuum notis Praef. §. XI. Accedit crasis insolentior τἄργεῖοι, ut in versu, quem contuli, simili τἄχαιοί; item ἀνέθεν, ut apud Simonidem. At huiusmodi versus donariis impositi non sunt ad optimorum poetarum normam iudicandi; ferenda est licentia quaedam, ut in hoc anapaestus comicorum more admissus, et correptio longae ante vocalem in prima syllaba tribrachi iambici. Talis correptio quibus condicionibus apud scenicos admittatur in canticis et apud lyricos poetas, etsi nescire dicor, tamen me nosse probe docent libri de metris Pindari p. 102. quo provocavi, non quod locis ibi allatis prorsus geminum hunc putarem, sed ut eam correptionem certe quibusdam condicionibus ferri etiam ab optimis poetis docerem. Quae vero in hoc versu correptio habetur in *prima brevi tribrachi iambici*, sane non convenit illis condicionibus, et est omnino vituperanda, at nihilominus certa. Contra in secunda brevi tribrachi iambici ferenda etiam apud bonos poetas illa correptio, non solum, quod praecipitur vulgo, ubi ea in forma fit dactylum vel anapaestum referente, sed simpliciter. Etenim in hac forma fertur:

‒ ⏑⏑⏑ | ‒ ⏑ ‒ Κάδμου ἐπώνυμον:

at quod breves praecessit longa, nihil potest ad corripiendam sequentem longam conferre, propterea quod illa, quae praecessit, longa non arsis est. Quare idem concedi debet in tali forma:

⏑ ⏑⏑⏑ | ‒ ⏑ ‒ Πύλου ἐπώνυμον.

Igitur in Archilochi versu, αὐτός τε καὶ Ἰόλαος αἰχματὰ δύο, non opus est crasi ad amoliendum correptum καί. Hactenus de metro. At Διϝὶ ferri non potest; nam reperitur etiam Διί." Itaque n. 1583. non ferri poterit ῥαψάϝυδος, αὐλάϝυδος, κιθαράϝυδος, τραγάϝυδος, κωμάϝυδος; nam reperitur etiam ῥαψῳδός, αὐλῳδός etc. Itaque ferri non poterunt ἀϝέκων, ἄϝεργός, ἀϝίδης, ἀϝείκεια: reperiuntur enim etiam ἄκων, ἀργός, Ἅιδης, αἰκία. Nec ferri poterit πεδάϝοικος; reperitur enim etiam πέδοικος. Ceterum in Ζεύς, Διός, Δ digamma olim fuisse concedunt fere omnes, qui his rebus dederunt operam. Ut tamen versum evitet, Hermannus tuetur eam, quam miram dixeram, lectionem ἀνέθεντο ἰδῇ, eamque acuta defendit disputa-

tione; Iones enim quosdam galeam de praeda Corinthia captam dedicasse privatim; Iones Atheniensium socios cum Corinthiis dimicasse docet ex Thucyd. IV, 42 sqq. ἰδίᾳ similiter poni ex Pausan. X, 18, 1. τὸν δὲ ἵππον, ὃς ἐφεξῆς τῇ εἰκόνι ἐστὶ τοῦ Σάρδου, Ἀθηναῖος Καλλίας Λυσιμαχίδου πατρὸς ἀναθεῖναί φησιν ἰδίᾳ etc. quod hoc loco translatum sit ad populum aliquem, qui non una cum sociis, sed ab illis seiunctus dedicarit galeam; postremo quoniam in titulis soluta oratione scriptis ἀνέθεσαν dicitur, non ἀνέθεντο, ἀναθέσθαι docemur esse *de suo vel suum dedicare*, vel *curare per alium, ut aliquid dedicetur*: et hoc reperiri in metricis epigrammatis; ex quibus sola meliorum auctorum nomino, Anthol. Palat. T. I. p. 257. n. 221. et p. 296. n. 338. At nihil efficitur hac disputatione. Nam licet etiam qui prosa oratione aliquid dedicant, id *dedicent de suo* vel *per alium curent dedicandum*, tamen soli poetae dicunt ἀνέθεντο, quod usu invaluit ne in soluta oratione diceretur aliud nisi ἀνέθεσαν vel ἀνέθηκαν. Deinde non ΙΔΙΕΙ legitur, sed ΙΔΙFΙ, et ne apicem quidem addere in hoc monumento licet: „*omnia hic bene servata et liquida*", ait de hoc loco Rosius, testis ocularis p. 63. ideoque excludit Blomfieldi coniecturam τῷ Δὶ ἐκ τῶν Κορινθόθεν, in quam incidit etiam Meierus. Talibus argumentis et auctoritatibus reluctari, hoc est πρὸς κέντρον λακτίζειν. Postremo si dialectus est Ionica, cur scriptura non est Ionica? Cur TON non ΤΩΝ scriptum? Anne ante receptam in Ionia Simonideam litteraturam scriptus titulus? Tum iam evanescet ea probabilitas, quae ex Thucydide collecta est de bello inter Iones et Corinthios. Quid vero *Koppa*? Hocne etiam Ionibus tribuemus? Mihi quidem Koppa in Doricis terris Dorumque titulis cognitum est, et maxime in vicinia Argorum (cf. ad n. 7. 166.), ut Argivis tribuo hunc quoque titulum, accuratissime insistens litteris ex aere traditis ταργ - - ὶι. Sane nuperrime allata nota est nummorum ϘΟ, quos Coressiis Cei tribuit Bröndstedius noster: sed in illis nummis delphinus non demonstrat Ceam originem, quum desit uva, quae in similibus Ceis nummis addita delphino est; itaque Corinthiis poterunt illi nummi tribui, quorum moneta nec delphino caret nec littera Koppa. Atque insuper si illi nummi Cei sint, potuerunt eam litteram Cei ex Locrica retinere origine. Sic ab omni parte labat Ionica nostri tituli origo, nec ferri ulla ratione potest lectio ἀνέθεντο ἰδίῃ, quae in aere non est; in aere est ἀνέθεν τῷ Διϝί. P. 47. *b.* 18. *a fin.* in Pausaniae loco scribe 9. (pro 4). Ibidem quod hanc galeam cum Welckero dixi in thesauro Megarensium videri positam fuisse, est omnino incertum: id quod in fine satis significavi.

N. 31. p. 48. Μα πόησε vel πόησεν certo legendum, et μα est με, ut κα κε, γα γε: aliter enim nullus potest sensus inferri (cf. Welcker. Append. Trilog. Aesch. p. 79.). Ր vel Ղ non ut Hermanno visum potest Λ vel Γ esse, sed est Π, ut n. 7. n. 25. vs. 3. ubi transcribens id non satis rotunde pinxit: adde similem formam n. 30. et Ր in vase Capuensi, quod suo producam loco. Ex hac forma natum Latinorum P: et Latinum P formam Graecae rotundae proximam habet in nummis Latinis et in Scipionum sepulcralibus titulis. In omisso augmento ne quis haereat, exempli causa conferat n. 1794. *a.* in Acarnanicis tomo secundo edendis. In fine Φυ putabam mutilum esse nomen gentilicium, ut Φυ[σκεύς]: at Rosius p. 20. recte notat ΥΦ fuisse Ⴤ, et demendum esse circulum, cuius species casui debetur. Sic habes πόησεν.

N. 32. p. 48 sq. Immerito C. Fr. Hermannus in Annal. Heidelberg. Octobr. 1827. p. 998. dixit me in repraesentandis huius tituli litteris audacissimum fuisse: quum officinae Diarii classici defuisse veras formas putarem, repraesentavi eas litteras, quas editor inesse ipse dixit; qui quum Κειρίλου et ἔθηκεν haberet, non D sed P, et bis Ϙ (Koppa) dedi; causa vero, quare D et P, Φ et Ϙ confundantur, satis patet ex lemmate n. 29. Ceterum eiusdem docti, cuius acre studium mihi magnopere placet, et lectionem et interpretationem neutiquam probo. Sed omissa de hac re disputatione accuratum, quod olim desiderabam, exemplum appono ex Rosii Inscr. tab. VII. (ad p. 65.).

ΕΠΙΤΥΞΟΝΟΜΑΣΤΟΤΟϘΕΙDΙΛΕΟΑΘΛΟΝΕΘΕϘΕΝ

Litterae scalpro incisae sunt manu tremula: D et P, Φ et Ϙ, ut n. 29. indistinctae, iudicando definiendae sunt; statim vero intelligitur, tertiam a fine litteram fuisse Ϙ (Koppa), non Θ: εθεθεν vel εθεθην enim nulla est forma, nec videtur ⊗ diserte in aere esse: saltem primus editor pro illo habet Φ, quod reddidit littera κ, ut videas illum legisse Koppa, Ϙ. E litt. 24. nimium pronum est. Titulus secundum ea, quae Praef. §. XI. monui, debet metricus haberi. Nam prosam esse si crederes, legendum foret: Ἐπίτυξ Ὀνομάστου τὸ Κειρίλεω ἆθλον ἔθηκεν. In quo si Κειρίλεω putes eum esse, qui praemium reportavit, etsi illud *praemium Cirilai* tum re vera esset, tamen *non posset athlotheta dici praemium Cirilai proposuisse*; nam athlotheta proposuit simpliciter praemium, non Cirilai, sed cuiusvis praemium reportaturi victoris. Itaque Κειρίλεω ἆθλον debet iam esse *praemium ex ludis Cirilai*: at nemo hoc in prosa oratione dicere ausus fuerit; nemo praemium Augustalium dixerit in soluta oratione *praemium Augusti*. Contra in versu hoc fertur: paucis enim verbis constringenda oratio excusat audaciam. Versum igitur posui: Ἐπὶ Τύξ ὀνόμαστο· τὸ Κειρίλεω ἆθλον ἔθηκεν, et firmavit

me Buttmanni assensus; hiantem orationem eadem illa, quam dixi, excusat necessitas. „At ἐπονόμαστο non est *nomen habebat*, sed *cognomen*; hic vero *nomen* exspectatur". Technice et proprie si dicitur, verum hoc est; sed ab hac usus proprietate desciscere licet poetae, licet vel scriptori, ubi non opus est technica dictione: quemadmodum ἐπωνυμία aliquoties est idem quod ὄνομα (vide Schweighäuser. Lex. Herodot.). „At barbarum est ὀνόμαστο". Non, sed Graecum, quibusdam non notum, idque recentioris Ionismi, ex quo id versus illius faber metri causa adscivit. Ἄμμαι, ἔργασμαι, ἅρμοσται et talia perfecta sine augmento in grammaticis notata sunt: id augmentum omitti etiam ubi vocalis non longa natura est, aut brevem vocalem non sequuntur consonae longam syllabam praestantes, docent Herodotea ἀγωνίδαται (IX, 26.), ὀνόμασται (IX, 32. ubi uni codici augmentum habenti nemo obtemperabit; II, 155. est οὐνόμασται). Iam vero plusquamperfecti eadem ratio est, quae perfecti, ut docet haec collatio: sicut δεδαπάνημαι non addito novo augmento facit δεδαπανήμην, sic κατέργασμαι κατεργάσμην, ἀγώνισμαι ἀγωνίσμην, ὀνόμασται ὀνόμαστο. Unde ἔργαστο et similia (Herodot. I, 123. 165. 179. 201. II, 100.), προσαναισίμωτο (V, 34.), οἴκητο (I, 193. ubi tamen variat lectio), ἐξόγκωτο (VI, 125. ubi hoc vulgari ἐξώγκωτο merito praetulerunt Schäferus et alii, licet VI, 126. legatur ἐξωγκωμένοι), ἐρήμωτο (VI, 22. de quo idem dicendum); omitto ὅρμητο et ὁρμέατο (IX, 91. VIII, 25. 109.), non quod contraria plura apud Herodotum exempla sunt, sed quod hoc imperfecti vel aoristi notionem nactum est. Etiam in activo habemus et alia et καταῤῥώδηκα, καταῤῥωδήκειν, omissa et reduplicatione et augmento (v. Schweighäuser. Lex. Herodot.). Neget licet haec exempla criticus: tamen usque redibunt. Pro Κειρίλεω posse Φειδίλεω legi, docet quod nunc demum allatum est apographum: Κειρίλεων heroem dixi *Cerillorum* oppidi, mutata terminatione ίλεως in ιλλος (unde Κηρίλλοι, in quo tamen retinendus accentus in paenultima): ita Spartanum regem eundem vocari Χαρίλαον et Χάριλλον (sic pone accentum). „At fieri non potest, ut Χαρίλαος et Χάριλλος idem nomen sit: nam utriusque formae diversa est origo et radix; altera vitium librariorum censenda est". Quasi vero mihi hoc invenire difficile fuisset, nisi rem paulo essem quam God. Hermannus altius scrutatus: cautum hominem a temeraria hac sententia retrahet vel hoc, quod *utraque scriptura nimium est frequens*, quam ut de vitio cogitare liceat. Equidem etiam nunc dico Χάριλλος idem esse quod Χαρίλαος, et video sic indicare etiam Ebertum de Cer. Chthon. Diss. I. p. 7. Alterum hoc, ut fit in nominibus propriis, in breviorem concisum formam est quasi deminutivam Χαρίλος, deinde ad vulgarem analogiam ex Χαρίλος factum est Χάριλλος, ut Σοφίλος Σόφιλλος, et proprie Χάριλλος non est deminutivum, sed factum est quasi esset deminutivum (ut Χοιρίλος, Χρεμύλος deminutiva sunt). Nempe quae nomina propria terminationem habent ex appellativo desumptam, quale est λαός, νόος, κλέος etc. solent eam in breviorem vertere, et maxime in affinem alias usitatam. Sic Ἀρχίνοος, Ἀρχίνους vertitur in Ἀρχῖνος, Στασίνοος in Στασῖνος etc. hoc est in formam gentiliciis frequentatam, imprimis Italicis: hoc docuit iam Ruhnkenius Hist. crit. Or. p. 127. ed. Reisk. Sic Πάτροκλος, Ναῦκλος, Δόρυκλος, Δόρυξος, Δόρυσσος etc. decurtata sunt ex Πατροκλέης, Ναυκλέης, Δορυκλέης, Δορύξοος, Δορύσσοος. Idem accidit in voce Χαρίλαος in Χάριλλος mutanda, quasi ad deminutivi rationem. Σθενέλαος nomen est herois apud Homerum, viri Lacedaemonii apud Xenophontem (Hell. II, 2, 2.), Σθενέλας nomen Argivum (n. 2.): manifesto idem nomen est herois Argivi vulgatum Σθένελος. Πέριλλος et Περίλαος, nomen proditoris celebre diversa forma scriptum, idem esse recte iudicat Schäferus ad Demosthenem de cor. p. 242. Aerei tauri fabricatorem nemo sobrius dubitat et *Perilaum* vocatum esse et *Perillum*: utriusque scripturae exempla tam sunt frequentia quam Χαρίλλου et Χαριλάου; Graeci eum ut plurimum Perilaum vocant, ut Dorotheus in Siculis ap. Stob. Serm. p. 511. Gaisf. Schol. Pind. (Pyth. I, 185. ubi dolendum quod Callimachi versus non superest), Lucianus, ut opinor (cf. Reitz. ad Lucian. Phal. 11.), et Epist. Phalar., in versu certe Tzetzes, qui antiquos legerat, Chil. I, 646.

ὃς Φάλαρις Περίλαον τὸν χαλκουργὸν ἐκεῖνον:

at Ovidius in versu dixit *Perillum* Art. I, 653. cf. 439. itemque Propertius II, 25, 12. Graecum nomen Ἀναξιλίδης (Diog. L. et Hieronym. adv. Iovinian.) manifesto patronymicum est ab Ἀναξίλος: quod ipsum nemo dubitare potest quin idem sit atque Ἀναξίλαος. Aeque aperte Ὀνησίλος (ita liber, vulgo Ὀνήσιλος) ap. Herodot. V, 108 sqq. nihil aliud est nisi Ὀνησίλαος. *Taxilus* Mithridatis dux notus est; *Taxillus* habetur ap. Val. Max. IX, 10. ext. 2. quis non intelligit hoc esse idem quod Ταξίλαος? Quin etiam Θρασύλος s. Θράσυλλος non videtur a voce θρασὺς deminutum, sed potius pro Θρασύλαος s. Θρασύλεως esse, quod nomen inter alios habes ap. Herodot. VI, 114. Θράσυλαος ap. Athen. XII, p. 554. E. est Θράσυλλος ap. Aelian. V. H. IV, 25. cui rei etsi non multum tribuerim, quod Athenaeus facile corrigi potest, non tamen hoc faciet criticus circumspectus. Aliud exemplum suppeditat Bekkerus. Chius quidam est Ἀγέλης (Pausan. VI, 15, 2.), hoc est Ἀγέλας s. Ἀγέλαος, ex selectiore usu; at heros Chiorum fabulis immixtus vocatur Ἄγελος ap. Paus. VII, 4, 6. (Bekk. 8.) ut p. Ἄγγελος Bekkerus e libro restituit. Nempe ille ex hoc nomen traxit: ut Ἀγέλαος est Stymphali filius et vir ab illo denominatus Tegeates (Pausan. VIII, 35, 7. X, 7, 3.). Tantum de his nominibus. Postremo sine causa vas hoc dicor ad *cursus* ludos rettulisse. Coniectura haec est, fateor, sed probabili argumento firmata initio interpretationis, ubi ex alio vase una reperto docui *cursoris sepulcrum esse, unde petitum hoc vas*. Donec igitur doceatur, hunc cursorem etiam pugilem vel

pentathlum vel quidvis alind fuisse (ut Xenophon Corinthius cursor et pentathlus fuit, Pind. Olymp. XIII.), quod dixi erit probabile.

N. 33. p. 49. De paenultima vocis Ἀθηναῖος correpta vide ad n. 406. ubi dixi Ἀθήνηθεν legendum esse. Lacunam adeo inter Θ et Ν esse narrat mihi, qui vidit vas, Theod. Panofka. Vas ad n. 406. citatum, in quo diserte scriptum τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων, idem est, de quo Rosius Inscr. init., Gerhardus Morgenbl. Kunstbl. 1825. n. 61. et in Böttig. Amalth. T. III. p. 376. Rochettus Journ. des Sav. 1825. p. 475. Id Beneventi repertum esse fertur; quare a Graeco Maloentino reportatum Athenis dixi: at Beneventanam originem fingi certam ob causam, quam silere oportet, comperi nunc a duobus viris fide dignissimis. De verbis Κέλητι Δαμοκλίδας p. 50. *b.* 3. cf. ad n. 1416. In Byzantio titulo collatis duobus Italicis vasis patet post Ἀγασίας ἄρχων esse interpungendum: ceterum ille archon mihi nunc videtur eponymus Atticus, et vas Athenis translatum; quamquam scio esse, qui ne Italica quidem illa censeat Athenis reportata esse, quod similia complura in Italia reperta sint. Fortasse haec complura ad Attica exempla sunt in Italia antiquitus picta.

N. 34. p. 50. Monumentum aeri incisum dedit Müller. in Böttig. Amalth. T. III. p. 43. qui victoriam coniicit ex Olympieis Atticis esse reportatam. Hermannus proponit: Μανθέος Αἴθου εὐχαριστῆ Διΐ, et Μανθέος coniicit esse genitivum a recto Μανθεύς. At ubi is, cui dedicatur, additur (dativo scriptus), vix dedicans potest genitivo casu nominari; et si Μανθέος esset genitivus, praestabat dicere τοῦ Αἴθου; raro certe omittitur articulus et maxime in recentioribus titulis. Cui vero bono Μανθεὺς fingitur nominativus? Hic enim non notior quam Μάνθεος. Praeterea vox nulla est εὐχαριστής; multo minus Ζεὺς εὐχαριστὴς usquam reperitur, qui potius fuerit εὐχάριστος dictus, ut θεοὶ εὐχάριστοι in regum Aegypti elogiis: et certe Ζεὺς χάρμων nihil quidquam evincit, ad quem provocat Hermannus. Hunc exagitavit hac de re etiam Welcker. App. Trilog. Aeschyl. p. 79. P. 53. *a.* verbi εὐχαριστεῖν de donario et tempore praesenti usurpati in titulis desideravi exemplum: sed repperi posthac, ut n. 502. agnosco εὐχαριστῶ, non Δία εὐχάριστον (v. not.); in Halicarnassia inscriptione est certe εὐχαριστῶν κυρίαις Νεμέσεσιν, n. 1318. εὐχαριστοῦντες τοῖς θεοῖς ἀνέστησαν, Εὐχαριστήριον p. χαριστήριον habes n. 1606. et in Aegyptiacis, item in titulo Chersonesi Thracicae et in inscriptione Olbiae in Euxino.

N. 36. p. 53. nuper misit Rosius ex Gellianis schedis, et edidit Inscr. p. (VIII.). Ductus inde noto ƎΜ.

N. 38. p. 54. in lemmate lin. 3. scribe *adhibitis.*

N. 39. p. 55. Egit de hoc monumento Müller. in Böttig. Amalth. T. III. p. 40 sqq. idque aere expressit. Quae post nova apographa allata de inscriptione dicenda fuerunt, v. Praef. §. X.

N. 40. p. 55. Tractavit Müllerus ibid. p. 35 sq. et aeri incisum dedit, item Millingen in libro: Ancient unedited monuments, T. II. Vs. 1. O pro Ω habet Claracus in tabulis; idem legerunt Rosius p. 25. et apud hunc Thom. Smart Hughes. Idem Rosius cum Clar. Α et Α (non Α).

N. 41. p. 56. Vidua Inscr. ant. tab. 48. 1. vs. 3. habet Στενήρετος, quod omnino praefero.

N. 43. p. 56 sqq. De crisi tituli universa cf. Praef. §. XII. nunc addo singula, quibus doceo, *primum*, titulum a Petrizzopulo fictum esse, quod externis conficietur argumentis, non geometrice, quod fieri nequit, sed iudiciali modo collectis; *deinde*, nullas illi inesse internas veritatis notas. Ut igitur ad prius accedam, titulus, quem Petrizzopulus maximi facit, ab ipso ea, quam reddidi, minima forma editus est, qua nemo utitur, qui de lectione monumenti certo velit constare: nihil dicitur de mensura, nihil de materia monumenti, sitne lapideum an aereum. Nullam praeterea aliam Petrizzopulus inscriptionem dedit. Iam haec suspicionem movent. „At vero iste titulus a. 1753. apud rudera moenium veteris Leucadis prope locum Calterimi repertus est". Quo hoc auctore rettulit Petrizzopulus? Nullo. Neque usquam quidquam in libro ullo de hac re traditum est. Qui a. 1814. perhibet tam distincte, loco et tempore definito, quid a. 1753. factum sit, non potest hoc nisi e scripto nosse; at Petrizzopulus non provocat ad scriptum ullum, neque editum neque ineditum; ementitus est hoc, ut tot alia, quae illum docui esse mentitum. „At a. 1766. eius tituli interpretatione valde exercitum est ingenium Odoardi Wortley-Montague, quando ille ex Arabia redux in insula Leucadia aliquot est dies commoratus". Hoc si verum est, titulus est genuinus, ut recte indicat Rosius Praef. p. vi. At quo auctore id constat? Petrizzopulo, hoc est homine mendacissimo. An enim Britannus ille Odoardus in libro quodam id tradidit? Non usquam. Aliquot extant singularis illius hominis et fatis itineribusque famosi commentationes, memoratae in Alexandri Chalmers General biographi dictionar. Vol. XXII. p. 273 sqq. tum uberius de universa eius vita tractatur in Nichols Literary Anecdotes on the XVIII. Century, Vol. IV. p. 625-656. denique etiam ludicrum de eo librum legi licentiae plenum: Memoirs of the late Edw. W-ly M-tagne, Esq. with Remarks on the Manners and Customs of the oriental World, collected and published from original posthumous papers, Lond. 1778. 2 T. 8. Germanice repetitum Lips. 1779. 2 T. 8. sed nusquam quidquam nec de inscriptione nec de illa commoratione Leucadica repperi, licet de Sinico ille vir titulo egerit et notum scripserit commentarium epistolicum de Sinaiticis inscriptionibus, quem ex Transactionibus philosophicis inseruit auctor lu-

dicri libri: quae litterae post Arabicum iter Pisae a. 1765. 11. Dec. scriptae, Ianuario 1766. receptae, Martio recitatae Londini sunt in Societate regia. Unde igitur scit ista, quae tradit, Petrizzopulus? Immo finxit, ut mendacium firmaret mendacio; finxit opinor post lectum istum famosum librum vel commentationem Wortleii ipsius aut excerpta inde Italico alicui operi inserta, sed erravit in anno: nam Wortleius iam a. 1765. ex Arabia redierat in Italiam; at quum non satis attenderet Petrizzopulus, confudit cum hoc annum receptarum in Britannia litterarum. Porro numquis alius per tot annos vidit inscriptionem maxime memorabilem? Nemo. Ubi vero illa inde ab a. 1753. delituit, ut eam nemo viderit nec Graecus nec Venetus, neque ullus cuiuscunque nationis peregrinator? Unde habet titulum ipse Petrizzopulus? Haec quoque latent. ,,Sed habet tamen ipse". Numquis vidit apud illum? Nemo, licet fuerit, qui vellet eum videre: sed detrectavit Petrizzopulus, et in Museum Nanianum sese titulum intulisse mentitus est; venditione ut putabam ficta, ut nunc constat donatione. Haec iam p. 295. *b.* ex Rosii ore post operis partem eam, de qua agimus, impressam audita scripsi; nec multum differt huius narratio per ipsius librum sparsa. Nam primum Rosium, postquam titulum cum illo communicavi, meliora apographa sibi comparare studentem, variis casibus spes fefellit (Inscr. p. 16.); si tamen ex Ioniis insulis allatum aliud fuerit, id se in Appendice editurum promittit (p. 19.). Mox Rosium amicus Corcyrae degens, a quo petierat, ut ipsi conficeret apographum, monuit, titulum Venetiis apud Nanios servari; Graecus Venetiis agens Comiti Guilfordo sese illam operam praestiturum pollicitus est; nec stetit promisso (Append. p. 423.). Postremo in Praefatione (p. v sq.) ait Rosius: ,,Hanc inscriptionem, ut in Addendis dixi, Petrizzopulus se Venetias misisse atque Nanio dono dedisse, amico cuidam meo dixit. Sed nihil tale in Museo Naniano extat, nihil tale Nanius unquam accepit, ut a viro eximio, Comite Tiepolo, Nanii socero didici". Manifestum igitur Petrizzopuli mendacium est. Quodsi Rosio quidam dixerunt, eximium virum esse Petrizzopulum, quomodo potest eximius esse, qui finxerit tot librorum indices, tot res, quot docui? De qua fraude monitus a me Rosius: ,,Credo quidem auctoritate eruditi cuiusdam Itali fretus", ait, ,,nebulonem quendam facetum titulos istos librorum commenticios finxisse, ut Petrizzopulum bonum quidem illum et minime doctum ludibrio verteret". At ille Italus errat eximie. Non librorum tantum indices fictos, quos suppeditare illi alius nebulo potuerit, Petrizzopuli offert libellus; fictae sunt etiam res, quas sese in fictis illis libris legisse ait Petrizzopulus: has non potuit illi suggerere nebulo. His iam omnibus in unum collectis levissimus fuerit et criticis suspicionibus minime aptus, qui non intelligat, Petrizzopulum finxisse titulum, et *in charta* finxisse, nec monumentum illud unquam extitisse. Denique ne videar quidquam devitare velle, provoco Petrizzopulum, ut famam suam purget: proferat monumentum, idoneis iudicibus examinandum praebeat: quod donec fecerit, fraudis eum accuso. Neve iudices nimium remotos postulare videar, ostendat titulum Andreae Mustoxydi Corcyraeo, viro doctissimo, Constantino Asopio, professori Corcyraeo, Cyriaco Pittaco Atheniensi, qui nunc Corcyrae degit, in lapidibus tractandis satis versato.

At internas veritatis notas in hoc titulo sibi agnoscere Hermannus visus est, aliam atque ego interpretandi viam ingressus; recte lectum enim titulum esse talem, quem fingere non potuisset Petrizzopulus; qui quidem titulus, si eum ipse finxisset, aliter foret comparatus. At doctrina quidem titulo, utcunque explicato, nulla inest reconditior, nisi littera ϙ Leucadio homini ex nummis Corinthi et coloniarum nota, et praeter illam commenta Fourmontiana, ex Barthelemio et Actis Academiae Inscriptionum, libris in Graecia celebribus, non incognita Graecis. Quod vero Petrizzopulus in translatione tituli quaedam posuit, quae et mihi et Hermanno in Graecis verbis non inesse videntur, inde non patet Petrizzopulum, si finxisset titulum, aliter eum compositurum fuisse: nam haec Graecorum verborum a me vel Hermanno positorum et translationis Petrizzopulianae discrepantia multis modis explicari potest. Restat, ut doceam, ne ex Hermanniana quidem interpretatione ullam inesse veri notam, nec ferri posse Dobraei cetera inscriptionum peritissimi explicationem, cui quis institerit. Hermannus igitur sic legit: ι... ὁ Μελησικράτους τῶ Κοριντίω καὶ .... ἱερὸν τἀπόλλωνος καὶ πόλιν ὁμαόνουμα τιμάν τε τἱερῶ (τοῦ ἱεροῦ) ἐκτεισάταν ἐν τῷ Λευκάτῳ. Sic vs. 2. Ϻ mutatur in Ͱ, 3. EI in IN, 8. TEIϺMATEEPOΣ in TIMANTETIEPOE, 9. ϘEI TIΣATAN in ϘTEIΣATAN. At ubi de veritate tituli non constat, non est ille tot mutationibus in ordinem redigendus; ac ne sic quidem lectus titulus quidquam vel Graecum vel priscum vel genuinum refert. Non dicam si Κορίντίω legas, non exspectari Μελησικράτους, sed Μελησικράτεος; at ἐκτεισάταν prorsus est barbarum, in Syriacis titulis admodum recentibus, non in antiquo Leucadio ferendum; ut ferimus Τεῖτος, Πεῖος in titulis Romanae aetatis; in antiquioribus tantum ι longum in ει mutatur, quo pertinet etiam Εἰδομενεύς, ἱρεύς in Lesbio, eoque ne antiquo quidem: quamquam ἐκτεισάταν, non ἐκτισάταν scriptum fuisse in responsione ad Meierum demum dictum est, non antea. Porro quales hae dictiones sunt πόλιν ὁμοόνουμα et τιμὰν τἱερῶ? quis τιμὴν ἱεροῦ κτίζειν in soluta oratione dixit? quis dixerit unquam ἱερὸν τἀπόλλωνος καὶ πόλιν καὶ τιμὰν τἱερῶ, hac consecutione notionum? Non tangam omnia. Haud paulo melius Dobraeus (Diar. class. T. XXX. p. 147. Ros. Inscr. p. 416.): [A καὶ B τώ] παῖδε τῶ Μενεσικράτευς τοῦ Κορειτίου .... ἱερέως τἀπόλλωνος καὶ Πολεινόμου, τὸ μνᾶμα τᾷ ματέρι [Θεανοῖ?], ἐκτισάταν ἐν τῷ Λευκάτᾳ. At haec non possunt probabili ratione exsculpi ex litteris traditis;

addita loci mentio offendit in lapide sepulcrali ut supervacanea prorsus: postremo tota haec explicatio procedit a lacuna ante vs. 1. statuenda, quum tamen lineis undique circumductis tituli integritatem significet Petrizzopulus. Nunc ut meam defendam interpretationem, quam ex hypothesi, quasi fictus a Leucadiis titulus esset, composui, non mihi opus videtur: non enim eum a Leucadiis, sed ab editore fictum esse hodie constat. Quas quidem insolentes formas statui, eas notavi esse maxime insolentes, neque illis confisus sum: qua una animadversione defensa sunt omnia. P. 58. *b.* extr. offendi in articulo *τοῦ*, simul tamen eum defendi recta ratione, quam ignorare videtur adversarius. Ex inscriptionibus, in quibus aliquoties hic articulus reperitur, addo n. 1183. *οἱ ἀλειφόμενοι Θεύδωρον τοῦ Καλλίππου τοῦ αὐτῶν εὐεργέτα*, ubi *τοῦ*, non *τὸν* dictum, quod Callippus potior est, quippe ob quem honoretur Theodorus. Aliud exemplum n. 1152. similem admittit interpretationem.

Ad p. 62. *a.* 41. de Villoisono, cf. p. 95. extr.

N. 45. p. 72. *b.* Noli intrusum *ε* defendere intruso *ι* in voce *ἀδελιφήρ* Laconica ap. Hesych. Potius *ἀδελφὴρ* scribendum est.

N. 57. p. 81. *a.* 8. post *Ταλεκλος* adde *το*.

N. 58. p. 83. *a.* 15. lege Herodot. VIII, 131.

N. 61. p. 88. *b.* de Bideis, cf. p. 608. *a.*

N. 64. p. 95. *b.* *Βουλιαῖος* defendi nequit glossa Antiattic. ap. Bekk. Lex. Seg. p. 84. 31. ubi *βουλίαν* muta in *βουλείαν* (Aristoph. Thesmoph. 815.). Nec quod *βούλιος* extat, inde etiam *βουλιαῖος* agnoscendum.

N. 67. p. 99. *b.* 7. scribe sine accentu *ϝαλκαδουρ*.

N. 70. p. 105. *a.* 16. Meierus coniicit *εὔθυνοι* ex *b.* in quo bis extat *παρὰ τῶν εὐθύνων* (ut dedi p. 106. *a.*) pro *παρὰ τοῖς* etc. Admisi hanc structuram utpote in prisco monumento ex usu, quem ex Sophocle ut poeticum notat Matthiae Gramm. §. 588. Schömannus mavult *παρὰ τὸν εὔθυνον*, *solvere apud euthynum*, ut *θέσθαι τι παρά τινα* (Herodot. VI, 86.); adde Introd. Boeot. I, 18. Unius euthyni mentio extat n. 88. cf. commentationem de Logistis et Euthynis Mus. Rhen. iurisprud. philol. etc. T. I. p. 94. part. hist. et philol. Ibidem *c.* 13. Meierus coniicit *δημά[ρχου* mentionem latere. P. 106. *b.* 22. scribe *δ[ὲ ....] μέχρι*.

N. 71. p. 107. *b.* vs. 1. Sanderus HAKOϟIA acute coniicit esse *ἀκούσια* ex *ἀέκούσια*, ut *τὸ ἱμάτιον θοιμάτιον* (quo tollitur difficultas p. 108. *b.* notata). Ibidem vs. 36. Rosius Inscr. tab. XXX. (ad p. 242.) pro ΓΟ nunc habet TO: quod si verum, lege *εἶναι τοῦ Γαμηλιῶνος*, ut vs. 15. Mox p. 108. *c.* vs. 5. unco addito scribe: [TAYTAT]A[Y]TA. Vs. 8. Meierus recte: *ἐὰν δ]ὲ ἁ[λ]ῷ.* Ibidem (p. 108. *col. a. extr.*) titulum *b.* dixi esse *ἐκεχειρίαν*, quam Athenienses pacti cum Lacedaemoniis essent: at perite Meierus et Schömannus in censuris notant, ut Elei Olympicas indutias non paciscuntur, sed nunciant, ita Athenienses Eleusinias nunciare simpliciter: Aesch. de fals. leg. p. 302. *καὶ τοῖς σπονδοφόροις τοῖς τὰς μυστηριώτιδας σπονδὰς ἐπαγγέλλουσι μόνοι τῶν Ἑλλήνων Φωκεῖς οὐκ ἐσπείσαντο.* Est tamen, quod me in *pacto* statuendo adhuc teneat. Nempe indutiae nunciari non poterant cum successu, nisi iure nunciandarum iam antea a praecipuis civitatibus confirmato ratihabitione, ut fit in asylis condendis: ad eam vero rem pactione opus est. Et tale pactum hic mihi videor agnoscere in ipsis formulis, ut statim initio de restituendo damno dato dicitur: qua de re primum cum civitatibus conveniri oportebat. Accedit quod vs. 24 sqq. de pluribus civitatibus dicitur, ad quas pertineant hae indutiae: qua de re decernere Athenienses non poterant, sed debebant *pacisci.* Ceterum *οἷ* ibi ad *τῇσι πόλεσι* referri certum mihi videtur: *τούτοις* ante *οἷ* suppleri ex meo quidem Graecitatis sensu nequit. Vs. 32. cur in *ἰδίοις* haereatur, non perspicio: sunt *sua* seu *propria mysteria* (Atheniensium), opposita *alienarum* civitatum (*τῶν πόλεων*) sacris. P. 109. *a.* 21. pro *vs.* 29. scribe *vs.* 31.

N. 72. p. 109. inscriptionis vs. 5. C. Fr. Hermannus supplet *Θαρ]γηλι[ῶνος.* Scribe iam *Θαρ]γηλι[ῶνος μην]ὸς ἑ[βδόμῃ* vel *ἕ[κτῃ ἱ]σταμένου.*

N. 73. p. 110. Vs. 8. cave putes *μηδὲ — μηδὲ* mihi esse pro *μήτε μήτε*: statuo aliquid praecessisse, ad quod referatur prius *μηδέ*, e. c. *μὴ ἐᾶν ἱππέων μηδένα, μηδὲ ὁπλιτῶν* etc. Vs. 11. tituli, non construxi *ἐναντίον Ἐρυθραίων*, sed dativum, i. e. *οἱ τῷ πλήθει* (cf. n. 73. *b.*) excidisse censui.

Post n. 73. p. 110. insere:

73. *b.*

Athenis olim prope Erechtheum. Marmor, quum transcriberetur, fuit maxime oblitteratum; hodie ne superesse quidem videtur. Nos habemus ex schedis vetustis Köhlerianis, haud dubie Fauvelii.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Hae litterae ut incertae notatae sunt: vs. 2. litt. 9. 11. (ϟ et O), vs. 3. litt. 20. vs. 4. ΓΑΛ ante finem, vs. 5. litt. 9. 11. 12. 15. 16. 23. et fere ultima AIB, vs. 6. litt. 3. 23. vs. 8. litt. 14. 16. 19. 20. vs. 9. litt. 16. 20. 21. vs. 10. X, vs. 11. litt. 7. vs. 12. a fine litt. 10. 11. vs. 14. litt. 10. 12. et H, vs. 16. E secundum et ultimum, vs. 17. KON, Iϟ, NNO et secundum BOL, vs. 18. primum T et NEΛKON, vs. 19. primum N, vs. 23. ultimum I, vs. 24. litt. 3. 4. 7. 9. 10. et ultimum N, vs. 26. primum N et ultima ANA, vs. 28. litt. 15. 18. 21. 22. et ultimum I, ultimum N, vs. 29. litt. 13. 14. 22. (T), 31. 32. vs. 30. litt. 7. 10. 16. 25. vs. 31. B, vs. 32. utrumque M, vs. 33. primum X, primum Γ, litt. 18. ultimum ϟ, ultimum N, vs. 34. primum I, litt. 9. E, tum EXOϟ, vs. 36. sub finem Θ et KY, vs. 39.

. . ΕΠΕϟΤΑΤΕⱶ : . . Ι
. . ΟϟΑΠΑΝΕΜϟ . ΤΟ . ϟ . ΠΑΝΑΘΕΝΑΙΑΤΑΜΙΔΑΗΧϟ . . .
. . ΟϟΕΤΡΙΟΝΜΝΟΝΚΑΙΝΟΜΟΝΕΡΥΘΡΑΙΟΝ . ΟϟΠΑΡΟϟΡ .
. . . ΟΙϟΗΙΕΤΟΠΟ . ΟϟΑΠΗΔΙΝΟΝΜΙΘΑΝΟΙΠΑΝΔΙΑΓΑΛΕΜΙ . . .
. . . . ΝΑΧϟΙΑ . ΕΤΙΠΟϟΜΝΕΟΚΑΙΑΤΑϟΕ . . ΕΝΗΑΠΡΙΖΟΑΙΒΙ . .
. . . ϟΗΒⱶΚΕΑΤΟΝ . . . ΜΟΝΗΟ . ΟΥΧΙΟΨΟΝΟϟϟΤΙΝΑΧΑΝΡΑΧ
. . ΡΕΟΝΟϟ . ΟΑϟ . . . . ⱶΟΝΤΟΠΡΟⱶΟΜΕΝΟΙΕΡΥΘΡΑΙΟΝΗΠ
. . ΥΑΜΟΝΒΟⱶΕΜΟΝΑΚΕΝΚΟΕΙΚΑΙΑΕΚΑΤΟΝΑΝΑΡΑϟΤΟΝΔΕΘ
. . ΥΟΕΝϟΑΘΕ . ΘΕ . ΟΝ . ΕΝΙΕΙΟⱶΕΙΚΑΙΕΝΟϟΕΟΟΝΕΝΑΙΒΟⱶΕ . . .
. . . ΔΟⱶΕΞΟΝΕΤΡΕΑΚΟΝΤΑΒΕΓΑΕΛΟΝΟϟΑΔΙΟΧϟΙΝΔΕΝΑΙ . . .
. . ΟϟΕΙΕΧΟΕΝΟϟΒΟⱶΕΥΕΝΔΕΜΕΕΝΤΑϟΤΕΤΤΑΡΟΝΕΙΤΟΝ . . .
ΚΥΑΜΕΥϟΑΟ . . ΕΚΑΙΚΑΤΑϟΘΕϟΑΙⱶΙΝΜΕΝΝΟϟΒΟⱶΕΝΕΟϟΑ . . .
ΘΟΟϟΚΑΙ . . . ΘΡ . ΠΑΡΧΟΝΤΟΔΕⱶΟΙΠΟΝΤΕΙΒΟⱶΕΝΚΑΙΤΟΝ . . .
ΑΡΧΟΝΜΒΟⱶΕΥϟΟΝΕΓΠΙΑΝΟΝΤΑΡΜΙΑϟΙΠ . . ΝΗΧϟΙΕΝΑΙ . . . .
ΕΝΟΜΝΥΝΑΙ . . . . ΙΑΚΑ . ΑΠΟⱶⱶΟΚΑΙΔΕΜΕ . . . ΒΠΑΡΟΝΝΗΝΟ .
ΗΕΙΑΝΕΟ . . . . ΑΙΠΑΙ . ΙΝΕΧϟΟ . Ο . . ΝΔΕΠΟΝΟΝΟ . . .
. . . ΝΚΑΙΑ . ΙΕΚΟΝ . . ΕΙϟΟΝΝΟΕΓΟΝΔΕΒΟⱶΕΝΝΒΟⱶ . ΓΟΝΕΑΤΑ . . .
. . . ΟΝΤΑΚΑΙΝΕΛΚΟΝΔΕΜΕΕΝΑΙΞΕΜΙΟϟΑΙ . . ⱶΕ . ϟΑΝΑΤ . . . .
ΟΑΝΕΟΔΕΜΟΕΟΝΝϟΟΕΝΟΝΔΕΜΟΝΚΑΤΑΚΑΙΕΝΜΕΟⱶΕΤΟΝ
ΟΜΝΟΝΑ . Α . . ΔΕ . . ϟΟⱶΕΝΚΟⱶΕΥϟΟΗΟϟΑΝ . . ΝΟ . Ν . ΑΙϟϟΤ . . .
. ΔΕΚΑ . . ΤΑΕΡΥΘΡΑΙΟΝΤΟΙΠⱶΕΘΕΙΚΑΙΑΘΕΝΑΙΟΝΚΑΙΤΟΝ . . .
ΝΜΑ . ΟΝ . ΑΙΟΥΚ . . . ΤΕϟΟΜΑΙΑΘΕΝΑΙΟΝΤΟΠ . ΕΘΟϟΟΥΔΕ . .
. . . ΧϟΥΝΜΑΧΟΝΤΟΝΑΘΕΝΑΙΟΝΟΥΤΑΥΤΟϟΕΛΘΟ . ΤΑ . VΟΙΓΕ . ϟΟΝ . .
. . . ΑΟΥΕΟΜΟΝΒΟΥΤΑΥΤΟϟΕΛΘΟΥΤΑⱶⱶΟΝ . ΕΙ . . . .
. . . ΤΟΝΟ . . ΝΟΝ . . . ΑΔΕΧϟΟΜΑΙΟΥΔ . ΗΕΝΑΟΥΤΟΠΟΙΚΑΙΝΑ . . . . .
. . . . ΙΠΕΙϟ . Θ . Α . . . . ΜΕΔΟϟΟΕΝΑΟ . . ΝΑΝΕΥΤΗ . ϟΟΝΑΝΑ . . . . .
. . . . ΝΑΙΟΝΚΑΙΤΟ . ΝΜΟ . ΥΔΕΤΟΝΜΕΝΟΝΤΟΝΕΧϟΕⱶΟ . ΝΟΝΤΙϟΚΑ
. . . ΠΕϟΑΘΕΝΑΙΟΝΚΑΙϟΑΕΜΟΕΑΝΔΕΤΟϟΑΠΟΚΤΙΝΕΝ . . . . . .
. . . ΕΟϟΗΕΤΕΡΟΝΕΡΤΟΙ . . . . . ΟΝΤΕΘ . ΑΤΟΕΑΝ . . ΟϟΘΕΙΜ . ΝΔ . . .
. . . ΝΕΟϟΘΕΠΟΕΥΛΕΤΟΝΑΤΑϟΚΑΙΤΕΟΑΘΕΝΑΙΟΝΧϟΥΝΜΑΧΗ .
. . . ΑΧΡΕΜΑΤΑΔΕΜΟϟ . . ΠΟΕΡΥΘΡΑΙΟΝΕΑΝΔΡΟΙϟ . ΒΟ . . . .
. . . Οϟ . . ΤΟϟΤΥΡΑΝΝΟΙϟΤΕΜΝΑΜ . ΟϟΕΡΥΘΡΑΙΝΚΑΙ . . Οϟ . . . . .
. . . ΧΑΠΙΤΕΟΝΑΤΟ . Μ . . ΠΑΙΔΕΟΝΟΙΕΧϟΕϟΕΝΠΕΛ . ΝΕΟ . . . . .
. . . ΕΙΟΘΕΜΙⱶΕΘ . ΕΧΟϟ . . . . . ΠΝΙΔΕϟ . ΟΙΕΧϟ . ΚΕΝ . . . .
. . . ΕΡΥΘΡΑΙΟ . ΚΑΙ . . . ΝΑΘΕΝΑΙΟΝΑΠΟϟΑΝΟΝΤΑΔΕΧΡΙΜΑΤΑ . . .
. . . ϟΚΑΤΑΕΝΤΑϟΑΠΟΝΤΟ . . ΑΙΔΕϟΤ . ΟΝΚΥ . . ΤΑ . . . .
. . . FϟΟΟΚΑΤΑΥΤΑΚΑΙ . . . . ΕΝΟΝΤΟΝΑΘΕΝΑΙΟΝ . . .
. . . . ΟΚΙΑϟϟΕΝ . . . . . ΥΘΕΡΥΘΡΑϟΙΤ - - - - - - - -
. . . ΕΟΤΟΝΡΟΧϟΛΕϟ . . . . ΡΟϟΑΘΕΝΑΙΟΝ . . Ο - - -
. . . ΝΤΑΔΕΘ . ΟΥΕΝΕΛΑΠΕΚ . . ΔΕΜΙΟϟΙⱶΟΝΧϟΥΜΑΧΟ . . .
. . . . ΝΑΜΕΝΕΙ . ΤΟΜ . ΟΡ . ΟΝΙΟΧϟΑΚΑϟΔΕΚΑΤΑ . ΟΙΟϟ
. . . . ΟΝΕΑϟ . . . ΙΟΑϟΟΟϟΙΜΑϟΤΟϟΕΙΝΕΥΙϟΑΝΟ . .
. . . . ΠΑΡΜ . ΟΝΤΟΝΧΙ . ΟΝΚϟΘΕΝΑΝΕΙΗΟΡΟΠΑΟΚΙΛΛ . .
. . . . ΒΟⱶΕ . . . ΚΑΝΑ . ΟΑϟΙΕΡΑΕΤΤΙϟΟΥⱶΕϟΗΕΚΑϟΤΕϟΧ . .
. . . . ΡΧΟΕ . Α . . . . ΑΘΕΝΑΙΤΟΝΟΚΟΡΙΝΤΟϟΕΜ . ϟΕΟΧ : .

---

prima ΘΚ et ultimum ϟ, vs. 41. ΑΡ, vs. 42. litt. 9. 12. 15. 19. 20. vs. 44. primum Ι et primum Κ. In numerandis litteris puncta vacui signa non computavi. Ceterum reliquae litterae nihilo certiores sunt. Vs. 7. in fine supra scriptum ΟΘΕΝ, item vs. 19. ΕΟⱶΟΤΟΝ, vs. 35. extr. ΤΟΤ . ., vs. 42. ΕΝ (super Οϟ), quae manifesto variae lectiones sunt. Dispositio litterarum non videtur accurate reddita hoc apographo esse; nec credibile inde a vs. 23. titulum trium litterarum spatio in sinistram prominuisse, ut punctis signatum in hoc exemplo est. Omnino vero hoc est eiusmodi, ut de restitutione desperes: nimium multae enim litterae depravatae et omissae sunt: quae mihi videor coniectura assequi posse, haec sunt. Decretum habemus Atticum titulo n. 73. vetustate par, Cimoniae fere aetatis, de Erythraeorum republica, Athenis subiecta, ad popularis imperii normam constituenda, et maxime

de senatu Erythraeo instituendo et iurisiurandi certa quadam formula obstringendo; et de aliis quibusdam rebus ad societatem Erythraeorum et Atheniensium pertinentibus; estque id quamvis lacerum tamen hoc nomine insigne, quod inde, quomodo Athenienses in civitatum subditarum rebus ordinandis et maxime in noto illo καταστῆσαι τὴν δημοκρατίαν versati sint, aliqua ex parte discimus. Itaque titulus ex eodem genere est ex quo n. 73. et scripturae forma fere eadem est: immo coniicias, hunc titulum continuari titulo n. 73. atque ut solet, scripturam ex hac nostri tituli tabula transisse in tabulam nunc Elginianam n. 73. Ex huius generis decretis adumbrata sunt Aristophanea Av. 1035 sqq. Ἐὰν δ' ὁ Νεφελοκοκκυγιεὺς τὸν Ἀθηναῖον ἀδικῇ: Χρῆσθαι Νεφελοκοκκυγιέας καὶ τοῖσδε τοῖς μέτροισι καὶ σταθμοῖσι καὶ ψηφίσμασι etc. Ἐὰν δέ τις ἐξελαύνῃ τοὺς ἄρχοντας, καὶ μὴ δέχηται κατὰ τὴν στήλην. Latitudinem scripturae e vs. 21–23. cognoscas. Initium fere hoc fuit: Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων· ὁ δεῖνα ἐπρυτάνευε, ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, ὁ δεῖνα] ἐπεστάτει, Α - - - [εἶπεν. ΕΠΕΣΤΑΤΕ est ἐπεστάτει, ut alibi. Primum videtur aliquid huiusmodi dictum esse: Erythraeos ut Atticos colonos debere ad Panathenaea aliquid contribuere; ut constat Atticos colonos Athenas boves misisse ad Panathenaea (Schol. Aristoph. Nub. 385.). Hinc vs. 2. Παναθήναια τὰ μι[κρά: ΔΑΗ muta in ΚΡΑ. Sequebatur fortasse ξ[ένια. Vs. 3. pretium videtur doni definitum: τριῶν μνῶν. Tum νόμον vix verum est: scribe ΝΕΜΕΝ; in hoc enim apographo omnes litterae cum omnibus confunduntur, et maxime Ο pro Ε et Ι aliquoties scriptum est: de dictione νέμειν, si tanti est, cf. n. 70. Sic prodit: καὶ νέμειν Ἐρυθραίων τα[ῖ]ς παροῦσ[ι κρέα? Nempe ex hostiis. Tum coniicias: νέμειν δὲ αὐ-τ]οῖς ἱε[ρ]οπο[ι]οὺς [καὶ ο]ἶνον. Cf. n. 82. extr. Ἱεροποιοὺς certum est; reliquum supplementum convenit latitudini scripturae. Mox Πάνδια videntur esse vs. 4. extr. Vs. 5. init. fuit τὴ]ν ἀξία[ν.] ἐπὶ [τ]οὺς - - Proxima non expedio; vs. 6. ΗΒΙΚΕΑ fuit fortasse ὅρκια. Vs. 7. forsitan: ἐβού]λοντο προ[ε]λόμενοι Ἐρυθραῖο[ι vel Ἐρυθραίων - - Tum manifesto de instituendo senatu ἀπὸ κυάμου agitur, ad morem democraticum, et videtur fere sic legendum: ἀποκληροῦν δὲ ἀπὸ κ]υάμων βουλὴ[ν ἕ]να κε[ί]κο[σ]ι καὶ ἑκατὸν ἄν[δ]ρας. Vocis ἑκατὸν spiritus Η in hoc apographo transiit in Α: paulo ante Μ muta in ΝΗ. In fine vs. 8. τὸν δὲ vel τῶν δέ. Vs. 9. fortasse Ἀθή[νη]θε[ν] - - ἐν [τ]ῇ [β]ουλῇ vel [π]όλει. In fine est opinor εἶναι βουλε[υτής: certe agitur de senatorum persona. Definitur enim, qui possit senator creari et non creari, et nominatim, ne quis senator sit minus triginta annis natus, Attico prorsus instituto. Hinc vs. 10. μη]δ'? [ἔ]λ[αττ]ον ἢ τρ[ι]άκοντα [ἔτη γ]εγονώς. ΒΕΓΑ fuit ΕΤΕΛ. Formula est Attica, ut in iureiurando heliastico ap. Dem. c. Timocr. p. 747. καὶ γέγονα οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντ' ἔτη. Post γεγονὼς dele Α ex sequenti Δ petitum a transcribente. Si quis autem senator sortitus sit contra legem, potest adversus eum agi, neque iam licet eum intra quattuor annos senatorem fieri; vs. 10. extr. vs. 11. init. δίωξιν δ' εἶναι [πρὸς? τ]οὺς ἐ[ν]εχο[μ]ένους, βουλεύειν δὲ μὴ ἐντ[ὸ]ς τεττάρων ἐτῶν - - - - - Vox ἐνεχομένους tamen valde incerta videtur. Formula δίωξιν εἶναι est Attica, ut in iureiurando heliastico: οὗ ἂν ᾖ ἡ δίωξις. Dem. c. Steph. de fals. test. p. 1116. extr. ὑπὲρ αὐτῶν ὧν ἂν ἡ δίωξις ᾖ; c. Euerg. et Mnesib. de fals. test. p. 1160. 24. οἱ δὲ νόμοι τούτων κελεύουσι τὴν δίωξιν εἶναι. In litteris ΕΙΤΟΝ vs. 11. extr. vacat Ι. Sequitur de senatus constitutione tale quiddam vs. 12–14. Κυαμεῦσα[ι δὲ] καὶ κατασ[τ]ῆσαι [τὴ]ν μὲν [τέ]ως βουλὴν [τ]οὺς Ἀ[θηναίων ἐπισκ]ό[π]ους καὶ [τὸν φ]ρ[ούρ]αρχον, τὸ δὲ λοιπὸν τὴ[ν] βουλὴν καὶ τὸν [φρούρ]αρχον βουλεύσ[ει]ν [περ]ὶ . . . . . αρ[χ]ίας π[ρὶ]ν [ἐ]ξιέναι. Vs. 12. Θ pro Τ transcribentis vitium est: τέως, *interim*, donec novus valeat ordo, qui a sequenti fortasse anno incipiebat. Dubito tamen de lectione τέως. De φρουράρχῳ cf. n. 73. Vs. 14. primum Μ dele, item Ι ante π[ρίν]: πρὶν ἐξιέναι, priusquam magistratu decedant; contrarium est εἰσιέναι, unde εἰσιτήρια dicta. Sequitur praeceptum de formula iurisiurandi, quod iurare debeat senatus; quam formulam integram restituere mihi non contigit, aliquid tamen inde perspicio. Nam vs. 15. 16. tale quid fere fuit (singula non spondeo): τὴν δὲ βουλ]ὴν ὀμνύναι [καὶ Δ]ία κα[ὶ] Ἀπόλ[λ]ω καὶ Δήμη[τρα, ἐ]παρω[μέ]νου[ς ἐξώλ]ειαν [μ]ὲ[ν εἶναι ἑαυτοῖς κ]αὶ παι[σ]ίν, ἐξώ[λεια]ν δὲ - - - Cf. de hac formula ad n. 1688. §. 1. Vs. 15. extr. ΝΝΗ fuit ΜΕ, diductius scripto Μ, ut solet ea praesertim aetate. Vs. 17. fortasse est καὶ ἀ[ε]ί; in fine forsitan: [τ]ὸν δὲ βουλε[υτὴ]ν βουλ[εύ]ον[τ]α - - -, vs. 18. - - δὲ μὴ εἶναι, et ζημιῶσαι vel simile. Vs. 19. an τ]οῦ δήμου et mox δῆμον? Vs. 20. iam incipit id ipsum, quod iureiurando confirmare senatus debet; id etsi paulo apertius est, tamen non omnia certa sunt: ut statim post initium vs. 20. extr. in ΑΙΣΣΤ videtur ἄριστα in ea, de qua agitur re, usitatum latere, duplicato sigma (v. ad n. 25.); nec tamen confido. Sed tale quiddam omnino fuit: ὀμν[ύ]να[ι] δ[ὲ τά]δε [τὴν β]ουλήν: [β]ουλεύσω ὡς ἂν [δύν]ω[μαι ἄρ]ισστ[α εἶναι] δ[ο]κ[ῇ πάν]τα Ἐρυθραίων τῷ πλήθει καὶ Ἀθηναίων καὶ τῶν [ξυ]νμά[χ]ων, [κ]αὶ οὐκ [ἀποσ]τήσομαι Ἀθηναίων τοῦ π[λ]ήθους οὐδὲ [τῶν] ξυμμάχων τῶν Ἀθηναίων, οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ ο[ὔ]τ' ἄ[λ]λο[ν] ἐ[ά]σω [οὐδὲ ἕν]α. οὐ . . . . ν[ῶ] οὔτ' αὐτός ἐγὼ οὔτ' ἄλλον ἐ[άσω οὐδὲ ἕνα - - - Vs. 20. alterum Α fuit Δ, quod extra uncos posui de industria. Ibid. extr. ΝΟ. Ν : Α mutavi in ΜΟΙΑΡ; sed hoc mihi non sufficere iam dixi. Atheniensium senatores videntur hac formula obstricti esse: βουλεύσω τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων (orat. c. Neaer. p. 1346.). Nota vero hic πλῆθος dici, non δῆμον: illud enim democratiae significandae aptius est. Vs. 22 sqq. constanter ΟΥ et ΟΥΚ extat, non suppresso Υ: sic omnino hac aetate moris fuisse alibi monui. Vs. 23. extr. Ν videtur vitiosum: formulam latentem docuit me heliastarum iusiurandum ap. Dem. c. Timocr. p. 746. οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ οὔτ' ἄλλον οὐδένα ἐάσω. Οὐδὲ ἕνα scripsi ex sqq. Vs. 25. nisi de hostibus non recipiendis dictum erat, scribendum: [δῶρ]α δέξομαι οὐδ[ὲ] ἕνα,

ut in iureiurando heliastico: οὐδὲ δῶρα δέξομαι τῆς ἡλιάσεως ἕνεκα: simile autem huic fuit iusiurandum senatus Attici, quod adumbravit Erythraei huius iurisiurandi auctor. Quae sequuntur, fuerint fere similia iis, quae in heliastico iureiurando sic concepta sunt: οὐδὲ τοὺς φεύγοντας κατάξω οὐδὲ ὧν θάνατος κατέγνωσται, οὐδὲ τοὺς μένοντας ἐξελῶ etc. Sed ex his pauca agnoscere in hoc apographo licet. Vs. 26. fortasse Μήδους, mox ἄνευ est; vs. 27. manifesto Ἀθη]ναίων καὶ τῶ[ν ξυμμάχων; verum ex ultima voce solum NM superest, et videtur integer deesse versus; tum habes: οὐδὲ τῶν μενόντων ἐξελῶ. Post hoc deficit nexus, licet vs. 27. extr. 28. init. cohaerere videantur: κα[θά]πε[ρ] Ἀθηναίων καὶ [τ]ὰ ἐμ.. Pergitur fere sic: ἐὰν δέ τ[ι]ς ἀποκτ[ε]ίνῃ [τινὰ ἢ ποῇ ἐς τοὺς θ]εοὺς ἕτερον ἔρ[γον ἀνόσι]ον, τεθ[ν]άτω. ἐὰν [δὲ - - Vs. 30. πο[ῇ] γείτονα - - καὶ τῆ[ς] Ἀθηναίων ξυμμαχί[ας - - Vs. 31. καὶ τ]ὰ χρήματα δημόσ[ια ἔστ]ω Ἐρυθραίων. Videtur delicti in Atheniensium societatem commissi reo poena constituta esse exilium et publicatio bonorum, quae Erythraeorum civitas accipit, non Atheniensium. Vs. 31. extr. incipit nova formula: ἐὰν δ[έ τ]ις βο[ηθήσῃ] - - - τυράννοις, τε[θ]νά[τω. Tum Erythraeorum mentio fit; vs. 33. rursus τεθνάτω, et ut videtur ἐξ ἧς sine spiritu, qui in eadem dictione deest in actis Quaestorum. Vs. 34. ἐχουσ - -, 35. τῶν] Ἐρυθραίω[ν] καὶ [τῶ]ν Ἀθηναίων ἀπο[θ]αν[εῖ]ν? τὰ δὲ χρ[ή]ματα - - -, 36. ἀπόντω[ν? 37. κατ' αὐτὰ? καὶ - - - Ἀθηναίων, 38. Ἐρυθράς. Vs. 39. ΡΟΧΣΑ videtur τοξα esse: coniicias igitur: τὸν [τ]όξα[ρχον vel τοξ[ότας, tum φρου]ροὺς Ἀθηναίων: cf. n. 73. *Toxarchus* Atticus aliunde notus est. Vs. 40. extr. ξυ[ν]μαχο - -, vs. 41. μένει[ν] et τὸ [φρ]ούρ[ι]ον [τ]οξ[ότ]ας δέκα - -, vs. 44. βουλῇ? tum ἱερὰ ἐ[πὶ] τ[ῆ]ς [φ]υλῆς ἑκάστης. Vs. 45. Ἀθῆναι (non Ἀθηνᾷ: debebat enim hac aetate Ἀθηναίᾳ esse). In sqq. cave de Corintho cogites.

73. *c.*

Olim Athenis in arce, fragmentum marmoris fere 19″ altum, 10″ latum, 4″½ crassum, nunc in Museo Strangfordiano Londini. Misit a se ex lapide transcriptum Bröndstedius.

A. In altero latere:

. . . . ΤΟΣΗΟΕΙ . . . . .
. ΣΙΔΟΧΣΑΣΤΑ . . . .
ΟΣΙΔΟΚΕΙΕΠΙΕΣΤΙ
ϽΑΝΔΟΚΕΙΑΥΤΟΙ . ΜΕ
ΦΣΕΤΑΙΕΠΙΤΕΣΙ . ΙΚΕ
ΗΟΕΧΣΗΕΣΤΙΑΙΑΣΕΣΙ
ΕΣΤΙΑΙΑΙΗΟΤΑΜΠΕRΤ/
. ΤΙΑ ΠRΟΣΑLLΕLΟ
ΜΕΠΑ ΕΣRΟLΕΣΕΥR
ΑΣΕ ΑΥLΟΝΤΑΜΕ
ΗΙΠ ΟΝΟΙΣΕΟΙΣ
RΑC ΕΗΟΒΟLΟΝ
. ΙΑ _ΑΜΒΑΝΕΤΟ
ΤΟΤΟ ΤΟΜΕRΟΣΤΕ
ΕRΙΟΝF . ΤΑΜΠΕRΤΑΣ
ΔΕΜΟΣΕΗΟΑRΧΟΝΙΕ .
. ΟΙΑΘΕΝΕΣΙΝΛRΑΦF
ΕRΤΑΣΑLLΑΣΔΙΚΑΣR
. ΚΙΑΟΣΕΣΟRΟΠΟΝΠΙ
ΤΙΣΕΧΣΟRΟΠΟΕ . ΗΕΣ
ΟRΟΠΟΝΠϽRΟΜΕ . ΕΙΠR
ΤΙΣΕRΧΑ . . . ΔΟΣΕΣΗ_
ΣΘΟΤΕΤΤΑRΑΣΟΒΟLΟ
ΜΕΝΗΟΙΠΟΜΠΕΥΟΝΤΕΣ
ΕLΕΤΑΙΤΕLΕΤΟΙΟΗ . .
ΘΕLΕΙΑΛΕΝΤΟΝΠ
. ΜΝΕΝΑ . ΕΠ

B. In altero:

ΕL . . ΠΕ
ΕΣΤΟΔΙΚΑΣΤΕΡΙΟΝ
ϽΕΧΣΕΣΤΙΑΙΑΣΕΣΑΛΕΙΤ/
ΤΟΙΑΥΤΟΙΜΕΝΙΗΟΙΝΑΥΤΟΔ
ϽΔΙΚΑΣΤΕΡΙΟΝΠΑΡΕΧΟΝΤΟΝΠL
ΘΥΝΕΣΘΟΗΑΙΔΕΠΡΑΧΣΕΣΟΝΤΟΛ
. ΑΘΕΝΕΣΙΗΑΙΠΑΡΑΤΟΝΔΙΚΑΣΤ
. ΙΟΝΚΑΙΑΔΙΚΕΜΑΤΟΝΤΑΣΔΙΚ .
. ΟΘΕΣΜΙΑΡΧΣΕΚΕΙΕΑΝΔΕΥΙ . .
ꟷΟΕΑLΟΣΙΕΣΤΙΑΙΑΣΗΕΟΣΠΡ .
ΤΑΑΝΔΡΑ . ΕΚΤΟΝΟΙΚΟΝΤΟΥ . .
ΙΔΟΝΑΙΤΑΣΕΥΘΥΝΑΣΕΝΗΕ . Ρ
ΤΕΙΕΝΗΕ . . . ΑΙΑΙΔΙΔΟΝΤΟ
ΑΔΕΜΟΘΣΕΝ . ΕΣΤΙΑΙΑΙΤΙ . .
ΔΕΤΟΣΑΥΤΟ . ΚΑΙ . ΝΔΙΟΙ . .
ΕLLΟΠΙΑ . . ΕΤΕΡΟΝΔΙ . . . .
. LΟΠΙΟ . . . . . ΕΝΕLLΟΠΙΑΙ
. ΗΟΑΡΧΟ . ΗΟΑΘΕΝΕΣΙΔ . . .
. . ΣΙΑΙΚΥΑΜΕΥΣΑΝΤΟ . . . .
. . . ΑΙΑΙΚΑΘΟΤΙΑΝΤΟ . . . .
ΚΤΟΝΟΙΚΟΝΤΟΥ . . . .
ΕΝΔΕΤΟΥΤΟΣΤ . . . . .
. ΑΔΕΚΥΠΕΡΔΙ .
. ΟLΕΙΠΟΜΕΝ . .

In *A.* a vs. 4. usque ad finem in sinistra nihil deest; sed in dextera, item supra et infra lapis fractus est, et inde a vs. 8. in medio traxit lacunam; *B.* in omnibus quattuor marginibus est mutilum. Scriptura diligenter στοιχηδὸν exarata est. Incertae sunt litterae in *A.* vs. 4. litt. 1. vs. 5. litt. 13. vs. 7. ultima lineola, vs. 9. secundum E; vs. 12. C et in fine N; vs. 13. –, vs. 17. ultimum F, vs. 18. prima et ultima littera, vs. 21. ΓϽ, vs. 22. A et ultima lineola, vs. 23. B; vs. 27. litt. 2. In *B.* incertae sunt vs. 3. et 5. littera prima et ultima, vs. 6. ultima, vs. 10. EA, vs. 12. littera 9., vs. 13. TO, vs. 14. litt. 1. 4. et

ultima, vs. 16. ultima, vs. 18. ultima, vs. 21. Y, vs. 23. K, vs. 24. prima. Litterarum formae sunt eaedem quae n. 74. nisi quod in *A.* est R et R (in *B.* habes P), et in utroque N, quod neque in priscis ante Euclidem titulis constans habetur neque abest ab iis, qui post Euclidem scripti sunt. Spiritus asper modo scriptus extat modo omittitur: quae omissio *B.* vs. 3. in dictione ἐξ Ἑστιαίας potest iis excusari, quae p. 181. *a.* dixi (quamquam *A.* vs. 6. in eadem et ib. vs. 20. in simili formula reperitur spiritus), non item in ceteris locis *A.* vs. 3. 11. extr. *B.* vs. 10. credo etiam vs. 9. extr. OY (non O) in pronomine οὗτος reperitur; cf. p. 181. *a.* Pro EI est E in infinitivis *A.* vs. 26. *B.* vs. 22. Sigma non iam ≶ est, sed Σ. Ex qua ipsa forma patet hos titulos recentiores esse quam n. 73. et 73. *b.*; contra formae R, R, P nullum praebent distinctius aetatis indicium, quod illis promiscue usi vetusti Attici sunt, et forma P sive P etiam tum, quum ≶ scribebant, non Σ, quantum quidem ex iis, quae supersunt, exemplis iudicare licet (cf. maxime n. 73. et n. 165.): etsi quo antiquiores tituli, eo R et R frequentius. Iam n. 73. et 73. *b.* non possunt infra Olymp. 83, 84. detrudi, sed possunt eo tempore aliquot annis antiquiores haberi: itaque hi tituli n. 73. *c.* *A.* *B.* poterunt in Olymp. 84, 1. aut paulo post poni, quod mihi omnino probabile ob argumentum videtur. Etenim licet uterque titulus ita mutilatus sit, ut restitui neuter queat, tamen ex iis, quae servata sunt, divinare quaedam licet, quum praesertim apographum Bröndstedii accuratissimum sit: unde raro mutatione litterae opus est; quae mutaverim, docet textus minusculis expressus, neque de his quidquam addo, nisi *B.* vs. 23. K esse in H mutandum, et *A.* vs. 15. P in H. Perspici autem fere haec posse videntur:

A.

- - τος ὃ εἰ - -
- - σι δόξας τα - -
- - τοῖς ἄρχ]ουσι? δοκεῖ ἐπὶ Ἑστι[αια - -
- - ὃ ἂν δοκῇ αὐτοῖ[ς] μή? - -
- - ψεται ἐπὶ τῇσι [δ]ίκη[σι?
- - ὃ ἐξ Ἑστιαίας ἐσι[ών? - -
- - ἐν] Ἑστιαίᾳ, ὅταμ περ τὰ[ς ἄλλας δίκας -
- Ἑσ]τια[ιῆς] πρὸς ἀλλήλου[ς - -
- - μή· πα[ρὰ τ]ῆς [β]ουλῆς ευρ - -
ασε . . . . [γ]αυλόν? τὰ μὲ[ν? . . . .
- - ἵπ[ποις ἢ] ὄνοις ἢ οἷς - -
- - γ]ραφ[έσθω δ]ὲ ὁ βουλό[μενος - -
- - . ια . . . . λαμβανέτω - -
- - πρυτανεῖα τιθέ]τω τοῦ [αὐ]τοῦ μέρους. τε - -
- - ἐς τὸ? δικαστ]ήριον, [ὅ]ταμ περ τὰς [ἄλλας δίκας - -
- - ὁ] δῆμος ἢ ὁ ἄρχων ζη[μιούτω - -
- - οἱ? Ἀθήνησιν γραφ. - -
- - ὅταμ π]ερ τὰς ἄλλας δίκας - -
- - ἐκ Χαλ]κί[δ]ος ἐς Ὠρωπὸν π - -
- - ἐὰν δὲ] τις ἐξ Ὠρωποῦ ἐ[ς] Ἑσ[τίαιαν - -
ἐς] Ὠρωπὸν [πό]ρου? - - πρ - -
- - ἐὰν δὲ] τις ἐ[κ] Χα[λκί]δος ἐς Ἑ[στίαιαν - -
- - πραττέ]σθω τέτταρας ὀβολού[ς
- - μέν? οἱ πομπεύοντες - -
- - τ]ελῆται? τέλη? τῷ? ὁ. - -
- - θέλει ἄγειν τὸν π - -
- - μνεναι ἐπ[ί?
. . . .

B.

- - Ἐλ[λο]πε - -
- - ἐς τὸ δικαστήριον - -
- - ὁ ἐξ Ἑστιαίας ἐσάγῃ? τὰ[ς δίκας - -
- - τῷ αὐτῷ μηνὶ οἱ ναυτοδ[ίκαι - -
- - τ]ὸ δικαστήριον παρεχόντων πλ[ήρες - -
- - πλη]θυνέσθω. αἱ δὲ πράξεις ὄντω[ν - -
- - Ἀθήνησι καὶ παρὰ τῶν δικασ[τῶν? - -
- - ιων? καὶ ἀδικημάτων τὰς δίκ[ας - -
- - ῳ μήπω ἡ πρ]οθεσμία [ἐ]ξήκῃ. ἐὰν δὲ ὑ[πό? - -
- - ου? ἁλῶσι, Ἑστιαιᾶς ἕως πε - -
- - κον]τα, ἄνδρα[ς] ἐκ τῶν οἴκων τού[των - -
- - δ]ιδόναι τὰς εὐθύνας ἐν Ἑ[στιαίᾳ - -
- - τῇ ἐν Ἑ[στι]αίᾳ διδόντω[ν - -
- - α δῆμος ἐν Ἑστιαίᾳ τι - -
- - δὲ τοὺς αὐτοῦ[ς] καὶ [ἐ]ν διοι[κήσει? - -
- - Ἐλλοπίᾳ ἕτερον δι - -
- - Ἐλ]λοπιέω[ν τοὺς] ἐν Ἐλλοπίᾳ - -
- - ὁ ἄρχω[ν] ὁ Ἀθήνησι - -
- - ἐκκλη]σίᾳ? κυαμευσάντω[ν - -
- - Ἑστι]αίᾳ καθ' ὅτι ἂν το[ῖς? - - δοκῇ? - -
- - ἐ]κ τῶν οἴκων τού[των - -
- - ειν δὲ τούτους τ - -
- - τ]ὰ δὲ ὑπὲρ δι - -
- - ολειπομεν - -

Hestiaea Euboeae Olymp. 83, 4. ab Atheniensibus duce Pericle in dicionem redacta mille colonis (κληρούχοις) tradita est, non solum urbs, sed etiam reliqua terra (Thucyd. I, 114. coll. VII, 57. Diod. XII, 22.); huius vero erat Ellopia oppidum (Strab. X. p. 445.), ut proinde etiam Ellopiam occuparint Athenienses: permanserunt vero hi Hestiaeae, donec Atheniensibus eriperetur Euboea. Tales colonos duplici civitate, et Attica et coloniae usos esse, coloniamque suos magistratus, senatum et archontem eponymum habuisse, notavi ad n. 108. Vocabantur autem ab ea urbe, quam traditam acceperant, Salaminii, Aeginetae, Hestiaeenses etc. (Oec. civ. Ath. T. I. p. 462. adde n. 108. 168. *b.*). Horum igitur Hestiaeensium et Ellopiensium res et maxime commercium cum Atheniensibus constituuntur legibus, quae in his titulis scriptae sunt, id quod tit. *B.* maxime demonstrat. Et primum tit. *A.* videntur potissimum ea statuta esse, quae pertinerent ad *commeatum Hestiaea in Atticam, et ex Attica Hestiaeam per Oropum et Chalcidem*; et ad *vectigalia ideo pendenda*, ita ut simul in quoque capite de causis forensibus inde nascentibus dictum fuerit. De causis posthac frequens mentio; sed iam *A.* vs. 5. videtur

ἐπὶ τῆσι [*δ*]*ίκη*[*σι* latere (de scriptura *τῆσι* cf. n. 71. *b.* 31.): quamquam supplementum illud satis incertum. Ad commeatum vero refertur vs. 7. *ὁ ἐξ Ἑστιαίας ἐσι*[*ών*, adiecto mox vs. 7. illo *ὅταμ περ τὰ*[*ς ἄλλας δίκας* (cf. vs. 15. 18.): quo significatur eas causas iudicandas in foro esse tum, quum ceterae huius generis causae agantur. Hoc ex collata formula n. 76. coniicio, ubi est: *ταμίας δὲ ἀποκυαμεύειν τούτων τῶν χρημάτων, ὅταμ περ τὰς ἄλλας ἀρχάς.* Illa vero res, de qua hic agitur, videtur Hestiaeae iudicanda dici (*ἐν*] *Ἑστιαίᾳ* vs. 7.), fortasse eodem modo, quo (vs. 8.) *Ἑ*]*στια*[*ιῆς*] *πρὸς ἀλλήλου*[*ς* agerent. Ad commeatum pertinet manifesto etiam vs. 11. *ἵπ*[*ποις ἢ*] *ὄνοις ἢ οἶς* - - quod eo deducit, ut vs. 10. quoque de commeatu dicatur et *γαυλὸν* ibi agnoscamus, de *maritima* transvectione. Additur vs. 12. formula iuris Attici usitata de actionibus publicis: *γ*]*ραφ*[*έσθω δ*]*ὲ ὁ βουλό*[*μενος*, *accusato qui velit* eum qui in illa re deliquerit; ut in lege ap. Dem. c. Mid. p. 529. 16. *γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων, οἷς ἔξεστιν*, et ubivis. In fine vs. 12. Ͷ superest ex M: maximeque cavendum, ne *ὀβολὸν* latere hoc loco putes: quae dedi certissima sunt. Sed in huiusmodi causis publicis, quippe delictorum latentium *φάσεσι*, quae maxime ad iura emporii et vectigalium pertinent (Oec. civ. Ath. T. I. p. 376. extr. Meier. et Schömann. Proc. Att. p. 248. sqq.), accusatori cedebat semis rei, de qua agebatur, vel multae a noxio pendendae, ut in *φάσει* ob effossas oleas instituta multae semis (Demosth. adv. Macart. p. 1074. extr. coll. Oec. civ. Ath. T. I. p. 376. init. quam causam esse *φάσιν* Heffterus et Processus Attici auctores recte iudicant); ut in *φάσει* ad mercaturam pertinente actor vincens dicitur *τὰ ἡμίσεα τῶν φανθέντων λαβεῖν* (Or. c. Theocr. p. 1325. extr.); ut in decreto de olei commercio n. 355. 40. dicitur (delator de pretio) *τὸ ἥμισυ κατεχέτω, εἰ μήπω δέδωκεν, ἢ λαμβανέτω, τὸ δὲ ἥμισυ ἔστω δημόσιον.* Hinc vs. 14. superest *λαμβανέτω* ipsum. Iam vero in tali causa accusator pro sua parte debebat prytanea deponere (Oec. civ. Ath. T. I. p. 376. init. Meier. et Schömann. Proc. Att. p. 252.), quod in lege ap. Demosth. adv. Macart. p. 1074. 27. sic exprimitur: *πρυτανεῖα δὲ τιθέτω ὁ διώκων τοῦ αὑτοῦ μέρους.* Hinc superest vs. 14. *πρυτανεῖα τιθέ*]*τω τοῦ* [*αὑ*]*τοῦ μέρους.* In medio periit HAY. Quando vero res in iudicium deferenda esset, vs. 15. dictum erat: [*ἐς τὸ δικαστ*]*ήριον* [*ὅ*]*ταμ περ τὰς* [*ἄλλας δίκας* (cf. vs. 18. et *B.* vs. 2.). Deinde vs. 16. de *mulia* dicitur, vs. 17. de accusatione Athenis (*Ἀθήνησιν γραφ.*); et vs. 18. redit formula bis iam explicata. Notabilis vero scriptura *Ἀθήνησιν* sine Iota subscr. quam unice veram esse et ratio et hi tituli docent. Sequitur aliquid de transitu *ἐκ Χαλ*]*κί*[*δ*]*ος ἐς Ὠρωπόν*. Oropus enim tum Attica erat (Müller. Orchom. p. 411.), et per Oropum commeatus in Atticam importabatur ex Euboea (Thucyd. VII, 28.): etiam Chalcis autem parebat Atheniensibus. Tum vs. 20. de profectione vel importatione Oropo Hestiaeam dictum erat, fere sic: *ἐὰν δὲ*] *τις ἐξ Ὠρωποῦ ἐ*[*ς*] *Ἑσ*[*τίαιαν* etc. et vs. 21. de eadem Oropum, Hestiaeâ opinor, vs. 22. de importatione vel profectione Chalcide Hestiaeam: *ἐὰν δὲ*] *τις ἐ*[*κ*] *Χα*[*λκί*]*δος ἐς Ἑ*[*στίαιαν*. Vectigal autem ab aliquo exigendum vs. 23. designatur: *πραττέ*]*σθω τέτταρας ὀβολούς*, *exiguntor ab eo quattuor oboli.* Vs. 24. fortasse exemptio a vectigalibus constituta erat *pompam ducentibus*, maxime opinor Hestiaeensibus pompam Athenas mittentibus ad Panathenaea et alia magna sacra, ut mos colonis Atticis. Vs. 25. manifesto vectigalia (*τέλη*) nominata sunt.

Tit. *B.* vs. 1. Ellopiensium videtur mentio facta: gentile est *Ἐλλοπιεύς* (Strab. Steph. Byz.); sed hoc loco videtur aliquid ex *Ἐλλοπεύς* fuisse, et vs. 17. fuit *Ἐλλοπίους*. Sequuntur leges de *iurisdictione*, ut fit in symbolis; eaque iudiciis in Athenarum urbe constitutis potissimum reservata videtur, ut tum solebat. Cf. vs. 7. 18. Vs. 3. quidem videtur praecipi, ut *ἡγεμὼν δικαστηρίου* aliquis *ὁ ἐξ Ἑστιαίας ἐσάγῃ τὰ*[*ς δίκας* eas, de quibus antea dictum erat. Vs. 4. constituitur, ut hae res agantur *τῷ αὐτῷ μηνί*, fortasse Boedromione, quo mense coeptae sunt *causae mercatoriae* agi (vide Meier. et Schömann. Proc. Att. p. 579.). Iam nominantur Attici *ναυτοδ*[*ίκαι*, praesides iudiciorum de causis mercatoriis (Proc. Att. p. 83 sqq.). Hi opinor nautodicae, de quibus tamen in lacuna plura dicta erant, *iudicium praebento plenum* iudicandis illis rebus: [*τ*]*ὸ δικαστήριον παρεχόντων πλ*[*ῆρες*. Demosth. c. Mid. p. 581. 27. *εἰς δικαστήριον εἰσίοι πεπληρωμένον ἐκ τούτων*, c. Timocr. p. 729. 25. *δικαστήρια πληροῦτε*, ubi cave scribas *κληροῦτε*. Si non plenum numerum iudicum exhibuerint, *τὸ δικαστήριον* certo modo *πλη*]*θυνέσθω* (vs. 6.). Tum vs. 6. de *exactionibus* iudicati dicitur: *αἱ δὲ πράξεις ὄντων* etc. Mox vs. 9. patet formula *ᾧ μήπω ἡ πρ*]*οθεσμία* [*ἐ*]*ξήκῃ*, ut in lege hereditaria ap. Demosth. adv. Macart. p. 1055. init. *ἐὰν δὲ μὴ ζῇ ὁ ἐπιδικασάμενος τοῦ κλήρου, προσκαλείσθω κατὰ ταὐτά, ᾧ ἡ προθεσμία μήπω ἐξήκῃ.* Fortasse etiam in huius tituli hoc loco de hereditate dictum erat. Mox *ἁλῶσι* est de iis, qui causa ceciderint; si igitur causa ceciderint nescio qui, *Ἑστιαιᾶς* lex vult aliquid facere. Accusativum *Ἑστιαιᾶς* habet Thucyd. I, 114. Manifesto tum vs. 11. de triginta vel quadraginta etc. viris agitur, qui eligendi Hestiaeae sint *e certis familiis*, *ἐκ τῶν οἴκων τού*[*των*, credo ex Atticis cleruchorum familiis, exclusis aliis, quae forte ibi habitabant aliunde conscriptae. Haec formula redit vs. 21. Illi videntur iudices constitui, fortasse de hereditate ex Attico iure capienda. Nota vero *οἶκον* in iure Attico esse *familiam* vel rem familiarem: aedes designat vox *οἰκία*. Vs. 12. dicitur de *rationibus Hestiaeae reddendis.* Vs. 13. fortasse fuit *τῇ βουλῇ*] *τῇ ἐν Ἑστιαίᾳ διδόντων*, sed quid? *Εὐθύνας* opinor vel *λόγον*. Nam in coloniis cleruchicis rationes redditae sunt senatui coloniae, non Atheniensis reipublicae magistratibus (v. n. 108.). Vs. 14. *populus Hestiaeae* (Atticus) habetur. Vs. 18. est *ὁ ἄρχω*[*ν*] *ὁ Ἀθήνησι*, hoc est qui vulgo eponymus vocatur; hic enim solus antiquis Atticis dicitur *ὁ ἄρχων*. Fortasse hic quoque de *iure familiarum* agebatur, *quod admini-*

strat illo Athenis archon. Vs. 19. κυαμευσάντων; *fabis creanto* nescio quos, Attico more. Vs. 23. τὰ δὲ ὑ[π]ὲρ δι - - est haud dubie de pecunia, exempli causa διακοσίας δραχμάς: cf. n. 103. Ni fallor, definiebatur maxima summa, de qua cognoscere iudicibus certis Hestiaeae liceret, ita ut maiora vocarentur ad iudicia Atheniensium.

N. 74. p. 111. Elginiani huius lapidis accuratam delineationem in Gallica editione operis Micali de priscae Italiae historia contulit in meum usum Müllerus; praeter exiguam in situ litterarum discrepantiam, vs. 4. init. est ΣΕΥΔΟΣ, vs. 15. ΟΦΕLΕΣΟΜΕΝ, ὠφελήσομεν. Vs. 6. cave δήμῳ Ἀθηναίων putes stilo decretorum Atticorum non convenire: vide modo Demosth. de cor. p. 235. 7. p. 253. 23. p. 266. 24. etc. Idem nota ad n. 77. vs. 4–5.

N. 75. p. 113 sqq. Corrige operarum vitia, p. 114. *a*. 9. scribendo ν], *b*. 24. ἐὰν δ]ὲ, p. 115. *a*. 18. ἄρ[χων. Digna est quae referatur coniectura Schömanni vs. 1. τὴν βουλὴν τὴν ἐς[πράξασαν: quamquam Areopago inter Olymp. 88, 2. et 92, ½. redditas patrias praerogativas esse, docui in Prooemio lectionum Univ. Berol. hibern. a. 1825–1826. quod sufficit nostrae sententiae defendendae, quam p. 114. *a*, extr. posui: et firma mihi videntur, quae in ea commentatione docui; nec, quod aliquis putet, quae de Areopagi iurisdictione dixi, possunt ad iudicia iudicum sorte creatorum in Areopago habita detorqueri. Vs. 4. quod ἐνδεῖξαι sine subiecto addito posuimus, non mihi videtur reprehendendum: hoc enim vulgo fit in legibus, ubi subiectum sit generale. Vs. 6. ξυνάγεσθαι dedi ex usu, ut συνάγειν συνέδριον in oratoribus; Schömannus supplet: κρίνεσ]θαι δὲ τὰς πόλεις καὶ τ[οὺς ἐνδείξαντας. Quod vs. 8 sq. dedi, γράφεσ]θαι δὲ μὴ ἐξεῖναι, ei ex mea sententia non obest additum τὴν δὲ γραφὴν εἶναι etc. nam prius illud ex mea opinione pertinet ad tempus ante concessam a Concilio sociorum accusationem in foro Attico, hoc ad tempus post concessam. Vs. 12 sq. Meierus noster coniicit: ἐὰν δέ τις ἀ[μφισβητῇ ὡς οὔπω ἐξήκουσιν αἱ] κλήσεις; *si quis contendat nondum omnes factas esse in ius vocationes*. Equidem hoc supplementum et nimium pro spatio iudico, nec conveniens rei. Senatui enim mandatur, ut de re deliberet; at de ea re, quam Meierus ponit, non senatus est decernere, sed ea tota est iudiciaria: contra ἐκκλήτων ratio omnino ad senatum pertinet eatenus, quatenus eae pactis nituntur.

N. 76. p. 117. *a*. extr. Pro HOINEPNYN olim Oec. civ. Ath. T. II. p. 201. proposui οἵπερ νῦν, sed simul reieci ut sensu vacuum. Nec scribi potest οἱ λογισταὶ οἱ τριάκοντα οἵπερ νῦν τὰ ὀφειλόμενα τοῖς θεοῖς ἀκριβῶς· συναγωγῆς etc. *decem enim fuerunt logistae, totidem euthyni, et euthynorum viginti assessores*; nec συναγωγῆς pendere a sequenti αὐτοκράτωρ potest, quod nullam haec formula, συναγωγῆς τῶν λογιστῶν ἡ βουλὴ αὐτοκράτωρ ἔστω, rerum rationi convenientem sententiam habet. Haec nuperrime universa re iterum pensitata docui in Mus. Rhen. iurisprud. philol. etc. T. I. p. 58 sqq. part. hist. et philol. Nunc hoc solum addo, logistas illos in priore loco nominatos, quos triginta esse creditum est, non posse, ut sunt qui dicant, peculiares logistas esse computandis debitis his constitutos, a vulgaribus logistis diversos: nam quum debitorum solutio hoc ipso demum decreto constituatur, tales logistae quoque tum demum eodem decreto instituendi fuissent: sed nihil de hac re in decreto est dictum. Ceterum in eadem commentatione, quod olim in Oec. civ. Athen. conieceram, ἐντὸς τριάκοντα ἡμερῶν, quo iustus litterarum numerus versui simul restituitur, commendavi denuo, comparatis locis Demosth. c. Timocr. p. 720. 24. c. Mid. p. 529. 18. etsi utroque loco variat scriptura. Vs. 22. δίκαια πάντα, hoc est δικαίως πάντα, defendi in eadem commentatione p. 95 sq. refutata simul falsa coniectura δίχα ἅπαντα: ceterum in ΔΙΑΙΑ litteram Κ non a Fourmonto, sed a lapicida omissam iudico; nam vel sine illa numerus litterarum illi versui iustus constat.

N. 77. p. 118. vs. 5. De voce Ἀθηναίων; cf. Add. ad n. 74.

N. 78. p. 118. Dobraeus (Diar. class. T. XXX. p. 148. ap. Ros. p. 418.) vs. 4. dicit scriptum esse ΑΕΛΔΟ∠Ο, sed ΑΕ ut incertum notat: in fine sub ΑΘΕ videri esse ΙΣΕ.

N. 80. p. 119. Κατάστασις est et probatio equitum, et ut mihi videtur σῖτος ἵπποις (ut dicitur n. 147.), qui potest eo nomine vocatus esse, quod inde a probatione penderetur (cf. Oec. civ. Athen. T. I. p. 269.). Contra Meiero iudice κατάστασις equitibus data est ad emendum equestrem apparatum, eaque repetenda legitime ex equitibus, si his darentur successores, ut trierarchi reddebant nauticum apparatum. Trierarchicum hunc usum non contulerim: non mirum enim, trierarchos debuisse apparatum reddere, quem quidem civitas iis dederit et quodammodo commodarit. Contra non exputo, cur κατάστασις illa data hominibus opulentis sit, si repetenda erat. Quapropter κατάστασις, quae *post Trigintaviros* repetitur (Lys. adv. Mantith. p. 574. non 547.), *tum* tantum mihi videtur reddenda fuisse; quod quum non intelligerent grammatici, e Lysia falso collegerint, usitatam eam fuisse repetitionem. Ita olim proposui rem (l. c.), et huic sententiae accommodavi tituli interpretationem sane ancipitem. Nullam tamen in eo video difficultatem, quod ex mea tituli interpretatione demarchi repetunt pecuniam, quum κατάστασιν repetitam per phylarchos tradant grammatici (ἀπῄτουν δὲ αὐτὸ οἱ φύλαρχοι): apud Lysiam enim non hoc tribuitur phylarchis, sed nominum editio, ut *populus* ab illis repetat κατάστασιν (ὥστε τὰς καταστάσεις ἀναπράττητε παρ' αὐτῶν).

Immo hoc ipsum in ea me confirmat sententia, ut grammaticos putem non nosse quidquam de hac re nisi ex Lysia, quem prave intellexerint et excerpserint. Dictio vero vs. 9. ἡ βουλὴ ἡ ἀεὶ βουλεύουσα non potest nobis opponi; quo loco certe non de repetenda sed de conservanda pecunia dicitur, et de eligendis, ut videtur, a senatu quotannis eius pecuniae quaestoribus: dedicata enim illa pecunia videtur. Denique nisi ita ut dixi statuas, titulus explicari nequit: nam illud mihi non persuadeo, de stipendio sagittariorum et equitum aliquid demptum in usum sacrorum et ab illis exactum esse: quae amici sententia est. Certe simile quidquam non memini me in antiquitate reperire.

N. 81. p. 120. *a*. *In hoc autem decreto hoc singulare est, quod vox πρῶτος ante scribae nomen posita reperitur*] Nempe necessario ante scribae nomen posita erat, quia non est post scribae nomen posita: scribae nomini enim statim additum est ἐγραμμάτ[ευεν Ἀχερ]δούσιος vs. 1. 2. omitti autem πρῶτος non potest in hoc praescripto annum designante. Cf. ad n. 74. Itaque ubi ego hoc in lacuna supplevi, ibi olim est positum, ibique positum *reperitur* licet *non superstes*.

N. 82. p. 121. Vide de hoc notata p. 176. interposita, ubi inter alia vs. 12. 13. τοῦ ἀργυρίου ἀξιόχρεως legendum significavi. Vs. 18. 19. pro κατεν[αντί]ον, quod mihi quoque displicet, non potest κατ' ἐντολὴν legi; hoc enim idem est quod κατὰ ψήφισμα, nec convenit superstiti ON. Müllerus coniicit κατ' ἐν[ιαυτ]όν. In textu maiusculis scripto vs. 21. 22. lege [ΠΟΤΙΜ|Η]Μ, et p. 122. *a*. 39. ἀ[ποτιμή]ματι. Ex tabulis Claraci addo varietatem lectionis: vs. 3. ΜΙΑΙΣΕΣ; 8. extr. additur 𐅄 falso (fuit credo Ρ); 10. est ΗΔΔΔΗΗΗΙΙC, 11. ΑΡΙΣΤΟΤΙ ΜΟΣ, 16. ΨΗΦ etc. et in fine ΤΕΤΑΓ, 17. init. ΝΟΣ, fin. ΤΑΣ, 18. ΟΣΟΝ, 19. init. ΟΝ, 21. ΑΡ ΧΟΝΤΑ, 24. ΕΙ (pro ΗΙ), 26. ΙΝΑΚΑΙ, 28. extr. - - - ΝΔΕ, 32. extr. ΕΣΤ, 34. ΣΤΑΙ, 35. ΤΑΝ ΠΛΩΘΗΣ, 36. ΟΙΝΟ (pro ΑΙΝΟ) et ΤΑΛΛΛΑ, 37. ΤΟΙΤΟΙΣ et in fine ΠΛΩΘ, 38. ΔΙΔ etc. 40. ΔΗΜΙΟΡΤ.

N. 84. p. 123. Habent hunc titulum schedae Köhlerianae duplices: ex quibus alterae pleniores sunt. Ante vs. 1. in fine versus est in his ΟΔΗ ΜΟΣ.; vs. 1. eaedem ΑΕΗΕΚ et in altero exemplo ΑΕΙΕΚ (pro ΕΝΕΣΙ): vs. 2. initio eaedem ΙΔΗΜ etc. et vs. 3. ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ. Claraci tabulae vs. 3. ΑΙΟΙΜΕΝ (ΛΙΘΙΝΕΙ); sed Köhlerianae schedae ΑΙΘ . ΕΙΕ, hoc est λιθίνῃ ε[ἰς, ut correxi. Vs. 4. eaedem initio . ΟΠ . Λ; et in iisdem superest ΑΙ, quod supplevi. Vs. 6. eaedem ΚΕΦΑΛΟΣΕΙΠΕ; etiam Clar. ΕΙΠΕ. Vs. 7. Köhlerianae schedae alterae ΦΑΝΟΚΡΑΤΗΝ, alterae ΦΑΝΟ . Ρ . . . . Vs. 8. Köhl. ΕΥΕΡΓΕ, 10. ΑΚΡΟΠΟΛΗΙ. Vs. 11. schedae Köhl. pro ΕΡΙ habent ΕΠΕ, ut correxi, et in altero ΕΠΕ . . . . Α; Clar. ΕΠΕΙΔΑΝ. Vs. 12. Köhl. et Clar. ΗΓΓΕΛΕ. Vs. 14. Σ, quod supplevi, firmant schedae Köhlerianae; eaedem post ἑάλωσαν nihil habent nisi ΑΝΑ . Τ. Vs. 15. Köhl. Clar. ΑΙΠΟΛΕΜΙΑΙ hic praefixo Κ; in fine Köhl. ΕΝΑΙ . . . Τ. Vs. 16. Clar. Köhl. ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΝ, 17. Köhl. in fin. ΕΙ . . . Γ. Vs. 18. Köhl. ΜΕΙΙΣΑΙ . . Τ, Clar. ΜΕΡΙΣΑ. Vs. 21. Clar. ΜΕΡΙΣΑΝ. Ceterum apographa et Köhleriana et Claraci nostro imperfectiora sunt. Vs. 15. init. ΑΙ a Schömanno mutatur in Ν, et ΠΟΛΕΜΙΟΙ in ΠΟΛΕΜΙΩΝ, ut legatur: ἑάλωσαν ἂν αἱ σιτηγοὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων. Sane ὡς εἶναι πολεμίων inopiâ melioris supplementi a me positum est; nunc allata lectione πολεμίᾳ scribo: ἑάλωσαν ἂν α[ἱ] σι[τηγοὶ χειρ]ὶ πολεμίᾳ. De sententia dubitare non licet; et rem ex Diodoro narratam hoc decreto contineri prorsus manifestum est.

Post n. 85. p. 125. insere:

85. *b*.

Athenis; ex schedis Fauvelii Köhlerianis. Lapidem, 3′ 6″ altum, 1′ 6″ latum, Choiseulio miserat Fauvelius: sed perisse videtur.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Multae litterae ut incertae notatae sunt, ut vs. 4. inde a sextadecima omnes, vs. 5. prima, vs. 10. quattuor priores et ultima, vs. 11. quinta.

- - - - - - - - - - - - -
. . ιος ε[ἶ]πεν· περὶ ὧν οἱ πρέσβεις [οἱ παρὰ
Διονυσίου ἥκον[τ]ες λέ[γ]ουσι[ν], δεδ[όχθαι τ-
ῆ βουλῆ· περὶ μὲν [τ]ῶν γραμμάτ[ων, ὧν ἔπ-
εμψ]εν Διονύσιος [πρὸς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναί-
ων], καὶ τῆς εἰρήνης τοὺς συμμάχ[ους δόγμ-
α ἐξενένκε[ῖ]ν εἰς τὸν δῆμον, ὅ[πως ἂν αὐτο-
ῖς βουλευομένοις δοκῆ ἄρι[στον εἶνα-
ι. προσαγα[γ]εῖν δὲ τοὺς πρέσβεις [πρὸς τὸν
δῆμο[ν] εἰς τὴν πρ[ώ]την ἐκ[κλη]σί[αν, καὶ συ-
λ]λ[έξ]αντας τοὺς συμμάχους [τοὺς προέδ-
ρους [μὲ]ν χρηματίζειν περὶ ὧν ἀ[γγέλλουσι, γ-
νώμη[ν] δὲ συμβάλλεσ[θ]αι τῆς β[ουλῆς πρὸς τ-
ὸν δῆμο[ν], ὅτι δοκεῖ τ[ῆ] βουλ[ῆ, ἐπαινέσ-
αι μὲν Διονύσιον [τ]ὸ[ν] Σικελ[ίας βασιλέ-
α καὶ τοὺς ὑε[ῖ]ς τοὺς [Δ]ιον[υσίου Διονύ-
σιο[ν] καὶ Ἑρμόκριτον, ὅτι εἰ[σὶ καλοὶ καὶ
ἀγαθο[ὶ π]ερὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀ[θηναίων κα-
ὶ] τοὺς συμμάχους καὶ βοηθο[ῦσι τῇ βα-
σι[λ]έως εἰρήνῃ, ἣν ἐποήσα[το πρὸς αὐτοὺς
καὶ Λακεδαιμονίους, καὶ - - - - - -
. . καὶ Διονυσίῳ - - - - - - - - -
- - - - - ἐ]ψηφίσαν[τ]ο - - - - - - -
- - - τοὺς] ὑεῖς τοὺς Διονυσί[ου - - - -
- - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - -
Διονύσι]ον καὶ τοὺ[ς] ὑε[ῖς - - - - -
- - - καὶ ἐνγόνους - - - - - -
- - - πατρίας - - - - - - - -

ΔΙΟΣΕΠΕΝΠΕΡΙΩΝΟΙΠΡΕΣΒΕΙΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΗΚΟΝΕ.ΣΛΕΠΟΣΙ.ΔΕΔ
.ΙΒΟΥΛΗΙΠΕΡΙΜΕΝΖΩΝΓΡΑΜΜΑΤ
.ΝΙΕΝΔΙΟΝΥΣΙΟΣΤΙΣΟ..ΟΔΟΜΙ
.ΩΚΑΙΤΗΣΕΙΡΗΝΗΣΤΟΣΣΥΜΜΑΧ.
ΑΕΞΕΝΕΝΚΕ.ΝΕΙΣΤΟΝΔΗΜΟΝΟ..
ΙΣΒΟΥΛΕΥΟΜΕΝΟΙΣΔΟΚΗΙΑΡΙ..
ΙΠΡΟΣΑΓΑΤΕΙΝΔΕΤΟΣΠΡΕΣΒΕΙΣ
ΔΗΜΟΓΕΙΣΤΗΝΠΡΟΞΗΝΕΚΧΑΙΣΙ..
ΑΛΓΕΑΝΤΑΣΤΟΥΣΣΥΜΜΑΧΟΥΣΣ..
ΡΟΣ.ΑΝΧΡΗΜΑΤΙΞΕΝΠΕΡΙΩΝΑ..
ΝΩΜ.ΗΔΕΣΥΜΒΑΛΛΕΣΚΑΙΤΗΣΒ..
ΟΝΔΗΜΟΙΟΤΙΔΟΚΕΙΤΩΙΒΟΥΛ...
ΑΙΜΕΝΔΙΟΝΥΣΙΟΝΕΟ.ΣΙΚΕΛ...
ΑΚ..ΤΟΥΣΥΕ.ΣΤΟΥΣ.ΙΟΝ.....
ΣΙΟ.ΚΑΙΕΡΜΟΚΡΙΤΟΝΟΤΙΕΙ....
ΑΓΑΘΟΙ.ΕΡΙΤΟΝΔΗΜΟΝΤΟΝΑ....
.ΤΟΥΣΣΥΜΜΑΧΟΥΣΚΑΙΒΟΗΘΟ....
ΣΙΑΕΩΣΕΙΡΗΝΗΙΗΝΕΠΟΗΣΑ.....
ΚΑΙΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΣΚΑΙΟ...
..ΚΑΙΔΙΟΝΥΣΙΩΙΠΕΝΑΙΟ.....
..Α.ΟΝΟΝΣΨΗΦΙΣΑΝΘΟΔ.....
......ΥΕΙΣΤΟΣΔΙΟΝΥΣΙ.....
......ΚΑΤΕΡΟΗΑΠΟΧ........
.......ΕΝΕ....ΑΙ.......
.......ΟΝΚΑΙΤΟ..ΥΕ........
......ΚΑΙΕΝΓΟΝΟΥΣΗΜ......
......ΠΑΤΡΙΑΣ..ΑΝΓ......
.......ΙΣΤΟΣΤΗΣ.Ρ.......
.......ΝΠΕΡΙΑΥ..Ν...Η.....

- - - ις τοὺς τῆς - - - - - - - -
- - - ν περὶ αὐ[τὸ]ν - - - - - -

Supplementa, quae addidi, versus fere aequales praestant. Eximio hoc decreto manifesto Dionysio maiori Syracusarum tyranno et filiis ac nepotibus (ἐγγόνοις vs. 27.) data civitas Attica est, cuius rei meminit Philippus in epistola ad Athenienses ap. Dem. adv. Philippi epist. p. 161. ὑμεῖς ἔδοτε πολιτείαν Εὐαγόρᾳ τῷ Κυπρίῳ καὶ Διονυσίῳ τῷ Συρακουσίῳ καὶ τοῖς ἐκγόνοις τοῖς ἐκείνων. Haec res scripta erat fere vs. 24 sqq. Miserat vero Dionysius legatos epistolam ipsius afferentes et mandata de pace: qua de re senatus nunc decernit. Et primum audiendos de ea re socios constituitur; hi primum deliberanto et suum decretum (τὸ τῶν συμμάχων δόγμα, ut ait in simili re Aeschines π. παραπρ. p. 240.) populo tradunto; deinde quid praeterea faciendum sit praecipit senatus: ut proximis comitiis ad populum adducantur legati, praesentibusque sociis deliberationem de eorum mandatis proponant proedri et simul sententiam senatus de laudandis et ornandis Dionysio et filiis. Dionysius vs. 14. fuit *rex Siciliae* dictus: quod mihi novum. Hiero quidem Gelonis f. non ausus est se regem Syracusarum dicere (vide n. 16.). Ἡγεμόν]α scribi nolim. *Hermocriti* quoque Dionysii f. nomen aliunde equidem non novi; *Dionysius Dionysii f.* qui ante Hermocritum nominatur, est patris successor notissimus. Laudantur vero hi reges ideo potissimum, quod auxilientur τῇ βασιλέως εἰρήνῃ, ἣν ἐποιήσατο πρὸς αὐτοὺς καὶ Λακεδαιμονίους: aliter enim vix restitui locus potest: de qua pace miserat litteras Dionysius (vs. 5.). Velles fortasse βασιλέως de Dionysio intelligi: sed hoc vix licet, tum quod bellum cum Lacedaemoniis non gesserat Dionysius, tum quod βοηθοῦσιν etiam ad Dionysium regem, non ad solos filios referendum est. Intellige regem Persarum, et nota me de industria dedisse βασιλέως, non τοῦ βασιλέως; rex Persarum vulgo βασιλεὺς dicitur sine articulo: quo minus, si hic omissus erat, ambigua esse dictio poterat. Persarum autem rex Artaxerxes et Athenienses ac Lacedaemonii pacem inter se confirmarunt eam, ad quam solam hoc decretum referri potest. De hac uberrime dixit Xenophon Hell. VI, 3. eaque teste certissimo auctore orationis c. Neaer. p. 1357. convenit archonte Phrasiclide Olymp. 102, 2. Alcistheni archonti (Olymp. 102, 1.) tribuit Dionysius Halicarnassensis Lys. p. 85. sed Diodorus XV, 50. male sub Olymp. 102, 4. refert. Persarum regis partes in ea pace memorant Diodorus et Dionysius

Halicarnassensis; cf. Xenoph. Hell. VII, 1, 27. immo Dionysius Halicarnassensis disertis verbis dicit: τὴν εἰρήνην Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ βασιλεὺς ὤμοσαν. Et Persarum rex princeps auctor et fideiussor pacis fuisse videtur, quae inter Athenienses et Lacedaemonios tum convenit, ideoque ea pax potuit dici ἡ βασιλέως εἰρήνη, ἣν ἐποιήσατο πρὸς Ἀθηναίους καὶ Λακεδαιμονίους, non ut hostis utrorumque, sed ut conciliator. Huic igitur paci confirmandae operam dedit etiam Dionysius tyrannus cum filiis. Hic lacessitus ab Atheniensibus (Diodor. XVI, 57. ubi, ut hoc in transcursu moneam, alia eius ad Athenienses epistola extat), Lacedaemonios dudum ei faventes (Diod. XIV, 10.) copiis adiuvit paulo ante hanc pacem (Xenoph. Hell. VI, 2, 4. 33. VII, 1, 20. Diod. XV, 50.), frustra conatis Atheniensibus eum sibi conciliare (Lys. de bon. Aristoph. p. 624.). At statim post pacem, cuius confirmationi favit Dionysius, idem Lacedaemoniis et Atheniensibus auxilium misit iam coniunctis (VII, 1, 28.) et Thebanorum tum adversariis. Quod et ipsum pertinet ad illam Dionysii tyranni βοήθειαν τῇ εἰρήνῃ; quippe quod Thebani noluerant accedere paci (Xenoph. Hell. VI, 3. et VII, 1, 27. Diod. XV, 50.), ideoque adversus illos bellum gerebant una cum Lacedaemoniis Athenienses. Cave igitur vs. 20. extr. καὶ [Θηβαίους suppleas. Ex his summatim propositis patet iam hoc decretum Olymp. 102, 2-3. scriptum esse: huic aetati convenit etiam scriptura, et maxime inconstantia in diphthongo ου modo solo O modo pleno OY expressa. Ceterum nota formam υἐῖς sine ι hac aetate.

85. c.

Athenis; ex schedis Köhlerianis, initium decreti.

ΠΥΣΙΣΤΡΑΤΟΑΡΧΟΝΤΟΣΕΠΙΙΣΕΝ
.ΟΣΔΕΚΑΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΗΙΕΕΗ
ΠΑΙ....ΩΑΞΗΝΙΕΥΣΕΓΡΑΜΜΑΤΕ
ΡΟΕΛΡΩΝΕΠΕ.:ΨΗ.ΙΞΕΕΥΑΓΠΕΛ

Λ]υσιστράτου ἄρχοντος, ἐπὶ [τῆ]ς Ἐ[ρεχθηΐδ]ος δεκάτης πρυτανείας, ᾗ - - - - - - Ἀζηνιεὺς ἐγραμμάτε[υε, τῶν π]ροέ[δ]ρων ἐπεψή[φ]ιζε Εὐάγγελ[ος - - - - -

Lysistratus archon Olymp. 102, 4. Scriba ut debet prytanum non contribulis est. Ἐπεψήφιζε dicitur hic imperfecto, ut in Boeoticis: usitatius in Atticis ἐπεψήφισεν.

N. 86. p. 125. Vs. 10. de demarcho cogitabam, quod etiam inter peregrinos, certe inquilinos, et δήμους aliqua intercessit ratio (n. 70.): at praestat πολεμάρχῳ, quod dedit Osannus Syllog. II, 7. ubi titulum hunc repetiit. Πολέμαρχος enim quasi praetor peregrinus est. Vs. 13. Schömannus vult ξύμβολα. Vs. 24. Os. supplet δίκαι κατὰ τὸν νόμον.

N. 87. p. 126. vs. 24. textus primitivi lege ΙΔΩ ΝΙΩΝ (monui iam ad n. 894.). P. 126. *b. extr.* quod dixi de decem talentis et de Stratone non ob ea donata civitate dignato, quae longe fuerit carior, id mirum visum est. Veram rem sum paulo argutius elocutus, quod non putabam quemquam me non intellecturum. Nempe reipublicae salute vel commodo postulante ipsis inquilinis vel servis civitas donata est vel ob merita, vel simpliciter quod suadebat rerum ratio, ut Clisthenis aetate; sed vendita non est, ne decem quidem talentis: nec tanti erat regi Sidoniorum decem donare talenta, quanti aestimandum erat, si servus proelio navali fortiter pugnasset. Quapropter servos ob victoriam navalem civitate donatos legimus, non regem ob decem talentorum munus. Ceterum τὰ δέκα τάλαντα primo aspectu olim putaveram esse τὰ εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα ἀναλισκόμενα τῷ δήμῳ; sed ita exprimi illa notio non potuit.

N. 88. p. 127. in varia lectione (*b.* 1.) pro 16. scribe 15. Claraci tabulae vs. 5. pro ΔΟΤΟΣ habent ΙΤΟ·; unde coniicio: [διδόναι τοὺς δημάρχους καὶ] τοὺς ταμίας. Eaedem 11. ΑΙΥΣΤΕΡΩΙΕΤΕΙ ΠΡΩ, 12. ΤΩΝΕΚ.

N. 91. p. 130. De indice huic et praecedenti titulo praescripto cf. ad n. 1563. De restitutione monui Praef. §. VIII. neque ea potest audacior cuiquam videri, qui norit et Pocockium et decretorum formulas. P. 131. *b.* 8. scribe πρυ]τα[νευ]ούσης.

N. 93. p. 132 sqq. Vide ad n. 214. ubi Φελλεῖδα seu Φελλῖδα pro Φιλαΐδι dicendum fundum monui. P. 133. *a.* 24. lege: οἵδε ᾑρέθησαν, et *b.* 1-2. εἰστήλας (εἰς στήλας).

N. 94. p. 134. Qui iterum edidit Osannus Syll. II, 64. post vs. 2. notat vacuum spatium, et vs. 6. legi ΔΗΜΟΣΘΕΝ..ΗΜΟΦΑ (in alio, opinor Fourmonti exemplo, ac quo Bekkerus usus est), hoc est Δημοσθένης Δημοφάνους. Vs. 7. et 9. Os. habet ΚΑΛΛΙΟΥ, et in fine ΑΝΙΔΕ. Quae de vs. 9. 10. dixi, in iis me iterata confirmat tituli inspectio; quam facile fuerit Fourmonto vs. 9. repetere ex prioribus, quivis videt; ΦΑΝ autem super ΔΕ videtur pro varia lectione adscriptum esse. Vs. 2. 3. Εὐθυδόμου servandum esse monui iam p. 308. *b.* ad n. 172. quo titulo collato, probabile et Osanno et mihi fit, n. 94. pertinere ad Meliten, et in Melitae regione Fourmontianum χωρίον τοῦ Κουρσαλας, quaerendum esse (cf. Add. ad n. 12.). Meierus initium catalogi δημοτῶν agnoscit, post διαψήφισιν confecti.

N. 96. p. 136. Initio potest scriba addi, quem omisi. Schömannus pro Chaeronensi pugna mavult bellum Lamiacum memorari; nam Athenienses in illa captos precibus Demadis esse dimissos (Demad. Fragm. §. 20. Polyb. V, 10. Diod. XVI, 87.).

N. 99. p. 137. Claraci tabulae *a*. 3. ΚΑΙΤΟΣ, 6. ΤΗΤΑΘ, 7. ΕΠΑΙΝΕΣΑΝΤΑ, 8. ΑΡΙΣ (p. ΑΡΓ), *b*. 4. ΕΙΡΗΝΙΠΠΟΥ, 6. ΟΛΥΜΠΙΩΙ et ΑΓ (p. ΑΠ). Vs. 1. init. lectio ΙΟΙ satis videtur firma esse; quare vix poterit verum haberi, quod amicus coniecit: *οἱ συλλογεῖς τοῦ δή]μου ἀνέθεσαν μητρὶ θεῶν ἐπὶ Ἡγησί[ου ἄρχοντος στεφανωθέντες ὑπὸ τοῦ δ]ήμου.*

N. 101. p. 140. Pollucis locum, quem ex uberiore rei definitione male concisum et luxatum putabam, ita cepi, ut ἃ rediret ad singulas familias unum habentes patremfamilias, et hae familiae dicerentur *τριακάδες*, tricesima quaeque gentis pars, ut *δωδεκὰς* est duodecima pars (Arat. Phaen. 555. 703.). Sed ut nunc legitur apud Pollucem, ἃ redit ad *γένη*, gentesque sunt *τριακάδες* vocatae, utpote tricenorum virorum, quemadmodum *δυάς*, *τριάς* sunt duo, tres, non dimidia et tertia pars; atque ita ipse intellexi Oec. civ. Ath. T. I. p. 36. Sic etiam pagorum *τριακάδες* fuerint tricenorum virorum, neque iam demoticae *τριακάδες* exacte respondebunt gentiliciis, quod hae gentiliciae pagis ipsis respondent, *τριακάδες* demoticae vero partes sunt pagorum. Atque haec sententia mihi nunc vera videtur; similiter Spartanorum *τριακάδες* (Herodot. I, 65.) glossis habentur *δεῖπνα κατὰ δήμους καὶ ἀριθμὸς λ' ἀνδρῶν*; easque ob id potius, quod tricenos complexae viros sint, quam quod tricesimam obae partem constituerint, *τριακάδας* dictas esse statuit etiam Müller. Dor. T. II. p. 83. Est etiam, qui *τριακάδα* et *ὠβὰν* idem fuisse putet: quod non probo.

N. 102. p. 141. *b*. 3. scribe *vs*. 11. (pro vs. 10.)

N. 103. p. 141. Vs. 11. non, quod amico visum, scribi potest: *μηδὲ τὴν ὕλην ἀροσάντων τῶν χωρίων.* Debebat enim *ἀρούντων* esse; et potius vetandum erat, ne *caederetur* silva. Novam lapidis delineationem nuperrime misit Rosius, ab amico factam: in qua est Ξ, quod postulavi, non Σ; pro Θ solet Ο ibi esse. Vs. 4. diserte habetur ΑΠΟΤΙΜΗΜΑ. Ex ceteris haec annoto: 5. extr. ΕΓΤΥΝΤΗ, 8. init. ΓΝΗΤΑΙ (igitur *γίγνηται*), 11. pro ΑΛΛΟΣΗΤΑΙ ΧΩΡΙΩΙΟΙΜΙΣ est ΛΛΟ.ΟΞΗΤΩΙΧΩΡΙ.ΩΙΟΙ ΜΙΞ.◊, 12. extr. ΞΧΟΙΝΟΥΝΤΟΞΚΑΙΞ, 15. ΑΛ ΜΥΡΙΔΑ, 16. in lacuna ΕΥ.ΠΟΥΠΙΕΞΤΙΝ (*εἴ πού τί ἐστιν?*), 18. ΤΩΙΔΕΔΕΚΑΤΩΙ, 20. ΕΞΝΙ (*ἐξῇ*), 22. extr. ΤΗΙ (*τήν*, ut conieci), 23. ab initio ..Λ ....Ι.ΛΙΣΤΕ etc. et in fine ΚΧΙΟЬΟΙΙΝΚΛΤΑ⁻, 24. ՈΝՈDΟΑΙ.

N. 105. p. 144. *a*. 17. lege *n*. 90. (pro n. 9.), 19. lege *Hosacharam*, 29. *liberatis*.

N. 106. p. 144. Dobraeus (Diar. class. T. XXX. p. 124. Ros. Inscr. p. 389 sqq.) docet vs. 1. legi:

. . ΙΩ . . ΤΗ ⊥ΗΝΙΕΝΖΙ.ΛΗΙΙΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΕΠΑΙΝΕΣΑΙΔΕ.ΑΙ

Sed ⊥, ΝΖ, Λ et ΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙ ut incerta notavit. Hinc idem coniicit: *ἐπαινέσαι μὲν Τροιζηνίους, καὶ ἀναγράψαι τοῦτο* (ni malis *τόδε*) *τὸ ψήφισμα καὶ ἐνθάδε ἐν - - - - καὶ Τροι]ζῆνι ἐν στήλῃ ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπαινέσαι δὲ καὶ Ζηνόδοτον* etc. At *στήλῃ* non satisfacit ductibus traditis. Dobraeus inscriptionem putat Deliam vel Ceam esse. De Zenodoto quodam Troezenio cf. Voss. H. Gr. III. p. 425.

N. 107. p. 145. *a*. vs. 2. in Graecis dele Iota singulum; p. 147. *a*. 9. scribe *τοῦ[ς*. In tituli restitutione vs. 7. *πρεσβείας* mihi non placebat, quod dubitabam de legatione prius missa; quae tamen quum potuerit honores regi prius decretos (vs. 37.) perferre, non nunc obsum, quominus ibi scribatur: *ἀφικομένης τῆς ἀπὸ τοῦ δήμου πρεσβείας.* Vs. 33. 34. praestat Meieri supplementum *αὐ[τὸν βοηθ]εῖν τῷ δήμῳ.*

N. 108. p. 148 sqq. Salaminem ne crede ante Aratum redditam Atheniensibus esse: diserte enim Pausanias docet diu iram Salaminiis servasse Athenienses: *καὶ ἐς τὸν πάντα ἐπώμοσαν χρόνον Σαλαμινίοις ἀπομνημονεύσειν προδοσίαν*, quae ille non scripsisset, si paulo post Olymp. 115, 3, recuperassent Athenienses insulam per Demetrium Poliorceten. Aratus autem reddidit haud dubie Olymp. 137, 1. quo anno liberatae Macedonico praesidio Athenae sunt. Hoc monuit Meierus. P. 150. *a*. 3. dele locum citatum Plutarch. Demetr. 16. quem apposui aliud agens. Vs. 1. (p. 150. *a*.) cum Rochetto falso intuli *Ἐπὶ [Ἐργο]κλέους ἄρχοντος*: Ergocles enim prioris anni archon est, quo archonte gymnasiarchiam gessit Theodotus (*γυμνασιαρχήσας τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπὶ Ἐργοκλέους ἄρχοντος*); et huius ille gymnasiarchiae iam reddidit rationes exacto anno. Recte Meierus: *Ἐπικλέους ἄρχοντος*. Nomen hoc habes n. 110. P. 150. *a*. 13. *a fin.* scribe *Θεόδοτον*, p. 151. *a*. 3. lege *T. I.* (pro *T. II.*). Quod ibid. med. dixi, „Vs. 11. ΞΑ ΝΩ[Ν est *ἔλαιον*: *οἱ ἔλαιον εἰληφότες* sunt ii, qui in gymnasio exercitati sunt," id est verissime dictum, et emendatio non modo facilis, sed certissima. Ξ fuit Ε, Α est Λ, Ν est ΑΙ, Ω vero Ο. Theodotus gymnasiarchus, quod paulo ante dictum, *προσεδαπάνησε πρὸς τὸ μερισθὲν αὐτῷ εἰς τὸ ἔλαιον ἐκ τῶν ἰδίων*: hoc oleum datur iis, qui in gymnasio exercentur; igitur non mirum est, quod continuo additur: *ἀνέθηκεν δὲ καὶ ὅπλον, ἐν ᾧ καὶ ἀνέγραψεν τοὺς νενικηκότας τοὺς δρόμους, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἔλαιον εἰληφότας.* Amicus tamen interpretatur aliter, quod non intelligatur, quare tantum *τοὺς νενικηκότας τοὺς δρόμους* dictum sit, omissis luctatoribus, et quare non dictum sit *ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἀλειφομένους*, quae formula est usitata: igitur *τοὺς ἔλαιον εἰληφότας* putat ceteros esse ludorum

victores, exceptis cursoribus, oleo quippe donatos, ut in Panathenaeis. At cur non dictum fuerit, *ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς νενικηκότας τοὺς ἄλλους ἀγῶνας*? Et certe si oleum fuisset praemium, debebat *τὸ ἔλαιον* dici: neque oleum solum in Panathenaeis praemium fuit, sed etiam vas olearium, quod non comprehenditur *olei* mentione: atque ut concedamus, victores posse dici *τοὺς τὸ ἔλαιον εἰληφότας*, et Salamine quoque oleum esse praemio datum, quod tamen Panathenaeorum proprium est, ne sic quidem recta verbis ratio constabit. Nam si luctatoribus praemio datum oleum, dabatur etiam cursoribus, quod de Atticis ludis patet insuper ex n. 242. (adde de curuli cursu n. 33. et nott.); igitur dicendum certe erat: *καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τὸ ἔλαιον εἰλ.* quamquam cur omnino cursores prae ceteris nominarentur, nulla fuisset causa. Contra nostra explicatio nullis premitur difficultatibus. Designandi primum *ludorum victores* erant: quum vero de certaminibus nondum dictum in antegressis esset, non potuit dici simpliter *τοὺς νενικηκότας*, sed addendum fuit aliquid, quo designarentur certamina. Potuit igitur dici *τοὺς νενικηκότας τοὺς ἀγῶνας*: sed quum nulla edita essent nisi cursus certamina, pro hoc dictum est *τοὺς δρόμους*. Haud raro enim cursus certamina sola habita sunt; quo pertinet *λαμπαδηφορία* numquam non seorsim edita. Ita intellige cursus solius ludos institutos Salamine esse, gymnasiarcho Theodoto, credo in *Hermaeis*, de quibus ante dictum: nam de iis solis ludis dicitur, qui ad gymnasiarchiam pertinent, non de omnibus; ad gymnasiarchiam autem pertinent Hermaeorum ludi: quod cur statuam, longum est dicere. Iam post ludorum victores designantur *οἱ ἔλαιον εἰληφότες*, pro quibus de industria non nominantur *οἱ ἀλειφόμενοι*, ut paulo ante. Nam *τῶν ἀλειφομένων* alii suo sibi aere oleum comparant, alii accipiunt a gymnasiarcho sive ex publico: posteriores hi sunt *οἱ ἔλαιον εἰληφότες*, iique ideo sunt inscripti, ut constaret, quot homines ex publico sive a gymnasiarcho accepissent oleum; fere ut in duobus titulis Tauromenitanis inscriptum habetur, quantum olei quotannis consumptum in gymnasio esset. Ceterum formulae *ἔλαιον εἰληφέναι* similis est altera *ἔλαιον* vel *τὸ ἔλαιον θεῖναι* n. 1122. 1123. de eo, qui oleum in gymnasio praebeat volentibus.

N. 109. p. 151. Iterum edidit Osannus Syllog. II, 56. viditque egregie vs. 11. latere *ἱερῷ τῆς Βένδιδος*. Itaque illi thiasotae Bendidis fuerunt cultores, et solita est formula restituenda: *ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Βένδιδος*, quod fortasse Artemisium est a Pausania I, 36. init. commemoratum.

N. 111. p. 153. *b.* Demetriadem et Antigonidem, abolitis pridem ceteris Demetrii et Antigoni honoribus, alteram usque ad institutam Ptolemaidem (Olymp. 125, 3 – 133, 2. vide ad n. 120.), alteram usque ad Attalidem receptam (Olymp. 145, 1.) superfuisse non est probabile. At huius tituli aetate superfuit utraque, necdum addita est Ptolemais, quam statim quum reciperetur quinto esse loco positam omnino est consentaneum. Itaque titulus non solum anno Olymp. 145, 1. sed multo antiquior est, et videtur proxime ad Olymp. 123, 2. accedere. Significavit hoc Meierus, quamquam non iisdem verbis.

N. 112. p. 154. Vs. 7. deleto ante *ὑπὲρ τῶν θυσιῶν* commate, Meierus vult ita construi: *δεδόχθαι ὑπὲρ τούτων, ἃ ὑπὲρ τῶν θυσιῶν ἀπαγγέλλουσιν*. Vs. 17. in textu minusculis scripto post *ἀπὸ* pondus auri, ex quo corona conficienda, supplendum esse, significavi lacunâ relictâ.

N. 113. p. 156. *b.* 22. scribe *Fastis*. Lin. 39. *Cecropidis* scripsi labente calamo; lege *Hippothontidis*.

N. 115. p. 158. 2. scribe *ὑ[πὲρ]* cum uncis.

N. 116. p. 159. Vide lemma ad n. 190.

N. 117. p. 159. Titulum, qui nunc in Museo Strangfordiano est, sed etiam magis obscuratus, denuo contulit Bröndstedius. Vs. 2. legitur ΓΕΓΟ ΝΕΝΑΙΠΑΣΙ, vs. 5. ab initio ΝΙΔΟΥ, dein ante lacunam ΚΙ, vs. 7. - - ΤΕΛΟΥΜΕΝΩΝ, vs. 8. ΑΝ ΘΕΣ etc. vs. 9. init. ΕΝ non apparet; vs. 11. ab init. est ΣΠΡΩΤΟΝ, vs. 13. ab init. . ΕΙΡΟΤΟΝΙΑΣ (igitur expelle istud mirum *προγονίας*, et lege *χειροτονίας*); vs. 15. extr. additur ΠΡ; vs. 17. extr. legitur ΓΕΙΝΟΜΕ; vs. 19. in fine additur Ω; vs. 20. praefigitur ΑΙ; vs. 21. extr. est ΜΗΤΕΕΝ; vs. 22. praefigitur Ρ, deinde est ΠΑΤΡΙΔΟΣΤΙΜΗΚΑΙΜΛ; vs. 25. sqq. habetur:

ΟΝΔΗΜΟΝΑΥΤΟΙΣΔ . . . .
ΝΓΡΑΦΗΝΤΗΝΔΕΗ . . .
. . ΙΝΙΚΑΝΔΡΟΥΑΡΧ . . . .
ΕΙΣΣΤΗΛΗΝ
ΤΟΥΣΛΑΧΟΝ

Vs. 28. supple *εἰς στήλην [λιθίνην*, vs. 29. *τοὺς προέδρους] τοὺς λαχόν[τας*. Ductuum forma est Θ, Π et Π, Φ; in ceteris nihil est memorabile, nisi quod ceterarum quoque litterarum fines transversis lineolis distinctae sunt, et quod Bröndstedio iudice scriptura universa Imperatorum aetatem refert. Litterae non *στοιχηδὸν* scriptae sunt, certe non accurate. Lapis praeter sinistrum marginem fractus est undique, 16″ altus, 14″ latus.

No. 119. p. 161. in lemmate scribe: „*ex schedis Rosianis*". Errorem esse typothetae monui ad n. 171.

No. 120. p. 162. *a.* in Graecis vs. 8. scribe *κατασ]ταθέντας*, et vs. 34. *γρ]α[μμα]τεὺ[ς* etc.

N. 122. p. 164. *a.* 24. ex Corsinianis Fastis Demonicum ad Olymp. 105, 3. pertinere dixi: sed erravit Corsinus, debetque ille pseudeponymus paucis annis post reponi: quod in commentatione de pseudeponymis doceo et vidit iam Vömel de bello Amphipolitano p. 22. Mox p. 164. *b.* 39. lege: „Attalum III. *Eumenis* f."

N. 123. p. 165. *a. Hadriano Imperatore Senatus Quingentorum revocatus est*] De numero Senatus monui passim, ad n. 372. 380. 415. 420. Claudio Imp. superfuit Senatus Sexcentorum (n. 320. 361. 381. 480.); at Quingentorum Senatus habetur M. Aurelio Imp. usque ad Caracallam (n. 189 sqq. n. 353. cf. n. 395. 397. 438. qui omnes eius fere aetatis sunt). Unus titulus n. 406. Sexcentos offert, licet litterarum forma ad eandem fere aetatem nos deducat: sed hic lacer est et a Fourmonto vitiose transcriptus. Iam quum nulla possit causa excogitari, quare, dum XII tribus fuerunt, Sexcenti sint ad Quingentos redacti, nec cur Sexcenti, si hi post XIII tribus perdurarint, postea non mutato tribuum numero sint aboliti et Quingenti instituti; una cum XII tribubus in XIII auctis, quod Hadriano Imp. factum est, Quingentos statuo pro Sexcentis restitutos esse. Ex scriptoribus Pausanias, qui opus suum non ante annum M. Aurelii decimumsextum absolvit, consentit cum inscriptionibus, ubi I, 3, 4. dicit βουλευτήριον τῶν πεντακοσίων καλουμένων, οἳ βουλεύουσιν ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις: unde patet tum Quingentorum Senatum obtinuisse; recte tamen non simpliciter dixit τῶν πεντακοσίων, sed addito καλουμένων: nam illi Quingenti vocati paulo plures fuerunt quam quingenti (quingenti et undequadraginta, vide ad n. 190. p. 323.). Sextus Empiricus autem, qui in secundi et tertii post Christum saeculi confiniis floruisse putatur, ubi adv. Gramm. §. 215. in exemplis soloecae orationis haec ponit, Ἀθῆναι καλὴ πόλις, Ὀρέστης καλὴ τραγῳδία, ἡ βουλὴ οἱ ἑξακόσιοι, non testimonium fert de hac aetate, qua Quingentorum Senatum obtinuisse certissimum est, sed exemplum structurae grammaticae profert in aliquo auctore lectum, ut Theodoretus, ubi Quingentorum Senatus meminit, facit hoc ex antiquis fontibus. Nam circa a. Chr. 270. Senatus iam fuit septingentorum et quinquaginta (n. 380.), saec. IV. autem trecentorum (n. 372.); nec posthac probabile est vetus institutum esse revocatum.

In interpretatione tituli p. 165. *b. a fin.* 24. scribe κάρυα, et 22. *a fin.* scribe 83. D. (pro 86. E.); p. 168. *b.* §. 5. *lin.* 4. scribe κατασκευήν], p. 169. *b.* 4. [ἔ]νο[χ]ος, 9. καθε]σταμένον.

N. 124. p. 171. *a.* ἐπιμελητὴς ὁ ἐπὶ τὸν λιμένα κεχειροτονημένος est cum ἐπιμελητῇ τοῦ ἐμπορίου (non τῶν νεωρίων) conferendus. Notavit Schömannus.

N. 125. p. 171. *a.* 4. *a fin.* scribe [τὴν etc.

N. 126. p. 172. tituli vs. 31. ubi dedi ἰέναι (p. 173. *b.*), Meierus coniicit ἐπιέναι. Idem vs. 39. vult ὁ ἐπὶ ἡρῴου καταλειφθείς (exspectabam καταστασθείς): Schömannus coniicit ἐπὶ Ἡρώδου, de archonte.

N. 127. p. 174. 30. scribe πατρίαν.

N. 128. p. 174 sqq. Vide ad n. 213. extr.

N. 130. p. 175. Claraci tabulae vs. 1. ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΟΥΣ, cui non confido.

Post n. 133. p. 175. adde:

133. *b.*

Ad radicem *Brilessi*, in coronis duabus oleaginis; ex schedis Köhlerianis.

Η ΒΟΥΛΗ ⁝ ΜΕΔΟΝΤΙΔΑΙ

Ἡ βουλή, Μεδοντίδαι sc. στεφανωθέντες. Memorabilis gentis olim regiae mentio.

Class. II. p. 179. *b.* 19. lege *nuper* (pro *super*). In parte tabularum huius classis Rosius litterarum numerum singulis versibus eundem restituere conatus est: quod non necessarium. Idem hinc inde aliam nunc atque olim in schedis mihi missis lectionem praebet. Hinc potiora deinceps annotavi, exiguas discrepantias mittendas ratus. Eodem modo Köhlerianis schedis usus sum, in quibus aliquot ex his titulis insunt.

N. 137. p. 183. tituli vs. 8. post ΑΡΧΟΝΤΕΣ tolle uncum.

N. 138. p. 184 sqq. Hic titulus ex Osanni fide a nobis editus est, quod nullum nobis huius apographum miserat Rosius, contra quam ipse putat p. 226. ubi Osannum habuisse suas chartas dicit. Itaque annoto variam lectionem potiorem; plura addere supervacaneum est, quod pleraque ex titulorum horum consensu firma sunt. Habent etiam schedae Köhlerianae, sed minus plenae sunt. Vs. 1. Ros. ΕΥΒΟΛΟΣ (Εὔβουλος, quod praestat, non Εὔκολος); ib. ex lapide praebet litteras ΕΚΠΑΝΑΘΕΝΑΙΟΝΕΣ ΠΑΝΑΘΕΝΑΙΑ (sic etiam Köhl. omisso tamen ΕΣ), quas assecutus coniectura eram. Vs. 2. Köhl. ΟΛΕΙ ΤΟΝΟΣ; ibid. extr. Ros. litteras ΕΛΡΑΜΜΑΤ servavit. Vs. 3. idem habet ΗΟΙΣΚΕ...ΟΦΟΝ et in fine ΕΡΜΕΙΟΣΕ; vs. 4. ΡΑΜΜΑ etc. (pro ΑΜΜΑ) et in fine ΤΟΙΣΤΑ, et sic deinceps unam alteramque litteram, quae a nobis suppleta est, dedit ex lapide: haec omnia annotare putidum. Vs. 5. habet ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΟ..ΟΡΥΝΙΔΟ; Köhl. ΟΡΥΧΙΔΟ. Vs. 7. Ros. recte ⊞ΔΔΓΗΗ, et 8. ⊞ΗΗ (pro ΝΗΗ); Köhl. pro hoc ΗΗΗ. Vs. 11. Ros. ⊞ (pro ⊞), ut correxi. Vs. 12. Ros. ΦΟΚΙΑΔ.. (Φωκιάδης); Köhl. ΕΧΣΟΙΟ, ut correxi. Vs. 15. init. Rosius ΕΟΙ (pro ΙΟΙ); 16. Ros. ΑΡΛΥΡΑΙΙΙ (Köhl. ΙΙΙ⁝ sine ceteris), et in fine ⊞ΔΔΓΗ. Tum Rosius vs. 24. extr. ΗΑΛ (Köhl. ΗΑΛΝ); vs. 25. extr. ΗΟΙΣΛ (Köhl. ΗΟΙΣΛΥ); 27. Ros. :III: (pro ⁝IIII), deinde Köhl. Ros. ΔΔΓΗΗ, ut correxi. Tum Ros. vs. 29. IIII (pro IIH) et in fine ΤΟΥΤΟΝ; utrumque etiam Köhl. Vs. 33. Ros. pro ΗΕΛ.ΙΟΣ habet Ε.Τ...ΟΣ, quod si verum est, cedere debet Ἕλειος, et reponi Ε[ἰ]τ[εαῖ]ος. Vs. 34. ubi ΟΙΣ (pro ΗΟΙΣ) supplevi, quattuor litterarum spatium Ros. habet, quod omnino postulatur. Vs. 37. Ros. III (pro IH), mox cum Köhl. ⊞ (pro Γ in pondere), et in fine ΓII (per errorem). Vs. 39. Ros. ΤΟΥΤΟΙΝΗ., dein IIII (p. ⁊III); et in fine ΗΗ⊞Δ, et sic nunc etiam n. 142. (non olim). Vs. 43. Ros. in primo pondere ⊞ΔΓΗ., ut correxi, nisi quod Rosius unius litterae lacunam ponderi annumerat,

et in eo supplet Ͱ. In fine ap. Ros. abest H; sed Köhl. ΔϤϜ. Ceterum in textu minusculis repetito vs. 43. p. 185. *b.* in illo, quod dixi, pondere operae pro Ⓟ falso dederunt Ⓟ. P. 186. 33. versu prope medio scribe AΘ]ENAIAΣ, deletis ante uncum litteris EN, et priores iam litteras ita dispone, ne TA extet in sinistrum marginem. His convenienter p. 185. *a.* 2. *a fin.* scribe Ἀθ]ηναίας.

N. 139. p. 190. vs. 16. extr. dele uncum. P. 191. *a.* 23. lege T. II. (pro T. I.); *b.* 24. pro *gg*) lege: *s*) et *gg*).

N. 141. p. 199. *a.* III, 31. scribe Ἀ]θην[αίας].

N. 142. p. 204. III, 35. scribe Ἀθηναί[α]ς. A deest in lapide; etiam vs. 8. ΣTAΘON, non ΣTA ΘMON in lapide esse testatur Rosius p. 227. atque sic etiam schedae Köhlerianae magis mutilae, ex quibus haec annoto: vs. 2. extr. ΠAIAN, 8. III (pro ΠI), 9. ab initio IHΔΔΦHHHH, 11. ab initio ˥II ΣTAΘMON, 11. extr. HHH, 13. ab init. IAΙAI, 14. APΛYPIΣΣTA etc. 15. HH (pro HHH), 22. init. AP ΛYPAI, 25. init. AΙAI, 39. ab initio ΔΔΔ, 40. ab init. NOΣ, 49. ab initio ΘΔΔΔ, 53. EYONYM. Cf. ad hunc titulum etiam Addenda ad n. 138. vs. 39.

N. 144. p. 206. Vs. 1. Rosius tab. xxix. (ad p. 235.) nunc edidit EΛOIΣTEBE . ONO, vs. 2. ENA . E . AN, et in fine TP, ut correxi. Vs. 3. nunc habet sic: TIMETOYTON . . . AN . . . . XΣYNAPXOΣI HNHHOYTOI. Ἄδειαν vs. 2. Meierus censet esse veniam mutui dandi concessam quaestoribus aerarii. P. 207. *b.* 6. si τιμὴν dico esse pro τόκῳ dictum, sponte patet me non τιμὴν simpliciter, sed τιμὴν δανεισθέντων pro *usuris* dictam censere; et fortasse vox τόκος de industria devitata est, quod non certo quodam usurarum modo, verbi causa usuris centesimis, mutua data pecunia est, sed generaliter pacta summa quadam pro mutuo solvenda. Utut est, locus aliter vix poterit emendari; et falsa haud dubie habenda correctio: τιμὴ τούτων ἀργυ[ρίου, ΔAN mutato in APΛY, ut pretio argenti certo aequiparentur Cyziceni. Nam ut concedam talem comparationem in Atticis rationibus ferri posse (quamquam illa sine exemplo est), ea tamen hoc loco statui nequit. Nam vs. 4. nihil extat nisi ΣΣΣΣΣΣΣ; reliquum spatium est vacuum, sine ulla lacuna: unde patet vs. 3. quoque non usque ad finem litteris expletum fuisse, omninoque vix quidquam statuere licet, nisi septem hos stateres esse τιμὴν illam illorum ccxlviii staterum. P. 207. *b.* extr. ubi dixi post ἐμ debuisse B, Γ vel Φ sequi, adde: *vel* M.

N. 145. p. 214. *b.* *post med. ad vs.* 6. De mille illis talentis locus potissimus (ceteros alibi citavi) est Thucyd. II, 24. καὶ χίλια τάλαντα ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει χρημάτων ἔδοξεν αὐτοῖς ἐξαίρετα ποιησαμένοις χωρὶς θέσθαι καὶ μὴ ἀναλοῦν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἄλλων πολεμεῖν· ἢν δέ τις εἴπῃ ἢ ἐπιψηφίσῃ κινεῖν τὰ χρήματα ταῦτα ἐς ἄλλο τι, ἢν μὴ οἱ πολέμιοι νηίτῃ στρατῷ ἐπιπλέωσι τῇ πόλει καὶ δέῃ ἀμύνασθαι, θάνατον ζημίαν ἐπέθεντο, τριήρεις τε μετ' αὐτῶν ἐξαιρέτους ἑκατὸν ἐποιήσαντο κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον τὰς βελτίστας καὶ τριηράρχους αὐτοῖς, ὧν μὴ χρῆσθαι μηδεμιᾷ ἐς ἄλλο τι ἢ μετὰ τῶν χρημάτων περὶ τοῦ αὐτοῦ κινδύνου ἢν δέῃ. Quum igitur illis mille talentis utendum una cum his centum triremibus fuerit, non video cur non illa possint τὰ ἐς τὰς τριήρεις dici, quippe quae in ipsum classis usum destinata sint. Super haec autem mille talenta etiam post Siciliense bellum aliquid superfuisse ex pecuniis, quas socii ante Olymp. 91, 2. contulerant (vide p. 214. *a.* *sub fin.*), non est quod neges: *multum* superfuisse non opus est ei statuere, qui nostram de hoc titulo sententiam probet. Vs. 11. (ad p. 215. *a.*) Meierus coniicit ἐπικούροις, *mercenariis*. Idem vs. 22. (ad p. 215. *b.*) notat obesse iusiurandum heliastarum (Demosth. c. Timocr. p. 747. 6.), quominus Pericles minor bis fuerit Hellenotamias: sed ea lex vim non habuit perpetuam, quod ipse concedit et monstrari exemplis potest, maxime Periclis celebris: idem docet historia Lycurgi quaestoris, qui bis et ter esset quaestor creatus, nisi peculiaris esset lex lata, ne quis bis esset quaestor: igitur id licuit ante illam legem latam. Vs. 35. Meierus coniicit περιπόλοις; deficit tamen alterum O. Ad p. 216. *a.* extr. ubi Κόπρον demum produxi, notat Meierus etiam apud Isocr. de Pyrrhi hered. p. 15. Reisk. in nomine Atheniensis Ξενοκλῆς Κύπριος esse Κόπριος scribendum; et in Addendis n. 149. ex nova lectione restituo Κοπρείῳ (de cive eiusdem demi).

N. 146. p. 218. *b.* 44. scribe τ[οῦ].

N. 147. p. 219 sqq. Tria huius lapidis apographa post editionem allata sunt: primum Köhleri cum anaglyphi delineatione ad naturalem facta magnitudinem et cum Mülleriana consentiente, sed illud in transvectione ita contritum, ut eo uti non potuerim; alterum in Claraci tabulis; tertium apud Ros. Inscr. p. 123. Vs. 10. Clar. Ⓟ pro ⓅT (Ros. ut nos): vs. 35. init. Clar. IΣ (p. YΣ; Ros. hic habet lacunam), extr. Clar. Ros. Ⓟ:E; vs. 38. Clar. IIII (pro IIIII, quod servat Ros.). Vs. 39. scribe ΔΔΔΔ (pro ΔΔΔ operarum vitio). In fine Köhl. ΣYMΠANO, Clar. addit I; Ros. ut nos. Ad p. 221. *a.* 9. nomen Κλειγένης confirmo ex Aristoph. Ran. 721. (monui iam p. 263. *a.* *sub fin.*) Xenoph. Hellen. V, 2, 11. Schneid. Sic etiam Κλειδίκη, Κλείδημος, Κλειτέλης etc. Ibid. 17. quem ex Xenophonte attuli Callistratum, is apud illum dicitur Λεοντίδος esse, non Αἰαντίδος, cuius noster est utpote Marathonius: utrumque eundem olim habui in Oec. civ. Ath. quod tum alios secutus Marathonem tribueram Leontidi. Attamen Λεοντίδος facile possit in Αἰαντίδος mutari; haec enim saepe confunduntur. Ibid. *b.* 14. adde *Diyllum* Atheniensem, scriptorem, de quo vide Voss. H. Gr. III. p. 360.

N. 148. p. 223 sqq. Exemplum in tabulis Claraci imperfectum admodum multis locis ne vestigia quidem veri offert; multae litterae non lectae, sed coniectatae sunt et situ fortuito dispositae, quum

tamen affirmantibus Müllero et Rosio στοιχηδὸν scriptae sint, licet non totidem in singulis versibus. Itaque ex illis tabulis sola haec noto. Vs. 2. ΤΕΤΑ (pro ΤΡΙ), quod ferri nequit. Vs. 6. extr. 7. init. Α|ΘΕΝΑΙ..ΝΕΙΤΤΡΗΗΗΗΔΔΔΔΓΗΗ, numero eo, quem ego ex coniectura dedi, nisi quod unum Δ accedit; cetera Rosii lectioni propiora sunt, quam ferri non posse iudico. Vs. 13. ΘΡΑΣΥΒΟΛΟΙ et in fine ΝΕΟΜΕ. Interpretationi addo haec. P. 226. *b.* §. 1. Ἀθηναίας est *e Minervae pecuniis*, ut §. 10. et n. 145. 146. 147. Cf. Introd. classis §. IV. Θυμαιτάδης habetur etiam ap. Phot. Lex. p. 75. ed. Herm. Dativo (Αυσιθέῳ Θυμαιτάδῃ) non prytanin Hellenotamiarum, sed Hellenotamiam eum, qui negotium tractavit, hic et alibi significari, ex collatis §§. 2. 3. et n. 147. pryt. VII. sponte patet. In fine §. 1. p. 227. *a. init.* merito offendit Meierum, quod Boedromione incipiente Athenis dixi *Eleutheria* celebrata esse: quid voluerim, paucis aperiam. Pugnam Plataicam Plutarchus (Camill. 19. Aristid. 19.) secundum Athenienses perhibet d. III. vel IV. Boedromionis incipientis pugnatam esse, sed secundum Boeotos IV. Panemi (Metagitnionis) exeuntis (Aristid. 19.): qui dies quum, contra quam Plutarchus putat, non potuerint congruere, Plutarchum iam olim (in Comm. de pugna Marathonia Prooem. Ind. Lect. Univ. Berol. aestiv. a. 1816.) monui diem pugnae ex diebus sollemnium iudicasse. Quippe d. IV. Panemi exeuntis celebrata Plataeis Eleutheria sunt Iovi Eleutherio in memoriam pugnae Plataicae (Plutarch. Aristid. l. c.), quo die ibi pugnatum esse consentaneum est: Athenienses vero paulo post Athenis celebrabant sollemnia Plataicae pugnae, III. vel IV. Boedromionis incipientis; eaque subsecutum d. V. Genesiorum affine festum est defunctis omnibus sacrum (v. Meurs. Gr. fer. v. Γενέσια et de die Lex. Seg. p. 86.) et d. VI. Marathoniae pugnae festum. Haec Attica Plataicae pugnae sollemnia ad similitudinem eorum, quae in Boeotia agebantur, cum Corsino F. A. T. II. p. 332. 382. Eleutheria dixi; sed praestabat ea Plataica vocare. Haec hactenus. P. 227. *b.* §. 10. Ε non ut amico visum in Ρ, sed tantum in Τ vel Χ mutari posse docet numerorum consecutio.

N. 149. p. 228 sqq. Magnopere discrepat Claraci apographum, quod apponam integrum.

......ΟΓΙΣΤΑΙ
.....ΕΝΟ ΕΝ
....ΘΕΚΡΑΙΙ
....ΝΟΣΤΧΧΡ
.....ΗΙΚΤΕΙ
.....ΛΟΣΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣ
...ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΕΒΔΟΜΗΙ
...ΝΟΔΟΡΟΙ (*in fine suppletur* ΕΣΤΕΝΔΙ)
ΟΒΕΛΙΑΝ....ΛΟΓΙΣΤΑΙ
....
..ΛΟΓΙΣΤΑΙΣ
ΠΕΜΠΤΗΙΚΑΙΔΕΚΑΤΗΙ
.ΟΝΟΣΛΟΓΙΣΤΑΙ
ΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ
ΜΟΙ
ΤΗΙΣΤΑΜΕΝΟΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΟΝΟΣ
ΤΟΙΦΑΛΗΡΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙ
ΝΑΙΣΚΑΙ (*in fine suppletur* ΕΛΛΕΝΟΤΑ)
ΜΙΑΙΣΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΣ (*in fine suppletur* ΦΘΙΝΟΝ)
ΤΟΣΣΚΙΡΡΟΦΟΡΙΟΝΟΣΕΣΘΟΡΙΚΟΝ
ΝΙΚΟΓΡΕΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙ
...
ΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙ
ΠΡΥΤΑΝΕΥΟΣΗΣ
ΤΟΜΗΝΟΣΕΚΑΤΟΜΒΑΙΟΝΟΣ (*in fine suppletur* Τ)
ΑΣΕΙΚΟΣΤΗΣΤΟΜΗΝΟΣΕΚΑΤΟΜΒΑΙΟΝΟΣ (*in fine suppletur* Ε)
ΠΙΤΗΣΕΡΕΧΘΗΙΔΟΣΠΡΟΣΗΚΤΗΣ

Vs. 4. igitur, si ΝΟΣ verum, fuit μη]νὸς vel mensis nomen -- ῶ]νος, et summa argenti. Vs. 9. διωβελίαν iam coniectura assecutus eram e pristina lectione ΚΙΑΝ. Vs. 16 sqq. an non vera sit scriptura Σκιῤῥοφ. dubito, etsi non est inusitata. Vs. 17. patet iam -- τῳ Φαληρεῖ καὶ συνάρχουσι, cuius dictionis finem coniectura assecutus eram e vestigiis tenuissimis (ΡΑΙ:Υ). Vs. 20. memorabile ἐς Θορικόν, reliquis nunc accedens vocabulis, simile additamento ἐς Πύλον n. 147. pryt. III. Pecunia videtur numerata esse praesidiariis Thorici. Vs. 21. nunc liquet legendum --νι Κοπρείῳ καὶ συνάρχουσι; de Κοπρείῳ vide ad n. 145. p. 216. cum Addendis. Phalerensis autem ille (vs. 17.) et hic Coprensis videntur ut Melitensis et Paeonides, quos pridem habuimus, Hellenotamiae esse, diversarum omnes tribuum (cf. p. 230. *b.* med.). Ceterum post illum articulum, in quo de pecunia Coprensi illi numerata dictum erat, eodem

versu videtur alter coeptus annus esse. Vs. 27. ΠΡΟΣΗΚΤΗΣ ferri non potest; praefero pristinam lectionem: nam de prima agi prytania docet mensis Hecatombaeon. In textu nostro p. 230. *a*. 7. *a fin.* p. *vs.* 16. lege *vs.* 20. vel nunc post Claraci apographum potius *vs.* 21. P. 230. *b.* 24. pro *vs.* 6. scribe *vs.* 16.

N. 150. p. 231. est in schedis Fauvelii Köhlerianis. Lectiones has habent. *A.* vs. 4. ΔΙΟΓΕΙΤΩΝ, 5. ΑΜΑΞΑΝΤΙΕΥΣ (corrige iam Ἀμαξαντειεύς), 10. init. ΝΕΙ, 11. ΜΟΙ...ΧΟΣ, et in fine ΕΓΡΑΜΜ, 20. ΗΗΗΗΔ etc. 21. ΚΑΤΥΡΙΔΕ, 25. ΧΗΗΗ:, 28. ab init. ΟΝ, 35. ꜰꜰꜰꜰ, 36. ΔΟΣΤΑΘ etc. 42. ab init. ΔΟΙ. *B.* bis extat in illis schedis. Vs. 1. . ΛΕΛΡΑΦΑΓΑΡΕΩΟΚΑΝΚΑΕΚΤΑΤΑ, 2. .ΓΑΡΓΥΡΘΝΦΡΟΓΝΑΣΗΝΔΟΑΓΗΣΑΣΟΣΟ, 3. ΕΛΕΥΣΙΝΟΘΗΝΔΔΡΒΟΙΔΙΟΝΣΛΕΦΕΝΤΙ; igitur vs. 3. Ἐλευσινόθεν fuit. 4. ΣΑΝΕΘΗΚΕΣΤΑΟ, ut supplevi. 5. ΜΗΤΗΡΕΝΗΙΤΟΕ, fere ut dedimus. 6. extr. ΚΛΗ, 8. ab initio ΙΔΕ, 11. ΜΕΓΑΣ, 13. extr. ΚΛΗΣΘΑΡ (in alteris ΘΑΓ), 15. diserte ΗΥΡΕΘΗ, 19. ut Chandl. 32. ab init. ΓΙΣ, 40. ΧΡΥΣΟΣΥΓΡΟΔΕΡΙΣΓΡΟΣ...ΕΧΟΣΑΝ. P. 234. *b.* 3. *a fin.* et p. 235. *b.* 1. lege 738. (pro 739.)

N. 151. p. 238. *b.* extr. lege *n.* 150. (p. 151.) P. 239. *a.* 2. lege *vs.* 13. (pro 21.). Quod ibi inexplicabile dixi ΙΝΑΙΑ, id cave putes esse ἵνα τά, ut vs. 20. ἵνα ὁ Ζεύς: nam vs. 20. hac formula locus designatur; at illic de loco cogitari nequit. Mihi ιναια superesse videtur ex adiectivo herbae vel arboris notionem continente. P. 239. *b.* 13. scribe *n.* 150. (p. 151.); p. 242. *b.* 27. lege §§. 9. 22. 24. Postremo p. 243. *a.* 3. lege §. 42. (pro §. 41.)

N. 155. p. 246. *a.* 16. *a fin. Quis enim vestes per tot annos asservatas traditasque esse putaverit?*] Quum quae pars monumenti servata est annos complectatur septem, altera vero columna perierit, cuius eadem videtur magnitudo fuisse, et in superstite etiam columna desint haud pauca, sedecim vel plures annos videtur titulus comprehendisse. Per tot annos vestes esse *asservatas, quotannis traditas et identidem tabulis inscriptas*, mihi non credibile est; debebant illae tandem in usum quemcunque verti. Meo igitur iudicio hic non recensus est rerum eodem anno traditarum, ab illius anni magistratu simul inscriptus, sed successione annorum natus, dum singulis annis suam partem inscribunt magistratus. P. 247. *b.* extr. χιτὼν ἐμ πλαισίῳ Müllero in litteris ad me datis tunica est *scutulata* (Iuvenal. II, 97. Plin. H. N. VIII, 73.), quali utuntur Scoti. P. 248. *a.* quid ἕδος esset docui, antiquo usu intellige: nam Graeci posterioris aetatis non exacte observant vocis proprietatem.

N. 156. p. 249 sq. Dodwello fidem derogare non ausus tectius significavi suspicionem meam, titulum hunc Euclide priorem esse (vide maxime de vs. 8.): quam nunc firmant Guil. Gellii schedae a Rosio missae, in quibus ⊦ est, non Λ (etiam Θ, non Θ). Quare nunc mihi certum est, legendum esse ἑνδεκαέτης sc. τόκος, et capita aerariis deorum debita cum undecim annorum usuris computata esse: immo coniicio recensum hunc fuisse pecuniarum diis debitarum, quas decretum n. 76. iubet restitui. Conveniunt certe omnia, etiam πᾶσι τοῖς θεοῖς vs. 12. Quippe n. 76. hae pecuniae dicuntur inscribendae esse, postquam solutae fuerint, καθ' ἕκαστόν τε τῶν θεῶν τὰ χρήματα ὁπόσα ἐστὶν ἑκάστῳ, καὶ συμπάντων κεφάλαιον (hoc est illud πᾶσι τοῖς θεοῖς). Ceterum vs. 1. Gell. CKTO (ὀκτώ?), vs. 5. ΔΔΔ⊦IIC (31 dr. $2\frac{1}{2}$ ob. ego putaram esse 35 dr. $2\frac{1}{2}$ ob. assecutus quae licebat).

N. 157. p. 251. *a.* 2. lege *nec temere*. Ad p. 251. *b.* 6. *a fin.* nota sacrificium Iovi Servatori non in Dipoliis oblatum esse, sed paulo post, Scirophorionis ultimo (Lys. in Euandr. p. 790.). P. 252. *b.* 20. scribe *d.* 16. (pro *d.* 6.); nam Paci oblatum sacrificium est Ἑκατομβαιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα (Schol. Aristoph. l. c. coll. Plutarch. Thes. 24.).

N. 158. p. 256. *a.* 5. *Et retinuerant templum etiam post pugnam ad Aegospotamos, atque ipsa Demosthenea aetate, invitis Deliis*] *Templum* dixi, quod etiamtum tenuerint Athenienses, docentibus his Amphictyonum actis aliisque rebus (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 141.): contra civitas Deliorum tum non fuit Attica, quod disertius dixi p. 259. *a. sub fin.* P. 256. *a.* 12. *a fin.* lege *Vesp.* (pro *Ran.*). P. 259. *a.* quae de τιμήματι dixi et maxime de verbis τὸ ἐπιγεγραμμένον καὶ ἀειφυγία, satis videntur tuta esse. Multa decem millium drachmarum non potest cum ἀειφυγίᾳ coniuncta esse προστιμήματος loco, quod ἀειφυγίαν bonorum publicatio ipso iure sequitur; nec si exceptionem statuas admissam in Deliis esse, si multa esset προστίμημα, haec posset priore loco poni, sed debebat dici: ἀειφυγία καὶ τὸ ἐπιγεγραμμένον. Ceterum, ut meam sententiam prorsus perspicias, quibus multa imposita erat, ii §. 9. inscripti sunt ut debentes etiamtum; unde unus erasus est, quod postea solverat multam. At quibus irrogata ἀειφυγία, ii inscripti non sunt, quod nihil debebant: publicata enim eorum bona erant: sed poenae loco §. 10. recensentur bona eorum publicata, quae inscribenda erant, quod ex illis aliquid accesserat rei Apollinis. Ibid. (§. 9.) offendor quidem illo καὶ addito post ὅτι, sed id nihilominus certum est. In fine tituli §. 10. mutavi ΕΥΚ in ΕΥΦ, quod *Euphanti* nomen bis in prioribus conspicuum redire consentaneum est; patet enim ex universa paragrapho, paucorum has fuisse domos ex publicatione bonorum templo vindicatas, ut aliquoties redeunt Leucippus et Episthenes: et Κ in Φ mutari eo loco, ubi litterae maxime evanidae sunt, sine ulla licet mora.

N. 160. p. 264. *b.* 14. dele voculam δέ. P. 271. *a.* in subterraneis porticus Caryatidum adde esse τὴν

θάλασσαν et radices sacrae oleae, quae surgebat ad lucem per superius pavimentum. Haec ne erres. P. 273. *b.* 23. post *rotundi* adde: *respondentes epistyliis.* P. 281. *a.* sq. disputationi de spheciscis adde notam ad n. 207. p. 341.

N. 165. p. 291 sqq. Claraci tabulae licet aeri incisae vitia multa offerunt; quin col. II. duos, col. III. sex intermedios versus omittunt. Col. I. vs. 45. Clar. RATIᒷᒷOϟ; col. II, vs. 30. Clar. ΦIᒷAIOϟ; vs. 58. non falsus sum in Rosii schedis transcribendis: et receptum firmant tabulae Claraci. In fine tituli vs. 67. 68. forma R ficta ab eo est, qui litteras rubro induxit; lapicida dederat P (v. Barthelem. Act. Acad. Inscr. T. XLVII. p. 161. et notam Dacierii p. 162.).

N. 166. p. 295. *b.* 16. *a fin.* scribe: *ibi titulus repertus est.* De re cf. Addenda ad n. 43.

N. 168. *b.* p. 297. Primus versus omnino illo loco positus est, ubi eum collocavi. Vide Ros. Inscr. p. (VII). Habeo etiam ex schedis Köhlerianis, ubi vs. 2. HIΓΓOΘONTIΔOΣ.

N. 169. p. 297 sqq. Nova accedunt apographa Claraci, ex quo selectam, Rosii Inscr. tab. xv. p. 111. ex quo integram addo lectionis varietatem. I, 4. Clar. ΘOYKIΔIΔEΣ, 5. Ros. ANΔPON ..., 64. Ros. .. MAΣTOΣ. II, 2. Clar. KAIP, Ros. XAIP, 3. Clar. ΠIΘ, 5. uterque NIKOΔ, 7. uterque AYXEN, 8. uterque ᒷYΣIMAX, 9. uterque ΦIᒷOKP, 13. uterque APIΣTOKPA, 25. 26. uterque KTEΣIAΣ, XAIPIAΣ, 28. uterque NOKᒷEIΔEΣ, 29. uterque ΣΓINΘAPOΣ (exiguo tamen ductuum pingendorum discrimine hic ut alibi), 30. uterque EΣIOXOΣ, 37. Clar. OOΦANEΣ, Ros. ΘOΦANEΣ (*Θουφάνης*, ut *Θούδημος*), 45. uterque KAPINOΣ, 59. uterque XAI.. ON (Clar. non additis punctis, sed spatio duarum litterarum relicto), 61. uterque MNE.. KᒷEΣ (Ros. interposito supplemento), 62. uterque ΦON (sub KᒷE). III, 16. uterque omittit X; tum uterque habet 17. NE, 18. ONO, 19. ΔENO, 22. ΣOΣTPA, 23. MENIᒷᒷOΣ (credo *Μένυλλος*); 25. Clar. ut nos, Ros. API . EIΔEΣ, 26. Clar. ΠAPABATEΣ, Ros. ΓAP.. BATEΣ, 27. uterque ΦYΣIKOΣ etc. 58. Clar. ΣΓEIΣON, Ros. ΣΓEYΔON (non vere opinor), 61. Ros. AIΣIMEΔEΣ. Postremo col. I. II. ubi nostra deficiunt, Claracus haec addit:

- - - - - - - - - -
- - - - - OTAI
EOI PO
O OPOΣ OΣTPATOΣ
OO POΣ PIO
ΘEOΔOPOΣ
OP
- - - - -
O OP XE
O

Eadem fere Ros. cum his varietatibus: I, 67. .... EᑌI, 71. OΓ, II, 66. OTAΣ, 69. ..... ΦIO.

N. 170. p. 300. In epigrammate hoc celeberrimo *pugnae ad Potidaeam victoribus* posito vetustius Fauvelii exemplum bis extans in schedis Köhlerianis habet vs. 2. AΘANATOMMEOA, 3. ΣEMAINENAPET (vide nostram coniecturam), 4. ΓPOΔONOΣΘENEΣ (et ΘNNEΣ), 5. EYΓOᒷEMOMMNEM (et MNEME) ᒷABOI. Φ. Vs. 7. ΔAMΦI, et in fine Eᒷ. Non addicunt haec Thierschii restitutioni. Vs. 3. scribe *σημαίνειν ἀρετήν*, 5. *νίκην εὐπόλεμομ μνῆμ' ἔλαβο[ν σ]φ[έ]τερον.* Ceterum super inscriptione est anaglyphum in hoc exemplo delineatum: repraesentantur tres bellatores nudi, clypeis rotundis, galeisque et hastis armati; in his duo chlamyde ex humero dependente; qui in sinistra adspectanti est, iacet humi hasta medii ictus; dexter ab his aversus hastam vibrat ut pugnans.

N. 171. p. 303. *a.* Vide quae ad n. 1087. monui de erroribus Osanni, quorum alterum suum fecit Rosius Inscr. p. 424. Fourmontum vs. 46. putans EΓI ΘPAIKEΣI habere. Exemplis dictionis *ἐπὶ Θρᾴκης* (p. 304. *b.* 11.) addi multa possunt, ut *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης* Aristoph. Av. 1375. etiam *παρελθεῖν ἐπὶ Θρᾴκης* Demosth. de cor. p. 254.

N. 172. p. 309. *b.* extr. de Colono dixi, qui aetate huius inscriptionis est Antiochidis. In recentioribus titulis est Aegeidis: sed mirum, quod iam in anagraphe praetorum Samii belli, quam ex Androtione, sed mutilam, exhibet Scholiastes Aristidis recens editus p. 182. ed. Frommel. Aegeidi annumeratur: quippe praetores ibi ex constanti tribuum ordine dispositi sunt, de quo me monuit Müllerus, et Sophocles Colonensis secundo ponitur loco: itaque Aegeidi tribuitur Colonus. Quodsi aetate Sophoclis Aegeidi annumerabatur Colonus, retractanda erunt, quae in Appendice ad Commentationem de Sophoclis Antigona primam Act. Acad. Borussic. 1824. Class. hist. et philol. p. 230. ex hocce collegi titulo. Sed nescio an Androtio ipse praetores ex ordine tribuum constanti digesserit, prout eius aetate, non Sophoclis, cuique tribui annumerabatur quisque demus. Quod iudicium ut confirmem, apponam catalogum praetorum belli Samii appositis tribubus ex constanti ordine sibi succedentibus.

Socrates Anagyrasius (Erechtheidis).
Sophocles Colonensis (Aegeidis).
Andocides Cydathenaeensis (Pandionidis).
Chreon Scambonides (Leontidis).
Pericles Cholargensis (Acamantidis).
Glauco Ceramensis (eiusdem).
Callistratus Acharnensis (Oeneidis).
Xenophon Melitensis (Cecropidis).

Deficiunt in fine duo; decem enim illi fuerunt duces auctore Thucydide; ex tribubus autem deficiunt tres ultimae, Hippothontis, Aeantis, Antiochis. Iam quum tantum decem fuerint duces, necesse est Pericles substitutus fuerit pro ordinario duce uno ex iis tribubus lecto, quae deficiunt, e. c. pro Hippothontidis vel Aeantidis duce, aut pro duce Antiochidis, nisi ex hac fuisse Sophoclem putes,

aut pro Aegeidis, si ex Antiochide statuas Sophoclem fuisse. Quae quum ita sint, consentaneum est Periclem in primitivo et vero illorum praetorum ordine, aut primo ultimove loco positum esse utpote extra ordinem a populo lectum, aut eius loco, cui exempto erat substitutus. Nunc vero aliter comparatus Androtionis ordo est; ut proinde hic non videatur genuinus, sed ab Androtione institutus esse.

N. 175. p. 310. vs. 4. (5.) Welckerus coniicit ὃς ἔσωσεν, structura leniore. Nota vero σῴζω cum I subscr. ut n. 231.

Post n. 175. p. 310. insere:

175. *b.*

Athenis; ex schedis Köhlerianis Fauvelii duplicibus.

ΟΦΡΥΓΩΝΟΣΑΡΙΣΤΟΣΕΓΕΝΑΤΕ
ΑΝΕΥΙΥΧΟΡΟΙΣΙΝΑΘΗΝΑΣΜΑΝ
ΤΝΗΣΟΡΥΜΑΙΟΣΟΜΝΗΜΑΤΟΔΕΣ
ΒΤΙΚΑΛΟΝΚΑΙΜΑΔΙΟΥΚΕΙΔΟΝ
ΣΕΜΑΥΤΟΑΜΕΙΝΩΥΛΟΤΟΜΟΝ
ΩΕΝΤΩΙΠΟΛΕΜΑΙΑΠΕΘΑΝΕΝ

– – ὁ Φρύγωνος? ἄριστος ἐγέ[ι]νατ' ἐ – –
– – ἀν' εὐ[ρ]υχόροισιν Ἀθήνα[ι]ς – –
– – – – – – – – μνῆμα τόδ' ἔσ[τησεν? – –
– – ἔσ]τὶ καλόν. καὶ μὰ Δί' οὐκ εἶδον – –
– – αὐτοῦ ἀμείνω, ὑλοτόμον – – –
– – ἐν τῷ πολέμ[ῳ] ἀπέθανεν.

Vs. 6. soluta oratione scriptus: carmen praecedens vix potest restitui.

N. 180. p. 312. vs. 10. Claraci tabulae ΑΡΙΣΤΙ ΟΝΟΣ.

N. 183. p. 314. col. II. inscriptionis, vs. 9. Ilgenius fil. agnoscit Βατῆς, nomen demoticum; obscurius est alterum, quod col. III. vs. 1. latere putat ἐκ Μυῤῥινούττης; sed hoc quoque verum videtur.

N. 188. p. 318. vs. 2. Claraci tabulae ΡΟΣΣΖω ΣΙΜ, tum post interpositum vacuum spatium, vs. 3. ΟΙ, 4. ΤΗ (hoc est ἀΐσιτ]οι et ἱεροφάν]τη[ς), vs. 7. ΛΗΣΦΑ etc. Vs. 8. ΗΡΜΕΙΑΣΑΖΗΝΙΕΥΣ, vs. 9. ΑΘΗΝΟΔωΡΟC.

N. 189. p. 318 sqq. Dedit Osannus Syll. II, 72. et vs. 36. habet ΜΥΣΤΙΚΟΣ), recte haud dubie, etsi schedae nostrae Bekkerianae non habent semicirculum.

N. 190. p. 322. *b.* 36. Vide numeri correctionem p. 327. *b.* interpositam. Ad p. 326. *b.* removenda difficultas est. Nam sententiae nostrae et hic et ad n. 81. propositae, ex qua γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν decretis nomen suum praescribit et non contribulis prytanibus est, obstat decretum senatus contra Antiphontem Vit. X Oratt. ubi habetur: Δημόνικος Ἀλωπεκῆθεν ἐγραμμάτευε, Φιλόστρατος Παλληνεὺς ἐπεστάτει: epistates enim haud dubie est prytanis (v. ad n. 90.), et Pallene est Antiochidis; igitur prytaniam habuit Antiochis, cuius quum etiam Alopece sit, scriba ibi est prytanibus contribulis. Quare accedente praesertim alio exemplo n. 124. dixeris *γραμματέα τὸν κατὰ πρυτανείαν potuisse* etiam ex tribu praesidente esse. Sed quum ille in catalogis sit *semper inter aïsitos*, qui non sunt prytanes, huic rationi non confido, sed n. 124. aliter explicandum esse adhuc censeo, in decreto adversus Antiphontem scripto autem veterem lectionem Πελληνεὺς retinendam esse, ut Πελλήνη fuerit demus aliunde non cognitus: nisi forte eius decreti aetate Pallene alius fuerit tribus atque Antiochidis. P. 326. *b. lin.* 5. *a fin.* pro *inde a n.* 107. scribe *inde a n.* 107. *retro.* Ceterum γραμματεὺς τῆς βουλῆς n. 91. in Olymp. 106, 2. nominatur; sed γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν memoratur iam in lege Timocratea ante Olymp. 96, 4. scripta ap. Dem. c. Timocr. p. 720. 22. quod sententiam ad n. 107. a me propositam, ad quam p. 326. *b.* provoco, non commendat magnopere.

Post n. 196. p. 333. adde:

196. *b.*

Sepolliae, Atticae, in horto; ex schedis Köhlerianis.

[*Textum vide in pag. seq.*]

Recensus est prytanum *Erechtheidis.* Scriba populi et senatus non est prytanis, recte: vide p. 326. Ταμίαν vs. 4. intellige prytanum, ut n. 115. 116. De formis col. II. vs. 8. 21. repositis Ἀθήναϊς, Δήμητρις, alibi dixi saepius. Prytanes, prout nomina constitui, sunt XLII, ut debent: vide p. 323. Col. II. vs. 7. delendum siglum): ibi enim nomen non viri sed demi scriptum fuisse et numerus prytanum docet et situs vocis, quae in sinistram prominebat; quod etsi in ceteris demis non factum, nisi forte col. II. vs. 24. tamen fieri hic potuit; in viri nomine non potuit.

. . . ΚΕΥΟΝΤΟΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΔΗΜΟΥΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙ
ΟΥΤΡΙΚΟΡΥΣΙΟΥ

ΝΥΜΕΙΣ
ΟΜΟΣ)ΤΑΜΙΑΣ
ΩΝΙΟΣΠΟΛΙΟΥ
ΣΗΝΙΟΛΛΟΥ
ΛΕΥΚΙΟΣ)Ν
ΔΗΜΟΚΛΗΣ)
ΛΥΣΙΜΑΧΟΣΕΜΟΝ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΞΑΜΙΡΟΣ
ΞΟΠΥΡΟΣ)ΜΕ
ΦΙΛΟΝΟΡΕΣΤΟΥ
ΕΠΑΓΑΘΟΣΕΥΦΡΟΣΙΝΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΑΡΟΜΩΝΙΟΣΔΗΜΝΟΥ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΧΑΡΧΙΔΟΥ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣΛΕΥΚΙΟΥ
ΕΡΜΙΑΣ
ΙΣΙΔΟΤΟΣΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ
ΚΑΡΠΟΔΟΡΟΣ. . . . . . .ΛΤΟΥ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ
ΣΕΡΑΠΙΟΝΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΥ
ΧΑΡΜΙΔΗΣΔΙΟΓΕΝΟΥ
ΤΙΤΟΣΡΟΥΦΟΣ
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟ.
ΠΟΠΛΙΟΣΚΛΥΔΙΟΣ
ΦΙΒΟΥΛΟΣ

ΔΑΜΗΤΡΕΙΣ
ΜΗΝΟΔΩΡΟΣ
ΣΥ.ΜΑΧΟΣΙΣΙΔΩΡΟΥ
ΣC. . ΡΑΤΟΣΑΡΙΣΤΑΓΟΡΟΥ
ΛΗΣ)
ΑΘΗΝΙΑ.ΣΑΝΤΙΓΟΝΙΩΝΟΣ
ΓΟΡΓΙΑΣΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΟΥ
ΑΝΙΑΙΟΣ)
ΑΝΤΙΟΧΟΣΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΠΟΠΛΙΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΝΟΗΜΟΝ)
ΡΑΝΒΟΤΑΔΑΙ
ΑΡΝΑΙΟΣΤΙΜΑΡΧΟΥ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣΑΡΓΑΙΟΥ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣΑΡΙΣΤΑΙ
ΧΜΟΥ)
ΔΗΜΗΤΡΙΑΕΥΧΑΡΠΙΔΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΟΣ
ΔΟΚΙΘΕΟΣΑΣΚΛΗΠΙΑΔΙ
ΝΑΓΙΡΑΣΙΟ
ΜΑΡΧΟΣΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΑΠΟΛΛΟΦΑΝΟΣΑΠΟΛΛΟΦΑΝΟΥ
ΚΛΕΑΝΔΡΟΣΑΜΜΟΝΙΟΥ
ΔΙΟΔΩΡΟΣΚΡΟΙΣΟΥ
ΣΩΦΙΛΟΣ)

- - - γραμματ]εύοντος βουλῆς καὶ δήμου Καλλικρατίδου Τρικορυσίου·

Εὐω]νυμεῖς
- - ομος - - όμου, ταμίας,
- - ώνιος Πο[π]λίου . . . .
[θά]λου,
Λεύκιος Λευκίου νεώτερος,
Δημοκλῆς Δημοκλέους,
Λυσίμαχος - - - - -,
Διονύσιος Ζ[ωπύ]ρο[υ],
Ζ[ώ]πυρος Ζ[ω]πύρου [ν]εώτερος?
Φίλ[ω]ν Ὀρέστου,
Ἐπάγαθος Εὐφροσ[ύ]νου,
Διονύσιος Ἀλεξάνδρου,
Ἀπο[λλ]ώνιος Δημ[έ]ου,
Ἀπολλώνιος [Ἰσ]αρχίδου?
Ἀφροδίσιος Λευκίου,
Ἑρμίας [Ἑρμίου],
Ἰσίδοτος Νικοστράτου,
Καρπόδ[ω]ρος . . . . άτου,
Μένανδρος [Μενάνδρου],
Σεραπί[ω]ν Διονυσοδώρου,
Χαρμίδης Διογένου,
Τίτος Ῥοῦφος Ἀπολλοδώρο[υ]?
Πόπλιος Κλαύδιος [Β]ίβουλος?

[Λ]αμ[π]τρεῖς
Μηνόδωρος [Μηνοδώρου],
Σύ[μ]μαχος Ἰσιδώρου,
Σ[ώστ]ρατος Ἀρισταγόρου,
[Ἀγρύ]λῆς?
Ἀθήναιος (vel Ἀθηνίας vel Ἀθήναϊς) Ἀντιγονίωνος,
Γοργίας Καλλικρατίδου,
Ἀν[τ]αῖος Ἀν[τ]αίου,
Ἀντίοχος Ἀθηναίου,
Ἀσκληπιάδης [Ἀσκληπιάδου],
Δημήτριος Ποπλίου,
Διονύσιος Ἀρίστωνος,
Νοήμ[ω]ν Νοήμονος,
Πανβ[ω]τάδαι
Ἀρναῖος (vel Ἀργαῖος) Τιμάρχου,
Ἀφροδίσιος Ἀργαίου,
Μένανδρος Ἀρισταίχμου
τοῦ Ἀρισταίχμου,
Δήμητρι[ς]? Εὐ[κ]αρπίδου,
Ἀντίοχος [Ἀντιόχου],
Δοκίθεος? Ἀσκληπιάδ[ου],
[Ἀ]ναγ[υ]ράσιο[ι]
Μάρκος Κλαύδιος Ἀπολλοφάν[η]ς
Ἀπολλοφάνου,
Κλέανδρος Ἀμμ[ω]νίου,
Διόδωρος Κροίσου,
Σώφιλος Σωφίλου.

N. 198. p. 334. vs. 4. extr. schedae Köhlerianae: ΕΥΤΥΧΥΔΗΟΔΙΚΑΙΟϹ. Lege: Εὐτυχίδης, Δίκαιος.

N. 200. p. 335. Claraci tabulae vs. 16. ΑΝΤΙΟ ΧΟϹ, 19. ΕΥΩΝΥΜΙΟϹ, 25. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟϹ), 27. ΦΕΝΙϹΚΟΥ.

N. 202. p. 336. Tabulae Claraci vs. 4. ut Müllerus: nihilominus retinenda Dodwelli lectio, nec Müllerianae ex Claraco accedit maior auctoritas: nam Mülleri apographis usum hinc inde esse Comitem illustrissimum scio.

N. 203. p. 338. Claraci tabulae vs. 6. extr. ΗΦΟ ΔΟΥ, 7. ΠΕΡΙΓΕΝΟΥΣ (pro ΠΕΡΙΓΕΝΟΥ), 8. ΑΠΟΛΛΟΦΑΝΟΥΣ, 9. ΕΠΙΚΡΑΝΟΥΣ.

N. 204. p. 339. Claraci tabulae vs. 9. ΗΡΜΙΑΣ, 12. init. ΥΜΟΥΘΕΡΙΝΑΙΟΣ etc. (ut legendum sit Θεριναῖος Θεριναίου), vs. 13. init. ΙΟΣ, ut ego explevi; vs. 17. ΑΦΙΔΟΦΩΝ (male), 19. extr. ΒΙΣΑΝΕ, 20. ΠΕΙΣΙ et deinde ΑΛΛΩΝ.

N. 205. p. 339. Claraci tabulae vs. 1-3.

ΟΔΗΜΟΣΟΔΙΩΝ.... ΜΟΥ........... ΟΣΑ - - - -
ΕΙΣ... Ω.............. ΟΧΟΓ..................... ΧΛΕΟΧΡΑΤ
.... ΧΑ. ΓΑΔ.......... ΟΓΟΝΟΥ

Vs. 4. ΚΡΑΤΟΣ (p. ΗΡΑΤΟΣ) et ΦΙΔΟΦΩΝΤΟΣ, 5. ΦΙΔΟΦΩΝΤΟΣ, 7. ΕΑΣ (p. ΕΡΑΣ) et sub fin. ΓΟΙ (p. ΓΟ.), 8. ΚΛΕΟΦΡΑΔΟΣ et ΦΙΔΟ etc. 9. ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΣ et ΒΙΤΤΩΝ, 10. ΣΙΑΡΧΟΙ, 11. ΤΡΑΠΕΞΕΙΤΗΣ et ΦΙΛΟΚΛΕΟΥΣ, 13. diserte ΠΡΑΚΤΟΡΕΣΧ... ΑΔΗΣ, 14. ΑΡΧΙΔΙΚΟΥ (igitur Ἀρχιδίκου, non Ἀρχιδήμου), 15. init. ΛΕΜΝΙΔΗΣ (Λεωνίδης), 16. ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΙΕΠΑΛΚΟΣΕΠΑΛ ΚΟΥΜΕΝΙΠΠΟΣΛΕΟΣΤΡΑ, 17. ΓΟΡΓΙΑΣ.

N. 206. p. 341. Claraci tabulae omisso vs. 1. habent vs. 2. ΤΟΝΑΡΤΕΜΙΔΟΡΟΝ, 3. ΤΟΝΣΑΤΥ ΡΟΝ, 6. ΑΝΤΙΟΧΟΣ, 7. diserte ΠΟΛΥΞΕΝΟΣ, 8. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ et ΖΗΝΩΝ, 9. ΝΙΚΙΑΣ....... ΣΟΥ, 10. ΟΙΝΟΘΕΤΗΣ et in fine ΘΡΙΑΣΙΟΣ (falso), 11. ΟΤΥΘ (p. ΘΤΧΟ), 12. ΠΡΟ (p. . ΡΟ), 13. ΑΘΗΝΙΩΝΟΣΑΓΟΡΑΝΟΜΟΙΛ, 15. ΑΡΧΕΣΙ ΛΑΣΑΡΧΕΣΙΛΟΥ, 17. ΑΡΙΣΤΟΛΟΧΟΣΑΝ, 18. ΚΛΕΑΡΧΕΔΙΚΟΥ (perperam), 19. ΟΥΑΝΤΙ etc. 20. ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ et in fine ΣΑΣ, 21. ΩΝΟΣΖΗ ΝΩΝ, 22. ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΥ, 23. ΑΡΧΟΥΕΣΤΙΑΙΟΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ, 24. ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ, 25. ΜΟ. (p. ΜΟΙ), dein ΔΟ ΑΙΛΙΟΣ (falso), 26. ΔΕΥΧ...... ΑΓΩ ΝΟΘΕΤΑΙ ΡΙΤ, 27. ΝΙΚΗΣΙΟΣΠΡΑΚΤΟΡΕΣ... ΜΟΣΕΥΚΡΑΤΟΥΣ, 28. ΚΛΕΟΔΑΜΟΥ.... ΞΑΤΥ ΡΟΣΣΩΣΙΜΟΥ, 29. ΑΝΤΙΟΧΟΣΑΝΤΙΟΧΟΥΤΟΥ ... Ν et praeterea nihil, 30. ΧΟΣ... ΣΤΙΧ... ΟΙ ΑΥ, 31. ΔΟΛΑ........... ΟΣ... ΕΙΔ, 32. ΟΟ.

N. 213. p. 344. *b*. 7. pro n. 111. scribe *n*. 211.

Post n. 226. p. 349. insere:

226. *b*.

Athenis, ad Poecilen; ex schedis Köhlerianis.

ΠΥΘΟΔΩΡΟΣΕΠΙΞΗΛΟΕΧΟΡΗΓΕ
ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΧΑΡΙΑΣΗΡΧΕ

Πυθόδωρος Ἐπιζήλου ἐχορήγει,
Ἀρίσταρχος ἐδίδασκε, Χαρίας ἦρχε.

Archon est eius aetatis, ubi Fasti deficiunt. ΕΧΟ ΡΗΓΕ est exemplo antiquiorum titulorum retentum.

N. 227. *b*. p. 349. schedae Fauvelii Köhlerianae priorem titulum sic habent:

ΗΛΙ........
ΜΑΣΙΜΟϹΦΙΛΙΠΠΟϹΓΑΙ..........ΙΟϹϹΡΑ etc.

Videtur Fauvelio Christianus esse.

N. 232. p. 355. edidit interim Osann. Syll. II, 65. sed minus bene tractavit; tamen vs. 4. recte dedit Φιλομάχου, vs. 16. Ἀγαθοκλέους (ubi nos Ἀριστοκλέους). P. 355. *b*. 19. pro *A*. scribe *C*.

N. 236. p. 356. schedae Köhlerianae ΠΕΝΤΑ.

N. 238. p. 356. schedae Köhleri Fauvelianae duplices firmant lectionem Fourmonti; nam in alteris vs. 2. est ΓΩΝΑΑΦΕΙΜΕΝΟΝ, in alteris ΑΔΩΝΙ ΣΤΟΝΑ|ΕΩΝΑΛΦΕΙΜΕΝΟΝ. Videtur legendum: ἀγῶνα ἀφειμένον.

N. 255. p. 364. extat in schedis Köhleri Fauvelianis, in quibus vs. 1. ΠΟΣ.ΥΜΝΗΓΟ, vs. 2. init. ΕΥΣ, vs. 3. ΕΝΙΑΥΤ, vs. 5. extr. ΥΠΟ; deinde sequitur novus versus: ΔΟΤΡΙΡΟΥΝΤΟΣΘΕΟΔΩ ΡΟΥΤΟΥΠ: fere omnia ut correxi. In fine scribe iam: ὑποπαιδοτριβοῦντος Θεοδώρου τοῦ Π - - - ου Μελιτέως.

N. 261. p. 366. schedae Köhlerianae vs. 2. diserte ΔΡΟΥΣΟΥΥΠΑΤΟΥ, 3. ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΙΧ ΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥ (igitur Φιλοκράτου), 4. ΠΑΙΔΟΤΡΙ ΒΟΥΝ, 5. ΑΠΟΛ... ΕΥΣ (sed hae tres litterae ut incertae notantur) ΙΚΟΡΑΣΝΟΥ, 6. ΓΟΣΛΥΣΥΜ (sed ΥΜ incertum).. ΝΙΒΙ, 7. post Εἰρηναῖος: ΖΗΝΙ ΩΙΣΩΣΙΡΑ (Σωσικράτης), 9. init. ΦΙΛΟΚΡΑΤΙΣ (Φιλοκράτης), 10. ΤΥΧΟΣΔΙΟ (Εὔτυχος Διο - - -).

Ad n. 274. p. 380. confer hoc decretum:

274. *b.*

Athenis, in marmore, quod supra habet aëtoma, in cuius clypeo vss. 1–3. inscripti sunt: infra versum 10. est diota, super qua vss. 11–12. exarati sunt: iuxta diotam utrinque est corona; in his coronis reliqua scripta sunt. Erat olim apud viduam Tornaviti. Nos damus ex schedis Fauvelii Köhlerianis, in quibus annotatur id esse ab Elgino semotum.

ΑΓΑ
ΘΗΤΥ
ΧΗΙ

ЄΠΙΑΡΧΟΝΤΟϹΤΙΒ ΚΛ ΑΤΤΑΛΟΥϹΟΤΤΙΟΥΚΟΜΗ
ΤЄΥΟΝΤΟϹΙЄΡЄΟϹΘЄΟΥΚΑΙΘЄΑϹЄΙΝΙΝΑΠΑΙΑΝ
ΙЄωϹΓΥΜΝΑϹΙΑΡΧΟΥΝΤΟϹΔΙΟΛΟΥΤΟΥЄΤΟΥϹ
ΦΛ ϹΤΡΑΤΟΛΑΟΥΦΥΛΑϹΙΟΥΟΙЄΚΤΟΥϹΥΝϹΤΡЄΜΑΤ...
ЄΦΟΗΒΟΙΤЄΙΜΗϹΑΝΤЄϹΤΟΝΚΟϹΜΗΤΗΝΚΑΙΤΟΥϹϹω
ΦΡΟΝΙϹΤΑϹΚΑΙΤΟΝΠΑΙΔΟΤΡΙΒΗΝΑΝΕΓΡΑΨΑΝ
ΚΑΙΤΟΝΥΠΟΚΟϹΜΗΤΗΝΧΑΡΗΤΑ)ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΝ

ΑΓΟΝΟΘЄ
ΤΑΙ

ΓЄΡΜΑΝΙ	ΑΔΡΙΑΝЄΙωΝ
ΚЄΙЄωΝ	ΑΝΤΙΓΟΝΟϹ
ΦΛΑϹΤΡΑΤΟΑΛΟ	ΑΠΟΛΛωΝΙΟΥ
ΦΥΛΛϹΙΟϹ	ΜΑΡΑΘΟΝΙΟϹ

Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἐπὶ ἄρχοντος Τιβ. Κλ. Ἀττάλου Σ[φη]ττίου, κο[σ]μητεύοντος ἱερέ[ω]ς θεοῦ καὶ θεᾶς Εἰ[ρη]να[ίου] Παιανίεως, γυμνασιαρχοῦντος δι᾽ ὅλου τοῦ ἔτους Φλ. Στρατολάου Φυλασίου, οἱ ἐκ τοῦ συνστ[ή]ματ[ος]? ἔφηβοι τειμήσαντες τὸν κοσμητὴν καὶ τοὺς σωφρονιστὰς καὶ τὸν παιδοτρίβην ἀνέγραψαν, καὶ τὸν ὑποκοσμήτην Χάρητα Χάρητος Γαργήττιον.

ἀγ[ω]νοθέται

Γερμανικειέων	Ἀδριανείων
Φλ. Στρατό[λα]ο[ς]	Ἀντίγονος Ἀπολλωνίου
Φυλάσιος.	Μαραθ[ώ]νιος.

